Ex libris
Conventus Ratisbonensis
Carmelitarum
Discalceatorum.

Num.

4° Theol. fyft. 377

Lucet THEOLOGO gravis Effigies veneranda,
Cui Lux est et Dux Littera scripta Sacra.
Lucet PHILOSOPHI Facies subtilis in arte,
Cui Dux est et Fax Sanus Aristoteles.
Lucet Canities, Sibi quam peperêre labores,
Cui Candor verus promicat ex oculis.

C. Neumann f.

APPARATUS

CURIOSUS
&
PRACTICUS,

Continens

Raras Annotationes Theologicas, Observationes Philologicas, Historicas & Philosophicas,
arguta insuper Apophthegmata, selecta Hieroglyphica, ingeniosa Symbola & Emblemata &c.
Ex vastis voluminibus

variarum Academiarum Disputationibus,
aliisque Autoribus non cuivis obviis,
ita ut in quovis dicendi genere, Ecclesiastico & Civili, facili negotio materia inde desumi possit,

Omnium FACULTATUM Studiosis
inculpatè Curiosis,
Secundum Ordinem Alphabeticum
cum indice Quadruplici
Paratus
Operâ & Studio

JOHANNIS Schützen/ *Past. Vehlfanziensis.*

DRESDÆ & LIPSIÆ;
Sumtibus JOH. CHRISTOPH. ZIMMERMANNI, Anno M DCCX.

QUÆSTIONES
PRÆCIPUÆ

Ad LECTOREM *Autor.*

ABſoluto per DEI gratiam Apparatu noſtro Nominum Propriorum Biblico, en tibi, Benevole Lector, novum Apparatum, & qvidem **Curioſum & Practicum!** Hunc tecum eò libentius communico, qvo magis priorem bonis doctisqve non diſplicuiſſe cognoſco; **Curioſum**

voco, non quidem vanas & ridiculas continentem qvæstiones, qvemadmodum olim Didymus Alexandrinus, à nimio scribendi studio, qvatuor enim millia librorum scripsit, χαλκέντερος dictus, à Senecâ sugillatus, qvod multa inutilia & supervacua iisdem inseruisset, qværebatur de Homeri patriâ, de Æneæ matre verâ, libidinosior Anacreon an ebriosior vixerit? &c. *Sen. Ep. LXXXVIII.* aut Scholasticorum subtilitates & supervacuitates, qværentium: H an vera litera in Græcâ lingvâ an Ablativus? Homerus an Hesiodo antiqvior? Herculis clava qvot habuerit capita, seu bidentes? Æneas dextro, an sinistro pede Italiam prius attigerit? Qvot vasibus in secessu ex Siciliâ ab Achate donatus fuerit? Aristoteles an salvatus, an aqvâ demer-

merſus, aut laqveo ſuffocatus? Qvis in talibus ſe torqveret & laceraret qvæſtionibus, qvas ſubtilius eſt contemſiſſe, qvam ſolvere, ut idem Seneca in Epiſtolis ait; Diis tales curioſos odio eſſe non ſine cauſâ dixit Euclydes Philoſophus. Nec myſteriorum divinorum arcana curioſitas noſtra attingit, ſicuti ſæpè humanum ingenium in opera DEI curiosè inqvirere, & ea perſcrutari ſolet, qvæ DEUS ab oculis rationis noſtræ abſcondit; Benè Siracides Cap. III. v. 22. ſeq. *Non prodeſt tibi curare, qvæ abſcondita ſunt: multos ſupplantavit præſumtio, & confidentia mala intellectus eorum perdidit eos: Altiora te ne qvæſieris;* Incomprehenſibilem qvippè divini conſilii altitudinem ſapientia humana, puro cognitionis intuitu, comprehendere non poteſt, ut *Filbertus Carnotenſis Epiſt. I. ad A-*

deodatum Tom. III. Biblioth. S. Patr. loqvitur. Qvo facit & illud Ebræorum dicterium: Non licet interrogare, qvo consilio, qvamve ob causam Creator hoc vel illud fecerit. Ne curiosè inqviras in facta DEI, Rom. XI. v. 33. *B. D. Caloviius in Sirac. loc. cit. p. 69.* Horologii divini, qvod extra est, videre eminus, introspicere internam rotationem non licet, videmus apum opera, non operas. *Dannhauer. Hodosoph. Phænom. III. p. 316.* Non curiosè agere, DEUM glorificare est, qvemadmodum viciſſim curiosum esse, derelinqvere est, *Chrysostomus*, aureum illud Eloqventiæ os, *Tom. IV. Serm. VIII. in Cap. IV. ad Rom. col. 85.*

No-

Nobis curiositate opus non est post CHRISTUM JESUM, nec inqvisitione post Evangelium, cum credimus, & nihil desideramus ultra credere. *Tertullianus ap. M. Greg. Michaël. in Gaffarell. p. 265.* Qvæ DEUS occulta esse voluit non sunt scrutanda: qvæ autem manifesta sunt non sunt negligenda: ne in illis illicitè curiosi: & in his damnabiliter inveniamur ingrati. *Prosper. de Vocat. Gentium ap. Lang. in Floril.* Laudem merentur ante omnes conversi Ephesii, de qvibus Lucas: *Multi autem ex eis, qvi CURIOSA fuerant sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus: Et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam* ἀργυρίου μυριάδας πέντε, *denariorum qvinqvaginta mille,* Act. XIX. v. 19. Castellio qvinqve ducatorum

 mil-

millibus æſtimavit. Ante hos idem feciſſe nonnulli volunt Regem pientiſſimum Ezechiam; Narrant enim libros qvosdam Magicos ad eum relatos fuiſſe, qvos cum æneo ſerpente, ſive Nehuſtan, de qvo 2. Reg. XVIII. v. 4. combuſſerit, recenſeturqve qvoddam ejus axioma: *in herbis, verbis & lapidibus magna virtus.* Doctiſſimus *Andreas Libavius, Roſeæ Crucis Fratrum hoſtis acerrimus, Exam. abominabilis impietatis Magiæ Paracelſicæ per Oswaldum Crollium Sect. III. pag. 63. ap. Mich. l. c. p. 485.* Talem malè-ſanam curioſitatem, qvæ multos ſeducit & perdit, religioſo illo Bernhardo teſte, Apparatus noſter Tibi non ſiſtit, ſed ſanam illam & conceſſam; Malo ego cum Gregorio Naz. Orat. XXVI. ap. *D. Calovium in de meth. diſp. p. 789.*

p. 798. nimis ignavus esse, qvam nimis curiosus, nimis timidus, qvam nimis audax & temerarius: isto enim nemini nocere possumus, hoc plurimis. CURIOSA, si sint simul *fructuosa*, utilissimam humanis discursibus materiam præbent. Qvemadmodum cibus ille censetur optimus, qvi & benè nutrit, & palatum svaviter delectat: ita discursus illi præ cæteris commendantur, qui, qvia fructuosi sunt, prosunt: & qvia curiosi sunt, delectant, non sine qvodam svavi illicio, & veluti magneticâ virtute, animorum auriumqve attractivâ. PRACTICUM voco, qvia lectum, relectum ad usum referre poteris tuum, juxta monitum R. Abrahami, in libro Zeror hammor: הַכֹּל חוּלִּין אַחַר הַמַּעֲשֶׂה *Omnia tendunt ad praxin!* Scientia sine usu umbratile qviddam est, & evanidum. Et qvorsum multa & curiosa lectio, excerptorumqve moles, si non accedat operosa praxis? Omnia artium præcepta usum re-

ſpiciunt, & per uſum confirmantur, juxta illud Rabbinorum: הַהֶרְגֵּל יַעֲשֶׂה אוּמָּן *Uſus facit artificem!* Ut ergò hæc ſtudia noſtra in ſolâ lectione non perſiſtant, ſed uſu illuſtriora, praxi & exercitatione utiliora fiant, eadem tecum communicare, & in tuum uſum exhibere volui. Tu velim, Lector, æqvi boniqve ea conſulas, habeasqve tibi commendatum illud Hieronymi in Apologiâ ad Pammachium: Aut profer meliores epulas, & me convivâ utere, aut qvalicunq; noſtrâ cœnulâ contentus eſto. Tituli in multis, præſertim Literis poſterioribus, conciſi, in ſeqventibus, σὺν θεῷ, ſupplebuntur Tomis; cum enim præ-

præter opinionem Opus ſub calamo creverit, & Dominus Bibliopola brevitatem, ne liber majore pretio, qvam facultates tenuiorum ferrent, eſſet comparandus, commendaverit, voluntati obſecutus, è ſegete ad ſpicilegium reliqvi ſtipulas, utilitatem à delectatione, curioſitatem à praxi cum DEO & die nunqvam & in poſterum ſejuncturus. DEUS T. O. M. omnis ſapientiæ fons & origo, cujus in honorem omnia vergunt, faxit, ut ad ſcopum mihi propoſitum perveniam, Ille regat noſtras Muſas, viresqve miniſtret, & qvi animum dedit, ut hæc inciperemus, det etiam virtutem, ac ſanam incorpore ſano mentem, ut perficiamus! Tu interim, L. B. fave jugiter, vive, & rem gere tuam feliciter! Dabantur Vehlefanzii 4. Septemb.

An. 1709.

Ad Lectorem.

QVi Titulum legis & Nomen, chariſſime Lector,
Johannis Schützens / ſcripta citò ære para.
Linea non legitur fruſtra, ſua pondera verbis
Annectit, dictis ſenſus inestqve gravis.
Thesaurum ſi qværis, habes, ſi ſcripta revolvis
Johannis Schützens / ſvádeo vera Tibi.
Artificem commendet opus: lege, judica, & ipſus
Sic ſtatues, ſi non, invidiæ ſtatua es.
Rideat elatô Momorum turba cachinno,
Et qvotqvot naſum Rhinocerotis habent. *
Iſtos, Mome, ſophos, ſi vis, reprehende labores,
Autor Te, credas, curat ut ille ** Aſinum.

* Rhinoceros animal in Indiâ eſt, unicum habens in naribus cornu modicè reflexum, alioqvi Elephanto non diſſimile, ein Elephanten-Meiſter / h. e. Elephanti victor, naturâ enim Elephanto hoſtis eſt, contra qvem pugnaturus cornu ſaxis exacuit, alvum poſtea ejus, qvem ſcit eſſe molliorem, petens & diſcerpens. Hinc formula loqvendi ſumta ab irriſione factorum, dictorum & ſcriptorum aliorum. Sic Martialis:

Et pueri naſum Rhinocerotis habent.

h. e. ſunt naſuti & irriſores, ſie ſeynd ſpöttiſch und höhniſch / rümpfen die Naſen.

Baſilius Faber in Theſauro Eruditionis p. m. 497.

** Patientiſſimus Socrates à qvopiam calcitratus ſive perculſus, & ob tolerationem ab adſtantibus ad recalcitrationem ſive accuſationem impulſus reſpondit: Qvod ſi me aſinus calcitraſſet, ideone eum ante judicem vocarem, mea mens placata tales poteſt ferre injurias.

Diog. Laërtius de Socrate lib. 2. citante M. Adamo Weinheimero Caten. Evangel. Dom. 6. p. Trin. p. m. 567.

Honoris ergò pangebat

Caſpar Neumann,

Eccleſiæ Schwant- & Micro-Zitenſ.
Paſtor.

Per-

PErvigili ſtudio qvi docta volumina volvis,
Mi Schützi, pretium grande laboris habes:
Colligis è doctis ſemper ſaluberrima Scriptis,
In claſſes redigis, qvæ tibi docta vides.
Theſauros condis, commiſces utile dulci,
Sic multis palmam præripis hâc operâ.
Qvam benè perpetui Tibi ſpondeo nomen honoris,
Sit tibi, ſitqve Tuis, gloria, lausqve, decus.

Paucula hæc in Domini Auctoris, Domini Affinis ac Compatris ſui æſtumatiſſimi, novum opus perutile atqve eruditum edentis, honorem adjicere voluit

Andreas Grantzovius,
Eccl. Creñenſ. ad Div. Nicol. Paſt.

Ex

Ex Ungue Leonem!

SIc memini, Germane, ad Te ſcripſiſſe Virorum
Qvendam doctorum, cui tua Scripta placent.
Ni fallor MISANDER erat, decus atqve corona
Scriptorum, cujus nomen in orbe viget.
Scripta Viri proſtant, parili ſarcita labore,
Qvò Fratris, proſunt omnibus iſta bonis.
Hinc ſimili ſtudio conjuncti, ſitis amici,
Qvid mirum? Similes eſtis in arte Viri.
Hinc qvoqve, Frater, avet MISANDER, dictus ADAMI
Qvi eſt alias, faciem noſcat ut ille tuam.
Cumqve Viro ſimilem non ſit conceſſa poteſtas
Ulla videre ſibi ſedulitate Virum,
Abſentem alloqvitur, dicitqve: Ex Ungue Leonem
Cognoſco, doctus tu mihi ſemper eris!
Dicere qvid voluit, qvis verborumqve receſſus,
Præſenti Scripto, Lector, habere potes.

Otto Chriſtoph Schütze/*Paſt.*
Staffeld. & Megalozit.

A. A. A.

A. B. Γ.

UEr barbarus Athenis Græcas literas tres didicerat α. β. γ. qvumque in patriam remeaſſet, magno popularium favore exceptus, contra Prætorem quendam Græcè concionantem, poſitus eſt. Qui poſteà quam peroravit, ut erat vocaliſſimus (qvum illud Ciceronis verum eſt: Plerosque ſuæ conſcios imbecillitatis ὅπι τὴν κραυγὴν ὥσπερ χωλὰς ἐφ' ἵππου πέδας, ad vociferationem, uti claudos in eqvum inſilire) exclamare perrexit α. β. γ. quo clamore perterritus Prætor, ſiluit. Barbari verò civem ſuum viciſſe exiſtimantes, illum magno plauſu domum reduxerunt. *Zwingerus Theat. Hum. Vit. Vol. IV. Lib. I. p. 1039. a.*

R. ABARBENEL.

Huic Hugo Grotius *Lib. I. de Jure Pacis & Belli Cap. II. §. 9. p. 35.* elogium illuſtriſſimi tribuit, & doctiſſimus *Conſtantinus L'Empereur* מסכת מידות *p. 417.* eundem præ cæteris omnibus commendat Ebræorum Doctoribus. *M. Georg. Frid. Heupelius Diſſ. Philol. de Creatione Evæ ex Coſtâ Adami p. 4.* Scripſit librum, cui משמיע ישועה / *Prædicator Salutis*, titulum fecit. *B. D. Joh. Ben. Carpzov. Introd. in Theol. Judaic. Raymundi Martini Pug. Fid. præfix. Cap. X. §. 5. p. 79.* Falſò inſuper ſe è Davidis familiâ prognatum aſſerit. *Excell. D. J. C. Beeman. Notit. Dignit. Illuſtr. Diſſ. I. p. 32.* Fuit Chriſtiani nominis, ſi quis alius, infenſiſſimus hoſtis, ac perverſiſſimus veri calumnia-

tor, rectè judicante Nicol. Antonio in Biblioth. Hiſpan. Tom. I. in Præfat. ap. *M. Zachar. Grapium in Spicilegio Hiſtor. Philol. Hiſtoriam Literariam Talmudis Babylonici ſiſtente, Diſſert. Poſter. additam. p. 49.* Religionem ſuam majoris æſtimabat præ divitiis Hiſpaniæ. *Excell. D. D. Joh. Frid. Mayerus in Achabo appetente & Naborho vineam vineæ poſtponente, §. 14. p. 19.*

ABBAS

Unde?

Abbas, vox Syra, Patrem ſignificat. Eſt enim Pater Monachorum. Facetè *Owenus Lib. I.*

In templo orantes reliquis cum fratribus unà
Vos duo non fictè dicitis: Abba, pater.

Nec ſemper fungitur hic officio, ut præſcribitur *in C. XIIX. Q. II. C. cum ad monaſterium 6. X. de Statu Monachor.* Experientia loquitur, & non ſine ratione jactatum apud Germanos proverbium: Wann der Abt die Würffel wirfft/ ſo haben die Münche frey tantzen. *D. Valent. Arithmæus Feudal. Velizat. Diſſ. V. §. 5.* Philippus Melanchthon ita reddidit:

Forte cubos primum poſuit cum futilis Abbas,
Tunc ſeſe monachi ludere jure putant!

Epigrammat. Lib. III.

Nil ſcit præter A. B.

In Abbatem ignorantem *Franciſcus Statius in Otiis & Luſ. Veritatis, Epigr. LXXXVI. p. 20.* ita:

Qui didiciſti A. B. C. nil præter id, Abbate, plus ſcis,
Ille etenim nil ſcit, quam velut * audit A. B.

*Alluſio ſit ad nomen Gallicum, *Abbé.*

Unus Fuldenſis

Cæſari ſexaginta millia bellatorum in hoſtem præbuit. *Paul. Hachenberg. de Germaniâ Medii, Diſſ. IV. §. 24. p. 146.*

Imperitus.

Corporis extenſi, validæ cervicis & Abbas
Quidam in conventu concilioque Patrum.
Concilium à Miſſa & cantu inceptare rogatur,
Qui petit ætherei Flaminis auxilium.
Perficit exactè commiſſum munus in æde,
Hinc parocho quovis doctior eſt habitus.

Percu-

Percupiunt illo cum converſarier omnes
Illius ex ſacris conſilioque frui.
Clerorum verò ſemper conſortia vitat
Conſpectum cunctis ſubtrahit atque ſuum.
Conſtituunt hominem fratres inviſere eundem,
Adventus certum notificantque diem.
Clerum ad concilium quem ſecum duxerat Abbas
Affatur doctum taliter: ecce viri hi
Me compellabunt dubio procul ore Latino,
Quid faciam? ſcis me lingva Latina fugit.
Si compellabunt te, dicit clericus, ore
Ignoto, ignoto redde iterum ore ſonum,
Nomina villarum, & quæ noſti hæc fande tuarum,
Scilicet: *Hoſe*, *Gyſen*, *Uzen* item *Caverſtedt*.
Atque alias etiam villas, arcesque ſuperbas,
Quæ circum ſolitæ mœnia ſedis habes.
Tunc Græcâ dicam, te delectare loquelâ,
Fratrum in colloquiis non etiam auſoniâ,
A te ſuffuſo, mihi crede, rubore recedent;
Nec, qui te ulterius ſollicitabit, erit.
Cætera quæ reſtant tibi perficienda patrone,
Ipſe ego perficiam nomine cuncta tuo.
Conſilium cleri ſuccedit, inutilis Abbas
Abbatis docti ſic titulum obtinuit.

Sal. Kuſelius Horar. Succiſivar. Lib. p. 193. ſeq. Vid. omninò *Apparat. Nom. Propr. Bibl. Tom. II. in Tit.* Græci §. *7. p. 561.*

Præ pingvedine mortem metuens.

Aſpiciens Abbas pendentem abdomine ventrem
Et ſimul admirans talia verba dabat:
En quantum corpus ſemper ſe extendit, opinor
Diſſiliet, rumpant ni mihi fata diem.
Excipit eſuriens hæc aure miniſter, & inquit:
Ah pater, æquali da mihi morte mori.

Id. ib. p. 200.

Eſt quoque titulus honorarius Eccleſiaſtico-Scholaſticus.

Ita Autor *Juchaſin f. 31. a.* Abba eſt nomen honoris, ſicut Rabbi, Hinc

in Talmude memorantur *Abba* Saul, *Abba* Jose, & alii. Unde patet, quid sibi velit Salvator, Matth. 23. v. 8. 9. 10. nominibus ῥαββὶ, πατὴρ, καθηγητὴς. Tituli רַבִּי *Rabbi*, אַבָּא *Abba*, & מָר *Mor* vel *Mar* conjuncti leguntur in *Maccoth f. 24. 1.* ubi Josaphat Discipulum sapientem compellasse legitur אבי אבי רבי רבי מרי מרי Similiter Abyssini, sive potius Habessini, quemvis Ecclesiæ Doctorem appellant אב Patrem, Apostolum verò & Patriarcham אַבוּנָא i. e. Patrem nostrum. *B. D. Pfeiffer. Ebraic. & Exot. N. T. L. XXIII. §. 2. p. 917.* Vid. omninò *Apparatus mei Nom. Propr. Biblici Tom. I. p. 17. seq.* Abbas Secularium olim & titulus apud Gallos fuit, etiam Baronibus, Comitibus, Ducibus, Principibusque tributus. Vid. *D. Hofman. Lex. Un. in h. v. p. 7.*

ABBATISSA.

Hæc est monialium antistes. *Joh. Calvinus in Medull. Lex. Jurid. in h. v. p. 5. a.* Eas foras evagari, aut inter villas residere, suisque voluptatibus deservire, prohibet Ludovicus Pius ad Sicharium Archiepiscopum Burdigalensem, ap. *Hofman. l. c. p. 11. a.* Juvenculas fieri Abbatissas vehementissimè prohibet *Gregor. in C. XII. C. XX. Q. I.* Et saltem sexagenariam, vitâ & moribus probatam, velari vult, & sanctimonialibus præesse, ne tentatâ carnis salacitate, & se, & virgines reliquas seducat. Hunc canonem non consideravit ante aliquot annos Trebnicia, quæ nobilissimam juniorem virginem in Abbatissam elegit; undè & rectè ad proceres provocavit, & ad matrimonialem copulam anhelavit. *Arühmaus l. c.*

ABBATIÆ
Laicis concessæ.

Abbatias & Monasteria Laicis in beneficium, ob reipublicæ necessitates & tuitionem, concessisse Reges Franciæ, observare est ex Capitulis Caroli M. *Lib. V. C. CLXXXI.* Id verò primùm fecisse Carolum Martellum, consentiunt Scriptores omnes, eoque nomine æternaliter perditum, seu damnatum dixerunt quidam, ut est ap. Baron. An. 889. n. 31. *Carolus du Fresne in Glossar. Tom. I. p. 12.*

A B C Darius Doctor.

Carolstadius, homo, ut Melanchthon de eo scribit, ferus, sine ingenio, sine doctrinâ, sine sensu communi, ap. *D. Joh. Meisner. in Irenico Durano S. 1. §. 10. p. 5.* ab initialibus nominis sui literis Andreas Bodenstein Carolstadius Doctor, & à mutato vitæ genere A B C Darius Luthero dictus, non solum

lum Doctoris gradum repudiavit, sed & cum Coryphæis Anabaptistæ Sectæ, Nicolao Pelargo & Thomâ Müntzero sese jungens tantum vicinus Andreas (Bruder Andres) appellari voluit. Priusquam etiam à Theologis Wittenbergensibus secessum faceret, in promotione quâdam, cum in Johannem Westermannum & Godescalcum Grappium Doctorum titulos conferret, palam testatus est, se posthac nemini gradum esse collaturum, eo quod alios promovendo in Doctores, sciens faciat impiè contra dictum Christi, Matth. 23, 8. 9. *Neminem vocate Magistrum, aut Rabbi. Et Patrem vestrum neminem vocetis in terra.* Sed Resp. Prius enunciatum pertinet ad Doctores, ne eo sensu ac modo, quo Christus est unicus noster Magister, sibi titulum Magistri arrogent: Posterius ad auditores, ne eo sensu ac modo, quo DEus est Pater noster seu Magister, titulum Patris aut Magistri ulli hominum super terram deferant. Unde constat, Christum non titulum Magistri, aut Patris damnasse, sed rem titulo duntaxat: Res autem tituli non erat quodlibet magisterium, quævis autoritas, sed ejusmodi unde nemini licebat provocare, in quo omnes oportebat acquiescere. Sic profectò nemini licet admittere cognomentum Patris aut Magistri; Non enim vult Christus fidem nostram ab ullius hominis autoritate pendere, nec quenquam, etiamsi Apostolus esset, tantum sibi arrogare. *D. D. Fesselius Advers. Sacr. l. 4. c. 6. p. 366. B. D. Kromaier. Th. Pos. Pol. Art. 19. p. 1086. 1087. Supplement. Act. Erud. Lips. Prior. S. 9. p. 465. D. J. A. Osiand. Th. Cas. P. 5. c. 2. p. 472. seq. & c. 3. p. 605. seq. Hoornbeck Summ. Controv. l. 10 p. 755. seq.* Instas: Quicquid arguit ambitionem, illud est vitandum.

Honores Academicos apperere arguit ambitionem. E.

Resp. Committitur *Fallacia accidentis.* Nam quod novis honoribus insigniti interdum alios spernunt, hoc non *per se*, sed *per accidens* fit, non *ex honoris naturâ*, sed *ex vitio personæ.* Dist. igitur inter usum & abusum &c. B. Lutherus voces, contra gradus literatorum prolatas, sacrilegas appellat, ex blasphemo ore prolatas. *Ebartus Enchirid. Th. Pos. Pol. L. 16. p. 459. seq.*

R. ABENESRA.

Hic ob insignem doctrinam & sapientiam κατ' ἐξοχήν à suis dictus fuit חָכָם / ὁ σοφὸς, sapiens, teste Buxtorffio Tr. de Abbr. Ebr. p. 34. *M. Jac. Schmalz. Diss. Philol. de Uxore Mosis Æthiopissa ex Num. XII. 1. Cap. II. §. 8. M. Joh. Ern. Müller. Diss. Philol. de* אֶרֶץ *Terrâ Jobi §. 4. lit. C. p. 14.*

ABGARI
Epistola ad Salvatorem nostrum unicum.

§. 1.

Exemplar Epistolæ scriptæ à Rege Abgaro ad JESUM, & ad eum missæ per Ananiam cursorem, & Rescriptum JESU ad eundem per eundem exhibet *Eusebius Pamphilus, Hist. Eccles. Lib. I. Cap. XIV. p. 14.* hoc tenore:

Abgarus, Princeps Edessæ, JESU Servatori bono,
qui in finibus Hierosolymorum apparuit,
Salutem!

Nunciatum est mihi de Te, & de curationibus, quas absque herbis, & medicamentis operaris. Fama enim est, cœcis visum, claudis gressum, abs te restitui, leprosos mundari, Dæmones & immundos Spiritus expelli, diuturnis morbis oppressos sanari, mortuos denique suscitari. Quæ cum omnia de Te audirem, sic in animum meum induxi, aut te reverà Deum esse, qui è cœlo delapsus hæc efficias, aut certè Filium DEI. Proindè ad Te scripsi, orans, ut nos invises, morbumque nostrum sanare haud graveris. Audio enim Judæos tibi obtrectare, & insidias in caput tuum struere. Est mihi civitas parva, sed ornata, quæ nostrum utrique sufficiet.

§. 2.

Rescriptum JESU ad Abgarum Regem, per Ananiam cursorem: Beatus es Abgare, qui in me credideris, quem non vidisti. De me enim scriptum est, eos, qui me viderint, non credituros in me, ut ii, qui non viderint, credentes vitam accipiant. Quod verò ad me scribis, ut ad te proficiscar, hic necesse habeo omnia implere, propter quæ sum missus, iisque demum absolutis, ad illum, qui me misit, reverti. Cæterum, cum primum me ad eum recepero, ex discipulis meis aliquem ad te mittam, qui & morbum tuum curet, & vitam tibi tuisque omnibus præstet.

§. 3.

Sed scripta hæc esse falsa, & supposititia probant *M. Georg. Henr. Gœzius de CHRISTI Scriptis §. 5. seq. M. Joh. Henr. Albinus de Epistolâ CHRISTI ad Abgarum per tot.* Ut & illud vultum CHRISTI in linteo esse expressum, & ad Abgarum missum, aut in sacrâ sindone Veronicæ (*Haithonus Armenius Hist. Orient. Cap. XII. p. m. 12.*) Chifletius namque *de Linteis Sepulchralibus, Cap. XXXIV. p. 205.* & alii scribunt, venerari Romanam Ecclesiam linteum, quod CHRISTO obtulit pia matrona Veronica, quandò bajulabat crucem suam, ut sudorem, cruoremque tergeret, in quod ille sacrum vultum suum impressit. *B. D. Joh. Georg. Dorscheus Sylog. Vindiciarum ad Bellarmin. Allegat. ex Exod. Mos. Part. I. Diss. III. ad C. III. §. 4. 5. 6. p. 79. 80. 81. 82. D. Christoph.*

Steph. Sam. Martini in der blutigen Schau-Bühne/*p.617.* *M.* Gottlob Rothen zweiffelhafftiger Brieff-Wechsel des HErrn Christi mit *Abgaro.* Hisce laudibus:

Salve sancta facies nostri Redemtoris,
In quâ inter species divini splendoris,
Impressa panniculo nivei candoris,
Dataque Veronicæ ob signum amoris &c.

Jac. Phil. Bergomensis in Supplemento Supplementi Chronicarum Lib. VIII. p.m.168.

§. 4.

De imagine, quam CHRISTUS ad Abgarum misisse dicitur, Baronius ad Annum CHRISTI XXXI. n.6. ita: Quin & ab ipso CHRISTO sui imaginem non arte hominis elaboratam, sed ab ipsomet summo rerum architecto, & opifice Domino nostro ad Abgarum missam post datam epistolam à complurib̃ gravissimis autoribus scriptum reperimus. Evagrius Scholasticus testatur - - quæ verò ab ipso scripto recitata sunt, in Concilio Niceno II. & à Patribus, ut egregiè testata, fideque digna comprobata habentur.

§. 5.

Addunt & alios testes, nimirum *Johannem Damascenum de Orthodoxâ fide Lib. IV. Cap. VII.* Constantinum Porphyrogenitum in Oratione, quæ exstat apud Metaphrastem d. X. August. Acta Sanctorum Samonis & Guriæ, quæ reperiuntur apud citatum d. XV. Novemb. Græcos quoque de eadem celebrare anniversariam solennitatem d. XVII. Cal. Septembr. probat Baronius ex eorum Menologio: Ex Latinis verò adducit Hadrianum Papam, scribentem ad Carolum M. eandem de imagine ad Abgarum missâ historiam cognitam & receptam esse à Stephano Papâ in Concilio Romano.

§. 6.

Porrò, ut hujus rei veritatem declarare & demonstrare posset Baronius, ex *Evagrio Hist. Lib. IV. Cap. XXVI.* crebra & insignia miracula ex eadem imagine prodita refert, nimirum Philippicum Ducem sub Imperatore Mauritio præsidio hujus sine manu factæ imaginis, quam secum in aciem duxisset, ingentes Persarum copias prostravisse, ac penitus profligasse.

§. 7.

Sed quale judicium Eruditi ferunt, de Epistolâ CHRISTI ad Abgarum, & hujus ad CHRISTUM, tale etiam ferendum est de hâc ipsâ imagine. Scilicet, ut loquitur *D. Ittigius Diss. I. de Pseudepigraphis* §.*14.* Illæ epistolæ eo inprimis nomine suspectæ videntur, quod nulli veterum Scriptorum ante Eusebium memoratæ fuerint, & post Eusebium inter Scriptores IV. & V. Sec. parva earum mentio occurrat.

§. 8.

§. 8.

Prætereà, utut Eusebius epistolas has pro genuinis agnoscat, de imagine verò hâc nil quicquam meminit. Non puto verò latuisse illam posse Eusebium, qui tamen magna diligentia est usus, ut rei illius veritatem agnosceret. Archiva enim Edessenorum vel ipse consuluit, vel per alios consulenda curavit. Quod si verò eo tempore, cum Eusebius historiam suam scriberet, Edessenis illa imago nondum innotuit, unde post CCCXXX. annos ad eos illa pervenit?

§. 9.

Evagrium verò quod concernit, est ille Scriptor à fabulosis narrationibus non nimis alienus, prout audit *Casaubono*, & *Cave H. L. p.305.* ita de eo scribit: In pluribus factis recensendis Evagrium nimis fuisse credulum; & in fabulas proniorem, ex iis, quæ data quavis occasione, cruce, reliquiis, fictisque miraculis (quæ majori pretio habere jam cœperant) refert, cuivis, præjudiciis non occœcato, liquido patebit. Reliqui verò à Baronio in patrocinium sententiæ suæ adducti auctores sunt sequiorum seculorum, & quam hi fuerint ad fabulas & miracula commentitia suscipienda proclives, nemini, qui historiam literariam minutius callet, poterit esse ignotum.

§. 10.

Notandum tamen est, *D. Gvilielmum Cave* epistolas hasce mutuas recipere, hæc sunt ejus verba, *Hist. Lit. Part. I. p. 2. Ego non adeò temerè abjiciendum esse censeo tam venerandæ vetustatis monumentum.* Nec poterit juvare Baronium, quod dicat, Evagrii de hac imagine scripta in Concilio Niceno II. à Patribus, ut egregie testata fideque digna comprobata haberi, nam etsi illud imaginem hanc pro verâ agnoscat, nihil tamen hoc ad rem, nullum enim ibi argumentum affertur, quo rei veritas probetur. Prætereà etiam Damascenus, quem Baronius tanquam testem producit, mentionem quidem hujus imaginis *l. c.* facit, sed tanquam rei incertæ, & cujus fides vacillet. *D. Joh. Andr. Schmide in Historia Seculi Primi Fabulis Variorum Maculata S. II. Cap. IV. p. 42. seq. M. Joh. Reiskius Exercit. Histor. Philol. de Imagine CHRISTI JESU Abgarena, sive Edessenâ Cap. II. §. 1. seq. M.* Gottfried *Erasmi Diatr. Geogr. Histor. de SS. Apostolorum Evangelizantium Peregrinationibus §. 12. p. 18. 19.*

§. 11.

Veronicæ autem, (cujus anteà facta mentio, & quam *Bergomensis l. c.* mulierem fuisse dicit, quam CHRISTUS à sangvinis fluxu fatigatam, sanavit, Matth. 9. v. 20.) vocabulum esse imaginis (non mulieris) ex *vero* & *icon* Mabillonii *in Museo Italico p. 88.* assertio est. Nos ex Φέρω & εἰκὼν, nomen istud formatum esse, non dubitamus, indeque scribi debere Pheronîca (ferens imaginem)

ginem) quod in *Veronicam*, & ſcriptione & pronunciatione corrupta ſeculorum mutavit ruditas. *D. Chriſtian. Kortbold. in Miſcellaneis Academicis §. 21. & ult.*

ABISAI. ABIMELECH.

Penultima in hiſce vocibus an longa, an brevis? Reſp. Germanis & Græcis in Ebraicis vocibus, quoad tonum, poteſtas eſt ferè libera pronunciandi. Contradicere ſibi videntur, qui contendunt, Germanos tonum, neceſſariò debere penultimæ in his: *Iſmël, Abiſai, Abimelech, Melchiſedech* &c. Aut enim ſequimur Ebræos, aut Græcos, aut Latinos. Si hos, pronunciandum erit Melchisĕdech, Abimĕlech, Abisái, ob penultimam brevem. Sin Græcos, liberum erit, v. g. Μελχισεδὲκ, Gen. XIV. v. 18. Ἀβιμέλεχ, Gen. XX. v. 3. Si verò Ebræos, pronunciandum quidem erit Melchiſĕdech, Abimélech, Abiſăi, ſed non Iſráël, quin potius Iſraél, quia ultimæ hûc debetur tonus. Si verò neceſſario dicendum ſit Iſráël, dicendum quoque erit Abráham, Jonáthan, Jericho, Abſálon. Non ergò peccabimus, ſi cum Græcis, quibuscum cognationem plurimam habet noſtra lingva, liberam pronunciandi libertatem conſvetudini relinquamus. *L. Henr. Georg. Neuß/ Diſſ. Inaug. de Vidente, ſeu Theologo, Coroll. I.*

ABITIO

Pro morte.

Veteres etiam Ethnici mortem *Abitionem* vocarunt, it. Tranſitum.

Non mors dicatur, ſed vero nomine vita
Eſt, obit ut juſtus, cujus ſit tranſitus ortus.

Carol. du Freſne, Gloſſar. Tom. III. p. 1169. Joſ. Laurentius, Polymath. Lib. II. Diſſ. III. p. 59. Ciſp. Barthius, Adverſ. Lib. XLIII. cap. III. p. 1931. Abire per euphemiſmum ponitur pro *mori*; mors enim eſt abitus hominis ex ſuâ domo in domum ſepulchri æternam, Cohel. XII, v. 5. ex domo hujus mundi ad vitam alteram, ex tempore ad æternitatem, *B. D. Geier. in Coh. I. v. 4. p. 15.* Sic & in jure defunctus abſenti comparatur. *D. Ben. Carpzov. Jurispr. Forenſ. Rom. Sax. P. I. Conſtit. XXIX. Definit. XXXVIII. n. 9. p. 324. b.*

ABLACTATIO

Puerorum trina.

Vid. Apparat. Bibl. Tom. II. in Tit. *Hanna filium in tabernaculum adducens, p. 593.*

ABLACTATIONIS
Dies.

Hic olim admodum celebris, exemplo Abrahami, Gen. XXI, v. 8. vid. *Theodorus Janſonius ab Almeloveen, Antiquit. è Sacris Profan. Specimine p. 48. ſeq. Appar. Bibl. Tom. I. p. 41 ſeq.*

ABLACTANDO
Infanti quod tempus aptiſſimum?

Hæc quæſtio ab Alexandro M. Babylone commorante, inter alias Philoſophis fuit propoſita: Quænam eſſet ætas aptiſſima, quâ puer aut puella à lacte removeretur? Cujus quæſtionis hæc fuit occaſio, quod Alexandro filiola eſſet lactans, quam ex Amazonum Reginâ ſuſceperat, & jam an ablactandi illius tempus eſſet, vel ſecus, acerrimè inter Medicos diſceptatum fuerat. Ut enim lactaretur, ætas; ut ablactaretur, imbecillitas filiæ non permittebat; Et certè ea infantum in illâ ætatulâ eſt ſimplicitas, ut neque petere bonum, neque de malo conqueri noverint. Sciendum autem circa hanc quæſtionem; Sicut varia ſunt tempora, & diverſæ regiones & provinciæ: Ita varios fuiſſe modos, ac rationes diverſas infantes educandi, lactandi & ablactandi. Ante proruptos dentes ſi ablactantur pueri, & ſolidiore cibo nutriuntur, multis è cruditate morbis obnoxii fiunt, inquit *Avicenna*. Chryſippus nutricibus triennium dedit, *Fab. l. c. II.* Puellum, quoad primores dentes emiſerit, ſolo lacte alendum, docet *Galen. I. de tuend. ſanit.* Poſt quinquies ſeptem menſes infans incipit lac nutricis horreſcere, niſi fortè ad patientiam longioris uſus continuâ conſvetudine protrahatur, Macrob. I. Somn. VI. ap. *Anton. de Guevara Horol. Princip. Lib. II. cap. XXVII. p. 365. & Joh. Wanckel. in eund.*

ABLATIVUS
Pro Dativo

Veteribus placuit, nam curſu dictum pro curſui, *Godeſcalcus Stevechius, Comment. ad Veget. Lib. I. cap. IX. p. 38.* Non minus & hodiè Ablativus apud multos Dativo potior, libentius enim auferunt, quam dant, &c. Sed videant, ne Ablativus reſolvatur, ut fieri ſolet, in Accuſativum. *Joh. Calvin. Med. Lex. Jur. pag. 10.*

ABNEGATIO
CHRISTI triplex.

Triplici modo CHRISTUS ab hominibus abnegatur. 1) *Corde*, cum quis, quæcunque S. Scriptura de perſonâ & officio CHRISTI credenda præſcribit,

bit, credere recusat, id quod faciunt *Hæretici.* 2) *Ore*, cum quis cum Apostolo Petro, Matth. XXVI. v. 70. 72. 74. CHRISTI nomen atque doctrinam coram mundo profiteri veretur, tempore cuniprimis persecutionis. Ita facere solent *Hypocritæ.* 3) *Opere*, ubi alii CHRISTUM juxta personam & officium ad S. Literarum ductum rectè quidem agnoscunt, ore quoque palam confitentur, opere tamen ipso, hoc est, impiâ ac genuino Christiano indignissimâ vitâ eundem negant, Tit. I. v. 16. Et hi sunt *Christiani secundum dicere & dici*, die Maul-Christen/ *Joh. Möllerus, in Alveario Sacro, p. 1.*

ABORTUS
Olim familiaris.

§. 1.

Fœminis familiare & frequens olim fuit abortionis poculum sumere, ut *Seneca ad Helvidiam* testatur, ad solum formæ detrimentum, ventrisque rugas vitandas, vel ut cum Ovidio loquar:

- - ut careat rugarum crimine venter.

Quo fine Plutarchus memorat, plerasque mulieres ob solam libidinem hoc genere usas, ut vacuæ factæ statim rursus implerentur, perpetuæque Veneris facultatem haberent, in lib. de tuend. valetud. ap. *Henr. Salmuth, in Panciroll. P. I. Tit. XLVI. p. 217. b.*

§. 2.

Ἀμβλώσις ergò ejusmodi gentibus probatæ, ipseque Aristoteles *Polit. l. 7. c. 16.* eò inclinat, si cui numerus augeatur liberorum, abortum esse procurandam, priusquam fœtus sensu vitàque animetur, quæ immanitas à *Socrate* quoque & *Platone* haud improbata penitus videtur, *Lib. 3. de Rep. & 5. de Leg.* Melior mens fuit priscis Germanis, apud quos numerum liberorum finire, aut quenquam ex agnatis necare, flagitium fuisse habitum, *Tacitus* testatur. Vid. *Henelius, cap. XXVIII. Otii Uratislavienf. ap. Robert. Scharrockium, de Officiis secundum jus Naturæ, cap. III. p. 142. & cap. VII. p. 423. Michaël Piccartus, in cit. Aristot. locum, p. 119. seq.*

ABORTUM
Procurantes homicidii rei.

§. 1.

Matrem partum vitalem in utero necantem, vel abigentem parricidium committere, nemo facilè negaverit. Nil enim videtur interesse, an natum enecet, vel non editum perimat. Audacior illa quidem est, quæ jam vivum vidit, & amplexata est, eique præsentem adēmit vitam: Crudelior autem, quæ lucem

invidet nascituro, & antequam ei Solem conspiciendum tribuat, aufert. Impium siquidem est, eum, qui speratur, ante vitam necare, l. 1. §. sed & si quis 9. ff. de ventr. in poss. mittend. Tiber. Decianus in Tract. criminal. Lib. IX. Cap. IIX. num. 14. ap. *D. Bened. Carpzov. in Jurisprud. Forensi Rom. Saxon. Part. IV. Constit. IV. Definit. I. n. 1. 2. 3. p. 1303. a. Voëtium, Disp. Sel. P. I. p.* 748. 749. Occidit hominem, si non perfectum, tamen perficiendum. Si non lædendus homo natus, multo minus utero incluſus, *Joh.* Sperling/ *Tract. Phys. de format. Hom. in utero, cap V. Quæst II. p.* 102.

§. 2.

Et in hoc delicto conatus etiam punitur per verba legis: *id enisus fuerit*, & per *l. 1. ff. h. t. in fin.* ubi hac lege tenetur, qui venenum emit hac intentione, ut propinaret, quod in emptione & præparatione veneni videtur speciale esse, *D. Joh. Brunneman. Comment. in Codic. Justin. Lib. IX. Tit. XVII. n.* 9. 10. *p.* 1110. ei, cujus facto partus animam habens periit, ordinaria homicidii pœna irrogatur, quod & criminali ordinatione Carolina cautum est, *sub art. CXXXIII.* & Juri divino & Canonico conveniens est, Exod. XXI. v. 14. 22. seq. C. Moyses 32. q. 2. *Phil. Henric. Hœnonius, Disput. Jurid. Lib. III. Disp. XII. p.* 143. *Georg. Al. Struvius, in Jurisprud. Rom. Germ. Forensi, Lib. III. Tit. XXIV. §. 2. p.* 727.

§. 3.

Consentit ipse *Cicero*, qui cum confirmare vellet crimen *Oppianici* in defensione *A. Cluentii*, sceleratque eum fecisse ostendere, qui *Viriam*, fratris uxorem prægnantem veneno sustulerat, ne partu ejus ab hæreditate fraternâ excluderetur: usus est exemplo, docuitque aliquando fœminam, ream ejus culpæ, capitis damnatam fuisse. Verba ipsius ponam, quibus totam rem complexus est: auxitque crimen illud, quantum potuit. Memoriâ teneo, inquit, Milesiam quandam mulierem, cum essem in Asiâ, quod ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Neque injuria: quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum reipubl. civem sustulisset, ap. *Petrum Victorium Var. Lection. Lib. XXVII. cap. II. p.* 772.

§. 4.

Distinctio inter partum animatum & inanimatum contrariæ sententiæ Patronos nil juvat; Quamvis enim Imperator Carolus V. *art. cit.* constituerit distinctionem inter occisum partum animatum & inanimatum, & per animatum forte intelligat partum, cujus motus in utero nondum sentitur, quod solet esse tempus conceptionis dimidiatum, putarem tamen hanc distinctionem Summo Legislatori non placere, nec verbo DEI conformem esse, nam negari nequit,

fœtum

fœtum à tempore conceptionis esse animatum, & hominem necare, qui etiam partum immaturum necat, *D. Brunneman. Tract. Jurid. de Inquisitionis Processu cap. IX. de Pœnis Singulorum delictorum, n. 69. p. 217.*

§. 5.

Quum enim imperfecti ejusmodi fœtus animâ constent rationali: quæ unà cum semine traducitur, docentibus Theologorum ac saniorum Philosophorum Scholis; nec non materiâ præditi sint, pro veris hominibus utique agnoscendi erunt. Tametsi quidem illa materia nondum sit integra, sed adhuc integranda, nondum organica, sed adhuc organisanda, id tamen nil obstat, & *accidentalem* saltem infert *differentiam.* Sufficiunt ad hominem *partes essentiales*, Anima rationalis & Corpus, quæ ubi sunt, perfectus, quà illas, adest homo, *B. D. Joh. Deutschman. Diss. Th. de Fide Infantum baptizatorum, S. II. cap. I. §. 11. p. 24.* Venetiis A. C. 1342. gravi terræ motu concussis, omnes gravidæ mulieres abortum fecerunt, ex Sabellico *D. Botsac. in Mor. Ged. p 3.*

Cur se Paulus vocat? 1. Cor. XV, 8.9.

Vid. Apparat. Bibl. Tom. III. *in Tit. Paulus, p. 1277. seq.*

ABORTUS

An in Pantacritico illo die resurrecturi?

§. 1.

Placent verba *B Nic. Hunnii, in Lib. de Credend. p.* 910. Was ein wahrer Mensch ist/ der ist aller der Aufferstehung theilhafftig. Wiewohl nun von etlichen gehalten wird/ daß die Seele im viertzigsten Tage nach der Empfängniß in den Leib komme/ und alsdenn ein rechter natürlicher Mensch werde; iedoch weil die Seele alsbald nach der Empfängniß anfähet ihren Leib zu bauen/ und ihn zu einen bequemen Werckzeuge zuzurichten/ so ist allerdings glaublicher/ daß die Seele alsobald in der Empfängniß verhanden sey: Daraus folgen wird/ daß nicht allein die gebohrne/ oder im Mutterleibe formirte Kinder/ sondern auch die nur empfangen sind/ und nicht weiter wachsen/ noch gedeyen/ am jüngsten Tage erstehen werden. An verò omnium una eademque sors futura, æquo animo ignoramus, nec de eo anxiè disceptare volumus, *Deutschman. l. c. D. Georg. Henr. Kellerus, de Ecclesiâ Infantum, §. 22. p. 51. 52. Ursin. Quæst. Bibl. Lib. V. cap. IV. p. 335. seq.*

§. 2.

Abortivi fœtus surrecturi non quidem in illâ corpusculorum exiguitate, quâ obierunt, sed quod eis tardius erat tempore accessurum, hoc ipsi in ipsâ resurrectione opere celerrimo ac miro sunt accepturi, ex Augustini L. de Civit.

DEI, XXII. cap. XIII. *D. Joh. Christ Beeman. in Lineis Doctrinæ Mosis, cap. XI. §. 2. p. 270. & in Dissert. de Novitate, cap. II §. 13. p. 27. 28.* Conf. *& B. D. Brochmand. Syst. Theol. P. II. Art. XVIII. cap. XII. Q. V. p. 57. b. & Art. XLV. cap. II. Q. XI. p. 610. b. R. Menasse ben Israël de Resurrect. mort. Lib. II. cap. XII. p. 192.* Ex quo incipit homo vivere, ex illo utique jam mori possunt. Mortuus verò, ubicunque illi mors potuit evenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non possum. Ex Augustino *D. Mengering. Inform. Const. Dom. XXVI. p. Trin. Q. V. p. 1144.*

ABRACADABRA

Chartæ inscriptum, & pro amuleto ad hemitritæum sanandum collo appensum, *Joh. Seldenus, de Diis Syris, Syntagm. I. cap. II. p. 118. 119.* Quid si esset אב Pater, רוח Spiritus, & הרבר seu דברא *dabra*, seu verbum, adeoque S. S. Trinitas? *Geierus de Superstit. cap. III. §. 43.* Non dissimile est Ebræorum שברירי, quod significat fatuitates, oculorum cœcitates, scotomata, sed collo appensum cœcitati mederi creditur, *M. Andr. Beyerus in Selden. cap. II. Synt. I. p. 207.* Fuit autem *Abraca* seu *Abracax* Basilidi hæretico, qui sub Hadriano Imp. vixit, summus Deorum, à quo Dii omnes reliqui ortum suum arcesserent, quique Angelos septem cœlorum præsides, ac præterea eorum trecentas sexaginta quinque virtutes contineret, juxta anni dies, idque ob septem literas, numeralemque eorum valorem, quæ simul collectæ numerum CCCLXV. conficiunt.

α.	1.
β.	2.
ρ.	100.
α.	1.
ξ.	60.
α.	1.
ς.	200.
	365.

Unde & B. Hieronymi suspicio erat, Ἀβρέξας esse non alium, quam Persarum Mithram, h. e. Solem, qui annuo cursu hoc spacium conficit. De Basilidis autem hoc numine, sive eo Dæmoniorum Principem, sive Solem, sive utrumque significarit, vide *Irenæum Lib. I. cap. XXIII. Tertul. de Præscript. cap. XLVI. Epiphan. Hæres. XXIV. aliosque ap. Hoffman. Lex. Univers. p. 20. 21.* Fortasse ab Ægyptiis & Græcis id haustum, qui nomen Nili fluminis, in suis characteribus,

bus, Symbolicè itidem numerum anni dierum comprehendi affirmabant, hoc pacto:

N.	50.
E.	5.
I.	10.
A.	30.
O.	70.
Σ.	200.
Summa	365.

Vid. Apparat. Biblici Tom. III. p. 791.

ABSENS

Non insimulandus.

Iniqvum videtur, insimulare eum, qui absit, dicebat Priamus ad Palamedem, ap. *Dictyn Cretensem de bello Trojano Lib. I. p. m. 13.*

Ludicra convivas, aut seria fuscipis inter,
Absentem dictis carpere, parce, virum.

Sal. Kuselius, Horat. Succis. Lib. p. 166.

ABSENTIA

Videntes.

Fatuus isse LEP, quem alebat Tycho Brahe, in conclavi vidit, quæ in loco longè remoto gerebantur, atque ista pronunciabat; cujus singularia aliquot exempla in Tichonis Brahei vitâ recensuit *Gassendus, Lib. VI.* Refertur & ap. Camerarium exemplum Hispani alicujus in Europa, quæ in Africa gerebantur, videntis. Ac sunt, qui specula magica docent conficere, sub certâ siderum constellatione, quibus ea, quæ in longinquis etiam locis geruntur, oculis subjiciantur. Quorum in numero, vir suo tempore, scientiâ & experimentis naturæ & artis admirabilis *Rogerius Baco* fuisse videtur &c. In his nihil nos temerè pronunciamus; Facilè enim istis lucis radiis tenebrarum Princeps se ingerit, *D. Dan. Georg. Morhof. Dissert. de Paradoxis Sensuum, cap. II.*

ABSOLUTIO

Papistarum communis.

Meritum passionis D. N. J. C. & B. Mariæ, semper Virginis, & omnium Sanctorum, meritum ordinis, gravamen religionis, humilitas confessionis, contritio cordis, bona opera, quæ fecisti, & facies pro amore D. N. J. C. cedant tibi

tibi in augmentum meriti & gratiæ, & in præmium vitæ æternæ. Absolutionem hanc *D. Urban. Regius* utili illustravit Commentario.

Mirabilis.

Nobilis quidam vitam suam emendare nolens, à Sacerdote, ut aureum, quem Nobilis in manu habebat, extorqueret, sic absolutus est: Dominus noster J. C. te absolvat, si vult, & dimittat tibi peccata tua, quod ego non credo, & perducat te ad vitam æternam, quod est impossibile. Atque ita à Nobili Latinitatis ignaro aureum extorsit, *Joh. Wolfius, Lect. Memorab. & Recondit. Centen. XVI p. 446. b.*

ABSOLVERE
Defunctos.

In Communione Romana est dicere *Collectam* mortuorum; Absolve Domine animas fidelium defunctorum. *Odo Episcopus Paris. in Præceptis Synodalibus* § 7. Sacerdotes audito Parochianorum suorum obitu, statim absolvant eos cum Psalmis pro defunctis, & Collectis, *Hofman. Lex. in h. v. p. 23. a.*

ABSTINE
Et sustine.

NB

Liberi Ismaëlis vocabantur *Mischma*, *Dumah & Massa*; Ebræi hæc tria propria nomina conjuncta proverbialiter usurpant, dicentes: משמע ודומה ומשא quo volunt significare, Multa audienda, tacenda & ferenda esse. *Mischma* enim auditum significat, deductum nomen à verbo שמע, *audivit*; *Dumah* à דום i. e. *siluit*, tacuit. *Massa* i. e. patientia, onus, tolerantia, à verbo נשא i. e. tulit, sustinuit. Omninò hoc dicterium Ebræis in eo est, quo Græcis: ἀνέχου καὶ ἀπέχου. *Fagius ad Gen. XXV. 14. in Op. Angl. p. 251.* Ismael hat bey diesen Namen gesehen auf die drey nothwendige Stück und Tugenden des menschlichen Lebens/ als da sind: **Viel hören/ wenig reden/ und viel erdulden und leiden.** Diese Tugenden haben die Alten so hoch gehalten/ daß sie dieselben zu besserer Behältniß in einen Verß geschlossen/ als:

Multa audi, dic pauca, feras quodcunque ferendum est.

Das ist/ wie es der sel. Herr Lutherus in diese Reime verfasset:

Leide/ meide/ schweige/ vertrage/
Jedem deine Noth nicht klage/
An dem Höchsten nicht verzage/
Dein Glück kommt alle Tage!

Oder

Oder wie andere Gelehrten besser davon halten/ so habe gedachter Jsmael bey Mittheilung dieser Nahmen seiner dreyen mittelsten Söhne nicht sowohl gesehen/ auf die gemeine Zeit menschlichen Lebens/ sondern vielmehr auf die güldene Gnaden-Zeit/ und die in derselben nothwendige geistliche Tugenden. Demnach den ersten genennet Audientia, Höre; Jhn zu fleißiger Auffmerckung Göttliches Wortes und Wahrnehmung der Gnaden-Zeit anzureitzen. Den andern Silentium, Schweige; daß er solches in der Stille verrichtete/ GOtt in seinem Hertzen preisete/ und ihm Danck sagete für alle das Gute/ so er von ihm empfangen. Den dritten aber Patientia, Gedulte oder leide/ alles mit Gedult zu überwinden/ und unterthan zu seyn in der Furcht GOttes; Also/ daß er ihnen hierdurch wollen zuruffen: Schicket euch in die Zeit der Gnaden: Höret gerne GOttes Wort/ preiset auch GOtt in euern Hertzen/ und überwindet täglich alles mit Gedult und Demuth. *Rev. Dn.* Gottfreund (*sive Dexelius*) im Emblematischen Tugend- und Laster-Spiegel/ *Emblem. LXIII. p. 753.*

Nix, imber, ventus, semper mihi frigus & æstus
Obstat in hoc vasto mobilis orbe soli.
Quid faciam? perfer, tempestas præterit omnis,
Nubila post Phœbus tristia lætus adest.

Leide gedultig/ wann Dornen dich stechen/
Meide die Laster/ so kanst du dich rächen
An deinem Feind/ wann er Hohn dir will sprechen:
Dein Hertz sey wohlgemuth/ laß ab von Sorgen/
Blüht dir dein Glück nicht heut/ blühts etwa morgen/
Es kan wohl eher seyn/ daß du heut leidest/
Hingegen morgen dich in Freuden weidest.

Ant. Relat. ex Parn. An. 1700. 9. Jan. N. 3. Cum RR. observandum Symbolum: Abstine à re dubiâ. *M. Petrus Sibur, in novo Scepticismo Pmtico circa principia morum §. 14.*

ABSUM
Ubi quiesco.

Ein gelahrter Mann redet von dem Jacob also: Jacob habe zwar auf der Erden gelegen/ aber doch das Haupt mit Unterlegung eines Steins erhöhet/ Gen. XXVIII. v. 10. Also müste der Mensch zwar auf Erden seyn/ seine Verrichtung mit den Gliedern des Leibs darauf haben/ gleichwohl aber den Kopff/ h. e. seine Sinne und Gedancken in die Höhe zu GOtt richten/ oder geistliche Dinge tractiren; Oder/ gleichwie Johannes/ der Schoos-

Jünger Christi auf der Erden auch gelegen/ aber das Haupt in dem Schoos und Brust des HErrn JESU gehabt; Also müsse das vornehmste Theil des Menschen auf GOtt ruhen/ und sich dadurch glückselig schätzen/ *Dn. Alexander, in Del. N. T. P. 1. p. 922. 923.* Ein ander ließ ihm zum Sinnbilde ein Wagen-Rad mahlen/ mit dieser Beyschrifft: Absum ubi quiesco! **An dem Ort da ich ruhe/ findet man mich nicht!** dadurch anzudeuten/ wie ein Wagen-Rad zwar immer auf der Achsen herum lieffe/ doch aber den wenigsten Theil der Erden berührete; Also müsse er auch zwar annoch auf Erden leben/ aber den wenigsten Theil derselben berühre er/ sein datum stünde nach dem Himmel ꝛc.

ABSYNTHIUM
Crucis, Thren. III, 15.

§. 1.

Latinarum feriis Quadrigæ certabant in Capitolio, victor bibebat absynthium, credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis Majoribus, *Plin. Lib. XXVII. Cap. VII.* Hinc in Propontide & Thraciâ vinum absinthites præparari institutum, quod esset ὑγείας ποιητικὸν, sanitatis causa, *Dioscor. Lib. III. cap. XXIII.* Vincentibus promissa perfecta est sanitas, & præstatur hoc crucis absinthio, quo dum exterior homo corrumpitur, interior virescit & convalescit, juxta illud veteris Poëtæ: *Virescit vulnere virtus!*

§. 2.

Herba hæc, ait *Plinius*, oculorum claritati multum confert:

Decoctaque vapor obstrusas liberat aures.

Thoracem purgat cum iride, & vocem claram reddit, *Ibid.* Crux venena fugat, 1. Petr. IV. v. 2. intellectum clarificat, Syr. XXXIV. v. 9. aures reserat, Esa. XXVIII. v. 19. ora recludit, Es. XXVI. v. 16.

Olfactu somnum capiti vel subdita præstat.

Cui vita omnis acerba, mors exoptata est. Vid. *Ursin. Anal. Sacr. Lib. V. cap. XVII. p. 260. Ravanell. Bibl. Sacr. P. I. p. 25. Joh. Petr. Valerian. Hierogl. Lib. LVIII. cap. XXVII. p. 720.* Pontica pecora ferunt absynthio pasci, ut pulchriora, pingvioraque reddantur, *Plin. Lib. XXIV. cap. IX. Nic. Causinus, Polybist. Symb. Lib. VII. Symb. XCV. p. 475.* Christiani absynthio crucis fiunt pulchriores &c. Doctrinæ pravæ, Apoc. VIII. v. 11. Supplicii, Jerem. IX. v. 15. Cap. XXIII, 15. Iniqui judicii est symbolum, Amos V, 6. c. VI. v. 12. *Botsac. Mor. Ged. p. 4.*

§. 3.

Absinthium est Crux 1) ratione *purgationis*. Absinthium purgat. Conf. 1. Pet. IV. v. 1. seq. Ebr. XII. v. 10. 2) *Eductionis*. Absinthium bilem educit;

Crux

Crux humilitatem operatur, Pſalm. CXIX. v. 71. 3) *Excitandæ appetitionis.* Abſinthium, appetitum excitat; Crux appetitum præſentiæ DEI gratioſæ, Pſal. XXV. v. 1. it. XLII. v. 1. 4) *Mixtionis.* Abſinthium, ut dulcoretur, melle miſcetur. Conf. XXX. v. 6. it. LXVIII. v. 20. Thren. III. v. 32. 5) *Vermium expulſionis*, Conf. Eſ. LXVI. v. 34. 6) *Conqveſtionis de ejus amaritudine*, Thren. III. v. 19. 7) *Præſervationis à multis morbis*, Joh. V. v. 14. 8) *Adſcenſionis.* Abſinthium uſurpatum ad caput adſcendit. Conf. Act. IX. v. 4. Ebr. IV. v. 15. *Binchius Tom. ult. Miſſ. p. 391. ap. M. Bauman. in Anal. Allegor. p. 1049. ſeq.*

ABSINTHIO

Comparantur Hæretici, Apoc. VIII. 11.

Huic ſimiles hæretici 1) *Guſtum ladendo*, velut facit abſinthium, nam & ipſi efficiunt, ut doctrina ſalutaris non ſapiat animabus. 2) *Olfactum corrumpendo.* Sic enim illi faciunt, ne odor vitæ perveniat ad homines, 2. Cor. II. v. 15. 3) *Saporem mutando.* Nam abſinthium vinum & lac amara reddit; ſic amaram DEI doctrinam faciunt hæretici, *Botſac. ap. Baum. l. c. p. 910.*

ABUSUS

XII. in mundo.

Duodecim ſunt abuſus in hoc mundo, 1) Sapiens ſine operibus. 2) Senex ſine religione. 3) Adoleſcens ſine obedientiâ. 4) Dives ſine eleemoſynâ. 5) Fœmina ſine pudicitiâ. 6) Dominus ſine virtute. 7) Chriſtianus contentioſus. 8) Pauper ſuperbus. 9) Rex iniqvus. 10) Epiſcopus negligens. 11) Plebs ſine diſciplinâ. 12) Populus ſine lege, ex Auguſtino *D. Joh. Ad. Weberus in Art. Diſcur. Font. XXXIX. p. 357.* Sicut Abſalonis capilli ei ornamento, poſtea mortis cauſa fuerunt, 2. Sam. XVIII. Sic creaturæ DEI bonæ, 1. Tim. IV. v. 4. 5. quæ nobis & ornamento & ſervitio eſſe debebant, multis ſunt abuſui & vanitati, Rom. VIII. v. 19. Eccleſiaſt. I v. 2. 3. Itaque mundo uti, non abuti debemus, 1. Cor. VII. v. 31. & carpit DEUS abuſum donorum corporalium, Oſe. X. v. 1. Cap. II. v. 8. Ezech. XVI. v. 17. *Botſ. M. G. p. 4.*

ABYSSINI.

Circumciſionem retinent unà cum baptiſmo, *Henningius Henningi, in Mahammedano Precante, p. 166. 167.* Infanti baptizato ſtatim more Vet. Eccleſ. Sacram Cœnam ſub exiguo pane, aquâ deglutiendâ, illius ori immittunt. D. Matth. Zimmerman. *de Vet. Eccleſ. Rit.* adultioribus hoc tantum fieri, dicit, alioquin Sacerdotem pollicem tantum CHRISTI ſangvini intinctum, Græcorum

more, ori infantis immittere, *D. Seb. Schmidius, Tract. de Circumcis. p. 485. D. Joh. Frid. Mayerus, in de Eucharistiâ Infantibus olim datâ, p. 50.* Baptismus eorum quotannis in die Epiphaniæ reiterari solet. Nesciunt autem baptismum ignis aut ferri candentis, sed si cauterium quod in ipsis apparet, nequaquam religionis, aut ignei baptismatis gratiâ aduruntur, sed externi tantum ornatus ergò, *Schmid. l. c.* Maximè magni æstimant Epistolas Pauli, & Templa habent magnifica, maximisque sumtibus ædificata, *D. Danhauer. de Ecclesia Æthiopicâ cap. V. §. 2. & Cap. VI. §. 1.*

Rex eorum vocatur Præstegans (Priester Johann.)

§. 1.

Etsi minus rectè; Etenim non Sacerdos est professione hic Rex, sed Politicus Magistratus, nec tam religione & legibus armatus, quam armis decoratus Imperator, ut ait *Dresserus, in Orat. de Eccles. Æthiop. p. 5.* Excell. Becman. inter alia hujus appellationis & hanc reddit rationem, quod Rex hic Archiepiscopi Primatis more, quandò pacificis rebus prodierit in publicum, unum habuerit in comitatu, qui erectam crucem prætulerit, *Notit. Dignit. Illustr. Diss. II. cap. III p. 59.* Dn. Andreæ Müllero, Præposito olim Berolinensi, *Præstegans* est Cham Christianus, quia *Preste* commune Christianorum in Oriente nomen est, quæ sententia & *D. Becmanno, l. c.* placet. Conf. *Hornius, in Arcâ Noæ, p. 395. Hottinger. Thesaur. Philol. Lib. I. cap. I. S. IX. p. 66.*

§. 2.

Der Ursprung dieses Nahmens ist daher kommen: Es ist vor vielen Seculis im Orient ein Monarch gewesen/ welcher der Priester Johann genennet wurde/ indem er ein Geistlicher/und Priester Johann genennet ward/auch seine Unterthanen Christen/ der Nestorianischen Secte, waren. Von diesem ist denen Europæern von denen alten Peregrinanten und Scribenten Nachricht ertheilet worden/ aber ohne Distinction der Gegend und Orts. Dessen Reich aber schon vor langer Zeit/ und zwar im 13ten Seculo von dem Tartar-Monarchen Chingis Chan zerstöret worden ist: Nichts destoweniger/ als im 16ten Seculo zu Anfang die Portugiesen das Land des Abyssiner Königs in Africa entdeckten/ und davon allerley Herrlichkeit erzehleten/ ist der gemeine Mann/ und mit ihm die Gelehrten in die Meinung gerathen/es wäre solches das schon längst gerühmte Priester Johannes Land/ zumalen die aus selbigen Lande an die Europæische Könige geschickten Gesanden solchen Irrthum/ um denen Leuten zu Gefallen zu reden/bestätigten. Nicolaus Godignus de Rebus Abyssin. beglaubet solches/ und saget: daß Petrus Covillanus, der von dem Könige in Portugal/ die Länder gegen Orient zu erkundigen/ ausgesandt worden/ die-

sen

sen Irrthum von dem Priester Johann in Asien/ erst in Europam eingebracht hätte/ und Kircher. in China Illustrata untersuchet gleichfalls dieses Nahmens Ursprung/ und nachdem er geleugnet/ daß iemals ein Potentat in Africa dieses Nahmens geherrschet/ saget er/ daß ein mächtiger König in Asien solches gewesen sey/ und setzet dessen Wohnung in die Landschafft Tangut: Dieses wären Christen/ die von des Diocletiani und Maximiniani Tyranney dahin geflohen/ und derer Nachkommen weit und breit in dem innern Asia geherrschet hätten/ dahin denn nach der Hand immer mehr Christen/ sonderlich um die Zeit/ da des Mahomets Schand-Religion in Asien überhand genommen/ sich begeben hätten / *Dn. Gottfr. Zenner. in Novellis* aus der gelehrten und curiösen Welt/ *An. 1692. Mens. Sept. p. 826. seq & An. 1696. mens. Sept. p. 1963. seq.* Regis hujus Titulus olim fuit: Dilectus à DEO &c. Imperator Magnæ Æthiopiæ; Magnorum Regnorum & Ditionum Dominus, Rex de Xoa, de Caffate de Fatigar, de Angole, de Baru, de Baaluganze, de Aden, de Vangue, de Gojame, de Damaraa, de Vagnemedri, de Ambeda, de Vagne, de Tigrimahon, de Sabaym, de Bernagacs, & Dominus usque ad Nobiam, finem Ægypti, *D. Hofman. Lex. Un. p. 25. a.* Filii Regis Abyssinorum in monte quodam *Amara* dicto, ut omnis seditionis & rebellionis materia tollatur, educantur. Ecclesiæ ministri labore manuum vivunt, *Danh. l. c. c. V.* §. *1. 2.*

ABYSSUS

Octuplex.

1) Malitiæ, Psalm. CXXX. v. 1. 2) Perfidiæ, Psalm. LXIX. v. 3. 15. 16. 3) Ignorantiæ, Ephes. IV. v. 24. 4) Miseriæ, Psalm. CXXX. v. 1. 5) Cordis, Jerem. XVII. v. 9. 6) Humiliantium, Ephes. III. v. 17. seq. 7) Gehennæ, Apoc. IX. v. 1. Cap. XI. v. 7. 8) Divinæ charitatis & misericordiæ, Ephes. III. v. 18. Mich. VII. v. 19 Mare bonitatis, *Borsac. M. G. p. 5.* Ἄβυσσος vox Græca est, ἐκ τοῦ ἀ, idem quod ἄβυθος, fundo carens. Βυθὸς enim fundum, profundum, imum gurgitem significat: pro quo Ionες dicunt, βυσσὸς, & cum α στερητικῷ, ἄβυσσος. fundo carens, *D. Otto Gualiperius, Syllog. Voc. Exot. in cap. X. ad Rom. v. 7. p. 398. M. Joh. Georg. Willius, Prompt. Emphasium Biblicarum N. T. in b. v. p. 3.* 4. Abyssus est rerum naturalium & supernaturalium profundissima, occultissima & ineffabilis origo ac recessus, producens effectus admirandos, nullo rationis humanæ acumine comprehensibilis. Est 1) *Abyssus Creationis*, Gen. I. v. 2. 2) *Scripturæ S.* Ezech. XLVII. Ecclesiastic. I. v. 2. Cap. XXIV. v. 8. 3) *Providentiæ*, de quâ Psalmus CXXXIX. totus. 4) *Omnipotentiæ & sapientiæ divinæ*, Esa. XL. v. 5. 5) *Dilectionis*, redemtionis & meriti CHRISTI, Joh. III. v. 16. Rom. V. v. 8. 6) Abyssus *Judiciorum DEI*, Psalm. XXXVI. v. 7. 8. Rom. XI. v. 33. 7) *Humanæ*

mane miseriæ, peccati & cordis pravi, Jerem. XVII. v. 9. Ezech. XXVI. v. 19. 8) Abyssus *inferni*, Apoc. IX. v. 1. 2. 9) *Vitæ & gaudii æterni*, Ezech. XXXI. v. 4. *Alsted. Theol. Natural. p. 247. ap. M. Bauman. in Anal. Alleg. p. 278.*

ACADEMIA

Unde?

Ex plerorumque sententia sic dicitur ab Academo Heroë, qui, ut est ap. *Laërt. Lib. III. de Vitis Philosophorum*, in loco suburbano, & nemoroso, prope Athenas, Scholam instituerat, in quâ Plato deindè docuit, *D. Joh. Christoph. Wagenseilius, de Academiis, §. 3. P. Mich. Pexenfeld. Apparat. Erudit. cap. XLIX. p. 255. Suidas in v. Hecademia, p. m. 281.* Alii derivant ex ἀκή & δῆμος, qs. ἄκος δήμου, medela populi, *L. Anton. Günth. Hesbusius, Diss. de Ominibus, cap. II. §. 26.* Vel ab ἀκή, acies, & δῆμος, populus, quia ibidem acies ingenii acuitur & sublimatur, *D. Christ. Franc. Paullini* Zeit-kürtzende erbauliche Lust/ *Tom. II. Cap. XXXIX. f. 265.* Quod autem penultima vocis *Academia*, nunc correpta inveniatur, nunc porrecta, id ex eo est, quod Græci nunc Ἀκαδημία dicant, nunc Ἀκαδήμεια. Corripiunt itaque *Claudian. Paneg. Manl. Theod. III. v. 94.*

In Latium spretis Academia migrat Athenis.

Et *Sidonius, in Epithal. Polemii v. 120.*

Obviet & quanquam totis Academia sectis.

Producit *Cicero, Lib. I. de Divinat. c. XIII.* cum ait:

Inque Academiâ umbriferâ, nitidoque Lyceo,
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

D. Hofman. Lex. Un. p. 25. b.

Quænam omnium antiquissima?

Cariath-Sepher, Jos. XV. v. 15. Civitas literarum; Chaldæo: כריה אורכ Urbs Bibliothecarum. Gymnasium Phœnicum *Xenophonti.* Vocatur eadem etiam דביר qs. Oraculum Sapientiæ, vel Domus eloquentiæ: & כריה שנא urbs acuminis, in quâ acutè de rebus singulis disputatum fuit. Fuit *prima & antiquissima Orbis Academia*, quam in Scripturâ legimus, notante hîc Com. à Lap. ap. *B. D. Calov. in Bibl. Illustr. ad h. l. p. 683. L. Joh. Mulmannum Comment. in hunc Jos. locum p. 540.* A Georg. Gœzio Academiæ vocantur sacratissima scientiarum Capitolia, *Philolog. de Osculo*, §. 9.

Celebris.

Academia Leodiensis fuit olim adeò florens & celebris, ut aliquandò in

eâ, uno, eodemque tempore novem Regum, viginti quatuor Ducum, viginti novem Comitum diversorum filii, cum maximâ Baronum, Nobiliumque catervâ, sub institutione Episcoporum & Canonicorum, literis operam navâverint, *D. J A. Weberus, Art. Disc. Font. XXIII. Ex. III. p. 176.*

ACADEMIÆ
Gradus & à Principibus assumti.

Licitum hoc, nec Principe indignum; Hinc Barones, Comites, Principes dulcissimo literarum nectare, in ipsarum amorem rapti, Magistri aut Doctoris titulos non minori studio & assiduitate aucupabantur, quam si cum Jasone aureum vellus ad Colchos capturi essent. Johannes Dux Princepsque Mechlenburgensis, & Primislai ultimi Herulorum Regis, ad oram maris Baltici, primique Principis Christiani Pronepos adolescens in Academiam Parisiensem missus viginti annis istic literis operam dedit, doctrinamque sacram ita didicit, ut Theologiæ Doctor publicè renunciatus fuerit. Quam quidem ob causam, cum domum reversus esset, à Fratribus & aliis derisus, per contemtum Knese Janike (Juncker Hänsgen) appellatus, *D. J. C. Becmann. Diss. de Cognominibus Principum, c. 1. §. 5. p. 12. 13.* Albertus Comes Hohenbergensis Decretorum Doctor; Et Eberhardus Baro Starenbergius, Theologiæ Doctor, ingenio insulas meruêre: Ille Frisingensem Episcopalem; Hic Salisburgensem Archiepiscopalem. Albertus IV. Dux Bavariæ Ingolstadianæ Academiæ autor, Baccalaurei Titulum gestavit. *Thom. Lansius Consult. Omt. pro German. p. 33 34.* Sic & Hermannum, Hassiæ Landgravium, Academia Pragensis summâ cum voluptate, maximâque tum Cæsaris, tum universi Regni congratulatione, & applausu Magistrum solenniter creari vidit, *Becman. l. c. §. 7. p. 15.* Princeps Auriacus Wilhelmus, jam magnæ Britanniæ Monarcha, Licentiati Juris Titulum ab Academia Cantabrigiensi clementissimè admisit, *Acta Erud. Lips. an. 1691. mens. Oct. p. 470.* Hoc singulare est, quod *E. G. Happelius, Thesaur. Exot. p. 18.* annotat: Wann sich die Soldaten bey den Sinesern wohl halten/ machet man Licentiatos und Doctores zu Felde aus ihnen.

Indignis quandoque datí.

Gradum illum hodiè, inquit *Drusius l. 4. de Sectis Judæorum, c. 23 p. 204.* Imperitissimi facilè consequuntur. Pecunia, mihi crede, facit Doctorem, non eruditio. Unde multi thyrsigeri, pauci Bacchi, ap. *D. Joh. Ben. Carpzov. Conc. Fun. P. 1. p. 1285. conf. Majolus, Dict. Canit. Supplem. Coll. 6. p. 507. seq.* Multi, ut eleganter scribit *Nazianz. contra Eunomianos*, subitò fiunt Doctores, perinde ut in fabulis subito creverunt gigantes.

Nam

Nam fiunt Baccalaurei,
Pro munere denarii,
Quamplures Idiotæ
In artibus, & aliis
Egregiis scientiis
Sunt bestiæ promotæ.

Bernhardus Westerrodii Corbeiensis in planctu suo, ap. Wolf. l. c. T. I. c. 14. p. 545. b.

In Institutis magis muti estis brutis,
In Codice didicistis modice,
In Novellis similes estis Asellis,
In Digestis nihil potestis,
Et tamen Doctores estis.

Philander von Sittwald/ Satyr. Gesch. *Vis. 3. p. 215.*

Jn des Reichs-Abschied/ seyd ihr kommen nicht weit.
Was sey Capitulation, da habt ihr schlechtes Wissen von/
Jm Sachsen Recht/ seyd ihr leider schlecht.
Et tamen creamini Doctores:
O tempora, O mores!

D. Ben. Carpzov. Jurisprud. Forens. Rom. Sax. P. I. Constit. I. Definit. XVIII. §. 14. p. 10. b. Hujusmodi Doctorellos *Hyppolitus de Marsiliis* singillatim ita appellari posse scribit: *Domine necessitas:* hoc est, non habens legem. Vocantur etiam *Silentiarii, legumque Secretarii.* Siquidem habent omnia jura in scrinio pectoris, sed ipsa habent in confessione, quam nefas fuerit aliis revelare. Poëta quidam doctissimus, *Taubmanno* teste, non se Poëtam laureatum, sed *Poëtam non-laureatum* scripsit: quod putarat, ut laurus olim insigne & nota erat bonorum Poëtarum, sic hodie malorum sæpe esse. Lusus hi, quos citra bonorum injuriam annotare licuit, vid. ap. *Matth. Berneggerum*, *Observat. Miscell. I. p. 5. 6. 7.*

ACADEMIARUM
Studia quatuor.

Primum est, disputare; *Secundum*, armis dimicare; *Tertium*, potare; *Quartum*, boare, *D. Job. Brunneman. Jur. Eccles. l. 1. c. 6. membr. 12. §. 12. p. 269. 270.* Multorum studiosorum animi non sunt in paginis & codicibus, sed in patinis & calicibus; horum doctores, coctores: culpa, pulpa: pœna, cœna: codex, lodex: fabula, pabula: supellex, pellex: fiscus, discus, *Heidfeld. S. T. P. c. 21. p. 423.* Plus vini consumunt, quam olei, librum 50. foliorum, seu qua-

quatuor Regum, chartas, inquam, pietas pro Pandectis volvunt. *Engelgr. Cæl. Empyr. P. 1 p. 7.* In hos quadrat illud Poëtæ:

Consumtis tandem fœcunda in pocula nummis,
Hoc veri invenio: nil scio, nil habeo!

Nam:

Discere nolentes, sed nocte dieque bibentes,
Aut colludentes, gladios atque arma gerentes,
Luceque stertentes, noctu clamore furentes,
Non sunt Studentes, sed nudum nomen habentes.

In ACADEMIIS quando studeant liberi nullis parcendum sumtibus.

Antonini Imp. effatum est, *l. 1. vit. propr. §. 4. p. 1.* ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐκτὸς ἀναλίσκειν, quod in istâ re nullis parcendum sit sumtibus. Seruntur enim ibi arbores alteri seculo profuturæ, quod Theologis inprimis vendicabat B. Mesnerus ap. *D. Joh. Frid. Mayer. Diss. Select. p. 322.* Et Studiorum liberalissima est impensa, *Seneca de Tranquill. Animi, c. 9. p. 531.* Parentes ad studia liberalia sumtus sufficientes non suppeditantes, fidem abnegasse effert Ap. 1. Tim. V, 8. *Giseberi. Deuteron. Harmon. c. 31. p. 1434.*

Quandoquidem argento loculi si forte vacabunt,
Nullus erit, qui te doceat: nam solvere oportet
Mercedem haud parvam doctoribus: est quoque habenda
Sumptibus haud parvis librorum copia: tempus,
Quo valeas studiis incumbere, plura legendo.

Palingen. Zod. Vit. l. 2. in Tauro, p. 30.

ACCEPTOS

Faciendi ars.

Die abgöttische / Mahometanische in den Orientalischen Indien sich befindende Faquiers, (oder freywillige Aeme / derer Zahl sich auf zwölffmahl hundert tausend erstrecket /) berühmen sich denen unfruchtbaren Weibern ein Mittel / Kinder zu bekommen / zu lehren / und sich / bey wem sie wollen / beliebt zu machen. *Tavernier l. c. l. 3. c. 2. p. 156. b.*

ACETUM.

Ebræi vocant בן יין vini prolem, *D. J. B. Carpzov. Introd. in Theol. Jud. Raym. Mart. Pug. Fid. præfix. cap. II. §. 6. p. 6.* Christianorum illis est

prohibitum: quia vinum jam anteà *Nesech* (immundum) fuit, ex quo est factum, *Joh. Buxtorff. Synag. Jud. cap. XXXV. p. 608.*

Pro acumine & Prudentiâ.

Constat hoc ex illo *Plauti in Bacchidibus:* Nunc experiar, sitne acetum tibi, cor acre in pectore. Vid. *Erasmi Adag. Chiliad. II. Centur. III. cap. LII. p. 439.* Varro acrem disputatorem acris aceti cupas habere eleganter dicit ap. *Henr. Salmuth. in Pancirol. P. II. Tit. II. p. 80.* Per acetum Ruth. II, v. 14. intelliguntur cibi aceto perfusi. *Munsterus ad h. l. in Op. Angl. p. 2134.* Acetum enim in æstu laborantes refrigerat, nervos astringit, vires corroborat, putredinem tollit, *Plin. Lib. XXIII. cap. I.* Offam ergò faciebant, panem intingentes aceto, *B. Calov. Bibl. Illustr. in h. l. p. 738. b.* Contra regionis illius æstum in condimentis suis aceto, quod frigidum est, utebantur. Contraria enim contrariis curantur, quoniam etiam calidissimus æstus mitigatur, *Petrus Comestor. Hist. Scholast. in cap. XXIV. Judic.* Romanis ad egestatem redactis familiare, acetum pro vino bibere, *D. C. Sam. Schurzfleisch, in Argumento Antiquitatis Deipnosophisticæ, §. 16.* Aceti usum in Scripturâ varium exhibet *Ursinus Anal. Sacr. Lib. III. cap. II. p. 158. seq.* Quomodo in aceto, ope perspicilli microscopii, videri possint vermes serpenti-formes, sinuoso gressu reptantes, eoque satis celeri, vid. ap. *D. Weber. in Art. Convers. Reg. IX. p. 447. 448.* Acetum restingvendi incendii causâ parari solitum veteribus, dicit *Cœlius Rhodig. Lect. Antiq. Lib. XXX. cap. XXV. p. m. 697.* & Podagræ mederi, *H. Salmuth in Pancirol. P. II. T. II. p. 83.*

Captivorum potus.

De Manasse, Judæorum Rege, *Georgius Monachus* ita: Et vinctum eum, *inquit*, pedicis æneis, adduxerunt Babylonem, & erat vinctus in carcere, porrigebaturque ei exiguus è furfure panis & aquæ parum cum aceto, ad mensuram, ut animam utcunque traheret. Reficiendis item miseris adhibebatur, quos supplicii pavor exanimaret: quemadmodum hodieque deliquium animi patientes ejus usu refocillari videmus. Inde & in Historiâ passionis legimus, è militibus currentem quendam, qvum acceptam spongiam impleviſſet aceto, & circumposuiſſet calamo, *dediſſe ei, ut biberet*, Matth. XXVII. v. 48. Quamvis non eo fine, quem diximus, sed potûs loco, CHRISTO acetum impii præbuerint, non humanitatis officium, sed barbaræ immanitatis specimen exhibituri, ut implerentur Prophetiæ. Hinc Lucas C. XXIII. v. 36. verbo *ἐπέπαιζον*, *illuserunt*, sceleratam eorum mentem ostendit. Qvum autem non legamus, in monte Calvariæ ullam fuisse habitationem, & modico saltem intervallo eum locum

ab

ab urbe sejunctum fuisse constet, non abs re quærunt aliqui, *unde illud vas aceto plenum*, cujus mentionem facit Johannes Evangelista? Respondet *Nonnus* & existimat, propinquas domos aliquas fuisse, ubi sit vas illud repertum, vel in alios usus paratum, vel in gratiam fortasse puniendorum,

- - Καὶ ἕτοιμον ἦεν ποθὶ χείτονι χώρῳ,
Ὄξεϊ ἐμπλεον ἀγγος.
- - Et paratum erat in vicino loco
Aceto vas plenum.

Additque *Maimonides*, pleraque omnia ad supplicii apparatum necessaria ab hominibus piis solita fuisse parari privato studio, sumtuque; Nempe vas, spongiam, acetum, arundinem, hyssopum. vid. *Isaac Casaubon. Exercit. XVI. n. 88. D. Hofman. Lex. Un. in h. v. p. 34. a.*

ACHAICA

Vita.

Achæi in more habebant, ut viri parerent, & fœminæ imperarent; Hinc *Vita Achaica*, de eo, qui uxoris voluntati ubique obtemperat, *Ant. de Guevara, Hor. Princip. Lib. II. Cap. VII. p. 260. 261. Hornius, in Arcâ Noæ, p. 459 460.*

ÆDIUM

Splendor externus non considerandus.

Cum aliquando Pardalis vulpem despiceret, quod ipsa pellem omnigenis colorum maculis variegatam non haberet, respondit vulpes: *Sibi id decoris in animo esse, quod illi esset in cute.* Pari ratione non decet in externum ædium splendorem oculos conjicere, & tecta ebore & auro nitentia pro domibus agnoscere, sed potius, quibus moribus vivatur intus; quâ familiâ utatur, quomodo erudiat & instituat suos Paterfamilias, secum perpendere. Critobulus ap. *Xenophont. l. 5. Memorab. p 819.* non domicilium tantum, sed omnia, quæ quis possidet, etiam extra ædes, domûs appellatione comprehendi dicit. Nempe ut Anacharsis ibidem inquit, non decere externum saltem domuum nitorem intueri, more eorum, qui ultra sensus parum vel nihil sapiunt; sed præcipuè inquirere, quo modo illi se habeant, qui ædes istas incolunt, *D. Dan. Clasen. Comment. in VII. Sap. Conviv. Plutarchip. 127. conf. omninò Salm. l. c. P. I. T. 23. p. 73. b. Fr. Petrarcha de Rem. Utr. Fort. l. 1. Dial. 34. p. 111.* Nulla tam parva domus est, quam non amplificet magnanimus habitator, magnoque hospiti se præstet idoneam. Domus lutea cœlestem animum non angustat; nec ullum virtus spernit habitaculum, nisi vitiis occupatum. Quia autem vult, ut

sibi domus omnis amplissima videatur, *sepulchrum* cogitet, *Id. l. 2. Dial. 63. p. 486. 487.* Non lapidibus & picturis, sed inhabitantium virtutibus domus decoranda, Bergomi legitur ap. *Chytraum, delit. Itin. p 256.*

ÆDITIMUS
Pro Ædituus.

Æditimus verbum Latinum est, & vetus, eâ formâ dictum, qua finitimus & legitimus, sed pro eo á plerisque nunc ædituus dicitur novâ & commentitiâ usurpatione, qs. à tuendis ædibus appellatus, *A. Gellius Noct. Attic. l. 12. c. 10. p 387. Laurent. Polym. l. 2. Diss. 27. p. 52. Joh. Pierius Valerianus Hieroglyph. l. 43 c. 8 p. 544.* Æditimus, qs. ædis intimus, *Stuckius Antiq. Convivial. l. 2. c. 20 p. 250. a. b.* Præstantius coram DEO officium judicatur, esse *adituum* in Ecclesia piorum, quam *Episcopum* in cœtu malignantium, *B. Brentius Hom. 15. in c. 1. Job. p. 104.*

ÆDITUOS
Inter duos rixa.

Lis inter geminos, visa est mihi digna relatu,
Æditui titulum propter honoris erat.
Hic illum ajebat, quoad mores, esse beatum,
Ille hunc in studiis hunc asinum esse rudem:
Addebatque simul, quid grandibus utere verbis?
Est mea conditio non minor atque tua.

Sal. Kusel. Hor. Succis. Lib. p. 256.

ÆGER
Et Ægrotus.

Æger dicitur animo & corpore: Ægrotus verò corpore. *Terentius* tamen *ægrotum animum* sæpè dicit, ut *in Andriâ*: Priusquam horum scelera & lacrymæ confictæ dolis, reducant animum ægrotum ad misericordiam, i. e. tristem & iratum quidem: In *Heaut.* Cœpi non humaniter, neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli tractare, sed vi &c. Ab aliis auctoribus dici rarò invenias, *Goclen. in Analect. Pur. Serm. p. 225.*

ÆGROTI
In Paradiso.

In Zohar in Exod. f. 95. col. 3. In horto Eden est locus aliquis, qui vocatur *locus ægrotorum.* Posteaquam Messias ingressus est in illum locum, & exclama-

clamavit: Omnes morbi, omnes dolores, omnes pœnæ Iſrael veniant! tum omnes venerunt ſuper eum. Niſi enim ille levaſſet iis Iſraëlem, & ſibi impoſuiſſet, non potuiſſet homo ullus portare afflictiones Iſraël ob pœnas legis, Eſa. LIII, 4. Ex Daſſovii Rabbiniſmo *B. D Nagel. LL. CC. N. R. T. in v. Ægrotus.*

Templum Pacis frequentabant.

Gymld. Synt. 1. ap. Laurent. l. c. l 5. p. 357. & in Æſculapii æde dormiebant, Deorum opem implorantes, & inter dormiendum remedium ſibi præſcribi putantes, *Id. l. 1 Diſſ 8. p. 24 Cæl. Rhodig. Lect Antiq. l. 27 c. 15 p. 447.*

Spe reconvaleſcentiæ non lactandi.

Multi ægrotos interviſunt, qui utinam nunquam eos viſitandi gratia adirent! Etſi enim oculos ægroti concavos, carnes macras, brachia ſine pulſu, bilem inflammatam, febrim continuam, angorem vehementem, animi deliquia crebra, lingvam turgidam, virtutem conſumtam vjdeant: Tamen, licet adeò ruinoſa domus ſit, benè ſperare ægrotum jubent, quod multa etiamnum vitæ ſigna adſint. Profecto Dæmon nequam, aut Dæmone nequior eſt, qui ita ægrotum decipit, cui cum adjutor eſſe benè moriendi debeat, vitæ ſpe adulari conatur: qui in agone, qui illa dicit, parum lucratur; ac qui credit, multum in aleam mittit Morituros enim ex conſcientiæ præſcripto monere, quam oratione reverentiæ plena lactare (& falſa ſpe producere) ſatius eſt. Gvev. H. P. l. 3. c. 52. p. 712. Hinc Fabius *Declam 8* Medicis non credo ſperantibus.

ÆGROTO

Sex res ſunt ſignum pulchrum.

Talmudici in Codice Berachot: Sex res ſunt ſignum pulchrum ægroto: Sternutatio, ſudor, ſolutio ventris, ſeminis fluxus nocturnus, ſomnus, ſomnium, *G. Vettius Diſſ. Sel. P. 3. p. 133.*

ÆGROTORUM

Nomen mutatum.

De Judæis *Buxtorff. Syn. Jud. c. 49 p. 696. 697.* oſtendit, quomodo ii graviter decumbentibus nomina mutare ſoleant, ſuperſtitioſè perſvaſi, mortis decretum in cœlo de iis factum, qui letaliter ægrotant, non amplius ad eos pertinere, quippe quorum nomina ſint immutata, *Dan. Gvil. Mollerus, Diſſ. Hiſt. de Fatalibus Perſonarum Nominibus, §. 33. p. 45.*

Tres Virtutes.

1) *Patientia*, inprimis ſi morbus ſponte contractus ſit, Ebr. X, 36.

2) *Obedientia*, si á Medico quodam pharmaca, licet ingrata & acerba propinentur. 3) *Orationis frequentia*, Jac. V, 13. Idem valet in morbo peccatorum spirituali. Venit CHRISTUS Medicus noster, Matth. IX, 13. qui & causam langvoris aperuit, & optima medicamenta exhibuit. Hunc igitur patienter audire, medicamina in S. Literis nobis ostensa, obedienter adhibere, simulque pro sanatione illum rogare convenit, *Möll. in Sacro Numero, p. 3.*

Visitatio quam salubris.

Quisquis visitaverit ægrotum, eripitur anima ejus à judicio gehennæ, inquiunt Rabbini ap. *Geier. de Ebræor. Luctu, c. 5. §. 2. p. 45.* Quisquis visitat ægrotum, aufert sexagesimam partem doloris ejus. Quisquis autem eum visitare negligit, ejus mortis causa est, *Wagenseil. Sota c. 1. p. 335.* In Talm. Massech. שבת c. 18. inter sex illa, quorum fructum aliquem in hoc quidem seculo percipimus, at sors capitalis seu plena retributio persolvetur demum in futuro seculo, recensetur quoque ביקור חולים visitatio ægrotorum, *Hackspan. in Matth. XXV, 35. p. 166. 167.*

ÆGROTIS

Judæi acclamare solebant: Surge à morbo tuo, *Otho Lex. p. 11. ap. D. Nagel. l. c.*

ÆGYPTII

Abominantes Israëlitas cur?

Vide de hoc Tit. *Appar. Bibl. Tom. I. p. 152. seq.*

ÆNIGMATIBUS

Certantes.

§. 1.

Ænigmata à Regina Austri Salomoni proposita exhibet *Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. in Luc. c. XI, 31. p. 527.* Salomo ipse & Hiram, Tiri Rex, ænigmata invicem proponebant, & solvebant sub mulctâ magnæ pecuniæ. Et quod Salomo propriâ sapientiâ, id Hiram ope alicujus Abdemonis Juvenis Tyrii præstitit, teste Menandro ap. *Flav. Joseph. l. 8. Antiq. Jud. c. 2. contr. Appion. Comestor. Hist. Schol. in 3. Reg. XXIV.* Sic Lycerus, Babylon. Rex, ænigmatibus certavit cum Nectenabo Ægyptio, & magnâ cum laude victor extitit. Ericus, qui sub ortum Christi apud Svecos Regnum obtinuit, non armis tantum, sed & eloquentiâ, & ænigmatum interpretandorum solertiâ apud Septentrionales populos excelluit; Frothonem certè Danorum Regem responsorum subtilitate ex hoste amicum effecit, *Olaus l. 5. c. 24. Paulus Hachenberg. de German. Med. Diss. 6.*

§. 7.

§. 7. p. 202. Nimirum vere aurea illa fuêre seçula, ingeniorum potius, quam amorum inter Reges certamine vigente, *Zwingerus Th. H. V. Vol. 4. l. 1. p. 1190.*

§. 2.

Græci quoque peracto convivio exhilaraturi animum sibi ipsis nodos, griphos, & (ut dicebant) scrupulos cum pœnâ & præmio proponere solebant, *Weber. in art. Convers. Reg. 12. p. 715. Laurentius Polymath. l. 2. Diss. 23. p. 131. Bochart. Hieroz. P. 2. l. 4. c. 12. p. 522. seq. Tob. Magir. Polymn. p. 98. 99.* Veteres Latini vocarunt ænigmata scirpos. Est autem scirpus juncus plane enodis, unde ænigmata, teste Gellio, fuerunt à veteribus appellata scirpi per antiphrasin, quasi minimè absque nodis. *Web. l. c. p. 716.* Sed barbarè ac vitiosè à nonnullis mendosis Gellii codicibus in tendiculam impactis ænigma scirpum dici, at scrupum rectè, *Cælius Rhod.* habet, *Antiq. Lect. l. 23. c. 11. p. m. 173.*

§. 3.

Ænigma autem & griphus in hoc differebant: Illud Iusum habebat, griphus verò etiam studium ac curam. Solventi præmium erat carnis portio: Imperito ac segni mulcta irrogabatur, ut salsam hauriret potionem. Nomen inditum id genus sermonibus obvolutis, à piscatorum griphis sive retibus. *Id. ib. l. 28. c. 4. p. 498.* Casaubonus *ad l. 10. c. 15. Athen.* examinat definitionem ænigmatis á Clearcho Peripatetico propositam. Quod nempè sit problema seu quæstio ludicra, qua jubetur, ut mentis acumine investigetur, quod propositum est, honoris aut mulctæ gratia, *D. D. Clasenius, Comment. in Conviv. 7. Sap. Plut. p. 117. 118.* Seu, est oratio, cujus scopus in interiori parte, non in cortice habetur ap. *B. Geier. in Prov. c. 1. 6. p. 17.* An ænigma Samsonicum à Philistæis potuisset solvi? Vid. ap. *Danhauer. in Id. Bon. Interpr. & mal. cal. P. 2. S. 2. Art. 4. §. 17. p. 223. M. Theod. Kirchmaier. Diss. Philol. de Ænigmate Simsonis, c. 4. q. 1.*

ÆNIGMA
Theologicum, Nicodemo propositum, Joh. III, 13.

Ut rem intelligas, dicebat CHRISTUS, proponam tibi ænigma Theologicum: Est quidam, qui dicitur Filius Hominis, is descendit de cœlo, & tamen est in cœlo, & licet sit in cœlo, tamen aliquandò demum in cœlum adscendet. Hic omnes ingenii tui nervos intende, num quid hoc problema queas solvere? Loquitur autem de seipso, qui Filius ille hominis est, cum λόγῳ personaliter unitus, qui de cœlo descendit in plenitudine temporis, cum carnem adsumeret; Hic Filius hominis etiam tum erat, in cœlo, cum hæc loqueretur in terris, nimirum juxta modum incomprehensibilem personalis unionis cum λόγῳ, quæ nusquam soluta erat: & tamen adscendebat in cœlum, juxta modum visibilem

bilem & comprehensibilem corporis naturalis, *B. D. Frid. Balduin.* Σωμάτωμα *Homil. in Evang. Dom. p. 512.*

Pro cujus solutione solventi 4000. thaleri promissi.

§. 1.

Es ist Anno 1699. den 12. Jan. in den Nürnbergischen wochentlichen Zeitungen / selbiges öffentlich zu untersuchen / auffgegeben / und dem Deuter 4000. Reichsthaler / so bey Vanderman in Amsterdam parat sollen liegen / versprochen worden. Das Rätzel lautet also:

Ich bin weder Geschöpff / noch ein Schöpffer / und niemals unter den Lebendigen gesehen worden; iedoch befinde ich mich stets unter den Verstorbenen. Ich bin gestorben / und kan doch nicht eingegraben bleiben: Von der Welt bin ich das fürnehmste Glied / und bin doch weder Erde / noch Wasser / weder Lufft / noch Feur / sondern befinde mich zwischen diesen Elementen / nach meiner Natur / gleichsam in der Mitten. Ich bin nicht die Zeit / und nehme auch niemalen ab. Ich bin nicht in Gegenwärtigen / bin auch nicht im Vergangenen gewesen / und werde auch nicht in Ewigkeit seyn. Ich sterbe / ehe ich gebohren werde. Ich bin unter den verdammten Geistern / und doch nicht in der Hölle. Ich bin reich / aber doch nicht selig. Dieses ist von einem subtilen Kopff durch das in der natürlichen Philosophie, oder in der Physic beschriene Vacuum aufgelöset worden / indem der alten Philosophorum, nemlich Epicuri und Democriti Meinung / die solches Vacuum statuiren / wie auch der Aristotelicorum, und der heutigen neuen Philosophorum, als welche es mit Recht verweiffen / ihre Meinungen zusammen vereiniget / und der Inhalt des Rätzels bald zu dieser / und bald zu jener ihren Vorgeben gezogen wird. Die Erklärung an sich selbst lässet sich wohl lesen:

Ich bin weder der Schöpffer.

Daß dieses wahr sey / und nicht könne auf das Vacuum gedeutet werden / kan iedweder daher sehen / weil der Welt-Bau nur einen einigen Schöpffer / nemlich den Drey-einigen gressen GOtt erkennet.

Noch ein Geschöpff.

Weil die Creatur ein wahres und würckliches Wesen ist / kan solches nach der neuen Physicorum Urtheil von dem Vacuo nicht gesaget werden.

Und niemalen unter den Lebendigen gesehen worden.

Weil das Vacuum ein Nichts ist / so hat es auch unter den lebendigen Dingen niemand iemals sehen können / noch wird es künfftig sehen.

Jedoch

Jedoch befinde ich mich stets unter den Verstorbenen.

Als ein Nichts / welches einem todten Dinge gleich gehalten wird; In welchem Verstande es gleichsam unter den Todten stets sich befindet; Oder / weil bey den Todten in den Gräbern ledige Oerter am meisten anzutreffen sind.

Ich bin gestorben.

Es ist allbereit gesagt / daß ein Nichts / dergleichen das Vacuum ist / mit einer todten Sache zu vergleichen / und einiger Massen dessen Natur sey; gestalten ein gestorben Ding zu Nichts wird / und von der Faulniß / oder auf andere Art / gäntzlich verzehret wird; Oder / daß solches Vacuum dahero gleichsam todt genennet werde / indem die heutigen neuen Philosophi es für Nichts halten.

Und kan nicht im Grabe bleiben.

Denn das Vacuum, als ein Nichts / kan in keinem gewissen Orte seyn / oder daselbst eingeschlossen werden.

Von der Welt bin ich das vornehmste Glied.

Nemlich / nach der Meinung der alten Physicorum, so machet solches grosse Vacuum, oder dieselbige gresse Concavität und Raum zwischen der Erd- und Himmels-Kugel / in Ansehen ihres überaus grossen Begriffs / oder Umfanges / den grössesten Theil oder Glied der Welt.

Ich bin doch weder Erde / noch Wasser / weder Lufft / noch Feuer / sondern befinde mich zwischen diesen Elementen / nach meiner Natur / gleichsam in der Mitten.

In kurtz vorher gemeldeter Betrachtung ist das Vacuum freylich kein Element / sondern nach seiner Natur unter denselben gleichsam in der Mitten / und von der Erde / Wasser / Feuer und Lufft gleichsam umgeben.

Ich bin nicht die Zeit / und nehme auch niemals ab / ich bin nicht im Gegenwärtigen / bin auch nicht im Vergangenen gewesen / und werde auch in Ewigkeit nicht seyn.

Weil kein Vacuum in der Natur ist / wird von solchen mit recht bejahet / daß es nicht die Zeit sey / noch iemal in der Natur gewesen / noch itzo sey / noch künfftig iemals seyn werde.

Ich sterbe / ehe ich gebohren werde.

Weil das Vacuum von denen alten Philosophis statuiret worden / die neuern aber es für ein Nichts halten / so wird artig gesagt: daß es sterbe / ehe es gebohren werde.

Bin unter den verdammten Geistern.

Wann man mit den alten Philosophis das Vacuum statuiret / so wird es freylich auch unter den höllischen Geistern / als unkörperlichen Dingen / in dem Orte / wo sie sich befinden / als in einem ledigen Orte auch seyn.

Und doch nicht in der Höllen.

Nemlich / als ein wahres und würckliches Wesen / deßgleichen von dem Vacuo, als welches nach Urtheil der Aristotelicorum gar nicht in der Welt ist / nicht kan gesaget werden.

Ich bin im Reich.

Wann nach Meinung der Epicurcorum ein Vacuum wäre / so wäre auch daran im Himmel kein Mangel / weil dessen Umfang / wenn man den Himmel physicè für einen gewissen Ort nimmt / mit den Leibern der Seligen nicht also angefüllet / daß nicht darneben / und zugleich ein Vacuum übrig sey; zu geschweigen / daß vor der Aufferstehung der Todten / die Leiber der Seligen gar nicht anzutreffen / sondern unter der Erden ruhen.

Und doch nicht selig.

Weil das Vacuum ein Ding / so der Seligkeit nicht fähig ist. Ob nun wohl die Auflösung dieses Rätzels wohl getroffen scheinet; So hat doch ein Ander es anders erklären wollen / nemlich folgender Gestalt; Denn weil dieses Rätzel in der Lateinischen / oder einer andern ihr nahe verwandten Sprache auffgesetzet gewesen zu seyn scheinet / so nimmt es folgende Erklärung vom Buchstaben M an.

Ich bin weder der Schöpffer / noch ein Geschöpff.

Der Buchstab M ist weder im Wort Creator, noch Creatura, und ist auch weder Creator, noch Creatura.

Und niemals unter den Lebendigen gesehen worden; iedoch befinde ich mich stets unter den Verstorbenen.

Denn unter dem Wort Mortuus ist das M zugegen.

Ich bin gestorben / und kan doch nicht im Grabe bleiben.

In sepulchro, als im Ablativo, weichet das M, obs gleich im Nominativo SepulchruM begraben lieget.

Und bin doch weder Erde ꝛc.

Terra, Aqua, Aër, Ignis ermangeln des Buchstabens M, EleMent aber hat M in der Mitten.

Ich bin in der Zeit / und nehme doch nicht ab.

TeMpus behält durch alle Casus ein M, Gen. Temporis, Dat. Tempori, &c.

Ich

Ich bin nicht im Gegenwärtigen ꝛc.

Neque in præsenti, neque in præterito, neque in æternitate adest M.

Ich sterbe/ ehe ich gebohren werde.

M gehet ordentlich nach dem Alphabet vor dem N her/ und wird also Morior in iedem Lexico, oder Indice vor Nascor zu stehen befunden.

Bin unter den verdammten Geistern/ und doch nicht in der Höllen.

Inter damnatos adest, non tamen in Inferno litera M. invenitur.

Ich bin im Reich (oder gehöre zum Reich) und bin doch nicht selig.

Litera M pertinet ad RegnuM, non verò est beata.

Alii explicant de Spiritu Mundi. Wer nun das gesetzte Præmium erlanget/ davon ist noch keine Nachricht eingelauffen. Vid. der auffgefangenen Briefe Viertes *Pacquet, Correspond. 48 20. Maji, 1699.* it. Fünfftes *Pacquet, Corresp. 65. p. 541. seq. 548. seq.*

§. 2.

Folgendes Rätzel/ so nach aller Chymisten Meinung von denen Alten auf die Bahn gebracht worden/ die Materie des Steins der uhralten Weisen zu verhälen/ lautet in Form einer Grabschrifft also: Ælia Lælia Crispis, nec Vir, nec Mulier, nec Androgyna, nec Puella, nec Anus, nec Casta, nec Meretrix, nec Pudica, sed omnia. Sublata neque Fame, neque Ferro, neque Veneno, sed Omnibus. Nec Cœlo, nec Aquis, nec Terris, sed ubique jacet. Lucius Agatho Priscius nec Maritus, neque Amator, nec Necessarius, neque Merens, neque Gaudens, neque Flens, hanc neque Molem, nec Pyramidem, nec Sepulchrum, sed Omnia, Scit & Nescit, cui posuerit. Kircherus in Oedipo Ægyptiaco de Sulphure & Mercurio interpretatur. Hamburg. wochentl. Curiöser Zeit-Vertreiber *Ann. 1700. N. 19. p. 151. 152.*

§. 3.

Allein ich halte dafür/ daß noch niemand die füglichste Explication wird getroffen haben; Die wahrscheinlichste ist des Malvasiæ, der da vermeinet/ daß diese Ælia eine unzeitige Gebuhrt gewesen/ bey der man noch nicht das Geschlecht hat unterscheiden können. Jedennoch sey sie schon im Mutterleibe dem Agathoni versprochen/ der also weder Ehemann/ noch Anverwandter mag genennet werden/ und demnach dieses Epitaphium gantz indifferent zum Gedächtniß gesetzet. Ich will doch versuchen/ ob ich den Inhalt in folgende Verse bringen kan:

Hier ist ein seltner Stein von Aelien zu lesen/
Das weder Weib/ noch Mann/ noch Zwitterling gewesen.
Es war nicht keusch/ nicht geil: Es hatte keine Scham/
Versuche wie es heist: Fast alles ist sein Nahm.
Es ist durch Schwerdt/ durch Gifft/ durch Hunger nicht gefallen/
Besonders da es fiel/ so fiel es fast von allen/
Der Himmel/ Erd und Meer/ hat es iemals versteckt/
Weil dieses Wunder-Nichts das grosse Nichts bedeckt.
Agatho Priscius, nicht Buhler/ nicht Verwandter/
Auch sonst kein Ehemann/ noch Freund/ noch ein Bekandter/
Hat dieses hingesetzt/ was du hie schauest an/
Das man nicht Stein/ nicht Grab/ noch Seule nennen kan.
Nenn alles was du willt: Er setzt es ohne Weinen/
Liess aber auch dabey nicht grosse Freud erscheinen;
Doch trauret Er auch nicht/ sein Hertz blieb unverletzt:
Er wust und wuste nicht/ wem er das Grabmahl setzt.

Vid. das geöffnete *Antiquitäten*-Zimmer/ Hamburg *Ann. 1704. Sect. I. cap. VII. §. 9 p. 112. seq.*

Alia.

In vitâ S. Pachomii refertur, quod Philosophus quidam Theodoro Discipulo S. Pachomii hæc tria ænigmata proposuerit, ad quæ ipse ita solerter respondit. *Primum.* Quis non natus mortuus est? Respondit Theodorus: Adam. *Secundum:* Quis natus est, nec tamen mortuus? Respondit, Henoch, qui translatus est. *Tertium:* Quis mortuus est, nec corruptus? Respondit: Uxor Loth, quæ in statuam salis est conversa. Poterat addi CHRISTUS DEI Filius. Non autem Mater benedicta, ut habet *D. J. A. Weber, in Arte Convers. Reg. XII. p 718* Quis neq; natus, neq; mortuus? Resp. Angelus. Quis natus & mortuus? Resp. Homo. *M. Joh. Jac. Müllerus, Instit. Ethic. Posit. Polem. P. II. c. XVIII. p. 241.*

ÆQUIVOCATIONE

Uti an licet?

§. 1.

Toletus putat, ita enim *lib. 4. Instit. Sacerd.* Aliquando licet uti æquivocatione, & decipere audientem. Vicissim *p. 522.* Licet jurare secundum suam mentem, contra mentem judicis. Si crimen est occultum, non debet quis jurare: Si cogatur, debet uti æquivocatione, puta, nescio, intelligendo intra se, ut dicam tibi, vel simile. Vides hinc, quam aperta & candida sit Theologia Je-

suwi-

ſuæ itica, ut æquivocationes, deceptiones, & perjuria, ſine omni pudore commendet, inquit *D. B. Meisnerus Philoſ. Sobr. P. 2. c. 1. S. 1. q. 11. p. 165.*

§. 2.

Artem hanc didiciſſe videntur à Franciſco ſuo, qui, cum perſequentes latronem fugientem ex ipſo quærerent, num iſtac tranſiſſet? manu manicæ immiſsâ negabat iſtac (per manicam ſc.) tranſiſſe. Similiter *gloſſa Juris Canonici* dicit, eum, in cujus domo aliquis latet, quem hoſtes perſeqvuntur, poſſe reſpondere: non *eſt* hîc, accipiendo *(eſt)* non ut venit à *ſum*, ſed ab *edo*, *Voët. D. S. P. 4. p. 4 p. 644. 646. 648.* Æquivocationem hanc *artem Jeſuitarum* Nortonus; *Prudentem defenſionem* verò Gregorius de Valentia *in Thom. T. 3. p. 134. b.* nominat, ap. *D. Dieteric. Anal. Ev. P. 1. p. 50. L. Conr. Tiburt. Rangon. Onut. de Dolis & fraudibus Pſeudo-Theolog. not. 43. p. 43.*

§. 3.

Noſtri autem Theologi dicunt, non licere neque *Theologicè*, in cauſa *religionis*; neque *Ethicè*, in caſu *converſationis:* nam aliud ſignificare verbis, & aliud mente recondere, ad decipiendum eum, cum quo loquimur, eſt contra veracitatem, *Prücknerus Queſt. Illuſtr. Th. Cent. 3 q. 13. p. 111. M. L. Dunte, C. C. c. 10. §. 2. q 109. p. 380. Ottom.* Tugend-St. und L. W. *p. 542. D. Joh. Frid. Mayer. Diſſ. Select. 4. §. 25. p. 142.* Æquivocatio hæc ipſis Perſis exoſa, *J. H. Hottinger. Hiſt. Or. l. 1. c. 3. p. 182.* Vigorius Conſiliarius Regius quondam in Galliâ *Ignatianorum doctrinam* appellat, quæ pugnat cum lege DEI, Doctrinâ Patrum, Decretis Pontificum ap. *D. Frid. Ulric. Calixt. Th. de Sigillo Confeſſionis §. 39. p. 37. Th. Lanſ contr. Hiſpan. p. 389. ſeq. Dedek. in Append. Conſil. p. 92. D. J. A. Oſiand. Th. Caſ. P. 2. p. 1085.*

§. 4.

Satanica prorſus eſt malitia, aliud ore loqui, aliud corde celare. Satan enim ſtatim ab initio conditi orbis uſus eſt hâc arte ad decipiendum hominem, & præcipitandum eum in extremam interneccionem, *Brentius, Hom. 19. in c. 1. Jeh. p. 130. Conf. Brochmand. T. 2. Art. 18. c. 9. q. 4 p. 34. D. Stryk. in Brunn. Jus Eccleſ. l. 1. c. 6. M. I. p. 144. M. Carl Andr.* Redel/ *de Obligatione Juramenti doloſi, Diſſ. prior. c. 2. §. 9. ſeq. M. Petrus Stuhr, de Novo Scepticiſmo Practico circa Principia morum, §. 11. Novella* aus der gelehrten und curiöſen Welt/ *An. 1692. menſ. Sept. p. 818. ſeq. D. Heinr. Baumann. de Veracitate & Juſtitiâ particulari, Queſt. V. M. Joh. Jac. Müller. Inſtit. Ethic Poſit. Polem. P. II. c. XVI. §. 18. p. 207. ſeq. D. Mengering. Inform. Conſc. p. 224.*

ÆQUIVOCI

Homines.

Qui uno nomine vocantur; Et Æquivocari eodem nomine vocari. *Matthæus Vindocinensis in Tobiâ:*

Solvitur in puerum partus patris, æquivocatur
Nomine progenies sedulitate patris.

Carol. du Fresne, in Gloss. T. 1. p. 25.

AER

Salubris.

In Sumatra und Java ist solche gesunde Lufft / daß die Menschen daselbst lange / und ohne einige Kranckheit / leben; wann sichs aber begiebt / daß iemand daselbst kranck wird / so wird er von den Anverwandten und andern Freunden deßwegen nicht geachtet; denn wenn einer bey gesunder Lufft daselbst kranck wird / so halten sie es für eine von GOtt / wegen begangener Sünde / sonderbar zugeschickte Kranckheit. Die Krancken suchen Oerter / da sie alleine seyn mögen / und bemänteln ihre Kranckheit / wie sie können / und müssen also ohne Hülffe / und Erbarmung anderer Leute / elendiglich hinsterben. In der Insul Bermude soll die allerreineste und gesundeste Lufft seyn / so / daß auch keine giftige Thiere daselbst gefunden werden. Eine andere Insul / Nova Providentia genannt / hat solche gesunde Lufft / daß die meisten Menschen über hundert Jahr alt werden / und endlich für Alter oder Schwachheit dahin sterben. *Dn. Misand. Corn. Cop. P. II. p. 622.*

Insalubris.

Die Lufft / so um die Americanische Stadt Vera Crux schwebet / welche in Neu-Spanien / eine Viertel-Stunde von der Mexicanischen See lieget / ist überall ungesund / und also übel daselbst zu wohnen / welche unglimpffliche Lufft diesem Ort den Nahmen Vera Crux angehencket; da hingegen die Gegend Vera Pax ihren Nahmen eigentlich von den Dominicanern bekommen hat / weil sie die Eingebohrnen nicht durch Krieg / sondern durch die friedliche Predigt des Evangelii gewonnen / aber die Lufft ist eben nicht zum besten / auch das Land erschrecklichen Stürmen / Donner und Blitzen unterworffen / und mag also freylich dieser Ort mit keinem vollkommenen Fug und Recht Vera Pax heissen ꝛc. *Emsm. Francisci* wunderreiche Uberzug unserer Nieder-Welt / oder Erd-umgebender Lufft-Kreiß / *Discurs. 1. p. 395.*

Olim

Olim censitus.

Æl. Spartianus *in Pescennio Nigro, cap. VII.* Idem Palæstinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur, ideircò, quod esset gravata, respondit. Vos terras vestras levari censitione vultis, ego verò etiam *aërem* vestrum censere vellem. Id nempè etiam avaritiâ Principum tandem factum est: Imposito non Judæis solum, sed in universum omnibus, tributi genere, quod ἀερικὸν de aëris censitione dictum est. vid. *Jac. Cujacium Observat. Lib. X. cap. VII.* Tangit vectigal hoc *Tertull.* cum ait: Nec tam execrebile esset nomen Publicanorum apud Dominum, nisi extraneum, vendentium ipsius cœli & terræ & maris transitus, ap. *Salmas. ad Spart. loc. cit. Hofmann. L. U. T. I. p. 91. a.*

Obtenebratus ab incantatoribus Sinicis.

§. 1.

Sunt in regione Reosbarde multi prædones, quos Caraonas vocant, habentque regem. Utuntur hi prædones incantationibus, & quandò ad prædam excurrunt, arte illâ Diabolicâ id efficiunt, ut aër interdiu per magnum temporis spatium adeò obscuretur, ut à nemine videri, & caveri possint, prorogantque hujusmodi caliginem interdum quinque, & aliquando septem diebus, & interim campos pervagantes in maximo numero, ut etiam quandoque turma eorum decem millia grassatorum complectatur, in aciem bellatorum more se rediguntur, & in latum diffusi sic procedunt, & quicquid obviam illis venit, homines & jumenta capiunt, juvenes venum exponunt, senes verò occidunt. Ego Marcus, qui hæc scribo, semel in hanc incidi caliginem: & quoniam parum aberam à castro, quod Canosalim dicitur, facile periculum evadere potui ad castrum fugiendo. Plures tamen è comitiva meâ in retinculum illud Dæmoniacum incidentes, partim venditi, & partim interfecti fuerunt, *Marcus Paulus Venetus de Region. Oriental. l. 1. c. 22. p. m. 19.*

§. 2.

Unter denen Schweden im vorigen Teutschen Kriege sind viel solche Künstler gewesen/ weil es so viel Lapländer und Finnen unter ihnen gegeben/ welche solche Kunst gleichsam studiret haben. *Moller.* in der Freybergischen Chronick/ erzehlet/ daß/ als die Schweden unter dem General Barnier Ann. 1639. das erstemal Freyberg belagern wollen/ sie dessen eine gute Probe gethan; Dem andern Martii, spricht der Autor, habe der Obrist-Lieutenant Haubitz/ als verordneter Commendant der Stadt/ die Posten umritten/ und alles fleißig besichtiget. Um 12. Uhr haben sich zwey Schwedische Reuter am Peters-Thor sehen lassen/ und nach dem Bürgemeister gefraget; weil sie aber nicht Krieges-Manier gehalten/ ist vom Thore Feuer auf sie gegeben/

und

und dem einen sein Pferd gefället worden; worauf ob es schon von frühe Morgen biß gegen Mittag gantz hell und klar gewesen/ hat sich doch geschwind ein solcher dicker finsterer Nebel erhoben/ der in und über die Stadt gefallen/ und gleichsam gewältzet kommen/ daß auch in der Nähe auf den Gassen/ zu geschweigen im Felde/oder von ferne kein Mensch den andern erkennen können/ und solches hat bey 3. Stunden gewähret/ daß iedermann dafür gehalten/ es sey dieser Nebel von Finnen oder Lapländern gemachet worden/ wie denn bey solcher Verweilung und Finsterniß die Schwedischen Völcker in höchster Eil sich der Stadt also genahet/daß/als hernach um 3. Uhr der Nebel vergangen/ man dieselbe schon auf den Stadt-Feldern/ zum Theil auch in den Vorstädten/ und wie sie sich mit Hauffen in die nah-gelegene ledige Häuser eingedrungen/ hat ersehen können/ *Novellæ Mundi Docti & Curiosi, Ann. 1693. mens. Nov. p. 4294. seq. Dn. Zenneri.*

Ore aperto exhalatus cur calidus, ore compresso efflatus cur frigidus?

Etsi multi super hoc quæsito se cruciant, nihil est tamen solutu facilius. Nam primo modo exspiratur aër, qui in pulmonibus calefactus est; qui vero altero modo proflatur aër, non est calefactus à pulmonibus, aut aliis humani corporis partibus, cum non intra corpus, sed potius in spatio, quod inter os & corpus afflatum intercipitur, contentus fuerit. Et licet aliquid aëris interni commisceatur cum externo, is tamen calorem suum per activitatem majorem aëris externi frigidi amittit. Accedit diversitas modi in exspirando aëre. Nam primus modus est svavis, alter violentus & impetuosus; constat autem experientiâ, aërem vehementi agitatione commotum, in frigidiusculum ventum converti, ut norunt mulieres, quæ æstivis caloribus flabello sibi ventum faciunt, *Weber. Art. Convers. R. 9. Pr. 21. p. 503. 504.*

Hierosolymitanus.

De Jerusalem dicunt RR. DEum divisisse seculum, seu orbem, in 7. climata, quæ in Lingvâ S. appellentur קיפות, quibus mutatis luculenta detur mutatio & aëris & sanitatis, ratione temperamenti natalis; ita, ut si quis egreditur climate, quo natus est, & veniat in aliud clima, plerumque in morbum incidat, propter mutationem aëris; Sed Jerusalem esse pulcherrimi & temperatissimi omnium climatum, sic, ut si quis eò perveniat ex aliis terrarum plagis vel climatibus, sanus & incolumis permaneat: Hinc illud Psal. XLIIX, 3. יפה נוף—מלך רב Pulcher locus, seu clima aut regio & gaudium universæ terræ est mons Zion, latera Aquilonis, civitas Regis magni, D. *Aug. Varenius, Diss. Acad. de Hierosolymit.*

solymâ ante abductionem in captiv. Bab. bis excisa & aliquoties occupatâ in Præf. Quicunque ex omnibus populis in Ecclesiam DEI per fidem in Christum, quæ per Hierosolymam indicata, veniunt, vere demum salvi & beati futuri &c. *Fagius ad Exod. XXIX. 26. in O. A. p. 656.* Conf. Tit. Climatum constitutiones ingenia hominum mutant.

Sua naturâ levis est & rarus; Quâ igitur virtute tantam terræ molem sustinet suspensam?

§. 1.

Non aëris, sed alienâ hoc fit virtute, terræ scilicet, quæ, quia natura sua gravis est, ideò ad medium fertur naturaliter, in eoque, ut in loco suo proprio, quiescit, *Plinius Lib. II. N. H. Cap. V.* ideò dicit librari medio spacio tellurem, quia mutuo complexu diversitatis efficiatur nexus, & levia ponderibus inhibeantur, quo minus evolent: Contra gravia, ne ruant, suspendi levibus in sublime tendentibus. Aëri ergò tribuit illam virtutem retinendi terram in medio: & rursus terræ assignat potentiam retinendi aërem, ne altius assurgat. Atque ita illud levitatis erit, hoc ponderis. *Sed quomodo leve corpus & rarum, quale est aër, tantam molem potest sustinere?* Utique non aëris levitati idipsum acceptum est ferendum, sed ipsius terræ gravitati, qua ad proprium illa locum naturaliter fertur, in eoque immobilis consistit. Et rursus aërem non terræ gravitas retinet in loco illo superiore, sed illa ipsa aëris levitas facit, ut aër ad illum locum tanquam ad proprium feratur, in eoque quiescat.

§. 2.

Cicero *Lib. II. de Nat. Deor.* dicit: Omnes partes mundi undique medium locum capessentes niti æqualiter, & quodam quasi vinculo circumdata colligari: idque facere eam naturam, quæ per omnem mundum omnia mente & ratione conficiens funditur, & ad medium rapit, & convertit extrema. Porrò quod Terra exactè in medio mundi sit ab Æquinoctiis probat *Plinius Lib. II. cap. LXIX.* Cleomedes verò *Lib. I. de Mundo* à differentiis umbrarum, *G. Bachman. Exercit. Philos. Cent. I. Quæst. XCVIII.*

Undè, qui continetur in vesicâ piscium?

§. 1.

Piscibus respirationem adimit Aristoteles, quia nimirum careant pulmone, qui organum est respirationis. Hinc enim & ἄφωνον esse statuimus universum piscium genus, nihil obstante, quod de scaro & fluviatili porco, piscibus vocalibus Aristoteles, & de piscibus in Aorno, quos ποικιλίας vocant, Philostephanus scribit. Perindè enim, ut respirationis, ita & vocis formandæ instru-

mentum est pulmo. Si ergò non respirant pisces, *unde & quomodo in illorum vesicam derivatur aër?* Notum enim est, aëre quasi distendi piscium vesicas: & non nisi per respirationem attrahi aërem, nemini quoque est obscurum.

§. 2.

Respondeo igitur: Pisces aërem attrahere per branchias. Has enim moveri motu quodam respirationis, sensus testatur. Cumque pulmone careant pisces, ideo ad vesicam defertur Spiritus aëris vitalis. Ratio: quia aër pabulum quasi est universæ naturæ: Unde non minus pisces, quam alia animalia illo habent opus. Quod verò & aërem attrahant pisces, & sine illo vivere non possint, patet, quia nisi aperiatur tempore hiberno glacies, sub qua degunt, suffocantur: Cumque tenuissimus sit & rarissimus aër, ideò facile penetrare potest ipsam aquæ substantiam. Concludimus igitur: Pisces quidem pulmone carere, aëre tamen carere non posse: atque idcircò aëris aliquid intra se recipere, quod in vesicam derivatur. Rursus quia in aqua non autem in aëre externo degunt pisces, ideò magis aquâ, quam aëre opus illos habere affirmamus. Quod vel inde liquet: quod extracti ex aquis statim moriuntur, *Bachm. l. c. Cent. II. Quæst. LXXXIV.*

AERIS

Serenitas à Rege promissa.

Merckwürdig ist/was Lipsius von denen Japanischen Herren meldet/daß sie nemlich bey ihrer Huldigung mit einem Eide zusagen müssen/ nöthige Regen und Sonnenschein zu verschaffen/ ja Sturm und Wasser-Fluthen/ dadurch die Feld-Früchte beschädiget werden/ abzuschaffen/ *Everh. Gvern. Happelius, Thesaur. Exot. p. 40.* Mirificum, atque adeo primo intuitu ridiculum alicui videri queat, quo se Mexicanorum Regem, cum consecratur, obstringere solere subditis suis, in illius gentis historia refertur: Scilicet, justitiam se administraturum: nullum è subditis oppressurum: bello fortem futurum: Effecturum, ut Sol cursum splendoremque suum teneat, nubes pluant, rivi currant, & terra genus omne frugum producat. (*Lopesius Gomara, in Historiâ Mexicanâ.*) Cum enim hæc postrema, unius DEI propria, nec in ullius hominis potestate sint sita, nec exigi quidem ab homine debent, *M. Berneggerus, Observat. Miscell. XXXV. p. 256.*

Madritensis puritas.

Madritum urbs totius Hispaniæ populosissima, dignissimaque Regum sedes, ob aëris puritatem, quæ tanta est, ut cum alias flumine, aliisve sordium avehendarum adminiculis careat, nullas illuc sordes patiatur, sed oblatas è vestigio exedat,

exedat, & calcis instar absumat: Æquiparanda eo nomine Ispahanæ, Persarum Regiæ, quam aëris beneficium salvam præstat, cum ob sordium copiam alias continua infectione laboratura esset. Reginæ partui vicinæ ideo olim huc concesserunt, ut Principes recens nati statim purum haurirent aërem; Carolus V. Imp. quoque paucos dies hic commoratus morbo Quartanæ, quo diu laboraverat est liberatus, *D. Beeman. H. N. Orb. T. 1. C. 6. S. 1. §. 5. p. 161.* De aëre purissimo, quem Israëlitæ in deserto hauserunt, vid. *Jan. Huartus, Scrutin. Ingen. c. 15. p. 438.* Morerio regionis circa Holmiam in Sveciâ aër tam purus est, ut ultra 100. annos vitam non rarò incolæ producant, *D. Hofman. Lex. Un. T. IV. in Tit. Svecia p. 292.* Sinæ Regnum saluberrimo cœlo & purioris auræ dulcedine perfruitur, *Id. ib. in Tit. Sinæ, p. 189.*

Ænigma.

Hostis, amicus, atrox, pius, intus & in cute notus,
Et capit & capitur; nilque tenere potest.
Erumpentem adytis, rumpentemque excipit hostem,
Et vehit & vehitur, nusquam & ubique manet.
Fratribus immitis furit, & pacatur, & ardet,
Et gelat & patitur, & docet inde pati.
Presserit is si te, vel si defecerit, ibis
Ad propriam, nequeas unde redire, domum.

Nic. Reusn. in Ænigmat. Varior. p. 56.

AEREM
Ferire, 1. Cor. IX, 26. quid?

His verbis Gentium Doctor ab athletarum *σκιαμαχίᾳ* desumtis innuit nostrum certamen non joculare esse, in quo neminem lædamus, sed vel maximè ferium, in quo Diabolum, mundum, carnemque propriam feriamus ac vulneremus, & ut alibi loquitur, crucifigamus. *Σκιαμαχία*, i. e. umbratilis pugna, apud Veteres erat propriè, quandò quis sine antimacho, seu adversario, adversus umbram brachiis & cruribus pugnabat, quem *ἀέρα δέρειν* dicere solebant. Hujus umbratilis pugnæ aliquoties apud Scriptores profanos fit mentio, hodieque solent digladiatores in certaminum aut præliorum præludionibus brachia in ventum jactare; Unde Paulus hanc formulam loquendi mutuatus ad spiritualem pugnam transtulit. Benè Plutarchus: Video vos jam umbratili pugnâ adversus idola pugnare paratos. Et illud Senecæ nat. quæst. l. 7. Hoc quid aliud est, quam manum in ventum jactare & brachia? *D. Fesselius, Adversf. Sacr. l. 4. c. 15. p. 403. 404. Glassius, Philol. Sacr. Lib. V. Tr. I. cap. X. p. 247.*

In Aëre lusus naturæ varii.

§. 1.

Von einem verwunderlichen Schau-Spiel der Natur / welches in der Lufft einer Italiänischen Landschafft zur Sommers-Zeit gesehen und beobachtet wird/wollen wir P. Athanasium Kirchern/in Arte magnâ Lucis & Umbræ Lib. X. P. II. cap. I. hören: Meistentheils um diejenige Zeit / da die Sonne mit ihrer sehr hefftigen Hitze das Mamertinische und Sicilianische Meer gleichsam siedend heiß machet/ eröffnet auch die Natur den unerschöpfflichen Reichthum ihres Mahlerey-Vorraths / und lässet selbige bey der nicht weniger alten/ als von den alten Philosophischen Academien und Schulen höchstberühmten Stadt Rhegio, in Calabria, mit höchster Verwunderung in Augenschein nehmen. Denn es trägt sich um selbige Zeit zu / daß sich in der dampffichten Lufft gleichsam ein Schauplatz eröffnet / welcher mit so vielerley Dingen ausgezieret / mit so vielen Auffzügen versehen/ daß sich alles auffs annehmlichste sehen lässet; Man erblicket allda einen Bau von höchst-zierlich-angeordneten Vestungen; eine verwunderliche Herrlichkeit vieler der Perspectiv-Regeln gemäß nach unendlicher Säulen-Ordnung entworffnen Palläste und Häuser/ an deren Stelle/ wann sie allgemächlich verschwunden / sich nach und nach andere einfinden. Da kan man sehen Schatten-reiche Wälder/ Cypressen- und andere Bäume in zierlicher Ordnung gesetzet / daß ihrer drey allezeit eine Fünffe gegeneinander machen; grosse und kleine Felder mit Menschen / Kühe- und Schaaf-Heerden aus dermassen angefüllet; und zwar alles dermassen verwunderlich von Farben/ dermassen künstlich mit Licht und Schatten vermischet / und so lebhafftig von Gebärden / daß menschlicher Fleiß fast nicht dergleichen sollte aussinnen und hervorbringen können? Dieses Schau-Spiel nennen die Einwohner Morgana. Weil nun dieses Natur-Wunder wenigen bekandt ist / habe ich mir fürgenommen/ solches allhier etwas genauer abzuhandeln.

§. 2.

Als ich Anno 1636. durch Messana reiste/ und sehr viel wunderns-würdige Dinge von dieser seltzamen Erscheinung gehöret hatte/habe ich mich nach Rhegium begeben / allwo ich viel von den verständigsten Stadt-Einwohnern wegen dieses Natur-Wunders gefraget / welche insgesamt dasjenige also zu seyn bestätiget/wie man mir vorhero erzehlet hatte; Damit ich aber desto besser von dieser verwunderlichen Sache philosophiren möchte / habe ich die Gelegenheit des Orts/ die Natur und Beschaffenheit der Erden / und dann auch den Dampff des Meeres mit höchstem Fleiß beobachtet / wodurch ich dann leichtlich hinter die Ursache dieser verborgenen Wirckungen gekommen.

§. 3.

§. 3.

Erstlich habe ich einen Berg ausser der Landschafft Sicilien gegen Rhegio überbeobachtet/ welcher mit einer schwartzen Gegend an das Vorgebürge Pelorum stösset/ und daselbst sich endiget; das Ufer aber/ wie auch der Meeres-Grund/ ist mit vielen Sand von Mondsteinen/ Spießglaß/ gemeinen Glaß/ und anderer hellen Materie versehen/ welcher von benachbarten Bergen/ die mit besagten Mineralien bewachsen sind/ dahin gewehet wird/ und der bey der stärcksten Sonnen-Hitze/ samt dem in die Höhe gehobenen Dampff/ unterschiedene und mannigfaltige Gestalten machet. Welche Gestalten in der Mitte mit dicken dem Berge entgegen gesetzten Dämpffen/ gleich als mit einer schattigten Gegend verdunckelt werden/ und endlich in einen gleichsam viel-eckichten und vollkommenen Spiegel sich mehren und zusammen begeben. In diesem Spiegel nun/ welcher dem Auge mit unterschiedlichen Lagern erscheinet/ werden auch unterschiedliche Bildnissen und Gemählde allerhand fürgeworffener Dinge zurücke gebracht und fürgestellet.

§. 4.

Die künstliche Säulen-Reihe ereignet sich entweder von einer am Ufer stehenden Säule/ welche durch die vielfältige Reflexion sich in eine unendliche Säulen-Menge verändert; eben auf solche Weise/ wie wir sehen/ daß ein Bildniß oder Gemählde zwischen zweyen gerad gegen einander stehenden Spiegeln unzehliche Gleichnissen besagter Bildniß in solchen Spiegeln fürstelle und zurücke bringe; Also stellet ein einiger Mensch/ welcher auf unterschiedliche Weise inner den spiegelichten Gestalten der Wolcken durch vielfältige Reflexionen erscheinet/ ein gantzes Krieges-Heer für. Ein gleiches kan von den Thieren und Bäumen gesagt werden ꝛc. Vid. omninò *D. J. A. Weber. Discurs. Curios. III. Cap. IV. p. 66. seq.*

ÆRA.

§. 1.

Vox ÆRÆ tripliciter accipitur, 1) *Botanicè*, pro herba triticum enecante, quæ apud nos lolium dicitur, ut inquiunt *Dioscorides & Plinius, Lib. XVIII. cap. XVII.* 2) *Numismaticè*. Sic æra est numeri nota in moneta, qua ejus pretium designabatur, *Lucil.* Hæc est ratio perversa, æra numeri subducta improbe. 3) *Astrologicè*. Sic Astrologi temporis initium, à quo supputationes incipiunt, Æram vocant, *Cœlius Rhod. Lib. X. cap. II.*

§. 2.

Æra singulorum annorum constituta est ab Augusto Imperatore, quando

primum censum exegit, ac Romanum orbem descripsit. Dicta est autem ÆRA ex eo, quod omnis orbis Æs reddere professus est Reipubl. Romanæ, sicut inquit *Isidorus, Lib. V. cap. XXXVI. Genesius Sepulveda* ita scribit: Veteres, inquit, initio scripturas claudentes, tempus ad hunc modum adscribebant: Acta fuerunt hæc, exempli gratia, Cordubæ Calend. Maji Annus erat Augusti Cæsaris 150. Deindè brevitatis causa sic verba ad annum pertinentia signabant:

A. ER. A. CÆS.

Initia duntaxat verborum punctis distincta: pro totis verbis notantes, vetustissimo properantium librariorum more: posteà librariorum, tabellionumque temeritate & insciția, ablatis punctis, scribi cœpit: ÆRA CÆS. Quo errore latius serpente, quævis annorum ab aliquo velut capite deducta ratio, primum ab Hispanis, indè à cæteris Astrologis, *Æra* vocari cœpit. *Hæc ille.*

§. 3.

Nos ita statuimus: A. ER. A. non est una vox, sed plures, à quibus malè combinatis & confusis, unum fecerunt Hispani vocabulum. Siquidem Hispanorum fuit consuetudo annos ab Augusto Cæsare, Julii Cæsaris successore, repetendi, e. g. Acta hæc sunt primo Calend. Januar. Annus erat Augusti quintus. Deindè verò brevitatis gratia principia duntaxat verborum scribebant, sed punctis juncta, hunc in modum: A. ER. A. Annus erat Augusti quintus. Verum posteriorum insciția & socordia factum est, ut omissis punctis eædem literæ, velut in unum verbum, cujus prima litera esset Æ, scriberent confusè ÆRA.

§. 4.

ÆRA alias dicitur *Epocha*, Græcis ἐποχὴ, ab ἐπέχω, quod *inhibeo* significat, quasi inhibitio & retentio, per quam, quod continuo est in fluxu, retinetur & figitur, ut indè reliqua mensurentur. Talis autem *Epocha* est *duplex*.

1) *Astrologica*, quæ est in cœlestium motuum consideratione.

2) *Chronologica*, vel *Historica*, quæ est illustris & certus terminus, undè annos, menses & dies in antecedentia & consequentia numeramus. Et hæc *Epocha* sive *Æra* rursus duplex est; *Ecclesiastica* & *Politica*.

1) *Epocha*, sive *Æra Ecclesiastica* in historiis sacris & Ecclesiasticis observatur, e. g. *Epocha*, sive *Æra* mundi conditi. Epocha sive Æra diluvii. Epocha, sive Æra nativitatis CHRISTI.

2) *Epocha*, sive *Æra Politica* in rebus profanis, h. e. commerciis & negotiis civilibus observatur, e. g. est Epocha Olympiadum, Epocha urbis conditæ (sc. Romæ.)

ÆRA CHRONOLOGICA rursus triplex est, 1) *Christiana*. 2) *Turcica*. 3) *Persica*.

I. *Æra Christiana* à Calend. Januar. initium sumit, ubi novus annus incipit.

II. *Æra Turcica*, sive *Arabica*, dicitur HEGIRA. Hæc incepit A. C. 622. die 16. Julii. Constat annis lunaribus. Utuntur eâ Alcoranus, Annales Turcici & Saracenici, Epistolæ Turcicæ.

III. *Æra Persica*, dicitur *jezdagird*. Hæc cœpit A. C. 632. die 16. Junii. Constat similiter annis lunaribus. Meminit ejus Alfraganus, Alcoranus, Arabes, aliique, *D. C. Matth. T. H. T. P. p. 443.*

ÆRUMNIS
Non mergimur.

Andreas Cardinalis, Ferdinandi Archi-Ducis filius, hoc usus est Symbolo: Cucurbitam aquis innatantem curavit pingi, & inscriptionem hanc addidit: *Jactor, non mergor.* Ærumnis variis jactamur, bono animo, non mergemur, *Drexelius in Davide, c. 2. §. 3. p. 1137.*

ÆS
Contrariatur Serpentibus.

Michlal Jophi & David Kimchi, *Lex. Rad. col. 308.* ex R. Joseph Kimchi, Davidis patre, referunt, dixisse Medicos, quod serpentis morsu læsus homo, si æs conspexerit, extemplo moriatur. Ideò DEUM præcepisse Mosi, ut faceret serpentem æneum &c. contra naturæ ordinem, quò illustrius miraculum evaderet. Et sic quoque se habet Hiskiæ emplastrum ex ficubus, de quo vid. *Cornel. à Lap. in Es. XXXIIX, 21. fol. 320. M. Christoph. Cellarius de Serpente Æneo Christi Crucifixi Typo, §. 4.* Item lignum in aquas amaras projectum, quod ex se amarum erat, *D. Christoph. Sam. Martini*, in der blutigen Schau-Bühne/ *p. 750.*

Perpetuitatem indicat.

§. 1.

Das Ertz ist nicht allein frey von aller Fäulung/ sondern verschaffet auch/ daß andere Dinge davon befreyet bleiben. Dannenhero spricht Horatius, *Lib. III. Carm. Od. XXXI.* Exegi monumentum ære perennius, das ist/ ich habe ein Werck vollbracht/ dem Ertz nicht zu vergleichen. So haben auch die Egyptier vor Zeiten ehrne Tafeln auf die Leichname geleget/ um dadurch die Fäulung zu vertreiben. Ja auch Pierius bezeuget/ es seyn zu dem Ende vor Zeiten/ eherne Schwerdter in die Leichnam gestecket worden/ *Weberus, l. c. Disc. VI. Obs. II. p. 118.*

§. 2.

§. 2.

Æs rubigine non absumitur, ideoque *Vegetius* probat, æreos clavos configendis navibus, quos ferreis anteponit, quod eos tempore & humore celeriter rubigo consumat: illos etiam in fluctibus permanere incolumes manifestum sit, *Pier. Valer. Hierogl. Lib. XLVIII. cap. LVIII. p. 615.*

Prævalet auro apud Æthiopes.

Herodotus auctor est apud Macrobios Æthiopes æs pluris æstimari, quam aurum, cujus tam vilis sit usus, ut Cambysis Legati eò profecti, fontes viderint aureis catenis in custodiâ vinctos, *J. Boëmus Aubanus de Moribus, Legibus & Ritibus omnium gentium, Lib. I. cap. IV. p. 28. D. Otto Gualperius, Syllog. Voc. Exot. N. T. p. 323.*

Seminatur.

Nemo est, qui nesciat, (inquit *Vincentius Guinisius, in suis allocutionibus,*) modò quidquam sciat, metallo nihil esse contumacius, nihil ad quandam veluti disciplinam ac legem accipiendam ineruditius. Æs tamen, si nanciscatur indolem terræ comparem, aut certè non ita dissentaneam naturæ suæ, jaci non sine spe maximi fructus, tutoque disseminari ad messem, cum fœnore metendam uberrimo, auctorem habeo non fabulatorem è triviis, aut loquacem ex angiportis aniculam, sed Peripateticæ disciplinæ gravissimum Legislatorem. In Cypro enim æs gigni auro persimile, memorat Aristoteles, (nam Aristotelis esse illud de admirandis auditionibus volumen, plerique auctorum arbitrantur,) quod callidi regionis illius incolæ cæsim minutimque contundunt, tenuissimas illas arenulas, & quasi atomos telluri seminum more committunt, excolunt, inductis ad tempestivas irrigationes, reductisque vicissim aquis recreant, tantumque proficiunt perficiuntque culturâ, ut semen durissimum ductis altè radicibus emollescat ac progerminet in segetem, adolescat, adeptumque paulatim maturitatem suam ingenti copiâ, fœcunditate mirabili messem æneam reddat, *Weberus in Arte discur. Fogt. XXX. Exempl. XX. p. 289.*

ÆREA

Pocula, Instrumenta.

§. 1.

Æreorum poculorum antiquissimum fuisse usum ex veterum monumentis constat. Æreis enim poculis diis libabant, & bibebant, eorumque repositoria χαλκοθήκας appellabant. *Herodotus* Ægyptiorum sacerdotes ex æreis tantum poculis bibisse author est, *Lib. II.* Ac omninò ethnici in suis sacris æreis ferè instrumentis, usi fuerunt, id quod Judæorum imitatione, seu κακοζηλίᾳ

ξηλία potius videntur feciſſe, quorum ſimiliter inſtrumenta ſacra ærea fuerunt, ut literis ſacris proditum eſt.

§. 2.

In agro Vigurino paucis abhinc annis urna fictilis effoſſa eſt, in qua craticula fuit ærea opere vermiculato. Apud Romanos vaſa Corinthiaca χαλκώματα dicta, quanto fuerint in pretio, paſſim authores teſtantur. Illa aurum tum primum ex ære fieri cœperunt, cum Corintho à L. Mummio devaſtata incendio ſimulachra ex omnifariis æris, argenti & auri metallis conflata, in unam maſſam confluxerunt, ut teſtis eſt Plinius, Lib. XXXIV. Cap. II. *Joh. Wilh. Stuckius, Antiquit. Convivial. Lib, III. cap. XII. p. 352. b.* Vid. *Apparatus Biblici Tom. I. in Tit. Corinthia Vaſa, p. 689. 690.*

ÆSCHACIUS

Major.

Ficto nomine per anagramma vero inſinuato, nempe Joachimus Cæſar (Hallenſis Saxo) Scrutinium ingeniorum Jani Huarti, Doctoris Medici Hiſpani, è linguâ Caſtellanâ in Latinam tranſtulit, *M. Joh. Henr.* Stüchart *in Doxiuaσία Spiritus Erudito-Familiaris, c. 1. S. 5. §. 38. M. Joh. Pratorius in Luſtrat. Hiſt. Geogr. Meditullii, §. 3. p. 9.*

ÆSOPUS

Aſaphus.

Sunt, qui Æſopum cum Aſapho, celebri illo in aulâ Davidis Theologo & Poetâ, eundem faciunt, quod idem ſit utriusque nomen in non paucorum Pſalmorum titulis conſpicuum, neque enim aliis literis Æſopi Hebraicè exprimas, quam quibus Aſaphi ſcribitur, *D. J. B. Carpzov. Introd. in Th. jud. R. M. P. F. præf. c. 8. §. 2. p. 34. 35.*

ÆSTAS

DEI Theſaurarius.

§. 1.

Æſtas eſt veluti *theſaurarius & quæſtor DEI.* Itaque non hæreamus in ipſis donis, ſed aſſurgamus ad datorem & dicamus cum Davide ex Pſalm. LXV, 10. ſeq. Paucis explicemus hunc locum: I. *Viſitas terram!* i. e. Tu pro bonitate tuâ facis, ne terra perpetuo ſit ſterilis & ſqualida, aut ne in hominum uſum nihil proferat, ſed fœcundas eam, ut quotannis varias res producat ad victum & cultum hominum neceſſarios, cum terra ſit naturâ ſuâ frigida & ſic-

ca, atque adeo inepta, ad producendum res nobis necessarias. II. *Irrigas eam*, h. e. irrigatione fœcundam reddis eam. Et pluviæ per se non fœcundant terram, nisi DEUS etiam his benedicat, & vim fœcundandi attribuat. III. *Copiosè seu plurimum ditas eam*, h. e. magnâ varietate atque amœnitate res nascentes ex eâ producis. Nam res nascentes è terrâ sunt veluti divitiæ, quibus terra quasi superbit, & opulentiam suam ostentat. IV. *Paras frumentum illorum*. i. e. Tu es, qui hominibus, tanquam optimus Paterfam. prospicis de victu, & rebus necessariis, quia tu sic paras terram, ut proferre frumentum & alias res in usus hominum possit. V. *Porcas ejus* (i. e. terram inter duos sulcos elatam, *Polus in h. l. p. 909.*) *irrigando*, i. e. non decidunt pluviæ casu, nec producuntur tantum ex astrorum positu, naturali quodam ordine, sed tu es, qui agros prosciissos aratro irrigas, & quasi inebrias. VI. *Imbribus dissolvis eam*, i. e. resolvis glebas largis pluviis, ne sata suffocent. In multis locis, ubi agri sunt pingviores, si siccitas major sit, aut æstas diuturnior, non sine magno labore frangutur glebæ. At DEus reprimit glebas, dum turmatim & sparsim facit decidere guttulas. VII. *Coronas annum benignitate tuâ*, i. e. singulis penè diebus aliquid ex terrâ producis, quo tempus illud ornas, & singuli menses (inprimis verni & æstivi,) habent suos peculiares fructus, aut alias res ad hominum usus comparatas, ita, ut totus annus sit quasi corona ex beneficiis DEI contexta, & homines varietate illâ delectentur. VIII. *Orbita tua stillant pingvedinem*, i. e. quacunque tu incedis, impingvas solum; vulgò dicitur: Vestigia Domini impingvant agrum, item: Nullum stercus melius stercorat agrum, quam quod de calceis patrisfam. decidit. Nam si Paterfamilias ipse sit ἐργοδιώκτης, & inspiciat atque gubernet operas rusticas, multò rectius colitur ager, quam si curæ ministrorum omnia committat. Ab hoc usitato sermone videtur hæc *phrasis* desumta, *quæ pingit DEUM, tanquam bonum patremfam. semper adesse operis rusticis*, & suâ benedictione stercorare & fœcundare agros. Quacunque enim incedit, trahit secum & relinquit post se fœcundationem, *Alsted. Theol. Natural. 300. ap. M. Baumann. in Anal. Allegor. p. 278.* Confertur DEUS diviti Domino, cujus vestigia, non, instar tyrannorum, madent sangvine, nec, instar venenatarum bestiarum, corrumpunt omnia, sed *pingvedinem* stillant, *Polus, l. c. p. 910.*

§. 2.

Von dem Adam wird geschrieben / daß als er aus dem Paradieß verstossen worden / wäre das Gras / wo er hingetreten / unter ihm alsbald verdorret / also daß hernach kein Gras / noch Kraut darauf gewachsen wäre / und dieses hätte gemacht und verursachet / weil er wegen der Sünde ihm den Fluch übern Halse gezogen / darum müste der Acker um seinet willen verflucht seyn.

Wo

Wo aber GOtt gehet und hintritt/ da ist eitel Segen / da grünet und blühet alles; denn seine Fußstapffen trieffen von Fett. Gleichwie ein Mann/der einen gehäuffeten Korb voller Aepffel und Birnen trägt/wo er gehet und stehet/ immer einen nach dem andern herab fallen lässet; Eben also träget auch GOtt seine Gnaden-Körbe immer voller Segen bey sich/ wo er gehet und stehet / wo er tritt und schreitet / da fället immer ein Segen nach dem andern herab. So viel Fußtritt/ so viel Spurzeichen des Segens läßt er hinter sich/wie er solches jährlich uns Schwachgläubigen sehen lässet ꝛc. *D. Christoph. Nicolai,* in der Ev. JEsus-Fr. *P. II. p. 502.*

In ÆSTATE

Laborandum, ne hyeme pabulum deficiat.

Æstas non semper fuerit, componite nidos. *Virgil.*

Wer im Lentz spatzieren geht/
Und im Sommer Fische fäht/
Und auf den Herbste Vogel stellt/
Der sehe was ihm in Winter auffm Tische fehlt.

It. Wer nicht gehet mit dem Harcken zu rechen/
Wann die Brumselen thun stechen/
Der nehm im Winter ein Stroh-Seil/
Und frag: Nachbar/ habt ihr nicht Heu feil?

Andr. Hondorff. Prompt. Exempl. P. 2. p. 240. b.

ÆSTATES

Duæ, duæque hyemes in anno.

In Indiâ binæ messes, binæque æstates, mediâ inter illas hyeme; Et in novâ Hispaniâ bis ac ter fruges seruntur quotannis, atque metuntur. In Insulâ Taprobanâ duæ sunt æstates, duæque hyemes, *Sim. Majolus Dier. Canic. Coll. 1. p. 50. & Coll. 17. p. 547. J. C. Scaliger. de Subtil. Exerc. XCIX. cap. II. p. 342.*

ÆTAS

Omnis de suo tempore conquesta.

§. 1.

Romæ alicubi legitur: Felix nimium prior ætas! Et è regione: Omnis ætas de suo tempore conquesta est; *Nath. Chytræus de lit. Itin. p. 23.* Meretur paræneſis *Lutheri, Tom. III. Lat. p. 262. b.* ut hîc legatur; Ne dicas, *inquit,* cur superiora tempora fuerunt meliora istis? Quia non sapienter quæris hoc. Si solet queri cor humanum, quando experitur ingratitudinem mundi, es ist ärger/

denn es vor ie geweſt iſt. Tu verò ne ſic dixeris, neque enim rectè interrogas, neque diſputas. Sic ſolent ſenes dicere: dum eram puer, omnia erant meliora, ſicut ait Poëta: Laudator temporis acti. Sed Salomo dicit: Falſum eſt, es iſt nie recht zugangen. Quod vero nunc primum hoc vides & intelligis, ratio eſt, quia creſcentibus nobis, creſcunt experientiæ rerum & occaſiones iraſcendi. Puer non curat, neque movetur, quod alius alium fraudat, occidit &c. Sed ludit, venatur, equitat & putat, ſummum flagitium eſſe, ſi quis alteri furetur globulos, ibi iraſcitur.

§. 2.

Quandò verò fit Paterfamilias, ſentit moleſtiam & infidelitatem familiæ, ibi iraſcitur, ſi equus crus frangat, aut bos malè ſaginatus ſit &c. Fuit ergò ſemper mundus malus, ſed non ſemper fuimus in mundo, neque ſumus. Nobis pueris nihil turbatur, nos quidem eramus in pacatiore vitæ genere, ſed mundus ſemper fuit ſui ſimilis. Hoc quidem verum eſt, quod malitia aliquo ſeculo magis erumpit, quam alio; Sed hoc fit, quia alii ſubinde caſus & majores quoque exiſtant, malitia tamen mundi ſemper manet eadem. Julius Cæſar concuſſit totum orbem, quia magna illi erat occaſio, quam ſi habuiſſet Eſau vel Abſolon, eadem feciſſet. Ergò eadem ſunt mala ſemper in mundo. Quare fac, ut ſis corde pacato & tranquillo, ne iraſcaris, cum mala iſta vides, non tu mutabis mundum, ſed vide, ut tu muteris in alium virum.

§. 3.

Et *ibid. pag. præced.* Quare vide, ut perſeveres, calumniam patieris, ſapientiæ tuæ ingratitudinem experieris, obliviſcentur beneficiorum tuorum, detrahent tuis conſiliis optimis, & reddent pro bonis mala. Ubi ſi animus fuerit infirmus, deſiſtet: ſed tu fortiter perge, perſevera, quia DEUS tandem dabit fructum operis tui, *D. Joh. Conr. Danhauer. Diſſ. de Probatione Spirituum in fine.*

Mutata.

Fuerunt, qui dixerunt, jaſonem ſeneſcentem ab ipsâ Medeâ coctum juventuti fuiſſe reſtitutum, ut ſcripſit Pherecydes & Simonides Poëta & Lycophron. Quod Æſon præterea, Jaſonis pater fuit à Medeâ coctus & juventuti reſtitutus. Æſchulus in Bacchi nutricibus, nutrices ipſas Bacchi unà cum illis coctas fuiſſe, inquit, & ita ab eodem juventuti reſtitutas, *Natalis Comes, Mythol. Lib. VI. Cap. VIII.* Nicander in Theriacis tradit: Homines, ad quos ignem Prometheus detulerat, furtum Jovi indicaſſe: Ejusque rei præmium perpetuam juventutem à Jove impetraſſe, *Nat. Com. l. c Lib. IV. Cap. VI. Laurent. Beyerlinck, Theat. Magn. Vit. Hum. Tom. V. Lib. XI. p. 434.* Conf. Tit. *juventus reſtituta.*

ÆTATIS
Noſtræ brevitas.

Wol sagte jener: Er müste sich wundern/wie die Menschen insgemein so viel über lange weile klageten/ und ihnen die Zeit offt so lange würde/ da doch hingegen nichts gemeiners sey/ als daß man sich über die Kürtze des Lebens beklagete/ daß selbige uns an Ausübung und Verbesserung vieler herrlichen Wissenschafften hinderlich sey. Da doch wohl manche GOTT die Rechnung nicht anders würden darlegen/ als die Juden/ nach ihrem Talmud/ am Jüngsten Gericht thun würden. Denn/ sagen sie/ unser Leben währet 70. Jahr. Davon gehen 20. Jahr weg mit Kindheit und Unverstand/ so bleiben noch 50. Jahr. Davon gienge wieder die Helffte mit Schlaffen hin/ bleiben 25. Jahr. Von solchen gieng wieder die Helffte weg mit Aus- und Anziehen/ Essen und Trincken ꝛc. bleiben also nur 12. und ein halb Jahr/ so man GOTT zu überrechnen habe. Und bey so kurtzer Zeit/ würde uns doch offt die Zeit und weile lang/ daß man offt Kurtzweil suchete/ die lang weile zu vertreiben/ *Autor Relat. ex Parnasso Anno 1702. N. LXIII. 8. Augusti.*

§. 2.

Es ist das menschliche Leben von einer Zeit zur andern/ nach den ersten Seculis oder hundert jährigen Zeiten/ abgekürtzet worden. Sechs. Stuffen können gezehlet werden/ dadurch es ins Abnehmen kommen/ nach den ersten Vätern. I. Vor der Sündfluth belieff sich das menschliche Leben über 900. bißweilen über 960. Jahre/ wie man diß an Jared und Methusala siehet/ Gen. V, 11. Alsbald nach der Sündfluth hat GOtt $\frac{1}{3}$ von diesem Alter abgezogen; Denn Sem, der berühmteste unter den Söhnen Noah, hat nur 600. Jahr gelebet. II. In den ersten Geschlechtern/ so nach der Sündfluth gebohren worden ist das menschliche Leben um die gantze Helffte vermindert worden. Denn Arphaxad, Selah und Heber haben nur 438. oder 468. Jahre gelebet/ da hingegen die ersten Väter noch zweymahl so lange gelebet haben. IV. Diese Helffte ist noch in zwey Theile zerschnitten worden zur Zeit des Babylonischen Thurms/ dermassen/ daß das menschliche Leben biß auff $\frac{1}{4}$ des gewöhnlichen Alters der ersten Menschen verkürtzet worden. Denn Peleg, so zu dieser Zeit gebohren worden/ hat 239. Jahre gelebet/ welches nur der vierte Theil des Jared und Methusala war. Und darnach/ als dem menschlichem Leben fernerer Abbruch geschahe/ und es bey den meisten Geschlechtern abnahm/ ist es biß auff den achten Theil des Alters der ersten Menschen herab kommen. Diß geschahe zur Zeit Mosis/ der 120. Jahre gelebet hat/ so nur $\frac{1}{8}$ von 960. sind.

Und kan man alsefort mercken/ daß GOTT/ als Er die Sündfluth über die Menschen wollte kommen lassen/ ihnen 120. Jahre Frist gegeben/ welches der Achte Theil des gewöhnlichen Alters der Menschen war. Wormit die Zahl der Acht Personen/ so in der Arche sind erhalten worden/ übereinzukommen scheinet. VI. Endlich/ als das menschliche Leben immerzu je mehr und mehr abnahm/ kam es biß auf $\frac{1}{12}$ seiner ersten Abmessung herunter. Denn 80. Jahre/ welches ein Alter ist/ das heut zu Tage gar wenig Personen überschreiten/ sind nur $\frac{1}{12}$ von 960. welches vor der Sündfluth die gewöhnliche Lebens-Zeit war. Und was dazumahl nur die angehende Jugend war/ das ist heut zu Tage unser letztes hohes Alter; Also ist der Menschen Leben anfänglich auff $\frac{2}{3}$ herab kommen/ darnach auff die helffte/ darnach auff $\frac{1}{4}$/ darnach auff $\frac{1}{8}$ und endlich biß auff $\frac{1}{12}$. *Jean d' Espagne Observat. in Decalogum LVIII. p. 99. seq. Sam. Reyher. Matheſis Moſaica, Cap. IV, p. 20. seq.*

Ferreus ſtatus.

Tympana ubique ſonant, litui ſonat, undique clangor:
Non habet in terris pax requiesque locum.
Induit hic galeas, galeas Rex induit alter,
Arcus hæc, gladios gens parat illa ſuos.
Et hoſtis mortale genus ſibi, mundus arena,
Et populi, Martus victima denſa cadunt.
Ferrea, quis neget, eſt ætas. In vertice ferrum,
In manibus ferrum vir, juvenisque gerunt.
Quid mirum, à ſuperis toties quod vapulet orbis?
Non aliter flecti ferrea corda queunt.

* * * * *

Der Trummel-Brummel-Thon/ das Schallen der Trompeten/
Der Paucken Bidipump verſcheuchet Fried und Ruh.
Die Fürſten mögen ſich ietz ſelbſt mit Helmen fretten;
Der träget Pfeil und Tartſch und jener Schwerdter zu.
Die Menſchen ſelbſten ſind ſich häßig/ dort und hie/
Die Wahlſtadt iſt die Welt/ das Volck ein Opffer-Vieh.
Wer wollte nicht dabey die Eiſen-Zeiten kennen:
Der Kopff ſteckt unter Stahl und Eiſen/ daß uns grauſt.
Die Scheuben-Knaben ſieht man ſchon mit Degen rennen/
Und Mann und Jüngling führt das Eiſen in der Fauſt.
Wie kom̃ts/ daß GOtt die Welt mit Eiſen peitſcht und preſt:
Weil ſich ihr Eiſen-Sinn nicht anders ziehen läſt.

P. Abr. à S. Clara, Im Huy und Pfuy der Welt/ *in v. Bellum p. 185.*

ÆTA-

ÆTATEM
Legitimam facit Virtus.

§. 1.

Cassiodori est effatum, ap. *II. Engelgr. Cæl. Emp. P. 2. p. 581* Est in mente, non in mento, secundum Ambrosii proverbium; Im Sinne/ und nicht am Kinne; Nicht alt an Haaren und Jahren/ sondern an Sitten und Erfahren. Scriptura Sapientem Senis vocabulo exprimit, quia sapiens sc. à sapientiâ videt, quod senex multitudine annorum, inquit Onckelosus, ap. *Hotting. Jur. Hebr. Leg. 222. p. 330.* Senex est, qui comparavit sibi sapientiam, etiam Juvenis sapiens, dicunt Hebræi, ap. *Fagium ad Levit. XIX. 32. in O. A. p. 837. & Drusium, ib. p. 1054.* In quo ingenium cœleste suis velocius annis surgit, *D. Joh. Tarnov. Diss. ex 1. Tim. IV, 12. quænam Juveni Theologo afferant autoritatem.*

§. 2.

Talem Æschylus *αὐθρόπαιδα ἄνδρα* vocat: qui ingenio ætatem præcurrit, ut loquitur *Cicero*, vel ut *Silius:*

-- -- qui annos transcendere factis
Molitur.

ap. *Frid. Taubman. in Virgil. Lib. IX. Æneid. p. 877. a.* Hominum enim ingenia, uti belle loquitur Bullingerus, non à vetustate, ut vina, æstimanda sunt, sed ab ipsa probitate & eruditione, *Joh. Henr. Reizius, in Goodwin. Mos. & Aar. l. 1. c. 5. n. 38. p. 43. Selden. de Success. in Pontificat. Ebræorum, l. 2. c. 4. p. 204.* Vinum à vetustate commendare congruum esse, à novitate autem poëmata, Pindarus inquit, ap. *Pier. Valerian. Hierogl. l. 3. c. 37. p. 41.*

§. 3.

Non omnes *Senatores* sunt *Senes.* Nec ætas, ut cum Cicerone loquar, omnibus usum dedit benè svadendi & consultandi; Neque æstimandum semper, cujus quisque sit ætatis: sed quantum in studiis jam effecerit. Hinc Plautus: Non ætate, sed judicio adquiritur sapientia. Sic nomen Presbyteri non tam ad ætatem, quam dignitatem referendum, *Val. Arithmæus, Feud. Velit. Diss. 5. in fin.* Hercules infans in cunis serpentes elidit. Lemma: Virtus non postulat annos. *Pexenfeld. A. E. C. 99. p. 856.*

ÆTATES
Hominum

§. 1.

Multi ex Philosophis priscis ab eo, quo quis nasceretur, donec morerétur, tempore, sex ætates posuerunt, nempè infantiam, quæ ad septimum, pueritiam,

tiam, quæ ad XVII. Juventutem, quæ ad XXX. Virilem ætatem, quæ ad LV. Senectutem, quæ ad LXXIIX. annum durat, & decrepitam ætatem usque ad mortem. Itaque Senem inde appellabant, cum annum LV. compleſſet. A. Gellius, l. 10. c. 28. refert: Servium Tullium Regem Pop. Romani cenſum feciſſe Seniorum & Juniorum in populo, cumque ſuper eo, quinam pueri, Juvenes aut Senes appellandi eſſent, non parva inter philoſophos Rom. controverſia eſſet, tandem à Rege & Senatu decretum fuiſſe, ut pueri exiſtimarentur, qui minores eſſent annis XVII. inde ad annum usque XLVI. juniores, ſupraque eum annum Seniores, appellarentur. Itaque ſi leges ſervare Romanas libet, jam ſcimus, ex quo tempore viros pro Senibus habere & venerari debeamus, *Gvevar. Hor. Princip. l. 3. c. 19. p. 566. It. Epiſt. & Diſſert. p. 178. ſeq.*

§. 2.

Alii aliter. Infantia ad ſeptimum ferè annum extenditur: Pueritia ferè decimo quarto anno terminatur: adoleſcentia in ſpecie dicta, viceſimo quinto anno terminatur, qui augmenti finis eſt. Hinc ad 35. eſt Juventus, aut ætas florens. Conſiſtens ætas à 35. ad 48. annum durat: Tandem Senectus ſuccedit, quæ etiam ſuos gradus habet, *D. Dan. Sennertus, Inſtit. Medic. l. 1. c. 4. p. 30. Joh. Borcholt. Comment. in Conſuetud. Feudorum, c. 5. p. m. 87. ſeq.*

§. 3.

Infantiæ terminus à quo, eſt dies nativitatis, terminus ad quem, ſeptimus annus; Pueritiæ terminus à quo, ſeptimus annus, ad quem XIV. Adoleſcentiæ terminus à quo, XIV. ad quem, XIIX. aut XX. Juventutis terminus à quo, XX. ad quem, XXX. Virilis ætatis terminus à quo, L. ad quem, LXX. vel vitæ finis, *M. Joh. Jac. Müllerus, Inſtit. Ethic. Poſit. Polem. P. III. Cap. II. §. 4. p. 326.*

ÆTATES
Mundi ſex.

Ut in homine ſex ſequentia animadvertuntur: 1.) Infantia. 2.) Pueritia. 3.) Adoleſcentia. 4.) Juventus. 5.) Gravitas. 6.) Senectus: ita & mundi ſex ætates ſunt: *Prima* eſt ab Adam usque ad Noë. *Secunda* à Noë usque ad Abraham. *Tertia* ab Abraham usque ad David. *Quarta* à David usque ad transmigrationem Babylonicam. Et inde *Quinta* usque ad adventum Domini. *Sexta* ab adventu Domini usque ad finem ſeculi, *Joh. Moller. in Alvearioſacro, p* 4. Eliæ vaticinium de 6000. annis mundi, vid. *in Append. Bibl. Tom. II. p. 81. ſeq.*

ÆTERNITAS

Circulus eſt, cujus centrum eſt SEMPER, circumferentia NUSQUAM.

Quam-

Quamdiu ergò durabit Æternitas? SEMPER. Quandò finietur? NUNQUAM, *Drexel. de Æternitate, Consid. I. Cap. II. p. 3.* Seu, definiente Boëtio, Lib. V. de Consol. Philos. Æternitas interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio. Quantum ad differentiam temporis & temporalis, dicitur interminabilis vitæ: quantum ad differentiam ævi, & æviterni, dicitur perfecta possessio tota simul, *Armandus de Bello Visu, Explicat. Term. Theol. Philos. & Log. Tr. II. cap. LXIII. p. 135.* Æternitas est duratio semper præsens, nunquam sine suspirio, & horrore nominanda: est rota, quæ semper volvitur: est juge, interminatum, semperque inchoans principium, *D. Joh. Bona, Manuduct. ad Cœlum, cap. III. §. 7. p. 21.*

Dea.

Æternitas Dea à Veteribus culta, cujus imaginem Tempus esse, dixerunt *Hermes Trismegistus* & *Plato.* Apud Ægyptios Sole & Luna designabatur, cum putarent elementa æterna esse, *Horus Apollo Hierogl.* Quod ab aliis quoq; gentibus usurpatum esse, patet ex statere Syriaco in honorem Apollinis Epiphanis percusso, ubi stat heros dextrâ Solem, super caput Lunam habens, ad Æternitatem, seu Regis ἀιτοφόρωσιν designandam. Apud Romanos quoque in Divi Vespasiani, & Divi Hadriani nummis, *Æternitas Dea* stat stolata, singulis manibus Solis & Lunæ radiata capita tenens. Transiit in titulos Imperatorum, è quibus Constantius, post victum Maxentium, inter alia, *Æternitatis suæ* Titulum sumsit, falsè Arrianos ridente Athanasio, quod Cæsari, fautori suo, *Æternitatem* tribuerent, quam Filio DEI negarent, *D. Hofman. Lex. Un. p. 97.* Sic & urbes quædam dicuntur æternæ. Vid. Appar. Bibl. Tom. IV. in Tit. *Roma Æterna, p. 454. seq.*

Pœnarum repugnat misericordiæ divinæ.

Misericordes Doctores vixerunt ætate *Augustini*, nomen hoc inde sortiti, quia docuerunt: Æternitatem pœnarum infernalium repugnare infinitæ misericordiæ divinæ, hinc vel omnibus illis hominibus, quos justissimus judex gehennæ supplicio dignos judicasset, vel quibusdam tamen eorum, pœnas infernales non futuras esse sempiternas, sed ipsos, post certas temporis metas, pro cujusvis peccati quantitate, vel longioris, vel brevioris, exindè liberandos. Vide *Augustinum* contra illos disputantem, *Lib. XXI. de C. D. cap. XVII. B. D. Scherzer. Syst. Def. p. 641. 660. seq.* qui addit: Eos hoc de solis Christianis intellexisse, quod *Origenes* ad Diabolos quoque extendisset, *M. Paul. Stockman. in Elucidar. Haref. p. 375.*

ÆTERNITATIS
Memoria à peccatis revocat.

§. 1.

Viator videns appropinquare vesperam, eò celerius progreditur, ut ad locum præfixum perveniat; Tu, cum certo noveris, te ultima mundi hora vivere, eo sis diligentior in urgendâ viâ, quo ad summum finem tibi propositum, æternam salutem & gloriam pervenias.

§. 2.

Considera, homo, quicquid agis, longum illud durans ÆTERNUM beatis suave, asperum damnatis. ÆTERNUM magnum admirandumque est verbum, cujus longitudo & diuturnitas nullis verbis aptè explicari, nequemente concipi, neque ulli alii rei comparari, quæ etiam non sit æterna, potest. Cor impiorum ita est hoc æternum transverberaturum, & ita oppressurum, ut nesciant, quo se vertant.

§. 3.

ÆTERNITAS, ô homo, qui CHRISTI & Evangelii nomine gaudes, ut CHRISTO & Evangelio digne vivens æternum vivas, ista beate moriare, ne æternam mortem videas. Ne tibi dicatur illud: *Ite maledicti in ignem æternum:* ne de te dicatur illud: *Et ibunt hi in combustionem æternam.* Ut igitur magis magisque incalescas amore pietatis & virtutum Christianarum, maneat in ÆTERNUM hoc altâ mente repostum, ut temporaneum secundum illius justam optionem prudenter ac provide disponatur, quia tunc irrevocabile est futurum, *Otto Casmannus, in Christianismi integritate asertâ P. II. p. 273.*

§. 4.

Verè *Johannes Nisius Hymno III. de quatuor Novissimis*, § 52. p. 64.

Tellus negat succurrere,
Cœlum recusat ire;
DEO libet te perdere,
Vult Pluto te perire.
Damnatus es, ligatus es;
Spes omnis exsulavit.
ÆTERNITAS! ÆTERNITAS!
Æternitas ligavit.

M. Greg. Michaël. in Gaffarell. p. 442. 443.

Ewig/ ach ewig/ ihr Menschen/ ist zu lange/
Ewigkeit folget auf eilende Zeit/

Ewig.

Ewigkeit/ Ewigkeit machet mir bange/
Ewigkeit foiget auff närrische Freud.
Zehlet die Stunden mit Zittern und Scheuen/
Daß es Euch ewig nicht möge gereuen!

Scriv. dreyf. Abs. p. 785. ap. D. Christian. Weidling/ in der Orator. Schatz-Kammer P. II. p. 311.

§. 5.

Es rühmen die Jesuiten von einem Niederländer ihrer Gesellschafft/ Nahmens Bertrandus Cornelii, wie derselbe ein frecher/ wilder und ungezogener Zäncker in seiner Jugend gewesen/ so gar/ daß man ihn in der gantzen Stadt für einen Ertz-Stäncker oder Schwärmer gehalten/ der bey allen Gelacken das Præ gehabt/ und nirgend keine lose Händel versäumet: gleichwohl als Er mitten in solcher Arbeit und an einem Tantz geschäfftig ist/ fallen ihm jählings Gedancken ein von der Ewigkeit/ worüber er einen Abtritt suchet/ sich in etwas zu erkühlen: allein/ er stehet so bestürtzt/ daß niemand sich in die plötzliche Veränderung finden kan. Letzlich auf viel lustiges Zusprechen bricht es aus/ wie ihm itzo zu Gemüthe gestiegen/ daß auff solche flüchtige Kurtzweil nichts anders/ als die unwandelbare traurige Ewigkeit erfolgen könne: deßwegen er von selbiger Stunde an numehr als ein Christ zu leben sich entschlossen. Welches er auch wahr gemachet/ und gantzer 34. Jahr hierauff in der Jesuiter Orden gantz exemplarisch gelebet/ (Drexel. infer. Cap. XVII.) Ach/ daß doch allen lustigen und stänckerischen Welt-Kindern ein solcher Cornelis auch ankommen wollte! O daß sie weise wären/ &c. Deut. XXXII, 29. B. Geier. Temp. & Æternit. P. II. p. 509. 510.

§. 6.

Der weise Seneca hat fast mehr als ein Philosophus vom Tode discurirt/ sagt: Dies noster ultimus æterni natalis est, Unser letzter Tag/ ist ein Geburths-Tag der Ewigkeit! Dahin/ sagt er/ würden wir aus diesem häßlichen Gefängnisse kommen/ und dessentwegen sollten wir uns mit Flügeln in die Höhe schwingen/ um die Ewigkeit zu behertzigen. Ambrosius hat diese Gedancken/ daß wir auffm Wege seyn (in Expos. Psalm. I.) und zwar/ so gehe es uns/ wie den Seefahrenden die liegen offt und schlaffen/ und fahren dennoch immerfort; Aber sagt er/ dum tu dormis, tempus tuum ambulat, indem du schläffest/ so wandert indessen deine Zeit fort. Ein Schlaffender wird endlich auch an den Port gebracht: Also/ obgleich mancher nicht daran dencket/ so kommt er doch alle Tage näher zu der Ewigkeit. Geier. Brauts Schmuck/ Fest. Circumcis. p. 151.

§. 7.

Wie alle Wasser-Ströhme/ Flüsse/ Bäche sich in das Meer ergiessen; So auch alle Menschen eilen zur Ewigkeit/ und ergiessen sich auch in dieses unbegreiffliche Meer/ daraus kein wieder kommen und wieder kehren ist/ daraus auch niemand gelassen wird/ *Sivers* Gedenck-Spr. *Dom. XVI. p. Trin. p. 1242.* Es ist mit den Atheisten/ wie mit dem grossen *Mogul in* Indien/ von dem man saget/ daß er nicht leide/ daß man an seinem Hofe des Todes gedencke/ noch davon so dürre rede/ damit sie nicht in ihrer Welt-Lust turbiret oder gehindert werden: Also mögen die Atheisten nicht leiden die Lehre von der Ewigkeit und Unsterblichkeit der Seelen/ das macht/ sie können ihre Welt-Lust nicht so frey geniessen und haben: Sie erschrecken dafür/ wenn sie hören/ sie sollen von allen ihren Gedancken/ Worten und Wercken/ Thun und Lassen genaue Rechenschafft geben/ *Ibid. Dom. I. p. Trin. p. 840. ap. M. J. C.* Gerstäcker *in similibus, p. 369.*

In Æternitate nullum tempus.

Servet nos DEUS in tempore, usque quo deficit tempus, in illud seculum seculorum, ubi nullum tempus; Nemo enim ibi, ajente Augustino *in Psalm. LXXXIIX. col. 982* expectat futurum, nemo ibi perdit præteritum, sed dies cœli semper præsentes sunt, *Dieteric. Antiq. Bibl. p. 547.*

Non hic alterni succedit temporis unquam
Bruma, nec æstivi redeunt post frigora Soles.

Alcimus Avitus, ap. Ursin. quæst. Bibl. c. 18. S. 6. p. 419.

ÆTERNUM

Diuturnum quoque significat.

§. 1.

עולם significat tempus satis longum, nec semper æternum, *Raymund. Mart. Pug. Fid. Cap. XI § 10. p. 776. Sim. Majolus Dier. Can. Coll. XVII. p. 536.* Æternum, *8. Æneid* pro magno atque adeo immenso posuit *Maro:*

Tum pater æterno fatur devinctus amore.

Joh. Calvinus Medul. Lex. Jurid. in b. v. p. 68. b. Ita & *Curtius Lib. IV.* Ablue corpus illuvie æternisque sordibus squalidum, *Turnebus Lib. XIII. cap. VIII. ap. Taubman. in Virgil. cit. loc. p. 837. a.*

§. 2.

Olam non necessario æternitatem significat, nisi ei conjungatur עד *edh*, idque vel post, vel ante, ut Psalm. X, 16. Dominus Rex est ועד עולם in seculum

lum & sempiternum, quod in Græco N. T. dicitur: εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. *Lud. de la Cerda in Alvers. Sacr. Cap. LXXXIII.* notat, in æternum & ultra, esse votem hyperbolicam, cum ultra æternum nullum sit tempus, *Danhauer. Idis p. 160 Balduin. Coll. Trin. Disp. VI. §. 15.* Licet vox עולם seorsim posita quandoque non æternitatem, sed dies vitæ, aut rei alicujus designet; conjunctæ tamen illæ voces עד עולם æternitatem semper inferunt, *B. Calov. B. I. ad Es. Cap. LX, 7. p. 68.*

ÆTERNORUM
Bonorum Jactura.

Ubi nuncius de captâ à Soldano Hierosolymâ Romam delatus, Urbanus Pontif. præ dolore expiravit. Cum Abrahamus Maroci Rex à seditioso quodam Elmahelo in pugna victus, & urbe exclusus fuisset, tantâ animi pœnitudine correptus fuit, ut uxorem charissimam à tergo vehens, equum ex altissimâ rupe præcipitem egerit. Verum, quid Hierosolymorum, quid regni jactura, cum bonorum æternorum amissione comparata? *Jac. Dan. Ernestus, Prodromo Lipsiensium Histor. Theol. Moralium, c. 5. p. 38.*

ÆTERNALITER
Cur puniuntur, qui temporaliter peccarunt.

Dist. inter peccati *Actum & Objectum: Actus* quidem temporalis & transitorius: *Objectum* verò, in quod peccatur, nempe DEI Majestas, æterna ac infinita est, *B. D. Scherzer. Syst. L. 24 p. 662 D. Mengering Inform. Consc. p. 545. Bellarmin. de Ascensione mentis in DEUM, Grad 15. c. 5. p. 242. seq. Drexel. l. c. Consid. 2 c. 2. p. 6.* Homines impœnitentes, cum justitiam DEI infinitam violent peccando, par est, ut luant infinitas quoque pœnas. Actus quidem peccaminosus *intrinsece* consideratus, prout est motus quidam Physicus, finitus est; sed *extrinsecè & moraliter* æstimatus cum circumstantiis, infiniti quid habet: Putat) *ratione objecti*, quod est Numen infinitum, cujus lex & justitia violatur per peccatum. 2) *ratione maculæ & culpæ*, quæ respectu peccantis & sine pœnitentiâ decedentis, ipsi æternum hæsura est; Inde 3) *aversio* etiam *habitualis* ab ipso DEO cum incredulitate conjuncta in damnato æternum manebit. Ac proindè non iniquum fuerit, ut is tamdiu pœnam sentiat, quamdiu propriâ culpâ non resipiscit. Nèc verò DEUS ideò erit immitis, si æternum torqueri sinat ita præfractè peccantes & sine fide decedentes. Exercet enim justitiam vindicativam, quam negare nequit, *Excell. D. D. Adam Rechenberg, Diss. Inaug. de Comparatione Juris DEI in Domum Ismël, & Figuli in massam, ex Jerem. XVIII, 5. 6. Cap. II. §. 15.*

ÆTHIOPES

Nuptiis se perdunt.

Wie die Christen durch das übernachte Rechten/ und die Juden durch Haltung ihrer Ostern/ also verderben sich die Mohren von Marocco durch Haltung ihrer Hochzeiten/ *Happel. l. c. p. 56.* Die Mohren im Königreich Arder feyren ihren Sabbath auff den Dienstag. Und die in Congo kommen offt an den Ort der Grabstellen der Verstorbenen und fragen? Ob es ihnen/ wie bey ihnen gehe? oder ihnen itzt besser gehe/ als vor diesem? Sie gehen nach/ oder nach Hause/ essen/ trincken/ seyn frölich und vertrincken dem Todten seine Verlassenschafft/ *Id. ib. p. 70. 76.* De Æthiopibus plura videantur in *Appani. Bibl. Tom. I. p. 156 seq.* (Peregrina vox; *More* enim apud Arabes niger est, unde *Mauri* in Africâ, & *Mare more* seu *Marmora*, Mare nigrum in Asiâ, *D. Beeman Hist. Orb. Ter. C. 9. S. 2. §. 17. p 373.*)

ÆTHNA

Olla Vulcani, fauces inferni.

§. 1.

Anno 990. auditæ fuerunt in Siciliâ, apud ollas Vulcani, animarum tormenta patientium querelæ, quin & dæmonum eripi sibi animas plangentium precibus Monachorum Cluniacensium, *Joh. Cluverus, Hist. Tot. Mund. Epit. l. 9. p. 455. Prætor. Lustrat. Hist. Geogr. Meditullii, §. 1. p. 3.* Blefkenius testatur Episcopum Bremensem navi in Ætnam esse deductum; Sicut Gregorius docet, Theodoricum ex Italiâ in Liparim jactatum, & Eumorphium quendam in Ætnam, *ap. Munster. Cosm. l. 4. c. 32. Majol. D. Coll. 16.*

§. 2.

Veruntamen si ibi est inferni locus, ubi est mons ignivomus, cur infernum non ponunt in Islandiâ sub monte Heclâ, aut in Italiâ sub Vesuvio, aut in Strongyle, aut Hierâ aliisque maris mediterranei Insulis flammivomis? Scilicet partientur infernum, ut Ætna pro occidente, Hecla pro septentrione sit, *M. Martinus Lipenius, in Οεγλογία s. Diss. Phys. de Montibus, c. 2. q. 9.*

§. 3.

In ascensu hujus montis locus ostenditur, ex quo priscus Empedocles se in cortinam ejus projecit, quem locum hodienum *Saltum Philosophi*, *Salto di Filosofo*, dicunt, *M. Frid. Hildebr. Comp. Geogr. Cluver. Dec. 20. §. 4. p. 113.* Horrendum ejus incendium 1669. M. Martio & Aprili exhibet, *D. Beeman. H. O. T. C. 7. §. 12. p. 301. seq.* Ætnæus pro magno dicitur, ut æthnæus cantharus, sca-

scarabæus de magnis & fœdis, vid. *Emsm. Adag. Chil. 2. Cent. 6. p. 525.* Æthnæi equi, i. e. præceleres in currendi certaminibus inclyti, *Cæl. Rhod. L. A. l. 21. c. 23. p. m. 46.*

Imago Amatorum, DEI, Inferni.

In irâ memor misericordiæ, Habac. IV, 2. Sicilia, ut est ap. *Priscian. de situ Orb.*

— — montem mirandum sustinet Æthnam,
Vertice qui summo rigidâ nive temperat ignem,
Nec superant flammæ frigus, nec frigora flammas.

Possis ad impuros amatores transferre, in quibus durissimum frigus est, si DEUM, si proximum respicias, & tamen, si amoris amentiam

— — acrior mentem excoquit
Quam qui caminis ignis Æthnæis furit.

Senec. Herc. Fur. Sed ad DEUM venustius, qui iræ vindices flammas, nive & refrigerio gratiæ semper temperat. De nostro justus, ut ait *Tertullianus*, de suo optimus. Denique apud inferos quoque eodem modo Tartarus, ut visum antiquis,

— — cohibet, mirabile dictu,
Æternam flammis glaciem, æternoque rigore
Ardentis horrent scopuli — —

Ut de Ætnâ scripsit *Silius, Lib. XIV. ap. J. H. Ursin. Theol. Symbol Cap. XCVIII. p. 121.*

AFFECTUM

Ratio temperet.

Erat Symb. Joh. Philippi Comitis Manderscheidii:
Magnum animi frenum est ratio: res bruta, voluntas;
Temperet hanc RATIO; tunc sapit ipsa magis.

Reusner. Symb. Meroic. p. 197.

AFFECTUS

Nostri peccatis polluti, quomodo?

Affectus nostri peccati originalis labè altè polluti, Rom. I, 29. seq. non per οὐσίαν propriæ naturæ, sed per diversi generis æquivocam appositionem, *ut Exercit. 299. S. 2.* subtilitur loquitur Scaliger. *D. Danhauer. de VII. Verb. Christi Nevis. in Cruce, Verb. 2. q. 1. p. 11.*

Citò resecandi.

Utile propositum est sævas exstinguere flammas,
Nec servum vitiis pectus habere suum. Me

Me duce damnosas homines compescito curas:
Rectaque cum sociis me duce navis eat.

Ovid. I. de Remed. Amor.

Dum licet, & modici tangunt præcordia motus
Si piget, in primo limine fisse pedem.
Opprime, dum nova sunt subiti mala semina morbi,
Et tuus incipiens ire resistat equus:
Nam mora dat vires &c.

Id. ibid.

Dum licet injusto subtrahe colla jugo.

Propertius, Lib. II. Eleg. V. Mirandula in F. P. p. 46.

§. 2.

Die Affecten sind wie verstimmete Saiten auff einer Lauten/ oder wie die Sturm- und Wirbel-Winde auff dem Meer/ die offt das unterste oben kehren/ *Scrip. S. S. P. I. Conc. V. §. 21. p. 117.* Es gemahnet mich unser Hertz nicht anders/ als wie die See/ da es bißweilen fein stille/ gut Wetter und guter Wind ist/ bißweilen aber Sturm und Ungewitter/ dermassen/ daß das Schiff alle Augenblick des Zerschmetterns und Unterganges gewärtig seyn muß; Also ist auch unser Hertz beschaffen; bald ruhet es in seiner Stille/ und ist von groben finstern Sünden-Wolcken/ von Sturm-Winden/ Donner/ Blitz/ Regen und Schlossen unruhiger Affecten gantz befreyet/ helle und klar; Bald hebt sich ein Sturm an/ wenn Rache/ Geitz/ Geilheit/ Hoffarth/ Bauchsorge und dergleichen gezogen kommen/ und dergestalt wüten und toben/ daß kein Wunder wäre/ das Seelen-Schiffgen gienge auff einmahl in Trümmern und Stücken. Oder/ es gehet allda zu/ wie in der untersten Lufft-Region/ da es bald warm/ bald kalt/ bald Sommer/ bald Winter/ bald Tag/ bald Nacht ist: Also hat auch das menschliche Hertz seine Abwechselungen/ wenn da bald dieser/ bald jener Affect regieret/ und wie ein Theatrum, da sich unterschiedene Partheyen miteinander herum schlagen/ da bald Comœdien/ bald Tragœdien gespielet werden; Also spielen auch auff dem Platz menschliches Hertzens die Affecten gegen einander: Es gehet einer ab/ der ander auff/ bald lustig/ bald trauria/ bald freundlich/ bald zornig/ daß man wohl sagen mag mit Jerem. XVII, 9. Es ist das Hertz ein trotzig und verzagt Ding/ wer kan es ergründen? *Geier. Conc. Fun. P. II. p. 178. ap. D.* Gerstäcker *in similibus, p. 26. 27.*

Mali in Ordinem Gastalianorum non dominantur.

Anno 1537. à Comitissâ Mantuæ, Gastalia appellata, ordo Paulinorum sive Ga-

Gastulianorum, de consilio Fr. Baptistæ Cremonensis, Prædicatorii Ordinis, fuit institutus. Hujus sectæ fratres & sorores (ut facilè credi potest) carnem suam & affectus suos hoc modo solent domare propriis suis ut loquuntur, viribus. In uno enim lecto concumbunt, cruce interpositâ, ne coire unà possint. Tali conubitu tam diu utuntur, quoad nullas amplius carnis titillationes sentiunt, *Wolff. l. c. T. 2. C. 16. p. 434. & p. 1077. a.* Et sic sunt ex semine Josephi, in quos dominari non potest malus affectus, ut R. Jochanan de se olim gloriabatur, ap. *Light. foot. Hor. Hebr. & Talm. in Matth. V, 28. p. 289. Conf. & D C. F. Paullini* Zeit-Kürtzende erbaul. Lust / *T. 2. c. 79. p. 421. seq.* Ex Ordine Forficensium seu Forcipatorum, deren Scheer-Brüder / forficem in pallio gestantium, quasi affectus carnis pravos jam resecuissent, *Micrael. Hist. Eccles. l. 3. S. I. q. 32. p. 616. Edit. Hartnac.*

AFFECTUS

Suos vincere optima victoria.

§. I.

אין זה גבור הכובש את יצרו Quisnam est fortis? qui vincit concupiscentiam suam, *Ben Syra in* פרקי אבות *c. 4. § 1. Pocockius, in Porta Mosis, p. 227.* Marco Antonino vocatur: ἀθλητὴς ἄθλου ἔτ μεγίστου, *l. 3. §. 4.* Et apud Lucretium, l. 5. talis victor Deorum numero adsciscitur:

— — — — nonne decebit

Hunc hominem divûm numero dignarier esse. *Conf. Cælius, l. c. l. 23. c. 21. p. 192.* Valentinianus Imp. moriens, se unâ tantum gloriari victoriâ affirmabat. Rogatusquâ? Respondit: Inimicorum nequissimum devici carnem meam, *Heidfeld. C. 22. p. 451. D. Matthia, l. c. p. 703. Zwinger. T. V. H. Vol. 7. l. 3. p. 1205. Spineus de Tranquill. An. l. 3. p. 142.* quod occultum martyrium eleganter vocat *Ambrosius in Luc. ap. Rittershus. ad lib. 2. Salvian. p. 89.* Hæc victoriarum difficillima, *Fr. Petrarcha de R. U. F. l. 1. D. 18. p. 60.* Animi enim affectus difficillimè ad æquilibrium possunt reduci, *Virgilius Malvezzi, de Persecutione David, p. 46.* Primus Principis subditus debet esse Princeps ipse: erit autem, si affectibus suis dominari noverit, *Weber. Art. Conv. R. I. S. 6. §. 3. p. 46.* Si vis esse *Rex*, dabo tibi *Regnum*, *Rege* teipsum, sapienter à Sapiente dictum, *ap. Joh. Amos. Comenium, de Uno Necessario, c. 5. §. 3. p. 26.* Vince teipsum; cætera vinces. Symbolum erat Georgii Mehlii, Baronis Greifenstenii:

VINCE animos iramque tuam: Sic CÆTERA VINCES:
Seipsum qui vincit, cætera vincit homo.

Reusner. Symb. Heroic. p. 259. Hinc Poëta quidam Hispanus:

In mir reget sich ein Krieg/
Daß ich streite für und für/

Mein GOtt giebe mir den Sieg/
Und bewahre mich für mir.

Hirsdörffer. Secret. German. T. 2. P. 5. c. 37. p. 562. R. Bechai: Rex est, qui cupiditatibus imperat, præter morem reliquorum hominum, qui cupiditatum servi deprehenduntur, *M. Georg. Frid. Meinhardus, Diss. Philol. I. de Nasiræis, c. 2. §. 1. & Diss. 3. c. 6. §. 3.* Palingenius *Zod. Vit. l. 1. v. 191. seq.*

— — — diademate talem
Quis dignum neget? hic aliis præcellit, ut aurum
Est orichalco nobilius, vitroque pyropus.

Et *Horat. Od. 2, Lib. 2.*

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam si Lybiam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pœnus
Serviat uni.

§. 2.

Arabes dicunt: Lima spinas limâ, i. e. vince affectum carnis & cupiditates malas, ut vivas, *Hottinger. Hist. Or. l. 2. c. 6. §. 4. p. 511. H. Engelgr. Cœl. Emp. P. 2. p. 411.* Nulla major est *victoria*, quam ea, quæ de *cupiditatibus* refertur. Qui hostem vicit, fortior fuit, *quam alter*, qui libidinem repressit, se ipso fortior fuit; qui inimicum prostravit, *externum hostem* percussit, qui cupiditatem depressit, *hostem domesticum* superavit. Malum omne facilius vincitur, quam voluptas: quia illud, quicquid est, *horridum* est, hoc blandum est. *Cyprianus ap. M. Pet. Mich. in Nupt. p. 495.*

Vita mare est; varii fortunæ à turbine motus,
Credite, sunt ventis vi, genioque pares.
Quilibet est felix, & cursum in littore sistit,
Si regit hunc virtus, & Cynosura polus.

* * *

Das Leben ist ein Meer/ das Glück erreget Wellen/
Und die Affecten sind vermengten Winden gleich:
Wer diese meistern kan bey gut und bösen Fällen/
Der hat in seiner Brust ein friedlichs Königreich.
Auch fährt kein Mensch zum Port/ als durch der Tugend (Spur/
Und wer den Himmel hält für seine Cynosur.

P. Abrah. à S. Clara, im Huy und Pfuy der Welt/ *in Tit. Venus.*

Den Sieg erringt/
Wer sich bezwinget.
Den Lastern ihre Kräffte brechen/
Und böse Lüste niederstechen/

Ist

Ist eine Kunst / weit über Geld.
Kein Sieg nützt ohne dieses Siegen /
Wer anders ficht / muß unten liegen /
Lob-krönt ihn gleich die blinde Welt!
Id. im Etwas für Alle / *Cap. XLX. p. 173.*

AFFLICTIO
Nulla absque iniquitate.

§. 1.

R. Mosis Ægyptii apophtegma est: Non est mors absque peccato & non est afflictio absque iniquitate, *R. Men. ben Israël, de Res. Mort. l. 3. c. XI. p. 338. Drusius ad Deut. IIX, 5. in O. A. p. 1196.* Et R. Salomo *in Ps. CIIX, 11.* itidem docet, non accidere homini ullam calamitatem, nisi propter ipsius peccatum, *D Helvicus T. 4. Giess. Disp. 8. §. 13. p. 177.* Omnis pœna, si justa est, peccati pœna, Augustini est effatum *ap. Hug. Grot. de J. B. & P. l. 2. c 20. §. 1. p. 315.* Seu: Pœna est malum passionis, quod infligitur ob malum actionis, *M. Georg. Lud. Goldnerus, de Pœnâ in Effigie, §. 2.* Cicero se peccatis suis in calamitatem incidisse fatetur, *Epist. l. 3. ad Attic. p. 42.* Judæi, quando audiunt Christianos felices successus experiri, ajunt: Propter peccata nostra magna habent bonum successum, *Helvic. l. c. Disp. XI §. 10. p. 264. Dedeken. Vol. 2. Consil. S. 6. p. 131. Henr. Opitius, de Jejuniis Hebræorum, S. 1. §. 8.*

§. 2.

Veronæ in fano quodam veteri: Propter peccata veniunt adversa, *Chytr. Delit. Itin. p. 234. conf. Salvian. de Gubernat. DEI, l. 7. §. 238. p. 271.* Benè Arabes: Si justè agerent homines, quiesceret Judex. Ferè, ut olim Agesilaus interrogatus, Fortitudo ne præstaret, an Justitia? Fortitudine, inquit, nil opus foret, si justè agéremus omnes, *Cæl. l. 23. c. 14. p. 177.* Et bene in Apologo, conquerentibus de securi, à quâ tot exscinderentur, arboribus, dixit una: Quid querimur, cum nos ei porrigamus manubrium, *Micræl. S. E. l. 1. S. 2. q. 80.*

§. 3.

Conquerimur & deploramus publicas & privatas calamitates; Conqueramur potius de nobis ipsis, peccatisque nostris, malorum omnium origine; desinamus offendere, & desistet DEUS irasci & plectere, *Spinæus, de Peccatorum Conf. T. p. 599.* Descendat modò quivis cum nautis illis tempestate jactatis, Jon. 1. ad interiora navis, h. e. in conscientiam suam, & inveniet ibi Jonam tempestatis suæ causam. Aperiat, cum fratribus Josephi, saccos suos, & inveniet scyphum alienum, persecutionis & belli causam &c. *M. Faber, in Auct. Op. Conc. Trip.*

§. 4.

Sæpè gallina non ante scalpurire ungulis in sterquilinio desinit, quam cultrum, quo juguletur, eruat, *Goev. H. P. Præf. ad Car. V. n. 8.* Fur ille, à Consule Wittebergensi comprehensus, & rogatus, quid agitur? respondit: uti egimus, ita agitur, *Zinckgref. P. 1. Apopht. p. 246. Luther. Coll. Mens. c. 37. p. 387. b.*

Qui *rapit*, in furcam *rapitur*, sic talio constat,
Ut *pendat pendens* in cruce supplicium.

Fr. Statius in Or. & Lus. Verit. Ep. 152. p. 40. Wenn sich die Menschen über Creutz und Unglück beklagen / thun sie eben das / was einer / der die Krätze abheilen / die innerlichen humores aber nicht abführen wollte: Also kommt das Creutz von der Sünde her / würde die gelassen / so hätten wir uns nicht so sehr über Creutz und Elend zubeschweren / *M. Joh. Christ.* Gerstäcker *in Simil. p. 198.*

AFFLICTIONES
Paternæ castigationes.

§. 1.

Afflictiones & miseriæ temporales pœnis divinis, quà impœnitentes quidem accenseri possunt, ast quà pœnitentes & fideles, paternæ tantum castigationes & emendationes sunt. Vide Theologos adductos, ap. *Giesebert. Deuteron. Harmon. c. 1. n. 755 seq p. 95.* Cum corripimur à Domino, magis est admonitionis, quam damnationis; medicinæ, quam supplicii; correctionis, quam pœnæ, *Chrysost. hom. 28. in 1. Corinth. ap. D. G. Mœbium, in Adminndâ DEI vindictâ, quam propter Davidis peccatum sustinuerunt Israëlitæ, Diss. 2. c. 3. §. 35. n. 4.*

§. 2.

Nequaquam ergo nobis dolenda est hæc afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem esse virtutum, *Salvian. de G. D. l. 1. c. 9. p 9. 10.* Et non sine causâ Nazianzenus Pauli Angelum colaphizantem vocavit Σατανᾶν εἰς τὸ συμφέρον. Satanam ad utilitatem. Onerantur pii afflictionibus & tentationibus, ne superbiant: sed ut potius in verâ humilitate erga DEUM & homines retineantur. Homo namque post lapsum ad arrogantiam & superbiam proclivis est, facilèque admirator suorum vel donorum vel operum fieri potest. Heic itaque nullum præsentius juxta ac præstantius huic malo remedium inveniri potest, quam afflictio & tentatio, quæ hominem DEO subjicit, ad propriæ infirmitatis agnitionem perducit, atque hac ratione modestum & mansuetum reddit, *D. Wilh. Zepsius, de Angelo Paulum Colaphizante, M. 1. §. 12. p. 17. & M. 3. §. 6. n. 2. p. 37. 38.*

§. 3.

§. 3.

Afflictiones temporales esse quasi facem accensam in manu hominis, ut inde cognoscat statum suum cum Creatore suo, rectissimè asseritur in *Baal Akedah, ap. M. Joh.* Buschy *de Jacobo expectante JEsum ex Gen. XLIX. §. 8.* Afflicto non addenda afflictio, nam iniquius est homini infortunato, quam fortunato intulisse, *Aristot. Problem. Sect. 29. q. 2. p. 702.* Nisi ex causa, quia quando afflictus dat causam novæ afflictionis, debet nova addi afflictio, *August. Barbosa, Thesaur. Loc. Comm. Jdispr. Lib. I. c. XLVI. Axiom. 3. p. 51.*

AGAPÆ

Erant convivia tempore S. Synaxis in cœtu Ecclesiastico instituta ad unitatem & charitatem fraternam testandam, & fovendam, & ad pauperes refocillandos. Ditiores enim plerumque panem, vinum, & cetera victualia offerebant, quibus Agapas instruebant, ita ut simul de oblatis istis Evchariſtiam sumerent. Mentio illarum fit, 1. Cor. XI, 20. Jud. v. 12. vid. *Fessel. Adverſ. Sacr. l. 1. c. 13. p. 69. seq. Jos. Arndius, Lex. Antiq. Eccles. p. 171. Dieteric. Lex. Philol. Th. Vol. 1. p. 19. seq. Erasmi Franciſci* Ehre der verblichenen alten Heyden / Juden und Christen, *Converſ. 2. p. 651. seq. D. Justus Christoph. Schomerus, Diſſ. Th. de Collegiali dicendi libertate in Synaxibus Christianis, §. 14. Carol. du Fresne, Gloſſ. T. 1. p. 124. & omnino D. Phil. Buchius, Diſſ. Th. de Ceremoniis Ecclesiasticis, c. 4. §. 4. p. 54. ſq.* De Etymo vocis Ἀγάπης hæc affert Aretius: Ἀγάπη, inquiens, ab ἀγαν πᾶν dici videtur, quia operosa est, adeo, ut interdum apud homines mundanos non careat reprehensione, ap. *D. Job Olear. Poſ. Philol. in Ep. Dom. p. 70.*

Unde ortæ?

Ex illo Christi præcepto: Si convivium instruis, κάλει πτωχούς, Luc. XIV, 13. Ex hoc Christi monito natæ ἀγάπαι, quibus divites Christiani Christianos pauperes fraterne excipiebant, quem morem corruptum cum seorsum divites epularentur, castigat ad Corinthios Paulus, *Grot. ap. Calov. in Bibl. Illuſtr. ad h. l. p. 615. 1. Conf. Dn. Balth. Stolbergius, de Vet. Christ. Agapis c. 10. §. 1. seq. D. Joach. Hildebr. in Antiq. Eccles. p. 176. seq.* Sic & Romani convivium solenne instituerunt, idque *Charistia* appellaverunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: ut, si qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ & inter hilaritatem animorum fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur, *Val. Max. Lib. II. Cap. I §. 8. p. m 41.* Conf. *D. Mengering, inform. Conſc. Dom. XVII. p. Trin. Q. IV. p. 825. seq. Ed. Leigh, Crit. Sacr. P. II. p. 2.* ἡ ἀγάπη ὑμῶν legitur Phil. 1. per metonymiam Adjuncti pro subjecto, ita explicandum: vos dilecti mei. Huc pertinent Patrum usitatæ formulæ: ἡ σὴ εὐλάβεια, ἡ σὴ εὐσέβεια, ἡ σὴ

Φιλανδρωπία, & plures aliæ. Ita, cum de se loquerentur: ἡ ἐμὴ βραχύτης, vid. *Heinf. Gal. VI, 18.* Hinc procul dubio vulgata illa Homiliarum formula originem suam traxit, quâ ita Auditores suos compellant: **Eure Liebe / Eure Christliche Liebe!** *Stolberg. l. c. ad §. 7.* Syri & sæpissimè ita loquuntur, e. g. Philemon. v. 7. *per caritatem tuam* pro eo, quod est in textu, διὰ σοῦ. Sic & Æthiopes, namque verba: σοῦ τῇ ἀληθείᾳ. Epist. III. Joh. v. 3. Æthiopicè sic reddita sunt; *de caritate tua.* Forte & interpres in textu, quo usus est σοῦ τῇ ἀγάπῃ legit, uti est v. 6. *Dn. Andr. Müllerus, in Not. Philol. & Theol. ad Syriacas Mardeni & Masii Epistolas. §. 4. p. 18. in posterum,* σὺν Θεῷ conferri poterunt Tit. dilecti DEO in CHRISTO, Auditores vocantur. Dilectionis Titulus apud Principes.

AGATHOCLES.

Siciliæ Rex.

Hunc non figuli filium, ut vulgo dicitur, sed apud figulum educatum tantum fuisse, scripsit *Plut. Lib. de sua ipsius laude, ap. D. Hofman, Lex. Un. T. I. p. 106, a.*

AGARENI

Turcæ vocari nolunt, sed Saraceni potius à Sarâ, conjuge Abrahæ, quæ fuit libera atque Domina, *D. Mattbie, T. H. T. P. p. 794.* Ast non pudet Turcas sese originem habere ab Agare, ejusque filio Ismaële: quinimo eo gloriantur Scriptores eorum Arabes in scriptis suis, & Genealogiam magno conatu & molimine ab Israële ad Muhammedem, & ab eo ulterius ad hodiernam suam gentem deducunt. Alcoranus enim Ismaëlem inter Prophetas & Sanctos numerat, eique eandem adscribit dignitatem, quam reliquis Patriarchis & Prophetis. Quomodo sibi ergo probro, & non potius laudi ducerent, sese ab ipso, aut matre ejus, quod hâc in parte idem est, denominari? ut non dicam, quod in eorum scriptis occurrant exempla, ubi seipsos Arabes vocant Hagarenos, ut meminit Martin. in Etymol. ex Scalig. l. 2. de emendat. temp. ap. *Henning. Henningi Mubam. Prec. Pr. 7. lit. m. p. 285. 286.*

AGELLIUS.

Hunc quidam Aulum Gellium, ut *Lupus Abbas*, qui octavo CHRISTI seculo vixit, *in Epist. 1. ad Ebircadum;* quidam Agellium, ut *Lipsius l. 4. ep. 8.* dicendum putant, *Joh. Laurentius Polymath. l. 4. Syn. 22. p. 352.* Sed in hâc re salutem Græciæ non versari, scribit *Nob. Barthius, Adversf. l. 55. c. 7. p. 1597.*

AGER

AGER

DEI quintuplex.

I. Cœlum. II. Paradiſus. III. Mundus. IV. Eccleſia. V. Anima Chriſtiani, *D. Joh. Borſac. Mer. Ged. p. 19. 20.* Addi poteſt & VI. ſcil. Scriptura. Vid. *Bauman. Anal. Allegor. p. 11. 12.*

DEus.

Elegans *Menandri* carmen legitur in Commentariis Græcorum, quo inducitur quidam è peregrinatione domum reverſus, *agrum* ſuum ſalutare, ipſumque *DEUM* vocare; cujus etiam tàm honeſtæ appellationis rationem reddit, oſtendens ſe meritò id facere, cum inde alatur. Verſiculos ipſos vide ap. *Petr. Victorium, Var. Lect. Lib. V. Cap. XX. p. 111.*

Glückſelige Felder/ die trächtig von Aehren/
In welchen die Körner ſich Zahl-reich vermehren:
Wo Gerſten/ und Haber mit Wucher ſich zeigen/
Auch Rogken und Weitzen ſich Demuth-voll neigen!

Et Fundus.

Differt ager à fundo, quod ager colatur, & fructuum habeatur cauſa; Fundus verò ſit quælibet ſoli ſpecies, etiam inculta, & nulli uſui deſtinata, in quâ aliquid fundari poteſt. Etenim continet fundus villam & agrum, *Rod. Goclenius, in Analect. Pur. Serm. p. 225.* Ager dicitur ab ἄγω, quod in eo multa ſunt agenda; Vel ab ἀρόω, aro, γ. inſerta, *M. Mart. in v. Ager.* Germ. Acker.

Et à magnis viris cultus.

Guil. *Saluſt. Bartaſius* poſtquam agriculturæ contemtores reprehenderat, ita pergit:

Atqui non ætas patrum vetus illa priorum,
Quorum fama cluunt Hebræis prodita chartis,
Sic tulit: haud Moſes, haud ipſe Noëmus & Abram
Haud curas, humilesque boum ſprevêre labores,
Sed ſtudium colere arva fuit, vel paſcere pingves
Balantum per rura greges, & bucera ſecla.
Non ſic Archeleos Philometor, & Attalus olim,
Non Cyrus, aut Hieron, queis regia dextera falcem
Sæpe armata tulit, regnique inſigne bidentem:
Non ſic Fabricius, Cincinnatus, Maniusque

Sprevit humum : ſed gens fraudes adverſa ſceluſque
Laurigero ligone, manu victrice, triumphis
Aſſveto Latium ſulcabat vomere campum.
Infidos populi plauſus, pellacis & aulæ
Scipio blanditias ſimulataque verba clientum.
Hæc eadem exoſus quoque tædia maximus ille,
Qui laribus parvis & terrâ è paupere miſſus
Imperii victor Romani invaſit habenus ;
Regnandique ſatur poſitis inſignibus ultrò,
Rurſus ad antiquum rediit privatus aratrum :
Urbe procul latuere ſenes, pagisque remotis
Duxerunt placidæ tranquilla ſilentia vitæ :
Dexteritate pari Cererem, Cerealiaque arma
Tractantes, qua Martis opus, nec ſecius hortis
Inverſum pomos, digeſtaque grana dedere,
Quam magnas olim bello explicuere cohortes.

Hebdom. Lib. III. p. 110. 111.

§. 2.

Cyrus Rex Perſarum, ingenio præſtans, & tanti gloriâ imperii clariſſimus, agrum ipſe ſibi conſerebat, arboresque ſuâ manu ſatas dimetiebatur, & in ordinem diſponebat. Unde *Xenophon* dixit, ſicut *Cicero in Lib. de Senectute* ſcribit: *Nihil ſibi tam regale videri, quam ſtudium agri colendi.* Unde voluptas & utilitas agri colendi patet. Similiter Proceres illos Romanæ nobilitatis & antiquitatis viros, ex agris ad imperia & dictaturas accerſiri mos fuit; quibus illi cum eſſent perfuncti, ad priores agriculturæ exercitationes revertebantur. Homerus *Laërtem* Ulyſſis patrem, heroicâ corporis majeſtate præditum, quem ex filii abſentiâ ſenectuteque ingraveſcente mœrorem capiebat, cum ſolatio colendi agri lenire ac mitigare facit; in quâ occupatione poſt tot annorum exilium reverſus Ulyſſes verſantem invenit, *D. Chriſt. Matthiæ, Theat. Hiſt. Theor. Pract. p. 153.*

Maximo cum labore.

Credita pauca ſibi, quot grana rependit ariſtis,
Et quanto ſegetem fœnore reddit ager!
Culturam tamen ante petit, vult vomere ſcindi,
Rurſus & ut ſulcos vult tegat occa ſuos.
Caſtiganda etiam eſt, quæ crevit inutilis herba.
Nil tibi dat, ſolers ſi labor abſit, ager.

Fallere

Fallere qui, fallique nequit, cor comparat agro,
Esse DEI verbum fertile semen, ait.
At quis agit, quod Verba docent? Cum nemo laboret,
Messis abest, frugi vix reperitur homo.

* * * * * *

Der Acker zahlt ein Korn mit dicht-gefüllten Aehren/
Und bringt die arme Saat/ mit reichen Erndten/ ein;
Doch muß man ihn wohl um-mit scharffer Pflug-Schar kehren:
Die Saat will neu gedeckt/ durch emsigs Eggen/ seyn.
Darneben raffe du offt Tresp' und Unkraut aus:
Der Acker schicke dir doch nichts ohne Müh nach Haus.
GOtt/ der für sich nie irrt/ den niemand wird betriegen/
Vergleicht selbst unser Hertz mit einem Acker-Beet.
In diesem soll sein Wort/ viel Frucht zu bringen/ liegen.
Allein/ wer nimmt es an/ wer folgt des Höchsten Red?
Weil niemand sich bemüht/ so ist man sonder Erndt/
Und kaum ist einer da/ der Früchte bringen lernt.

P. Abrah. à S. Clara, im Huy und Pfuy der Welt/ *in Tit. Ager.*

Calvus.

Ne delicatis mundum, 1. Joh. II, 16. Apud Indos campus est venenosum gramen edens, quo pasta animalia pilos & cornua amittunt, unde nomen *Calvo.* Itaque Elephanti refugiunt, & nil ex eo natum gustant. *Ælian. Lib. VIII. Hist. Anim. Cap. XV.* Par veneni efficacia aquæ Gadarenæ, è quâ quod biberit pilis, unguibus & cornibus, si quod sit cornutum animal, destituitur. *Strabo Lib. XVI.* Voluptas, honor, opes virulenti succi, *κακὰ βλάσματα* sunt. Tres denique in mundo quasi lacus sunt, in quibus maxima pars hominum periclitat; Tria stagna, ait *Mart. Palingenius in Sagittario:*

Quorum unum fertur limosum illique voluptas
Præsidet: ast aliud spinosum dicitur, in quo
Regnat Avaritia, & lucrandi effrena cupido:
At reliquo est nomen fumoso, cujus habet jus,
Imperiumque tenet sitibunda superbia honoris.

Robur omne animi & corporis enervat mundus. Triplex ille mundanæ voluptatis fons, eandem habet indolem cum aquâ Salmacis:

Quisquis in hos fontes vir venerit, exiit indè
Semivir & tactis subitò mollescit in undis.

Ovid. IV. Metam. Impedit consilium voluptas, & rationi inimica est, & mentis, ut ita dicam, perstringit oculos, nec ullum habet cum virtute commercium. *Cicero de Senectute, ap. Ursin. in Theol. Symbol. Cap. C. p. 123.*

AGRI

Sacerdotum & in V. T. ab omnibus oneribus immunes, Gen. XLVII, 26.

Et posuit illud Josephus in statutum usque ad diem hanc super terram Ægypti ipsi Pharaoni ad quintam (ut tenerentur quintam frugum partem Regi persolvere) tantummodo agri הַכֹּהֲנִים i. e. Sacerdotum solum non cesserunt Pharaoni; Nur allein der Priester Feld ward nicht Pharao zu eigen/oder: allein der Priester Feld ausgenommen: Quidam volunt per כֹּהֲנִים hic intelligendos esse Præsides (ita sentiunt Piscator q. 400. in Gen. Tremellius & Junius annot. in h. l.) civitatum Politicos, & Regis Pharaonis, ut vocant, officiales; sed de Sacrorum ministris hic agi attestantur Chaldæi Paraphrastæ, tum Onkelos, tum Jonathan ben Uziel, quorum ille vocem כֹּהֲנִים vertit כּוֹמְרַיָּא/ hic כּוּמְרַנַיָּא h. e. Sacerdotes seu Sacrificulos, quorum sententiæ subscribunt LXX, qui τῶν ἱερέων, Sacerdotum nomine usi sunt. Hi enim religionem procurabant, & sapientissimi apud Ægyptios habebantur, & in magno etiam pretio apud exteras gentes, quia Philosophiæ & Astrologiæ operam navabant. Nec tamen propterea reprehendendus est Joseph, quod sacrificulis Idolorum ex regio demenso portionem tribuerit, & terras eorum liberas reliquerit. Id enim fecit tanquam Regius administrator, non de suo; nec potuit aliter facere, cum id à Rege esset constitutum. Unde improbamus illorum sententiam, qui statuunt: (Calvinus & Piscator in h. l.) Josephum in eo deliquisse, quod non satis cordatè superstitionibus restiterit; cum ipse DEUS solem suum oriri sinat super malos pariter ac bonos, & corporalia bona sæpè majori liberalitate impiis conferat, quam piis, Matth. V, 45 Luc. VI, 35. Ps. XXXVI, 6. Neq; enim Joseph. idololatriam Sacerdotum approbavit, quibus alimenta præbuit, sed suæ potius humanitatis erga indignos quoque documenta prodidit. Extra controversiam est, inter Sacerdotes fuisse nonnullos, ad sinceram veri DEI cognitionem adspirantes, juxta Ps. CV, 12. judicium. Ita procul dubio beneficentia & humanitate suâ tam hos, quam reliquos nondum in rebus ad veram religionem pertinentibus informatos, à cultu idololatrico ad veri DEI agnitionem & adorationem flectere voluit, ut Sacerdotio suo nuncio remisso ad verum DEUM converterentur, *Fessel. A. S. l. 4. c. 2. p. 302. B. Calov. Bibl. Illustr. ad h. l. p. 308-309.* Huc pertinet elegans dictum *Theodoreti in Quæst. 96. in Gen.* his verbis:

Sola

Sola terra Sacerdotum Ægypti à præstando tributo quintæ partis frugum immunis relicta est: usque adeo venerabantur homines impii eos, qui non erant dii: at verò Sacerdotes DEI viventis non gaudent hâc immunitate, ap. *D. Christ. Matth. Th. H. p. 264. Conf. D. Christ. Weberus Levit. Fug. c. 33. n. 160. p. 86. D. Joh. Matth. Meyfarius Tract. de Pastorum Salariis P. 1. c. 1. p. 11. Herm. Conring. de Antiq. Acad. Diss. 1. p. 3. seq. Diod. Siculus Biblioth. Hist. l. 1. c. 73. p. 64.*

Fructiferi.

Merckwürdig ist es was Pomponius Mela von einer Insul Erythia, in Lusitanien schreibet / daß daselbst an etlichen Orten der Boden so fruchtbar seyn solle / nachdem das Feld nur einmal besäet worden / man hernach auffs wenigste sieben Jahr nacheinander einerndten könne / weil sich der Acker alle Jahre von dem ausgefallenen Korn auffs neue besaame. Podolien eine Landschafft dem Königreich Pohlen zuständig / soll so fruchtbar seyn / daß ein Acker nur schlecht umgeackert und mit Saamen bestreuet / von ihm selber drey Jahr Früchte giebt / doch also / daß man in der Erndte / etwas zu Saamen in den Acker ausfallen lässet / das bringet Korn für das andere Jahr / und darff man das Feld nicht wieder umackern. Das Graß und die Weide ist von solcher Höhe / daß man der Ochsen Hörner nicht sehen kan / und so man einen Pflug im Acker stehen lässet / verwächset er innerhalb wenig Tagen / das man ihn schwerlich wieder sehen und finden kan. *D. G. Dexelius in Theat. Histor. Curioso, Tit. XXXIX. p. 230.*

AGRORUM
Cultura an diebus Dominicis licita?

§. 1.

In Synodo Cabillonensi tale olim decretum: ipso die Dominico (quem RR. יום נוצרי diem Nazarenum vocant. *Th. Goodwin Mos. & Aar. l. 1. c. 3. p. 17.* Nazianzenus: *Regem dierum* ap. *Casal. de Vet. Christ. Rit. P. 3. c. 60. p. 302.*) ruralia opera intermittantur, arare, messes metere, exactus facere, vel quicquid ad rutis culturam pertinet, nullus penitus præsumat. Et in Synodo Dingulofinensi: Festò die Solis otio divino intentus, profanis negotiis abstineto, qui hoc die vehiculariam, aut hujusmodi opera fecerit, jumenta ejus publicasanto. *Gesnerus, de Concil. p. 322. & 395.* Agrorum tamen cultura, in casu necessitatis, permittitur *L. Omnes 3. C. de Fer.* si sub aliis diebus ob aëris intemperiem non licuerit, ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti provisione concessa. Vid. *Excell. Strykius, in Brunnem. Jus Eccles. l. 2. c. 1. M. 1. §. 8. p. 298. Th. I. ab Almeloveen, Antiq. Sacr. Prof. in Exod. 12. 16. p. 112. seq.*

§. 2.

Judæi ita : Qui jubet sanctificari Sabbatum, jubet etiam profanari Sabbatum. *Kimchi, in Hos. 6.* Et opera charitatis, opera ceremonialia circa cultum divinum, & opera absolutæ necessitatis non sunt prohibita, juxta illud : מַכָּנַת חֲנִנַּשׁ הוֹתָה הַשַּׁבָּת Periculum vitæ pellit Sabbatum. Christiani paulo mutato, proverbio tritissimo dicunt : Necessitas non habet festas. *Goodwin, l. 3. c. 3. p. 238. Innocent. Gentiletus Exam. Concil. Trid. l. 4. §. 28. p. 312.*

Quod pietas mandat, dilectio, quodque necessum est :
Non poterit sanctum contemerare diem.

Boisat. l. c. p. 983. L. Thilo. Medull. Th. p. 196. 197. Constantiqianam autem adductam Legem Leo Imp. *Constit. 54.* castigat & abolet, ibique allegatam dici Dominici dehonestationis causam, nullius momenti, reque verâ futili ratione niti rectè affirmat. Quare neque agricolis, neque quibusquam alîs illicitum die Dominico opus aggredi permittit. *Wilh. Zepperus, Expl. LL. Mos. l. 4. c. 9. p. 341 Voët. D. S. P. 3. p. 1262. seq. D. Beeman, Doctrin. Moral. c. 14. §. 10. p. 354.* Quanquam & hæc Leonis constitutio meruerit, ut neqi in Scholis, neque in foro pro Avthentica receptа fuerit, *B. D. Quenstedt, Diss. de Sabbato S. 4. Q. 7. Conf. & Ægidius* von Thienen / *Diss. Inaug. de Sabbati Christiani Moralitate sub præsid. D. Jac. Henningii, an. 88. Gryphisw. hab.*

§. 3.

Coloni Mosci sex dies laborant Domino, septimo sibi. *Pontanus, Prog. l. 4. p. 1171.* & si à labore abstinent, fit non tam propter cultum divinum, quam potum ; Cerevisiæ enim & medonis potus, alias ipsis prohibitus, tunc concessus est, quo se tum fortiter inebriant. *D. Dannh. de Relig. Moscovit. c. 2. p. 17. Paulini* Zeit-Kürtz. erbaul. Lust / *T. 3. c. XI. p. 97.* In Negroponte dies Dominica mercatui est dedicata. *Acta Erud. Lips. ann. 88. p. 522.* Et olim in Papatu ruri in messe mensis unius aut duorum feriæ ab omni observatione Sabbati, & publico religionis exercitio concedebantur tum Pastoribus, tum Auditoribus, *Voët. l. c. p. 1263.* Aristippus Philosophus à quodam reprehensus, audivit : Tuâ culpâ perit ager. Cui ille : Melius est ut pereat ager propter me, quam ut ego propter agrum. *Stob. Serm. 55.* Idem dicat Christianus, si in diebus festis svadeat quis agrum colendum, metendum &c.

Pro AGRORUM fructibus

Gentilium preces.

Preces tales ad Deos Ethnici saniores fudisse passim leguntur ; quum eandem in rem sacrorum solennia publicè instituta, Romæ Feriæ sementinæ Arva-

lia

lia (quæ qui curabant; *Fratres Arvales* dicti) alia, ut *Rudolph. Hoffmianus* pluribus docet *de Orig. Fest. Cap. VIII. p. 52. seq.* Sed & messes opimas feracesque vindemias eos à diis suis petiisse, *Arnobius* autor est *adv. Gent. Lib. VI.* Istiusmodi precum formula illustris occurrit ap. *Ovid. Fast. Lib. I v. 677. seq.* Ubi curam agrorum diis, qui (ut isti putabant) iis erant præfecti, commendans, precatur:

Frugibus immensis avidos satiate colonos,
Ut capiant cultûs præmia digna sui.
Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,
Nec nova per gelidos usta sit herba nives.
Cum serimus, cœlum ventis aperite serenis;
Cum latet, æthereâ spargite semen aquâ.
Neve graves cultis, Cerealia dona, cavete,
Agmine læsuro depopulentur aves.
Crescat scabræ rubiginis expers,
Nec vitio cœli palleat ægra seges.
Et nequé deficiat macie, neque pingvior æquo
Divitiis pereat luxuriosa suis.
Et careant loliis oculos vitiantibus *Agri*,
Nec sterilis culto surgat avena solo.
Triticeos fœtus, passuraque farra bis ignem,
Hordeaque ingenti fœnore reddat ager.

Vid. *Tob. Pfannerum, Syst. Theol. Gentil. purior. Cap. XVI. § 14. D. Hofman, Lex Un. T. I. p. 116. b.*

AGRICOLA
Debet esse vendax, non emax.

Catonis senioris hoc est effatum ap. *Erasm. in Apophr. p. 448.* Et nequam agricola est, qui emit quod præstare ei fundus potest, ait alicubi Plinius. Arabes non aliena emunt, sed sua vendunt. *Buno ad Cluv. Geogr. l. 5 c. 24. p. 610.*

AGRICOLÆ
Martyres.

Nonnunquam enim oblatis DEO decimis, expensisque deductis, nil superest, nisi labor: Adeò, ut plurimi anni etiam uberrimi agricultoribus ipsis steriles sint. Rectè igitur antiquum verumque in Hispaniâ proverbium fuit: Cerè *agricolas martyres esse.* Neque enim semel sangvinem fundunt, ut pingviorem terram hominum usibus reddant: sed dictim sudore & cruore madent,

ut nos vivere possimus & ipsorum tormentis & assiduis cruciatibus foveamur.
Rodericus Specul. Hum. Vit. l. 1. c. 21. p. 99.

Patres mundi.

§. 1.

Cicero nennet den Ackerbau eine Handthierung / welche edelen Gemüthern am besten anstehe. Und Aristoteles sagt / daß es die Mutter aller Künste / und der rechtmäßigste Gewinn sey / was wäre die Medicin, wann nicht die Erde die Mittel gäbe unsere Gesundheit zu erhalten ? was könnte die Krieges-Kunst ausrichten / wann nicht die Erde denen Soldaten und Pferden die Nothdurfft reichete / der Ackerbau ists / so am meisten das Leben erhält / worüm ein ieder arbeitet / und weil die Erde unsere allgemeine Mutter genennet wird / so müsten folglich die so sie bauen / allgemeine Väter der Welt seyn. *Autor Fam. Europ. An. 1700. N. 59. Q. 117. p. 450.*

§. 2.

Der Feld-Bau / oder das Bauern Leben / ist das allernatürlichste / älteste / unschuldigste und anmutigste Leben. Das natürlichste ist es / weil es am besten der Natur nachahmet / und eine höchst getreue Dienerin der Natur ist. Es ist das Aelteste / ja gewiß weit älter / als das Stadt-Leben; sintemal Adam / unser erster Vater den Acker gebauet / ehe noch einige Stadt war erbauet worden. Es ist das unschuldigste Leben / so wohl wenn man die Personen betrachtet / welche gemeiniglich die Einfalt und Frömmigkeit lieben; als auch wenn man die Nahrung und den Gewinn ansiehet / welcher weder gefährlich / noch unflätig / noch betrüglich ist. Das Einkommen vom Ackerbau (heissen / Columellæ Wort) ist das allerunschuldigste und redlichste. Cicero sagt : es sey unter Dingen / wovon man etwas überkommet / nichts bessers / nichts reichlichers / nichts einem freyen Menschen anständigers / als der Ackerbau.

§. 3.

Es ist das anmuthigste Leben / ja es ist ein Meer der Lustbarkeit und Anmuthigkeit / denn was kan den Augen lieblichers vorgestellet oder gemahlet werden / als die grünen und mit allerhand Farben gezierten Blumen versehene Wiesen / als die in so schöner Ordnung gesetzte Bäume / als die treffliche Weinberge und Oelgärten ? was ist erfreulichers / als die Herrschafft über die Erde zu haben ? was ist anmuthigers / als die grossen Vieh-Heerden auf der Weide zusehen ? oder das Honig aus den Bienen Stöcken zu nehmen ? oder die Schaafe ihrer Wolle zu berauben ? oder die Früchte im Herbst abzubrechen ? oder Weinlese zu halten ? *D. Weber. Discurs. Curios. XIX.*

XIX. Cap. I. p. 306. 307. Conf. Sam. Bochartus, Hieroz. P. I. Lib. I. Cap. XLIV. p. 444. seq. & omninò de Agriculturæ laude Tungerlar. Prompt. Evang. P. II. p. 126. seq.

Bello inviolabiles.

§. 1.

Plurimi in eo haud exsortes culpæ sunt, quod militari licentiæ laxando nimium habenas, rusticorum securitati minimum prospiciant, atque sua ipsi vineta, quod est in proverbio, cædant, ac ultro caritatem accersant annonæ. Cyrus magnus, cum bella gereret, præconium fieri jussit, ut parceretur agricolis, & sic vincerent, ut possessores manerent in suis possessionibus, nec iis exturbarentur. Quin & apud Judæos nefas fuisse refert *Arrianus, Indic. p. 176.* Agricolas in bello capere, aut agrum eorum vastare. Reliqui, inquit, inter se bellum gerunt, seque mutuò interficiunt: ipsi juxta eos tranquillè aut arationi aut vindemiæ, vel frondationi vel messi vacant. Idem dicit *Strabo, Lib. XV. Geog.* Stultum enim esse dicebant, eos lædere, qui ut frugifera humus esset, labore suo curabant: Siquidem in bello, parti utrique fruges necessariæ essent; & inclinante ad alterutrum victoriâ, qui supererent fructus, cum cæteris rebus, in ejus potestate futuri essent, qui victoriâ potiretur.

§. 2.

Etiam apud Romanos ita se gesserunt milites, ut Ciceronis verbis *pro L. Manil. Cap XIII.* utar, non modò manus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse diceretur. Certè Scaurum tradidisse memoriæ refert *Frontinus Strateg. Lib. IV. Cap. III.* pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat complexa mutatio, postero die, abeunte exercitu, intactis fructibus relictam. De Belisario, Imp. Justiani duce, *Suidas* habet: Agricolis ita pepercisse, ita consultum voluisse, ut nunquam eo exercitum ducente, vis ulla ipsis illata fuerit. Nam res venales ex animi sententia distrahebant, & adulto frumento ne ullus equus noceret, diligentissimè cavebat; Fructus porrò arborum attingere licebat nemini.

§. 3.

Atque hæc prisca securitas data etiam fuit Agricolis (sicuti ex oculatis testibus audisse se *Camerarius Cent. I. Hor. Succis. Cap. V.* scribit) in bello illo diuturno, quod inter Imperatorem Carolum V. & Franciscum I. Galliarum Regem gestum est: cum uterque in Pedemontio numerosum exercitum annum unum atque alterum continuo inter se belligerantes alerent. Alioquin milites maturè commeatibus obsessis, & impeditis itineribus defecissent. Atqui hæc & quæ talia de securitate rusticorum plura congessit *Camerar. l. c. & Cap. LXXIX. & Cent. II. Cap. XXII.* ut nunc mores sunt, ridemus scilicet, & ut stultam simplicitatem

tatem festivè traduximus: sed risum hunc nostrum haud raro fame & egestate, nec immeritò luere necesse habemus. *Matthias Berneggerus Observat. Miscell. XII. p. 81, & XXIV. §. 2. p. 240. 241.* Conf. *Frid. Müller. in Practica Civili Marchicâ Rerum Forensium Resolut. CX. p. 294. Barbosam Thesaur. Loc. Comm. Jurispr. Lib. I. Cap. XLVIII. p. 52. b.*

§. 4.

Omnium rerum ex quibus aliquid exoritur, nihil est agriculturâ melius, nihil uberius, nil dulcius, nil libero homine dignius. *Cic. Lib. I. Offic.* Si veteres quendam laudare vellent, de eo, sicuti de Catone Censorio dicebant: Optimus Senator, optimus orator, optimus Imperator, sine æmulo, sine exemplo sui temporis agricola. *Et Ovid. Lib. II. de Pont.*

Tempus in agrorum cultu consumere dulce.

Horat. in Epod. Od. II. & Lib. I. Epist. X.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni fœnore.

Vid. *D. Christoph. Nicolai, Evangel. JEs. Fr. P. I. p. 504.*

AGNOSCERE

Et cognoscere.

Agnoscere plus est, quam Cognoscere: illud specialius, hoc generaliùs est: Agnitio DEI quam Cognitio. Hæc plurium; illa pauciorum. Pater agnoscit filium, cum eum ad se adsciscit, & pro suo habet: Quæ liberorum Agnitio Jure Consulto est, τῶν παίδων ἀνάληψις. Hinc intelligitur, quid sit Agnoscere aliquem discipulum suum, einen dafür halten. Agnoscere erratum suum, est confiteri, auff sich nehmen. Homines in densis tenebris, quas peccatum invexit, versantes aliquo modo DEUM *cognoverunt*, sed non *agnoverunt*, i. e. non coluerunt, nec gloriâ affecerunt. *Rod. Gotlen. Puri Sermon. Analect. p. 221. 222.*

AGNUS

DEI occisus ab origine mundi.

Apoc. XIII, 8. Quoad vim & efficaciam perpetuam sacrificii Christi, quæ cœpit à mundi exordio statim cum sponsione à Filio DEI factâ, quam Pater cœlestis illicò ratam habuit, & efficacem esse voluit, non secus, ac si jam completa fuisset, quoniam certò implenda erat. Neque tamen effectus tempore fuit prior suâ causâ. Omnis enim sponsio pro debitore aliquo facta, quamprimum à cre-

à creditore acceptata est, statim efficax est, & hoc præstat, ut debitor è carcere liberetur, etiamsi illa longo demum tempore post, de quo inter sponsorem & creditorem convenit, impleatur, *Polanus, Synt. Th. l. 6. c. 18. p. 1300.* Des Sohnes GOttes glaubwürdige Caution war so gewiß/ als die baare Zahlung in der Fülle der Zeit. *D. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. I. p. 53.* Occisus non *propriè*, sed *figuratè*, 1) respectu *Participationis*, qui enim pios innocenter lædit, in Scripturâ multorum dicitur occidere: Atque sic in Abele & omnibus Sanctis Christus est occisus. 2) *Divini Decreti.* 3) *Typorum.* 4) *Prædictionum.* 5) *Efficaciæ & Virtutis*, quæ ex occisione Agni hujus provenit *antrorsum* usque in finem seculi, & *retrorsum* usque ad Protoplastos. *B. Walthenus, Harmon. Bibl. in h. l. Glassius, Philol. S. l. 2. P. 1. Tr. 2. S. 4. Art. 5. & Christol. Mosaic. Diss. 4. §. 8. p. 117. D. G. Mœbius, Th. Can. Disp. 5. Can. 69. p. 128. 129.* Unde Christus in cruce utrumque extendit brachium, innuens ad utriusque Testamenti populum virtutem mortis ac passionis suæ pertinere, *Tungerlar. P. & P. 2. p. 314. Reneccius, Panopl. Th. T. 4. p. 222.*

Paschalis cur assus?

Exod. XII, 9. Quæ causa cur assationis præ elixatione potior habita ratio, mire se torquent Interpretes. Videtur sanè assatio celerrimus coquendi modus. Unde ubi ap. *Homer.* legimus *Odyss 3.* advenienti Ulyssi Eumæum celeritate maximâ porcellos duos occidisse, & verubus imposuisse, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρεν, notat Scholiastes Eustathius, *observa Eumæum carnes assatas domino suo adponere ob festinationem adhibitam.* Præterea & antiquitas modum hunc coquendi Varronis judicio, commendare videtur. Homerus in fabulis suis nunquam elixas, sed semper assas carnes & pisces suis adponit. De utroq; coquendi genere *Ovid 1. Metam.* audiendus: Pars inde cavis exultat ahenis, pars verubus stridet. Erat assatio hæc commoda significandæ flammæ, tum amoris Christi erga homines, cum iræ contra peccata. Sicut enim agnus assabatur igne; Sic Christus subiit & perpessus ignem iræ divinæ, tum in horto olivæi, cum copiosè & verè, non παροιμιακῶς & proverbialiter, & Theophylactus erat, teste *D. Glass. P. S. l. 3. tr. 5. c. 28. & D. Gerh. Harm. Pass. p. 69.* Sanguineum sudorem emitteret. *D. Joh. Meisner. Diss. de Agno Paschali Judæorum, §. 21. Bauman. Anal. Typ. p. 501. Calov. Bibl. Illust. ad h. l. p. 367. b. B. D. G. Mœbius, Medit. Theol. de Agno Paschali S. 1. §. 48. seq.*

Cum panibus azymis

Et Lactucis comedendus ab Hebræis stantibus, præcinctis, & baculos manu tenentibus, idque festinanter, hoc potest gerere lemma: Memento te peregrinum. *Pexenfeld. A. E. c. 99. p. 839. Mœbius l. c. §. 56. seq.*

Agnus DEI Papa.

Hunc sibi titulum insolenter & tantum non blasphemè Papa arrogat. Sicuti enim anathemate percussi, cum res suas in extremum addactas viderent, Martino IV. supplices acciderunt, eminusque prostrati conclamarunt: *Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. D. Beckman. Notit. Dignit. Illustr. Diss. 13. c. 1. p. 351. Wolff. L. M. T. 2. C. 16. p. 432. b. Cluverus Dilut. Apocal. T. 3. p. 119.*

It. Antonius Diana.

Cammuel à Lobkowiz p. 23. Theol. Fundam eundem titulum adscribit Antonio Dianæ. Laudant te Dianam, scribit, & legunt Viri docti, nec est in Europâ Theologus, qui sit Studiosus & te careat: Si qui obmurmurant, docti non sunt; & tota oblocutio æmulorum pervenit ad columnas Herculeas, cum dicunt: *Dianam esse Agnum DEI, qui abstulit peccata mundi.* Idem ego frequenter inculco, ut te commendem &c. Vid. *D. Zimmermann. Anal. Mens. 4. C. 3. p. 175. 176. M. Petrus Stuhr, in novo scepticismo practico circa principia morum §. 5. D. J. Fr. Mayer, Eclog. Ev. in Dom. 17. p. Trin. q. 2. Ravanell. B. S. P. 1. p. 109. Beyerl. Th. V. H. T. 2. l. 3. p. 539.*

Agnus DEI à Papâ conficitur.

Hos enim facere ac consecrare potis est. Conficiuntur autem ex cerâ albâ, balsamo, chrismate & aquâ benedictâ, à Pontifice consecratis. Dabantur in Octavis Paschæ, seu Dominicâ primâ post Pascha, recens baptizatis: qui hos *Agnos DEI* solebant collo appendere, & ubique secum circumferre. Effectus & operationes varias illis tribuunt, in amoliendis præstigiis, & maleficiis Magorum, amovendis incendiis, periculis præcipitii, armis innoxiis, & innumeros ferè effectus alios, quos Papa Urbanus V. in Ceremoniali Romano his *leoninis* expressit versiculis: (Dixere autem *Leoninos*, similiter desinentes, aut in medio & in fine in eundem sonum cadentes, *L. A. Rechenberg. de Ineptiis Clericorum Rom. literariis §. 29.*)

Balsamus & munda cera cum chrismatis undâ
Conficiunt *Agnum*, quod donum do tibi magnum,
Fonte velut natum, per mystica sanctificatum,
Fulguta desursum, pellit & omne malignum,
Peccatum frangit, *ut CHRISTI sanguis*, & angit;
Prægnans servatur simul & partus liberatur,
Dona refert dignis, virtutem destruit ignis,
Portatus mundè de fluctibus eripit undæ.
Morte repentinâ servat, Satanæque ruinâ,

Si

Si quis honoret eum retinet super hoste tropæum,
Parsque minor tantum valet integra quantum.

Joh. Joach. Homborgius de Quadragesimâ Vet. Christ. & Ritibus in eâ quondam usitatis cb. 70. & in libello Hist. Ecclesiastico de Paschate Vet. Christ. §. 35. Geierus de Superstit. c. 3. §. 19. Frischmuth. Diss. de Agno DEI ex Joh. I, 29. D. J. A. Osiander Th. Cas. P. 2. p. 925. D. Phil. Buchius de Cer. Eccles. c. 3. p. 44. Voët. D. S. P. 3. p. 934. seq. J. B. Casalius de Vet. Sacr. Christ. Rit. P. 3. c. 48. p. 266. Hamburg. Curiöser Zeit-Vertreiber *Anno 1700. p. 155. seq. D. Christ. Sam. Martini* in der blut. Schau-Bühne/ *Cent. XII. p. 496. seq. M. Jacob. Wellerus Disp. de Pudendâ Pontif. Idololatriâ sub Præs. D Wilh. Lyseri Ann. 1652. Jen. hab. §. 93. p. 65.* Versus hosce, pro istâ ætate rudiores, Guil. Estius, Theologus & Canonicus Lovaniensis, elegantiores dedit, quos vide ap *Joh. G. Dorscheum, Syllog. Vindic. ad Bellarm. Allegat. ex Exod. Mos. Diss. 3. ad c. 3. §. 8. p. 86. 87.*

Scythicus,

§. 1.

Vocatur *Bommetz* seu plant-animal, quod Agno perquam simile, caput, oculos, aures, dentes, & cætera ejusdem membra refert, quodque herbam circum circa depascitur, ac nullo pabulo superante, tandem fame interit; Non autem mirum, herbas circumsitas depasci, quia radice suâ earum nutrimenta subtrahit; Vel quia repens planta est, & foliis suis latis vicinas ac subjacentes suffocat. *Olearius Hodœpor. Orient. P. 2. p. 117.* de hoc Agno ita: Hinter Samara zwischen der Wolga und Don soll eine Frucht wachsen/ in Grösse und Art einer Melonen/ von äusserlichen Ansehen aber formiret als ein Lamm/ dessen Glieder es gar deutlich præsentiren soll/ der Stengel ist gleichsam am Nabel/ und wo sichs auff der Erden hinwendet (denn es im wachsen seine Stelle/ so weit es der Stengel zulässet/ verändert) verderret das Graß/ welches sie abfressen heissen; wann es reiff/ so verdorret der Stengel/ und die Frucht bekommt ein rauhes Fell/ wie ein Lamm/ welches man soll gerben/ und zum Gebrauch wider die Kälte bereiten können. *Vid. D. Becman H. O. T. T. 1. c. 6. p. 219 Giffarel. Curiosit. Inaud. c. 5. p. 89. Laurent. Surius Comment. Rer. in Orb. gest. ad Ann. 1504. p. 47. C. F. Paullini l. c. T. 3. c. 130 p. 826. seq.*

§. 2.

Sed fabulam hæc olere, dicit *Heinric. Wilh. Ludolff*, in der Curieusen Beschreibung der Natürlichen Dinge Rußlandes/ *p. 202.* ita scribens: Ich habe von seinen Leuten vernommen/ daß alles falsch sey/ was man von dem Gewächse Borametz redet/ daß es wie ein Lamm mit Wolle bekleidet sey/ und alles Graß rund umher abfresse; Denn vorgemeldete Leute/ die an diesem

Ort geweſen/ wo ſolches wachſen ſoll/ haben es nie finden können: Wol aber haben ſie an gewiſſen Orten in der Tartarey Schaafe gefunden/ deren Lämmer ſo weiche und artlich gekäuſelte Wolle tragen/ daß man ihre Felle für die Felle des gemeldeten Boramets, oder Lamm-Gewächſes verkauffete. Illud ſcire velim. Ab uno ſtipite quatuor diſſita crura cum ſuis pedibus, qui poſſint provenire, atque produci, *Scaliger. de Subtil. CLXXXI. Cap. XLX. p. 597.*

AGNI

Thronus.

Thronus DEI duplex eſt, alius Patris, alius Agni; Thronus Agni electis eſt communicabilis, ad ſcabellum Throni Majeſtatis CHRISTI poſitus, non item Thronus DEI, qui nullam perſonam, quæ DEUS non eſt, ſuſtinet σύνθρονον, ſunt verba *Danh. Hodoſ. p. 774. D. Joh. Deutſchman Diſſ. Phil. Th. de Oraculo divino Apoc. I', 5. 6. 7. S. 1.* Vid. omninò *Appar. Bibl. Tom. IV, p. 1023.*

AGNOS

Et gentiles deaſtris obtulerunt.

Imitati hâc in parte Judæos, ut Poëtarum Princeps Homerus, qui Iliad A. v. 65. ubi cauſas peſtis, ab Apolline, ut putat, immiſſæ, hiſce inquirit verbis: Sivè hic nos ob vota non reddita incuſat, ſive Hecatomben, aut ſi forte OVIUM nidorem, caprarumque integrarum adſecutus velit à nobis peſtem depellere. *D. Joh. Meiſner. l. c. §. 10. 11. 12. D. H. Freicsleben Diſq. Synod. VI. in F. C. §. 10. K. Brentius in Levit. p. 3. D. Mæbius de Orig. Orac. p. 87. D. Spencerus de Leg. Hebr. Rit. l. 3. Diſſ. 2. S. 1. p. 134. D. Joh. Phil. Pfeiffer Antiq. Græc. Gentil. l. 1. c. 14. p. 21. & c. 15. p. 23. ſeq.* Quamvis & Agnos immolare aliquando vetitum, de quo *Joſ. Laurent. Polymath. l. 4. Syn. 13. p. 336.*

Mactandos redemit Franciſcus.

Plusquam Pythagorica fatuitas Franciſci Aſſiſii agnos in macello mactandos à morte redimentis; nec non Martini Turonenſis leporem jam jam ab imminente cane capiendum à morte liberantis. Quibus hodie ſimiles ſunt gentiles illi ſub imperio magni Mogul, vulgo dicti Bramines (quod deflexum ex Brachmanis) genuini Pythagoræ ſectatores, qui ſubinde ap. Præfectos procurant prohibitionem venationis ad tempus aliquod, ut tantiſper parcatur vitæ animalium. *Vœt. D. S. P. 5. p. 195.*

AGON

Mortis, moribundi.

Prælium hoc ultimum ne metuas; Vicit enim Leo de tribu Juda cujus victoria

ctoria per fidem fit tua. Interea *agonem* illum ne penitus averseris; confligendum enim fuit etiam Redemtori tuo gravissimè: erit autem mors tua ἀνάλυσις, dimissio ex carcere, transitus ad vitam, Luc. II, 29. *B. D. Geier, in Cobel. c. 8. v. 8. p. 307. Conf. Diss. Th. D. Joh. Guil. Baieri, de Agone Mortis, seu de judicio hominis moribundi, an. 83. Jen. hab.*

C. AGRIPPA

An magus?

§. 1.

Doctissimus *Naudæus* Tract. Gallico: *Apologie pour tous les Grands Personnages, qui ont esté faussement soupçonnes de Magie c. 15.* ab omni Magiæ crimine illum liberat, sicuti & *Joh. Wierus, de Præstigiis Dæmonum l. 2. c. 5. p. 161.* eundem excusat, & canem ipsius nigrum plane naturalem, neque ullo modo diabolicum fuisse, contendit. Vid. *D. Matth. Zimmerman, Anal Monstr. M. 9. 6. 7. p. 474.*

§. 2.

Sed alii aliter! Joh. Baptista Possevinus de Agrippâ cujus effigies ap. Jovium, & alios placidissimum referat vultum ita:

Vivens quem cernis, ne te fortasse moretur
Os placidum, Stygii Rex fuit iste lacus.
Quare etiam custodem habuit, dum viveret Orci,
Cui nunc in tenebris præda daret comitem &c.

M. Sim. Frid. Frentzelius de Spiritu in mont. Gigant. Silesiorum, qui vulgari nomine Rübezahl *nuncupatur, apparente S 1. c. 2. §. 3.* Et alius:

Sint vana hæc humana licet, sed vanius illud
Hæc à latranti te didicisse Sopho.

D. Wilh. Saldenus, in Otiis Theol. l. 3. Ex. 6. § 21 p. 517. Scripsit enim Agrippa de vanitate scientiarum. Sed quicquid sit, si magus fuit, à suâ certe magiâ non divitias, sed summam paupertatem indeptus, in publico siquidem nosocomio mortuus est, attestante inter alios *Davide Ancillonio, dans Melange critique de literature, Part. I. p. 69.* Vid. Europäische *Relation An. 1700. de 11. Jun. Num. 44. Quæst. 87. M. Joh. Georg. Neuman Diss. Hist. de Fausto Præstigiatore c. 1. §. 5. 10. & c. 2. §. 10. D. Val. Alberti Diss. de Sagis c. 3. Porism. 1. Paullini l. c. T. 3. c. 3. p. 32.*

AMERICA

Vulgo, die Neue Welt/ an & olim nota?

An priscis cognita fuerit, magna est inter eruditos disceptatio. Pro ajenti par-

Amoris affectus non modò animum ægritudine perturbat, verum etiam corpus ægrotatione nonnunquam afficit, *Enunc. Patrit. Lib. IV. de Regno.* Hic observanda venit admiranda quædam *Seleuci Regis Syriæ*, in filium indulgentia, quæ talis fuit. Mortuâ Antiochi matre Apame, Seleucus Stratonicem, Demetrii Macedonum Regis filiam, virginem ætate integra & forma conspicuâ, duxit, cum ipse jam senior esset. Hanc cum quotidiè cerneret adolescens filius, miro amore ardebat, sed pudore cohibitus, rem tacito silentio premebat, atque ut in amore dici solet,

Quoque magis tegitur: tanto magis æstuat ignis.

Cum nemini secretum suum credit, nec ratione aliqua cupiditatem hanc à pectore amoliri potest, in graves febres, subitamque ægrotationem incidit, nec ullis remediis curari poterat: sed indies gravius se habebat, perque inediam mori destinaverat, potius quam morbi causam palam faceret. Erasistratus Medicus pereximius, Aristotelis ex filiâ nepos, qui ejus curationi præerat, cum subitam accessionem remissionemve febrium fieri cerneret, ex accessu discessuq; Stratonices, quæ crebrò ad illum visendum, viro comitata, accedebat, animadvertit juvenem amore novercæ contabescere, non tamen audebat rem adeò indignam, ac tanti periculi, sic temerè Regi aperire, sed ipsum paulisper abductum flens hortatur, ut forti animo perferat, si quid filio accideret, quando ille desiderio rei ardeat, qua cum potiri nequeat, prorsus deficiat. Tum Seleucus miserabiliter mœrens adjurat: *Nihil tàm arduum esse, quod pro filii adolescentis salute agere detrectet.* Ibi Medicus: Frustra, *inquit*, niteris: Amor namque uxoris mex hunc perimit, quam ad eum divertere, neutiquam vivus patiar. Tum pater flens atque ejulans, cum Medico nullis pollicitationibus persuadere posset, ut ejus uxor filio morigeraretur, exclamat: Utinam Stratonicem meam charissimam adamaret! Enimverò, ait Erasistratus, rem tenes: istud quidem est, quod huc usque tacui, ne iram tuam in me provocarem: nunc autem quando tu ipse

dixisti, non est amplius dissimulandum. Tu pater simul & medicus esse, filiumque, si libet, moribundum sanare poteris. Itaque Seleucus Antiocho dilectam conjugem abdicavit, eique despondit, & sic saluti atque incolumitati redditus est, qui nullis aliis remediis curari poterat. Nuptiæ Stratonices & Antiochi, ingenti apparatu, & celebri conventu Principum atque populorum, celebratæ sunt, omnesque admirabantur, Regem tam propere delicias connubii sui filio abdicasse, & illam ex regina regis nurum fieri æquo animo pertulisse. Erasistratus verò Medicus ob miram hanc solertiam donatus est sexaginta millibus aureorum, *Plutarchus, Appian. Franc. Patrit. l. c. Valerius Max. Lib. V. Cap. VII. Alex. ab Alex. Gen. Dier.* addunt, quod Seleucus Stratonicen uxorem, à nefario isto concubitu cum privigno abhorrentem, doceri jusserit: *Honesta & justa esse, quæ Regi placeant, & regno utilia esse videantur, D. Christ. Matth. in Theat. H. T. P. p. 373.* Verè *Fr. Petrarcha de Remediis utriusque Fortunæ P. II. Dial. LXXXVI. p. 547.* Morbus est amor, & morborum maximus.

§. 3.

Vim ejus, sivè potius violentiam nemò ferè Poëtarum non exprimit. E Latinis duos tantum impræsentiarum proferam, *Virgilium* & *Senecam Tragœdum*; quorum hic *Georg. Lib. XIII. v. 242.*

Omne adeò genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres,
In furias, ignemque ruunt: amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sævior erravit campis, nec funera vulgo
Tam multa informes ursi, stragemque dedere.
Per Sylvas tum sævus aper, tum pessima tigris:
Heu malè tum Lybiæ solis erratur in agris.
Nonne vides, ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Ac neque eos jam fræna virûm, nec verbera sæva,
Non scopuli, rupesque cavæ, atque objecta retardant
Flumina, correptos undâ torquentia montes.
Ipse ruit dentesque Sabelliçus exacuit sus,
Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas,
Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.
Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte notat cœca serus freta: quem super ingens

Porta tonat cœli : & ſcopulis illiſa reclamant
Æquora : nec miſeri poſſunt revocare parentes,
Nec moritura ſuper crudeli funere virgo.

Ille Hippolyt. *Act. I. v. 283.*

Nulla Pax iſti Pueri : per orbem
Spargit effuſas agilis ſagittas.
- - juvenum feroces
Concitat flammas : ſenibusque feſſis
Rurſus extinctos revocat calores ;
Virginum ignoto ferit igne pectus ;
Et jubet cœlo ſuperos relicto
Vultibus falſis habitare terras.

Exempla profert Phœbum, Jovem, Lunam ac Herculem. Pergit *v. 330.*

Sacer eſt ignis, (credite læſis)
Nimiumque potens. Qua terra ſalo
Cingitur alto, quaque ætherio
Candida mundo ſidera currunt ;
Hæc regna tenet puer immitis ;
Spicula cujus ſentit in imis
Cærulus undis grex Nereidum,
Flammamque nequit relevare mari.
Ignes ſentit genus aligerum.
Venere inſtincti quam magna gerunt
Grege pro toto bella juvenci !
Si conjugio timuêre ſuo,
Poſcunt timidi prælia cervi,
Et mugitu dant dant concepti
Signa furoris. Tunc virgatas
India tigres decolor horret.
Tunc vulnificos acuit dentes
Aper, & toto eſt ſpumeus ore.
Pœni quatiunt colla leones,
Cum movit amor ; tum ſylva gemit
Murmure ſævo,
Amat inſani bellua ponti
Lucæque boves.

Hofm. L. U. in h. v. p. 184.

Unciæ

Unciæ in viris & fœminis quot?

§. 1.

Tiresias electus arbiter (ut ajunt) à Jove ac Junone de amoris quantitate contendentibus, tres amoris uncias in viro, novem in fœminâ pronunciavit, *Cæl. l. 14. c. 14. Zwing. Vol. 5. l. 2 p. 1227. a.* Fœmina virum, ut materia formam, appetit, *Lemnius, de Occult. Nat. Mir. l. 1, c. 6. p. 28.* Et antequam maritum nanciscitur, absque intermissione ab imo suspirat pectore, *Guevar. H. P. l. 2. c. 23. p. 338.* Hinc quædam puella, seipsam viti similem dixit, quæ supra terram repens, ulmo sustineri cupit, cum lemmate: Juncta quiescam, ap. *Picin. M. S. l. 9. c. 44. n 509. p. 604.*

§. 2.

R. Josua ait: Magis expetit mulier cabum unum rei Venereæ, quam novem cabos vitæ solitariæ, quod ulterius deductum exhibet *Wagenseil. Sotæ 3. p. 501. seq.* Omnis mulier amat magis viro: pudibunda vero occultat stimulum amoris. *Nonnus Dionys. ap. Tob. Magir, Polymn. p. 1657.* Sed cave tibi à cane muto, & ab aquâ silente, dicunt Galli.

Abditus ignis adhuc cineris sub tegmine fervet:
Sic flagrat obductus, nube pudoris, *Amor.*

Pic. l. 2. c. 5 n. 122. p. 77. Mulieres sunt faciliores ad amandum & etiam faciliores ad pejerandum, *D. Ben. Carpzov. Jurispr. For. Rom. Sax. P. I. Constit. XVI. Def. XLVIII. n. 7. p. 149. Barbosa Thes. LL. CC. Jurispr. Lib. I. Cap. LVIII. Ax. I. p. 60. a.*

AMORI

Petra medetur.

Leucata petra amori medetur, à quâ qui saltu se demitterent, amoris insaniâ liberari credebantur, *Salm. in Pans. P. I. T. 32. p. 109.* Sic &; quod *Pausanias in Archaicis* tradit de fluvio *Selemno* dicto, non sine admiratione percipere est, ejus scilicet aquam viris & fœminis, ex amore invicem laborantibus, mederi, eamque vim habere, ut, qui eo flumine loti fuerunt, illos amoris capiat oblivio, quod si verum, subjungit dictus Autor, σεμνότερον πολλῶν χρημάτων ἐστὶν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τῦ Σελέμνυ, h. e. *aquam Selemni multo pluris facere debent homines, quam magnam vim pecuniæ.* E re & vero hoc dictum est, & optandum, ut adhuc abundaret hæc aqua. Huic aquæ unde tanta vis accesserit, videri potest ap. *Cæl. Rhodigin. Antiq. Lect. Lib. XVII. Cap. XXV. D. Joh. Arnold. Fridericus, Diss. Medic. de Memoria Lasoxe, seu Oblivione Cap. VI. §. 5.*

AMO-

AMOREM

Propter juvenis unâ nocte canescens.

Herr Doctor Sigismund Gelden / gedencket / daß bey seiner Zeit am Käyser Caroli V. Hofe / ein junger Edelmann sey bey einer schönen Jungfrauen im Bette gefunden worden / welche einiger Ursachen halber nicht haben können ehelich zusammen geben werden; Als nun dieser ergriffen / und ins Gefängniß gelegt / ist er in einer Nacht gantz und gar grau worden / wegen der Liebe Schmertzen / daß er nun vermeynet der Liebe gantz und gar beraubet zu seyn / und als Käyser Carl dieses gesehen / thut er Anordnung / daß diese liebhabende Personen ehelich zusammen gegeben werden / keine Ursach anzusehen / damit sie unverhindert der Liebe geniessen möchten. Vah, quanta amoris vis! Cave ergò, ô juvenis, eundem, ne incautus decipiaris. Amor etenim animi arbitrio quidem sumitur, sed non facile deponitur. *L. Joh. Walther.* Histor. Spatziergang / *C. CII. p. 242.*

AMORES

Literæ VI.

Literæ
6. Amores.
5. Mores
4. Ores
3. Res
2. Æs
1. veles.

Sex semper fugias, sed cautus quinque sequaris,
Cum quatuorque, brevi tempore tutus eris.
At tribus & binis poteris facilè uti & abuti,
Si Sphingem superas, si mea dicta capis.

Resp.

Hæc tua verba jubent fugiendos semper amores
Mores servandos omnibus esse bonis.
Noctes atque dies orando, rebus & uti
Prudenter propriis, nec lapidanda bona.

Albertus Molnarus in Anal. Ænigmat. p. 115.

AMANTI

Ob amatæ absentiam candida nigra, dulcia amara videntur.

Te sine vel misero mihi lilia nigra videntur,
Nec sapiunt fontes, & acescunt vina bibenti.
At si tu venias, & candida lilia fient,
Et sapient fontes, & dulcia vina bibentur.

Titus Calpburnius, Eclog. III.

Heu, heu! nulla meæ tangit te cura ſalutis,
Pallidior buxo, violæque ſimillimus atræ,
Omnes ecce cibos, & noſtri pocula Bacchi
Horreo, nec placido memini concedere ſomno.
Te ſine, væ miſero mihi, lilia nigra videntur,
Pallentesque roſæ, nec dulce rubens hyacinthus,
Nullos nec myrtus, nec laurus ſpirat odores:
At ſi tu venias & candida lilia fient,
Purpureæque roſæ, tum dulce rubens hyacinthus,
Tunc mihi cum myrto laurus ſpirabit odores.

Olympius Nemeſianus, Eclog. II. ap. Mirand. F. P. p. 50.

AMANTES
Amorem, Morem, Rem explorantes.

Poſtquam mutuum explorarunt *Amorem, Morem, Rem*, i. e. ſinceritatem affectuum, mores, indolem, conditionem, facultates & opes, nec obſtat ſanguinis propinquitas, nec parentum voluntas, ſponſalia celebrent, &c. *M. Pexenfeld. Appar. Erud. Cap. LXXXVIII. p. 675.*

Quæris, qua verus re dignoſcatur amicus
Heli? vis dicam? quattuor iſta nota:
Semper & his caput aufer, verus amicus *amore*,
More item, & *Ore*, ſimul *Re* probet ipſe fidem.

Nic. Reuſnerus, in Logogriphorum Sylvulâ p. 295.

Solem Viri, Fœminæ Lunam venerati.

Amantes ſolem olim viri, fœminæ Lunam precabantur. Et quidem hanc, quod, cum ea Endymionem amarit, non ſit veriſimile, fœminis eam, eodem morbo laborantibus, non opitulaturam: Quod item amori magis apta nox, cui Luna præeſt, *Hoffman. L. U. T. I. p. 167.*

Veri rari.

Ne decipiare, cave.

O quoties digito, quem nobilis inſerit Hymen,
Examen rigidum ſplendida gemma ſubit.
Lynceus hanc mango partem convertit in omnem,
Quis color, aut lux ſit, rimula ſi qua probat?
His opus eſt curis: è vitris fingere gemmas
Plena dolis etenim ſæcula noſtra ſciunt.

Noscere sed forsan cupies, ubi plurima fraus sit,
Et quæ præ reliquis fallere gemma queat?
In *vero*, reor, est *Adamante* potissimus error,
Gemmâ hâc nil totus rarius orbis habet.

* * * * *

Nimm dich für der Kunst in acht/
Weil man viel verstelltes macht!
Wie sorgsam pflegen wir die Edle Stein zu prüfen!
Man traut dem Trau-Ring nicht/ eh man ihn fest besitzt.
Da muß ein spitzigs Aug ihn überall durchschliefen/
Ob Licht und Farbe gut: Ob er nicht wo geritzt:
So sorglich weist man sich seit dem der falsche Pracht
Den schlauen Rauten-Schnitt/ und Flüß zu Steinen macht.
Lern/ wo am meisten List/ Verfälschen und Betrügen:
Drey Steine sind/ dabey man viel zu forscheln hat.
Dein Schwager Jaspis kan den Titel Ja Spieß kriegen.
Offt stellt sich äusserlich dein Freund als ein Achat/
Doch wird/ wo man die Lieb im Werck sucht/ nicht im Schein
Kein Diamant so rar/ als die Amanten seyn!

P. Ab. de S. Clara l. c. in Tit. Gemme.

AMANTIUM.

Iræ, amoris redintegratio est, inquit *Terentius*. Et *Plautus Act. 3. Sc. 3. in Amphitr.*

Iræ interveniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verum iræ, si quæ fortè eveniunt hujusmodi
Inter eos; rursum si reventum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se, quam prius.

Plutarchus simili valdè eleganti conjugum redintegratum amorem declaravit: Quemadmodum enim, *inquit*, cum è nubibus exiit *Sol*, ac *post caliginem*, denique ferventior est: ita amor, cum intercessit ira aut suspicio, pace factâ, reconciliatisque animis, jucundior est, atque acrior, *M. Petr. Mich. in Nupt. p. 138.*

Artes, technæ absconditæ, Prov. XXX, 19.

Tria, *inquit Agur*, sunt mirabilia mihi, & quatuor non novi: Via aquilæ

in aëre, via ſerpentis in petrâ, via navis in corde *medio* maris; & viæ viri in adoleſcentulâ. Poſt mira in aëre, terrâ, aquâ, adducit ultimum in homine, tanquam microcoſmo, totiusque orbis domino, deſcribitque *virijuvenis jam annis maturi adfectum illum ſanè honeſtum, & ardens ſuaium virginem depereuntis, ac ambientis, eandemque ſingulari quâdam DEI providentiâ, in perpetuam vitæ ſocietatem ſibi conciliantis & devincientis.* Sunt utique mirabiles, abſconditæ ac intellectu difficiles plurimæ artes illæ, quandoque etiam doli, quos ad conſequendam virginem, quam ardentiſſimè, honeſtè tamen amat, vel inflammato deſiderio ſæpè adamat, juvenis excogitare ſolet. Quis enim obſecrò perſcrutari poteſt animi adfectus, varias cogitationes & conſilia viri, dum honeſtam virginem cujus tenerrimo deſiderio ac amore inflammatur, in vitæ adjutorium ſibi conciliare nititur & allaborat? *D. Caſp à Lilien, Diſſ. Sacr. Philol. Hiſt. Theol. II. §. 10. p. 27.* Hinc *via* ipſi aſſignatur, h. e. motus aut agendi ratio plane negotioſa ac mirabilis, non minus, quam aquilarum ſerpentum atque navium; perficiturque ea non modo pedibus corporis, hinc indè ſæpius vagantibus, euntibus, redeuntibus &c. Sed & pedibus animi, quippè mirè inconſtans, operoſus, ſollicitusque eſt ejusdem animus deliberans, examinans, impetuosè properans, æſtuans, impatiens, cuncta alia faſtidiens, flexus varios artesque ac inſidias, inſtar aquilæ, ſerpentis, navisque excogitans, *B. D. Geier, in h. l. p. 1585.* Nemo noſſe poteſt, quam viam aquila velit eligere, ſeu quam viam inſtiterit, quia myriades viarum in toto cœlo habet &c. Sic ſe habet via viri בְּעַלְמָה in Alma (vel circa Alma), qui virginem illibatam & pro more gentis domi rigoroſisſimè ſervatam ambit, is mille ſolet excogitare vias & invenire rationes ad eam perveniendi, non modò pedibus corporis, ſed & paſſibus cordis, ſeu conciliandi eam ſibi, quæ nulli hominum ſunt perſecrutabiles, neque tamen ullum manet veſtigium præſentiæ, vel inventarum ejus viarum, *B. D. Pfeiffer, Dub. Vex. Cent. III. XCII. p. 652.* Non immeritò igitur Plato talem amantem παντὸς ἐπιχειρήτην nuncupavit, quod nihil non experiatur, ut qui affectet omnia, & audeat ap. *Cælium Rhodig. L. A. Lib. XXIX. Cap. XVI. p. m. 612.* Conf. *Huetius Demonſt. Evang. Tom. II. Prop. IX. Cap. IX. § 3. p. 692.* Longæ Jacobi ſervituti, pro Rachele in uxorem ducendâ apponitur emblema: *Amanti nihil difficile!* *Pexenfeld. Appam. Erudit. Cap. XCIX. p. 838.*

Captivitas.

Ein Verliebter verwirret ſich in den Haarlocken ſeiner Amaſien / wie ein furchtſames Thier in dem Garne / dieſelbe ſcheinet ihm ſo ſtarck / daß auch kein Simſon ſich ihr aus den Händen winden ſollte: Alle Minen ſind ihm wie Vogel-leim / an welchen ſeine Federn hängen bleiben / in den ſchwartzen Augen

gen klebet sein Hertz viel fester / als die Fliege im Pech / und wann dieser sein Abgott zu reden anfänget / so düncket es ihm / er werde bezaubert / daß weder Hände noch Füsse sich regen können ; Alsdenn höret man von nichts / als Unterthänigen / gehorsamen / unterthänigen Knechten / Dienern / Sclaven und Leibeigenen / so gar das ein gewisser Spanier ein gantz Buch schreiben können allein von dem Gefängniß der Verliebten. *M. Casp. Neuman. Parént. p. 281.*

AMATORES

Amasiorum nomina in parietibus, aut arboribus, aut foliis scribebant, sic: Ille vel ille est pulcher. *Strides in v. καλὸι p. m. 463.* Amatores & suis amicis generosas aves donare solebant ; Psittaci & similes aves sunt opportunæ amoribus. *Id. p. 37.* Conf. Tit. *Calceis puellarum amatoria Symbola insculpta.* Sed projiciantur amantium imagines.

Si potes, & ceras remove: quid imagine mutâ
Carperis? hoc periit Laodameja modo.

Ovid. II. de Rem. Amor.

AMATORIÆ
Poilicitationes non faciunt matrimonium.

Nonne vanum reputabitur id, quod fatuus cum fatuâ loquitur? Quoniam uterque ob cœcitatem amoris nullum habet animi judicium, non magis, quam furiosus. Et profectò eam ob rem matrimonia, clam contracta, reprobant sub Ecclesiâ. Nam fornicatio potius præsumitur, quàm matrimonium, Cap. II. de clandest. desponsat. & XXX. Q. V. C. I. ap. *Joh. Oldendorpium, Action. Forens. Progymn. Class. IV. Act. XXVI. p. 383. b.* Scio te sponte non tuapte esse, sed amorem tibi pectus obscurasse. *Plautus in Trinummo.*

Ante pedes cœcis lucebat semita nobis :
Scilicet insano nemo in amore videt.

Propert. Lib. II. Eleg. XIV. Amantes de formâ judicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor, inquit *Fabius* alicubi.

AMPLEXUS
Charorum.

Amplexu dimitti & recipi charos, moris Romani fuit, adeò ut jam mortuis idem præstiterint. *Stat. Lacrymis Etrusci Lib. III. Sylv. III. v. 17.*

- - - tenet ecce seniles
Leniter implicitos vultus, sanctamque parentis

Canitiem spargit lacrymis, animæque supremum
Frigus amat.

Idem ibid. v. 176.

- - quantis lassantem brachia vidi
Planctibus, & prono fusum super oscula vultu
Vix famuli comitesque tenent etc.

Græcis in usu quoque, apud quos religionis instar fuit. Hinc de Apolline & Coronide, apud *Ovid.* *Amplexum cadaveris* velut inter necessaria ponentem, *L. II. Met. Fab. IX.*

Ut tamen ingratos in pectora fudit odores,
Et dedit *amplexus*, injustaque justa peregit.

Et de Jasone, in funere Cyzici, *Val. Flacc. L. III. v. 309.*

Fas tamen est conferre genas, fas jungere tecum
Pectora, & exangves miscere *amplexibus* artus.

D. Hofm. L. II. in h. v. p. 189. Sed dentibus obesse, si quis consangvineo cadaveri osculum figat, suâ experientiâ probasse dicit Schickardus, ap. *Geier. de Ebr. Luctu Cap. V. § 11. p. 66 Conf. Quensted. de Sepult. Vet. Cap. V. p. 34. Kirchman. de Fun. Rom. Lib. I. Cap. V. p. 25. seq. D. Joh. Phil. Pfeiffer. Antiq. Grac. Gentil. Lib. IV. Cap. XLII. p. 724. C. Schurzfleisch, de Ritu salutandi per Osculum §. 11.* In Concilio Antisiodorensi decretum, ne mortuis detur osculum, *Paulus Hachenbergius de German. Med. Diss. XII. §. 12. p. 420. Carol. du Fresne in Gloss. T. III. p. 71.*

AMPULLA
Rhemensis.

§. 1.

Unum est è decantatissimis Cimeliis, quo Galli Regnum suum alia Regna antecellere putant. Est illa exigua ex vitro rudi Phiala ficus mediocris magnitudine, quam oleo plenam circa Ann. D. S. Remigio, cum Clodoveum Regem baptizaturus esset, Alba columba attulisse fertur, indeque Reges Galliæ adhuc ungi ungvento ejus cum oleo consecrato mixto, & quidem citra ullam defectus notam communis traditio est, *D. Beeman. Not. Dign. Ill. Diss. 4. c. 2. §. 4. p. 93. seq.*

§. 2.

Sunt inter ipsos Scriptores Galliæ, qui de istâ Sacri olei missione dubitent, veluti *Thuanus l. 109.* A multis de eo ambigitur, ait, cum de illo ipso S. Remigius in suo Testamento fileat, nec Gregorius Turonum Præsul, aliusve ex veteribus fide dignus Autor mentionem ejus faciat. Chifletius credit, baptismum

Clo-

Clodovei piâ scenâ populis fuisse repræsentatum, indeque ortam hanc fabulam de ampullâ per columbam vel Angelum ad ungendum Regem cœlitus porrectâ, *L. Feller. in Horn. p. 206.*

§. 3.

König Ludwig XI. als in seiner Kranckheit weder Vorbitte/ Artzney noch Heiligthum mehr helffen wollte/ ließ er diese heilig gerühmte Ampel von Rheims/ darinnen nach der Frantzosen Vorgeben/ das Oel niemals abnehmen soll/ zu sich holen/ um durch deren Berührung neue Stärcke zu erlangen/ massen auch das Parlament zu Paris verordnete/ solche Ampel mit Königlichem Pracht einzuholen; Allein ehe solche ankam/ endiate der Tod seine vergebliche Furcht/ *Nob. Ziegl.* im tägl. Schau-Pl der Zeit/ *30. Aug. n. 2. p. 1053.* Præter *Ampullam* verò hanc etiam Auriflammæ & Scuti Liliati, sub hoc primum Clodovæo, mentio fieri cœpit, quæ tria cimelia superioribus seculis magni in Gallià æstimata sunt, *H. fm. L. U. in b. v. p. 189.*

AMSTELODAMUM.

§. 1.

Amstelodami sæpè úno die tot appellunt vela, quot dies annus habet, *Larsius pro German. p. 79.* Sagt man sonst: Paris sey der Auszug gantz Franckreichs; So kan man mit gutem Recht sagen/ die Stadt Amsterdam sey ein Compendium und Thresoir der gantzen Welt. Denn wahrhafftig/ was die Welt an allen Enden und Orten schätzbares in sich hat/ siehet man in dem grossen und reichen Amsterdam. Man kan von dieser Stadt mit Recht sagen/ was man ehemal von der Insul Ormas, wegen ihres Reichthums/ gepraset hat: **Wann die gantze Welt ein Ring wäre/ so wäre Amsterdam mit allem Rechte der Edelgestein darzu.** Denn wer Amsterdam nicht gesehen hat/ der hat nichts wundersames gesehen; kan man besser/ als vor diesem von der Spanischen Stadt Sevilien sagen. Der Groß-Hertzog von Florentz/ Cosmus III. da Er/ vor etlichen 30. Jahren/ fast gantz Europam durchreiset hatte/ hat selbst bekennen müssen: **Holland wäre werth/ daß man es zweymal besehe/** *Dn. Zenneri Novellæ Mundi Docti & Curiosi, An. 1693. mens. Octobr. p. 4196.* Amstelodamum ab Amstelâ fluvio sic dictum, opulentissimum totius orbis emporium: Solum ejus adeò palustre, ut ædes festucis ligneis, summo labore & sumtu, in aquam intrusis, insistant. Curia spectatu digna; Duo habet ergastula (Zucht-Häuser/) unum pro maribus, alterum pro fœminis, das Spinn-Hauß. *M. Fried. Hildebrand. Comp. Geogr. Cluver. Dec. XI. S. 3. p. 55.*

§. 2.

§. 2.

Sed præstat in laudem Amstelodami audire cultissimum Poëtam *C. Barlaeum*:

Urbs spatiosa, potens opibus, tectisque superba,
Viribus invidiam, crimina lege domat.
Civibus aucta novis nunquam stat finibus iisdem,
Larius expansis mœnibus hospes abit.
Invertas, fit tota nemus; quo condita fundo est,
Nuper Hyperboreo pinus in orbe fuit.
Quicquid mortalis fingit solertia curæ,
Vel natura suo parturit alma sinu,
Illa dabit; totoque parans commercia mundo
Nunc emere & totam vendere semel amat.
Has adfert, has trudit opes: sic lucra parantur:
Quid valeat fraus, sors, ars, mare, terra, docet.
Moschus, Arabs, Persæ, Maurus, Judæus, uterque
Quod ferat huc, rursusque auferat, Indus habet.
Hanc dum mundus adit, mundumq; hæc ipsa pererrat,
Non urbs fixa loco, sed vagus orbis erit.

Lansius, l. c. Pollentes opibus cives habet, adeò ut licet 300. quandoque navium classis, uno eodemque tempore, appellat, ingentis precii merces conferens, earum tamen omnium promptissimi hic inveniantur emtores, qui statim, vel numerata pecuniâ, vel aliarum mercium permutatione, omnia externarum navium bona comparent, ut, vel sexto etiam die, itineri se rursus committere queant, *Hofman, l. c. p. 190.*

ANAGRAMMATA.

Achabus, Rex Israëliticus; Hic labes evi, trux sacris.
Admonitio, Dominatio. Alitedius, Sedulitas.
Amicus, Musica.

Concentum chordis dulcem dat *Musica* nobis,
Consensum cordis dulcis *amicus* alit.

* * *

Est ab *amicitiâ* non multum *Musica* distans,
Consonat illa *fide*, consonat ista fide.

Franciscus Statius, in Oct. & Lus. Veritat. Epigr. XXX. p. 7. & Epigr. CXII. p. 26.

Animo, Omina, Omnia. Apostolus, O plus asto.

O plus

O plus asto tibi Regum Rex maxime CHRISTE,
Ethnica quam gens, quam fœdus Ebræus item.

Carolus Magnus, Cumulans agros.
Carolus Quintus, Qui clarus notus.
Carteſius, Sectarius.
Confeſſio Auguſtana, An Auguſta confeſſio?
Anne auguſta poteſt dici confeſſio noſtra?
Scilicet & quovis dignior ære rubro.
Dane, Made. Dania, Diana.
Sicut decreſcens ſemper creſcensque *Diana*
Immutas faciem *Daniæ* ſæpè tuam.
Emm. Statius, l. c. p. 32.
Demonicus, Nicodemus. Dorotheus, Theodorus.
Eccleſia, ecce alis.
Ecce alis & lactas divini ſemina verbi
Parva, velut ſolito mater in officio.
Emanuel, Levamen. Eva, ave.
Ferdinandus I. Durans in fide.
Germania, graminea. Germanus, Re magnus.
Henricus, Hinc vires. Henricus Quartus, Quis hunc uret?
Henricus Quintus, Iniqvus hunc teris.
Julius, Livius. Juſtus Lipſius, Pius ſtili uſus.
Laban, Nabal. Laudatur, adulatur.
Leonhardus Hutterus, Redonatus Lutherus. Logica, Caligo.
Leopoldus, Pello duos.
Pello duos, Turcus fugiet, Francusque recedet.
Vid. *Symbola Hiſt. Polit. Principum in Europâ, p. 10.*
LUTHER, juxta lit. init. Lux Vera Totius Hujus Eccleſiæ Romanæ.
JESUS, Es Jus.
Injuſtè juſti cum damnaremus in orcum,
Jus noſtrum es, JESU, noſtraque Juſtitia. *Stat. p. 9.*
ἰησοῦς, σὺ ἡ δίκη, Tu ovis.
H. Engelgrav. Luc. Evangel. P. II. Dom. Palmar. §. 1. p. 327.
JESUS CHRISTUS, Hic ſuis Rus eſt.
Hic eſt crede ſuis Rus non ignobile, ſemper
Mentis non ventris paſcua ſana ferens.
Irus, I rus.

I cole *rus*, *Irus*, non hic admittitur, hic tu
Explosus *risu* in magna pericla *ruis*.
Divitibus tu non acceptus es *Ire* jubent te
De portâ inferni sæpius *ire rei*. *Stat. p. 5. 6.*

Manasses Rex Judæus, Securas animas seduxi.
Maria Magdalena, Mala mea grandia.
Mauritius, Mars vivit.
Mediolanum, en odi malum.
Minister, Mentiris. Mora, Amor. Roma, Maro.
Montecuculi, Centum oculi.

I. *Centum oculi* pro te vigilant Jovis Armiger Ales,
Non potes in bellis succubuisse tuis.

II. In bellis, *Alemanne*, tuis succumbere nescis,
Centum oculi pro Te nocte dieque vident.

III. *Centum oculi* servant, quam quæris, Galle, Coronam,
Non cadet ante tuos unica gemma pedes.

M. Frid. Hildebr. Supplem. Syn. Hist. Univers. p. 184. Anno ab incarnatione Domini 1268. Magnus Cham Cublai inhians provinciæ Mangi, misit exercitum maximum ex equitibus & peditibus conflatum, illique Ducem præfecit *Bajam Cbinsam*, quod sonat *lumina centum oculorum*, quasi Bajam *centum habens oculos*. Hic movit exercitum contra Metropolim Quinsai, ubi curia erat Regis Mangi. Rex videns Tartarorum audaciam & fortitudinem fortiter expavit, conscensâque navi cum maximo comitatu ad insulas quasdam inexpugnabiles se recepit, committens Reginæ custodiam civilitatis Quinsai, atque magnum in eam collocans præsidium. Regina virilem induens animum prudenter se gessit, atque nihil eorum omisit, quæ ad civitatis defensionem necessaria videbantur. Et cum audiret Ducem exercitus Tartarorum vocari *Bajam Cbinsam* i. e. *centum oculi*, plurimum territa est elanguitque virtus ejus: præsertim cum audisset ab astrologis suis atque magis civitatem Quinsai à nullo expugnandam, quam ab eo, qui *centum haberet oculos*. Et quoniam contra naturam esse videbatur, ut quispiam hominum *centum* haberet *oculos*, & ducis illius nomen præsagio quadraret, fato nolens repugnare, vocato Duce exercitus Tartarorum tradit illi liberè civitatem & regnum. *M. Paulus Venetus, de Region. Orient. l. 2. c. 54. p. 111. 112.*

Narva, Varna.

Vid. Hamb. Historische *Remarques* über die neuesten Sachen in *Europâ An. 1701. N. II. 11. Jan. p. 12. 13.*

Pro-

Protestantes, Pro te stantes.

Pro te, CHRISTE, tuo & divino nomine stantes
Turba sumus Ductor quæsumus esse velis.

Sal. Kaselius, in Horis Succisivis, p. 141.

πόλεμος, ἀπὸ μέλιτος.

Purgatorium, Imò purgatur.

Imo purgatur primo, purgatur & imo
Nummorum in loculo, quicquid uterque tenet.

Quid est Veritas? Est Vir qui adest.

Respublica Venetorum, Verè lumen, Caput orbis.

Sacramentum, Sanctum mare.

Est *Sacramentum* quod *sacra* credere *mente*,
In quo nil sciola quærere mente licet.

Saul Rex, Lux eras.

Sigismundus, Musis dignus.

Spira, Paris.

Omnis an quid habet? si paucula grammata vertas,
Quod facile est, *Spirâ* redditur urbe *Paris*.
Omen habet: fuciis Parisinis diruta *Spira* est,
Templa, sepulchra, domus, mœnia nulla super.
Sed super est Nemesis *); poterit quoque vindice cœlo,
Fatum, quod subiit *Spira* subire *Paris*.

*) Nemetum i. e. Spira.

D. J. C. Paulini **Zeit-kürtzende erbauliche Lust**/ *Tom. III cap. XVI. p. 138. 139.* De Urbe Lutetiâ Parisiorum, quam *Paris* vulgò vocamus, Germanis ferè fatali, & sequentia annotari merentur:

Ut *Paris* exitium Grajis, urbs inclyta, nobis
Continuo mortem, aut sæva pericla *paris*.

*** ***

Teutonibus *rapis* aut *ripas* sequanæ inclyta vitam,
Perversè & meritò diceris inde *Paris*.

Thorus, Hortus.

Ut metagramma docet, nihil est nisi fertilis *hortus*,
Ubertim reddens semina jacta, *thorus*.

Fr. Statius, l. c. p. 8. Hinc יוֹעֵץ *adjutorium*, per transpositionem literarum יֶרַע *semen* dicitur, cum per semen fiat sobolis procreatio, *D. Joh. Deutschman. de Jehovâ Elohim, ut Nuptiali Vitæ Socialis Inauguratore, §. 13. p. 153.*

Timet, metit.

Qui *timet* ex toto divinum pectore Numen,
Divitiás Dias divite messe metit.

Turcia, Urtica. Turennius, En iturus, En ut Irus.

Vina, Vani.

Ut *vani* fierent homines, & vana patrarent,
Sæpè effecerant *Vina* liquore suo.

Ursula, Laurus.

Uxor (Ucsor), Orcus.

Insaturabile par sunt *orcus* & *uxor*, ait *Rex*
Unius experiens, alteriusque sciens.
Quisquis in uxorem cecidit, descendit ad orcum:
Ritè inversa sonant *Ucsor* & *Orcus* idem.
Responsio:
Nuncupor *Ucsor* ego, non sim quasi Conjugis *orcus*,
Sed quia per totam sedula *cursо* domum:
In muliere Vir est, ut in orco Beelzebub? Ergò
Infernus si sit fœmina, Vir Satan est.

Anton. Cregutus, Revelat. Arcanorum Cap. III. p. 176.

Wenceslaus, Vanus eluces.

*** ***

Armuth/ Hat Rum. Gelt/ legt.

Das Gelt ist ein gefährlich Haab/
Legt manchen schimpfflich in das Grab/
Denn wer zu sehr dem Gelt nachtracht/
Der legt sich selbst in Jammer-Nacht!

Autor Relat. ex Parn. An. 1699 N. 13. 14. Febr.

Friedrich der Vierdte/

Koenig zu Daennemarck/ Norwegen/ der Wenden und Gothen/
Hertzog zu Schleeßwig-Holstein/ Stormarn und der
Dithmarsen/ Graf zu Oldenburg und
Delmenhorst.

Durch reine Verwechselung der Buchstaben:
Muß gleich die Zierd/ der werthen Norden-Kron/
Den hellen Glantz zum Niedergange neigen/

Komme

Kommt doch dardurch der grosse Wunder-Sohn/
Fort wiederumb aufs Vatern Thron zu steigen.

Auffgesetzet von

G. E. v. F.

Hamburg. wochentl. Curiöser Zeit-Vertreiber/ *An. 1700. 2. Mart. N. 15. p. 119.*

Leben/ Nebel. Margaretha/ Arae Martha.

Margarides septem spoliasse feruntur, Avernum;
Audebunt Erebi depopulare domum!

Reichthum/ Reut mich.
Schlaf/ falsch. Soldat/ Sladot.

Soldaten schlagen todt/ und werden todt geschlagen;
Drum kan man aus Soldat Sladot gar füglich sagen!

* * * * *

Si quæras, quis האדם, Adam? Respondebitur, אדמה, Terra. Quis in virtute Domini ישמח lætabitur? Psalm. XXI. v. 2. respondebitur, משיח. Si perconteris, quis ille sit מלאכי Angelus meus ante faciem populi Israëlitici iturus? Exod. XXIII, v. 23. respondebit metathesis literarum מיכאל, Michaël. Aliqui de Creatore rerum omnium ita svaviter & reverenter delicias suas agunt. Cum quæritur, *quis creaverit omnia*, ut est hæc quæstio apud Esaiam Cap. XL. v. 26. מי־ברא אלה *quis creavit ista*? Respondetur per literarum exiguam & svavem metathesin ex. Gen. I. v. 1. אלהים ברא DEUS creavit. Et quidem (quod ad Rasche Theboth pertinet) בראשית *in principio*, ubi per literam ב בן vel בר i. e. *Filium*, per ר רוח *Spiritum*, per א אב *Patrem*, per ש שם i. e. *nomen*, per י *Jehovam*, per ת תמים i. e. perfectum, Cabalistæ denotari dicunt, ut sit: Filius, Spiritus, Pater nomen Jehova perfectum. Sic חרם *anathema*, per metathesin est רחם misericordia, & aliter רמח quæ vox est Symbolica numeralis valens 248, & designans *numerum membrorum* in corpore humano: Nempè si is, in quem anathema fertur, resipiscat, & seriò pœnitentiam agat, tum pro חרם *anathemate*, consequitur רחם *misericordiam*, si non resipiscat, tunc רחם *anathema* invalescit, & intrat in רמח 248. membra ejus, totumque hominem perdit. Item בלעם בלק *Bilcam. Balac*, per metathesin sunt בלבל עמק i. e. vallis confusionis. מות *mors*, per metathesin est תום perfectio, quia mors piorum est veræ perfectionis exordium. *B. D. Glassius, Philol. Sacr. Lib. II. P. I. Tr. II. S. III. p. 399. 400.*

D. Joh. Nicol. Jacobi, Tract. Philol. Hist. Theol. de Vulneribus Christi P. I. Cap. II. §. 12. p. 61. seq.

ANIMA

Defuncti redit, & deplorat dissolutionem sui.

§. 1.

Judæi lucernam accendunt in pavimento domus per septem dies, quod credant animam defuncti redire ad locum illum, ubi à corpore discessit, & deplorare dissolutionem suam. Imò veniam etiam à demortuo petunt ii, qui deprecari in vitâ forte nequiverunt, prehenso scilicet majori pedis defuncti digito, cum mortuos cuncta credant audire, *teste Gersone P. I. Juden Talmud. Cap. XXXVI. p. 329. 330. Geierus de Ebræorum Luctu Cap. V. §. 12. p. 69. 70.* Geminum huic est illud, quod Muhammedani animas defunctorum septem dies credunt versari circa sepulchra ap. *Pocockium, Not. Miscell. p. 250.* Item, quod de Gentibus refert *Lactantius, Lib. II. Divin. Institut. Cap. II.* inquiens: Vulgum existimare, mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias oberrare. *Geier. l. c.* Purgationibus scilicet non ritè factis, animæ enim non purgatæ post discessum è corpore circa sepulchra errare credebantur. *Joh. Lohmeierus, Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. Cap. XV. p. 143. Clasenius de Oracul. Gentil. Lib. II. Cap. XIX. p. 464. seq.* Reperimus inter exempla Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare solitam, vagamque è longinquo multa annunciare, quæ nisi à præsenti nosci non possent, corpore interim semianimi: donec cremato eo inimici (qui Cantharidæ vocabantur) remeanti animæ velut vaginam ademerint, *Plinius Hist. Nat. Lib. VII. Cap. LII. p. m. 123.*

§. 2.

Concilium Eliberitanum Can. XXXIV. prolubuit cereos accendere in cœmeteriis: Cereos per diem placuit in cœmeterio non accendi; inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt. Quasi verò Sanctorum animæ circa sepulchra palantes vagarentur, veluti, quid ageret corpus in terrâ delitescens, plenæ curarum essent, inquit, *Matthæus Larroquanus Adversar. Sacr. Lib. I. Artic. IV. p. 72.* An unquam auditum fuit, quenquam eorum, qui in fide Servatoris nostri JESU CHRISTI obierit, de suo statu conquestum fuisse, aut voluptates & bona hujus mundi desiderasse, aut hæc illis cœlestibus præferentem huc reverti conatum esse? *Joh. Spinæus de Tranquill. Animi Lib. VII. p. 360. Danhauer. Hodosoph. Phænom. IV. p. 411. seq.* Defunctorum apparitiones non quidem inficior, sed valdè suspectas esse admoneo, Satanâ sese sæpissimè in lucis Angelum, & animarum effigiem transfigurante, inquit *Cornelius Agrippa de vanitate scientiarum Cap. LII.*

In-

Integro anno non recedit à corpore.

Anno integro anima non abest à corpore suo, neque amorem domicilii sui planè abjicit, hinc quamdiu annus iste absolutus non est, remigrare ac retrahi potest à spiritibus in corpus suum, quippè qui in aëre habitant, *R. Menasse Ben Israël de Resurrect. Mort. Lib. II. Cap. VI. p. 171.* Animæ insepultorum errabant centum annis, *Caselius Lib. I. Cap. IV. ap. Laurent. Polymath. Lib. VI, p. 486.*

Non manet mortua usque ad tempus resurrectionis, nec dormit.

§. 1.

Ita Anabaptistæ & Sociniani, Vid. *E. D. Frid. Rappolt de Filiatione Renatorum ex 1. Joh. III, 2. Sect. II. §. 19. seq. D. Mayerus Eclog Evang. ad Dom. I. p. Trin. q 3. Burmannus Syn. Th. T. 1. l. 3. c. 4. §. 31. p. 542. Voët. P. 1. p. 832. seq.* Johannis XXII. P. M. docuit, animas DEum non visuras, nisi post resurrectionem, *Joh. Dallæus de Vero Usu Patrum l. 1 c. 9. p. 181.* Expresse & omnibus credendum mandavit, & præcipuè Sorbonam eò adegit, ut neminem in Doctorem Theologiæ promoveret, nisi prius hoc dogma se defensurum, eique perpetuo adhæsurum Sacramento obstrinxisset, ut testatur ex Adriano *Alphonsus à Castro l. 3. adverf. hæres. D. Paulus Pomian Pesarovius Diss. Inaug. de Paradiso Infernali P. 1. §. 3. p. 15.*

§. 2.

Tertullianus cum cæteris illius ævi putavit, fato functos non prius frui beatitudine, quam seculum finitum esset, *Gabr. Albaspinæus in Tertull. de Orat. p. 442.* Videntur quoque Calixtus & Hornejus ab hoc errore non immunes fuisse. Ille namque in *annot. ad Concil. Trid. Sess. 25. §. ult. & in Tract. de Pactu divino §. 17.* expresse negat animas ante diem extremi judicii DEum videre; An animæ à corporibus suis separatæ etiam ante iterandam cum illis unionem, essentiali beatitudine, & perfectâ DEI visione, quæ fit à facie ad faciem, gaudeant, si non falsum, minimum incertum est, inquit *D. Frid Ulric. Calixtus Epileg. in obitum Filii § 7.* Hic (Hornejus) *Part. 2 Diss Th. Diss. 6. de quat. Nov. §. 24.* beatis animabus ante judicii diem, non nisi πρόγευσιν quandam cœlestis beatitudinis tribuit. Conf. *Lassen. Atheism. Devil. p. 578. D. Casp. Læscher. de Stellâ Mennonitarum Phantasm. & D. Joh. Olear. Syn. Error. Armin. Diss. 16. §. 90. p. 94.* Idem error Moscovitarum, *D. Joh. Ern. Gerhardus Diss. Th. de Rel. Rit. Eccles. Moscovit. c. 21.* & Hugonis Grotii, de quo *D. J. B. Carpzov, Conc. Fun. P. 1. p. 84.*

§. 3.

§. 30.

Optimè *Cicero l. 5. de finibus:* Si quispiam ita nonaginta annos velit vivere, ut cum sexaginta vixerit, reliquos dormiat, ne sues quidem id velint. Vid. & *D. Job. Guil. Bajerus Diss. Tr. de Statu pie defunctorum pacifico ex Es. 26. 20. C. 3 9. 4.* B. Lutherum nostrum Papicolæ in Psychopannychitarum erroris societatem trahere conantur, sed eundem defensum vide ap. *Quensted. S. T. P. 4. C. 17. 9. 5. p. 551. Lassen. l. c. p. 579. Hackspan. in Eccles. 9. 5. p. 500. D. Reinhold. Derschaw. Diss. Sol. de Statu Animarum separatarum §. 10.*

Mortalis si statuatur Papam reddit hilarem.

Da zweene Narren vor des Pabsts Tisch einmal mit einander disputirten / ob des Menschen Seele unsterblich wäre; Und einer ja / der ander nein sagte: sprach der Pabst: Jener / der da hielte die Seele wäre unsterblich / redete wohl recht / und hätte gute Argument und Beweisung / aber er hielts mit dem andern / der da sagte: die Seele wäre sterblich / denn es machte ein frölich Angesicht / und einen guter Dinge / *Lutherus Colloq Mens. c. 33. p. 292. a.* De Clemente referunt Autores, ipsum, ex ore Petri Apostoli præceptoris sui hausisse hoc Enthymema: *Si DEus justus est, Ergo anima immortalis est!* Simili argumentandi ratione usus est *Plato in Dial. de anima immortalitate:* Scelestos homines post obitum suorum criminum pœnam dare, justos verò præmia recipere. Quam & ante illum *Socrates* admisisse videtur ap. *Cic. 1. Tusc.* duas animarum è corpore abeuntium vias supereße dicens, alteram, quâ à Deorum concilio longè digrederentur; alteram, quâ facilis illac pateret aditus. Et ipse *Cicero in Lælio* postquam Scipionis facta egregia recensuerat, tandem concludit, eum ex tam alto dignitatis gradu ad superos videri potius, quam ad inferos perveniße. Et sanè verò allatum Enthymema in naturâ fundatum exindè perspicimus: Quicunque summè justus in omnibus dictis & factis, is præprimis in gubernandâ creaturâ rationali solum juris capaci non potest non justitiam suam administrare, & mala facta pœnis, bona verò præmiis afficere. Atqui DEus est summè justus. Ergò. Stante igitur hâc hypothesi DEUM in gubernanda creaturâ rationali secundum suam justitiam unicuique secundum opera remuneraturum esse, stabit quoque vita aliqua residua, in quâ hi justitiæ divinæ actus exerceri possunt; in hâc enim vitâ contrarium quandoque accidere deprehendimus, de quo *Seneca l. c.* & David & alii multoties conquesti sunt, nisi ergò DEUM injustitiæ insimulare velimus, quod citra blasphemiam non fiet, alia nobis concedenda vita est post mortem residua, in quâ retributio hæc locum inveniet, *M. Petrus Westphal. Diss. Pneumat. de Immortalitate Animæ Rationalis ex Naturæ Lumine probata §. 23.*

Bis moritura.

Lacon quidam noctu præteriens monumentum, quum videret ſpectrum, accurrit lanceâ trajecturus: Quo fugis, inquiens, anima bis moritura? *Plut. in Laconicis ap. Zwinger. Th. Vit. Hum. Vol. VIII Lib. IV. p. 2110. b.*

Non curatur, corpus æſtimatur.

Wie geht des Menſchen Fleiß ſo weit!
Wie ſorgſam braucht er doch der Zeit/
Sein Fleiſch in beſtes Tuch zu kleiden!
Verkehrter Sorgen Uberfluß!
Der edle Theil/ die Seele muß
Offt nackt und bloß von hier abſcheiden!

P. Abrah. à S. Clara im Etwas für alle *Cap. LXII. p. 477.*

§. 1.

Sehr nachdencklich iſt die Meditation welche der Sel. Herr *D.* Müller in ſeinen Erquick-St. *p. 442.* über die Sache hat/ wenn er alſo ſchreibet: Die Magd über die Frau. Iſt das nicht verkehrt Ding! So machts/ der mehr ſorgt für ſeinen Leib/ als für ſeine Seele. Den Leib ſpeiſt und tränket er/ der Seelen gönnet er kein bißlein Troſts aus GOttes Wort/ läſt ſie verſchmachten: den Leib kleidet und ſchmücket er/ die Seele läſt er nackt und bloß/ ja unrein und im Blute liegen. Befällt den Leib nur ein geringer Schmertz/ berahtſragt er ſich alſobald bey dem Artzte/ zum Prediger kömt man nicht/ als gar auf die Letzte/ da dem Krancken der bleiche Tod ſchon auf den Lippen; Iſt ein kleiner Geld-Gewinn auffm Marckte zu erjagen/ faſtet mancher und verſäumt ſeine Mahlzeit/ ſoll ſich aber die Seele für GOtt demüthigen/ um ſeine Gnade zu gewinnen/ iſt keines Faſtens gedacht/ da muß dem Bauch von ſeinem Opffer nichts abgehen/ Matth. 6. Iſt das recht? Iſt die Seele nicht mehr als der Leib? der edle himmliſche Geiſt nicht beſſer/ als ein fauler ſtinckender Maden-Sack? Haſt du nicht von der Seelen/ was du haſt/ und biſt ihr ſo gram? Sie gibt dir das Leben/ du tödteſt ſie/ ſo manche Sünde/ ſo mancher Mord-Stich. Sie erhält dich/ du verderbſt ſie; Sie ſtärcket dich du ſchwächeſt ſie: ſie ehret dich/ du ſchmäheſt ſie/ iſt das wohlgethan? was hilffs dich/ ob du die gantze Welt gewönneſt/ und nehmeſt Schaden an deiner Seelen? Trachte am erſten nach dem Reiche GOttes und nach ſeiner Gerechtigkeit/ ſo wird dir das andere alles zufallen. Sorgſt du für deine Seele/ ſo ſorget GOtt für deinen Leib. Lehren und nehren folgen auf einander/ läſſeſt du JEſum deine Seele lehren/ ſo wird er auch wohl deinen Leib ernähren. Es findet ſich

leicht ein Bißlein Brods/ das den Leib sättiget/ wann die Seele zuvor mit GOttes Wort gespeiset ist. Ohn dein Sorgen versorget GOtt den Leib/ wann du für deine Seele sorgest. Ich will die Frau lassen Frau/ und die Magd Magd seyn. Der Seelen gebühret der Vorritt. Maria hat das beste Theil erwehlet; der Leib wird auch seine Martha und Pflegerin wohl finden/ *Rev. D. Misander* in der Cr. d. Fl. *p. 1626.* ubi & in sequentibus de hac materiâ plura.

§. 2.

Chrysostomus hat in seiner zwölfften Oration eine lange Beschreibung von den Pfauen/ endlich verwundert er sich bey dem Beschlusse desselben über die Thorheit der andern Vögel/ und erzürnet sich/ daß deren keiner sich zu den Pfau nahete/ desselben Schönheit zu beschauen/ da sie doch alle so närrischer Weise um die Eule herum flögen; Eben also machen es die Menschen mit der Seele und dem Leibe; Die Seele/ ob sie gleich recht verwunderns würdig ist/ so wird sie doch nicht geachtet/ wie herrlich sie auch ist/ der Leib aber hat viel Ausputzens und Zierens. Manche machen es mit ihrer Seele/ wie die Bauren/ so zu Marckte gehen/ die hängen die Schuhe auf den Rücken/ und gehen barfuß/ da ist ihnen mehr an den Schuhen/ als an den Füssen gelegen: Also manche schonen ihres Leibes/ muthen aber der Seelen ein weit mehrers zu/ achten also den Leib höher/ als die Seele. Wann in einer Stadt zwey Wirthshäuser wären/ in dem einen würde das Pferd/ in dem andern der Mensch besser gewartet/ es zöge aber einer da ein/ wo das Pferd besser gewartet würde/ thäte er nicht thöricht? Also der Mensch/ welcher den Leib mehr/ als die Seele versorget/ thut dergleichen. Wäre das nicht eine Thorheit/ wann einer sein Haus von aussen schön weissen liesse/ das Gemach aber/ darinnen er selber wohnte/ wäre voll Unflat und Stanck/ würde ihm nicht iedermann für einen Narren halten? Mein lieber Christ/ wie wäre es wann du auch die Art an dir hättest? Mancher weiß seinen Leib gewaltig in acht zu nehmen/ aber um die Seele ists schlecht bewandt/ Geier/ Buß-St. *Dom. XXI. p. Trin. p. 450.* Multi quidem magis curant suas tunicas, quam animas: Sed qui sapit animæ suæ curam omnibus anteferat, semperque cogitet illud Angeli, quod dicebatur Lotho: *Salva animam tuam*, Gen. XIX, 17. *B. D. Balth. Meisner. Medit. Fest. de VII. Verbo Christi in Cruce, p 302.* Leib und Seele schweben gleichsam auf einer Wage/ was einem zugehet/ das gehet dem andern ab: wollte GOtt! daß diese Wage allezeit gleich stünde/ und man so viel für die Seele/ als für den Leib sorgte/ Harsdörffer im Schau-Platz Lust- und Lehrreicher Geschichte/ *Cent. II. cap. C. §. 78 p. 368.* O anima, DEI insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, donata Spiritu, redemta sanguine,

gvine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, unde multa pateris? Et postea: Cur carnem tuam pretiosis rebus impingvas, & adornas, quam post paucos dies vermes devoraturi sunt in sepulchro: animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? Dominam ancillari, & ancillam dominari magna abusio est. Totus iste mundus ad unius animæ pretium existimari non potest, *Bernhard. in Meditat. cap. III. p. 1051.* Bist du wohl so einfältig/ daß du in ein gemietet Haus viel hinein baust/ es kostbar ausmahlen lässest/ oder gar auf einen fremden Grund neue Häuser baust? O wie thöricht bist du/ der du auf leibliche und irrdische Dinge dich verlässest/ hingegen für die Seele im geringsten nicht sorgest. Wer speiset ein höltzern Bild/ und lässet eine lebendige Seele verschmachten? Wer setzet die Magd am Tisch/ und stösset die Frau hinaus? Was liegt am Kruge/ wann der Balsam verschüttet ist? Was ist am Kästlein/ wann das Kleinod daraus verlohren? Und wer ist so thöricht unter den Christen/ daß er sich um den nichtigen Leib bekümmere/ und die unschätzbare Seele fahren lasse? D. Müllers Danck-Altar/ *p. 270. ap. D.* Christian Weidling in der *Orat.* Schatz-Kammer/ *P. II. p. 393. 394.*

§. 3.

Es wird gemeldet/ daß bey denen Sinesern eine gewisse Secte derer Priester gefunden werde/ welche sie Naustolinen nennen. Diese prediaen/ und betheuren gegen das Volck mit hohen Eydschwüren/ daß die vernünfftige Geschöpffe/ gleich wie die unvernünfftigen Thiere/ leben und sterben. Und deßwegen/ weil die Seele sterblich/ sollte man seinem eignen Leibe selbst recht gütlich thun/ und sich seiner Güter gebrauchen/ weil man lebet. Wer hingegen der widrigen Meinung beypflichtet/ sprechen sie/ der handele hierinnen sehr albet und thöricht/ Christoph Arnold/ Zugaben *Cap. 10. p. 686.* Es dürffte manchem nicht entgegen seyn/ wann unter den Christen auch Prediger gefunden würden/ die dergleichen Lehre führeten/ wie viel sind derer/ welche mit jenen Epicurern/ 1. Cor. XV, 33. zum Wahl-Spruche führen: Lasset uns essen und trincken/ denn morgen sind wir todt! Und dürffte mancher Prediger von seinen Zuhörern sagen können/ wie dort Mich. II, v. 11. Wann ich ein Irrgeist wäre/ und ein Lügen-Prediger/ und predigte wie sie sauffen und schwelgen sollten/ das wäre ein Prediger für das Volck/ *M. J. D.* Ernst Bilder-Haus/ *P. III. Concl. V. S. II. C. LXI. p. 239.*

§. 4.

Hæc omnes petimus fata, nec amplius
Juratos superis qui tetigit lacus,

Usquam est. Ut calidis furnus ab ignibus
Vanescit per spatium breve sordidus:
Ut nubes gravidas quas modò vidimus,
Arctoi boreæ dissipat impetus;
Sic hic, quo regimur Spiritus effluet.
Post mortem nihil est, ipsaque mors nihil,
Velocis spacii meta novissima.
Spem ponant avidi, solliciti metum,
Quæris, quo jaceas post obitum loco?
Quo non nata jacent.
Tempus nos avidum devorat, & chaos,
Mors individua est noxia corpori,
Nec parcens animæ.

Seneca in Troad.

Ennius æternis exponit versibus edens,
Quod neque permaneant animæ, neque corpora nostra,

Lucret. Lib. I. de Naturâ rerum.

§. 5.

Sed velle putare, animam una cum corpore interire, stolidum est, hominisque verè carnalis, & post hanc vitam nihil esse cupientis, *Isidor. Pelus. Lib. III. Epist. 235. p. 599.* Vid. *D. Jacob. I. Lang/ Superint. Narvæ, Diss. Inaug. de Introductione Catechumeni in Sacram Scripturam, An. 1690. Aloe bab. cap. IV. §. 3. p. 19. seq.* Scimus quod adsit Tempus, adsit etiam Æternitas: Ast DEUS noster sic disposuit, ut homo creatus de utroque participaret, quippe hominem posuit in mundum, ceu in medium quoddam, inter tempus & æternitatem, & dedit homini de utroque, partem, scilicet corpus, de tempore, animam de æternitate, *B. Lutherus, Tom. III. Op. Witt. in explicat. Psal. XC. p. 440. Bened. Reichardus, in Panег. Georg. Wilh. El. Brandeb. dict. p. 80. 81.*

§. 6.

Valeat ergo Petrus Pomponatius, Mantuanus Monachus, qui de animæ mortalitate ex professo scripsit, & miris sophismatibus impietatis suæ Patronum Aristotelem introducere conatus est. A Legato ergo Bononiensi ob impium dogma accitus, & *utrum immortalem esse animam crederet?* interrogatus; Non credo, respondit. Ibi exclamantibus universis, renidens subintulit: *Immortalem esse non credo, sed scio.* Itaque re in jocum versâ, impunè dimissus est. Meminit illius quoque *Joh. Vierius. Lib. V. de Dæmonum præstigiis. Zwingerus, T. V. H. Vol. VII. Lib. V. p. 1962.* In jure animæ salutis nemo præsumitur esse immemor. Vid. *Barbosa Thes. LL. CC. Jurispr. Liv. I. Cap. LXI. Ax. II. p. 61.* Et

anima

anima omnibus rebus est præferenda, tanquam magis pretiosa, *Id. ib. Ax. IV. D. Frid. Pruckman. Tr. de Regalibus §. de Venatione, n. 64.*

Corpori præstat.

Fällt gleich das Pferd/ wann nur der Reuter davon kommt; Also/ verdirbt gleich der Leib/ wenn nur die Seele nicht Schaden leidet/ denn an derselben ist am meisten gelegen.

Divinum quid.

§. 1.

Nonnulli ex Hebræis vocem נשמה animæ, Gen. II, 7. à שמים, quod Cœlum significat, ideò derivatam esse volunt, quod anima hominis divinum quiddam sit, cœlitus profectum, atque adeò immortalis *D. B. Bebelius, de Clamore Sanguinis Habelis & Christi ad Hebr. 12. 24. §. 25. p. 25.* Wer kan die Herrlichkeit und den Pracht der menschlichen Seelen/ damit Sie in ihrer Unschuld von ihrem Schöpffer geschmücket war/ aussprechen/ und zur Genüge beschreiben? Sie war eine Käyserin und rechte Fürsten-Tochter mit göttlicher Weißheit/ Klarheit/ Reinigkeit/ Heiligkeit/ Gütigkeit/ Holdseligkeit/ und allerley Vollkommenheit gezieret; Sie war ein heller Spiegel/ darinnen das ewige Licht in seinem Glantze spielete; Sie war als eine Crystallene Kugel/ voll reines Wassers/ dadurch die Sonne scheinet/ und ihren Glantz gleichsam schöner und anmuthiger machet; Sie war ein irrdischer Engel oder Geist/ mit Fleisch angethan und bekleidet/ welches sie allenthalben mit ihrer Lebens-Krafft süßiglich erfüllete/ und darinnen/ als in einem schönen Pallast mit Lust wohnete und herrschete; Sie gieng als eine Braut des Höchsten/ gleichsam unter Rosen und Lilien spazieren/ Sie ward von ihm an der Hand geführet/ mit seinem Licht stets um- und durchleuchtet/ von den Heiligen Engeln umgeben und bedienet/ von denen andern Creaturen/ als ein Ebenbild ihres Schöpffers verwundert und verehret. Sie war als eine liebliche Quelle/ die ihr Wasser aus der Tieffe der Gottheit empfieng/ ich will sagen/ die ihre Gedancken aus GOttes eingeben hatte/ und dieselbe zu GOttes Ehren richtete: Kurtz/ Sie war eine Heilige Wohnung des Höchsten auf Erden/ darinnen Er ruhen/ und sich herrlich bezeigen wollte/ darum hat Er nach allen andern Creaturen Sie zuletzt erschaffen/ und darauff geruhet. *Scrip. SS. P. I. Conc. I. §. 15. p. 8. P. III. Conc. IV. §. 8. p. 942. sq. D. Gerstäcker in simil. p. 1130.*

§. 2.

En hominem, divinæ opus admirabile dextræ,
Una cui pars est spiritus, una caro.

Ossibus hæc fulta est, variosque intexta per artus,
Surgit in hoc mirum corporis alta decus,
Majus adhuc animæ precium est, majorque venustas;
Exprimit autorem nam typus iste suum,
Si quæ Cæsareos referunt numismata vultus,
Rursus ad augustas sunt referenda manus,
Trademus ne animam vitijs stygioque Tyranno?
Soli danda DEO est, cum sit imago DEI.

* * * * *

Hier steht ein GOttes-Bild / der Mensch / das Pracht-Geschöpffe /
Dran GOtt sein Meisterstück an Leib und Seel gemacht.
Die Seulen der Gebein / der Glieder Fugen-Knöpffe /
Die Nerven / Fleisch und Haut stehn im erhabnen Pracht.
Doch schöner ist die Seel / die nicht ins Auge fällt:
Weil sie den Schöpffer hier vor / nach den Leben / stellt.
Erkennt man nun ein Bild auf ächt-geprägten Müntzen /
Auf welchen es die Welt durchrennet sonder Ruh:
Bringt mans an Steur und Schoß / aus allen Reichs-Provintzen /
Dem Käyser / dem es gleicht / gantz unterthänig zu:
Was liefert ihr denn euch der Sünd' und Höllen-Höhl:
Gebt GOtt / was GOttes ist / sein Bildniß / eure Seel!

P. Abr. à S. Clara im Huy und Pfuy *in v. Homo p. 163.*

Ad DEUM revertitur.

Cohel. XII, 7.

Salomo l. c. de piorum obitu scribit; הרוח תשוב אל האלהים Spiritus revertitur ad DEum. הנשמה העליונה i. e. הרוח anima superior, sive rationalis, ut *Aben Melech in Michlal Jophi* annotat, quæ non est מקרה accidens, כי המקרה לא ישוב quoniam accidens non revertitur, ut eruditè h. l. *Aben Esra* disputat. Spiritus talis morte non extingvitur, sed cum DEO vivit, lætatur, triumphat. Quid verò de corpore? Neque de illo conclamatum est, nec generosa illa hominis fragmina, & piæ animæ habitacula verè mortua sunt, sed somno tantum data, & tanquam depositum certissimè olim reddendum terræ concredita. *Illustris Augustei, quod Leucopetra est, Collegium in funere Job. Davidis Dn. Job.* Schieferdeckers *Fil. Chariss. An. 1669.*

Unica.

Unica.

§. 1.

Impia certè & profana vox celebris cujusdam Neapolitani fuit, qui dicere solitus fuit, se binas animas in uno corpore habere, unam quidem DEO dicatam, alteram verò unicuique, qui illam vellet, *Heidf. c. 15. p. 297.* Quemadmodùm & Judæi in Sabbatho se duas habere animas gloriantur ap. *Al. Ross Tot. O-b. Rel. Div. t. f. 43.* ingruente Sabbatho infundi homini dicunt, נְשָׁמָה יְתֵירָה animam excellentiorem, quæ cessante Sabbatho rursum auferatur, & probant ex Exod. XXXI, 13. ubi extat verbum וַיִּנָּפֵשׁ animabitur, *Hackspan in Es. LVII, 16. p. 702. Danh. Herm. Sacr. S. 2. p. 473. D. Joh. Affelman Synt. Ex. Acad. P. 1. D. 15. §. 58. p. 440. & omninò Buxtorff. Synag. Jud. c. 16. p. 344. seq.*

§. 2.

Quidam ne unicam quidem agnoscunt; Aristoxenus Philosophus, cit. *Lactant. l. 7. c. 13. de Divin. Præm.* asserere ausus fuit, nullam omninò esse animam, etiam cum vivit in corpore, sed sicut in fidibus ex intensione nervorum effici concordem sonum, atque cantum, quem Musici harmoniam vocant; Ita in corporibus, ex compage, viscerum, ac vigore membrorum vim sentiendi existere; Eundem secutus errorem etiam Dicæarchus Peripateticus, *D. Joh. Lassen. Atheism. Detect. N. 1. p. 497. D. Affelman. Synt. P. 2. Exeg. 3. §. 70. p. 104. Majolus in Supplem. D. C. Coll. 1. p. 82.* Hos qui deliraſſe non putat, ipse delirat, inquit *Heidf. l. c. c. XI. p. 240.*

§. 3.

Omnia ferè duplicia naturæ nostræ DEUS dedit, binas aures, binos oculos, binas manus, binos pedes: si alterutra pars è duabus læsa fuerit, necessitati per alteram inservimus: animam vero unam dedit nobis; hanc si perdiderimus, quid superest, quocum in vitâ permaneamus? *Chrysost. Orat. de Animâ.* In Scripturâ, seu Ps. XXII, 21. Ps. XXXV, 17. vocatur יְחִידָה *Unica;* (Vid. *D. Just. Christoph. Schomerus, Specim. Theol. Mosaic. c. 4. §. 13.*) Sed quomodò *Unica*, cum tres in homine dentur Animæ, rationalis, vegetativa & sensitiva? Resp. Anima vegetativa & sensitiva sunt facultates animæ rationalis, nec essentiâ ab ipsa animâ rationali differunt: sed continentur sub ipsâ non aliter ac in pentagono tetragonus, trigonus angulus; Item in quinario quaternarius & ternarius. Hinc Moses, Gen. II, 7. Et inspiravit DEUS in nares hominis נִשְׁמַת חַיִּים i. e. *Spiraculum vitarum*, h. e. vitam vegetabilem, sensitivam & rationalem. In plantis & animalibus anima vegetativa & sensitiva moriuntur; Sed cum corpore hominis nullo modo extinguitur, sed redit ad DEum, corpus suum in novissimo die revisura. *Conr. Arlacus Phys. Mosaic. in Gen. II, 7. Probl. 9. p. 340. 341. Conf.*

Vos-

Voſſius, de Idolol. l. 3. c. 40. p. 930. Joh. Claubergius, Diſp. Sel. Diſp. X. §. 4. p. 70. R. Men. ben Iſraël de Reſurrect. mort. l. 1. c. 9. §. 4. p. 59.

§. 4.

Pluralitatem tamen Animarum in Homine realiter diſtinctarum defendit *L. Joh. Chriſt.* Sundeshagen / *Theſ. Sorg. quem vide & quidem c. 3.* Tract. elegantiſſ. de Unâ in uno homine Animâ ſcripſit *M. Matthias Gruvius, Conf. M. Joh. Georg. Petri, DEus in Natura Adminandu repraſentatus p. 55. ſeq. D. Frid. Calixtus, de Triſſychitarum & Monopſychitarum Concertationibus §. 63. ſeq.* Unitatem Animæ defendit & *Voëtius, D. S. P. 1 p. 764. ſeq.* Gnoſtici duas homini fideli tribuebant animas, unam ſanctam, è divinâ ſubſtantiâ oriundam, alteram à DEO inſpiratam, homini cum brutis communem, quarum hæc peccata committat, & ex hominibus in bruta transmigret, juxta mentem Pythagoræ, *Pfanner. Theol. Gentil. p. 429. M. P. Stockman. Elucidar. Hereſ. p. 248.*

Eſtne in loco & quomodò in corpore?

§ 1.

Ratio dubitandi eſt: quia anima eſt in corpore; Si autem in corpore, ergò & in loco? Reſp. Animam, quatenus cum corpore, ſeu reſpectu corporis conſideratur, eſſe in loco. Verè enim ibi eſt, ubi corpus eſt, nec quoad vivit homo, alibi eſt, quam in corpore. Quod ſi vero iterum quæratur; Qua in parte corporis ſit: in cerebrone, an in corde, an alibi? & quomodo ſit in corpore, ignorantiam hic noſtram fateri nos oportet. Eſt enim anima ſpiritus incorporeus: & proinde longe alia illius, quam corporis eſt ratio Corpus ſiquidem in loco eſt ſecundum dimenſiones, quæ ſunt longitudo, latitudo & profunditas. At dimenſiones animæ non inſunt, cum ſit immaterialis: quomodo igitur erit in loco? quomodo etiam non tam in epate erit, aut ventriculo quam vel in cerebro vel in corde? quandoquidem ſi in uno eſſet certo loco, magis in illo, quam in alio eſſet efficax, Sed non minus in epate eſt efficax, quam in corde: non minus in digito minimo, quam in capite. Ergo non ſecundum certum locum erit in corpore.

§. 2.

Statuimus igitur Animam totam eſſe in toto corpore, & qualibet ejus parte, nec minus in unâ parte, quam in alterâ eſſe præſentem: nihil obſtante eo, quod contra hanc ſententiam affert Ariſtoteles (Lib. περὶ ζώων κινήσεως). Eſt enim anima in corpore, ſicut punctum in totâ lineâ, hoc eſt, perinde ut ex fluxu puncti in punctum tota linia cõtinuatur atque perficitur: ita & totum corpus perficitur ab animâ, ubique in corpore præſenti. Et valde probamus hîc argumentum *Auguſtini Cap. XIV. de magnitudine animæ:*

Spiri-

Spiritus ibi est ubi exercet suas functiones.
Sed anima in singulis partibus corporis exercet suum officium.
Ergò in singulis etiam partibus est præsens,

Simile: Lux per totum aërem spargitur: adeoque omnem circumfusum spatium æqualiter illustrat, neç minus in uno, quam in alio lucet loco: Ita & anima, quæ & ipsa illuminat corpus, non minus in unâ parte corporis lucet, quam in alterâ: sed ubique ipsius essentia in corpore verè est præsens. *G. Bachmanus, Exercit. Philos. Cent. III. Q. XLVI.*

§. 3.

Notetur autem, Animam rationalem impropriè appellari totam. Nam *Totum* propriè dictum præsupponit compositionem quandam vel è partibus essentialibus, vel integralibus, quorum neutrum dixeris de Animâ Humanâ. Hinc sensus quæstionis magis negativus h. m. quam positivus est. Hoc nempè quæritur: *An quicquid habet A. R, sive partes sint, sive non, id totum in toto corpore & totum in qualibet corporis parte reperiatur?* Et hoc est, quod affirmamus I. *Quia nullas habet partes.* Q. nullas habet partes, illud secundum totum est, ubicunque est. Atqui A. nullas habet partes. E. Majoris consequentia patet exinde, quia partialis præsentia, quâ aliquid secundum aliquam partem hic, secundum verò aliam partem alibi est præsens, supponit pluralitatem partium, quam quia Spiritus, utpote Ens simplex, non admittit, necessum est, ut secundum omne id, quod est de essentiâ ejus in omnibus sui ubi partibus, à quibus denominationem habet, existat. Minor ex Pnevmaticis supponitur. Stat ergò conclusio. Undè porrò argumentamur: Si anima secundum totum est, ubicunque est, sequitur, quod tota sit in toto corpore, & tota in qualibet parte. Atqui verum est prius, ut ex allato argumento constat. E. & posterius. Consequentia patet, quia Anima in toto corpore, nec non in singulis ejus partibus operatur; Præsentia verò operationum arguit quoque præsentiam principii, à quo oriuntur. II. *Quia inextensa est ac indivisibilis.* Q. inextensum est ac indivisibile, illud non secundum partes est alicubi: Sed Anima ita se habet. E. Major probatur: quia, quod secundum partes est alicubi, necessariò ponit partes extra partes, easque divisibiles. Minor constat, quia inextensio & indivisibilitas sunt affectiones Spiritus ut sic. E. Anima quoque de iis participabit. III. *Quia Anima est illocalis.* Q. est illocale &c. A. Anima est illocalis. E. Major: quia Localitas ab illocalitate in eo distinguitur, quod illa neget præsentiam Totius in quâlibet spatii parte, hæc illam ponat. Minor è Spiritus naturâ liquet. Manet E. quod Anima sit tota in singulis corporis partibus.

§. 4.

In contrarium objiciunt; Si tota Anima est in manu vel pede &c. Se-

queretur, abscisâ illâ parte animam abscindi. 2) Si tota Anima est in unâ parte, sequitur, eam non esse in alterâ totam, quia, quod alicubi totum est, ejus nihil est extra. 3) Quia omnium consensu Anima sedem suam habet in corde: E. non in omnibus partibus est tota. 4) Quia manus, brachia, pedes &c. non intelligunt, volunt, loqvuntur &c, consequentiam probant, quia ubicunque est essentia animæ, ibi etiam ejus sunt facultates inseparabiles &c.

§. 5.

Sed Resp ad 1) A R. quæ est Spiritus, nullo modo potest abscindi aut dividi; Abscissis igitur membris, iis non amplius inest, sed eo ipso momento, quo abscinditur membrum, illud deserit unicè, postmodum truncatum corpus inhabitans, sive, ut loqvuntur, in se ipsam eo ipso temporis momento retrahitur, sine tamen sui duplicatione, vel triplicatione, non secus atque Angelus sine omni quantitatis incremento vel decremento se per totum conclave potest diffundere, & liberè iterum se totum in puncti ἀδιαιρέτῳ contrahere, sicut eleganter *Scaliger*. Ad 2) R. D. inter *totam animam* & *Totum Animæ*. De hoc concedimus, quod non sit in hâc vel illâ parte; De illâ verò negamus consequentiam. Ratio connexi de *priori*, non de *posteriori* loquitur. Ad 3) dicimus, committi fallaciam Homonymiæ. Habet enim anima sedem suam tantum in Corde sc *radicaliter*: Nos autem loquimur de τῷ Esse in aliquâ parte *subjectivè* s. *derivativè* (ut loqvuntur) quod omnibus partibus est commune. Ad 4) repsr. Neg. Consequentiam. Ratio adducta non probat, quod probare debet. Nimirum hoc saltem probat, quod Anima in brachio, pede &c. habeat actum primum intelligendi, volendi &c. quod non absurdum est asserere. Non autem, quod actu intelligere, velle, loqui &c. in iis partibus debeat. A Facultatibus ergò ad exercitium malè colligitur. Operationes enim Animæ in statu unito fiunt per certa organa: Ubi itaque eadem sunt, ibi suas exercet operationes. Cum verò manus, pedes &c. non sint idonea intellectionis, quæ per Specierum intelligibilium receptionem fieri debet, organa, hinc est, quod actus intelligendi ipsis non competat, *M. Clemens* Schütze/ *Diss. Phys. de Animâ Humanâ Sect. Poster. Quæst. III.*

§. 6.

Est in corpore, & in singulis ejus partibus tota α) *Totalitate* scil. non *quantitativâ*, sed *essentiali* & *potestativâ*. β) non modò κατ' ἐνέργειαν, & actualiter, sed κατ' ἕξιν, *subjectivè* & *originaliter*. *D. Joh. Affelman. Synt. Exerc. Acad. P. 1. p. 442. M. C. Bödick Exerc. Philos. de Prærogativâ Angeli & Animæ Rationalis Cap. I. §. 12.*

In Corpore tanquam Carcere.

§. 1.

Σῶμα hoc animæ σῆμα sepulchrum quidam esse tradunt: quasi ipsa præsenti

ſenti in tempore ſit ſepulta; atque etiam, quia anima per corpus σημαίνει, ſignificat, quæcunque ſignificare poteſt, idcircò & σῶμα jure vocari; ſeu quia in corpore tanquam carcere quodam σώζηται, ſervetur, quoad debita quæque expendat. (Quid ſi invertatur originis ratio, atque dicatur σῶμα dici, quod ab animâ ſervetur, quippe quæ vitam corpori conciliat, largiturque ſubſiſtentiam, *M. Tobiæ Eckardus, in Paulo Athletâ ex 1. Cor. IX. 26. 27. §. 1.*) Corpus Græci δέμας nominant, tanquam anima ab eo hoc in loco præter naturam δεδεμένη, h. e. illigata ſit, ideoque & vocabulo à vi deducto, vitam nominarunt βίον, quasi τὴν βίαν. Quid βίος, niſi βία, h. e. vis & moleſtia? quid σῶμα, niſi σῆμα ſepulchrum? χρῶμα nitor, πτῶμα cadaver? Quid δέμας, niſi δεσμός i. e. vinculum? Quid γένεσις, niſi εἰς τὴν γῆν ὦσις, h. e. in terram dejectio? βίος ἀβίωτος, vita non vitalis, quia plena miſeriarum, *Heidf. c. 36. p. 705. Magir. Polymn. p. 557. Pfanner. Syſt. Theol. Gent. Pur. c. 9. §. 10. p. 265. Phil. Mornæus de V. R. C. c. 17. p. 301. Lycoſth. Apoph. p. 51. Claſen. in Conviv. 7. Sap. Plut. p. 37.*

§. 2.

Plato humanum genus oſtreorum ſimile eſſe dixit; nulla enim potuit ſimilitudine noſtræ imbecillitatis naturam ſignificantius explicare, cum Oſtrea indicium eſſe dixit animi in corporis carcerem & tenebras conjecti: ita enim DEUS corpori animam adglutinavit, ut neceſſarium ſit hominem corporis affectibus tangi vel invitum. Vid. omninò *Joh. Pier. Valerian. Hierogl. l. 28. c. 52. p. 259.* Peripatetici dicunt animam interdiu corpori ſervitium præbere, & involvi, neque purè veritatem perſpicere poſſe. Noctu verò liberatam à miniſterio corporis, & in orbem juxta thoracem redactam, magis ad prævidenda futura idoneam eſſe, unde exſiſtunt inſomnia, *Æ. Gianu, Var. Hiſt. l. 3. c. XI. p. m. 66.*

§. 3.

Igneus eſt illis vigor, & cœleſtis origo
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras
Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cœco.

Virg. VI. Æn. Conf. Tit. *Corpus animæ carcer.*

Epimenidis Cretenſis emiſſaria.

Hujus animam ferunt, quoad vellet, & exceſſiſſe è corpore, & in id eſſe reverſam, quod & de Hermotimo Clazomenio perhibetur, *Suidas in v. Epimenides, p. 314. 315.*

Mendici tam nobilis, quàm Imp. Rom.

Mendiculus poſtremiſſimus tam nobilem ac pretioſam habet animam, atq;

Imp. Rom. Magdalena Ferdinandi I. filia Regina dicere solebat, *Drexel. in David, c. 2. §. 3. p. 1140.*

Sobolis an animâ utriusque Parentis in & per semen traducitur.

§. 1.

Resp. Affirm. Nam causæ partiales in toto concursu stant pro unâ, h. e. illæ causæ, quæ necessario, sociatæ sunt, ita quidem, ut ad effectus productionem ἀναγκαίως requirantur, in concursu seu causatione, ut Philosophi loquuntur, stant pro unâ causâ, aliterque considerari non debent, ac si unica duntaxat esset. Jam Pater & Mater sunt causæ partiales generationis filii, quia naturaliter & ordinariè nec Pater sine matre, nec mater sine Patre prolem gignere potis est, quocirca in concursu, ipso generationis actu, stant pro causâ unâ, adeoque animæ Patris & matris in coitu non debent considerari divisim, ac velut seorsim existentes, sed conjunctim, tanquam unica causa & anima. Quemadmodum enim tam arcta ibi est corporum conjunctio, ut mas & fœmina, licet corporibus & sexu sint distincti, dicantur *una caro*, ita nihil absurdi est, si dicamus; animas utriusque Parentis in se individualiter distinctas, ex singulari illa Dei ordinatione & benedictione, in actu generationis sic conjungi, ut utraque evadat una, quæ in illâ unius carnis copula unam in semine de se producat animam. *M. Otto Ursinus, in Fasciculo Quæstionum in Theologiâ admodum vexatarum Q. XXXII. p. 63. seq.*

§. 2.

Porrò: Omnis causa univoca producit effectum in specie sibi similem.
Homo generans hominem est causa univoca hominis generati. Ergò.
Et per consequens non tantum corpus, sed etiam animam generat.

Corpus enim humanum non absolvit hominis esse; sed anima potius rationalis dat homini esse formale. Pone jam, Parentes solum corpus sobolis producere, parentes non amplius erunt causæ univocæ sobolis suæ, sed æquivocæ. Patet insuper conclusionis veritas exindè, quod generationis terminus proximus sit forma, ultimus autem totum compositum. Ubicunque igitur datur vera generatio, ibi producitur totum compositum, & consequenter ipsa etiam forma. Atqui in humanis datur vera generatio. Ergò. Philosophi enim fatentur, non materiam seorsim, neque formam seorsim, sed totum compositum generari; Et bovis alias generatio hominis generatione esset perfectior & præstantior: Cum bos totum bovem generet, hominis autem generatio totalis ita non sit, *B. M. Joach. Lisseni, Præceptor olim Leucopetraus fidelissimus in Colleg. Metaphys. privat. hab. de Causâ Efficiente, Quæst. II.*

§. 3.

§. 3.

EGen. I, 28. ita colligimus:

Quemcunque effectum, sortita est benedictio divina in animantibus brutis, eundem, & non minorem habuit in homine primævo.

Atqui in animantibus brutis benedictio divina eum sortita est effectum, ut quodvis sibi simile generet. Ergò.

Majoris ratio patet: quia benedictio, quam DEUS Gen. VIII, 17. conjunctim & homini & brutis concesserat, postmodum Gen. IX, 1. ad solum hominem restringitur. Deindè è Gen. V, 3. ita argumentamur:

Quicunque gignit Filium ad imaginem suam, is genito non solum corpus, sed & animam communicat.

Sed Adam genuit Filium ad imaginem suam E.

Major probatur: quia ut aliquis sit, & dicatur Filius duo requiruntur, 1) ut sit naturæ intelligentis, 2) ut generans genito eandem naturam communicet. Deinde imago Adami opponitur imagini DEI, nihilque aliud per eam intelligitur, quam natura hominis peccato depravata, vel contaminata; jam vero peccatum, aut natura peccato depravata sine animâ esse nequit. Qui ergò communicat naturam peccato contaminatam, is etiam communicat animam, quæ est subjectum & πρῶτον δεκτικὸν peccati. Atqui Adamus generans Filium ad imaginem suam communicavit genito naturam peccato depravatam. E.

Si CHRISTUS tam corpus, quam animam ex beatâ Virgine Mariâ assumsit: utique & nos secundum corpus & animam generamur.

At illud est certum: Quod enim à CHRISTO à nobis non est assumtum: Id neque in nobis est sanatum. Si igitur carnem ad redimendam carnem nostram ex substantiâ nostrâ assumsit: eandem certè ob causam quoque animam ex substantiâ matris assumserit, necesse est. Vel: Si animam ex nobis non assumsit, utiq; hæc particeps facta non est redemtionis, sed solum corpus: ipsa verò adhuc obnoxia manet veteri peccato: quâ assertione, quid absurdius? Hoc itaque non incertum.

§. 4.

Peccati ratio nobis persuadet, ut animas per propagationem à Parentibus traduci in sobolem asseramus. Nam si creantur animæ à DEO immediatè extra corpus creantur aut bonæ aut malæ. Si malæ: DEUS amator peccati est. Si bonæ: Cur è felicissimo integritatis statu in cœnum corporis immerguntur? quâ verò ratione, quove jure peccatum originis illis imputatur, & quam ob causam regenerationis lavacro indigent, cum in sortem culpæ alienæ ordinatione divinâ, non originis contagio deveniant. Dicunt quidem animam à DEO creari non quidem vitiosam, sed privatam donis originalibus; Hæc autem si vera est, DEUS nihilominus auctor erit vitiositatis ani-

næ, ut qui immediatè condat animam naturâ in malum pròpensam. Dices: justam esse pœnam. Verum DEUS non est auctor ullius pœnæ, quæ peccatum est, saltem quâ peccatum est, siquidem hâc ratione constitueretur DEUS auctor & vera causa peccati, quod planissimè negat Scriptura, *B. Brochmand, Syst. Theol. Tom. I. Art XI. Cap, VI. Q. VII. p. 180, Animæ leguntur egressæ septuaginta ex femore Jacobi, Gen. XLVI, 26, Ergò non sola corpora; sed animarum quoq; semina in femore Jacobi fuerunt, B. Reneccius, Panopl. Tom. III, Cap. VI. p. 55. 56. Bellarminus Tom, IV. Lib. IV. de Amiss. Grat. Cap. XI. p. 280.* dicit, animam per Synechdochen hîc poni pro toto homine. Quæ responsio non solvit nodum. Nam quæro, qualis hæc sit Synechdoche! Aut enim erit Synechdoche partis, aut totjus. Non est Synechdoche totjus; Non enim ponitur hîc totus homo pro parte aliquâ hominis, quod satis liquidum est. Nec est Synechdoche partis: quomodo enim illa pars hominis, quæ à Parentibus non descendit, usurparetur pro toto homine, quasi homo totum hominem generaret? ἀσύστατα hæc sunt & quæ se invicem evertunt, Sanè si anima pariter ac corpus non trahit ortum à parentibus, totus certe homo non descendit à parentibus, cum homo animâ & corpore constet. Quinimò si anima filiorum Jacobi non sunt à Jacobo, edicant hujus sententiæ defensores, quâ veritate dicat DEI Spiritus, animas è femore Jacobi descendisse? *Brochm. l. c,*

§. 5.

Opponunt adversæ sententiæ Patroni: I. *Corpus converti in pulverem, unde formatum fuit, Spiritum autem redire ad DEUM, qui dedit illum*, Eccles. XII, 7. Resp. DEUM esse, qui det Spiritum, quod ait Ecclesiastes l. c. facilis concedo: sed indè inferre, animas immediatè à DEO conferri, nimis liberalis illatio est. Pari enim argumento conficerem, omnia dona bona immediate nobis à DEO dari, idque quod Jacobi Cap. I, 17. assertio sit, quod omne donum bonum & perfectum ἄνωθεν sit, descendens à Patre luminum.

II. *Jehovam fingere Spiritum hominis in medio ejus, Zach. XII. 1.* Resp. DEUM fingere Spiritum hominis in medio ejus, nemo negat: sed ex hac loquendi forma concludere immediatam animæ à DEO productionem, ἀναλόγως argumentatio est. Eodem enim argumento conficere potes, corpora immediatè à DEO condi. Jobi enim vox est, Cap. X, 10. 11. *Domine, sicut argillam fecisti me: sicut lac fudisti me: tanquam caseum coagulasti me: cute & carne induisti me: Ossibus & nervis texisti me.*

III. *Animam CHRISTI non esse oriundam è traduce.* Resp. Hoc non facilè concesserо; Nam CHRISTUS est è Patribus κατὰ σάρκα, Rom. IX, 5. Nomine autem carnis isthic loci intelligi integrum hominem, animâ pariter & cor-

pore

pore constantem, interpres omni exceptione major est, Johannes Evangelii Cap. I, 14. λόγ☉ σὰρξ ἐγένετο. *Brochmand. l. c.*

IV. *Anima est Spiritus; Spirituum autem nulla multiplicatio.* Resp. Dist. inter Spiritus corpori devinctos, & corpori non devinctos. A Prædicato Generis accidentali, ut ingenerabilitas est; ad speciem affirmative argumentari non licet. Dicimus ergò Majorem valere de *Spiritibus perfectis.*

V. *Uter q; Parent; aut totam propagat animam, aut Pater dimidiam, dimidiam q; Mater. Prius asserere non licet:* sic namq; 2. numerò distinctæ animæ à duobus numero distinctis hominibus in unam numero sobolem transcenderent, atque sic infans animâ viveret duplicatâ, quod absurdum: aut utraq; anima coalesceret in unam quod ἀδύνατον. *Posterius asseverare iterum prohibemur*, quia anima ita statueretur divisibilis, ex divisibilitate quanta, ex quantitate materialis, ex materialitate corporea, ex corporalitate mortalis; inter quæ nihil reperitur, quod non ἀσύστατον esset, vel ἀλόγον. Resp. Negando absurditatem prioris, & consequentiam rationis illatæ: siquidem nihil obstat, quo minus, ex ordinatione, & benedictione divinâ, per arctissimam illam συνουσίαν conjugalem conjunctæ Parentum animæ, & quasi in unam in hoc actu generationis conflatæ, ad unam numero animam sobolis producendam concurrant, & amicè conspirent. Illustrari hoc potest similitudine à facibus ardentibus desumpta, quarum quando duas copulo, indeque tertiam accendo, haud quaquam opus est scrupulosius quærere, an lumen tertiæ facis accensum sit à primâ facè totum, totumque ab alterâ, aut dimidia pars à prima, dimidia ab alterâ, cum duæ istæ faces conjunctæ reputentur pro causa, à quâ unica seorsim duplicata lumen unicum novæ facis est accensum, sed citra imminutionem. Parili prorsus modo, multoquè magis in spirituali, quam in corporali hoc, anima Patris & Matris, in maritali congressu, modo nobis abscondito conjunguntur, ab illis anteà duplicatis, & post congressum duplicandis, jam verò unica quasi factis, tertia & nova sobolis anima descendit, absque omni vel duplicatione, vel divisione. Nec quicquam valet contra nostram sententiam, quod dicunt Animam in semine non operari ante quartum à conceptione diem; Ergo eam non adesse & inesse, & si inesset, eam perituram semine pereunte. Resp. Anima actu latet in semine, idque elaborat, & corpus efformat, domicilii sui architecta, ita quidem, ut post absolutam corporis delineationem non primum forma vel educatur, vel induatur, sed traducta duntaxat emergat, & alia sua officia exercere incipiat. Quia enim in primis actionibus suis non operatur, nisi per organa corporis, hinc fit, ut primis diebus videatur quasi abdita & latens, quod etiam multos decepit, ut dicerent; animam non nisi post diem quadragesimam adesse, cum tamen potius statuendum sit, illam semper fuisse actu in semine, sed nondum esse operatam

tam, quia deficiebant organa. Interim non est omninò otiosa, sed occupata elaboratione, efformatione, & conformatione corporis ædificii sui, non autem sese multiplicat, nisi semen aptè ad generationem fuerit dispositum, sicut nec lumen sese multiplicat, nisi in materiâ idoneâ, & fieri potest, ut DEus ob certas causas benedictionem suam subtrahat. *Ursinus l. c.*

§. 6.

Objic. VI. *Spiritus non gignit spiritum.* Resp. Rectissimè *Cornelius Martinip. 199. Compendii Theologici:* Quæro, inquit, si Deus vellet, ut ex substantiâ alicujus Angeli emanaret Angelus ejusdem naturæ, an id DEo esset impossibile? Ego non puto, cum terminos contradictorios non videam, tum quod levius videtur efficere, ut ex Angelo emanet Angelus alius, quam eundem ex nihilo creare. Quid? In divinis Pater Filium generat, Spiritus infinitus infinitum. Hoc ita esse firmiter credimus. Non credemus, quod facilius intelligitur fieri posse, ut Spiritus incorporatus in sui similem se propaget? Descendamus in terram. Duæ faces accendunt tertiam, nec ideò tamen fit magis composita, ne quidem si ex centenarum congressu ignem concipiat. Patrat hoc miraculum Deus in corpore divisibili, non possit in Spiritu indivisibili? Patrat in creaturâ, quam generali: non possit in eâ, quam specialissimâ providentiâ & curâ complectitur, præque cæteris omnibus vult esse potentiæ suæ speculum ac sapientiæ?

§. 7.

VII. Si anima traducitur à Parentibus in sobolem, sequetur, non hominem esse hominem. Sane semen informe, quam diu tale est, nemo dixerit hominem. At hominem illud esse, quin dicamus, cavere nos posse negant *Infusiani*, quia statuamus ei animam inesse actu. Ab hac accusatione immunis est *Tertulliani* tradux & *Jac. Martini*; Nam uterque solâ potentiâ vult inesse animam semini, actu autem tum demum oriri, cum fœtus in justam hominis effigiem efforuerit. Hos ergo telum isthoc non ferit. Nobis id excipiendum est, frangendumque. Ante omnia ne plus negotii, quam oportet, nobis hic sumamus, feminis dupliciem statum distingvimus, quorum ante conceptionem unus est, alter post. Est quidem illud in utroque statu animatum, sed ante conceptionem animâ Parentum, posteà anima nova sobolis. De priore statu indicium qualecunque fieri ex eo potest, quod anima *inesse quoque dicitur sanguini*, qui tamen hominis appellationem propterea non meretur. Sed hic status præsentis instituti non est. De posteriori dispiciendum: in quo semen consideratum vocari potest massa rudis: Negamus autem ex eo, quia massa hæc animam rationalem actu possideat, & possideat ut aliquid certo modo totum, sequi eam esse hominem. At, inquient Infusiani, adsunt per vos partes ambæ hominis essentiales. Resp. Adest materia quidem, sed inorganica;

ca; & hominis, sed futuri. Neque enim hominem quævis materia facit, sed organis instructa, nec organis quibusvis, sed huic animali debitis. Finge vi divinæ potentiæ furis animam distineri in aureo nummo, aut migrare (quod Pythagoras censebat) in lupum: Tune lupum, tu nummum istum vocares hominem?

§. 8.

Concludimus igitur non corpora solum, sed & Animas ex Parentibus propagari in sobolem, hoc est, ita factam esse à DEO primam animam, ut ex se aliam posset procreare, salvâ mānente ipsius essentiâ, non secus ut candela una accenditur ab alterâ, non diminuto lumine alterius candelæ. Neque tamen simpliciter ex seminis naturâ elementari nasci dicimus Animam, sed totum hominem ex toto, corpus ex corpore, Animam ex animâ: Et DEUM usque ad finem conservare hunc ordinem, *Georg. Bachmannus Exercit. Philosoph. Cent. I. Quæst. XXXII. M. Clemens* Schütze/ *Diss. Phys. de Animâ Humanâ, An. 1670. Witteb. hab. per tot.*

An corpus in peccando magis deliquit?

Neutra pars se potest à rigore judicii divini jure absolvere. Corpus in animam omnem ab se rejicit culpam delicti, quod ipsum animâ illicò abeunte torpidum jaceat, sensus & vitæ expers. Anima ex adverso corpus ipsum redarguit, omnemque peccati fomitem ex eo prodire contendit, quod anima corporis vinculo soluta, mox sursum evolet ad æthera. Sed propositæ quæstionis certitudo clarius ex subjecta similitudine innotescet. Fac Patremfamilias pomarium suum duorum commisisse custodiæ, quorum uni desit gradiendi, alteri vero videndi facultas; Ipse itaque loripes, qui sospes visu, videns preciosa quædam pendentia arbore poma, jucundo illorum aspectu & svavi redolentiâ allectus: Hei mihi, inquiat, ô sodalis, quam pulchra hic aspicio poma, quæ decerperem, si tua mihi esset ambulandi potestas! Cui cæcus dicat: Et ego poma illa carpere non dubitarem, si tuis mihi liceret uti oculis. Diu igitur inter utrumque ad explendam voluptatem hâc agitata sententia, placuit tandem ut loripes, qui erat visu incolumi, cæci inequitaret humeris, & alter alteri opem ferens voti compotes fierent, his ita gestis, & ablatis fructibus, paterfamilias hortum ingrediens præcocia decerpta esse poma advertit; à custodibus, quis ea surripuerit, indignabundus requirit; uterque se inscium facti insontemque caussatur; alter quidem, quod gradiendi facultate sit destitutus; alter, quod sit orbus oculis. Quid verò consecutum? Perspicax Paterfamilias jam conscius facti, utrumque redarguit, quod tametsi neuter illorum divisim auctor fuerit delicti, ambo tamen peracti criminis rei sint. Quare alterum alterius scapulis insidere faciens, simul

pœnam luere cogit. Sic & æquissimus ille arbiter mundi neutram hominis partem absolvit: Nam hæc est series & causa justitiæ, ut quoniam corporis animique communis est actus, quæ animus cogitavit, corpus effecit, utrumque in judicium veniat, utrumque aut pœnæ dedatur, aut gloriæ reservetur. Qui junguntur in culpa, in pœna non separantur, *ex Jud. Talmud. Heidf. c. XVIII. p.362. Drexel. de Damnatorum Rogo c.4.§.5.p.232. & in Trismegisto Christiano l.3.c.4.p.625. Zwingerus, T.V. H. Vol. VII. Lib. V. p. 1962. a.* Causæ sociæ stant pro unâ; Et peccatum hominis & totius suppositi est actio. *Lev. Lemnius, de Occult. Nat. Mirac. Lib. 1. C. XII. p. 62.*

Diabolo commendata.

Italus quidam moriturus dicebat: Bona mea commendo mundo', corpus vermibus, Animam Diabolo, *Luther. Coll. Mens. c.32. p.327. a.* Militi cuidam Hispano hoc positum Epitaphium: Hic jacet miles Campuzanus jam mortuus, olim sanus. Animam reliquit Dæmonio: Peculium Domino Antonio, *Gvev. Ep. p.99.* Mercator quidam Animam, præsentibus notario & testibus, Diabolo legavit, ap. *Tungerl. P. E. P. 1. p. 461.* Jener Steuermann der An. 1700. den 18. Martii, zu Copenhagen gerichtet worden/ wollte Anfangs von keiner Busse hören/ daferner nicht versichert wäre/ daß sein alter 73. jähriger Madensack beerdiget werden sollte/ und ließ sich freventlich vernehmen/ daß/ wann die Raben sein Fleisch haben sollten/ möchte der Satan immerhin seine Seele hohlen; Dahero hat man ihm zwar einen Sarg gewiesen/nach seiner Enthalsung aber hat man anders verfahren/ *Relat. à Parnass. An. 1700. N.22.*

A cane excepta.

Die Perser legen denen Sterbenden einen kleinen Hund auf die Brust/ und wann sie sehen/ daß ihm die Seele will ausfahren/ halten sie des Hundes Maul auf des Sterbenden Mund/ und lassen ihn in solcher Postur zweymahl bellen/ als wollten sie gleichsam die Seele dieses Menschen in den Hund auffangen/ welcher sie hernach/ wie sie sagen/ in die Hände des Engels/ so bestellet ist/ dieselbe auffzunehmen/ liefern werde; dahero wann ein Hund stirbt/ tragen sie ihn vor die Stadt/ und beten zu GOtt über dieses Aaß/ gleich als wenn durch ihr Gebet die Seele dieses Thieres/ nach dem Tode einige Glückseligkeit/ zu hoffen hätte. *Tavernier. l. c. l. c. 8 p. 192. b.*

Illorum ubi, qui ad hanc vitam resuscitati?

§. 1.

Tres sese offerunt sententiæ:) quarum una cœlum beatorum, altera locum quendam tertium inter cœlum & infernum, quem *locum dispensationis* qui-

quidam appellant: alii denique corpora *ipsa* mortua pro domicilio assignant. Et quoad secundam opinionem de his, quæ resurrectioni extraordinariæ reservabantur, statuitur, mansisse eas in corporibus suis, non obstante vinculi essentialis dissolutione; nempe ita, ut quemadmodum nonnulli loquuntur, non informarent illud entelechialiter, sed tamen assisterent; Præstat enim, ut dicatur, discessum animarum illarum ex corporibus, qui alias futurus erat, divinitus inhibitum fuisse, cum jam decretum esset, reduniendas illas cum corporibus mortuis, ad ea denuo vivificanda. Nobis placet τὸ ἐπέχειν. Quamvis differi nolimus, si per *locum dispensationis* intelligatur certum quoddam πῦ, in quo omnes & singulæ illæ animæ hominum ad hanc vitam resuscitandorum fuerint; non tam hanc, quam alteram, quæ ordine posterior erat, sententiam nos amplexuros. *B. D. Joh. Guil. Baierus Ventilat. τὸ πῦ, & status animarum separatarum ad vitam naturalem rursus ordinatarum §. 30.*

§. 2.

Wie? wann sie in denjenigen Himmel gewesen / in welchen S. Paulus entzücket worden / und doch noch mit Sünden angestecket geblieben / ut de seipso testatur Rom. VII. se nihilominus peccatis infectum mansisse. Imò si possibile fuit, Mosen in corpore adhuc mortali, peccaminosum & ipsum DEI præsentiâ frui intimâ, & στόμα πρὸς στόμα cum eo colloqui, fortè non impossibile etiam duxerit aliquis, animas hasce sanctas, in conspectum DEI admissas fuisse, saltem ad tempus. Interim distingvimus inter locum & statum animarum talium, concedimusque animas hasce in cœlo fuisse, non tamen eodem, quo animæ cæteræ beatæ, statu. Ita in cœlo fuisse Paulum supra adducto loco, 2. Cor. XII. Imò ipsum quoque Diabolum, diverso licet & fine & modo, Luc. X, 18. ex Sacris constat, *D. Balthasar Bebelius, Diss. Th. de Bü-Mortuis, §. 60. 61.* Conf. & *Joh. Henr.* Nothwanger / *Diss. de Glorioso Animarum Cœlo, sub Præs. D. Christ. Löscheri, An. 1692. Witteb. hab. §. 42.* Sed nescire velle, quæ Magister optimus nescire nos vult, erudita insciitia est. Ita *Danh. Mem. Ev. p. 714. eq. M. Christoph.* Somtag / *Diss. Inaug. de Ignorantiâ Theol. laudabili c. 7. §. 1. p. 33. 34. D. Meisner, Anthropol. Sacr. Diss. 2. q. 2. n. 2. § 22. seq.* ubi animas resuscitatorum, per singularem DEI ordinationem à radice peccati liberatas non fuisse itidem asserit.

§. 3.

Singularem hâc in parte fovet opinionem *M. Joh. Frid.* Engelmann / *Med. Th. de Ubi animarum à Christo & Sanctis Viris resuscitatarum*, dum probare nititur, animas resuscitatorum fuisse in cœlo, ab omnique peccato liberatas, ita ut resuscitati non denuò sint mortui, sed vivi in cœlum translati, vide *eund. §. 24. 28. 35. seq.*

An ſtatim poſt mortem completâ beatitudine fruitur?

Reſp. Affirm. contra Pontif. qui Purgatorium ſtatuunt. Sed completa intelligitur hîc, quæ animæ ratione viſionis beatificæ competere poteſt? Non intelligitur completa ratione corporis & animæ ſimul, Hundeshagen *in Pruckner. Comp. Pneumat. q.7.p.47. D. Quenſted S. T. P. 4. C. 17. q.5. p.567. ſeq.* Reſpectu Objecti perfectam beatitudinem poſſidet, in reſurrectione clarius in toto hominis compoſito manifeſtandam, quæ imperfectio accidentalis ſtatui animæ nihil derogat, *D. Paul. Pomian Peſarovius. Diſſ. Inaug. de Paradiſo Infernali P. 2. §. 3. p. 26. D. Joh. Tob. Major Diſſ. de Ornt. pro Defunct. Hug. Grot. oppoſ. §. 66. ſeq.* Inde & Rabbinorum illud: Anima dum eſt in ſtatu glorioſo, ſuſtentat ſe luce ſuperna, & eâ inveſtitur, quando revertetur in corpus ſuum in ſeculo futuro, cum eadem luce revertetur & tunc corpus lucebit tanquam claritas cœli, *M. Joh. Chriſtoph. Habn. in Creaturâ Gemebundâ ex Rom. 8. 19. ſeq. c.1. §.7. Præceptor olim in Homileticis fideliſſimus & feliciſſimus.*

Tua cuſtodita ſit in faſciculo viventium.

§. 1.

1 Sam. XXV, 20. Res enim pretii diligenter colligare ſolemus, ne nobis excidant, ait P. Martyr ad h. l. Et ſanè vocabulum ibi eſt צרר nonnunquam loculum aut marſupium ſignificat, ut Gen. 42.35. Hag. I, 6. Sed veteres de faſciculo florum ap. Corn. à. Lap. aut potius viviradicum videntur accepiſſe, quod venuſtiſſimum ſanè eſt. *Hiſtoria Scholaſtica* de eo loco ſic habet: Erit anima tua cuſtodita quaſi in faſciculo viventium; Hebræus habet in vinculo vitæ i, e. in collegio Sanctorum. Non malè nam צרר LXX ἀποθεσμὸν vertunt, & Ebræi putant, ita dici ſolium Majeſtatis, ſub quo animas juſtorum ajunt in altero ſeculo quieſcere; Hinc eſt etiam, ut paſſim tumbis ſuis inſculpant hanc ſententiam: *Sit anima ejus colligata in faſciculo viventium, Munſterus in h. l.* Seu: והנבעא quod ſcribitur integris literis: תהי נפשו בגן ערן אמן ſit Anima ejus in horto Eden, Amen, *H. Henningi Mub. Prec. p. 152. 283. Salden. in Ot. Th. Ex. 5. §. 9. p. 321.*

§. 2.

Pergit verò *Comeſtor Hiſtoricus Scholaſticus:* Alia litera habet: In faſciculo vitium q. d. Sic cuſtodiet DEUS animam tuam ad multiplicandum, ſicut faſciculus vitium cuſtoditur in aquâ ad transplantandum. Nam qui vineam malleolis aut viviradicibus conſerere volebant, cavebant, ne ſemina ſuccum amitterent, aut exareſcerent, quâ de re *Columella l. 3. ſæpius. Urſin. A. S. l. 5.*

l. 5. c. 45. p. 299. D. Pfeiff. D. V. C. 2. L. 76. p. 377. D. Phil. Mullerus de Nomine in Cœlo scripto C. 2. §. 27. p. 63. Hackspan in b. l. p. 645. seq. Clarius ad b. l. in O. A. T. 1. p. 2331. Barthius Adv. l. 42. c. 15. p. 1896. Flacius Cl. Script. p. 301. 302. L. Thilo Med. Th. p. 376. seq.

§. 3.

Quod Abigail hîc vocavit *ligatorium viventium*, i. e. conservatorium ad modum gemmarum, vel pecuniæ, quæ ligatur & servatur in sacculo, vel in panno, hoc RR. vocant אוֹצָר *thesaurum, apothecam vel cellarium animarum justorum* ap. *Raymund. Martini Pug. Fid. P. 3. Dist. 2. c. 8. § 9. p. 613. §. 12. p. 614.* & ex eodem *Galatinum l. 6. de Arcanis Cathol. Verit. c. 9* Sicuti & JCtis locus, in quo libri ponuntur, Apotheca dicitur l. 12. §. 33. ff. de instructo vel Instrumento legato ap. *D. G. Morhof. Polyhist. Literar. l. 1. c. 3. p. 22. Drexel. in Davide c. 14. §. 1. p. 1167.* Conf. & *D. Seb. Schmidius Diss. de Fasciculo Viventium ex Sam. loc. cit. per tot.*

Et intestina, sunt duæ res, quas.

Nec præstigiator, nec pictor potest facere, & ambæ illæ laudant DEUM. Hoc est quod David ait: Benedic anima mea Domino, & omnia intestina mea nomen sanctum ejus, ajunt Talmudistæ ap. *B. D. Nagel LL. CC. Hebr. Rabb. Talm. in v. Præstigiator.*

Et spiritus, Luc. I, 46. 47.

Per *animam* & *Spiritum* intelligit Maria omnes interiores sensus & affectus, ut ita isthæc duo vocabula unum idemque significent, licet nonnulli ea distinguant, quod anima *intellectum*; Spiritus *voluntatem* denotet. Conjungit autem utrumque, ut interius plenum gaudium intimetur, *B. D. Balth. Meisnerus, Medit. in Evang. Festival. in Fest. Vis. Mar. p. 646.* Origenes μεγαλύνειν ad intellectum, ἀγαλλιᾶσθαι ad affectum subsequentem retulit ap. *Polum. in h. l. p. 820.*

ANIMÆ

An reminiscuntur eorum, quæ in terris gesta?

§. 1.

Melchior Flavius in resolut. in 4. lib. Sent. Joh. Dunf. Scot. l. 4. dist. 45. q. 3. cum Scholasticis aliis distinguit inter *memoriam sensitivam & intellectivam*; hanc vult remanere in anima separata, quæque per consequens dicenda; etiam memorare & formare notitiam omnium, quæ usque ad separationem ejus à corpore in ea per species intelligibiles perseverarunt, *Gerhardus, T. 8. de Morte §. 309.* conclu-
dit: animas piè defunctorum, recordari eorum, quæ vel ipsis in corpore adhuc

militantibus, vel cognatis & amicis contigerunt; ita tamen, ut neget simul, animas Sanctorum, in specie & in particulari nosse, quid singulis diebus, horis ac momentis, nobis in terrâ adhuc superstitibus eveniat, qui sint cordis motus & affectus, qui particulares singulorum hominum casus & eventus, *D. Joh. Lassen. Arb. Devict. p. 579.*

§. 2.

Quamvis in genere nonnulla de statu militantis Ecclesiæ, cum quâ sub vexillo crucis aliquando meruerunt, sciant, indeque in genere pro Ecclesia orent, attamen τὰ κατ' ἕκαστα, privatas uniuscuique miserias, curas, gemitus, & suspiria omninò ignorant. Distinctio enim inter præteritorum ἀνάμνησιν, & præsentium γνῶσιν, *B. Quensted. l. c. c. 11. p. 359. Joh. Gerlac. Wilhelmi Status Animæ separatæ.* Nolumus stupidam Pontificiorum subtilitatem sectari, & ex DEO speculum aliquod (de quo vid. *Siricius de Immort. Animæ p. 117. D. Joh. Olear. Syn. Error. Pontif. Diss. 13. §. 77. p. 38. L. Thilo, l. c. p. 215. 480 757. 1015. L. Nic. Christoph. Remlingius, Diss. Inaug. de Cultu Sanctorum Origine ac Progressu in Eccles. Christ. §. 21.*) facere, in quo animæ beatæ res terrestres omnes videant, *M. Paul.* Schröter *Sect. ex Theol. Naturali Trig. Sect. Psycholog. thes. 4. § 8. 9.*

§. 3.

De speciali nostro statu nihil unquam rescisunt, nisi id ipsum iis vel ex DEI revelatione, vel ex eorum, qui ad istas veniunt, narratione, vel ex Angelorum nuncio innotuerit, Sic totus cœli exercitus cognovit, quâ esset pœnâ coercendus impius ille Rex Achabus 1. Reg. XXII, 19. Sic etiam idem audivit, Jobum gravitet probatum iri, Job. I, 6. C. 2. 1. Sed hæc in medio relinquimus, inquit *Reneccius, Panopl. T. 3. c. 21. p. 179.*

§ 4.

Dicis; in quacunque animâ erit recordatio rerum tristissimarum & molestarum, in illa erit imperfectio.) Resp. 1) dist. inter sensum *specificativum* & *reduplicativum*, seu inter res, quæ fuerunt tristes, & quatenus adhuc sunt tristes. Appliço. Anima recordatur rerum tristium in *sensu specificativo*, i. e. earum, quæ ipsi olim fuerunt tristes, non verò in *sensu reduplicativo*, i. e. non quatenus ei adhuc sunt tristes. Ratio: quia status animæ, quo tristior olim fuit, eo majora nunc memoriæ ejus excitabit gaudia. Illi enim bonitatem præsentis felicitatis imprimis persentiscere solent, qui, summa calamitas quid possit, non ignorant. Jam limito Majorem: In quacunque anima erit recordatio rerum tristissimarum *in sensu reduplicativo*, in illa erit imperfectio. Sic concessa Majore, nego Minorem. 2) Limito Majorem: In quacunque anima erit recordatio rerum tristissimarum & molestarum, in illa erit imperfectio, *nisi sc. DEUS suspendat*

dat causalitatem illam, quam recordatio illa nata est habere respectu tristitiæ, quod ulterius deductum vide ap. *M. Joh. Günther. Diss. Pneumat. Sol. de Recordatione Animæ Separatæ §. 10. D. Reinbold. Derschöw Diss. Sol. de Statu Animarum Separatarum. D. J. C. Beckman, Doctr. Moral. c. 2. §. 17. p. 33. seq. Jos. Arnd. Lex. Antiq. Eccles. p. 9.*

§. 5.

Cum Papistis faciunt & Judæi, defunctorum animas scire, quicquid à superstitibus in hoc mundo agatur, dicentes; Ita enim *l. 6. Minhagim* c. ult. Mir (pro wir) lernen in der Gemara, daß die Methim (Todten) wissen / was man thut auf den Olam (Welt) darum soll man sehen / daß man sie soll mechabbeth sein (das ist ehren) denn sie wissen wohl all Ding. Wiewohl das der Pasuk (Spruch) sagt: וְהַמֵּתִים אֵינָם יוֹדְעִים מְאוּמָה die Todten wissen nichts Cohel. IX, 5. das meynt die Reschaim (Gottlosen) die heissen methim (Todte) darum heist man auch das beth bakkevuroth (Begräbniß) beth chajim Ort der Lebendigen / &c. & paulo post: Wann ein Zaddik stirbt da soll iederman um ihn klagen und weinen / und der Bore Jichborach (hochgelobter Schöpffer) nimmt dieselbige Thränen / und wischt ihm seine Sünde mit ab / ap. *B. Geier. de Ebraor. Luctus. c. §. 5. p. 8.*

Sub Altaribus hærentes.

Cereos placuit per diem in cœmiterio non incendi; inquietandi enim Spiritus Sanctorum non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab Ecclesiæ communione; (Putabant enim animas martyrum sub altaribus hærere & habitare juxta Apoc. VI.) Garsias, quorum Spiritus, dum orationis causa ad Ecclesiam adveniunt, inquietantur frequentia & cura immodica cereorum ardentium *Gabriel Albaspinæus, Not. in Can. XXXIV. Concilii Eliberini p. 314. 315.* Conf. *Appar. Bibl. Tom. II. p. 49.*

In Lunâ.

§. 1.

Lunam suas habere cavernas, animatum receptacula, autor est Sylla ap. *Plutarchum in Libello de Facie Lunæ.* Eas verò animas, dum in umbrâ sunt, prodit lamentari & trepidare, quod harmoniam cœli exaudire tum non possint, qua de causa in Lunæ defectibus æra pulsentur, clamoresque tollantur adversus animas. Luna hic instabilis mundus est, in quo velut in ergastulo quodam sedent infelices animæ, *in umbrâ mortis*, Luc. I, 79. ærumnali labore, metuque animi, & rerum expectandarum imaginationibus, ut ait Siracides Cap. XL, 2. obseptæ, extorres, quin etiam & exsortes primigeniæ dignitatis harmoniæque cœlestis, ad quam erant à DEO conditæ & institutæ, quibus ista mundi Cymbala,

bala, ista æra tinnientia, 1. Cor. XIII, 1. insanique omnium Pseudophistarum clamores, tam opitulari nequeunt, quam Lunæ laboranti *æra* illa veterum *auxiliaria, dissonique crepitus*, quibus eam veræ rationis deliquiorum ejus ignari juvari persuasum habebant, rati magico cantu *deprimi*, & ut cum veteri quodam Poëta dicam, *dextrabi posse alitis vago è speculo, donec suppositas propior despumet in herbas*, inque eas ex sinu suo, omnium siderum idearumque cœlestium virtutibus referto, novas vires diffundat. Vide de his, ut alios mittam, *Ludov. Vivem in X. August. de Civ. DEI, Cap. XVI.*

Hunc itaque affectum, quo sumunt mortua vitam;
Quo tenebræ fiunt lumen, quo immunda nitescunt,
Quo stulti sapere incipiunt, ægrique valescunt,
Nemo alii dat, nemo sibi; non litera legis,
Non *naturalis sapientiæ*, quæ semel acta
In præceps labi novit, consurgere nescit.

Ut canit S. Prosper. de Ingratis.

§. 2.

Possis quoque ad suffragia applicare, & ad æra illa in cista indulgentiarum tinnientia, quibus animas in purgatorii umbra laborantes, credunt juvari, qui aniles avias sequuntur, *J. H. Ursin. Theol. Symbol. Cap. XLVIII. p. 62. 63.*

Post mortem in brutorum corpora ingrediuntur.

Secundum Pythagoricorum scilicet opinionem.

Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede, novis domibus vivunt habitantque receptæ.
Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram:

Ovid. Lib. XV. Metamorph.

- - - - inque ferinas
Possumus ire domos, pecudumque in corpora condi,
Corpora quæ possunt animas habuisse parentum,
Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè. *Ibid.*
Quin etiam, mea tunc tumulus quum texerit ossa,
Seu matura dies fato properat mihi mortem,
Longa manet seu vita, tamen mutata figura
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum, seu tardi pecoris sim gloria taurus:
Sive ego per liquidum volucris vehar aëra pennis:

in

In quemcunque hominem me longa receperit ætas,
Inceptis de te subtexam carmina chartis.

Tibullus, Eleg. Lib. IV.

Quos ubi per varios annos, per mille figuras,
Egit leteo purgatos flumine, tandem
Rursus ad humanæ revocat primordia vitæ.

Claudianus, I. de raptu Proserpinæ ap. Mirand. F. P. p. 74. 75.

Die Sabbathi è purgatorio emittuntur, finito Sabbatho in illud redeunt.

§. 1.

Sic enim legitur in *Aggadah:* Singulis diebus Veneris sub vesperam proclamat Dumah, Angelus præfectus animabus, & dicit: Missos facite nunc impios, ut quiescant, & quiescunt toto Sabbatho. Exeunte autem Sabbatho circa noctem, rursum proclamat Angelus Spiritibus præfectus: Revertimini nunc impii in gehennam, jam enim absolverunt Judæi ritus suos. Ex misericordiâ autem in impiorum Judæorum animas Judæi preces Sabbaticas in noctem usque producunt, quò serius ercbum repetant. *Buxtorff. Synag. Jud. c. 16. p. 336.*

§. 2.

Papistarum quidam similia effutiunt. *Sildefonsus* enim videtur sensisse, damnatorum pœnas mitigari, quotiescunque in Ecclesiâ anniversaria Deiparæ in cœlos assumptæ memoria celebratur. Sic enim loquitur *Serm. V. de assumtione:* Lætitia hujus diei claustris infernalibus inclusis aliquod remedium & refrigerium præstat; Non audent, ut opinor, ministri tartarei hodiè attingere suos captivos, quos recolunt redemptos illius sangvine, qui pro mundi salute est dignatus de Virgine nasci.

§. 3.

Idem sentit *Prudentius* de die, vel potius nocte Resurrectionis Dominicæ, de quâ ita eecinit;

Sunt & Spiritibus sæpe nocentibus
Pœnarum celebres sub styge feriæ
Illâ nocte sacer quâ rediit Deus
Stagnis ad superos ex Acheronticis.

§. 4.

Nec prætereundus est *Petrus Damiani*, qui miram rem ad hoc argumentum pertinentem commemorat. Illud etiam inquit, quod Humberti Archiepiscopi, summæ videlicet auctoritatis viri, narratione cognovi, silentio tradendum esse non arbitror. Nam cum à finibus reverteretur Apuliæ, asserebat,

in regionibus, quæ Puteolis adjacent, inter aquas nigras & fœtidas promontorium eminere ſaxoſum & ſcrupeum. Ex quibus videlicet exhalantibus aquis conſveto more, teterrimæ videntur aviculæ repentè conſurgere, & veſpertina Sabbathi hora, usque ad ortum ſecundæ feriæ, ſolitæ ſunt humanis aſpectibus apparere. Quo indulti temporis ſpatio videntur hinc inde per montem velut ſolutæ vinculis liberè ſpatiari. Alas extendunt, plumas roſtro perſequente depectunt, & in quantum datur intelligi, conceſſâ ad tempus refrigerii ſe tranquillitate reſolvunt. Quæ profectò volucres nec unquam videntur veſci, nec quolibet aucupis valent ingenio capi. Diluceſcente igitur matutinâ ſecundæ feriæ horâ ecce magnus ad inſtar vulturis corvus poſt præfatas aviculas incipit concavo gutture graviter crocitare. Illæ protinus ſeſe aquis immergentes abſcondunt, nec ultra videndas ſe humanis oculis offerunt: donec adveſperaſcente jam Sabbathi die de ſulphurei ſtagni voragine rurſus emergant. Unde nonnulli perhibent eas hominum eſſe animas, ultricibus gehennæ ſuppliciis deputatas. Quæ nimirum reliquo totius hebdomadæ tempore cruciantur: Dominico autem die cum adiacentibus ultro citroque noctibus, pro Dominicæ Reſurrectionis gloriâ refrigerio potiuntur; Cui ſcilicet aſſertioni etiam *Prudentius* nobilis verificator in hymnorum opuſculis atteſtatur.

§. 5

Hæc *Petrus Damiani*, qui addit Humbertum ſupra dicta ab ejus regionis accolis accepiſſe; Deſiderium verò Caſſinenſem Abbatem eadem refutaſſe; ſe verò aliis rei veritatem diſcutiendam relinquere. Ego verò approbo judicium *Petavii*, qui quamvis illam de reſpiratione & qualicunque damnatorum, ſolatio opinionem, à communi ſenſu Catholicorum hujus temporis alienam eſſe pronunciet: addit tamen, non temere tanquam abſurdam eſſe explodendam, tum, quod ſit opinio ſanctiſſimorum Patrum, tum, quod nihil adhuc certi in hoc puncto ab Eccleſiâ Catholica decretum ſit. Ita *D. J. A. Weber. in Arte Diſcurrendi Fort. XXX. Exempl. XXVII. p. 297. 298.* Sed ego dico: Ex inferno nulla redemtio!

Cœleſtium inanes.

Dicuntur à Perſio, quæ inanes ſunt ſcientiæ, quæ docet, quid ſit DEUS, & quomodo adoretur, *Jorſton. L. de Philol. c. 18. § 8. p. 394.* Curvæ in terris animæ, quæ terrena tantummodò ſectantur. Homo quippè erectus, & ſemper cœlum aſpicere deberet, *C. Barth. Adverſ. l. 19. c. 7. p. 946.*

Naufragorum in mari intereunt.

De illis qui in mari moriuntur putatum eſt, illorum animas penitus interire, nec ad campos Elyſios unquam pervenire, ut *Syneſius in Epiſt. 4.* de Sociis Alexan-

lexandriam navigantibus tradit, qui tempestate suborta, sicas manibus exseruerunt, ut animæ alioquin morituræ, gladio viam aperirent in aëre, idque ex Homero probat, qui verbo ἐξαπόλωλεν, animam demersi hominis interisse significat:

Αἴας σ ἐξαπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἅλμυρον ὕδωρ.
Ajax interiit postquàm salsam bibit undam.

Et Achilles Vir generosissimus & periculorum amantissimus mortem in aquâ reformidat, quam quidem etiam θάνατον λυγαλέον mortem tetram vocat. Vid. omninò *Joh. Lomeierus, Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. c. 29. p. 272. 273. D. Zimmerm. Florl. Philol. Hist. P. 1. p. 537.* *Ovid. l. 1. Trist. Eleg. 2.* ita:

Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Der Tod ist mir ein Gab/ ich will von Hertzen sterben/
Wann nur das Wasser mich nicht soll/ noch muß verderben.

Autor. Relat. ex Parnass. An. 1699. N. 40. 19. Maji. Franciscus Drake, Thalassiarcha Anglicus, qui classem illam invincibilem Hispanicam devicit, nullibi libentius, quam in mari post mortem cubare voluit, hinc & voluntate Testamentariâ in eodem submersus. *Ovenus* inde ita:

Non est quod metuas, ne te combusserit ulla
Posteritas; in aqua tutus ab hoste jaces.

Conf. & omninò *Frid. Taubmannus in Virgilii Culicem, p. 118 119.*

In itinere ad Paradisum imbre oppressæ.

Japani Paradisum à se abesse decies millies millenis millibus dicunt; hinc tam longinquo itinere arbitrantur quandoque miserellas animas exstingvi, si fortè eas imber oppresserit. Sed ab imbre, quem sic formidare animæ dicuntur Japoniæ, nihil sibi metuêre Stoici; juxta quos (ut verbis utar *Tullii in primo Tusc. Quæst.*) necesse est animus, quo nihil velocius, ita feratur, ut penetret & dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Unde & *Lucanus in nono* manes dicit — — patientes ætheris imi, *Gerard. Joh. Vossius, de Origine & Progressu Idololatriæ, l. 1. P. 2. c. 25 p. 185.* Drum setzen sie denen Verstorbenen Speise für/ daß die Seelen/ indem sie nach dem Paradieß wallen/ welcher zehen tausendmahl tausendmahl tausend Meilen von dannen/ und nicht eher als in drey Jahren sich erreisen lässet/ wegen grosser Müdigkeit bey ihnen einkehren/ um ihre Kräffte wiederum in etwas zu erfrischen/ *Ernsti Francisci* im Neu-polirten Geschicht- Kunst- und Sitten-Spiegel/ *l. 6. p. 1525.*

Mortuorum edentes.

Die Samogeten hatten vor dessen in ihren Wäldern sonderliche Ses-

sel und Heerde/ darauf sie Käß legten und Mäte schütteten / in Meinung die Seelen der Abgestorbenen kämen bey Nacht/ und fülleten sich da / *Seb. Munsterus. Cosmogr. l. 4. c. 68. p. 1216.* Die in der Provintz Tangut lassen die Todten eine Weile auf der Bahre stehen/ setzen zu ihnen einen Tisch/ und meinen sie essen und trincken davon/ *Id. l. 5. c. 94. p. 1360.* Idem faciunt Incolæ in Insulis Canariis, *Ib. c. 97. p. 1370.*

Non ad superos sed inferos pertinent.

Ethnici mortuorum animas non ad superos, sed ad Deos inferos pertinere opinabantur, cum in Superorum potestate solos viventes esse arbitrarentur, *Virgil. in Æn.*

— — — Vos ô mihi manes
Este boni, quoniam superis aversa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam.

D. Zimmerm. Anal. Monstr. M. 3. c. 8. p. 146. Certis ergò carminibus ab inferis evocatæ. Vid. *D. D. Clasenius, de Oraculu Gentilium, Lib. I. Cap. X. p. 71. & Lib. II. Cap. XLX. p. 469. seq.*

Jacent in tenebris.

Fortun. Licetus *de reconditis antiquorum Lucernis l. 3. c. 7.* ex multis Pöëtis deducit, ob quem usum in vetustis conditoriis ardentes lucernæ olim conditæ, ne sc. anima defuncti, cum cadavere priscis manere putata diu misere jaceret in tenebris.

ANIMARUM
Omnium Festum.

Sub Ottone III. Festum omnium animarum institutum, postquam Monachus retulisset, audita sibi apud Ollas Vulcani tormenta animarum patientium & dæmonum querelas super pietate Monachorum Cluniacensium, quorum precibus miseras sibi raptari animas fremerent. *Paul. Hachenbergius, de Germaniâ Mediâ Diss. 8. Poster. §. 12. p. 302. Job. Cluverus, Hist Totius mundi Epit. Lib. IX. p. 455.* Ad imitationem veterum Ethnicorum, apud quos mos iste ad sepulchrum parentandi jam pridem inoleverat. *Stuckius Antiq. Conviv. l. I. c. 25. p. 81. b.*

Symbolum.

Pecunia sepulchralis apellata ap. C. *du Fresne in Gloss. l. 3. p. 1036.*

Per

Pereuntium myriades.

Qui in globo terrestri angustiam Christiani nominis cum Mohammedanæ impietatis amplitudine contenderit, tot pereuntium animarum myriades animitus meritò doleat, optetque, lucem Evangelii incredulorum hominum cordibus vel tandem uberiorem illabi, & eos ad Scripturas S. diligentius expendendas inflammari, quam ad illam ex Judæorum, Gentilium & Christianorum Scriptis mixtam rhapsodiam, Alcoranum, *Fischmuth de Reverentiâ Messiæ Filio DEI præstandâ, ex Psal. II, 12. c. 2. §. 7.*

ANIMAS

Mortuorum in tartarum descendere fabula apud ethnicos. Vid. omninò *D. Dan. Chasenius, de Oraculis Gentilium, Lib. II. Cap. XIX. p. 457.*

ANIMI

Anxietas animi, quæ mihi semper adest.

§. 1.

Jam mihi deterior canis aspergitur ætas,
Jamque meos vultus ruga senilis arat.
Jam vigor & quasso langvent in corpore vires,
Nec juveni lusus qui placuêre juvant.
Nec me, si subitò videas, agnoscere possis:
Ætatis facta est tanta ruina meæ.
Confiteor facere hoc annos, sed & altera causa est
Anxietas animi, continuusque labor.

Ovid. Lib. I. de Ponto V.

Unda locusque nocent, & causa valentior istis.
Anxietas animi, quæ mihi semper adest.

Idem II. de Ponto. Labores quos corpus annis L. perfert, uno die possunt enarrari; quos verò (cor &) animus uno die tolerat (& experitur) vix C. annis recenseri possent, *Guev. Horol. Princip. Lib. II. cap. XXXVIII. n. 390. p. 420.* Corporis vulnera Chirurgi curant, animi verò angorum soli Dii medici sunt, inquit *M. Aurelius, Imp. ap. eund. Lib. III. cap. XLIX. p. 699.*

§. 2.

Novimus morbos illos in corpore esse maximè periculosos, qui ex obstructionibus & suffocationibus nascuntur: Neque multò secus se res habet in ægritudinibus animæ, *Sarsam* adhibere possis ad jecoris, *Chalybem præparatum* ad Lienis, *Flores sulphuris* ad Pulmonum, *Castoreum* ad Cerebri oppilationes deobstruendas: Nulla autem invenitur Medicina apertiva ad obstructiones cordis,

præter *Amicum* fidelem; cui impertire possis dolores, gaudia, metus, spes, suspiciones, curas, consilia, & quicquid denique Cor opprimat, tanquam sub sigillo *Confessionis Civilis, Fr. Baco de Verulamio Sermonum fidelium Cap. XXVII. p. 123.* Qui amicis destituuntur, quibus cogitationes suas & anxietates liberè impertiant, sunt cordium suorum *Anthropophagi.* At illud planè ad miraculum proximè accedit, nimirum, istam cum *amicis* communicationem, contrarios duos effectus producere; gaudia enim conduplicat, mœrores dimidiat. Nemo siquidem læta sua amico impertit, quin lætetur amplius: Nemo autem tristia amico communicat, quin contristetur minus. Adeò ut revera, eâdem virtute polleat, super animum hominis, quam *Alchymistæ* Lapidi suo tribuere solent, super corpus humanum; hoc est, quod contraria operetur, sed semper in beneficium naturæ. Attamen absque auxilio notionum Chymicarum, extat hujus rei exemplum insigne, in cursu naturæ ordinario. Nam in rebus naturalibus Unio alit & confortat actiones quasque naturales; impressiones omnes violentas hebetat & retundit: idemque prorsus fit in animis. *Id. ib. p. 127.*

§. 3.

Rectè dictum *à Themistocle ad Regem Persarum:* Sermones tapetibus similes esse, cum explicentur, per quod imagines distinctæ conspiciuntur; ubi cogitationes, instar sarcinarum quarundam complicantur & involvuntur. Ut verbo dicamus: Præstat *statuæ* cuidam, vel *imagini*, se impertire, quam cogitationes suas silentio suffocare. *Ib. p. 129.* Es haben alle Verständige gerathen/ daß ein Mensch/ der mit vieler Arbeit/ vielen Sorgen und Mühseligkeit beladen und belästiget ist/ ihm einen rechten vertrauten Freund erwehlen solle/ dem er sein Anliegen kühnlich entdecken/ und dadurch seinem Hertzen Lufft schaffen möge; In einer rauchigen und dampffigen Stuben/ sprechen sie/ ist nichts bessers/ als daß man Thür und Fenster auffmache/ und bey vielen Sorgen ist nichts heilsamer/ als daß man sein Anliegen/ einem getreuen Freunde entdecke; wann einer eine Last einen weiten Weg allein zu tragen hat/ ermüdet er leicht darunter/ wenn er aber einen wohlgeneigten Gefehrten hat/ der ihm mit seinem Gespräche die Zeit kürtzet/ und zu weilen tragen hilfft/ so kan er fortkommen: So ists mit der Sorgen-Last auch/ einem Hertzen wird sie schwer/ wenn sie aber in zwey vertheilet wird/ so ist sie desto leichter zu tragen/ *Scriv.* S. S. *P. III. Conc. XVI.* §. *29. p. 1489. ap. D.* Gerstäcker/ *in Simil. p. 1172.*

§. 4.

Veteres ob quatuor causas amicos eligendos statuerunt. *Primum, dicebant,* habendi sunt amici, ut sint, quibus cum familiariter vivamus, & conversemur. In variis enim vitæ hujus assultibus, nullum tempus jucundius impendi-

dicur, quam quod in fidelis amici neceſſitudine conteritur. *Deindè*, ut cogitationes illis (curasque) noſtras aperiamus. Maximum enim ſolamen eſt animo ægro, miſerias ſuas amico narrare, earumque illum ſerio participem videre. *Præterea* quærendi & eligendi ſunt amici, ut noſtris ærumnis opitulatores ſint. Parum enim juvatur animus, ſi quæ dico lachrymans amicus audiat; poſteaq; juvandi mei causâ ne pedem quidem loco moveat. *Poſtremò* quærendi & retinendi ſunt amici, ut fortunarum noſtrarum tutores, & erratorum quoque caſtigatores ſint. Veri enim amici munus eſt, ut me non minus à vitiis, quæ me infament, avocet, quam ab inimicis, qui me interimunt, vindicet, *M. Aurelius, Imp. ad Claudium ap. Guev. H. P. Lib. III. Cap. XXI. p. 574. 575.*

ANIMAL
Loquens Homo.

Homo ab Ebræis vocatur חיה מדברת, Animal loquens, *Sam. Borbarus Hieroz. l. 1. c 1. p. 3. Joh. Buxtorff. Diſſ. Philol. To. I c. 1. §. 4. p. 2.* ad diſcrimen cæterorum animantium mutorum, quod animal ἄλογον vocant בעיר, undè Latin. Brutum. *D. Joh. Deutſchman, Diſſ. Philol. Th. ex Orac. Div. Apoc. §. §. 6 7.*

Morbidum aut vitioſum vendens, cogitur emptori reſtituere pretium.

§. 1.

Illud quidem expeditum eſt, quod venditor pecoris ſive animalis, quod poſteà mactatum & diſſectum, reperitur morbidum ac vitioſum, ita ut ejus caro ſine periculo comedi nequeat, pretium exigere non poſſit, quin & ſolutum emtori reſtituere teneatur, ſi vitium aut morbum ſciverit, *Matth. Coler. Part. II. Deciſ. 228. n. 2.* At quid, *ſi morbus aut vitium venditori fuerit incognitum?* Certe, nec tum ipſi pretium exigere licebit: Quia venditor tenetur redhibitoriæ, non tantum in caſu ſcientiæ vitii, ſed etiam quandò ignoravit ea, quæ ædiles jubent præſtari *l. 1. §. cauſa hujus edicti I. ff. de ædil. edict.*

§. 2.

Sicut autem morbus vel vitium hominis, quod uſum miniſteriumve ejus impedit, redhibitioni locum facit *dict. l. 1. §. 5. v. proinde ſi quid tale.* Ita & jumentum ſanum præſtari oportet, morbidum autem & vitioſum redhiberi valet, *Coler. dict. loc. n. 6.* Ita Domini ad conſultationem des Raths zu Lauche M Dec. An. 1594. (verba ſent: Hat einer dem andern ein Rind um zehendhalbe Alte-Schock abgekaufft; Ob nun wohl darbey der Gewehr haben

ben nichts gedacht worden / da aber dennoch das verkaufte Rind / als es geschlachtet und besichtiget worden / untüchtig gewesen ; So wäre der Käufser dasselbe Verkäuffern zu bezahlen nicht schuldig / V. R. W.) *D. Carpzov. Jurispr. For. Rom. Sax. P. II. Const. XXXIV. Def. XV. p. 726. 727.* Potest & in animalibus peti cautio, ea sine vitio esse, *D. J. Brunneman in Repetit. Pandectarum D. Matthæi Wesenbecii Lib. XIV. Tit. I. Q. XXII. p. 409.*

ANIMALIA
Venenata & noxia an à DEO creata?

§. 1.

Resp. Quod quædam noxia videntur, illa non per creationem facta sunt, (nulla substantia per se est mala,) sed ob lapsum Adami postmodum in pœnam, ordinata. Tanti constitit contra creatorem suum peccasse, inquit *G. Casp. Kirchmaier, Diss. de Basilisci Existentiâ & Essentia §. 13. Conf. Corn. Agrippa de V. S. c. 78. Voët. D. S. P. 1. p. 663.* Non ergo queri de autore nostri DEO possumus, ut *Seneca* dicebat, si beneficia ejus corrumpimus, & ut essent contraria efficimus, *lib. 5. Nat. Quæst. c. 18.* Multo minus nos cum *Antiquis* illis, non minus re ipsâ, quam vocabulo abominandis, adversus illum DEum, quia Zizania & mala, ut ipsi nominabant, in mundum immisit, præceptis ejus, maximo animi conatu adversando, ulcisci velimus, ut est ap. *D. Pappum Hist. Eccles. de Hæres. & Concil. p. 226.* Satius erit exclamare: Ego iram Domini portabo, quia peccavi contra illum?

§. 2.

Animalia hæc non semper obsunt, sed etiam quandoque prosunt. Sint aliqua pernicioſa, sunt non in totum, sed in tantum talia; sunt non semper, nec ex toto; Si quæ species speciebus nocent, sunt tamen in communem aliquem usum: Serpentes, Erucæ, Papiliones è Terrâ, Aquâ, Aëre vitiosas exsugunt qualitates, sicque, dum Elementa purgant, hominum valetudinem juvant. Ipsa venenata antidotum largiuntur, ut apud Medicos constat. *D. Jac. Henningius, de Munimento Securitatis Humanæ ex Imagine Divinâ, Ejusdemque Reliquiis ab ipso Sanctissimo Mundi Creatore exstructo, Gen. IX, 6. § 4.* Secundum *Augustin. l. 3. Gen. ad lit. c. 17.*

§. 3.

Ein iedes Thier / welches auch nur in einem einigem Theil seines Leibes einen Gifft hat / hat auch einen Balsam oder Safft bey sich / der dem Gifft widerstehet. Die Ursache dessen ist / weil ein solches Thier eine solche eingepflantzte Natur hat / vermittelst derer / es sich für der Schädlichkeit des Giffts verwahren kan. Dannenhero ist das Ottern-Hertz / wann mans an der Sonnen

neu trocknet und pulvert / dem Gifft gantz entgegen / und vertreibet solchen aus dem menschlichen Leibe. Das Honig heilet diejenige Stiche / welche die Bienen mit ihren Stacheln dem menschlichen Leibe versetzen. Scorpi-on-Oel dienet demjenigen Menschen / der von Scorpionen gestochen worden; oder auch das Pulver von den gebrannten Scorpionen / wenn mans dem verletzten Gliede appliciret / *Henricus Nollius, in Syst. Gen. Medicinæ Hermeticæ, ap. D J. A. Weber. in Discurs. Curios. XXXIX. Ex. VI. p. 726.*

§. 4.

Animalia noxia quadrifariam homini prodesse queunt, ut eum aut *pœnaliter ledant*, aut *salubriter exerceant*, aut *utiliter probent*, aut *ignoranter doceant. Balduin. in 1. Ep. ad Tim. C. IV. Q. 7. p. m. 272. Scaliger. de Subtil. Exercit. 33. c. 2. p. 142. L. Job. Cyprian. Cont. in Hist. Anim. Franzii P. 1. c. 3. p. 58. 59. 60.* Creata venenata animalia 1) ob fidei exercitium. Fideles enim calcant basiliscum pedibus, Psalm. XCI, 13. Paulus dum credit, credentem vipera non lædit. 2.) Ob peccati vitium : sunt enim nobis pœnæ loco aliquando. 3.) ob orandi studium, cui vacare debemus, ne ejusmodi animalia nobis noceant. 4.) Ob Dei encomium, nam & Dracones Deum laudare jubentur. 5.) ob medicinæ usum. *D. Botsac. M. G. p. 273. a.* Conf. *D. Mengering. Inform. Consc. Dom. XII. p. Trin. Q. III. p. 733 seq.* Quod si quando inveneris animal aliquod, vel plantam aliquam, quæ nulli rei utilia esse, nec ullæ inservire tibi videantur, fit hoc ob angustiam scientiæ nostræ; cum fieri non possit, quin unicuique herbæ ac fructui, nec non unicuiq; animalis speciei ab Elephante usque ad vermem insit aliquid, quod hominibus prosit, inquit Maimonides ap. *Pocockium in Portâ Mosis p. 94.* Conf. *Vossius l. c. l. 1. P. 2. c. 5. p 39. & l. 4. c. 61. p. 1515. seq. 1520. Guil. Peraldus Summ. Virt. & Vit. T. 1. c. 8. p. 50. Majol. D. C. Coll. 8. p. 292.* Venenum suum habuisse, non nocitura tamen homini animantia probabiliter asseruerunt *Damascenus*, *Augustinus* &c. *Tostatus* tamen, *Hunnius*, *Taurellus*, *Hottinger. Hist. Creat. p. 232.* malunt serpentes sine veneno creatos, quod ceu peccati pœna per eos deindè mundo immissum fuerit, *Cyprian. l. c.*

Venenata ubi non reperiuntur?

Hoc naturæ Privilegio eminet, quod Hibernia animalibus venenatis careat. Quod ipsum tamen quoque de Orcadibus, Garnsea, insula Maltha, Agro Toletano in Hispania, Agro Lignicensi in Silesia & aliis referunt. Et de fluvio Narva *Cromerus de Sit. Pol. L. I.* est autem, inquit, peculiaris Narvæ natura, sicut & *Dugloss.* annotavit, quod non fert venenosa Animalia, usque adeo, ut serpentes, qui navibus Bugo delatis adhæserint, edito sibilo refugiant, cum primum aquam ejus fluminis attigerint. Prorsus eo modo, quo de Hibernia

narrat *Silvester Giraldus*, Mercatores cum naves in Portu Hibernico aliquoties exoneraſſent, bufones caſu illatos in fundo navium inveniſſe, hosque, dum vivos in terram projeciſſent, ſtatim verſo ventre interiiſſe, *Typogr. Hibern. Lib. I. Cap. XXII.* ubi plura hujusmodi exempla allegat.

§. 2.

Idem ab aliis ad Araneas extenſum, quarum telas Ligna Hibernica nec in exteris regionibus admittere ſcribuntur: Exportatæ arbores nullo ſitu concipiunt vermes, aut incuria araneas admittunt, quanquam & ſuas Hibernia araneas, ſed illas innoxias habeat. Weſtmonaſterii ampla ſedes, ubi jus litigantibus dicitur, ex illis ſylvis trabes accepit, & effecta multa arte tabulata, mirum dictu, araneis circum parietes pendentibus, vix ligno tam ſordidæ texturæ ſilamenta adhæreſcunt. *Barclai. Icon. An. L. IV.* Id tamen alibi in Angliâ ſecus ſe habere jam à plurimis notatum. Veluti autem cauſa hujus rei apud Hiſpanos Sancto cuidam Ildefonſo, apud Melitenſes naufragio Pauli. Act. XXVIII. ita in Hibernia S. Patricio tranſcribitur, qui olim Hibernorum Apoſtolus fuit, & nunc divum Tutelarem ibi agit; Cujus etiam purgatorium in inſulâ quadam Occidentalis partis Hiberniæ oſtendunt, variisque extollunt viſionibus, quod inter Catholicos peculiari ſcripto illuſtravit *Lucas Walſingban Hibernus*; Figuram & ſitum in Tabula exhibuit *R. Carve*, ipſe etiam Catholicus, ſed qui nihil ſingulare in eo ſe agnoſcere poſſe modeſtè fatetur. Vid. ipſius *Anales Hibern. D. Becman. Hiſt. Orb. Terr. P. I. Cap. V. §. 7. p. 125. 126.*

Cladis præſaga.

§. 1.

Sæpe fit ut cladem & ſolitudinem animalia præſagiant & fugâ præveniant. Attilæ Hunnorum Tyranno capiendæ Aquilejæ omen dederunt ciconiæ, quas urbe relicta cum pullis ſuis nidos transferre, & in arboribus nidulari conſpexit, nota hiſtoria eſt ex *Juvenco Cælio Calano Dalmata in Hiſt. Attila & Mynſtero Lib. 2. Coſmogr.* Gotefridus Bullioneus cum Saracenis conflicturus, juſſerat ut exercitus prædam ingentem aliquot millium Camelorum, ovium, boumque dimitteret, paulo ante captam, ne impedimento eſſet. Jumenta diſcedere nolebant, ſecuta ſigna eorum, quos victores fore præſagiebant, ita ut cum ſtantibus ſtarent, cum procedentibus procederent, cum currentibus currerent, ut habet *Albertus Abbas Stadienſ. Chron. p. 145. de quo Baronius & nuper Beſold. de Regib. Hieroſ. p. 115.*

§. 2.

Ante cladem Novarienſem Gallis ab Helvetiorum præſidio, quod in urbe Maximilianus Sfortia collocaverat, illatam, ſub veſperam pridiè omnes Gallorum

lorum canes, facto agmine, per ipsas murorum ruinas tormentis patefactas, ad Helvetios transfugerunt, cauda & ore illis tanquam mox heris suis futuris, ablandiri, refert *Jovius Lib. XI. Hist. IV. p. 372.* Quid multa? Ruinis imminentibus musculi præmigrant, aranei cum telis primi cadunt. *Plin. Lib. VIII. Cap. XXVIII.* Habes novum animalium prudentiæ argumentum, & documentum, quomodo ad Deum confugere deceat homines &c. *Ursin. l. c. Cap. XVIII. p. 181. 182.*

Ezechielis Cap. I, 5. & 10.

Vid. Apparat. Bibl. Tom. II. p. 345. seq.

Proximi non incommodanda.

Mancipia sunt Diaboli, qui cum proximo incommodare non possint, è Satanico, quo in eundem æstuant, livore, jumenta ejusdem, oves, boves, sues, asinos, equos, & quod tolerabile adhuc esset, fustibus excipiunt, proterunt, tundunt, pungunt, vel, quod detestabile omninò est, veneficiis, incantationibus magicis, aliisque Diabolicis machinis perdunt, perimunt, prometitam olim inhumanorum facinorum mercedem reportaturi. *B. D. Dieter. Analys. Evang. Dom. 2. p. Trin. p. 560. cit. à D. Sperl. in Nic. quæ. & Jes. resp. P. II. p. 760.*

Animalcula autem illa inutilia, quæ ex putredine nascuntur, anne in principio à DEO creata?

§. 1.

Affirmat *D. Christoph. Pelargus, Diss. V. Sect. 3.* Negat *Joh. Ebartus, Enchirid. Theol. Posit. Polem. Loc. 4. p. 172.* Insecta illa, inquit, in primâ creatione à DEO creata non sunt, sed post lapsum demum sunt insecuta, quod exindè apparet, quia nascuntur ex putredine, at putredo in prima omnium rerum creatione nulla fuit, sed post lapsum demum, ut pœna, materiæ bonitatem & dignitatem adulteravit, & depravavit.

§. 2.

Sed *B. D. Kromayerus, Th. P. P p. 271. 272.* distingvit inter id, quod *formaliter*, & inter id, quod *materialiter* à DEO fuit conditum. Licet ejusmodi animalcula non fuerint à DEO creata *formaliter*, ut species perfectæ, in quibus forma cum materia fuit juncta, tamen *materialiter*, i. e. quantum ad materiam, ex qua trahunt ortum. Si non *actu*, saltem *causaliter* & *virtualiter*. *Voët. P. 1. p. 592. 719. Dieteric. Antiq. Bibl. ex Gen. I. p. 61. Valent. Henr. Voglerus, de Rebus Naturalibus ac Medicis, quarum in Scripturis fit mentio, Comment. ad Gen. I. p. 19. seq.* Formæ, quæ antea fuerunt *subordinatæ*, tandem *specificæ* evadere incipiunt,

unt, *M. Joh. Müllerus, Diſp. Phyſ. An aliqua ſpecies corporum naturalium perierit, aut de novo orta ſit?* §. 15.

In Paradiſo manſveta.

(c) Erant illic variorum animalium ſpectacula, omnia manſveta, homini obedientia, inter ſe pacificè & concorditer viventia; Baſilius de Paradiſo addit, ea inter ſe audiſſe & locuta eſſe ſenſatè; Poſt peccatum furere demum cœpêre:

Inde truces ſævire feræ, dudumque timentes
Excitat ad pugnam tunc primum conſcia virtus,
Reddit & armatas ungvis, dens, ungula, cornu.

Alcimus Avitus l. 3. p. 338. Sic in Eccleſiâ, novo Paradiſo: *Habitabit lupus cum agno, & Pardus cum hædo accubabit &c.* Eſ. XI, 6. Quod vaticinium *in Sibyllinis* legitur, ut hypobolimæa eſſe vel hinc conſtare liquidò poſſit:

Cumque lupus agni per montes gramina carpent,
Permixtique ſimul pardi paſcentur & hœdi.
Cum vitulis urſi degent, armenta ſequentes,
Carnivorusque Leo præſepia carpet uti bos,
Et pueri infantes colubros in vincula mittent.

Urſinus, Anal. Sacr. Lib. III. Cap. XVII. p. 180.

Curarum expertia.

(d) Perindè curarum omnium expertes ſomno ſe dant animantes, ac ſi poſtero die non opus futurum eſſet, ut ederent, *Goev. H. P. l. 3. c. 36. p. 637.*

Cur tot in arcam aſſumta?

De mundis animalibus 7. in arcam ingredi debebant, de immundis 4. Cur de mundis unum ſine compare? Scilicet ad ſacrificium, poſt diluvium offerendum, deſtinatum erat, *D. Frid. Bechman. Coll. Privat. ad Gen. VII, 2.* Septimum ex animalibus mundis in Arca Noæ ſacrificio reſervabatur. Unum par propagationi, alterum ſacrificio, tertium uſui & eſui ſervabatur, *Drexel. de Noëmo, c. XI. §. 1. p. 667.*

Cur quædam munda, quædam immunda.

§. 1.

Fuere alia munda, alia immunda, partim quoad uſum ſacrum in ſacrificiis, partim quoad profanum in cibis. Nam quod rectè ſcripſit *Juſtinus Martyr. in Quæſt. & Reſp. ad Orthod. Reſp. ad Quæſt. XXXIV. p. 321.* munda vocantur Ἀπὸ τὴν Φύσιν, immunda, Ἀπὸ τὸν νόμον, ſecundum legem. Munda in ſacrificiis dicebantur τὰ θύματα immobilia ex quadrupedibus oves, capræ, boves; ex volucribus, columba & turtur; cætera immunda reputabantur. Quoad eſum mun-

mundorum vel immundorum signa & catalogus habentur Levit. XI. & Deuter. XIV.

§. 2.

In rationes hujus præcepti à Sapientissimo Legislatore, qui inquisiverunt, in varias sententias abierunt. Quidam id constitutum putaverunt solo DEI beneplacito, cujus ratio nos lateat. Ita *Cunæus, Lib II. Rep. Hebræor. Cap. XXIV.* Quidam causas aliquas ejus meditati sunt, alii quidem naturales, alii morales, alii mysticas, alii plures ex illis conjunxere; Ast *Job. Spencerus Theologus Anglus de Legibus Ebræorum Ritualibus Lib. I. Cap. V.* postquam *Sect. I.* rationes assignari solitas vanitatis arguisset *Sect. II.* veras suâ sententiâ alias septem (&si octo marginalis summa promittat) assignat.

§. 3.

Primam ac *præcipuam* ait, ut DEUS Judæorum gentem, quam sibi in peculium sumserat, à cæteris mundi gentibus separaret, Levit. XX, 24. 25. 26. *Alteram*, singularem gentis Israëliticæ dignitatem & excellentiam, quæ postulavit, ut cibo peculiari, & dignitatis alicujus speciem ferente pasceretur, Exod. XXII, 31. Deut. XIV, 2. 3. 21. *Tertia*, ut legis illius observatio indicaret, Judæos DEO sancto dicatos, Levit. XI, 43 44. 45. & XX, 24. 25. 26. *Quartam*, ut puerilis Ebræorum natio sub legis illius pædagogiâ ad prima quædam sanctitatis & veræ puritatis elementa discenda duceretur, Levit. XI, 44. 45. & XX, 25. 26. 1. Pet. I, 15. 16. *Quintam*, quod DEUS ad antiquiorum gentium consuetudinem Ægyptiorum moribus confirmatam se accommodare vellet; *Sextam*, ut Judæos mundos, gentiles immundos mysticè significaret, Act. V, 28. Levit. XX, 24. 25. 26. *Septimam*, ut Israëlitæ à profanis gentibus discernerentur, iisque nec sanguine, nec religione, nec usu familiari jungerentur, Levit. l. c.

§. 4.

In quâ rationum partim moralium, partim mysticarum connexione omissam videmus mysticam, eamque omnium principem ab Apostolo significatam, Coloss. II, 16. 17. *Ne quis igitur vos judicet in cibo ac in potu, aut in parte diei festi, aut novilunii, aut Sabbatborum: Quæ sunt umbræ rerum futurarum, corpus autem CHRISTI.* Quod enim *Spencer. dicto l. I. Cap. XI. Sect. II. p. 186.* excipit, vocem σκιὰν, cui corpus è regione respondet, non relativè, sed comparativè & per modum oppositionis intelligi, quasi dictum sit, cibum, potum, novilunia, Sabbatha & religionem circa Legis ritus & solennitates externas occupatam, meras esse umbras, res nec solidas nec duraturas; at CHRISTUM, ejusque religionem corpus esse, h. e. rem solidam & perpetuam, repugnat 1) phrasi, quâ legalia σκιὰ τῶν μελλόντων relativè, significativè ac repræsentativè ad CHRISTUM, tanquam ad corpus dicuntur, perindè uti Ebr. X, 1. Lex σκιὰν ἔχειν, um-

bram obtinere dicitur μελλόντω ἀγαθῶν futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem. Umbra futurorum est omninò repræsentativa eorum, siquidem omnis umbra corpus à quo est, repræsentat. 2) contextui verborum Apostoli, quem post alios deduxit *Coccejus in Comment. Tom. V. Oper.*

§. 5.

Quare cum analogiâ fidei magis convenit *Heideggeri* Reformatæ itidem Ecclesiæ Doctoris sententia, *in Epistolâ Peyeri Comment. de Ruminantibus adjectâ*, censentis sententias várias de causis discriminis inter cibos constituti conciliari posse, si ejus ratio per se & præcipua mystica ad CHRISTUM referatur, secundaria verò & principalis instituti adjuvantes, morales & naturales habeantur. Nimirum DEUS in illâ lege præcipuè intendit, ut hominum peccatorum nondum sanguine CHRISTI actu expiatorum ἀκαθαρσία symbolicè repræsentata, Patres omnem in solo CHRISTO munditiem & puritatem verâ fide in sanguine ejus à peccatis omnibus purificante unicè acquiescentes consectarentur: atque interea promissum Messiam exspectantes ab omni populorum reliquorum quos eâdem lege immundorum animalium Symbolo, immundos declaravit, contagione immunes se præstarent, & ceu populus DEI peculiaris & sanctus ei uni solique devoti integrâ fide & ex præscripto ejus adhærescerent,

§. 6.

Ad hoc mysterium significandum pro sua sapientiâ & bonitate Legislator ea potissimum animalia munda declaravit, & cibo solito destinavit, quæ & valetudini humanæ præ cæteris conducere, & simulacra quædam virtutum continere cognovit. Confer. *Peyer. de Ruminant. Lib. III. Cap. V. & ipsum Spencerum l. c. Sect. III. p. 113. seq.* ubi nonnulla legis instituta ad res mysticas & CHRISTI beneficia adumbranda pertinuisse, sed secundariò fatetur, ex naturâ finis & mediorum redarguendus. Certè ultimus finis legis CHRISTUS, ad quem reliqua referuntur, est primarius. *L. Job, Cyprianus Continuat. in Hist. Anim. Franzii P. I. Cap. III. N. 12. seq. p. 60. seq. Joh. Andr. Danzius de Animalibus esu interdictis Cap. III. §. 3. p. 37. seq. Valent. Henr. Voglerus ad Cap. XI. Levit. p. 101. seq. D. B. Bebelius Hist. Eccles. Noach. Art. V. §. 4. p. 41. Dieteric. Antiq. Bibl. ex Psalm. L. 19. 11. p. 420.*

§. 7.

Notatu dignum, quod in libro *Mekorebaim* legitur: Temporibus Messiæ cessaturum esse interdictum suillarum carnium, Nullam ergo causam habent judæi, cur tantoperè abominentur Christianos ob esum porcinæ carnis, cum ipsis constet, temporibus Messiæ abrogatum iri illud interdictum, vicissim Christianis constet, Messiam venisse & reipsâ hanc legem abrogasse. Procul dubio autem desumtum illud est è *R. Mose Nadar Schan*, qui, allegante *Galatino*

sup.

Sup. Gen. XLI. scribit, in diebus Messiæ OMNIA animalia fore licita, prohibita autem olim fuisse à DEO eam ob causam, ut probaretur obedientia populi sui, *D. Christoph. Helvicus Tom. IV. Giess. Disp. IX. §. 17. p. 205.*

§. 8.

Finis Legis CHRISTUS jam venit, cuncta legis obscura reserans; ideo omnia jam suis benedictionibus sunt reddita, finitâ jam lege: nec ad solennitates ciborum est redeundum, quas & certa imperaverat causa, & jam sustulit libertas Evangelica; quod tamen intelligendum cum lege frugalitatis & continentiæ. *Tertull. in Epist. de Cibis judaicis.* Ex quibus promtum est judicare, quid de prohibitione ciborum sub Papatu sentiendum sit, ubi certi quidam cibi, statis temporibus ac diebus, sub comminatione iræ DEI & æternæ damnationis interdicti à Romanis Pontificibus fuerunt. Quæ prohibitio nihil aliud, nisi quidam à Christianismo ad judaismum regressus, imò ipsius Antichristi doctrina, 1. Tim. IV. *D. Ægid. Hunnius in Cap. XIV. ad Rom. p. m. 474. Balduin. Cas. Const. Lib. II. Cap. XIV. Cas. V. p. 503. seq. & in Cap. I. Epist. ad Tit. Aphorism. XVI. p. m. 75. D. Fridem. Bechman. Coll. Priv. in Gen. VII. 2.*

Postquam nata, statim ambulant, sed homo &c.

Omne animal postquam natum est, subito ambulat, & quò
Cunque libet graditur: non sic homo, tempore longo
Non pedibus, non ore valet, non mente: sed instar
Vocalis statuæ, solis vagitibus omnem
Nocte dieque domum vexat, turbatque quietem.

Martellus Palingenius Zod. Vit. l. 6. in Virgine, p. 154.

Ante diluvium non cárnivora.

Animantes ante diluvium iis, quæ è terra surgunt victitasse, nec fuisse carnivoras quasdam & immanes, senserunt inprimis Beda & Basilius, eandemque opinionem ut divinis literis, & Sanctorum Patrum doctrinæ consentientem amplectitur *Pererius, Comment. in Gen. I, 4.* dissentit *Aslacus Phys. Mos. in Gen. I, 25. Probl. 2. p. 259.* dicens: Verisimile est hanc ipsorum perpetuam fuisse naturam; Uti & *Schottus Phys. Curios. l. 7. c. 14. p. 721. seq. M. J. Mich.* Schwimmer Physical. Lust-Garten/ *q. 30. p. 216. 217.* Problema hoc est, cujus affirmatio verisimilior apparet, cum mortalitas quoque illarum non ex hominis peccato, sed ex naturæ instituto primo originem habeat, *L. Joh. Cyprian. Cont. in II. A. F. P. I. C. III. p. 59.* Quod autem *Plinius Præfat. l. 7.* ait: Cætera animantia in suo genere probè degere, congregari, & stare contra dissimilia: leonum feritatem inter se non dimicare, serpentum morsus non petere serpentes; ac maris quidem belluas ac pisces, nisi in diversa genera sævire: quod similiter

Hora-

Horatius Ode 7. Epod. dum in Romanos bello civili mutuâ se cæde mactantes invehens, exemplo eos ferarum absterret:

Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus unquam
Nisi in dispar genus.

De hoc, inquam, videndum est accuratius, quam sit ex veritate: cum neminem lateat, de pastu & Venere ea in eodem etiam genere acriter concurrere. Et sunt nonnulla tam crudelia, ut ipsam naturam odisse videantur, quandò aut parentes, aut cognata, aut ex se procreata interimunt. Exempla notavit *Brodæus l. 3. Miscell. c. 28. ap. Pontan. Progr. l. 3. p. 483. Scaliger. de Subtil. Ex. 240. p. 737. Pier. Valer. Hierogl. Collect. ex Vet. & neot. descr. l. 3. p. 115.*

Locuta.

§. 1.

De Platone ait *Clemens Alexandr. Lib. I. Stromat.* Existimat rationis quoque expertium animantium esse certas dialectos, quas exaudiant, quæ sunt ejusdem generis. Cum itaque in profundum cœnum ceciderit & clamaverit Elephas, alius quod evenit præsens conspicatus, abit, moxque reversus secum gregem Elephantum adducit, collapsumque servat. Ajunt & in Lybia Scorpium, si ei non succedat, ut iciat hominem, abire & eum pluribus reverti: connexosque invicem alterum alteri instar catenæ, insidias moliri. Non quod tacito quodam nutu utantur ista bruta, aut habitu quopiam sibi innuant, & quod cupiunt significent, sed propriâ suâ, ut puto, dialecto. Quin & alii ferunt, si piscis aliquis hamo tractus ruptâ linea evaserit, ejus generis piscem alium eo die, inque eo loco non compariturum.

§. 2.

Apostata *Julianus* fabulosum esse convitiabatur, serpentem locutum esse in Gen. III. Quo sermone? Naturaline? an prodigioso? Nam prius asseverare ausus est auctor Quæst. V. & N. Test. Augustino tributarum. Sed de Sermone præternaturali Moses agit: Quali *Asini Bileami* usa infrumiti Prophetæ Magistra. Canem in prodigiis locutum accepimus & serpentem latrasse, cum pulsus regno Tarquinius, *Plinius Lib. VIII. Cap. XLI.* Et Priverni bovem locutum scribit *Livius Dec. III Lib. VII. p. 263.* & in agro Romano, & in Campaniâ *Dec. V. Lib. I. p. 458. 460.* Narrat *Valer. Max. Lib. I. Cap. VI.* præcipua admirationis fuisse prodigia, quæ P. Volumnio & Sev. Sulpitio COSS. Romæ inter initia motusque bellorum acciderunt, Bos mugitu in humanum sermonem conversa novitate monstri audientium animos exterruit. Bello Punico secundo constitit, Cneo Domitio bovem dixisse: *Cave tibi Roma!*

§. 3.

Antepaulo quam Augustus ad Imperium admotus fuisset, bos in suburbano Romæ ad arantem dixit: *Frustra se urgeri, non enim frumentum, sed brevi defuturos homines.* Et solent Poëtæ inter futurarum calamitatum portenta talia recensere

—— —— pecudum faciles humana ad murmura linguas

Lucan. L. I.

—— —— & attonito pecudes pastore locutas.

Claudian. I. in Eutrop. DEI simius Diabolus, DEI potentiam imitaturus, multa præcipuè ante CHRISTI adventum operari conatus, ut gentiles illuderet & deciperet, ac in sui reverentiâ Diabolicâ idololatriâ devinctos contineret, rectè ait *Cl. Gaspar. à Reyes Camp. Elyss. Q. LV. p. 408. Bruxellis 1661.* Sic in Domitiano *Suetonius:* Ante paucos quam occideretur menses, cornix in capitolio elocuta est: ἔσται πάντα καλῶς. Nec defuit qui ostentum sic interpretaretur:

Nuper Tarpejo, quæ sedit culmine Cornix,
Est benè, non potuit dicere, dixit: Erit!

Quod tamen casu & arte humanâ fieri potuit. Nam cornix humana vocabula solet imitari, *Ursin. Anal. Lib. VI. Cap. VII. p. 321. M. Greg. Mich. in Gisseli. Not. XXII. p. 125. 126.* Arbores, lapides, muri locuti, de quibus suis locis. Apollonius voces animalium intellexit, atque id, dum per Arabiam transiret, didicit, *Suidas in v. Damis p. 213.*

Nulla occiduntur ab Indis.

Die Indianer töden kein Thier/ weil sie besorgen/ es möchte etwan die Seel ihrer Vorfahren darinnen gezogen seyn/ *Joh. Bapt. Tavernier*, Oriental. Beschreib. *Tom. II. Lib. III. Cap. XIV. p. 175. b.*

Neque à Judæis in Sabbatho.

Ridiculum est, quod quidam Eremitæ verba illa: *Ne resistatis malo*, Luc. VI. adeò superstitiosè interpretati sint, ut ne culicibus quidem & pediculis restiterint, & à corpore abjecerint, quin captos capitibus imposuerint & nutrierint, *B. D. Erentius, Hom. LVI. in Cap. VI. Luc. p. 121. b. D. Mart. Chemnit. Loc. Theol. P. II. p. 75.* Quibus similes aliqui superstitiosi hodie esse feruntur in Indiâ *Alex. Rossæus, Tot. Orb. Rel. S. II. p. 107.* De R. Eliezer refert *Buxtorff. Syn. J. d. Cap. XI.* quod prohibitum esse dixerit occidere in Sabbatho pediculum. הַהוֹרֵג כִּינָּה בְּשַׁבָּת כְּהוֹרֵג גָּמָל. Is qui interficit pediculum Sabbatho, idem facit ac si mactaret Camelum, *Reizius in Goodwin, Lib. III. Cap. III. n. 7. p. 237. D. Pfeiffer. Diss. Philol. I. de Talm. Jud. §. 33. p. 15.*

§. 2.

Alii Rabbini istud interdictum etiam ad pulices extendunt, *D. Franzius in Hist. Animal. Tr. IV. p. 853.* Isidis Sacerdotes in Ægypto totum corpus solebant eradere, & tertio quoque die tondere, ne pilorum sordibus inter sacrificandum piaculum committerent, neve inter Deorum cultum quidquam pediculorum, aut alterius excrementitiæ sordis ipsos polluerent, *Salm. in Pancirol. P. I. T. V. p. 18.* Arabes locustas interficere non audent, quasi Propheta id vetuerit, cum illas vocat magnum DEI exercitum Joël, II, 25. *Bochartus Hieroz. Lib. I. Cap. V. p. 35. & P. II. Lib. IV. Cap. XVIII. p. 574.* Sicuti & Franciscus Assisius pediculos à corpore suo decidentes in pascua reponebat ap. *Voët. D. S. P. III. p. 108. 954.*

Quæ hominem lethaliter læserunt, an jure justo occiduntur?

§. 1.

Certum est è verbo DEI bruta animantia luitura humanam cædem morte suâ. Nota est lex illa Mosis, Exod. XXI, 28. *Quum cornu ferierit bos aliquis virum aliquem aut fœminam, ita ut moriatur, omninò lapidator bos ille, neq; comedetur caro ejus.* Et ne quis hanc monitionem ad solam politiam Israëliticam referat & restringat: urgeatur promulgatam esse hanc DEI legem longissimo tempore ante latam legem Mosaicam. Ita enim alloquitur DEUS Noachum, Gen. IX, 5. *Sanguinem vestrum ab omni bestiâ requiram.* Placet autem DEO, cædem humanam à bestia commissam, sanguine bestiæ expiari; non quod bestia proprie culpæ capax sit, sangvine bestiæ expiandæ: sed *partim*, ut homines, more modoque bestiarum feroces, morte bestiæ à cæde humanâ absterrerentur: *partim*, ut dominium hominis in bestias hac ratione stabiliretur; *partim* denique ut Domini in ipsis bestiis punirentur, quia illas non satis diligenter custodiverant, *B. D. Brochmand. Syst. Theol. Tom. II. Art. XVIII. Cap. XX. Cas. Consc. XXE p. 85. b.*

§. 2.

Lapidibus obruetur, inquit textus; Non quod peccare possunt bruta, ut stultè ex his pœnis collegit *Socinus*, sed propter horrorem facti. Bruta propter hominem creata sunt, & propter hominem destrui possunt: nempè, vel ad hominis pœnam vel ademendationem, vel ad præcautionem in futurum. Sic & dominum bovis mulctari voluit, & homines monere, se non parciturum homicidis. Hæc lex explicat obscurum locum, Gen. IX, 5. *de manu bestia requiram*, & modum requirendi manifestat, *Matth. Polus, Synops. Critic. in Exod. Cap. XXI, 28. p. 387.* Hæ pœnæ, quas sustinent creaturæ sive brutæ, sive inanimes, non fluunt à culpâ aliquâ propriè dicta creaturarum brutarum, vel inanimatarum, (quasi bruta animantia proprie dictam peccati pœnam incurrere possint): Sed quicquid afflictionis subeunt & sustinent istæ creaturæ, id totum subeunt & susti-

ſuſtinent propter hominem, qui à DEO defecit, ac iſta mala, nullâ creaturæ culpâ, creaturæ accerſivit, *Brochm. l. c. Art. XLI. Cap. II. Q. IV. p. 531 a.* Occidatur pecus, ad quod vir aut mulier acceſſerit, Levit. XX, 15. non propter culpam, ſed propter memoriam facti, *Jus Can. Decret. P. II. Cauſ. XV. Q. 7. C. IV.* In deteſtationem criminis. Et ne ex ejus aſpectu aliqui inclinarentur ad idem vitium. Ne ſceleris memoriam refricet, *Polus, in b. l. p. 545.*

Anne pœnitentiam agere poſſunt? Jon. III, 7. 8.

§. 1.

Rex Ninivitarum etiam brutas pecudes jejunare coëgit, quod ideo factum eſſe conſentaneum eſt; non quod pecora ipſa peccaſſent, ſed quia illa ad peccatum abuſa, & vanitati ſubjecta fuerant, Rom. VIII, 21. Volebat igitur Rex ea quoque hoc luctu implicari *propter homines*, ut eos lamentabili ſuâ voce magis magisque excitarent, & ad dolorem ſerium provocarent. Tum, quia noverat bruta etiam DEO curæ eſſe, quod Jonas diſertè teſtatur, Cap. IV, 11. Volebat hoc inſtituto pecoribus etiam occaſionem præbere voce ſuâ miſericordiam DEI creatoris ſui implorandi, quemadmodum alias S. Scriptura meminit, pullos corvorum, & feras beſtias DEUM invocare, Pſalm. CXLVII, 9. Joël. I, 20.

§. 2.

B. Lutherus, quando Papiſticis operariis reſpondet, hoc Regis inſtitutum ſub nomine *ineptiarum* perſtringit, & diſerte *negat, eum hoc à DEO in mandatis accepiſſe, ut brutas pecudes inediâ & cilicio adfligeret.* Judicat autem, id factum eſſe, ad imitationem Majorum ad conteſtandam compunctionis & contritionis ſuæ ſeritatem & vehementiam. Sic enim ſcribit: Es gilt freylich bey GOtt der Thiere Faſten und Säcke eben ſo viel/ als der Menſchen Faſten und Säcke/ und wiederum der Menſchen ſo viel als der Thiere: Aber ein furchtſam Hertz/ und demüthig erſchrocken Gewiſſen thut auch wohl närriſche Ding/ damit es bewelſe/ daß es ſein Ernſt ſey: Und wo es müglich wäre/ ſo zwünge es auch Stein und Holtz zu trauren/ und alle Creaturen mit ihm zu weinen/ *Tom. III Jen. f. 217.* Dicit igitur hujusmodi ritus in ſe ſpectatos non tam bona & Deo grata opera, quam ineptias fuiſſe. Quod verò ſigna doloris ac pœnitentiæ fuerint, nequaquam inficiatur. *L. Ægid.* Strauch/ *Diſſ. Inaug. de Pœnitentiâ Ninevitarum Cap. II. §. 4.*

§. 3.

Quo fames beſtiarum? Reſp. ad graviſſimum luctum teſtandum. *Virgilius* de acerbo propter mortem Cæſaris luctu loquens, *Eclog. V.*

Non ulli paſtos illis egere diebus

Frigida, Daphni, boves ad flumina: nulla neque amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Factum hoc, ut hoc spectaculo magis commoverentur homines ad dolorem, & velut in speculo viderent, quid meriti essent: ut sub lege mactabantur pecudes, ut in iis vivam suæ damnationis imaginem homines viderent. Verè mœrens animus vellet omnes creaturas secum lugere &c. ut Psaltes, DEUM laudans, omnes ad unà secum laudandum invitat. Adde, quod cum hæc hominibus inserviant, eorum afflictio ad homines pertinet, ut olim in diluvio. Et in his deliciæ esse possunt hominum, ut in equis saginatis &c. *Polus in h. l. p. 1821.*

§. 4.

Et bestiæ debebant in communi luctu esse, ut anteà in communi luxu. Scilicet camelis, equis, mulis detrahebantur pretiosa integumenta & imponebantur vilia stragula, uti hodiè in luctu Principum & nobilium equi atris pannis indui solent, ut simul lugere videantur. *D. Pfeiffer. Prælect. in Proph. Jon. Cap. III, 8. p. 48.*

Integra quandoque in conviviis apposita.

§. 1.

Notandum & integra nonnunquam animalia coqui, atque etiam in mensa convivis apponi fuisse solita. Sic enim apud Indos, testis est *Philostratus*, integros non modo pisces, atque aves: verum etiam leones, capreas, apros fuisse appositos, ita ut quisque convivarum ex propria sede surgens, & particula ab iis animalibus abscissa, aut avulsa in propriam sedem reverteretur. Idem in Persarum natalibus fieri consvevit, teste *Herodoto* & *Athenæo Lib. IV.* integrum taurum assatum exhibet *Suidas in v. ἀπὸ θράκης p. 107.* Porcum integrum altera parte assum, alterâ verò elixum. *Athenæus Deipnosoph. Lib. IX. p. m. 280.* Camelum integrum, elibanitas boves *Id. Lib. IV. p. 95.* Macrobius *Lib. Saturn. III. Cap. XII.* refert, Cincium in oratione, qua svasit legem Fanniam de moderandis sumtibus, objeciisse suo seculo, quod porcum Trojanum mensis inferrent.

§. 2.

Erasmus in Adagiis: Gulæ, inquit, veteres architecti & hoc commenti sunt, ut bos, aut camelus totus apponeretur differtus intus variis animantibus. Hinc & porcus Trojanus venit in populi fabulam, quod ita varias animantium species utero tegeret, quemadmodum equus ille texit armatos viros. *Macrobii* verba sunt: Quem illi ideò sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum, ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit. S. Rullus Romæ primus integrum aprum una mensa apposuit. Huc referendus est Bos ille, qui apud nos in Imp. coronationis epulo ex veteri consvetudine integer multis aliis animali-

malibus farctus ligneo veru in foro torreri solet, ex quo pars aliqua ad inauguratum Imp. delata, reliqua multitudmi diripienda cedit. *Joh. Guil. Stuckius, Antiq. Convivial. Lib. III. Cap. III. p. 301. b.*

Ratione utuntur melius homine.

Quidam & brutis rationem assignavere, ut Anaxagoras, Plato, Porphyrius, Celsus, Galenus, Plutarchus, Hæretici Manichæi, Gnostici, ut & Lactantius. Valesius objicit de gallo gallinaceo, Job. XXXIIX, 36. *Quis dedit gallo intelligentiam?* Noverit DEUS, unde versio ista in Romana Biblia irrepserit, in Ebræo est: *Vel quis dedit menti intelligentiam? M Henr. Schmid. Thesibus Physicæ controversis Part. Spec. §. 47. Aslacus l. c. in Gen. II, 2. Probl. X. p. 341. seq. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 499.* Valla vellicat Aristotelem, quod bestiis rationem abnegaverit ap. *Heidf. c. IX. p. 191. Conf. D. Christ. Nagel, de Lætu Parentum, l. 2. c. 4. p. 75. seq. D. Joh. Affelman. Syn. Ex. Acad. P. 1. Diss. XV. §. 64. p. 441. M. Christ. Hoffman. Umbra in Luce, c. 2. §. 28 p. 91. M. Joh. Schmid. Diss Mor. de Brutis Hominum Doctoribus in Proœm. Watson. Union. Sap. c. I'I. p. 497.* Hieronymus Rorarius duos libros scripsit sub Titulo: quod animalia bruta ratione utantur melius homine, *M. Joach. Christ.* Westphal / *de Curioso Novitatis studio, c. II. §. 6. L. Joh. Schmid. Diss. Hist. Mor. de Honore Brutis non competente, S. II §. 7.* Nostro ævo eundem erravit errorem *Ernestus Sonerus in Ont. de Vitâ Contemplat. Philos. Altorffin. p 561* nec non Indiæ Occidentalis quidam populi, qui in hodiernum usque diem Simios & Cercopithecas intellectu pollere & loqui posse, sed ob periculum nolle, sibi stultè persvadent, *M. J. G.* Drechßler / *de Sermone Brutorum, §. 2. Conf.* Hamb. wochentl. Curiöß. Zeit-Vertreib. *An. 1700. N. 20. p. 154. 155.* Et Tit. *Bruta an aliquid rationis habent? Ursinus in Theologiâ Symbolicâ Symb. XXV. p. 35. in Tit. Animalium sermo.*

Nulla in re hominem superant.

Non enim verum, quod *Isocrates ad Nicoclem, p. 61.* dicit: Naturæ nostræ dotibus nihil cæteris animantibus antecellimus; sed ab illis longè tum celeritate, tum robore, tum aliis facultatibus superamur. Nam homini à naturâ nihil datum esse dicemus? *Cic. de Fin. l. 2. p. 88. Weberus* certè *in Arte Convers. Reg. 9. Probl. 9. p. 492.* probat, has dotes animalium ab aliquibus hominibus superatas esse, decebat namque, inquit, dignitatem naturæ humanæ, ut in nullâ re ab aliquo bruto omnes homines vincerentur. Exempla pernicitatis, roboris, visus, auditus &c. vid. ap. *Solin. c. 6. p. 171. seq. Plin. l. 7. c. 20. 21. 22. p. 113. seq. Apulejum de Dogmate Platonis, p. 37.* Quomodo occurrendum sit bruta animalia nobis præponentibus, vid ap. *Rhodig. l. 3. c. 10.* Quodcunque robur est animantibus, quæcunque velocitas, quæcunque opportunitas, quæcunque com-

moditas tota homini deservit. Ille indomitos boves ad jugum, & feroces equos ad frenum cogit. Ursos ungvibus, apros dentibus, cervos cornibus metuendos, decus fecit ille mensarum &c. Sic ex omni naturæ parte partum aliquid. Non est tibi bovis robur, at tibi bos arat. Non est tibi equi celeritas, tibi tamen equus ambulat. Non est tibi elephantis, aut cameli moles, sed ille tibi turrem vehit, hic sarcinam. Non est tibi cervi cotium, non agni pellis, aut vulpeculæ, sed illi hæc tuo nomine possident. Anne igitur his, qui vos inopes talium dicunt, haud inelegans responsum illud sit Romani ducis: Habere ista hominem nolle, sed hæc habentibus imperare, *Petrarcha de R. Ü. F. l. 2. Dial. 93. p. 573. 574.* Quadrat huc illud Talmudicum: Quatuor sunt superbi (i. e. præstantes) in mundo: Leo inter feras; Bos inter jumenta; Aquila inter volucres; Homo verò super omnia, quia omnibus imperat; at DEUS eminet super universa, *Crellius in* v. Hoffart. Ast & malitiâ hominem bestias vincere vid. ap. *Spineum de T. A. l. 2. p. 68.*

Non interficienda.

De Pythagoræis vulgaris fama est, nullum eos innocuum pecus Genio licasse, idque Ovidius, Jamblichus, aliique, sectæ illius quotquot enarrant dogmata, passim testantur. Imò Turcæ jam temporis graviter ferunt, siqua bestia per cruciatum interficiatur, aut voluptas ex ejus laniena quæratur, cujus rei satis pulchram narrat historiam *Busbeckius, Leg. Turc. Ep. 3.* de aurifice quodam, qui male à populo multabatur, & judicio publico in capitis discrimen, quod innocentem avem cruciatu affecisset, ducebatur. Narrat item in *παραδοξία Rossæus, S. 2. de Cultu Sinensium*, plurimos illic regionis vivere, qui letho dare vel minimum animantium superstitiose verentur. De incolis Cambajæ citatus Autor memorat, plures illic degere ordines hominum ita religiosorum, ut muscam vermesve letho dare perhorrescant, neque induci possint, ut aquam bibant frigidam, ne animam ejus jugulent: (Sicuti & Manichæi, cum animas hominum in omnia, quæ radicibus fixa sunt, atque aluntur in terrâ abire arbitrentur, herbas atque arbores sic putant vivere, ut vitam, quæ in illis est, sentire credant, & dolere cum lædantur. Propter quod agrum etiam spinis purgare nefas habent, & agriculturam, quæ omnium artium est innocentissima, tanquam plurium homicidiorum ream accusant, ut refert *August. l. de hæres. c. 46. ap. P. Sleveget, Diss. A. ad. P. 3. D ſp. 1. de Metempsychosi Judæorum §. 19. p. 898. D. Joh. Pappum Epit. Hist. Eccles. de Hæres. & Concil. Oecon. p. 261. Reyerlinck Th. V. H. T. 2. l. 3. p. 611.*); In ambulando omninò timent, ne in reptilia, formicas, cæteraque insecta injurii sint, eligunt potius viâ decedere, quam iis minimis colliculis appropinqvare, ubi formicæ nidos struunt, ovaque deponunt:

vino

Vino, ovisque abstinent, caventes, ne iis vescantur, quibus an insit sanguis, suspicio est; hinc etiam est, quod raphanos comedere timent, omnesque tam herbas quam radices, quibus rubri aliquid coloris inest. Nec desunt inter Christianos, qui piaculum ducunt feles, ciconias, & alia quædam bruta lædere vel occidere, cujus superstitionis origo non pietati, sed utilitati debetur. Feles enim muribus, ciconiæ verò serpentibus, ranis, bufonibus, aliis noxiis tollendis student. Ne ergo temerè animalia adeò utilia occiderentur, veteres pueris religionis specie illorum incolumitatem commendarunt. *Robertus Scharrockius de officiis secundum Jus Naturæ & D. Sam. Reyherus in eund. c. 3. p. 173. 174.*

In judicii die resurrectura.

Mahomet in Alcorano statuit omnia animalia bruta, ipsaque volatilia die judicii esse in vitam reditura, ac DEI censuram subitura, & verveces & animalia castrata in Paschate mactata à Saracenis, resurrectura in die judicii, Paradisum ingressura, & vota factura pro occisoribus. *Voët. D. S. P. 1. p. 718.* Sicuti & Franciscus Puccius, novorum alias & portentosorum dogmatum fœcundus Autor *in defens. adversus Socin. p. 38.* & bruta quoque in extremo die resurrectura, bestiasque in novâ terrâ futuras sibi ridiculè persvasum habet, ex Rom. VIII, 19. 20. 21. 22. *D. Joh. Meisner. Creatura gemebunda ex h. l. c. 2. §. 19.*

ANIMALIUM

Species quot?

Mahumet in capite de locustis: DEus creavit mille species animantium, è quibus in mari sexcentæ sunt, & quadringentæ in terrâ. Animalium omnium in aquis viventium nomina esse 144. vult *Isidor. Orig. l. 12. c. 6.* Hieronymus l. 14. 153. itaque illo jactu Petri, quo totidem pisces pertraxit in rete suum, Joh. XXI, 6. Significari omne genus hominum, Apostolorum prædicatione de mari hujus seculi ad salutem extrahendum. Egregie, modò verè. Sed nullum legi hactenus, qui in hunc præcisè numerum inciderit. Ante Oppianum *Plinius, l. 32. c. 11.* recensuerat 176. species animalium in mari viventium. Et Plinii catalogum in immensum auxerunt, qui de hoc argumento nostrâ ætate scripserunt. *Sam. Bochartus, Hieroz. P. I. c. 6. p. 37. 38.*

Gestationis tempus.

Non convenit Franzius cum aliis, nec cum rei veritate ubique in gestationis tempore unicuique animalium generi definito. Sues non 60. tantum dies, sed quatuor menses gestant; Canis & felis duos; (observatum enim, felem nunquam

quam deficere à novem præcisè hebdomadibus; Leporiac cuniculo unus mensis sufficit. *L. Cyprian. in Franz P. 1. c. 2. p. 39. 40.*

Ætas.

De vivacitate Animalium *Ausonius* ita:

Ter binos deciesque novem superexit in annos
Justa senescentum quos complet vita virorum,
Hos novies superat vivendo garrula *cornix*,
Et quater egreditur cornicis secula *cervus*,
Alipedem cervum ter vincit *corvus*, & ollum
Multiplicat novies Phœnix reparabilis ales.

Vid. Autor de Mirandis Naturæ in Sinâ & Europâ c. XXXVII. p. 1051. Nymphæ tamen creduntur decies Phœnicem superare. Placet nobis judicium, *Verulamii in Hist. Vitæ & mortis col. 499.* de diuturnitate & brevitate vitæ in animalibus tenuis est informatio, quæ haberi potest observatio negligens, traditio fabulosa. De Elephantorum ætate nihil certi se potuisse explorare, scribit *Tavernier P. 2. Hod. l. 1. c. 18. p. 71.* nisi quod ex relatione hominum, qui ipsos curant, 120. vel 130. annos collegerit. Cervi annos C. supergrediuntur juxta *Plinium:* Vita cervis in confesso, inquit, longa est, post C. annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander M. addiderat, adopertis jam cute in magna obesitate, *l. 8. c. 32. p. 140.* Cujus narratio incerta est Verulamio. Lucium 267. annorum ex Gesnero narrat *Franzius, P. 3. c. 4. p. 704.* alias ad annum quadragesimum quandoque vivere perhibent. Corvi ætatem ad octoginta, imò centum annos pertingere volunt; *L. Joh. Cyprianus Continuat. in Hist. Anim. Franzii, P. I. c. II. p. 42. Voss. de Idolol. l. III. c. LIV. p. 1024.* Imò ipse Plinius, quæcunque de vivacitate trium illorum C. Cornicis, Cervi & Corvi traduntur, pro fabulosis meris agnoscit *l. VII. c. XLIX. p. 121.* Hesyodus, inquiens, qui primus aliqua de hoc tradidit, fabulosè (ut reor) multa de hominum ævo referens, Cornici novem nostras attribuit ætates, quadruplum ejus Cervis, id triplicatum Corvis. Conf. & *L. Joh. Schmidius, Dec. I. Proverbiorum Salsiverbiorum Prov. V.* Homo plus temporis vivit, quam quodvis animal, excepto Elephanto, inquit *Aristot. de Gen. Animal. l. IV. c. X. p. 587.* Feles pariunt ultra annum XIV. Inter Aves passeres in caveis nutriti plures annos supervivunt. Carduelis, etsi minima avis, ad vigesimum annum vivit, teste *Verulamio.* Galli gallinacei ob salacitatem non excedere dicuntur annum duodecimum; exemplum ultra quindecim annos vivi legitur, *Ephem. Med. Phys. Germ. Dec. I. An. VI & VII. Observ. CLXIX. p. 233.* Anser viginti annos vitæ excedit &c. *Cyprian. l. c.*

Decem

Decem genera sunt, à DEO nobis hominibus commendata, ut ab iisdem discamus.

1) *Boves.* 2) *Asini*, ut ab illis discamus debitam erga DEUM obedientiam, Esa. I, 3. 3) *Ciconiæ*, 4) *Turtures*, 5) *Grues*, 6) *Hirundines*, ut discamus conversionem, Jerem. IIX, 6. 7. 7) *Serpentes*, ut discamus prudentiam, Matth. X, 16. 8) *Columbæ*, ut discamus simplicitatem & candorem, *ibid.* 9) *Corvi*, & reliqua, ut discamus erga DEUM fiduciam, Luc. XII, 22. 23. 24. Matth. VI, 26. 10) *Formicæ*, ut discamus vitare otium, Prov. VI, 6. seq.

Per ANIMALIA
Octies DEUS impios punivit.

1) *Pharaonem*, per ranas, pediculos & locustas, Exod IIX, 10. 2) *Cananæos*, Hevithas, Hethitas, per crabrones, Exod. XXIII, 28. Jos XXIV, 12 3) *Ismælitas*, per Serpentes ignitos, Num. XXI, 6. 4) *Quadraginta duos pueros*, per ursos, 2. Reg. II, 24. 5) *Gentes*, per leones, 2. Reg. XVII, 25. 6) *Prophetam* de Juda per leonem, 1. Reg. XIII, v. 24. 7) *Virum quendam* immorigerum per leonem, 1. Reg. XX, 36. 8) *Adversarios Danielis*, per leones, Dan. VI, 24. Adeoque quater per leones DEus puniisse legitur. *Joh. Möller. in Alvear. Sacr. p. 12. 13.*

So mächtig ist der Schöpffer aller Dinge/
Der alles wunderlich gemacht/
Als er das Werck der Schöpffung erst anfienge/
Auch daß daran kein Mensch gedacht/
An wunderseltnen Vögeln/Fisch und Thieren/
Kan alles GOtt zu Nutz und Straff aufführen!

D. Dexelius in Theatro Curioso Tit. XCI. p. 987.

ANNA
Bolenia.

Henrici VIII. Angliæ Regis amasia in Galliis vocabatur la mule du Roy & haquenée d' Angleterre. *Lanf. contr. Brit. f. 568.*

ANNALES
Unicâ penna scripti.

Martinus Crusius, Professor Tubingensis, tempore Professionis suæ 20000. Disputationes publicè habuit; In 7. Decanatibus 330. Baccalaureos, 329. Magistros promovit. Annales suos Svevicos, anno 1545. evulgatos, unicâ pennâ scripsit, in iisdemque elaborandis super ducentos Autores perlustravit; supra 7000. Conciones à Pastoribus habitas Græca Lingvâ in Templo calamo excepit, & in eadem ac Latina Lingvâ 78. libros composuit, *Joh. Leonh. Widner. Apophth. p. 199.*

Distingvuntur ab Historiâ.

Eo Annales distingvuntur ab Historia, quod illi quidem res contineant illustres; sed tantum, quo anno, & à quibus gestæ sint, exponant; nulla factâ mentione causarum & consiliorum; Historia autem continet res illustres, & insimul memorat causas, consilia, & quibus modis quid fuerit gestum. Historia est narratio rerum gestarum, quarum quis fuit αὐτόπτης; In Annalibus autem referri solent, quæ ætatem nostram antecesserunt. Vid. *Joh. Buno, in Idea Universæ Hist. in Præf. de Hist. Constit. p. 3. 4.*

ANNATÆ

Quæ?

Annatæ indè nomen habent, quod qui recens in demortui locum, in beneficio aliquo Ecclesiastico successit, Pontifici Rom. fructus integros unius anni persolvere teneretur ex eo Sacerdotio. Quam pecuniam, ut in Saracenos & Turcas semper esset paratus thesaurus, Papæ fuco quodam initio sibi dari petierunt: sed postea cum impetrassent, in rem propriam converterunt. Unde ex Conventu Augustæ A. C. 1500. habito Legati Romam ad Pontif. Alexandrum missi fuerunt, ut proventus illos, hac potissimum de causa concessos olim, in hunc usum contribueret. Sed quid ille?

Rem, tibi quam noris aptam, dimittere noli:
Fronte capillata est, posthæc occasio calva.

Joh. Wolff. L. M. Cent. XV. p. 830. 831. Quanta pecuniæ summa ex omnibus mundi Regnis ex hisce Annatis Romam sit transportata habet *Dn. Jo. Strauchius, in Diss. Juris Publico-Canonici de Annatis Cap. III. S. I. §. 1. seq.* Inventum hoc Paparum Svetonius (Platina in vitâ Bonif. IX.) Bonifacio IX. tribuit. *Autor Tubæ Pacis occentæ Scioppiano Belli Sacri Classico, p. 171.* Conf. & *Hector. God. Mussius, in Interesse Principum circa Relig. Evang. C. V. §. 10. p. 137* Harum Annatarum usus & hodiè in Angliâ obtinet, ita tamen ut pecuniæ hæ non Pontifici, sed Regi solvantur; Et hâc ratione reditus Regis non parum augentur, accedente præsertim hoc arcano, quod sæpè ad majores & pingviores Episcopatus ii, quorum reditus minores sunt, promoveantur, undè tanto crebrior fit Annatarum præbitio. *D. Beeman. H. O. T. P. II. C. IV. §. 6. p. 597.*

ANNIBAL

Hoc nomen ab Annone & Belo compositum suspicor, inquit *C. Barthius Adversl. l. III. c. I. p. 102.*

ANNULUS

Adami.

Adamus duos dicitur habuisse annulos; unius nomen OBLIVIO, alte-

alterius MEMORIA fuit, *Ex Talm. Jud. Radau Omt. Ext. P. II. c. VI. q. II. p. 272.*

Victimarum.

Nefas erat olim victimas offerre, nisi eas prius Sacerdotes annulo obsignavissent. Habuit vero hic annulus in gemmâ sculptum hominem procumbentem manibus junctis, cum gladio ad jugulum. *Id. ib.*

Pharaonis.

Quem Josepho dedit, habuit signum crucis, significans, quod ei sumendorum suppliciorum potestatem daret, *p. 273.*

Polycratis.

§. 1.

Polycrates Samiorum tyrannus, qui nihil unquam triste passus, sed assiduo gaudio diffluens, navigio in altum provectus, annulum mersit Sardonycho gemma inclusa preciosum, quem postea piscis eximiæ magnitudinis, escæ vice raptum, ad ostentum fortunæ insidiantis in præcordiis, Domino, cujus cœnæ parabatur, retulit: quem beatulum jactatorem annuli Orontes Darii Prætor paulo post in crucem egit, & pari cruciatu præteritam lætitiam abundè pensavit, *Plinius Lib. XXXVII. Cap. I. p. m. 652. 653. & Cic. Lib. V. de Finib. in fin.* Quem quidem vitæ exitum vaticinatus ei fuerat Amasis Rex Ægypti, & Filiæ somnium. Videbatur enim sibi cernere, Patrem in aëre sublimem esse, qui à Jove quidem lavaretur, à Sole autem inungeretur. Quam filiæ visionem suspensus exsolvit Polycrates. Nam à Jove, cum plueret, lavabatur, à Sole autem exudante è membris abdomine, ungebatur, *Salm. in Panc. P. I. T. LVII. p. 294.*

§. 2.

Sicuti Polycrati à pisce annulus, ita & à piscibus Maurltio Andegavensi Episcopo claves Sanctuarii in mare elapsæ sunt redditæ, *Sim. Majolus, Dier. Canic. Coll. IX. p. 323.* Vid. Tit. Claves in mare elapsæ.

Arnulphi.

De Arnulpho, avo Pipini, Duce Lotharingiæ Vincentius refert, quod tempore quodam A. C. 603. annulum in profluentem abjecerit Mosellam, his additis verbis: Si hunc annulum recuperavero, certum erit, mihi remissa esse peccata, & non dubitandum de æternâ salute. Multis igitur post annis eundem iterum in quodam apposito sibi pisce cocto reperit, *Joh. Wolff. Lect. Mem. Cent. VII. p. 143. 4.*

Salomonis.

§. 1.

Nuperrimè, inquit Pineda, in plumbeo quodam Arabico libro, qui in

Granatensi monte est inventus, hujusmodi recensentur: Salomonem aliquando ad balneum se præparantem, in Jordanis ripâ pellicum precibus annulum quendam, cui alligatam videbatur habere sapientiam, digito exemisso, exempto verò malo illarum dolo, & nihil minus quam sapientem & sanam mentem Salomoni volentium, conjectum in Jordanem stupidum igitur ac velut inertem truncum mansisse Salomonem, postea verò piscatorum operâ ex ventre capti piscis extracto annulo, & Salomoni restituto, restitutam quoque illi fuisse sapientiam. Caudè Pineda addit: Rem scribo mihi narratam, qui Arabice noverat, legeratque idem. *Bl. G. Mich. in Coff. n. 13. p. 60.* Amisit homo hunc annulum in Paradiso, hinc quantus, quantus est, mera stultitia est! Recipit autem in regeneratione, & quandò resipiscit, perfectè tamen non ante diem illum restitutionis,

Tunc Patre placato meriti reddentur honores,
Annulus, & cinget me stola justitiæ.

Canit plenus bonæ spei S. Paulinus in obit. Celsi ex Luc. XV, 22. ap. *Ursin. l. c. p. 162.*

§. 2.

Hoc magis jucundum, ac lectu dignum quod Aristæas antiquissimus Autor refert, qui ante adventum Christi in carnem inclaruit, Salomonem sc. habuisse annulum, literis & imaginibus depictum, in quo ut ab omnibus æstimabatur, magna latebant mysteria. Habebat annulus in lapide pretioso duas coronas depictas, quarum altera auream, altera verò spineam referebat, & inter ipsas coronas invicem se amplectentes hæ literæ continebantur: A. C. F. R. I. C. Scriptumque erat: VICTORIA AMORIS Omnes suspicabantur sub illo annulo magna latere mysteria, sed nullus erat, qui arcana illius referare posset, vel interrogare esset ausus, quousque Regina Sabæ magnis à Salomone obtinuit precibus, qui dictis illius acquiescens, ait illi: Prudens Regina adverte, quod in hoc annulo tria sunt consideranda. Primum quod in se habeat coronam auream sculptam: Secundum quod habeat spineam: Tertium quod istæ coronæ ad invicem sunt connexæ. In ordine ad coronam auream sic interpretare literas:

A C F R I. C
Aurea. Corona. Fortissimus. Regnat. In. Cœlis.

In ordine ad Coronam spineam sic:

A C F R I C
Aspera. Corona. Filius. Redimitus. Inferiora. Calcabit.

Si tamen attendamus ad hoc, quod istæ coronæ se complectantur, hunc reddent sensum:

A C

A C F R I C

Amoris. Cognita. Fortitudo. Regalium. Insigniorum. Copulatio;

Et huic proposito congruit intra coronas scriptura? VICTORIA AMORIS. Id est: Hæc est præcipua amoris victoria, in hoc ejus triumphus maxime ostenditur, quod has duas coronas, auream & spineam, copulaverit. *M. Georg. Wesling, Program. in Act. Orat. de Passione Christi.*

Sponsalitius sive Pronubus.

§. 1.

Hunc Rabbini vocant קִבּוּשִׁין טַבְּעַת quia conjugium hoc ipso tanquam *Sigillo* certificatur. *Crell. in v.* Finger-Ring. Apud Judæos in testium præsentiâ sponsus annulum digito sponsæ indici induens ait: En desponsata mihi es hoc annulo, secundum ritum Mosis & Israëlis. *D. J. B. Carpzov. in de Chuppâ Hebræorum S. I. Cap. II. §. 16.* Eiq; annulo plerumque insculpunt verba votiva: טוֹב מזל *fortuna bona* i. e. faustum felixque sit. §. 17. *Goodwin Mos. & Aar. Lib. VI. Cap. IV. p. 494. Joh. Selden. de diis Syris Synt. I. Cap. I. p. 77. & ejus uxor Ebraica Lib. II. C. XIV. p. 138.*

§. 2.

Cæterum cur annulus detur, non omnibus una eademque est sententia. Borsinius hanc adfert rationem, quod duo animi formâ hâc rotundâ indissolubili quasi vinculo ad perpetuam & fine carentem conjunctionem constringantur & copulentur. Das Gold bedeutet die Dauerhafftigkeit/ und der Ring die Langwierigkeit/ und die stete Erneurung der Liebe. *D.* Weidling/ *Orat.* Schatz-Kammer/ *P. III. p. 310.* Communius placuit annulum dari Sponsæ, majoris firmitatis gratiâ, & ut sit tessera vel Symbolum, signum incurrens in oculos, & demonstrans eam puellam, cui annulus traditur, desponsatam esse. Dabatur vero principio annulus ferreus, & quidem sine gemmâ, ut ex Plinio adparet (*L. XXXIII. C. I. p. 580.*) non sine peculiari, ut videtur mysterio. Nam gemma aberat, ut Veterum reique simplicitatem, ostenderet. Materia ferrea ad constantiam spectabat. Forma annuli rotunda, perpetuam animorum conjunctionem designabat. *Salm. in Panc. P. I. T. LIX. p. 317. Alex. ab Alex. G. D. l. II. c. XIX. p. 87. a. Kipping Antiq. Rom. l. IV. c. II. §. 1. p. 571. Hotmanus, de Vet. Rit. Nupt. c. X. p. 304. Laurent. Polymath. l. I. Diss. XI. p. 28. Rev. Dn. Calvör, Rit. Eccles. P. I. p. 128.*

§. 3.

Solebant porrò Sponsales vel nuptiales annulos certo insigni aut hieroglyphico notare, quem morem ostendit *Clemens Alexandr. l. III. Pæd.* Inprimis apud Christianos obtinuit, ut pronubo annulo signum Fidei, quod est hie-

roglyphicum mutui fœderis ac concordiæ, inſculperetur, idque præ ſe tulerunt dextræ utrinque conjunctæ, quaſi dato annulo dicerent: En dextra fidesque! Porrectione autem dextræ veteres non Chriſtianos tantum, ſed & Judæos & Gentiles fidem ſpondere ſolitos notum eſt. Romæ in ipſo Fidei Simulacro, quod marmoreum hodieque extat, duæ ſunt perſonæ dexteras jungentes, in medio *Amor. Salm. l. c. T. LIII. p. 279. Conf. Scharffius, Diſſ. Inaug. de Sponſal. §. 18. Polyd. Vergil. de Rer. Invent. l. II. c. XXI. p. 159. ſeq. Joſ. Arndius, Lex. Antiq. Eccleſ. p. 653. ſeq. P. Hachenberg. de Germ. med. Diſſ. V. §. 8. p. 165.* Die Trauringe ſind glat und ohne Edelgeſtein/ weil die Braut der Edelſtein iſt/ (*Mich. Pexenfelder, Apparat. Erud. c. LXXXIIX p. 678.*) oder auch weil die Liebe vollkommen/ gleich/ rund/ und ohne einige Hinderniß ſeyn ſoll.

§. 4.

Annulos hos connubiales ſeculo ſeptimô à Martino Pontif. Rom. eſſe inſtitutos habet *B. Kromaier. Th. P. P. Art. XIX. p. 1091. 1096.* Cur autem lævæ potius, quam honoratiori dextræ aptatus fuerit annulus, autorum ſententiæ itidem variant. Vid. *A. Gell. Noct. Att. l. X. c. X. Plin. l. c.* Macrob. *l. VII. Saturn. c. XIII* refert, veteres annulum non ornatûs, ſed ſignandi causâ, quacunque manu, quo libebat digito geſtaſſe, ſculptura ipſi materiæ annuli ſeu ferrei, ſeu aurei impreſſa. Poſtea uſum luxuriantis ætatis ſignaturas pretioſis gemmis cœpiſſe inſculpere. Hinc factum, ut uſus annulorum exemtus dexteræ, quæ multum negotiorum gerit in lævam relegaretur, quæ otioſior eſt, ne crebro motu & officio manus dexteræ pretioſi lapides frangerentur, *Joh. Schildius, in Suet. l. I. p. 50. Salm. l. c. p. 314. M. Matth. Fried.* Grienſch/ *Diſſ. Philol. de Uſu Manuum, S. II. §. 9. Diet. Ant. B. p. 629.*

§. 5.

Sed cur quartus à pollice digitus præcipuè annulis ornatur? A. Gellius *l. c. p. 313.* reſpondet: Ab hoc digito nervum quendam deduci ad cor, cujus cum auro magna ſit συμπάθεια. Vid. *Guevar. Epiſt. ad Anton. Mendozam India Proregem p. 200. Selden. Uxor. Ebraica, l. II. c. XXV. p. 180. D. J. P. Pfeiffer. Antiq. Græc. Gentil. l. IV. c. XI. p. 626. 627. B. Briſſon. de Ritu Nupt. p. 7. Joh. Saresberienſ. Policrat. l. VI. c. XII. p. 303.* Verum Anatomici recentiores de uno tantum nervo docent, qui ad cor deſcendat: qui nimirum oriatur à ſexto pari nervorum cerebri; qui nervus cordi lætitiæ ſenſum dicitur præbere. Et nervi non è corde oriuntur, ſed è Cerebro; (Vid. *D. Tob. Andreæ, de Conjugio Mentis & Corporis, §. 14.*) Arteriæ verò propriè ad cor pertinent. Itaque veriſimile eſt, annulos aureos in digito illo geſtari ad confortandam memoriam; Nervos enim à Cerebro, quod memoriæ eſt ſedes, oriri docet inſpectio, *Georg. Bachmanus, Exercit. Philoſ. Cent. II. Q. XCIIX. D. Joach. Hildebrand. de Nuptiis Vet. Chriſt.*

Caſa-

Caſalius de Profan. Rom. Rit. P. II C. XIIX. p. 104. Conf. Tit. Digitus. Apud Romanos duplex annulorum erat uſus, erant ſignum 1) autoritatis & poteſtatis. 2) honoris & dignitatis, *D. Matthia Th. H. T. P. p. 446. Caſalius l. c.* Annulo ſponſalitio male aſſervato faſcinatum Romæ quendam Senatorii ordinis novum maritum, tradit *Kirchmannus in erudito de Annulis libello C. XIIX. p. 179. D. Matth. Zimmerm. Anal. Menſtr. M. II. C. VI. p. 89. & Florileg. Philol. Hiſt. p. 124. Conf. & Tob. Magiri Polymnemon p. 190. ſeq.*

Caroli V. Imp.

Imp. hic dicitur annulum habuiſſe cum horologio, in quo carbunculus inſtar indicis horas indicabat; bicolor autem fuit hic carbunculus, & lucida parte diem, nigra noctem denotabat. Lemma fuit: *Vertimur*, i.e. Carbunculus in Carbonem, *M. Radau Omt. Ext. P. II. C. VII. Q. II. p. 315. 316.*

Magnimagicus.

§. 1.

Joſephus Quercetanus in ſeinen Diæretico Polyhiſtorico ſchreibet / wie aus ihm Bœkelius Diſquiſ. VI. §. 24. p. 177. 178. erwehnet / daß er von einer Weibs-Perſon / durch einen Lieb-Ring / folgender Geſtalt bezaubert worden / daß er ſie nicht allein / ſo lange ſie gelebt / zu ſeiner Beyſchläfferin gehabt / ſondern auch / nachdem ſie geſtorben / habe er ihren Leichnam / wie übel derſelbe immer angefangen zu ſtincken / doch nicht aus ſeinen Zimmer wollen wegtragen / und zur Erden beſtatten laſſen / ſondern ſich eingebildet / als rieche er eitele liebliche Roſen / und angenehme Cypriſche Violen. Als nun ſeine Räthe und Diener ſolches geſehen / haben ſie gemerckt / das der Käyſer von dieſer Weibs-Perſon / bey ihrem Leben / müſſe bezaubert worden ſeyn. In dem ſie nun den ſtinckenden Leichnam fleißig durchſucht / haben ſie endlich einen güldenen Zauber- und Lieb-Ring / in der Verſtorbenen Munde gefunden / und denſelbigen alsbald von ihr weggenommen / worüber die Bezauberung auffgehöret / der Käyſer von den üblen Geruch in den Zimmer nicht mehr bleiben können / und Befehl ertheilet / das todte Weibs-Bild zubegraben. *Barth. Anborn. Magiolog. P. II. Cap. 10. p. 957. 958.* Dieſes geſchah zu Acken / da denn zwar die Liebe zu den Cörper ſich verlohren / doch hätte die Wirckung des Ringes / wie etliche wollen / ſo viel effectuiret / daß der Käyſer doch allemahl die Gegend um die Stadt Acken geliebet hätte / denn er daſelbſten ſeine Reſidentz auffgeſchlagen. *Cl. Hübner. Hiſt. Polit. Tom. I. p. 775.* vid. & *Dn.* Ernſt Confect-Tafel *Cent. I. Cap. LXX. §. 7. p. 418.* Alſo hat die Cæſonia den Käyſer Caligulam durch ein Philtrum oder Lieb-Gifft bezaubert / daß er in unzüchtiger Liebe gegen ſie / faſt unſinnig worden / und wo er immer hingereiſet / ſie mit ſich genommen hat. *Anborn. p. 955.*

§. 2.

§. 2.

Simile ferè quod sequitur: Heinrich der IV. König in Franckreich ward erstochen/da sein ältester Printz noch ein Kind von 9. Jahren war. Die Königl. Wittwe führte die Vormundschafft/ und zugleich auch das Regiment. Sie hatte aber einen Italiäner bey sich/ Nahmens Concinus Concini, diesem vertrauete sie das gantze Reichs-Regiment/ und machte ihn zum Marggrafen von Ancre; Er war aber dem Reiche durch seinen unersättlichen Geitz und Hochmuth höchst schädlich. Jedermann wunderte sich/ wie dieser Frembdling für allen qualificirten Männern in Franckreich in solches Ansehen käme/da er doch von keinen sonderbahren Meriten/ vielweniger von hohen Stande war; aber nachgehends fande sich/ daß des Marggraffens Frau/ auch eine Italiänerin/ die Königin bezaubert hatte/ daß sie ihrem Gemahl und ihr mit solcher Gnade und Liebe zugethan seyn muste. Dahero als der junge König die Tyranney dieses Frembdlinges nicht mehr ersehen kunte/ ließ er ihn ermorden/ seine Frau aber wurde als eine Zauberin verbrand. Und gleichwie der Marggraff muste öffentlich massacriret werden/ also galt es Mühe genug/ die Marggräffin von der Königin wegzubringen/ massen sie aus derer selben Armen muste gerissen werden. *Dn. Zenneri, Novella Mundi Docti & Curiosi An. 1694. Mens. Majip. 487.* Conf. & Harsdörffer im Schauplatz Lust- und Lehr-reicher Geschichte/ *P. II. Cap. XXXVII. p. 138. seq.* ubi & aliud exemplum invenies.

Vulneri incluſus.

Hadingus, Danorum Rex, cum gigantem quendam Nitherorum Regis Haquini filiam Regnildam ambire animadverteret, in Norvegiam profectus, tam fœdum regiæ virginis amatorem oppressit. Ipsa dum gratitudinis ergo vulneribus Hadingi medetur, crus ejus annulo vulneri incluso obsignatum reliquit. Postmodum à Patre eligendi mariti libertate donata, inter multos procos Hadingum latentis annuli indicio deprehensum in conjugem assumsit. *Saxo Lib. I. ap. Zwinger. Vol. V. Lib. II. p. 1238. b.*

Pretioſiſſimus.

Doctrina Sapientiæ auro potior, Prov. VIII, 10. Nonii Senatoris annulus, inclusam habens gemmam XX. millibus i. e. integro auri millione taxatam, famâ celebratissimus fuit. Opalus fuit gemma, cui generi pretiosissima, ut docet Plinius gloria. Est enim in iis carbunculi tenuior ignis & amethysti fulgens purpura, est Smaragdi vivens mare & cuncta pariter incredibili mixturâ lucentia. Propter hunc proscriptus Nonius ab Antonio, & fugiens solum hunc annulum è fortunis suis omnibus abstulit secum, mirâ contumaciâ, cum etiam feræ abra-

abrasas partes corporis relinqvant, propter quas se periclitari sciant. *Plin. Lib. XXXVII. Cap. VI.* Lubet exclamare! Si tanti vitrum, quanti margaritum? Nam lapillos istos, qui cum auro superbiam jungunt, quid aliud interpreter, quam lapillos & calculos, ejusdem terræ minutalia? *Tertull. de habitu Muliebri Cap. VI.* Quantò his pretiosior sapientia? in quâ verè omnia sita sunt ut Stilpon Megarensis, captâ Patriâ, amissis liberis, amissâ uxore, cum ex incendio publico solus, & tamen beatus exiret, rectè dixerit Demetrio Regi: Omnia bona mea mecum sunt. *Seneca Epist. IX.* Quidni? secum abstulerat annulum, in cujus palâ Opalum Sapientiæ incluserat, omni auro & supra terram egesto & infra condito contra charam.

— — Virtus pretiosior auro
Per quam præclarum plus micat ingenium.

Corn. Gallus, Eleg. I. ap. Ursin. Theol. Symbol. Cap. CXXXVII. p. 160. 161.

Piscatoris.

Omnia Pontificum Rom. Decreta hoc confirmantur sigillo: Sub Annulo Piscatoris, *Matth. Faber. Auct. Op. Conc. Trip. P. II. p. 237.* Est autem *Annulus Piscatorius*, qui publicâ autoritate sumtibusque 115. Scutatorum, à Senatu Populoque Romano in ipso Inaugurationis die Pontifici offertur, cujus in superficie imago Petri piscantis expressa, *D. Joh. Frid. Maierus, Comment. de Electione Rom. Pontif. c. I. §. 7. p. 19.*

Ex auro, quod Magi Christo obtulerunt.

De hoc annulo ex auro, quod Christo Magi obtulerunt, fabrefacto, qui inter antiqua Domus Austriacæ cimelia fuit, *Lambecius, Comment. de Bibl. Vindobonens. T. I. P. I. L. I. p. 25.* prodidit, quod tempore belli insolito fulgore victoriam portendere visus sit, *Dan. Georg. Morhof. Polyhist. Literar. L. I. C. XII. p. 122.* In munitione oppidi, quod Sergius Galba ad opprimendum Neronem sedem bello delegerat, repertus est annulus opere antiquo, sculptura gemmæ, victoriam cum trophæo exprimente, *Sveton. ap. Zvinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1373. 4.*

ANNULI
Signatorii.
§. 1.

Mos fuit, ut Imperatorum imagines sculperentur in annulis, imprimerentur in numismatibus, cum nominibus ipsorum. Quorum etiam characteres milites circumferebant in corpore, & in clypeis. Quæ multis scripturæ locis inserviunt. *Hagg. Cap. II, 24.* Dominus ipse Exercituum de Zorobabele servo suo, quem cum summa potestate copiis suis præfecit omnibus: *Ponam te quasi*

ſignaculum; *Cacboram*, quod Chaldæus eleganter vertit: ſicut ſculpturam annuli manus, LXX. ὡς σφραγίδα, reliqui Interpp. ſeqvuntur: *Quia te elegi.*

§. 2.

Zorobabel iſte ἀληθῶς quidem ille Princeps tum Judæorum; ἐπωμένως verò ejus poſteri in eodem regimine; Sed μᾶλλον CHRISTUS, ἐξαιρέτως nempè, & ex primariâ Spiritus S. intentione, ut docet *Cyrillus ibid.* Vid. omninò *Apparatus Bibl. Tom. IV. in Tit. Zerubbabel Chriſtus.* Geſtarunt autem Imperatores ſuas imagines in *annulis ſignatoriis.* Auguſtus in diplomatibus, libellisque & epiſtolis ſignandis initio Sphynge uſus eſt: mox imagine Magni Alexandri, noviſſimè ſua: Dioſcoridis manu ſculpta, qua ſignare inſecuti quoque Principes perſeverarunt. *Sveton. Cap. L. in Oct.*

§. 3.

Origo moris ab Aſſyriis, ut cætera ferè hujus generis. Nam in eorum ſigillo Regio expreſſa fuit imago Rhodogunes, nempè Semiramidis, Sparſis capillis, quo habitu Babylonem rebellem cœpit. *Polyæn. Lib. VIII. Strategem. & Valer. Max. Lib. IX. Cap. III.* Nec mihi dubium, quin Perſæ hinc cœperint ſignare annulo Cyri aut Darii imaginem præferente, cujus annuli regii in Daniele Cap. VI. & in libro Eſtheræ paſſim mentio. Thucydidæ interpres notat τὸ βασιλικὸν σφράγισμα, ut vocat *Xenophon*, habuiſſe vel Regis imaginem, vel Cyri Monarchiæ Perſicæ autoris, vel Darii Eqvum, cujus hinnitu regnum ille obtinuit, vid. *Briſſon. de Regno Perſar. Lib. I. p. 142.* De Alexandro ſcribit *Curtius*, duplici annulo uſum fuiſſe. Darii in literis, quas in Aſiam ſcriberet, ſuo, in iis, quas in Europam mitteret, *Lib. VI. Cap. VI.* Hunc moriturus Perdiccæ tradidit. *Id. Lib. X. Cap. V.* exemtum digito, tacite hæredem deſignans, de quo & *Juſtinus Lib. XII. Cap. XV.* Hinc imago Auguſti ſignatoria illa, quæ & Macrianorum familiæ peculiaris fuit, non ſine ſuperſtitione; nam credebant juvari in omni actu ſuo, qui Alexandrum vel auro geſtarent expreſſum, vel argento. *Trebell. Pollio in Tyrann. 13.*

§. 4.

At ut Reges & Impp. hoc pacto imaginibus ſuis uſi; ſic easdem in annulis ferre vulgi veneratione inſtitutum eſt. Hinc Paulus Prætorius Maronis inſidiis in capitis inciderat periculum, quod matellam in convivio ſumens, imaginem Tiberii, quam in annulo habebat ectypam, obſcœnis admoviſſe accuſaretur. Jam ſubſcriptionem componebat Maro, cum ſervus Pauli annulum in manu ſuâ oſtendit, quem ebrio hero extraxerat. *Seneca de Benef. Lib. III. Cap. XXVI.* Aliud autem Romæ fuit *Reipublicæ ſignum*, quo obſignata diplomata Reip. nomine edita, in quo Romæ imago forte, qualis in nummis videtur, ut *Caſaubonus* annotat *ad Svet. Oct. Auguſt. Cap. XCIV.* Quo mihi alluſum eſſe

piè

piè videtur. Es. XLIX, 16. *Ecce in manibus meis descripsi te muri tui coram oculis meis semper!* Nam ut in Davidicis numismatibus muri & arces Sionis exprimebantur. Sic in annulo signatorio quid vetat? Nam & alias in manu & annulis signare imagines charissimorum Judæis olim frequens fuisse, alias docebitur. Sic ergò Jehova Zebaoth imaginem suam, Filium suum Hominem factum Ebr. I, 3. in annulo suo signatorio gestat, & nos fide gestare decet, ut in omni actu nostro juvemur. *Ursin. Anal. Sacr. Lib. I. Cap. LVII. p. 89. seq.*

ANNUS

Bonus opus habet misericordiâ

Juxta illud Talmudicum: שלשה צריכין רחמים מלך טוב שנה טובה והלום טוב i. e. Tria opus habent misericordiâ: Rex bonus, Annus bonus, & somnium bonum, *M. Val. Friderici, Diss. de Anno in Præloq.*

Varia apud varios sumit initia.

Angli initium anni ducunt à 25. Martii, Annunciationis Festo, quia Redemtio nostra tunc incepit; Quæ consvetudo & in Hispaniâ recepta; Lutherus *Coll. Mens. c. V. p. 57. b.* dicit & in Galliâ; sed mos hic in Galliâ tantum duravit usque ad annum 1564. *Novellæ Mundi Docti & Curiosi, Ann. 1694. Mens. Dec. p. 7314.* Perinde ac apud Venetos est d. 1. Martii, & in Portugallia locisque nonnullis Africæ 29. Augusti, apud Russos dies 1. Septembris, quia mundum tunc conditum autumant, *D. Beeman. H. O. T. P. II. Cap. IV. §. 25. p. 603. & C. VII. §. 9. p. 672.* Veteres annum à Calendis Aprilis mensis inchoabant, *D. Brunnem. Comment. in Cod. Lib. II. Tit. IIX. L. VII. n. 13. p. 141.* Turcarum 15. Julii incipitur, & Anni Hegiræ dicuntur à fugâ scilicet Mahomedis, Vid. *Tit. Æra.* Anni initium Tartaricum Calendæ Februariæ, *M. Paulus Venetus de Reg. Orient. L. II. C. XV. p. 73.* Apud Sinas anni exordium incidit in medium Hyberni solstitii & æquinoctii verni, diem verò quintum Februarii, dummodo Novilunium sit, *Andr. Müllerus, Disq. Geogr. & Hist. de Chamia. p. 88. b.* Judæis primus dies mensis Nisan, Martii nempe Novilunium, principium est anni Sacri seu Festorum. Annum vero civilem & politicum inchoant primâ die Tisri seu Septembris, h. e. Septembris Novilunio, *Buxt. Syn. Jud. C. XVII. p. 384.*

XX. quem non pulchrum
XXX. non robustum
XL. non Sapientem
L. non divitem fecit, illi nihil amplius sperandum. *Luther. Coll. Mens. C. X. p. 102. a. & C. XXXVI. p. 354. b.*

Cur 1. Jan. initium sumit?

§. 1.

Dieses ist von dem alten Römischen Könige / Numa Pompilio, also geordnet / weil nemlich zur selbigen Zeit / der Eintritt der Sonnen in den Steinbock an demselben Tage geschehen / und also indem die Sonne sich wieder zu uns herauf wendet / nachdem sie vorher immer von uns abgewichen / den Tag verlängert / und gleichsam das Jahr erneuert; welches denn Ovidius Lib. I. Fastorum mit folgenden Versen bezeuget:

Bruma novi prima est veterisque novissima Solis,
Principium capiunt Phœbus & annus idem.

* * * * *

Den ersten *Januar* der Sonnen-Lauff sich wendet/
Nachdem sie sich vorher von uns gewendet ab.
Drum saget man mit Recht: da sich das Jahr geendet/
Daß Sonnen-Lauff und Jahr nur einen Anfang hab.

§. 2.

Sonst waren vor Alters nicht alle Völcker in diesem Stück einig / indem ihrer viel im Martio, wann Tag und Nacht gleich / das Jahr anfingen. Wie denn GOtt der HErr den Jüden gebot / daß der Monat Abib (in welchem Tag und Nacht gleich war) sollte der erste in ihrem Jahre seyn / verstehe hierdurch das Kirchen- oder das natürliche Jahr / denn das politische Jahr huben sie im Herbst an / wie sie auch noch thun. Ja es ist billich hierbey anzumercken / daß in Engelland auch noch biß auf den heutigen Tag die Gewohnheit sey / daß man vor dem 25ten Martii die Jahrzahl nicht ändere / und man insgemein / insonderheit der Fremden wegen / um keine Irrung zu machen / vom 1. Januarii biß an den 25. Mart. die Jahrzahl mit gebrochenen Zahlen / nemlich also $\frac{1702}{1703}$. schreibet.

§. 3.

Die Türcken aber vagiren mit dem Anfang ihres Neuen-Jahres durch das gantze Jahr / weil selbiges bey ihnen bloß nach des Monden-Lauff eingerichtet / und aus 12. mahligen Wechsel des Mondes / als welcher allemahl in 29. Tagen und 12. Stunden geschiehet / bestehet / und also nur 354. Tage lang ist. Weil es nun solcher gestalt von dem Sonnen-Jahr 11. Tage und in die $5\frac{3}{4}$. Stunden differiret / und also in 35. Jahren ein gantzes Jahr mehr austräget / so kan es nicht fehlen / es muß der Anfang des Jahres in solcher Zeit durch alle Monate hindurch rücken. Sonst wird vielen nicht unbekannt seyn / daß dieser Monat Januarius seinen Nahmen von dem alten heydnischen Gott

Gott Jano habe/welcher der erste König in Italien gewesen/und wie der Spanische Jüde R. Abravenel vermeldet/ auch Panormum, eine Stadt in Sicilien, itzo Palermo genannt/ erbauet haben soll. Wie er denn auch für einen Stiffter der Stadt Genua, so vor Alters Janua (ohne Zweifel nach seinen Nahmen) genennet/ gewesen/ und 1300. Jahr vor Christi Gebuhrt/zur Zeit wie Debora und Barack in Israel Richter gewesen/ floriret haben soll. Daß man ihn aber mit 2. Köpffen gemachet/ kommt daher/ weil er/als ein kluger Herr/mit seinem guten Gedächtniß die Historien voriger Zeiten wohl zu behalten pflegen/ und aus deren Erwegung/ nach Art der wahrhafftigen Politica einen Schluß von dem Zukünfftigen klüglich zu machen gewust/und also gleichsam auf einmal zurück und vor sich hingesehen/ *Autor Relat. ex Parn. An. 1703. N. 2. 3. 5. Jan. 9. Jan.*

Bisextilis cur?

Annus Bisextilis nunc quartus quisque annus dicitur: quia duobus continuis diebus bis dicimus, sexto Kalendas Martias, duos dies pro uno computantes: Ut sit bisextum, quasi bis sextum. Bisextilis alio nomine Intercalaris, quia unus dies intercalatur, seu interseritur. Bisextus, inquit *Isidorus, Lib. VI. Cap. XVII.* est post quatuor annos unus dies adjectus. Crescit enim per singulos menses quarta pars assis, id est, duodecim horarum. At ubi quarto anno assem compleverit, bisextilem annum facit, *Job. Calvinus in Medull. Lex. Jurid. in v. Annus & Bisextum p. 91. 140. Zwinger. T. V. H. Vol. V. Lib. III. p. 1266. Solinus Polybist. Cap. III. p. m. 138.*

LX. Justus vitæ terminus.

Annum LX. Judæi justum vitæ terminum statuunt, & probant ex Job. V, 26. תָּבוֹא בְכֹלַח אֱלִי קָבֶר ubi Eliphaz ad Jobum: *Ingredieris in senectute in sepulchrum.* Hic בכלח in numeris continet 60. unde Talmudici collegerunt, senectutis initium esse anno sexagesimo. Tunc enim soliti fuerunt prisci Judæi instituere convivium, & diem lætitiæ (quod etiamnum hodiè divites faciunt) propterea quod pœnæ divinæ loco ducant, si DEUS hominem ante 60. annum è vitâ tollat, *Buxtorff. Lex. in voc.* כלח *p. 362. G. H. Lebman. in* פרקי אבות *cap. IV. §. 21. p. 413. 414. Jonston. Lect. Philol. Cap. XVII. §. 34. p. 386. Wagenseil. Sot. Cap. IV. p. 574.* Si quis, dicunt, annos quinquaginta tantum natus moriatur, est hæc mors excidii, ap. *Pocockium in Not. Miscell. Cap. VI, p. 164. Guil. Vorstium Not. in Theorem. R. Mos. Maimonidis de Fundamentis Legis, Cap. V. n. 9. p. 60. & Cap. IX. n. 7. p. 127.* Imò & Turcis eam esse mentem, scil. annum sexagesimum esse ordinarium vitæ humanæ terminum, innuit *Dn. Meninski, Thes. Orient. Col. 2553. 4. ap. Pfeiffer. in Dub. Vex. C. I. L. XLIV. §. 1. p. 117.*

ANNI

Sub initium.

Incipit hic annus novus, hinc nova gratia ſummi,
Incipit, incipiat mens pia quæ bona ſunt.
Franciſcus Sanctius in Oc. & Luſ. Veratus Epigr. XXIIX. XXIX. p. 6.
Ipſe DEUS ſapiens verbo qui cuncta creavit,
Et certis annum legibus ire jubet,
Efficiat, nobis veniens ſit fauſtus ut annus,
Et clemens dextra nos tegat ipſe ſua.
Phil. Melanchthon. Epigr. Lib. I.

In Anni finem.

Finiit hic annus curſum non *finiit* almus
Infinita mihi ſed benefacta DEUS.
Huic ſine *fine* cano laudes, ſine *fine* precorque
Finem ut peccatis det ſine *fine* meis! *Fr. Sanctius, l. c.*

Novi apprecatio Nigritarum & Judæorum.

Nigritæ Feſto Gomon, quo annum ſuum auſpicari ſolent, finitis ſacris & ludis exclamant: Hiamamari i. e. DEus nos conſervare dignetur ad ſequentem usque annum. *Act. Erud. Lipſ. in Supplem. Prior. S. VIII. p. 423.* Judæi ſub primâ novi anni veſperâ è Synagogâ egredientes votivâ voce ſibi invicem acclamant: Ab bonum annum inſcribaris! Putant enim DEum primo cujuslibet anni die ſingulas mortalium actiones anni modò elapſi ad examen revocare, ſimul etiam definire, & in ordinem redigere varios anni inſtantis caſus, eventusque. *R. Leo Mutinenſis de Cerem. & Conſuet. hodie Judæos inter receptis, obſervationes P. III. Cap. V. §. 3. 5. p. 92. 93.*

Initium Diabolus neſcit.

Q. Quare Judæi non incipiunt legere primam ſectionem Pentateuchi ipſis Calendis Septembris, h. e. ipſis Calendis novi anni, & quare demum circa medium Septembris? Reſp. Hoc faciunt ad decipiendum Diabolum, ut verum Principium novi anni ignoraret, & Judæos tum bonos, tum malos accuſare coram Deo non poſſet. Statuunt enim Judæi Deum in principio Septembris Thronum judicialem aſcendere, & hos, quorum bona opera præponderant, abſolvere: & illos, quorum mala opera ſuperant bona ad æternam mortem condemnare. *Joh. Paſchius, de Romanorum Strenis §. 2. Buxtorff. Synag. Jud. C. 23. p. 481.* Si jam legem inciperent ipſis Calendis Novi Anni, tum Diabolus verum

anni

anni initium cognosceret, & sic bonos illos Judæos apud DEUM illo tempore accusare posset. *D. Joh. Leusdenius Philol. Hebr. Mixt. p. 26.* In Talmud Massechet רֹאשׁ הַשָּׁנָה (quasi janua ad annum) c. 1. ita: Cujuslibet novi anni initio tres in cœlo aperiuntur libri: Unus pro iis, qui ad impietatis culmen pervenerunt: Alter pro summè justis: Tertius pro intermediis; Si quis fuit pius, statim in librum vitæ refertur; Si impius, inscribitur ad mortem; Si autem quis ex intermediis, ut neque summè impius, neque perfectè pius fuerit, causa ejus usque in diem expiationum differtur, si interim pœnitentiâ priora abluit peccata, benè ipsi erit, nec de salute desperandum. *Buxtorff. l. c. p. 482.*

Ænigma.

Arbor (a) in hoc seclo generatur, quæ duodenis
Frondibus (b) ornata est, & redimita nimis.
Quilibet at ramus decies ternos quasi nidos (c)
Sustinet; in nido sex quater ova (d) cubant
Nascitur ex ovo quovis avis una, duabus
Et sexaginta vocibus (e) usque canens.
Candidus attendet (f) niger (g) & mus (h) omnia: donec
Murem, ovem & nidos Catta proterva voret.

(a) Annus. (b) Menses XII. (c) Dies XXX. (d) Horæ XXIV. (e) Min. LX. (f) Æstas. (g) Hyems. (h) Fatum.

*****

Sunt altâ bis sex, atque unus in arbore ramus,
Quattuor in ramo nidi sunt, quolibet horum
In nido pulli sunt tres, & quattuor, omni
Sunt propriæ voces, distinctaque nomina cunctis.

***

Est unus genitor: cujus sunt pignora bis sex:
His quoque triginta natæ: sed dispare forma:
Aspectu hinc niveæ, nigræ sunt vultibus inde:
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.

Annus duodecim mensibus conficitur: quorum quilibet triginta diebus, luce & tenebris distinctis, perficitur. *Theodectes* verò *Phaselites*, ut *Hermippus* prodidit, *diem* & *noctem* in fabula Oedipi ænigmate sic expressit:

Εἰσὶ κασίγνηται δίτραι, ὧν ἡ μία, τίκτει,
Τὴν ἑτέραν αὐτὴ δὲ τικτομένη πάλιν ὑπὸ ταύτης
Τίκτεται.

Duplices sunt, ait, sorores: quarum una parit alteram: & ipsa quæ genita est rursus

ſus ab aliâ gignitur. Et hoc quidem ego totidem verſibus expreſſi, quam verò feliciter, neſcio:

Una aliam gignit: geminæ ſunt namque ſorores:
Quæque prius genita eſt, mox rurſus gignitur ipſa.

Alii hoc ipſum ænigma aliter adferunt: Geminæ ſunt, ajunt, ſorores, ſed non ſimiles: una quidem alteram parit: & quæ peperit, alteram interimit. *Nic. Reusner. in Ænigmat. Varior. p. 7. 8. 9. 98. 166.*

Dies.

L. X. V. tria C. capit annus quilibet in ſe,
Addito ſex horas anni compleveris oras.

Partes.

Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems ſunt quattuor anni
Tempora, dant flores, granula, poma, nives.

Sal. Kuſelius, Horar. Succiſ. Lib. p. 163.

ANNUM

Ante novum pœnitentiam agunt.

Quoniam ergo tam aſpera & vehemens ineunte anno, de illorum peccatis habetur quæſtio, ſtatuerunt RR. ante menſem integrum pœnitentiam inchoandam & piè vitam inſtituendam eſſe. Primo proindè Auguſti ſui die, qui illis אלול *Elul* dicitur, peccata, quæ per totum annum perpetrarunt, expendere incipiunt: & quicunque ſtudioſè huic rei aſſvevit, & hoc menſe omnia ſua peccata ſingulis diebus ante & poſt cibum animo triſti verſat, illorumque pœnitentiam agit, ille feſtis novi anni Calendis, qvum ſingulos rationem reddere oportebit à peccatis liber erit. Hinc ſolent Judæi Itali ab hujus menſis principio, imò maturius, quotidiè ante lucem ſurgere & סליחות *Selichot*, h. e. preces ſuas, ad miſericordiam, & peccatorum veniam impetrandam, recitare; Verum Judæi Germani quatriduum duntaxat ante Novum Annum ad preces ſuas recitandas ante lucem ſurgere incipiunt. In Medrasch quodam hanc hujus rei reddunt cauſam; Ajunt DEum benedictum noctu per octodecim mundos peragrare, tribus vero horis ultimis circumire in hoc mundo, ac propterea eo tempore propinquum eſſe nobis in omnibus, de quibus invocamus eum. *Buxt. l. c. p. 485. ſeq.* Am Neuen Jahrs-Tage bläſet einer mit einem Widder-Horn gegen den Lehr-Stuhl/ wo nun ſelbiges einen hellen Laut von ſich giebet/ iſts ein gut Zeichen/ wo nicht/ halten ſie ſolches für ein böß Zeichen/ und Vorboten eines böſen Jahres. *Alex. Roſſæus, Tot. Orb. Rel. S. I. p. 58.*

ANNI

ANNI
Climacterici

Sunt duplicis generis; Quidam sunt ἑβδομαικοὶ, qui numero septenario constant, veluti qui est à Nativitate 7. 14. 21. &c. Climactericos septenarios, quibus in Domo Saxonicâ plerumque aliquid mutationum evenit, vide congestos ap. *Buxtorfium in Ind. Chronol. p. 476.* Quidam ἐννεαπικοὶ, quos novenarius gignit, ut 9. 18. 27. &c. Periculosissimus autem inter Climactericos est annus 63. qui ex utroque conflatur septenario & novenario; Andracles ea propter dictus, quod vitæ substantiam omnem frangat, & comminuat; Sicut Andraclon herbam, quia hominem occidat, dici putant. *Cœlius Lib. XXII. Cap. XII. p. 117. 118.* Hinc magnoperè sibi gratulatur Augustus de hoc superato Climacterico Anno (*Gellius N. A. Lib. XV. C. VII. p. 482.*) Quidam omnium difficillimum Climactera prodidere annum 49. quem complent anni septies septeni, quod is numerus quadratus sit. Plato hunc primum Climactera esse, alterum vitæ terminum censuit 91. medium inter hos 63. quem numerum Hebdomades 9. vel. 7. enneades constituunt. Vid. *M. Friderici, l. c. §. 77. Vossius de Idol. Lib. III. Cap. XX. p. 816. seq. Majolus, in Supplem. D. C. Coll. IV. p. 366. seq.* Franciscs **Lust-Hauß der Ober- und Nieder-Welt/** *Disc. XXII. p. 1364. seq.* Sed anni hi à Christianis non superstitiosè nimis observandi (*L. Lemnius, de Occult. Nat. Mirac. p. 216. 217.*) Benè Maximilianus II. cum ipsi de superato anno 49. gratularetur: Quilibet annus dicebat, est mihi Climactericus! *Zinegref. Apophth. P. I. p. 100. Weidner. Apophth. p. 87. Zeiler. Miscell. p. 143. 439. seq.* **Ziegler im Tägl. Schauplatz** *12. Oct. n. 4. p. 1230. Hildebr. in de arte bene moriendi Cap. II. §. 25. p. 19. Conf. & D. J. A. Osiand. Th. Cas. P. II. p. 903. seq. M. Joh. Schmid, Diss. Hist. de Fatalitate Temporum §. 43. seq. M. Christ. Sam. Ziegra Diss. Phys. de Annis Climactericis an. 82. Witt. hab.* **Unter denen so genannten Annis Climactericis, oder Stuffen-Jahren/ wird sonderlich das 63ste vor das gefährlichste gehalten/ dahero man vor Alters sonderbare Glückwünschungen nach glücklicher Ablegung desselben abzulegen pflegte. Ob nun schon einige meynen/ man könnte ja dieses eben nicht so gar geringe achten/ und in den Wind schlagen/ weil man doch aus den Geschichten klärlich vernehmen könnte/ welcher Gestalt dieses Jahr viele grosse Leute weggenommen/ auch nicht allerdings würde zu verläugnen seyn/ daß/ weil GOtt alles nach Zahl und Maß gemachet/ die Zahlen auch etwas vermöchten/ so ist doch bey Verständigen ausgemachet/ daß alles/ was man von den Stuffen-Jahren statuirete/ nichts als ein Gedichte sey; ohne allen Grund/ ersonnen von müßigen Leuten/ die ihnen den Ruhm einer Wissenschafft zu machen**

gesucht / da keiner war / und ihren Mangel an Erkänntniß der Philosophie / so in der Natur gegründet / ersetzen wollen mit Ausfindung eiteler Grillen / so in Zahlen / Worten / Buchstaben / oder andern todten Figuren bestanden / damit sie etwas sonderliches zu wissen vor den Leuten angesehen würden / welches doch in der That nichts war. Dennn was gleichwohl einen solchen Effect thun soll / daß es einem Menschen gar das Leben nimmt / muß doch wenigstens einen Grund in der Natur haben / daraus ihm seine Wirckung fliesset. Nun wird kein Mensch einigen dergleichen Grund anweisen können / warum die Zahl 63. hierinnen etwas vor andern voraus habe. Denn was man sagen will / sie sey zusammen gesetzet von 7. und 9. in einander multipliciret / ist eben so viel als nichts. Denn wer hat ie mit Grund und Bestand erwiesen / daß die Zahl 7. und die Zahl 9. etwas besonders in den Punct des menschlichen Lebens haben? Eine gründliche Ursache wird mir niemand aus der Natur erweisen / und die Erfahrung zeiget uns in diesen Stück auch nichts besonders / weil würcklich eben so viel Kinder / wenn mans recht ansiehet / im 63ten 126ten Jahre &c. ihres Alters sterben / als im 7ten und 9ten Jahre. Daß GOtt der HErr die Welt in 6. Tagen erschaffen / den siebenden Tag aber geheiliget / was kan solches der siebenden Zahl vor ein Vortheil oder vor eine Krafft vor andern geben? Da solches nur bloß auf den 7ten Tag / und bey denen Israeliten auf das siebende Jahr gieng: Und zwar nicht zu ihren Tode oder Leben / sondern bloß zur Heiligung des Nahmens GOttes und dessen Ehre. Daß der Mond in 7. Tagen den Viertheil seines Laufs vollbringet / thut eben so wenig zur Sache. Wiewohl solches doch nicht just zutrifft / sondern wenn man den rechten Lauff des Mondes ansiehet / etliche Stunden daran fehlen / wenn man aber das Zu- und Abnehmen / und also dessen Zusammenkunfft mit der Sonnen ansiehet / so schiessen in die 9. Stunden über. Und gesetzt / dieses thäte was bey den Tagen / was kan solches in den Jahren machen / als welche ja nicht von Monden / sondern von der Sonnen dependiren. Daß man also noch wohl eher auf die Zahl 12. reflectiren möchte / weil die Sonne in den 12. Zeichen das Jahr über umläuffet. Was aber die Zahl 9. dabey thun kan / möchte wohl gar niemand ausfinnen / als welche weder mit der Wochen / noch mit der Sonne / noch mit den Mond etwas gemeines hat. Denn daß Zahlen / Worte / Figuren &c. an und vor sich selbst ichts was vermögen / ist ungereimet. Zwar die gezehlete Sachen können Krafft genug haben / und können 9. Prügel mehr thun / als einer: Auch kan die Bedeutung der Worte etwas thun / denn es eine andere Wirckung hat / wenn ich einen lobe / als wenn ich ihn schelte; Welches auch von der Bedeutung der Figuren zuverstehn / aber an sich selbst haben diese Sachen alle keine Krafft /

da

da insonderheit die Zahl der Monden des menschlichen Lebens bey GOtt stehet / wie die Heil. Schrifft saget / und nicht bey 6. 7. und 9. *Autor Relat. ex Parnass. An. 1703. N. 52. 53.* Dies (annus) neuter altero est efficacior *per se* singuli longi, singuli quanti; Quantitatis autem nulla virtus. *P. Heigelius de Miraculis Cap. V. §. 3. Joh. Paul. Möllerus, Diss. Cosmolog. de Quantitate Dierum An. 1653. Rigebab.*

Patriarcharum quales? Solares an menstrui? ita, ut illorum decem sint unus noster, & decem nostri centum illorum?

§. 1.

Sunt, qui ita putant dicente *Augustino de C. D. Lib. XV. Cap. XII.* & cum quis legerit nongentos annos quenquam vixisse, debeat intelligere nonaginta. Verum stante hâc sententiâ sequeretur 1) quod Patriarchæ vix ipsi generati alios generare cœperint, inprimis Thara, qui septuagesimo ætatis anno Abrahamum genuisse dicitur Gen. XI, 26. 2) quod illi haudquaquam vivaces fuerint, quandoquidem hoc pacto nullus ex iis, nec ipse Mathusalem, qui μακροβιώτατος omnium fuit, unius seculi fines attigisset. Immotæ ergo veritatis manet, annum Patriarcharum non fuisse adeò brevem, ut mensis tantum spatium expleverit. Optime *Augustinus l. c. Cap. XIV.* Tantus tunc dies fuit, quantus & nunc est, quem 24. horæ diurno curriculo nocturnoque determinant: tantus mensis, quantus & nunc est: quem luna cœpta & finit & concludit. Tantus annus, quantus & nunc est, quem duodecim menses lunares additis propter cursum Solarem quinq; diebus & quadrante, consummant, *M. Friderici, l. c. §. 87. M. Christoph. Schraderus, Diss. Phys. de Naturæ Senio §. 20 Joh. Jac. Hermannus Centur. Illustr. Quæst. Dec. I. Q. II. B. Calov. Bibl. Illustr. T. I. S. I. Q. III. p. 56 57.*

§. 2.

Sollte man die Lebens-Zeit derer Alt-Väter vor der Sündfluth nach Monden-Jahren rechnen wollen / so ist dessen absurdité hieraus augenscheinlich zu beweisen / weil die Abtheilung ihrer Lebens-Zeit denn recht lächerlich würde heraus kommen. Moses müste zu der Zeit / da er gieng Israel von ihrer Dienstbarkeit zu erlösen / nur sechs Jahr alt gewesen seyn / Jacob aber / nachdem er siebentzig Kinder und Kindes-Kinder erzeuget / und in Egypten nach Pharao sich begab / kein grösser Alter / als von zehen Jahren gehabt haben. Von denen Alt-Vätern vor der Sündfluth müsten die meisten / und darunter insonderheit Mahalael und Enoch selbst noch Kinder / und nur 5. Jahr alt gewesen seyn / da sie angefangen Söhne und Töchter zu zeugen. Hierbey haben etliche curieuse eine gar nachdenckliche Anmerckung gemachet / daß

diejenigen von denen Alt-Vätern am längsten gelebet haben/ welche am spätesten sich in den Ehestand begeben: Als Jared der 162. Jahr alt war/ ehe er Enoch zeugete/ wurde in allen 962. und Mathusalem lebte 187. Jahr/ ehe er Lamech zeugete/ und er lebete 969. Jahr. Diese Anmerckung ist zwar artig und curieus genug/ will aber nicht in allen den Stich halten/ weilen vielleicht die Alt-Väter einige lange Jahre zuvor kunnten verheyrahtet gewesen seyn/ ehe sie Kinder von ihnen erzeugten/ und welches die vornemste raison, und obiger Anmerckung am meisten zu wieder ist/ weilen Lamech, der erst im 182sten Jahre Noah zeugete/ nicht älter als 777. Jahre wurde. *Autor Famæ Europ. An. 1700. N. 68. Q. 135. p. 522.*

Nostri facile numerabiles.

Sunt שְׁנוֹת מִסְפָּר Anni Numeri, Jahre/ die geschwinde vorüber lauffen/ die sich noch wohl zehlen lassen/ man darff so gar viel Ziffern nicht darzu/ Hiob XVI, 22. יְמֵי מִסְפָּר aut יְמִים מִסְפָּר dies pauci seu numeri aut numerationis, eo quod quis facile possit numerare eos Num IX, 20. ubi Vulgatus rectè castigatur ab Amama ad h. l. quod omiserit vocem מִסְפָּר ap. *M. Val. Friderici, de Columnâ Ignis ac Nubis, C. II. §. 9.* Sic Gen. XXXIV, 30. מְתֵי מִסְפָּר Homines numeri i. e. pauci. Ita Deut. IV, 27. Eritis Viri Numeri, i. e. pauci. c. XXXIII, 6. וִיהִי מְתֵי מִסְפָּר, de quo loco vid. *Glassius, Phil. Sac. L. IV. Tr. II. p. 900. & Sixt. ab Amama Cens. Vulgatæ Versionis, p. 305. ap. M. Alb. Vogt, Delic. Sacr. Dec. II. p. 179. 180. Danh. Herm. Sacr. S. I. Art. XI. §. 2, p. 197. Flac. Cl. Script. p. 749. Munster. ad Gen. XXXIV, 30. in Op. Angl. T. I. p. 316. Drus. ad Deut. IV, 27. p. 1168.* Annos hos facile numerabiles indicat & vox Chaldaica אסְפַרְנָא quæ idem sonat ac Citò, Celeriter, Festinanter, *quasi Numero dicas.* Esræ V, 8. cap. VI, 17. *Buxtorff. Lex. Ebr. Chald. p. 520.* Verissimè! Vitæ quippe humanæ spatium limitibus tam arctis circumscribitur (quæ *Plinii* querela fuit *Lib. III. Epist.*) ut nihil tam circumcisum, nihil tam breve sit, quam vita hominis longissima. Nos numerus sumus, inquit *Horat. Lib. I. Ep. II.* O quanta itaque dementia est, spes longas inchoantium, *Sen. Ep. CXX.* Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam, *Hor. I. Od. V.*

Antediluvianis cur 120. ad pœnitentiam dati? Gen. VI, 3.

Cur tot præcisè? *Scaliger Lib. III. de Emendat. Temp.* ingeniosè conjicit, antediluvianos sex horas omissis minutiis, in anno Solari supra 365. dies redundantes, collegisse, & mensem 30. dierum post decursum annorum 120. intercalasse, unde annos 120. apud ipsos constituisse seculum, vel annum dierum (q.d. dabo

dabo iis integrum seculum) id quod nos in medio relinquimus, *B. D. Pfeiff. Dub. Vex. C. I. L. XXII. p. 63.* Hoc spatium Ebræi vocant חֶלֶד i. e. durationem vitæ humanæ. Id Ebræis erat, ut Romanis seculum, *Polus, in h. l. p. 73.*

Ob perversitatem deleti.

De Anastasio Imperatore *Paulus Diaconus Lib. XV.* memoriæ prodidit, eum in Atheismum incidisse, ac inter alia præsagia Viri aditantis & librum tenentis audivisse vocem: Ecce Imperator ob fidei tuæ κακοπιστίαν ac perversitatem quatuordecim annos vitæ tuæ delebo. Deleantur clamat cœlestis justitia, de libro viventium, ut cum justis non scribantur Psalm. LXIX, 29. scilicet osores, irrisores & persecutores veritatis, *M. Greg. Much. in Gass. p. 111.* Absalonis annos decurtatos, vide in *Tom. I. Apparat. Bibl. in Tit. Absalonis Statua, p. 76.*

ANNORUM

In Scripturâ varietas.

Anni dantur I. *Naturales*, Gen. I, 14. Psalm. CIV, 19. Es. XL, 26. *quorum consideratio* nobis inservit α) *Ad divinæ sapientiæ & potentiæ cognitionem*, Job. XXXIIX, 33. Ps. XIX, 6. Sir. XLIII, v. 2. β) *Ad præteriti temporis recordationem*, Gen. I, 6. beneficium est enim Ecclesiæ, quod ex verbo DEI novit numerum conditi mundi. γ) *Ad beneficiorum divinorum æstimationem* tum *generalium*, in Ecclesiæ collectione, defensione, conservatione; tum *specialium*, tam positivorum, quam privativorum, conf. Thren. III, 22. Ps. CXIII, 12. δ) *Ad expendendam vitæ nostræ conditionem*, ex præterlapsorum annorum meditatione, Ps. XXXIX, 5. Ps. XC, 12. ε) *Ad futuri temporis considerationem*, partim naturalem; Mundus cœpit, mundus interibit: partim spiritualem, Ephes. IV, 23. Rom. VI, 4. II. *Mystici & spirituales.* Et quidem α) *Anni probationis*, Gen. VI. Psal. XCV, 10. Jon. III, 4. Luc. XIII, 6. β) *Anni retributionis*, Es. XXXIV, 8. γ) *Anni æternæ glorificationis*, Act. III, 20. Es. LXVI, 23. Apoc. XXI, 25. cap. XXIII, 5. *Binchius Tom. II. Mell. fic. p. 9. ap. M. Baum. in Anal. Alleg. p. 279.*

APOCALYPSIS

Johannis.

§. I.

Apocalypsis Johannis magnam cognationem habet cum libris Propheticis, unde & mox ab initio *Prophetia* appellatur Cap. I, 3. quia futura prænunciat, suasque & exhortationes, & comminationes & consolationes habet. In eo tamen differt, quod meras habeat revelationes, in Prophetis verò sunt visiones. Revelatio autem plus est, quam visio. Nam ut *Theophylactus in 2. Corinth. Cap.*

XII. loquitur visio rem spectandam præbet, revelatio autem profundiora denudat, quam res ipsa sit vilis.

§. 2.

Est autem Apocalypsis ex difficillimis scriptis Biblicis, idcircò olim non permittebatur ejus lectio ante XXX. ætatis annum. Proinde non nisi summâ cum devotione ac precibus ad interpretationem hujus libri accedendum est, & magnâ cum *φιλοπονίᾳ* ei insistendum, nec quisquam sibi persvadeat, se ad omnia ejus arcana penetraturum. Nam in multis dicendum erit omnibus etiam accuratissimis interpretibus, id quod olim Socrates de *Heracliti libro*: Quæ intelexi bona sunt, credo etiam quæ non intellexi. *D. Frid. Balduin. in Id. Diss. Bibl. Part. II. Cap. XIII. p. 165.* Hieron. *in Epist. ad Paulinum* de hoc libro ait: Tot habere Sacramenta, quot verba ap. *Glassium, Philol. Sacr. Lib. II. P. I. Tr. II. S. IV. Art. IV. p. m. 421.*

§. 3.

Ipsam Ἀποκαλύψεως vocis significationem nervosè in accuratissimo *de Conversione Tractatu Diss. VI. Cap. II.* expressit *D. Musæus*, ita enim habet: Revelare Gr. *ἀποκαλύπτειν* vi originis est occulta, & quasi quodam velamine latentia retegere & manifestare. Unde si vim vocis spectes, revelatio nihil aliud erit, quam rerum occultarum & latentium manifestatio quædam; & simpliciter revelatio divina erit quædam rerum occultarum & latentium manifestatio à Deo profecta. Ex usu loquendi autem revelatio divina sumitur communiter in significatu duplici: Uno quidem strictiori, & vocis origini maximè congruo, pro rerum naturæ lumen excedentium, & indè à seculis absconditarum manifestatione supernaturali, à Deo profecta. Altero latiori, pro rerum quarumvis, etiam quæ ex lumine naturæ nobis innotescunt, manifestatione, modo supernaturali à DEO factâ. Priori significatu accipitur revelatio divina apud Paulum, quando de mysteriis fidei Christianæ abstrusissimis & humanæ rationi prorsus ignotis: Nobis, inquit, DEUS revelavit ea per Spiritum suum: Spiritus enim scrutatur omnia, etiam profunditates DEI, 1. Cor. II, 10. & iterum: Notum vobis facio, Fratres, Evangelium prædicatum à me, non esse secundum hominem; Neque enim ego ab homine id accepi, neque edoctus sum, *ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως*, sed per revelationem JESU CHRISTI, Gal. I, 11. 12. quibus gemina videas Matth. XI, 25. Cap. XIII, 11. Cap. XVI, 18. Rom. XVI, 26. Ephes. III, 3. Conf. *Appar. Bibl. Tom. II in Tit. Johannes Theologus, p. 880.* In Pathmo, Ægei maris Insulâ (quam Parmosam nostro tempore appellant) peregrinatores manum asservari ajunt, cujus ungves licet sæpius resecti fuerint, semper tamen ceu viventis renascantur, ut propterea à incolæ Monachi, eam dexteram esse Johan-

Hannis, quæ Ἀποκαλύψεως librum conscripsit, affirmare non dubitent, *Joach. à Beust Orthod. Enarrat. Evang. in die Joh. Evang. p. 578.*

APOCRYPHI

Cur vocantur illi libri, qui à nostris è choro Canonicorum eliminantur?

Resp. Sic vocabantur, vel quia à Judæis abscondebantur, ne aliquis eos publicè in Synagogâ prælegeret, aut Canonicorum numero annumeraret: vel quia non fuerunt in armario, seu in arcâ Judæorum, in quâ libri Canonici recondebantur. Conf. *B. D. J. B. Carpzov. Diss. Acad. Diss. XIX. Cap. III. Q. VII. p. 538. 1319. seq.*

Quando Canonicis connexi?

§. 1.

De hoc nihil certi definiri potest, cum ne id quidem constet, num ante CHRISTUM, vel post tempora CHRISTI & Apostolorum id demum factum sit? Sunt quidem, qui à LXX. Interpp. id factum dicant; Sed qvum illi à Judaicâ Ecclesiâ missi fuerint, eosdem libros in Ecclesiæ Judaicæ canone non inventos, nec ab Ecclesiâ Judaicâ receptos, vel transferre, vel Canonicis adjungere voluisse, nullatenus sit verisimile, qvum ne quidem de *Simeide*, etsi apud *Talmudistas* operosæ de illo concertationes inveniantur, id credendum sit; siquidem non *Epiphanius* tantum *libr. de ponder. & mensur.* perhibeat, *Simeidem in arcâ fœderis non fuisse asservatum*, non proindè *Canonibus* adscriptum, sed & *Talmudici in Cod. Sanhedrin C. XI. in Gen.* tradant, à R. Joseph *in libro Simeidis legere vetitum esse*, quod tamen ita limitant, vel castigant alii, ut *Simeidem libris extraneis* saltem accensent, non verò Biblicis. Vid. *Hottinger. Thes. Philol. p. 523.*

§. 2.

Alii *Theodotioni* hoc tribuunt, quod libros undique conquisitos in unum volumen cum authenticis conjunxerit, ut versionem suam V. T. magis commendatam redderet, eâque ratione paulatim autoritatem eorum crevisse, ajunt, cum scilicet illi publicè legerentur. Alii hoc adscribunt *Judæis dispersionis* seu Hellenistis, ut *Andr. Rivetus Isagog. ad Script. S. Cap. VII. p. 76. &c.* Sed ad LXX. Interpp. ullius Apocryphi translationem referendam esse, minime admittendum: quandoquidem illi tantum Scripturas Canonicas, & quas Ecclesia Judaica pro authenticis habebat, à quâ illi ad Ptolomæum Regem ideò missi erant, transferre debuerint, ac transtulerint.

§ 3.

Theodotioni si tribuenda sive libri Maccabaicorum, sive aliorum quorundam Apocryphorum translatio, ad seculum tertium post natum Christum ea referenda

ferenda erit; utpote qui Commodo altero imperante ad Judæos defecit, circa annum Domini 170. Id omninò dicendum, tempore CHRISTI & Apostolorum nondum additos fuisse libros Apocryphos authenticis scripturis; sed id contigisse post Apostolorum ætatem, *à quocunque tandem* primùm illi adjecti sint. *B. D. Calov. Annot. ad Tobiam in Præloq. p. 3.* In N. T. Libri omnes Canonici, nulli Apocryphi, *Andr. Sennertus in suo Christiano, p. 143. &c.*

APOLLO

Musarum Præses.

Apollo Musarum præses unde *Musagetes*, h. e. Musarum Ductor nominatus, *Diodorus Siculus, Biblioth. H. T. Lib. I. Cap. XIIX. p. 15.*

Musices cur inventor.

§. 1.

Die Music/welche ein grosses Theil unserer irrdischen Beschwerlichkeiten erleichtert/ ist bey denen Alten vor eine so vortreffliche Sache geachtet worden/ daß/ gleichwie sie alle Dinge/ so zu menschlicher Nutzbarkeit und Lust gereichen/ vergöttert also die Music dem Apollo, welcher sonst der **GOtt der Musen und freyen Künste** ist/ beygeleget haben. Die Ursachen aber dessen ist vornemlich ihre **Vortrefflichkeit**/ welche/ weil sie von den Alten erkandt worden/ keinen sterblichen Menschen/ sondern einem Gott ist zugeschrieben/ um ihre Hochachtung dadurch zu vermehren. Zum andern **ihres Alters wegen**/ weil Timagenes, nach Bericht des Quintiliani, schreibt/ daß Sie die älteste von allen Studiis und Wissenschafften ist (Institut. Orator. Lib. I. Cap. XVI. p. 17. a.) und gewißlich/ daß sie lange vor der Sündfluth gewesen/ kan man aus den Mose abnehmen/ welcher Gen. IV, 21. den Jubal/ als den Urheber der Geiger und Pfeiffer beschreibet/ von welchen man auch das Wort Jubilum, welches so viel als eine freudige Zuruffung bedeutet/ herleiten kan.

§. 2.

Es haben aber die Alten sonder Zweiffel/ weil sie den Apollo und die Sonne vor eines halten/ auch deßwegen ihm die Music und derer Erfindung zugeschrieben/ damit sie unter der Decken/ einer solchen Fabel die Harmonie der Welt andeuteten/ und wann so wohl Orpheus, als der weise Pythagoras gesagt: daß die Sonne/ zu der Bewegung der Sternen den Tact haltende/ eine liebliche Music in den Cörpern der Sternen verursachte/ welche man vor den Getümmel der Erden nicht vernehmen könnte/ so haben sie hiermit die Bewegung der Sternen/ wie solche eine so schöne Ordnung in ihren Lauff halten/ und die Einflüsse in dieser Untern-Welt angedeutet/ die aber nur von frey-

freyen / und von der Erden abgesonderten Philosophischen Gemüthern erkandt würde ; (Pythagoras, atque eum secuti sine dubio antiquitus opinionem vulgaverunt, mundum ipsum ejus ratione esse compositum, quam posteà sit lyra imitata. Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam vocant harmoniam, sonum quoque his motibus dederunt. Nam *Plato*, cum in aliis quibusdam, tum præcipue in *Timæo* ne intelligi quidem, nisi ab his qui hanc quoque partem disciplinæ diligenter perceperint, potest. *Quintilianus l. c.* Apollinis simulacrum citharam manibus tenens, fingunt: quod Sol sit harmonia universi, & cum cæteris stellis commistus & condat, & animalia gignat. *Suidas inv. Apollo p. 118.)* Und gewißlich nicht allein die Harmonie des Himmels / sondern auch der Erden / wie solche in der Natur von GOtt geleget ist / damit durch eine schöne Concordanz alles / was unter der Sonnen ist / biß ans Ende der Welt erhalten werde / wird hiermit angezeiget. In welchen Absehen bey den Quensonio die Welt GOttes Orgel-Werck genandt wird. Vid. Tit. Astra an rationalia? It. Cœlum an animatum & intelligens?

§. 3.

Darum ist auch Apollo der Erfinder der Artzney / bey den klugen Heyden geglaubet worden / weil die Gesundheit des Leibes nichts anders als eine richtige Harmonie dessen Feuchtigkeiten und Gliedmassen ist / welche / wann sie durch Kranckheiten / als eine Dissonanz, verstimmet wird / durch die Artzney wieder zur Concordanz muß gebracht werden. *Autor Relat. Europ. An. 1701. N. XLVI. Q. LXXXIX. p. 361. 362.*

Unde?

Apollo Jovis & Latonæ filius *Phœbus*, etiam dictus & *Sol*. Apollo autem dictus est ἀπὸ τῆς ἀπόλυσθαι, quod jaculis perderet, quia radii ejus in peste perniciem afferunt animantibus. Vel, Chrysippo teste, ab α privativo & πολλοὶ cui non sunt multi similes, vel quod solus luceat. Unde & *Sol*, quasi *solus* dicitur, teste *Tullio Lib. II. de Nat. Deor.* Quanquam *Euseb. de Præparat. Evang.* ab ἀπαλλάττειν *Apollinem* nuncupari indicat, quod ab ægrotationibus homines salvet. *Hofman. L. U. in h. v. p. 263.*

Delphicus non desiit statim Augusti tempore Oracula fundere.

Credidêre multi, statim à nato CHRISTO tacuisse oracula, hinc etiam ex Svida, ita vulgus nota est responsio, quam interroganti Augusto, quisnam Successor suus futurus sit? dedit Pythia: *Puer Ebræus jubet me, Diis beatis imperans, hanc eadem relinquere, & in orcum redire, tu nunc abito ab aris nostris.* Quod Poëta Latinus his versibus perquam commodè expressit:

Me Puer Ebræus, Divos Deus ipſe gubernans,
Cedere ſede jubet, triſtemque redire ſub orcum,
Aris ergò dehinc tacitus diſcedito noſtris.

Sed ex variis, tam Chriſtianis, quam Ethnicis Scriptoribus, illius & ſequentium ſeculorum apparet, non deſiſſe planè Apollinem Auguſti ævo reſponſa fundere. *D. Joh. Chriſtoph. Wagenſeil. in Theſ. Miſcellan. Confuſaneiâ §. 45. p. 22.*

Vatidicus, vanidicus.

Cicero Apollinem hâc ἀντιφράσει proſequitur: Ad te venio, Sancte Apollo, tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen implevit, partim falſis, ut ego opinor, partim caſu veris, ut fit in omni oratione, partim flexiloquis, & obſcuris, ut interpres egeat interprete & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes; partim ambiguis, & quæ ad Dialecticum referenda ſint, *B. D. Danhauer. Hecdec. Homil. Sacr. P. I. Hom. IIX. p. 262.*

Eidem ſilentium indicit Gregorius.

Gregorius Biſchoff in Ponto, oder Cappadociâ, vertrieb einen Wahrſager Geiſt aus eines heidniſchen Küſters Hauſe; da aber dieſer ſich deſſentwegen beſchwerete/ daß er ſeiner Nahrung loß worden/ da nahm der Biſchoff bald Papier/ und ſchrieb alſo: Gregorius, dem Apollini meinen Gruß zuvor; Ich erlaube dir zu thun/ das du zuvor gethan haſt! Den Brieff legte der Küſter bey ſeinem Abgott/ bald kam der Teuffel wieder; Hieraus erkannte der Küſter die Hoheit des Chriſtlichen Glaubens/ verließ den Teuffel/ und ließ vom Biſchoff ſich tauffen.

APOSTASIA

Delictum homicidio atrocius.

Qui ſervum vel ingenuum ad nefandam Apoſtaſiam vi, vel perſvaſionibus traduxit, capite plectitur, quia ſcilicet hoc delictum homicidio frequentius & facilius, ut & ſuâ naturâ atrocius: nam duplex ſcelus eſt; dum primo talis ipſe Divinam Majeſtatem lædit, & deinde alium in ſocietatem criminis pertrahit. *Petr. Greg. in Synt. Lib. II. Tit. II. n. 2. & Lib. XXXIII. Tit. VIII. n. 17.* Collige hîc: violentiam & perſvaſionem æquiparari. Imò alibi ut *in l. 1 §. perſuadere 3. ff. deſervo corr.* dicitur perſvadere plus eſſe, quam compellere, quia animus etiam corrumpitur. *D. Brunnemann. Comment. in Codic. Lib. I. Tit. VII. L. S. p. 50. b.*

APOSTASIAS

Tres cauſæ.

Jener ſagte recht: Es wären dreyerley Dinge/ darüber mancher die rechte

rechte Religion quittire / nemlich die Liebe / der Geitz und die Ehrsucht ; sehr selten aber die Gottes-Furcht. Ein anderer ließ die Sonne mahlen / und dazu schreiben : UBIQUE SIMILIS ! An allen Orten gleich ! als die sich nicht wie der Mond / immer verändere. Eben so sind rechtschaffene Christen geartet / sie bleiben einmahl / wie das andere / und beharren biß ans Ende / so werden sie denn selig. *Matth. XXIV, 13. Rev. Dn. Misander*, in der Cr. des Fl. *p. 973-981.* Conf. *L. Joh.* Riemer / *Diss. Inaug. de Apostasiâ Luciferi cum Angelis suis Aphor. I. §. 2.*

APOSTATA
Osor sui ordinis.

Asperius nihil est, quam turpis Apostata prisci
Ordinis est semper carnificina sui.

Sal. Kuselius, Hor. Succis. Lib. p. 166. Nimirum, quia turpis ac fœda est, cum omnis alia vacillatio hominum, certumque signum non certæ mentis ; tum verò præcipuè desultoria illa in mutandâ religione levitas. Ne talis Apostatæ levitatis argui possint, sed ut videantur justissimam sui discessus causam habuisse (non enim levitas est, à cognito & damnato errore discedere, ut ait *Seneca L. IV. de Benef. C. XXXVIII.*) ideò quam maximè strenuè contra desertam pro suscepta religione pugnant, seriæ defectionis suæ fidem apud suos facturi. Vid. *Kerneggerus Observat. Miscell. XIII. p. 82. seq.*

APOTHEOSIS
Romanorum.

Solebant Romani homines de Republicâ benè meritos creare filios DEI, seu, ut ipsi loquebantur, referre inter divos, his quidem ceremoniis & ritibus, quos *Herodianus in vitâ Antonini* refert : Imago defuncto quam simillima ponebatur in vestibulo regiæ super lectum eburneum. Circa lectum à lævâ quidem Senatus, à dextrâ autem Nobiles matronæ lugubribus vestibus sedebant, accedentibus interim medicis, & inspectum velut ægrum deterius se habere subindè pronunciantibus. Deinde post septem dies, ubi jam visus est obiisse diem, deferebatur lectus extra urbem in campum Martium, & ponebatur in tabernaculum aridis fomitibus impletum. Quo postquam aromata & suffimenta omnis generis effusa erant, adequitaverunt circa tabernaculum universi equestris ordinis, suâ quadam lege & motu : circumacti item sunt currus, insessi purpuratis rectoribus. His peractis, succendebatur tabernaculum, & simul cum subjecto igni emittebatur è fastigio tabernaculi aquila, quæ in cœlum credita est defuncti animam deferre. Hoc erat studium, hi ritus & ceremoniæ, quibus Romani

sentiebant se Principes suos in Deorum numerum referre, quos etiam posteà ut Deos colebant. *Venemundus in tumulo Brentius Homil. IIX. in Cap. I. Job. p. 62. Joh. Kirchman. de Fun. Rom. Lib. IV. Cap. XIII. p. 421. seq. M. Andr. Beyerus Additam. ad Seldeni Cap. III. Proleg. p. 161. seq. Kipping Antiq. Rom. Lib. II. Cap. IIX. in Coroll. p. 499. seq. Vossius de Idolol. Lib. III Cap. XVII. p. 804. seq. Alex. ab Alex. G. D. Lib. VI. Cap. IV. p. 326. a. Casalius de Profan. Rom. Ritibus P. II. Cap. I. p. 54. seq. Godescalcus Stewechius ad Veget. Lib. II. in Prolog. p. 89. Joh. Pier. Valerian. Hierogl. Lib. XIX. Cap. IV. p. 229. Nic. Caussin. Polyb. Symb. Lib. VI. Cap. XX. p. 404. &c.*

Hodiernorum, Pontificiorum scilicet.

§. 1.

Non olim solùm Romæ homines Dii facti, verum & hodienum Apotheosis ibidem dominatur; Ita enim *Faustus Sabeus Brixianus Bibliothecæ Vaticanæ custos in Epigram. Lib. An. M D LVI. edito, Lib. III. p. 480.*

Ad Paulum III. Pontif. M.

Qvum triplici sanctum caput immortale coronâ
Ornarent Patres, optime Paule, tuum;
Sedibus æternis Superi hûc venêre volentes;
Nostrum admirari Te Dominum atque Deum!
Postquam mirati Te majestate verendum
Nomine tum Numen non minus esse tuum;
Et Proceres auro insignes, sacrumque Senatum,
Quæ radiant stellis atria & alta suis;
Tunc dixêre: Vale ô cœlum tenet inclyta & ingens
Astra, suosque Deos Roma suumque Jovem.

§. 2.

Alterum hominis prorsus insani opus esse non sanus juret Orestes, quod statim subjungo, & sententiam pio, caroque lectori ferendam relinquo; sequitur *Lib. eod. p. 513.*

Ad Julium III. Pontif. Max.

In te speravi, fac, ne confundar in ævum
Juli, & egestatis pondere me exonera.
Porge aurem, accelera, meque eripe ab hoste sequaci,
Libera ab ærumnis, retibus, insidiis.
Esto & apud temet Dominum mihi, maxime Juli,
Confugiique domus, præsidiumque meum.

Tuq;

Tuq; meæ vires, portus, ſpes una, ſalusque
Dulce tuum ob nomen Numen & eſto meum.
Inque tuas commendo manus, Juli optime princeps,
Spiritum & hos canos, plectra, lyram, calamum.

Urſinus Anal. Sacr. Lib. II. Cap. VI. p. 110. 111.

§. 3.

Paulo V. quidam dedicabat Diſputationem cum hâc inſcriptione: PAULO V. VICE-DEO, (quomodo hinc ope literarum numeralium Wilh. Bedellus Th. D. & Epiſcopus Kilmoriæ in Hiberniâ, numerum beſtiæ Apocalypticæ nempè DCLXI. eruerit vid. in. *Act. Erud. Lipſ. An. 1686. m. Maji p. 244.*) CHRITSIANÆ REIPUBLICÆ MONARCHÆ INVICTISSIMO, PONTIFICIÆ OMNIPOTENTIÆ CONSERVATORI ACERRIMO. *M. Bauman. Anal. Typ. p. 119. D. Frid. Ulric. Calixt. de Jubilæis Rom. Pontif. §. 741. p. 334. ſeq.* Parmæ in palatio ad Inſignia Pauli III. Pontif. Max. *Pro Paulo DEUS, pro nobis Paulus.* Item:

Qui pro te vis eſſe Deus, tu lilia ſerva!

Chytræus Delit. Itin. p. 236. 265. D. Seb. Schmidius, Myſter. Grat. Divin. p. 74. D. Joh. Frid. Mayerus, Diſſ. Anti-Grotian. num dogma Papiſtarum ſit Pontif. Rom. eſſe DEum Cap. II. & Exercit. Hiſtor. Th. de oſculatione pedum Pontif. Rom. in præf. D. Guil. Saldenus, in Ot. Theol. Lib. III. Exercit. I. §. 5. p. 430. Papa enim illis Deus quidam eſt terrenus, vel certè, nec Deus, nec homo, ſed medium aliquid, juxta rhythmos vulgares:

Papa ſtupor mundi, ſolus qui maxime rerum
Nec Deus eſt, nec homo, quaſi neuter es inter utrumque,
id eſt; incarnatus Diabolus.

B. D. Leonh. Hutterus, Diſp. XX. in Artic. XVI. A. C. §. 58. p. 620. Joh. Wolff. Lect. Mem. Tom. I. Cent. XV. p. 875. b. Salm. in Panc. p. 72. Modum & ritus Apotheoſeos Romanæ hodiernæ vid. in Tit. *Canonizatio Papiſtica.* Apotheoſin Fanaticorum ſingulari Diſput. exhibuit. *M. Godofr. Schœning, ſub Præſid. D. Joh. Georg. Neumanni, An. 1706. Witteb. hab.*

§. 4.

I nunc & veri metas excedere dic Octavum Meninum, JCtum Foro Julienſem, Præfectumque Cenitenſem, in Ode ſuâ, ubi hoc modo Romanæ Curiæ paraſitos, Pontificem compellantes, introducit:

Pater beate, digna ſat merentibus
Quænam rependis præmia?
Pro te pudoris cuncta fræna rupimus,
Et fronte perfrictâ, nihil

Intactum, inausum liquimus, mendacio
Ut turpi pulsa Veritas
Sinceritasq; amabilis, nivea & fides
Cogatur hinc facessere,
Nos, nos locamus Te supremo vertice,
Cœlumque supra attollimus:
Nos te vocamus alterum jovem: tuis
Claudi, patere nutibus:
Sedes Olympi dicimus, & horrida
Nigrantis Orci limina.
Armamus ipsi ultricibus flammis
Tuam hanc fulgurantem dexteram;
Nec jam veremur astra cœlo dicere
Lapsura, ni Tu fulcias.
Jam regna cuncta, quæ cadens Sol aspicit
Surgensque, Tibi adscribimus;
Et quod coronis fulgeant nitentibus
Reges, Ducesque & ipsius
Quod sceptra gestant Imperii, totum hoc tui
Juramus esse muneris.
Jam nostra cunctos limites modestiæ
Transcendit impudentia,
Dum mille linguâ blandienti nomina
Tibi superba affingimus.
Hinc turba honores credula immensos Tibi
Largitur, hinc vulgus stupet,
Quod si quis exstat altiori spiritu
Cui libera indignatio
Bilem tumentem suscitet, fallacias
Qui tentet has refellere,
Plectroque fido veriora personet,
Quam gratiora Curiæ,
In hunc veneris viperinis illita
Torquemus omnes spicula.
Quid jam, beate Pater, quid vis amplius?
Tu Numen, & præsens DEus,
Tu certa spes mortalium vocabere,
Salusque mundi publica,

Ergò

Ergò tiaras, infulas, oſtrum, manu
Potenti nobis divide.
Nam magna quanquam pro te adorti geſſimus,
Majora adhuc conabimur.
IPSUM DETRAHEMUS E SOLIO JOVEM,
UT IPSE SOLUS IMPERES.

D. Chriſt. Kortbold in Apotheoſi Papæ ad illuſtrandam locum Apoſt. II. Theſſ. II, 4. §. 30. p. 41. Conf. Tit. *Titulus Pontificis Romani.*

APPELLATIONUM

Ad DEI Tribunal exempla vid. *in Apparat. Nom. Propr. Biblic. Tom. II. Tit. Joſaphat. p. 926. ſeq.*

APPION.

Fuit homo Judæis inimicus quidem (hinc Fl. Joſephus contra eundem ſcripſit) ſed tantâ nominis celebritate, atque tanto doctrinæ ſtrepitu vivens, meritò uti *Cymbalum mundi* dictus, habitusque ſit. *Petrus Cunæus, de Republ. Hebræorum Lib. I. Cap. I. p. 3.* Vocatus ita fuit à Tiberio Cæſare, cum ut ait Plin. *in præf. de Veſpaſ. publicæ famæ tympanum* potius videri poſſet. *Salm. in Panc. P. II. T. XIII. p. 256. a. Herm. Conring de Republ. Hebr. §. 42. p. 133. G. C. Kirchmayer, de rebus Moribusque Judæorum p. 10.* Alii ob garrulitatem ita dictum volunt. *Ed. Leigh. Crit. Sacr. P. II. p. 14.*

AQUA

Gentibus Sacra.

Ægyptii incolæ (*Jul. Firmico de error. prof. relig.* inquiente) aquarum beneficia percipientes, aquam colunt, aquis ſupplicant, aquas ſuperſtitiosâ contentione venerabantur. Imò opinio priſca erat, fluvios & fontes minores eſſe Deos, i. e. genios. Undè in inſcriptione Veſcaniæ in Hiſp. *Fonti Divino* ap. Grut. p. 94. Et Poëtæ fluvios appellant Sacros. Vid. *Horat. L. I. Od. I. Juven. Sat. III. Sen. Ep. 41.* Sacra igitur aqua erat & Romanis, Perſis, Scythis & Celtis, Alemannis & Svevis, it. Ebionitis, Cattis & Heſſis, Bohemis &c. de queis *M. Joach. Chriſtoph. Bodenius, de Idololatriâ Gentilium ex Sap. XIII, 2. §. 17.* Peruani honorarunt aquam tanquam DEUM, ſub nomine Mammacocha, *Joh. Acoſta L. V. C. II. ap. M. Andr. Beyer. in Addit. ad Selden. C. III. Prolegom. p. 84. 85. 86. conf M. Godofr. Arnoldi, Diſq. Hiſt. de Lotione Manuum ad Factum Ponti Pilati recenſitâ § 1. Tob. Pfanner. Syſt. Th. Gentilis Pur. C. I. §. 1. p. 4. Gerard. Joh. Voſſius, de Orig. & Progr. Idololatriæ L. II. C. LXXIV. p. 685. ſeq.* Elceſæitæ Aquam tanquam DEUM quendam adorabant, ap. *D. Joh. Pappum, in Epit. Hiſt.*

Hist. Eccles. p. 243. Aquei statuerunt: Aquam non esse erratam seu creaturam, sed DEO coæternam, *M. P. Stockman. Elucid. Hæres. p. 68.* Manichæi baptismum rejecerunt, quia Aqua à DEO malo esset, *Ibid. p. 346.*

Lustralis Ethnicorum.

Hodie Gvineæ auriferæ incolæ Æthiopes Africani lustratione in Sacris se solent expiare è fictili vase, aquæ pleno, in quâ lacerta jacet, se aspergentes. Fœdior multo purgandi ratio apud Circassos in usu fuit, referente Gagvino in descr. Tartar Sacrificus concionaturus Lac, sangvinem, fimum & terram commiscens, in arborem secum defert, ea pro suggesto est. His finito sacro populi concionem aspergit, ea in terram provoluta Deorum hoc tam præclarum munus venerabunda excipit, *Ursin. Anal. L. I. C. X. p. 15.* Fimus hic lustrationi & initiationi inservit, und muß einer von der vortrefflichen Essenz der Kühfladen- und Kuh-Blümlein-Wassers 6. Monat geniessen/ ap. *Roger. Jav. Reser. p. 67. ap. Arnold. p. 844. Beyer. l. c. p. 119.* vel homo in scrobe profundâ defossus taurorum, arietumque mactatorum sangvine proluebatur, & ita purus, & in æternum renatus habebatur, *Id. ib. p. 74. seq. Kipping. de Cruce Exercit. XV. §. 8. p. 108. 109.*

Papistarum.

Pontificii pro aquâ lustrali sive benedictâ allegant Num. 19. 10. ubi cinis combustæ vaccæ asservabatur ad purificationes v. 9. 17. *D. Pfeiff. Dub. Vex. Cap. I. L. XXIV. p. 291.* Verum cum hæc omnia typica fuerint, quorum corpus fuit Christus, frustra ab illis typis argumentum pro hâc causâ petitur. Epistola ad Hebræos Cap. IX. expresse ritum hunc ad sangvinem Christi refert. Annon ergo horribilis blasphemia est, id quod scriptura soli sangvini Christi adscribit, ad aquam illam à Monachis incantatam, nefariè referre? Non ergo absque causa *B. Lutherus* aquam lustralem in Papatu vocavit Schemhamphorasch *Tom. VIII. Jen. Ger. f. 113. b.* Vid. omninò *M. Bauman. Anal. Typ. p. 525. 526.* Vera origo Ethnicis debetur, qui aquâ consecratâ olim aspergi solebant. *B. D. Brentius, in Cap. VII. Levit. p. 48. b. D. Cœlestin. Mislenta, Diss. Inaug. sub. præs. D. Joh. Gisenii. de Hæresibus bisce ultimis temporibus Ecclesiam Christi turbantibus §. 161. D. Phil. Bucbius, Diss. de Cerem. Eccles. Cap. III. §. 33. p. 44. Laurent. Polymath. Lib. II. Diss. XVIII. p. 123.* Quod & ingenuè fatetur, eaque propter gaudet *Mich. Pexenfelder, Apparat. Erudit. C. LXXXIIX. p. 671.* Alexander I. (seu Ethnicus quidam Pontifex, qui ejus tempore Romæ adhuc sua habebant collegia, secundum Magdeburgenses *Cent. II. Cap. VI. ap. Baum. l. c.*) autor fuit, ut hujusmodi lustralis aqua consecraretur, & ad dæmones effugandos, in templo domique servaretur.

Hujus

Hujus aquæ tactus propulſet Dæmonis actus.

D. Botſac. M. G. p. 61. b. Polyd. Vergil. de R. I. Lib. V. Cap. VIII. p. 447. C. Schottus, Phyſ. Curioſ. Lib. II. Cap. XXXIX. p. 321. ſeq. B. Geierus, de Superſtit. Cap. III. §. 21.

Per arborem dulcorata, Exod. XV, 23. 25.

§. 1.

Oſtendit ei lignum, וַיּוֹרֵהוּ *docuit eum*, aut oſtendendo, aut revelando. Docuit eum vim & naturam ligni. Quidam volunt, lignum hoc amarum fuiſſe, quo magis in effectu contrario virtus DEI appareret; (vid. Tit. *Æs contrariatur Serpentibus*). Alii dicunt, lignum hoc naturali vi ſuâ valuiſſe ad tollendam ex aquis amaritudinem, quod colligitur ex Eccleſiaſt. Cap. XXXIIX, 5. Hoc modo potius, quam ſolo verbo ſanavit, ne res naturales fruſtrà feciſſe videretur. Hoc exemplo commendare voluit res medicas naturales, *Polus in h. l. p. 354.* Druſius etiam hanc ſententiam amplectitur, naturali facultate lignum hoc aquas feciſſe dulces, vel *ſecernendo aduſtas terræ partes*, quarum admixtione ſit amarus aquæ ſapor; vel *attrahendo & alliciendo ad ſeſe, imbibendoque amaras aquæ partes*, provocat & ad locum Syracidis citatum.

§. 2.

Sed ibi ſolum vis medicamentorum, & ligni hujus virtus ad eundem auctorem DEum refertur, non verò aſſeritur, *æquè hanc, ut illam naturalem fuiſſe*. Ideoque non immeritò notat hic autorem *Oſiander*: Exiſtimo autem, non fuiſſe proprietatem quandam naturalem in illo ligno, ut aquas amaras redderet dulces: ſed quemadmodum Propheta Eliſæus MIRACULO correxit aquas, quæ ſterilitatem alias inducebant, cum in ſcaturiginem ſalis particulam injeciſſet: ita & hoc lignum, quod Moſes, jubente Domino, in aquas amaras conjecit, amaritudinem fontis MIRACULO emendavit. Itaque hæc probatio autoris noſtri, qua à miraculo divino ad phyſicas herbarum proprietates & vires argumentatur, paulo longius petita eſt.

§. 3.

Quod autem & *Cornel. à Lap.*, *Tirinus*, aliique Papiſtæ *vim dulcorandi* amaram aquam ligno illi à Moſe adhibito *naturalem* eſſe dicunt, pro excuſando Syracide fit, ſed citra veritatis ſuffragium. Ita etiam ſequela Cornelii nullum meretur calculum, imò ἀνακόλουθος eſt: Si per lignum amarum DEus (*per miraculum*) tantam dulcedinem operatus eſt, quid faciet (*naturaliter*) per herbas, quibus ſimiles indidit vires, & appoſitas ad hunc illumve morbum creandum? Ratio eſt, quia à miraculoſis operibus ad naturales vires N. V. C. *B. Calovius, ad Exod. XV, 5. p. 381. & ad Symc. loc. cit. p. 142.* Lemma poteſt eſſe: Quod natura negat, cœleſtis gratia donat, *Pexenfeld. App. Erud. Cap. XCIX. p. 840.*

An dulcis permanſit?

In dulcedinem verſæ ad præſentem populi neceſſitatem, non quod poſteà dulces remanſerint, nam *Plinius* ſuo tempore locum hunc *fontes amaros* vocat *Lib. VI. Cap. XXIX. p. 99.* Sed putaverim, manſiſſe dulces, cum DEI opera perfecta ſint & permanentia, *Polus l. c.*

Typus CHRISTI.

Applicari lignum id ad CHRISTUM lignum vitæ ſolet, de quo *Tertull. Lib. de Bapt. Cap. IX.* Lignum illud erat CHRISTUS venenatæ & amaræ retrò naturæ venas in ſaluberrimas aqua baptiſmi remedians. Et *Theodoretus Q. XXVI. in Gen.* Satis eſt, didiciſſe per lignum depoſuiſſe aquas omnem triſtitiam, & hoc noſtram ſalutem prædicit. Nam & ſaluberrimo ligno crucis amarum gentium pelagus dulcedinem cum triſtitia commutavit. Adde & *Greg. Nyſſen. in Catenâ:* Poterat ſane DEUS ſolo verbo aquam potabilem facere; ſed lignum voluit indicare, ut typum ſalutiferæ crucis inſinuaret, *Cyprian. Lib. de Zelo & livore ſub finem* docet, quomodò cruce CHRISTI amarulentia & ira lenienda ſit: Si de Sacramento crucis cibum ſumis & potum, lignum quod apud Mara profecit in imagine ad ſaporis dulcedinem, tibi in veritate proficiet ad mulcendi pectoris lenitatem. *Calov. l. c.* Aquas haſce amaras tanquam Legis typum ſiſtit, *M. Baum. in Anal. Allegor. p. 113.*

Legem figurat.

Aquam iſtam Iſraëlitæ bibere non poterant: ſic legem nemo præſtare poteſt, Rom. IIX, 5. Dulcoranda igitur eſt aqua injecto ligno ſatisfactionis JESU CHRISTI & dulciſſimæ promiſſionis Evangelii &c.

Pœnitentiam.

Pœnitentia non poteſt animæ ſitim ſedare, niſi lignum vitæ CHRISTUS injiciatur, quo dulcoretur. Per ſe enim pœnitentia reſpectu contritionis, eſt aqua amara, quæ ſalutariter non bibitur, exemplo Judæ, Caini, Achitophelis: Lignum ergo vitæ CHRISTUS injiciendum eſt per veram fidem.

Calamitates.

Die Iſraelliten ſeyn GOttes Kinder / ſie ziehen in GOttes Wegen / ſie ſeyn JEſu Chriſti Bluts- und Muths-Freunde; Aber dennoch kamen ſie zum bitrern Waſſer; Ach HErr JEſu / das Glück haben alle deine Liebhaber / die iemals in der Welt geweſen / Pſ XXXVII. In der Wallfahrt ihres Lebens / in dieſer Welt haben ſie nichts gewiſſers zu gewarten / als bitter Waſſer vieles Jammers und Elendes / da gehen ihnen die Augen über / daß ihnen ihr Hertz möchte zerſpringen. Das ſagt Job. XIV. Der Menſch vom Weibe gebohren

ten ꝛc. PLXC. Wanns gleich köstlich gewesen ꝛc. Syr. II. Schicke dich zur Anfechtung ꝛc. Christus sagt Matth. XVI. Er nehme sein Creutz auf sich ꝛc. Summa: **Um guter Tage willen in der Welt/ darff niemand ein Christ werden/** die Exempel beweisens. Jeremias hat seinen siedenden Topff bitter Wasser unterm lincken Arm im Hertzen/ gegen Mitternacht/ wann er sich gegen Morgen wendet. Denn amara est veritas, & qui eam docet repletur amaritudine; *Hieron.* Moses/ der treue Regent/ ist fidelissimus & afflictissimus, **der Treueste und Geplagteste/** das ist ihm bitteres Wasser! Die liebe Haus-Mutter Naemi hat auch ein volles Hertz-Krüglein mit bittern Wasser/ Ruth. I. Darum sagt sie: **Heißt mich nicht Naemi/ sondern** Mara, d. i. **bitter.** Vornemlich dreyerley bitter Wasser haben Kinder GOttes zu trincken. **Einmal gehets über den Leib;** Da muß man 38. Jahr krancken/ als der Mann Joh. V. 13. Jahr in enge Löcher kriechen und arm seyn/ wie Joseph/ 7. Jahr gespottet werden/ wie Job. Darnach gehets auch offt über die Seele/ als S. Pauli schwere Hertz-Bangigkeit; da wachen die Sünden auf/ daß man bitterlich weinet mit Petro/ mit Magdalena. O selig ist der Mensch/ der dieses bittern Wassers über Erkänntniß der Sünden viel hat in den Krüglein seiner Augen! **Endlich gehets über Leib und Seele im Tode;** Wann wir lang genug uns mit Durst dieser Welt geplaget haben auf der Reise unsers Lebens/ so kommen wir endlich gen Mara, zum bittern Wasser des Todes. Ach welch ein bitteres Zorn-Trünckiein muß JEsus thun/ ehe er ans Creutz genagelt wird! Ach wie viel Schmertzen muß mancher Mensch ausstehen/ ehe ihm das Hertz gebrochen wird! Das/ das ist bitres Wasser! Wider solches bittere Creutz-Wasser ist keine bessere Artzney/ als der gebenedeyete Creutz-Baum JEsu Christi:

Durch Mosis Baum zu schneller Farth
Das bittre Wasser süsse ward/
Dein Creutz/ HErr JEsu Christ/ allein/
Macht süß mein Unglück groß und klein!

HErr JEsu/ du bist ja der saffrige Baum des Lebens! Du kanst ja durch die Krafft deines Creutzes all mein Elend durchsüssen! Dulce lignum, dulces clavos, sage ich mit Prudentio. O dulcissime JEsu, sage ich mit Ignatio: Ach mache du süsse das bittere Wasser meines Elendes; laß mein Eisen-schweres Hertz/ das immer in Verzweiffelung sincken will/ in Krafft deines Creutz-Baums empor schweben im rechten Glauben/ 2. Reg. VI. Wie Mose mit seinen Armen zugreifft/ und den Baum fest hält/ und ihn mit seinen Händen ins bittere Wasser sencket; **Also strecke ich aus die Arme meines Glaubens/ und ergreiffe mit beyden Händen dich mit deinem Heil. Creutze/ und**

sencke dich in demüthiger Andacht in das Grüblein meines Hertzens/ welches mit bittern Wasser gefüllet ist/ biß oben an. Habe ich liebe Noth/ so sehe ich/ daß dirs am Creutz-Baum viel ärger gangen; Nagen mich meine Sünden/ so sehe ich/ daß du das bittere Wasser des Zorns Gottes über meine Sünden hast gar ausgetruncken/ da du dich am Creutz erschütterst: Mein GOtt/ mein GOtt ꝛc. Psalm. XXII. Kommet Todes-Noth/ so kan ich die Bitterkeit des Todes vertreiben/ nicht wie Agag/ 1. Sam. XV. sondern wie Moses/ daß ich dich/ HErr JEsu/ du Baum des Lebens/ mit deinem Creutz-Baum in mein Hertz sencke/ und bedencke/ wie du das bittere Wasser des Zorn-Bachs deines Vaters am Wege ausgetruncken/ und mir die Süßigkeit der Vergebung meiner Sünden und des ewigen Lebens hast erworben. Jacob kan diese Kunst/ da er sagt: HErr/ ich warte auf deine *Jeschuah*. Esaias auch Cap. LIII. Die Straffe liegt auf ihn/ auf ꝛc. Augustinus: Turbabor, sed non perturbabor, quia vulnerum Domini recordabor! Bernhardus: Cum me mori est necesse, noli mihi, JESU, tunc deesse &c. Ambrosius da er sterben sollte/ stellte sich allerdings wie Christus am Creutze/ denn Christus am Creutz war seines bittern Hertzens süsse Freude ꝛc. *M. Bauman. in Anal. Typ. p. 70. 1275. 1367. seq.*

Hieroglyphicè populum significat.

§. 1.

Ex omnibus hieroglyphicis notis; quibus populi significantur, aqua primaria est, juxta id, quod à Prophetâ dictum: Aqua multa, multum populum, Jerem. XLVII, 2. Apoc. XVII, 1. Experientiâ sane plus satis comprobatum, inundationes fluviorum, aut marium, populorum motus secutos. *Jac. Gaffarel. Curiosit. Inaud. P. IV. Cap. XII. §. 12. p. 248. Raym. Martini Pug. Fid. P. III. Dist. III. Cap. XIII. §. 14. p. 823.* Apud Oratores, Historicosque turbines & procellas sæpè pro bello positas invenias. Causa verò cur aqua vehementiores indicet ærumnas, ea est, quod pericula, casusque reliqui corpus soleant ex unâ aliquâ parte labefactare: aqua verò universo statim corpori circumfusa omnibus è vestigio membris impedimento est, atque undique oggerit difficultatem atque molestiam. *Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. XXXVIII. Cap. XXV. p. 481.*

§. 2.

Aquarum nomine hominum generationes intellige, quæ sicut de fonte in rivum, de rivo in fluvium labuntur: ita homines de conceptu in partum, & de infantuli ætate in senium inquieto volumine properant & decurrunt. *Arnold. Bonavallens. de Oper. VI. Dier. Cap. VII. ap. Thom. Gataker. Annot. in Marc. Antonin. Imp. Lib. II. §. 17. p. 77. a.* Conf. *D. Joh. Nicol. Jacobi, Tract. de vulneribus JEsu Christi Part. Gen. Cap. II. §. 30. p. 93. 94. D. Seiffarti Biblia in Imaginibus P. I. in Gen, I, 9. 10. p. (10) seq.*

Copio-

Copioſa.

Aquæ ductu à Valente Imp. in urbem Conſtantinopolin derivato, Clearchus urbis præfectus ὑδρῆον i. e. tubum ampliſſimum in foro Theodoſiano conſtruxit, quod ἀκψιλὲς ὕδωρ i. e. *aqua copioſa* apellabatur. *Socrates Hiſt. Eccleſ. Lib. IV. Cap. VIII. p. 287.*

E Chriſti latere fluens an naturalis, an miraculoſa? Joh. XIX, 34.

§. 1.

Quibusdam Scriptoribus nihil miraculoſi videtur ſubeſſe iſti fluxui, cum *naturales & à naturâ* fuerint humores, apertisque ſuis conceptaculis neceſſariò proruperint: quemadmodum in hoc demonſtrando, diſſentientesque confutando, totus eſt *Nobil. Thom. Bartholinus. Diſſ. de Latere Chriſti aperto.* Quod idem etiam docuit *Joh. Calvinus*, hallucinari, *ajens*, qui miraculum ſinguut, *Comment. in Joh. XIX, 34.* Verum hâc ſententiâ antiquior & communior eſt altera, pro *miraculo* habens dictum *fluxum.* Probaruntque eam olim cumprimis Patres, & tenent hodieque Theologi ferè omnes, ut ex Medicis non pauci.

§. 2.

Supponunt autem hi α) fuiſſe non fluxum aquæ cruentæ, aut ſangvinis aqua miſti, ſed ſangvinis & aquæ. β) Ajunt, fluxiſſe non parcè, ſed largè & copiosè ut conſpici & dignoſci ab omnibus potuerint. *Ambroſius, in Cap. XXIII. Lucæ* ita: In corporibus noſtris ſangvis poſt mortem congelaſcit, ſed hoc loco adhuc fluidus eſt. Et quum non guttatim deſtillaverit, ſed ſcaturiginis inſtar confeſtim ex vulnere profluxerit ſangvis, dici non poteſt, calorem adhuc reliqvum, quia ſtatim poſt mortem id accidit, prohibuiſſe coagulationem ſangvinis. Locum id haberet, ſi guttæ aliquæ ſolum ſtillaſſent: ſed tam longus profluxus ſine miraculo fieri non potuit. γ) Addunt, idem innuere Evangeliſtam, tanquam teſtem oculatum, dum tergeminatam hanc adſertionem adpoſuit: *Et qui vidit teſtatus eſt: & verum eſt ejus teſtimonium: & ille ſcit, ſe vera dicere, ut & vos credatis.* Quin, ex horum mente trina illa Evangeliſtæ obteſtatio unicè ad confirmationem hujus miraculi ſpectat.

§. 3.

In tanto auctorum diſſenſu, ut quid nobis videatur breviter eloquamur; Equidem putamus, cum Evangeliſta diſtinctim & *ſangvinis* & *aqua* meminerit, immeritò à claræ literæ recedi, multo verò probabilius eſſe, *diſtinctim fluxiſſe aquam & ſangvinem*, fluxiſſe etiam eorum non paucas & exiguas guttas, ſed *tantam copiam, ut videri & dignoſci poterint.* Unde cum tale exemplum nunquam aliàs in corpore vivo, vel mortuo ſit obſervatum, putamus *omninò mira-*

culosi quid subfuisse saltim fluxui. Dicimus verò *saltim fluxui.* Nam ut aliàs distingvi solent *ipsa humorum substantia*, & *eorum motus vel fluxus*, ita hic cumprimis distingvenda, distinctumque spectanda sunt. Et quidem *substantiam* nolimus nos dicere cum nonnullis *miraculosè fuisse à Deo creatam.* Neque enim decet miracula sine urgente necessitate fingere. Potest verò sine errore dici, *fluxisse sanguinem vel ex corde, vel ex venis*, hisque si non majoribus, saltim minoribus, in cutim & musculos qui abeunt; Aquam autem, si non fuit ipse *liquor pericardii, fuisse tamen ex hoc depurato eductam.* Ut idpropter indubium sit, *humores hos, quà substantiam spectatos, fuisse naturales.* At quod attinet eorum *discretionem & fluxum*, hunc putamus excessisse naturæ vires, adeoque fuisse *supernaturalem & miraculosum.* Nam ut benè monet. *Jac. Carpus Comment. ad anatomiam Mundini Cap. de Corde p. 336. sq.* etiamsi sit in aliquo corpore sano, vel ægro, aqua sangvini mixta, nunquam tamen exeunt ex vulneribus vel sangvis ab aqua, vel hæc ab illo distincta. *Dn. Casp. Posnerus Disput. Phys. de Singularibus ac Mirandis quibusdam, quæ morte Christi in naturâ acciderunt, utrum à naturâ fuerint? §. 33. seq. Valent. Henr. Voglerus, in Physiolog. Historiæ Passionis JESU CHRISTI Cap. XII. p. 42. seq.*

§. 4.

Cum igitur ex confosso CHRISTI latere fluit sangvis & aqua, significatur, mortem Christi afferre nobis vitam & recreationem. Ex aliorum mortuorum exuviis non fluit sangvis, sed potius sanies, ex CHRISTO autem mortuo, fluit sangvis & aqua, h. e. vita & salus. *B. Brentius, Hom. LXV. in Cap. XIX. Joh. p. 937.* Dicunt Ebræi: Percussit Moses Petram bis, & produxit primo sangvinem, & posteà aquam. Petra erat Christus 1. Cor. X, 4. In curatione quoque leprosi avis mactatæ sangvis cum aquâ miscebatur. *Aqua* designat puritatem Christi, sangvis ejus fortitudinem atque patientiam: & hæc duo μαρτυροῦσι 1. Joh. V, 6. 8. *Polus in Job. Cap. XIX. p. 1300.*

§. 5.

Atque hunc distinctum & inconfusum profluxum ita tuentur pii veteres, ut inde etiam *duo illa Sacramenta N. T. è latere CHRISTI profluxisse* doceant, quia nimirum profluxu illo adumbrata sunt. Quo etiam referunt nonnulli ipsius S. Johannis testimonium 1. Epist. Cap. V, 6. Hic est, qui venit per aquam & sangvinem; non in aqua solum, sed in aquâ & sangvine. *Calov. in C. XIX. Job. p. 819. B. D. Joh. Andr. Quenstet, Dissert. Theol. de Aquâ ex CHRISTI latere profluente ex Joh. XIX, 34. §. 41. seq. B. D. Danhauer. Homil. Sacr. XIV P. I. p. 461.*

Cadens.

Quantus amor Centri est.

Impe-

Impete quo, quanto ſtrepitu, quæ proxima terræ
Eſſe cupit, præceps montibus unda ruit!
Et ruit, & raptis millena in fragmina guttis,
Unica de lapſa ſpumæ videtur aquæ.
Nil caſum, nil damna timet. Sed dummodo jungat
Et propior centro ſit gravis unda ſuo.
Veſtrum mortales centrum eſt in Numine, damna
Quis tamen, hoc ſe ne ſeparet, ulla ſubit?
Quis famam, quis opes pro cœlo fervidus offert?
Heu pudor, à gelida quod ſuperamur aqua!

* * * *

Alles eilt dem Centro zu/
So groß iſt die Lieb zur Ruh!
Mit welchen Ungeſtüm / mit welchen Brauß und Rauſchen/
Stürtzt ſich vom hohen Berg/der Waſſer-Fall herab:
Ein Tropffe läſt ſich da in naſſen Staub zerpauſchen:
Der Grund weiſt/daß er nichts/als Schaum/vom Waſſer hab.
Kein Fall/kein Schade ſchreckt/ das Waſſer greifft ſich an/
Wann ſichs dem Ruhe-Punct in etwas nähern kan.
Ihr Menſchen / ihr habt auch/ den Mittel-Punct der Ruhe
Im Kreyß der Ewigkeit / bey GOtt/ dort in der Höh.
Wer aber greifft ſich an / daß er ſich weher thue /
Daß er dem Punct des Heyls alltäglich näher geh:
Wer opffert ſeinem GOtt Macht/ Titel und Genuß:
O Schand! daß euch hierinn das Waſſer ſchimpffen muß.

P. Abrah. à S. Clara, im Huy und Pfuy der Welt / *in Tit. Aqua.*

Dulcamara.

Labia meretricis ſvavia, noviſſima abſynthium, Prov. V, 3. Hypanim tradit Herodotus ab ortu quinqve dierum via dulcem fluere, deindè per quatriduum valdè amarum, ap. *Athenæum Lib. II. Deipnoſ. Cap. II.* Aſanius lacus eſt, cujus aquæ in ſummitate ſunt dulces atque potabiles, ſi ad profundiores proceſſeris, vitioſas comperies. *Boccatius de Lacub.* Sic voluptas primò dulcis, in fine amareſcit. Scitum eſt & ſcitu dignum Ariſtotelis dictum, quo voluptatum initia oblivioni mandanda aſſeruit, & ſolos exitus recordandos, ap. *Sarisber. Lib. VIII. Polycrat. Cap V. p. 468.* ut & peccatum dulce guſtu, ſed amarum concoctu, ut ait *Andreas Caſarienſ. in Apoc. Cap. XXIX.* Juba, ap. *Plin.* in Troglodytis lacum eſſe dicit, inſanum maleficâ vi appellatum, ter die fieri

amarum salsumque, ac deindè dulcem, totiesq; etiam noctu, scatentem albis serpentibus vicenûm cubitorum *Lib. XXXI. Cap. II.* Vita humana talis tacus, in quo multi serpentes, genimina viperarum,

— — dolor & voluptas
Invicem cedunt, brevior voluptas.
Et subtexta malis bona sunt, lachrymæq; sequuntur
Vota, nec in cunctis servat fortuna tenorem.

J. H. Ursin. Theol. Symbol. Cap. LXXXIIX. p. 112. 113.

Inebrians.

Mulcis in regionibus aqua fontium potui gratior est, quia vinum sapit, sicut ejus, qui in Paphlagoniâ, ut ajunt, indigenas ad bibendum confluentes inebriat, *Athenæus Deipnosophistarum, Lib. I. p. m. 34.* Idem scribit *Plinius* de Lyncestidis acidula aqua, & de altera in agro Caleno *N. H. Lib. II. Cap. III. p. m. 30.*

Lavandis manibus ante & post cœnam allata.

Philoxenus dithyramborum Scriptor in opere, cujus Titulus est Cœna ita:

Aqua lavandis manibus allata est:
Molliusculus puellus argenteo gutto; quem tenebat,
Affudit, coronasque deindè advexit
Tenues, è puris myrtir amis magno labore contextas.

Et *Plato in Jambicis:*

Cœnarunt convivæ propemodum omnes:
Euge tu cur non accurris? mensas cur non removes?
Aquam sane lavandis manibus ut affundam venio.

Athenæus, l. c. Lib. XV. p. 495. 510. Romæ in gutturnio apud S. Stephanum legitur:

PRIUS ABLUE MENTEM!

Seu ut alibi legitur: *Ut manus, ita conscientiam lava. Nathan. Chytraus, in Delit. Itin. p. 27. 267.*

Diluvii montibus non fuit altior.

Warrenus probare satagit aquas diluviales, quibus altitudo quindecim cubitorum Gen. VII, 20. adscribitur, non montibus quibusvis altissimis (ut vulgo locum istum Interpretes intelligunt) sed humo tantum, seu communi terræ superficie tot cubitis altiores fuisse. Sed contra literam textus. v. 19. *Acta Erud. Lipsi. An. 1691. p. 98. seq.* Sic fertur in Cretâ locus esse editior, cujus habitatores eousque vitam producant, ut tædio ætatis, ad accelerandam mortem, locum niutent. Causam tantæ longævitatis assignant, quod in illâ regione (ob aëris temperiem) quotidiè panem tostum, vino Malvatico (quod illic provenit præstan-

stantissimum) tinctum, comedant tempore matutino, quæ res sufficiens sit restituendo calori nativo, & viribus corporis reficiendis. Aliam prætereà rationem comminiscuntur, quod is locus ob altitudinem à diluvio immunis fuerit. Quæ mihi ratio haud probatur, eo quod universalis fuerit illa aquarum eluvio, & in genere omnes orbis terras inundarit, *Anton. de Guevara Epist. ad Didacum Pacietum, p. 15.* Conf. Tit. Diluvium.

Terrâ an altior?

§. 1.

Ich halte dafür/ es sey das Wasser (zum wenigsten an etlichen Orten) was sein Lager betrifft/ niedriger und tieffer/ als die Erde. Solches erscheinet am Meer/ oder Meer-Wasser; wann solches höher als die Erde wäre/ so würde sich ein Schiff/ wann es aus dem Hafen läuffet/ langsamer bewegen/ weil es alsdenn auff-werts stiege/ als wann es in den Hafen läufft/ weil es alsdann sich hinunterwerts begeben würde; Diß ist aber wider die klare Erfahrung; Ist dannenhero das Meer-Wasser nicht höher/ sondern niedriger als die Erde. Und diese Ursache/ welche aus der Erfahrung hergenommen ist/ wird durch eine andere Erfahrung bestätiget: welche wie P. Oviedo in Cursu Philosophico bezeuget/ beweiset/ daß denenjenigen/ welche aus Portugal in Neu-Spanien schiffen/ wann sie 15. Grad aus den Hafen gewichen/ die Sonne eine Stunde langsamer auff- und niedergehe/ als denenjenigen/ welche in Portugal sich auffhalten: welches sich nicht also zutrüge/ wo das Meer höher wäre/ als die Erde/ weil die erhöheten Oerter allezeit eher/ als die niedrigen von den Sonnen-Strahlen erleuchtet werden/ *D. J. A. Weber/ Discurs. Curios. III. Cap. IIX. p. 77.* Huic sententiæ & accedit *Dn. M. Georg. Christoph. Gebhardi, Diss. de Repagulo Aquarum ex Job. VII, 12. Cap. II. III.*

§. 2.

Die Erde und Wasser machen eine runde Kugel zusammen/ und ist klar/ daß die Natur des Wassers überall dahin inclinire; denn wenn man einen Tropffen Wasser auf einen trockenen Ort fallen lässet/ wird man gar eigentlich sehen/ wie selbiger sich erhebe/ und eine Ründung præsentire,

(Æquora magna vides, terræ quibus ambitus ingens
Alluitur speciem retinere impunè rotundam.

Guil. Salust. Bartasius Hebdom. Lib. II. p. 71.) Doch könnte hiervon noch ein klärer Beweiß gegeben werden/ wenn man nemlich an dem Ufer des Meers einen Stab in die Erden schlüge/ und längst demselben hinsähe: denn so würde die Gesichts-Linie endlich an das Wasser treffen/ als welches sich allgemach zu erheben scheinen würde; Es müste aber dieses bey gantz stillen Wetter ge-

schehen/ wann das Wasser gar keine Wellen wirfft/ sondern durchaus eben ist/ sonst man solche Erfahrung etwa denen Wellen zuschreiben möchte/ welche doch dem Meer an sich selbst eigen ist; daraus denn nicht unbillig zu schliessen/ daß das Wasser eine Bogen-Figur mache/ welche an den Enden niedrig/ in der Mitte aber höher ist; Wann man nun diese Erhebung nach Proportion der Distanz, so weit die Gesichts-Linie reichen kan/ weiter ausrechnet/ so wird man leichte schliessen/ daß solches auf einige 100 Meilen/ als so breit das grosse Welt-Meer/ oder der Ocean, an einigen Orten sich wircklich befindet/ eine grosse Höhe austragen werde/ und daß also der Ocean in seiner Mitte leicht höher seyn könne/ als die Gipffel der höchsten Berge auf den gantzen Erdboden; sintemalen die Mathematici in der Meinung stehen/ daß die höchsten Berge dennoch/ nach dem perpendicul zu rechnen/ nicht über 6000. Geometrische Schritte/ das ist/ anderthalb Teutsche Meilen hoch seyn; daher man denn den Schluß machen könnte/ daß bey solcher Höhe des Meers/ das Wasser ohne Verletzung der Wasser-Leitungs-Reguln/ wohl könne biß auf die höchsten Berge steigen; daß also Helmontius in diesem Fall nicht nöthig gehabt/ die Gesetze der Wasser-Leitungs-Kunst stille schweigen zu heissen/ *Autor Relat. ex Parnass. An. 1705. N. XLVI. S. Fin.* Conf. *Scalig. de Subtil. Ex. XXXIIX. p. 155. seq.*

Terræ est circumflua.

Tellurem obliquo maris alti pondus obivit
Anfractu, mundique capax hæc insula facta est.

Bartassius l. c. Lib. III. p. 80.

An Aër humidior?

§. 1.

Aër multo est humidior aquâ: quod ex Humidi patet definitione, quam tradit *Aristoteles*. Est enim Humidum *δυσόριστον τῷ ἰδίῳ, εὐόριστον δὲ τῷ ἑτέρῳ τόπῳ*, i. e. Humidum est, quod difficulter proprio, facilè autem alieno terminatur loco, h. e Humidi est ea natura, ut facilè alium atque alium appetat locum, ut ex aquâ apparet, in terram effusâ. Humido opponitur siccum, quod est *εὐόριστον τῷ ἰδίῳ δυσόριστον δὲ τῷ ἑτέρῳ τόπῳ*, i. e. Siccum facilè proprio, difficulter alieno terminatur loco. Jam longè facilius Aër quam Aqua terminatur loco, h. e. aër citius replet loca vacua, quam Aqua: nam in momento aër in locum succedit vacuum, quod non facit Aqua, quæ non nisi per temporis aliquod intervallum aliud atque aliud spatium occupat.

§. 2.

Rursus aqua multo crassior est aëre; Aër verò rarum est elementum, hinc enim

enim & oculis non percipitur. Citius igitur & facilius de loco in locum movetur aër quam aqua. Et per consequens humidior est, quam aqua. Dicis: Aër exsiccat, aqua humectat. Ergò Aqua humidior est aëre. Resp. Aër exsiccat propter raritatem, quod si crassioris esset substantiæ, etiam humectaret, & fortè multo magis, quam aqua. Inde autem non sequitur: Aërem non esse humidiorem aquâ: cum humidum (ut modo est dictum) definiatur per facilem motum ad alium terminum, *Georg. Bachmanus, Exercit. Philosoph. Cent. III. Q. LVIII.*

Vitæ.

§. 1.

Vom Aquâ Vitæ, oder Wasser des Lebens/ (welches eine Tochter des sowohl natürlichen/ als durch Kunst zubereiteten Weins ist/ und sonst auch Elixir, Aqua auri, oder gülden Wasser/ Cœlum Philosophorum, Philosophischer Himmel/ Quinta Essentia, Anima vini, Wein-Geist/ Aqua divina & clavis Philosophorum, Göttliches Wasser und Schlüssel der Welt-Weisen genennet wird.) schreiben die Goldmacher und Medici verwunderliche Dinge/ welche den Unwissenden und Unerfahrnen/ als unmügliche Dinge vorkommen. Matthiolus in Lib. VI. Dioscorid. nennet den Aquavit ein Heilmittel wider alles Gifft. Antonius della Scarparia hatte das achtzigste Jahr erlebet/ und pflegte zu sagen: **O du edler *Aquavit*, durch dich ist mir nunmehr mein Leben zwey und zwantzig Jahr verlängert worden**/ wie Savanorola de Arte conficiendi Aquam vitæ simplicem & compositam also von ihm geschrieben. Franciscus I. Hertzog von Mantua, hatte auch sonderliches Belieben zu diesem Wasser/ weil er wegen der Kälte hefftige Blähungen des Magens verspürte. Selbiger bezeugte/ er habe unter so vielen und mannigfaltigen Artzney-Mitteln kein heilsamers/ als den Aquavit, befunden. Unter sehr vielen andern Eigenschafften und Wirckungen dieses Wassers/ setzet auch Heurnius Lib. I. Prax. Med. auch folgende/ daß diejenigen Dinge/ welche darein getauchet werden/ in 24. Stunden ihrer Kräffte beraubet werden/ *Weber. Disc. X. Cap. III. p. 167. 168.*

§. 2.

Die Einwohner in der Insul Samos machen von den Wein-Hefen im October eine grosse Menge Aquavitæ, bey ihnen genennet ἀουσχάεντος. Wann dasselbe verfertiget/ werden alle Fremde gebeten/ dasselbe zu kosten/ und so einer es abschläget/ wird er von ihnen mit dem Nahmen ἀουγχάεντος beleget/ und also angeredet: So ihr nicht davon kosten wollet/ soll es euch nimmermehr vergeben werden/ *Dn. Tenzelius, in Dial. Menstr. An. 1689. Mens. Nov. p. 140.* Christus ist das wahre Lebens-Wasser/ wer davon nicht will trincken/

den wird ewiglich dürſten. (Fons vitæ de fonte vitæ, ſicut DEUS de DEO, & lumen de lumine. *Bellarminus de Aſcenſione mentis in DEum Grad. IV. Cap. VII. p. 58 59.*) Conf. *Appamt. Bibl. Tom. I. in Tit. Ægyptus Orbis horreum, p. 156. 157.* Dicitur DEUS מְקוֹר *ſcaturigo* ſeu *fons aquarum viventium*, Jerem. II, 13. Cap. XVII, 13. quia omnis vitæ & refectionis tum in hac, tum in æterna vitâ, autor eſt indeficiens. Pſal. XXXVI, 10. *cum DEO ſcaturigo vitæ eſſe*, eodem ſenſu dicitur; quod & v. 9. *torrens deliciarum ejus* vocatur. Spiritum S. & ejus dona vivificantia, *flumen aquæ viventis* dici, ex Joh. VII, 38. 39. patet. Quo pertinet, cum *effuſionis* vox de eo uſurpatur, Eſ XLIV, 3. Joel. III, 1. Zach. XII, 10. Act. II, 16. 17. 18. 33. Tit. III. 5. 6. Beneficia ſui meriti in genere CHRISTUS *aquam vivam* vocat Joh. IV, 10. 14. ipſe igitur fons vitæ æternæ abundantiſſimus eſt, Joh. I, 16. Aqua emundat, reficit, ſitimque reſtingvit, emollit &c. quæ ad ſanctiſſimum Salvatoris officium commodè applicantur ſpirituali ſenſu. Conf. Eſ. LV, 1. Ezech. XXXVI, 25. Zach. XIV, 8. Pſalm. XXIII, 2. Pſal. LXV, 10. *rivus DEI plenus aquis*, cœlum ſeu nubes dicuntur, ex quibus copioſam pluviam ad fœcundandam terram DEUS demittit, *Glaſſius, Philol. Sacr. Lib. V. Tract. I. Cap. VIII. p. 182.*

§. 3.

Spiritus Sanctus dicitur fluvius (purus) aquæ vivæ (vitæ) Apoc. XXII, 1. Dicuntur autem aquæ vivæ ſeu viventes vel *ratione fontium*, vel *ratione effectûs*. Illo modo denotantur aquæ indeficientes, quas fontes emittunt perpetuò ſcaturientes. Sic Gen. XXVI, 19. Servi Iſaaci leguntur inveniſſe מַיִם חַיִּים fontem aquarum vivarum h. e. nunquam deficientium, quibus opponitur aqua quieta, ſtagnans & quaſi mortua; (Aquæ vivæ ſunt מים נובעים תמידשהם quæ jugiter manant. *Munſterus, ad Gen. XXVI, 19. in O. A. T. I. p. 273. Geier. in Prov. X, 11. p. 476. 477. Carol. du Frêne in Gloſſar. Tom. I. p. 373.* & vocantur ita inoppoſitione ad מקה מים aquas collectas, per quas Rambam intelligit, ſtagna aut ciſternas aquæ pluviæ, aut cujuscunque aquæ non profluentis. *Lightfoot. Tom. I. Opp. Harmon. IV. Evang. P. III. S. XVI. p. 456. Armandus de Bello viſu Explicat. Term. Theol. Philoſ. & Log. Tr. II. Cap. LI. p. 87.*) Effectivè aquæ vivæ dicuntur quod fœcunditatem terræ, vitam ac ſanitatem hominibus conferant, quales aquæ vivæ, teſte *Sozomeno Hiſt. Eccleſ. Lib. V. Cap. XX.* in fonte penes Emaus ſive Nicopolim, & in thermis paſſim.

§. 4.

Pari ratione aqua vitæ, quam noſter fundit fluvius (Spiritus Sanctus) arguit α) perennitatem, nunquam enim exſiccabitur. In hâc equidem vitâ affluentia Spiritus Sancti gratioſa nonnunquam impeditur, præſertim ab impiis & περισκαίρεσις, undaque vitæ planè perit, non quod fluvius deſinat, ſed quod evo-

evomatur ab hominum malitiâ. At in futurâ patria sine ullis remoris per innumerabiles seculorum myriades fluvius aquæ vitæ affluet quoque aquis suis. β) Cœlites vivificans. Nectare beatas animas potari cœca atque anilis gentilium finxit superstitio, ut illæ immortalitatem nanciscerentur. Sed mittimus fabulas. *Flumen* nostrum, quod ipsa vita est, Rom. VIII, 10. verè beatos potat, vitamque in iis per inhabitationem suam substantialem operatur immortalem, h. e. omnium voluptatum, refectionum, svavitatum ac consolationum cœlestium copiam, quibus anheli refrigerabuntur, ac tanquam flumine sitientes inebriabuntur Psalm XXXVI, 9.

§. 5.

At quæras: Sicientne beati ac bibent olim, cum CHRISTUS expressè: *Qui in hoc mundo aquam vitæ biberit, eum in æternum siti carituram pronunciet*, Joh. IV, 14? Resp. Et non sitient, & sitient ac bibent, suo tamen modo, Syr. XXIV, 29. Non sitient corporaliter, ut damnati in stagno sulphureo, nec sitient ac appetent voluptates alias terrenas &c. sitient tamen ac desiderabunt sapientiam, delicias, epulas ac voluptates cœlestes, quas plenis beati ingurgitabunt faucibus. Hinc est, quod Christus vitam æternam conviviis, nuptiis ac cœnis passim comparet. Apoc. II, 7. Cap. XIX, 8. Matth. XXV, 23. Luc. XIV, 16. Cap. XXII, 29. Cap. XXIII, 43. Conf. Ezech. XXIIX. *D. Joh. Meisnerus, de Flumine Chrystallino ex Apoc. XXII, 1. Cap. III. §. 4.* Verbum DEI quomodò comparetur aquæ spirituali vid. in *M. Baumanni Anal. Allegor. p. 17. seq. 128.* Apostoli *p. 105. seq.*

Rerum omnium principium.

Veteres aquam *rerum omnium principium* existimasse, imò *Deorum omnium Matrem* operosà non indiget adeò probatione. Consulamus modò Hermetem, qui in Pimandro expressè *primum rerum omnium principium aquam* fuisse docet, dum σκότος εἰς ὑγρὰν τινα Φύσιν ἀΦάτως ταραγμένην i. e. *tenebras in humidam quandam naturam ineffabiliter turbatam*, mutatas fuisse, dicit, ex quâ omnia postmodum emerserint. Sine *Aqua* enim videbant, nihil subsistere posse: *Aquam* omnia rigare, fœcundare, animare, transmutare mundi corpora, experientia docebat: Unde mirum non est, Homerum *Oceanum* Deorum Patrem ac Matrem vocasse, quando inter alia ita decinit:

Ὠκεανὸν θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

Hinc nonnulli quoque conjiciunt, *Aquam* & *Undam* ideò sortitas esse nomina sua; ut illa dicta sit, quasi AQUA (omnia) Vid. *Scaliger de Subtil. Exercit. CCCXV. Cap. XI. p. 1038.* Hæc quasi UNDE omnia (orta.) Aquam etiam Thales Milesius *materiam esse rerum naturalium* ratus est, quod videret, aquæ

tantam vim esse, ut hâc è mundo sublata, tolleretur generatio. Ægyptii itaque cum Nilum, (quem primò non alio, quam *Oceani* nomine nuncuparunt) tam admirandis propriet atibus præditum viderent, eum aliquid naturâ sublimius existimarunt: Quâ de causâ divinis cum mox honoribus affecerunt, sacra ipsi instituerunt, statuasque erexerunt. Sed hæc cum sint vanissima, & homine Christiano indigna, meritò, iisdem relictis, ad solum confugimus Codicem sacrum, qui nobis verissimum, de primâ rerum origine, exhibet testimonium. *M. Christianus Fasselius, Exercit. Philol. Phys. de primo avium Ortu in Præfam.* Conf. *Stuckius Antiq. Convivial. Lib. III. Cap. VI. p. 316.* Aquarum præconium egregium vide ap. *Plin. Lib. III. Cap. I.* Aqua ab omnibus quidem Ægyptiis pro DEO communiter colitur. *Tob. Pfannerus Syst. Theol. Gentilis Furiosi Cap. I. §. 1. p. 4.* Floridæ & Virginiæ incolæ Solem & Aquam veneratione prosequebantur, ob beneficia scil. quod opinati sint omnia horum vi per calorem Solis & aquæ humiditatem produci. *Rob. Sibarrochius, de Officiis secundum Jus Naturæ Cap. V. N. IV. p. 342.*

A malo DEO.

Theodoretus *Lib. I. Fab. Her. Cap. XXIV.* commemorat de *Marcionita* quodam sene, quod manus non aqua, sed sputo laverit, ac creatoris mali DEI uteretur. *M. Paul. Stockman. in Elucidario Hæres. p. 351.*

Quâ Rex Persarum

Manus seu pedes abluit, religiosè ceu res sacra ac salutare morborum omnium medicamentum adservatur, *Cluver. Germ. Antiq. L. I. C. XXV. Auger. Gislen. Busbeckius Leg. Turc. Ep. III. p. 263. Andr. Acoluthus de Aqua Amaris c. III. p. 339.*

Mahomedis è Paradiso fluens.

Die Türcken so nacher Mecha wallfahrten/ bringen von dannen in grosse ledernen Flaschen Wasser mit/ sagen sie habens aus den Brunnen gefasset/ der von dem Mahomet sey erfunden worden/ und aus dem Paradeiß herfliesse/ seynd der Meinung/ der von diesem Wasser trincke/ werde von aller Trübsal erlediget; Sie gehen mit diesem Wasser durch viel Städte und verkauffens um grosses Geld/ denen Armen geben sies umsonst/ *M. Casp. Mauerer/ Chron. Turc. L. II. Cap. VII p. 131.* Sie waschen sich in dem Fisch-Teich Zunzun, fünff Schritte ausserhalb der Pforte; Diesen Teich hätte der Engel gezeiget der Hagar, da sie Wassers für Ismael benöthiget war/ auch trincken sie hieraus/ und bitten dabey um Vergebung ihrer Sünden/ *Al. Rossæus, T. O. R. Sect. VI. p. 218.*

Gangis.

Hujus aquis Indi mortuos usque ad genua immergunt in remissionem pecca-

catorum, *Vöet. P. III. p.108.* Es giebt Heyden bey denen Indianern/ daß/ wenn sie ein groß Mahl haben/ vornemlich wann sie ihre Kinder verheyrathen/ welche dieses Wassers um 4 oder 500. Thlr. trincken; offt wird auf einer Hochzeit für 2 oder 3000. Rupies verthan/ weil der grosse Bramin, wegen der Geschirr/ ihm einen gewissen Tribut bezahlen lässet/ und iemehr der Bräutigam dieses Wassers denen Gästen spendiret/ ie tapffrer und prächtiger wird er geschätzet/ und wird offt aus den Ganges 3 biß 400. Meilen gebracht/ *Tavernier H. O. Lib. III. Cap. XIV. p. 177. a.. Emsm. Franciſci* Geschicht/ Kunst/ und Sitten-Spiegel/ *L. III. Cap. I. p. 922.* Dieser Fluß Ganges soll das gesundeste Wasser in der Welt haben/ deßhalber der grosse Mogul solches zu seinen fürnehmsten Truncke stets bey sich in güldenen Flaschen führet; Sie meinen solch Wasser komme aus dem Paradiese/ *Novellæ Mundi Docti & Curiosi, An. 1694. Mens. Oct. p. 7175.* Conf. Tit. Ganges.

Pedum Monachorum perquam salubris.

In Poloniæ Regno discalceati Monachi, ardentibus ad hoc invitati precibus, pedum suorum detergunt inquinamenta, quæ postea aqua jumentis ad bibendum tradita ab omni contagione secura illa præstare debet, uti à testibus fide dignissimis mihi relatum est, inquit *Aeoluthus l. c.* Alii, quâ Maria fascias depurgavit aquâ febris ardorem restinxisse, somniant incogitantes, *Dapperus in Africâ p. 83. b.* Cœcorum aperuisse oculos fingunt, quâ Tzafer Sadaki puer lavit. *Olear.* Pers. Reise-Beschr. *p. 679.* Quinimò ipsam immortalitatem alii cuipiam aquæ imprudenter adscribunt, ap. *eund. Olear. p. 621.* Non pudet affirmare alios, certæ alicujus aquæ haustum, in agone mortis sumtum, ad vitam æternam ducere, *Aeol. de Aquis Amaris p. 339. 340.*

Christianorum Turcis immunda.

Die Türcken halten das Wasser/ an welchen die Christen wohnen/ für unrein; Sie haben Schöpff- und Regen-Brunnen/ und lassen keinen Christen dazu; welches die Armenischen Christen ebensalls mit denen Türcken thun/ *Tavernier l. c. Lib. I. Cap. II. p. 10. b.*

In Monomotapâ insalubris.

Die Einwohner von Monomotapa in Indien leben nicht lange wegen derer bösen Wassern des Landes; In dem 25. Jahr fangen sie schon an wassersüchtig zu werden; also daß es für ein Wunder gehalten wird/ wann sie über 40. Jahre kommen. *Id. ib. Tom. II. Lib. II. Cap. XXV. p. 150. b.*

Pluviatilis fructuosa.

Das Regenwasser/ sonderlich so der Donner herab nöthiget/ hat viel

Spi-

Spiritus, oder kräfftige Geisterlein bey sich/ daher auch/ wie Plutarchus bezeuget/ die Ackers-Leute ein solches unterm Gewitter herab fallendes Wasser/ das glückliche Wachs-Wasser/ oder das voll-ersprießlichste nannten/ und es sehr gedeylich zu seyn glaubten/ *Francisci* Lufft-Kreiß/ *Discurs. II. p. 1242.*

Theari omnium optima & pulcherrima.

Darius cum adversus Scythas exercitum duceret, in Thraciâ ad fontes Theari fluvii columnam erexit hisce literis inscriptam: Theari amnis capita optimam aquam atque pulcherrimam cunctorum omnium præbent: Et ad ea pervenit exercitum ducens adversus Scythas, Vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius Hystaspis filius, Persarumque cunctæque continentis Rex. *D. Christ. Matthiæ Theat. Hist. Th. Pract. p. 197.*

Cur in sangvinem Ægyptiis versa? Exod. VII. 19.

Opus namque habuêre Ægyptii terram fodere ad eliciendam aquam. Ex quo colligitur, omnem aquam, quæ usui esse poterat ipsis, puteorum fontium & cisternarum, etiam maris ipsius in sangvinem versam, ut siti cruciarentur & pisces interirent. Quod videtur etiam de terrâ Gessen dicendum, sed ita ut solis Ægyptiis ibi habitantibus id contigerit, notante *Josepho* qui Ebræis aquas dulces ac potabiles fuisse testatur, quod non parum fecit ad miraculi dignitatem augendam. Nonnulli statuunt, in terrâ Gessen nullibi aquas immutatas fuisse, in gratiam Israelitarum, eoque beneficio vicinos Ægyptios usus esse, ne scilicet opus habeatur aliud miraculum hîc constituere, de quibusdam aquis, quæ Israelitis remanserint, Ægyptiis autem subitò in sangvinem mutatæ sint; quibus id saltim non videtur asserendum, novum subinde miraculum factum fuisse, quotiescunque Ebræus aquam ex flumine hauriret; Sic & pecudes Ægyptiorum cum Israëlitis in terrâ Gessen habitantium tangebat ibi plaga, salvis relictis pecudibus Israëlitarum, quia Dominus faciebat hoc mirabile, quod etsi eundem aërem haurirent, immunes tamen ab infectione manserint. Atque idem de aliis plagis pariter habendum. Cæterum ideò DEUS aquam in sangvinem convertisse videtur, quia Ægyptii aquis innocuum sangvinem, Israelitarum infantes masculos merserant, & sangvine ipsorum aquas infecerant. Quo de *Theodoretus*: Fluvius ille mutatúr in sangvinem, velut conquerebatur de cædæ puerorum per Ægyptios commissa: quæ causa designari quoque videtur, Sap. XI, 7. 8. Nec incommodè aliam causam nonnulli observant, nempè quod in Ægypto honores, tantum non divini, Nilo superstitiosè delati fuerint, quod exundatione ejus tota Ægyptus fœcundaretur. *D. Calov. Bibl. Illustr. ad h. l. p. 351. 353.* Sed cur Pharao clade hâc non commotus? Vinum scilicet in cellis vinariis illi supererat,

erat, quo sitim levare poterat, reliquis Ægyptiis per septem illos dies siti penè emorientibus. *Abrahm* Burggrafft zu Dohna in Christl. Gedancken über die wunderbarl. Ausführung des Volckes Israel aus Egypten / *Lib II. Cap. VIII. p. 245.*

An in mari rubro conglaciata? Exod. XV, 8.

Verbum נֶקְפוּ est *coagulare, congelare, condensare.* LXX. reddunt ἐπάγησαν, coagulatum, unde nonnulli asserunt, aquas istas ab utraque parte conglaciatas fuisse per ventum illum orientalem, & ita congelatas stetisse instar murorum, è glacie constructorum. Sed id Moses in historiâ non indicavit, & verbum illud generaliter *condensationem* notat, neque incommodè *Vatablus* supplet hîc notam similitudinis, abyssi ita steterunt, *ac si coagulata aut concreta fuissent. Calov. in h. l. p. 379. b.*

Hausta & coram Domino effusa.

§. 1.

1. Sam. VII, 6. Hauserunt aquam & effuderunt coram Domino. Exponunt Chaldæus interpres, Grotius, Tremellius in notis: Aqua effusa lachrymas copiosas denotat. Allegoria durior est, quam ut probari possit. Rectius Vinarienses Scholiastæ, & Drusius Comment. ad h. l. volunt, ceremoniam legalem fuisse, qua veras aquas hauriendo, & fundendo repræsentaverint peccatorum remissionem à DEO precibus seriis impetrandam: Evanescant peccata nostra coram te, uti hæc aqua fusa, Es. XLIV, 22. *M. Henr. Kipping Antiq. Rom. L. I. C. IX. §. 8 p. 217.* Erat ἔκχυσις illa non tantum mutati propositi signum, sive ut Lyrano placet, humilitatis & abjectionis: quod sicut aquæ effusæ nullus amplius esset usus: ita se in conspectu DEI inutiles agnoscerent Israëlitæ: verum etiam symbolum remissionis peccatorum, veluti omnium lotionum typi in *V. T. D. Christoph. Prlargus, Symbol. Pœnit. in Ps. V. p. 58. b.* Priorem tamen sententiam tenet & *B. Geier. de Ebr. Luctu, Cap. XII. §. 4. p. 269.*

§. 2.

Sunt omninò, scribit *Sanctius n. 69.* qui ex hoc loco sacrificium, & libamina fieri posse ex aqua purâ colligunt, tametsi de hujusmodi aquâ nihil in Scripturâ proditum habeamus. In confirmationem sententiæ adducunt effusionem aquæ in Masphath *Sam. l. c.* Cui adjungi à nonnullis video Gentilium sacra σπονδάλια καὶ ὑδροφόρια, his enim solennes olim ex pura aquâ libationes atque lustrationes fuisse constat. Ex adverso statuunt alii, iique plurimi, Davidis factum fuisse singulare, & nullum sacrificium, aut libationis ritum ex pura aquâ in lege inveniri, vel factum, vel præceptum. Nam Moses expressè scribit a) sacrificia fieri debere ex animalium carnibus, horumq; erant tria genera, Holocau-

 stum,

ſtum, Hoſtia pacifica; & victima pro peccato, Levit. Cap. I, 3. & 4. β) Libamenta, quæ quaſi acceſſoria vel præparatoria erant ſacrificiorum, fuiſſe quinq; farinam, vinum, ſal, thus, oleum, Levit. II. & Num. XV. γ) Sacerdotes tantum libaſſe, Lev. II. Vid. *Mendoza & Mariana* ad 1. Sam. VII. *Toſtat.* 2. Sam. XXIII. & alii.

§. 3.

Quando ergò iſtius libationis ex aquâ nulla in Scripturâ extet vola aut veſtigium, neq; id in ſingulari Davidis facto reperiri poſſit, Aquationem iſtam (uti vocat *Tertull. adv. Pſych. Cap. VII.*) ſeu effuſionem aquæ, inter libamenta olim inſtituta non referre, multo minus inter ſacrificia numerare poſſumus, quin igitur pro ſingulari & peculiari ceremonia, in populo DEI & iſta uſitata olim, per quam DEO vel dolorem & luctum, vel ſpem fidemque cordis, vel gratitudinem & honorem teſtati ſunt, agnoſcenda eſt, *M. Gottofr. Wegnerus Diſſ. Philol. Hiſt. de Aquâ Bethlehemi Davidi Deſideratâ, & à III. Heroibus apportatâ, at faſtiditâ ac effuſâ, ad 2. Sam. XXIII. Quæſt. XX.* Libatio non fuit *vera*, ſed *interpretativa*. Vid. *Urſinus in Anal. Sacr. Lib. VI. Cap. XXIIX. p. 367.*

Ignem vincit.

Olim ferunt Chaldæos Ignem Deum ſuum celebrare volentes paſſim circumtuliſſe, ut cum omnibus provinciarum Dus compararetur: & is à quo ille victus eſſet, ab omnibus judicaretur Deus. Ac cæterarum nationum Dii, cum ex ære, argento, ligno, lapide, ſimilive materia confecti eſſent, facilè igne conſumebantur. Itaq; ignem ubiq; vincere, neceſſe erat Eo audito, Canopi Sacerdos callidum init conſilium. Fictiles hydriæ continuis minutis foraminibus interpunctæ conficiuntur, ut per foramina illa aqua turbida colata, limpidiſſima reddatur. Harum hydriarum unam accepit, & foraminibus cera obturatis, variisq; coloribus depictam, & aquâ repletam, pro Deo collocavit: & veteris ſtatuæ caput amputatum, quæ ferebatur gubernatoris Menelai fuiſſe, accuratè impoſitum, ſimulacro illi adjunxit. Adſunt Chaldæi, accenditur ignis: Cera, qua obturata erant foramina deſtillante aqua, ignis extingvitur. Sic calliditate Sacerdotis Canopus Chaldæos vincit, & ex eo pro Deo colitur. *Suidas in v. Canopus p. 464.*

Cribro hauſta.

Sicut olim Veſtalis quædam aquam cribro hauſit; Sic & Abbas Spanheimenſis hoſpiti ſuo Jano Cornario corbem vino plenum proponit, nec quicquam effluit, *Dedeken. Vol. II. Conſil. p. 428.*

Magnanimitatis.

Dieſes Waſſer wird ex ovis Formicarum, oder aus den Ameiſen Eyern mit

mit Spiritu Vini distillirt, und brauchen es die Soldaten gegen bevorstehender Bataille, eine Courage zu bekommen; Die Medici scheuen sich gar nicht/ in ihren gedruckten Büchern die Nahmen der Generals-Personen/ so selbiges Wasser verlanget/ hinber zu fügen/ und also ihre Tapfferkeit dadurch bekandt zu machen/ Hamb. woch. Curiös. Zeit-Vertr. *An. 1700. N. 37. p. 293.* Modum conficiendi hanc aquam exhibet *Harsdörffer* im Schau-Platz Lust- und Lehr-reicher Gesch. *Cap. CIX. §. 9. p. 38.*

Carè vendita.

Cairi aqua tam rara & cara, ut magno pretio & hodienum emi debeat, *Casp. Barthium, Adversar. Lib. X. Cap. I. p. 460. & Lib. XI. Cap. VII. p. 522.* Sed execrabile videtur domos urbis aquam habere venalem, *Lib. VII. C. de Aqua ductu 11. 42. ap. Barbosam Thes. Loc. Comm. Jurispr. Lib. I. Cap. LXXV. p. 67. a.* Im Jahr 1694. muste der gütte Abt Martinet zu Paris nach dem Gefängniß wandeln/ weil er folgende Verse auf die Wasser-Anlagen gemachet;

Amis le Conseil des Finances
Facit voir par son edict nouveau,
Qu'on a tant saigne la France,
Qu'on n'en peut tirer que de l'eau.

*** ***

Ihr Freunde/ wer kan nicht aus dem Befehl ermessen/
Den neulich hat der Rath der Schatzung aufferlegt:
Wie also sey das Blut von Franckreich ausgesögt/
Daß man nichts mehr daraus/ als Wasser/ kan erpressen!

Dn. Dexelius, in Theat. Hist. Curioso, p. 735.

Juventutem restituens.

Petrus Martyr *de Rebus Oceani & Novo Orbe Decadis II. Lib. X. p. 202.* inter terras ad latus Hispaniolæ Septentrionale repertas, unà esse insulam fabulantur, qui eam explorarunt ad intima, nomine Bojuca alias Agnanco, fonte perenni adeò nobilem, ut ejus fontis aquâ epotâ senes rejuvenescant, *Gerard. Joh. Vossius, de Orig. & Progr. Idolol. Lib. II. Cap. LXXII. p. 683.*

Imago S. S. Trinitatis.

Scimus tres res esse in uno aquæ elemento, in unam substantiam, cum dicimus: Ille fons, ille rivus, istud stagnum. Scimus etiam hæc tria tantam æqualitatem continere, ut si de quolibet illorum in aliud infundas, nullam dissimilitudinem in eis invenias, dummodò impuritas nulla extrinsecus accedat. Quis ergò sciens hæc in terrâ visibili, invisibilis Creatoris Trinitatem & unita-

tem credere nequit? quis sciens fontis & stagni & rivi unam eandemque esse substantiam, id est, aquam, intelligere non potest illud, quod Dominus in Evangelio dicit: Qui me videt, videt & Patrem, quia Pater in me est, & ego sum in Patre! *Beda Lib. I. in Marc. Cap. I. ap. M. Bauman, in Anal. Typ. p. 115.*

Salsa comitatur dulcem.

Boni in hoc seculo nunquam solam aquam dulcem bibunt, omissâ salsâ. *Sim. Majolus D. C. Coll. 9. p. 361.*

AQUÆ

Frigidæ judicium.

Interdixit Ludovicus pius Imp. Fridericus. I. Imp. & Alexander II. Rex Scotiæ. Tandem &, ut cæteras vulgares purgationes, hancce proscripsit Ecclesia, vel certè non admisit, uti constat ex Lib. V. Decretal. Tit. XXXIV. Cap. VIII. *Carol. du Fresne Gloss. Tom. I. p. 280. D. J. A. Osiand. Th. Cas. Part. II. p. 973. seq.*

Ductus obturati.

Als Sultan Amurats Kriegs-Heer in Persien eingefallen / ließ Cha-Sefi vornen und hinten alle Wasser / so allein aus den Quellen kommen / und durch Canäle in den innern Theil Persien / da keine Flüsse sind / geleitet werden können / verstopffen / und also gienge das Türckische Heer / aus Mangel des Wassers / in wenig Tagen zu Grunde. *Tavernier l. c. Lib. I. Cap. IV. p. 22. b.* Worüber aber das Land unfruchtbar ward / wie Mizra-Ibrahim, Intendant von der Provinz Edzerbaijan, der zu Tauris wohnet / zu dem Autore sehr darüber geklaget. *Id. Lib. IV. Cap. I. p. 161. b.*

Haustus unicus pro 10000. Ducatis emtus.

Beym Durchreisen in der Arabischen Wüsten hat einsten ein Kauffmann / den übermäßigen Durst zu stillen / 10000. Ducaten um einen Trunck Wasser bezahlet / und muste dennoch er so wohl / als dieser / so das Wasser verkauffet / endlich verschmachten / *Petrus du Val, Geograph. Univers. T. I. p. 211.*

An Terræ major copia?

§. 1.

Sunt, qui dicant, Terram quasi Insulam esse, mari inclusam. Quod, si verum est, plus aquæ erit, quam terræ, cum præsertim non desint, qui dicant, centrum aquæ esse ipsius mundi centrum, centrum autem terræ non item. In quam sententiam inclinare etiam (quamvis dubitanter) videtur. *Jac. Milichius, in Explicat. Lib. II. Nat. Hist. Plin.*

§. 2.

Ut ut sit dicimus, plus esse terræ, quam aquæ, i. e. aquam in terræ alveis suis contineri. Verisimile enim est, ad tantam undarum molem sustinendam terræ copiam requiri majorem, quam sit alvei cavum, aut profundum. Pro nobis est *Plinius* ipse *(Lib. II. N. H. Cap. LXVI.)* Quod ita formasse artifex natura credi debet, ut cum terra arida & sicca constare per se ac sine humore non possit, nec rursus stare aqua, nisi sustinente terrâ, mutuo amplexu jungerentur, hac sinus pandente, illa vero permeante totam intra, extra, supra, venis & vinculis discurrentibus, atque etiam in summis jugis erumpente. Dicit hîc *Plinius*, 1.) Aquam sustineri à terra. 2.) Terram sinus pandere, aquam verò illam totam permanere. In Terrâ igitur aqua continetur: & proinde illius, ut continentis major est copiâ, quam aquæ, quæ in terræ alveis & à terrâ continetur. *G. Bachman. Exercit. Philos. Cent. I. Q. XCVII.*

AQUAM

Hausisti,

Puteum corona! Romanorum inter se erat acclamatio; Ex baptismi puteo si hausisti aquam, in illius honorem, DEO pro tanto beneficio gratias agendo, corona puteum &c. *D. Misander D. B. N. T. P. I. p. 743.* Diogenes Laërtius scribit, Euripidem cum Platone profectum in Ægyptum, ibique ægrotantem marinâ curatione ab Ægyptiis Sacerdotibus sanatum: unde posteà tanquam accepti memor beneficii, Mari hoc encomium posuit: *Θάλασσα πλύζει πᾶσιν τ' ἀνθρώποις κακά.* *Paulus Merula Diss. de Maribus Cap. I. p. 127.*

E Nilo & Danubio haustam.

Persarum Reges inter pretiosissima rerum in thesauris & gazis suis collocabant, eamque adeò venerabantur, ut illâ vultum non abluerent, exspuere, in aquas, aut immejere, aut cadaver abjicere, piaculum maximum esse opinarentur. *Ursin. Diss. de Christo Luce Mundi, p. 402. Anal. annex.*

Igni infundere.

Chaldæi Sacerdotes die nuptiali ignem accendebant, quem ante emortualem viri diem exstingvi nefas erat. Quod si fortè utroque conjugum superstite, ignis nuptiarum die illis datus, extinctus inveniretur, dissolutum erat inter utrumque conjugium, etiamsi XL. annos simul vixissent. Ex hoc Chaldæorum more natum proverbium: Cave ne me irrites, ut aquam igni infundam; Quibus verbis Chaldæi matrimonia distracturi utebantur. Si enim uxori minus placeret maritus, paulum aquæ igni infundens alteri nubendi consequebatur licentiam;

Ad eundem modum marito ignem extinguenti, mox alteram sibi matrimonio jungere licebat. Multi, ut augurór, Christianorum hâc in parte licentiâ hâc frui gauderent, nec dubito quin multi futuri essent viri, qui aquam igni affunderent, ut ab uxoribus liberarentur, nec non plurimas futuras mulieres juro, quæ non solum ignem extinguerent, sed ipsas etiam favillas, titiones & carbones defodérent, ut suum cuilibet maritum, maximè zelotypum, morosum ac difficilem, dimittendi potestas esset. *Anton. de Guevar. Hor. Princip. Lib. II. Cap. XXIIX. p. 366.*

E puteo vicini haurire non licet.

Plato suis in legibus licere noluit alicui sumere aquam è puteo vicini, atq; ita omnibus horis diei molestum illum esse: nisi prius ipse aquam sedulo suis in sedibus conquisivisset, & usq; ad cretam demum solum fodisset. Qui verò hoc prius fecisset, nec laborem ullum sumtumque declinasset, cum omnia frustrà expertus esset, liberè poterat uti aquâ propinquæ domus. *Cretam* verò terminum esse aquæ notum est, quia solidam eam terram duramque penetrare illa non potest, unde in ea tanquam in poculo, vaseq; aliquo aqua diu servatur, *P. Victor. Var. Lect. Lib. XXXI. Cap. XV. p. 879.*

Nunquam gustans fit hydropicus.

Clerorum quidam majorum ex ordine, nostro
Cui canone à sacro tempore nomen habet,
Incidit in morbum, quem non cognoscit, acutum;
Accersit medicum, consulit; ille refert:
Morbus hydrops hic est, sic dictus quod velut unda
Humanum corpus supprimat atque necet.
Nomen habens ab aquis morbus me invasit acutus?
Ægrotus dicit; qua ratione potest
Hoc fieri, rogito, liquidi qui pocula fontis
Gustavi vitæ tempora nulla meæ?

Sal. Kusel. Hor. Succis. Lib. p. 191.

AQUA

Plenus cyathus aureos excipit.

In aquæ cyphum ad summa labra plenissimum centum immissis aureis nummis nihil effunditur. Ratio est à cohæsione partium aquearum & labiorum cyphi siccitate. Namque in cumulum ad medium intumescit aqua. Quod si labris apponatur, ita ut madefiant, per eam partem delabetur aqua. Animadvertendum etiam, quod demisso nummo nonnunquam exire videntur ampullæ quædam. *Scalig. de Subtil. Exercit. CI. Cap. XIX. p. 370.* Sic & vas cinere, aut calce

calce plenum, tantundem aquæ capit, ac si esset vacuum. In alveum calcem indito: alterum tantum arenæ, item aquæ excipiet, quantum illud ipsum totum fuerit, neque quicquam redundabit. *Id ibid.* Vid. & *M. G. C. Gebhardi, de Repagulo Aquarum ex Job. VII, 12. Cap. III.*

Lustratæ gentes ad judaismum accedentes.

Gentes siquandò ad Religionem Judaicam accederent, aquis mersari moris fuit. Idem suos initiandi ritus profanis quoque gentibus erat. Unde illud *Clementis Alexandr. Strom. V.* Non indecenter ab expiatoriis incipiunt Græcorum mysteria, sicut Barbarorum à lavacro. *D. Quensted in Fundamento Juris Divini circa imput. primi peccati, totigeneri humano factam §. 66.*

In Aquâ Ignis.

Es ist wohl ehe gefraget worden: welches von beyden Elementen kälter sey/ die Erde/ oder das Wasser? Und wenn man gründlich von der Sache reden will/ so muß man gestehen/ daß das Element des Wassers kälter sey als die Erde; denn jenes hat die Kälte als ein eigenes und angeschaffenes Wesen in sich/ da hergegen die Erde keine andere Kälte hat/ als von dem Wasser/ welches mit ihr vermischet ist. Dennoch obgleich das Wasser unsern Sinnen kalt scheinet/ so ist es gewiß/ daß in demselben das rechte natürliche Feuer verborgen liegt/ denn weil solches aller Dinge ursprüngliches Wesen ist/ und die Fruchtbarkeit allen Creaturen giebet/ und aber solches ohne dem Feuer nicht geschehen kan/ so statuiren die meisten raisonnable Philosophi, daß in dem Wasser zugleich das Feuer sey/ und wiewohl es nicht von unsern Sinnen empfunden wird/ so kan doch die Vernunfft/ wann sie von allen Vorurtheilen frey ist/ solches leichtlich darinn finden. *Aut. Fam. Europ. An. 1700. N. XXXILX. Quæst. LXXIII. p. 281. 282. Scalig. de Subtil. Ex. XIV. p. 73. 74.*

AQUÆ

Perennes ex arbore in Insulâ Ferreâ.

Ferrea (sic vocitant) medio jacet Insula ponto,
Quam fortunatas inter retulere priores;
Non illic ullos libat gens barbara fontes,
At stinxere sitim stillantis in aëre lymphæ
Pocula: nam lachrymis fluit uda perennibus arbor,
Quæ licet in siccam radices figat arenam,
Æterno gelidas sudat tamen ubere lymphas:
Intempesta velut, læsit quam falce colonus,
Vinea gemmantem fundit de vulnere rorem,

Absi-

Absistit ramis totoque è cortice sudor:
Undique convectis plebs barbara confluit urnis,
Nec siccare potest una tot ab arbore rivos.

Guil. Salust. Bartæsius, Hebdomad. Lib. III. p. 87. Alii tamen arborem hanc in Insulâ Palmâ, itidem una è Fortunatis, ponunt. *Buno ad Geogr. Cluv. Lib. VI. Cap. X. p. 659.* Ejusdem naturæ arbores & alibi esse ostendit *Isaacus Vossius, Observat. ad Pompon. Mela Lib. III. Cap. X. §. 11. p. 312. 313.*

Triplices, quadruplices nauci æstimandæ.

Adagium in historiâ Judaica, quam *Georgius Gentius* latinitate donavit, proponitur hoc p. 54. Tria aquarum genera malè perire, 1.) Aquam baptismi in Judæum effusam. 2.) Aquam dulcem in mare influentem. 3.) Aquam vino affusam. *D. Danhauer. in Apocalypsi Mysterii Apostolici in Epist. ad Rom. XI, 25. propos. S. I. Art. II. p. 21.* Man spricht gemeiniglich / das viererley Wasser verlohren sind; Eins ist / damit man einen alten Juden taufft; das ander / damit man den Wein mischet; (Tenus Insula, una ex Cycladibus, fontem habet; cujus aqua vino permisceri nequeat. *Joh. Buno in Phil. Cluver. Introd. in Un. Geogr. Lib. IV. Cap. X. p. 438.)* Das dritte / so man ein alt Weib zum Bade schicket / kindbar zu werden; Das vierdte / da eine junge Frau ihren alten gestorbenen Mann beweinet / und wiederum ein junger Mann eine alte Frau / die ihm gestorben ist / denn ie mehr sie weinen / ie minder man ihnen glaubet. *Danhauer. Theol. Conscient. P. II. S. II. Dial. III. Art. V. Q. VI. p. 799.*

Quæ Sanctæ?

Nullæ aquæ sanctæ, nisi quas vas, Labrum scilicet, sacravit, Num. V, 17. dicunt RR. in *Wagenseilii Sotâ Cap. II. p. 357.* Aqua quâ Persarum Rex pedes abluit, est sancta. *Andr. Acoluthus l. c. Cap. III. p. 339.*

Supra cœlestes dantur, Gen. I, 6. 7.

Per aquas מעל לרקיע Gen. I. 6. neque Angeli boni (juxta Originem) neque cœlum crystallinum (ex mente *Lyrani, Tostati, Cajetani, Catharini h. l.*) neque impressiones aëriæ, aquæ pluviæ vel nubes (juxta *Rupertum, Vatablum, Pererium, Marianam, Grotium h. l. Flacium P. I. Clav. Scr. p. 51. &c.* sed aquæ propriè dictæ supra cœlum sidereum in primâ creatione collocatæ intelliguntur. Probamus nostram thesin *a*)

Quicquid in primâ creatione positum est supra רקיע, id positum est supra cœlum sidereum.
Aqua supra cœlestis &c. Ergò.

Majoris connexio probatur, quia רקיע per totam SS. notat cœlum sidereum, scil. Gen. I, 6. 7. 8. 14. 15. 17. 20. Psam. XIX, 2. Psalm. CL, 1. Ezech. I, 22. 23. 25.

23. 25. 26. Cap. X, 1. Dan. XII, 3. Locum excipiunt unum Gen. I, 20. Verum aves non magis supra aërem, quam supra cœlum volitant: itaque על illic exponendum est: *versus* (ut Exod. IX, 22. Conf. *Glass. Philol. S. p. 773.*) scilicet non aërem, (quippe in quo volant) sed cœlum sidereum. Deindè רקיע esse cœlum evincit *συνάφεια*. Erat in massa terraquea aqua proprii nominis *v. 2.* quæ dividebatur in duas partes *v. 5.* & divisa utrinq; retinuit nomen aquæ *v. 7. 9.* partibus interjectum est expansum *v. 7.* quod dictum שמים *v. 8.* & nomine juncto רקיע השמים *v. 14.* in quo locata sidera *v. seqq.*

§. 2.

β) Quicquid die secundo nondum extitit, supra illud aquæ non sunt collocatæ.

Nubes & aquæ pluviæ &c. Ergò.

Major patet: Non Entis nullæ sunt affectiones & passiones. Minor probatur è Gen. II, 5. 6. ubi die tertio, plantis jam productis, demum vapor è terrâ adscendisse, relapsusque eandem irrigasse dicitur.

γ) Quicquid non est supra aërem, id non est aqua supracœlestis, posito etiam quod per רקיע aër intelligatur.

Nubes &c. Ergò.

Major patet vi nominis. Minor negari nequit, quia nulla nubes supremam aëris regionem contingit, nedum transcendit. Porrò cum nec in רקיע, nec *supra partem* רקיע aqua reposita dicatur, patet, per רקיע nullo modo partem aëris inferiorem intelligi posse. Certè non dices, qui medio mari immersus est, respectu ejus, qui in fundo est, supra mare esse.

§. 3.

δ) Quicquid non constanter mediat inter aquas & aquas, id non est רקיע.

Aër &c. Ergò.

Majoris connexio constat è v. 6. ubi constans ordo & certorum terminorum constitutio ponitur. Minor probatur: Tempore pluviæ, & sic die statim tertio creationis ex aquis superioribus factæ essent inferiores, & ex his sole mediante iterum superiores, & sic in infinitum: neq; tum aër erat inter aquas & aquas, verum his ad alteras facilem concedebat transitum, quin aquis undiq; plenus, non inter aquas medians erat. Adeoq; hic nulla aquarum distinctio, sed confusio mera.

ε) Accedunt *loca parallela* Psal. CIV, 3. (ubi distincta aquarum supracœlestium & nubium mentio) Psal. CXLIIX, 4. ubi inter τὰ ὑπερώια καὶ ὑπερώια referuntur aquæ supracœlestes, quibus etiam v. 6. τάξις constans & perpetua tribuitur, & deinceps describuntur sublunaria, & utrorumque διξολογία evidenter distingvitur *v. 5. 7. 13.* Nonnulli etiam huc referunt dictum ex Gen. VII, 11. ubi *cataractæ cœlorum apertæ* dicuntur, quod de aquis supracœlestibus exponunt.

§. 4.

Nec obstat α) Sic triplices aquas fore. Resp. Duplices modò respectu interjecti רקיע. Pluviatiles sunt sub רקיע. Nec β) in textu non esse על, verum מעל. Resp. מעל vi oppositionis infallibiliter significare supra, quia מתחת notat infra. Vocula מעל sequente ל, ut h.l. מעל לרקיע semper notat ejusmodi superioritatem, quâ una res est alterâ superior, & supra eam: ut vi hujus particulæ, ut h.l. constructa est, oporteat dicere, quod hæ aquæ supra expansum sint, & expansum illis inferius, seu sub illis. Qui secus hanc particulam h. l. exponunt, vel naturam ejus non attendunt, vel ignorant. *B. D. Seb. Schmidius, Colleg. Bibl. Prior. Loc. V. §. 24. p. 191.* Nec γ) Mosen describere solas res visibiles. Resp. Sic fortè nec aërem, nec cœlum. Quanquam aqua supracœlestis per se non sit invisibilis. Nec δ) fore aquam in loco violento. Resp. Neg. Quia locus naturalis est, qui in prima naturæ institutione assignatus. Nec ε) Nullam esse proportionem partium distinctarum. Resp. Divisionem factam in duas partes, sed inæquales.

§. 5.

Nec ζ) Nullum nominari posse usum. Resp. Fatemur: at negamus ideò nullum esse. A nostra ignorantiâ ad rei negationem non V. C. Quæ alii afferunt & cumulat *Cornelius*, ut quod fervorem cœli Empyræi mitigent, vel ut oculos nostros à prospectu ejusdem cohibeant aut tueantur etiam, ne â fulgore lædantur; vel quod per refractionem oculos beatorum oblectent; vel ut fluidam cœli substantiam contineant, terminentve; vel quod asserventur illic hominibus in terrorem & pœnam, quam antediluviani experti sint, similiave, mea non faciam, multo minus quæ affert *Henr. Nollius, Phys. Hermet. Lib. II. Cap. II.* cujus deliramenta nemo, cui sanum synciput, facilè probaverit. Ita verò ille: Statuimus ergò aquas supracœlestes esse substantias purissimas, subtilissimas, igneas, lucidissimas, plusquamperfectas, incorruptibiles, perpetuò in se fixas h. e. permanentes, liquidas tamen & fluidas, inflammabiles, minimè combustibiles, in usum hunc, ut in regione supersuprema sint & constituant Schamajim seu Cœlum Empyreum dictum, quod in superficie citimâ aqueum est, extima igneum, ignis flagrans, aqua ardens: Est habitaculum omnium Angelorum, Sanctorum, piorumque hominum sincero ex corde DEum colentium: Est verus Paradisus, in quem positus fuit Adam ante lapsum: Est summus Macrocosmus; continet enim omnium, quæ in hoc macrocosmo & microcosmo, in se secundum eminentiam. Est ejusmodi aqua, cujus perpetuo & continuo influxu in hæc inferiora omnia animantur & disponuntur ad suscipiendam exaltationem. Primum se communicat astris visibilibus, per astra aër, per aërem aquæ & terræ. Et ne frustra tam divinus thesaurus descendere & se humiliare videatur, sui perfectam

ctam imaginem cuidam mineræ coram mundo abjectæ, quæ Magnesia sapientum & materia Lapidis Philosophici debita & genuina dicitur, impressit, illamq; sic disposuit, ut facili negotio, DEO singulariter benedicente, & industriâ humani ingenii inde erui possit, ut sic etiam sanctis vereq; piis Philosophis in hâc vita domicilium beatorum, ejusque natura ob oculos ponatur. *Et post quædam interjecta:* Quæ cum ita sint, rectè statuo cum Theosophis, aquas supracœlestes esse ejusdem naturæ, cujus est latex ille æthereus incombustibiliter ardens ex magnesiâ sapientum Philosophica & regia via erutus? in quam sapientiæ mineram DEUS non tantum posuit, sapienterq; reservavit cœlum, verum etiam terram & aquam, Hylen nimirum aut semina mundi hujus totius in statu primordiali catholico adhuc hodiè existentia.

§. 6.

Ita scilicet homines isti ubique in cœlo & in terrâ aureum vellus captant. Istis verò suo merito repudiatis simpliciter dico, facere ad Dei gloriam, nec non ad integrationem & ornatum universi. Non sufficit hoc tibi? dic, sodes, quorsum tibi viro *papillæ?* certè, quanquam mammillæ ad cordis propugnaculum faciant, de illis tamen non poteris aliud respondere, quam esse ad corporis ornamentum. Denique rectè *Mendoza:* Rogas, cui fini aquæ ibi serviant? sed quid me rogas? Roga eum, qui eas illic voluit esse; Equidem consiliarius ejus non fui. *D. Pfeiffer. Exercit. Bibl. p. 25. seq. & in Dub. Vex. Cent. I. Loc. II. p. 5. seq. Calov. Bibl. Illustr. ad Gen. I, 7. p. 226. 227. D. Meisnerus, Philos. Sobr. P. I. S. III. Q. III. p. 830. seq. D. G. Mœbius Theol. Canon. Diss. VI. Can. LXXX. p. 147. seq. &c.*

Zelotypiæ amaræ Num. V, 12. seq.

§. 1.

וְהִשְׁקָה אֶת־הָאִשָּׁה אֶת־מֵי הַמָּרִרִים הַמְאָרְרִים *Et potet* (Sacerdos) *mulierem aquis amaris maledicis.* Processum servatum cum muliere suspecta, quam Ebræi *Sotæ* seu *declinantem* appellant, prævio textu Biblico ita describit *D. D. Varenius:* 1) Maritus Zelotypus in casu declinationis probato, seu notorio, uxorem de adulterio suspectam Sacerdoti, Sacerdos eandem ante tentorium conventus coram Domino sistito, unâ cum oblatione arida, sine oleo & thure (quia scilicet non gratiæ, nec acceptationis & fragrantiæ vel εὐωδίας; Sed reminiscentiæ & publicationis delicti latentis hoc sacrum est) *v. 13. 14. 15. 16.* 2) Sacerdos mulieris sic præsentatæ caput (ut suæ quasi potestatis facta, in omnium conspectu γυναικὸς τῆς κεφαλῆς liquidò juraret) disco operito, vas fictile, in quo aqua sancta de labro sancto sumta, pulvere de pavimento sacrarii infecta, in manu habeto *v. 17. 18.* 3) Mulierem suspectam adjurato, juramento in utrumque

que & innocentiæ & noxæ casum, solenni execrationis formula à Sacerdote clarè pronunciator, ad quod rea bis dicat: *Amen! v. 19. 20. 21. 22.* 4) Juramentum & quæ in hoc execrationes in libello vel in charta conceptis verbis describito, inscriptas execrationum voces, sive literarum figuras, immisso in aquas amaras libello abluito. Sic ut ex DEI ordinatione singulari unà cum scripturâ execrationis, ipsa virtus execrandi adulteram verè talem, transeat in aquam *v. 23.* 5) Oblationem illam farinæ vilissimæ (hordeaceæ) decimam scilicet partem non *satis* (prout Vulgatus) sed *Ephæ* (quæ tria sata continet, prout rectè expressit Lutherus) solenni ritu coram Domino dextrorsum & sinistrorsum agitato, partem autem ejus Minchæ Zelotypiæ memorialem in quantitate pugilli super altare adoleto *v. 25. 26.* 6) Inde aquam illam amarissimam & (ex hypothesi reatus) maledictionem fœminæ importaturam, bibendam suspectæ præbeto, & adeò ut aquæ illæ in viscera mulieris ingrediantur, sacerdos curato *v. 24. 26.* 7) Sacerdos simul ac הִשְׁקָהּ i. e. bibere sic eam curavit, ex contrario effectu, scilicet si ventris intumescentis & femoris cadentis, sive utriusque in suo statu permanentis, de mulieris sive reatu, sive innocentiâ judicato, ut sic ipsius DEI testimonio publicè sive rea, sive innocens (quoad illud quidem crimen) ipsumq; conjugii vinculum sive solutum, sive constans declaretur *v. 27. 28.* (quod restringunt Ebræi, si maritus ipse castus esset apud *Wagenseil. in Sotæ p. 594.* qui & conf. *p. 432.*

§. 2.

Qv. *Num amaritudo aquæ fuerit naturalis?* Quidam dicunt 1) Inditum esse aquis absinthium, aut simile quid amarum. *Drusius Cap. XIIX. ad difficil. Num.* Eadem mens fuit Ebræis quibusdam Conf. Maimonides Hilc. Sota Cap. III. §. 10. &c. 2) Alii amaras evasisse volunt, quamprimum eas Sacerdos sumeret in manus. Ita in *Peskta Sotæ fol. 39. 2.* & *in Sipbri f. 4. 1.* 3) Alii amaras demum factas in ore *Sotæ* sive mulieris declinantis, vel suspectæ. Eò R. Nachmanides, Bechai, Aben-Esra aliiq; tendunt. 4) Aliqui non fuisse *affectivè* seu *formaliter* amaras, sed dici amaras *effectivè* ob diros & amarulentos effectus in adulterâ edendos. Eo inclinat *Abendana b. l.* Amaræ, vel ob amaram Viri suspicionem, vel amarissimum mulieris sontis cruciatum ac periculum. *M. Gottlieb Eckstein / Diss. Philol. I. de Lacu, in quo non est Aqua ex Zach. IX, 11. S. 1. §. 8.*

DECISIO.

Aquæ amaræ reverà erant amari saporis in ore mulieris reæ, non tamen ob inditum absinthium, sed Jehov.

PROBATIO.

I. De rebus amaris aquæ inferendis ne γρὺ *v. 17.* extat. Et non quidem gratus pala-

palato poterat esse potus de sordido pulvere pavimenti, & abluto atro charactere confectus, non tamen ideò poterat esse amarissimus, quod phrases מי המרים i. e *aquæ amaritudinem* infert.

II. E *v. 24.* patet, aquas non fuisse in se amaras, antequam biberentur, sed evasisse *amaras* (לְמָרִים) scilicet epotas.

III. Uti non omni objecto (scilicet in fonti) inferebant maledictionem, ita neque amaritudinem. Id verò factum fuisset, si per se amaræ fuissent. Itaque amarities illa aquæ non erat ex facultate naturali, neque ex inditâ supernaturali absolutè, sed indita per verbum respectivè, non nisi in certo subjecto, scilicet reo exercenda. *D. Varenius Decad. Num. p. 32. Wagenseil. Sot. p. 440. Seldeñ. Ux. Ebr. Lib. III. Cap. XIII. XIV. XV. ap. Pfeiff. D. V. Cap. II. L. XVIII. p. 278. seq.*

§. 3.

Non negligenda significatio *mystica* in aquâ hâc Zelotypiæ v. 15. latens. Qvum enim *oleum* SPIRITUM SANCTUM significet, & *thus* preces: non vult DEus adhiberi oleum & thus, admonens, quod, qui talibus flagitiis polluti sunt, priusquam pœnitentiam agant, nec SPIRITUM SANCTUM habeant, nec *ritè orare* possint, etiamsi externos cultus divinus exerceant, ut alii, uti observavit *Osiander in h. l.* Cæterum lex illa Zelotypias tum incolumitati conjugum consulebat, ne marito liceret, propter cœcas suspiciones pro suo arbitratu in uxorem sævire, tum verò monebat de castitatis conservatione, qvum Deus gravissimè punita voluerit adulteria, denique de Zelotypia Dei adversus spirituale adulterium idolorum cultum. *Cal. in h. l. p. 513. a.*

§. 4.

Mirari non debemus, si DEus in suo populo in gravissimo & difficillimæ probationis crimine miri aliquid effecerit, cum & apud alias gentes, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον innocenter vivebant, similia apparuerint. Polemon in Miris Siciliæ, ubi de crateribus Palicorum: Οἱ δ' ἐρκωταὶ γραμμάτιον &c. h. e. juramentum exigentes formulam jurandi pronunciat, quam jurans (craterem attingens, & virgam vibrans &c.) repetit. Quod si vera juravisset, illæsus abit; si falsa, (ἐμπεδῶν) statim moritur. In Mirabilibus, quæ Aristotelis nomen circumferunt, eâdem de re sic legimus: Ἔστι δ' ὅρκος ἐς ἀγαθὸν &c. Est juramentum, quod sanctum esse videtur: Quæ enim quis jurando affirmat, scribens in tabellâ, in aquam projicit, si rectè juraverit (ἐνορκῇ) tabella supernatat (ἐπιπολάζει), si perperam, subsidere ajunt, & hominem uri. Adde *Diodorum Siculum Lib. II.* Simile, sed alibi, habet *Plinius H. N. Lib. XXXI. Cap. II.* Amnis Olachas in Bithynia Brietium alluit, (hoc est & templo & deo nomen) cujus gurgite perjuri notantur, pati veluti flammam urentem. *Porphyrius* de Styge idem prodidit,

dìdit, *libro ejus argumenti:* Omnes dicunt eum ulciſci (ἀμύνεσθαι) per ipſum falsò jurantes. *Solinus, de veteris Sardiniæ fontibus:* Coarguendis valent furibus. Nam quisquis Sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat: Ubi perjurium non eſt, cernit clarius; ſi perfidiâ abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admiſſum tenebris fatetur. *Grotius, ap. Polum in h.l. p. 586.* Tradunt Judæi, ventres eorum ruptos fuiſſe, qui aquam illam potaverant, Exod. XXXII, 10. Et adulter ipſius eâdem horâ moriebatur; accidebantque ei, quæ mulieri acciderant, nempè, ut venter adeò intumeſceret, ut tandem diſrumperetur. *Id. ibid. p. 585.*

§. 5.

Sed lex hæc cur viris permiſſa, non fœminis? Reſp. 1.) Ne autoritas viri minueretur. 2.) Mulieres ad tales ſuſpiciones pronæ ſunt. 3.) Quia magis læditur conjugium per adulterium fœminæ, quam viri, nam aliena proles ſubſtituitur. Et hinc vir uxoratus cum ſolutâ rem habens non eſt lapidatus; at mulier habens virum cum ſoluto fornicata, lapidanda erat, Levit. XX, 10. Deut. XXII, 24. *Ibid. p. 583.*

Caſtæ, pudicæ.

Nunquam cum lutentibus miſcui me, ait Sara Tob. III, 17. Rem mirandam refert *Zachar. Theobaldus, in Arcanis Naturæ Cap. XI. p. 56.* Non procul Riſenberga, quæ Bohemiæ hinc, illinc Bavariæ arx imminet, in monte reperiri fontem ex durâ rupe ſcaturientem, qui, ſi accedat mulier, dum menſium profluvio laborat, aufugiat, & ſæpè poſt annum demum revertatur. Sed & illud æquè mirandum, quod *Boccatius, in Tr. Stat. de Stagnis & Paludibus* ſcribit, eſſe Averigum Stagnum, in quo ſi quis veſtis turpe quid aut ignominioſum effutiat, tanta, quaſi indignantibus undis, tempeſtas oriatur, ut in ſummo omnes ſint periculo. Ita monet ipſa rerum natura, ſcurrilia *ſtultiloquia* vitanda eſſe, Epheſ. V, 4. *Urſin, Theol. Symbol. Cap. LXXXI. p. 105.*

AQUARUM

Eluviones â ſideribus.

Siderum ſcelera *Plinius* appellat bella, grandines, eluviones aquarum, cæterasque calamitates, & infortunia, quæ immitti innoxiis hominibus ab iratis in defectu ſuo ſideribus putabantur, *D. Zimmerm. Floril. Philol. Hiſt. P. I. p. 724.* De his inundationibus in Sinâ & Bataviâ, aliarumque regionum vid. *Drexelius in Noëm. Cap. XIIX. p. 690. Zeilerus in Miſcell. p. 446. ſeq.*

Nocu-

Nocuus sic plectitur ignis ab undis.

Vel fracta fluvios effudit Aquarius urna,
Abrupit tumidum vel sua fræna mare.
Vasta repentinis tumultantur fluctibus arva,
Jamque tumente latet collis & arbor aqua.
Jamque validus suffossa mapalia torrens.
Innocuas pastor mergitur inter oves.
Oppida, quin totas aufert cum civibus urbes,
Collectis subito quod ruit æquor aquis.
Scilicet Idalias toties quibus æstuat orbis,
Sic benè diluvii temperat unda faces.

*****

So wird durch die Wut der Flut
Ausgelöscht der Venus-Glut!
Wie? hat der Ganymed den weiten Krug zerbrochen/
Und riß der Ocean ein Vorgebürg entzwey?
Die Auen haben sich tieff unters Meer verkrochen/
Und ihnen treten nun schon Berg und Bäume bey.
Hier trinckt der arme Hirt nechst seiner Heerd den Tod/
Dort forscht man nach dem Haus mit einem langen Lot.
Hier schwimt ein Dach von Stroh/ dort hohe Tempel-Zinnen.
Hier reißt der Wellen-Wall so Wall als Maur ein.
Die Städte sind zur See/ und niemand lebt darinnen.
Die Flut will einig Herr der Elementen seyn.
So gehts! wann Venus setzt die freche Glut ins Blut/
So denck nur: Es lösch die Sünd-Flut solche Glut!

P. Abrah. à S. Clara, im Huy und Pfuy *in v. Exundatio aquarum*, *p.* 193.

Darum
Ach erkennet GOttes Ruthen/
Wann er strafft mit Wasser-Fluthen!
Das Land kan er überschwemmen/
Daß kein Mensch vermag zu hemmen.
Da hört man die Tieffen brausen/
Und die wilden Wellen sausen/
Häuser/ Feld/ Vieh/ Menschen müssen
Dadurch werden hingerissen!

D. G. Dexel. in Theat. Hist. Curioso Tit. XXXVII. p. 222.

AQUIS

AQUIS

Cur DEus, terrâ maledicta, non maledixit?

Resp. *Augustinus:* Aquis DEus pepercit, quoniam per aquam diluere maledictionem illam paraverat, quod in diluvio factum est, & nunc per baptismum indulgetur. Nam in aquâ & Spiritu cuncta humana corporalia criminum indulgetur. Nam in aquâ & Spiritu cuncta humana corporalia crimina simul & spiritualia purgantur; Aquatilia enim maledicto vindictæ non succumbunt, quia in maledictionis participatione non sunt: Ac per hoc Dominus, cum mortis humanæ maledictum deposuerat, non terrestrium, sed aquatilium carnem animalium comedebat, cum ad confirmationem resurrectionis coram discipulis, piscis assi partem, & favum mellis manducavit &c. *Dieteric Antiq. Bibl. in Psalm. L, 10. 11. p. 416. 417.*

In AQUIS

Mirè conservati carmen.

Ein galantes Carmen hat der *Autor de Diversites Curieuses P. V. p. 103.* über ein Kind / so sich auf den Leichnam seines todten Vaters salviret / in dem Er das Kind also redend einführet:

Les Dieux touchez de mon naufrage
Ajant veu perir mon vaisseau,
M' en presenterent un nouveau,
Puor me reconduire au rivage,
Il ne parvissoit sur les flots,
Ni navices, ni matelots,
Il ne me restoit plus d' espoir dans ma misere,
Lorsqu' apres mille vains efforts
I' apperçus pres de moy flotter des membres morts,
Helas c' etoit mon Pere;
Je le connus, ie l' embrassay,
Et sur luy jusqu' au port heureusement pousse
Des ondes & des vents J' evitai la furie;
Que ce Pere doit ni être cher
Oui m' a deux fois donnè la vie,
Une fois sur la terre, & l' antre sur la mer!

Die Götter die mein Schiffbruch hat geführet /
Nachdem mein Schiff war hin /
Die haben mir ein Neues zugeführet /
Womit ich an diß Ufer kommen bin;

Das wilde Meer satzt mich in Todes-Grauen/
Indem ich weder Schiff/ noch Schiffer kunnte schauen.
All Hoffnung war mit meinen Schiff zu Grunde/
Ich hatte Müh und Macht vergeblich angewandt/
Biß endlich ich zur guten Stunde
Im schwimmen mich bey eine Leiche fandt;
Mein Vater wars/ den ich/ wiewohl erblasset/
Doch gleich erkannt/ und hertzlich ihn umfasset;
Ich triebe mit ihm fort/
Und glücklich nach dem Port.
Da ich nunmehr von Wind und Wellen frey/
So denckt wie lieb mir auch der Vater sey/
Der zweymahl mir das Leben/
Einmahl zu Land/ einmahl zur See/ gegeben.

Hamburg. wöchentl. Curiöser Zeit-Vertreiber/ *An. 1700. N. XIV. p. 102.*

An veri Homines?

Homines marini non dantur, quia homines indigent respiratione, atqui illa non datur in aquis, tum, quia Scriptura testatur hominum habitationi terram esse assignatam, Ps. CXV, 16. Act. XVII, 16. cum Gen. III, 37. tum, quia hoc sequeretur absurdum, plures homines quam octo superfuisse diluvio Noachico, omnes scilicet marinos, contra 2. Pet. II, 5. cum Gen. VII, 21. 22. *Voët. l. c. p. 745.* Als einsten dem Pabst ein Meer-Wunder gebracht/ und dieser gesagt: Lieber GOtt/ wie bist du so wunderlich unter den Creaturen auf Erden/ da hat das Thier angefangen zu reden/ und gesagt: Viel wunderbarlicher im Wasser; Hic Lutherus: Das ist der Teuffel gewesen! *Lutb. in Coll. Mensal. Cap. VII. p. 69. b. Conf. Ursin. An. Sacr. Lib. VI. Cap. IV. p. 317. seq. Sam. Bochartus Hieroz. P. II. Lib. VI. Cap. XV. p. 857. seq.* De homine illo marino à Legatis Danicis clarâ luce in navi viso, & aquis extracto vid. Theatr. Europ. ad ann. 1619. p. 319. ap. *Danh. Theol. Conscient. T. II. Dial. IV. p. 61. 62.*

Venetiæ fundatæ.

Ad Tribunal Triumvirorum rei Aquariæ Venetiis legitur: Venetorum urbs divinâ disponente providentiâ, in aquis fundata, aquarum ambitu circumsepta, aquis pro muro munitur. Quisquis ergò quomodocunque detrimentum aquis publicis inferre ausus fuerit, & patriæ hostis judicetur, nec minore plectatur pœna, quam qui sanctos muros patriæ violasset. Hujus Edicti jus ratum perpetuumq; esto. *Natban. Chytraus, in Deliciis Itinerum Europæ p. m. 101.* Contaminatis aquis, quasi publica pocula censentur contaminata. *Lib. XII. C. de Re militari.*

Inter extraordinaria crimina hoc ipsum reputatur, ac in delinquentes graviter animadverti solet, notante Paulo JCto *in Lib. I. §. 1. ff. de Extraord. Crimin.* Contra eum, qui in puteum vicini aliquid effuderit, ut hoc facto, aquam corrumperet, datur interdictum, quod vi aut clam, portio enim agri videtur aqua viva. *L. XV. qui in puteum 11. pr. ff. quod vi aut clam ap. D. Stryck. de Jure Sensuum Diss. VI. Cap. IV. §. 20. p. 363.*

Quinque modis miracula facta.

I. Per congregationem, seu inundationem, Gen. VII, 10. II. Per divisionem, quater enim aquæ divisæ sunt, *semel* mare rubrum per Mosen, Exod. XIV. *iter* Jordanus α) per Josuam, β) per Eliam, γ) per Elisæum, Jos. III, 15. 16. 2. Reg. II, 8. & 14. III. Per emissionem, Exod. XVII, 5. 6. Num XX, 11. Judic. XV, 19. IV. Per sedationem, Matth. IIX, 26. V. Per transmutationem 1) *quoad substantiam*, & quidem α) in sangvinem Exod. VII, 20 β) In vinum, Joh. II, 9. 2) *quoad accidentia*, scilicet mutatæ sunt α) Aquæ amaræ in dulces, Exod. XV, 25. β) Insalubres in sanas, 2. Reg. II, 20. 21. *Dn. Joh. Möllerus, in Alvear. Sacr. p. 16.*

In Aquario nati piscatores fiunt.

Fateri vel Mathematici solent, quod quisquis in signo Aquarii nascitur, in hac vitâ piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores verò, ut fertur, Getulia non habet. Quis autem dicat, quia nemo illic in stella Aquarii nascitur, ubi piscator nemo habetur. Gregorius Hom. X. Evangel. contra Genethliacos vel Astrologos judiciarios ap. *Tungerlar. Prompt. Evang. P. III. p. 970.*

AQUATILIUM

Numerus an terrestribus major & quoad Species, & quoad individua?

Resp. Aff. teste experientiâ & Sapientibus in hoc genere, *Arist. Lib. III. de generat. Animal. Cap. XI.* & *Plinio Lib. IX. Cap. II. p. 151.* & non malè convenit cum Gen. I, 20. cum Psalm. CIV, 25. Quæritur, an in istis sint majora, quam in illis? Et an terrestria ab aquatilibus ejusdem nominis & robore vincantur & magnitudine? Resp. Aff. prius, & probat tum experientia, quæ docet maximum in terrestribus esse elephantum (atqui ille cum ceto comparari nequit Vid. *Dn. Ernst/ Confect. Taf. Cent. I. Cap. XLIV. p. 247. seq.*) nisi fortè ipso majores nonnulli dracones, si vera sunt, quæ habet *Plinius Lib. IIX. Cap. XII. XIII. XIV. p. 131.* tum etiam Scriptura Gen. I, 21. cum Jon. I, 17. Ps. CIV, 26. Ezech. XXXII, 2. Psal. CXLIIX, 7. Post. affirmat & probat experientia, si quis conferat cum Oppiano l. 5 halieutic.) testudines, canes, panthæras, hiænas, arietes. *Voët. D. S. P. I. p. 722. P. Merula Diss. de Maribus Cap. I. p. 166. 167.* Humor enim auget cor-

corpora: eoque majores sunt marinæ belluæ, quam terrestres: & hæ, quam volucres: & in locis humidis ampliores homines, quam in arentibus, ut ad septentrionem, quàm ad meridiem: & potus magis extendit corpora, quam cibus. *Joh. Ludov. Vives de Animâ L. I. p. 18.*

Wasser-Jagten.

Dieser Schiff-Jagten Erfindung wird zwar der Holländischen/ die Verbesserung aber der Engelländischen Nation zugeschrieben/ und soll iede auf 1000. Pf. Sterlings zu stehen kommen. Ihrer Qualität und Condition nach seglen sie sehr geschwinde/ und verrichten zu Wasser/ was unserer Couriers und Post-Reuters Verrichtungen zu Lande sind; Bedienet man sich also derselben mehrentheils um die Ambassadeurs und Generals in schneller Eile/ von einem Ort zum andern transportiren zu lassen/ und eine eilfertige Tour über Wasser abzulegen: Zumahlen diese Meer-Wagen in einer Stunde über 2. Teutsche Meilen zurück legen/ und denselbigen kein Teutscher Post-Klepper gleich lauffen kan. Uber dem sind sie sehr wohl aptiret/ und mit schönen Meublen providiret/ auch/ um den Platz und Raum zu menagiren/ an statt des Ballastes/ mit Bleu beleget/ dessen ungeachtet gehen sie tieff unter Wasser/ bewegen sich wenig/ brauchen wenig Segel/ Stück und Volck/ und sollen doch ihren Cours accurat observiren/ *Relat. Europ. An. 1703. N. XXII. p. 185. 186.*

AQUILA

Biceps.

Insigne Imperii nostri Germanico-Romani, naturæ ipsi adeò familiaris, ut evidentissimo charactere figura ejus in capitibus cancrorum fluviatilium, & radicibus filicis fœminæ observari possit, *D. Beeman. Not. Dignit. Illustr. Diss. VI. C. III. §. 4. p. 179.* Pertinet huc venustum Epigramma:

Picta biceps Aquila hinc occasum, hinc aspicit ortum:
Alter ait, nostri est Cæsaris, alter erit.

D. Matth. T. H. T. P. p. 662. In Indiâ Occidentali, in valle, quæ Cauten dicitur, in Provinciâ Chili, oppidum est, quod Imperiale ob hanc causam denominant Hispani, quoniam in plerisque domibus ac portis repererunt Aquilas bicipites, formatas, ut hodie videmus in Romani Imperii signis. *D. Georg. Mœbius Tract. Philol. Th. de Oraculorum Ethnicorum Origine, propagatione & duratione, & quid. Diss. II. de Quæst. An ab Apostolis Evangelium etiam Americanis fuerit annunciatum? p. 115.* quem B. Mœbii Tractatum Doctissimi Censores Parisienses, in suo, ut vocant, Journal, 1685. edito, insigniter commendant, *L. Georg. Weissius, de Pedibus Evangelizantium Cap. III. §. 8. p. 59.* Carolo V. Lutetiam ingresso sic acclamatum fuit:

Alituum ut Princeps Aquila eſt, ſic altera Gallo
Gloria, vos aliæ nil niſi vulgus aves.

Heidf. Cap. VI. p. 107.

Cur biceps?

Quidam rationem ita exponunt. Non eſt biceps illa in vexillis & nummis imperii Germanici Aquila, ut imperitum vulgus opinatur: ſed duæ ſimul, quarum altera alteram expaſſis alis obtegit. Doctiſſimus tamen *M. Beroaldus Lib. IV. Chron.* aliam cauſam affert, & dicit, quosdam Conſtantinopoleos Imperatores, ſocietate cum Carolo Magno pactâ, id ratum habuiſſe, ut qui Carolo Magno in Imperio ſuccederent, dicerentur Imperatores Occidentis, & eorum ſucceſſores titulo Imperatorum Orientis inſignirentur. *Cranzius* deplorans Conſtantinopolis amiſſionem ita lamentatur: Hæc ſunt luctuoſa illa Chriſtianis tempora, per quæ bicipiti Romanorum Aquilæ alterum reſectum eſt caput, cum jam in Orientem ultra non reſpiciat, *Heidfeld. S. T. P. Cap. VI. p. 104 105.* Marianus Socinus ſcribit, Occidentales Imperatores bipartita inſignia detuliſſe, in quorum parte alterâ dimidia aquila, in alterâ familiæ inſignia deſcripta fuerint, usq; ad Sigismundum Imperatorem, qui, cum Orientalium Imperatorum videret inclinare poteſtatem, Saracenis ac Turcis undiq; in illos irruentibus, primus *Aquilam integram* ac *bicipitem* in inſignibus adſcripſerit, quod nec Carolum M. ne Græcos irritaret, facere auſum addit. Cui ſententiæ favere videtur lemma adſcriptum ejusdem Sigismundi ſigillo cereo, uti à *Marq. Frehero* deſcribitur: in aversâ enim parte, circa Aquilam hoſce verſiculos, μυστικῶδες quiddam ſonantes, legi inquit:

Aquila Ezechielis,
Sponte miſſa eſt de cœlis,
Volat ipſa ſine meta,
Quo nec vates nec propheta,
Evolavit altius &c.

Hofm. L. U. in b. v. p. 280.

Λ. E. I. O. U.

Si rectè lectus, aut ſit à DEO datus
Princeps: DEUS velut alter, aut magnus DEI
Legatus: Invictus verè hic & ſanctus eſt,
Victor, triumphatorque felix & pius.
Sic AQUILA ELECTA IUSTE VINCIT OMNIA.

Reuſner. in Symb. Her. p. 1. Franciſci im Geſchicht-Kunſt ꝛc. *Lib. II. Cap. XXXII. p. 736.*

Cur

Cur Romanorum insigne?

§. 1.

Ratio videtur in Aquilæ robore, magnitudine corporis, volatu sublimi ac celeri, acrimonia visus, prudentia præterea & animi magnitudine quærenda esse, ut veluti Aquila istis, sic Romani similibus donis eminere censendi sint. Vid. *D. Matth. T. H. T. P. p. 83.* Veteres Persas eodem Aquilæ insigni usos fuisse docet *Xenophon. Cyropæd. Lib. VII.* Russici Imperii insigne eandem esse ac bicipitem quidem, geminaque corona instructam tradit *Olearius, Itiner. Pers. p 51.* Quod merâ arrogantiâ superioris seculi Tyrannus Johannes Basilides primum introduxit, quod sangvine Imperatorio cretus haberi vellet. *D. Beeman. l. c. p. 179. 180.* Dionysius Halicarnassæus Lib. III. scribit Hetruscos misisse Tarquinio insignia, quibus suos Reges ornari soliti essent, coronam, sellam eburneam, sceptrumque in summo habens Aquilam. *Kipping Antiq. Rom. Lib. III. Cap. I. §. 6. p. 524. Alex. ab Alex. Gen. Dier. Lib. I. Cap. XXVIII. p. 48. b. Stewechius ad Veget. Lib. II. Cap. VI. p. 118. 119. 120. Voss. de Idolol. Lib. III. Cap. LXXVI. p. 1140. Laurentius Polymath. Lib. III. Syn. XVIII. p. 271.*

§. 2.

Aquilæ sceptro impositæ meminit Prudentius in Hymno Romani Martyris ap. *Coriat. Colerum Not. in Val. Max. p. 547. 548.* Aristophanis interpres ap. *Pontanum Prog. Lib. IV. p. 1293. 1057. Camerar. Oper. Subcis. Cent. I. C. LXXVI. Franc. Hist. Animal. P. II. Cap. I. p. 338. D. Christ. Matthiæ l. c. p. 83. Salm. in Panc. P. I Tit. LIII. p. 276 seq.* Pyrrhus à militibus ob præclara facta laudatus, ac Aquila nuncupatus, dicebat: Per vos Aquila sum, qui vestris armis, velut pennis, sublevor. *Cœlius, L. A. Lib. XXIV. Cap. V. p. 228. Alex. ab Alex. l. c. Lib. II. Cap. XI. p. 70. b. Pier. Valer. Hierogl. Lib XIX. Cap. III. p. 208.* Pindarus in Nemeis se vocat aquilam, Bacchylidem æmulum graculum, videlicet quod illum immenso vinceret intervallo. Vid. *Emsm. Adag. Chil. I. Cent. IX. Cap. XX. p. 299.* Antiochus Rex Syriæ cognomento Hieracis vel Accipitris delectatus est, sicut *Plutarchus in libro de solertiâ animi p. 60.* scribit.

§. 3.

Accipiter autem Soli erat dicatus. *Joh. Bapt. Casalius, de Vet. Ægypt. Rit. Lib. I. C. XXIII. p. 42. Joh. Pier. Valer. Hierogl. L. XXI. C. II. p. 250. sq.* & eundem occidisse in Ægypto capitale erat. *Alex. l. c. Lib. III. Cap. V. p. 124. a.* Significabat illis cuncta, quæ celeriter fiunt: quod avis hæc omnes ferè alias velocitate superet. *Diod. Siculus Biblioth. Hist. Lib. III. Cap. IV. p. m. 139. 140.* Si sub oculis proficiscentis solitam rapinam exerceat, inter eundum rapacitas imminebit. *Joh. Saresberiensis Policrat. L. I. Cap. XIII. p. 36. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 477. 484. seq.*

Cur avium Rex?

§. 1.

Aquilam avium faciunt Regem tum Philosophi, tum Poëtæ. De hac enim ita inquit. *Horatius, Lib. IV. Carm. Od. IV.*

Qualem ministrum fulminis alitem
Cui Rex Deorum regnum in aves vagas
Permisit, expertus fidelem
Jupiter in Ganymede flavo.

Et certè neque corporis proceritate cunctas aves superat Aquila, nec robore, imò ne virtute quidem. Gryphos enim aquilis & proceriores esse & bellicosiores Historici testantur; Et Ciconias virtute antecellere reliquas aves ferè universas notum est ex illarum actionibus externis.

§. 2.

Respondeo igitur; Aquilæ tribui Imperium in aves reliquas.

I.

Propter celerem & sublimem volatum, quo superare putatur omnia reliqua volatilia. Nam & Boream ventum Aquilonem Latini appellant, nullam aliam ob causam, quam propter impetum, quo imitari quasi videtur Aquilæ volatum.

II.

Quia sola ex avibus Aquila Solem intuetur oculis irretortis; Pulli quoque Aquilarum, si solem adversum spectare nequeunt, ut illegitimi rejiciuntur. Regibus autem 1) sublimitas convenit, id est, autoritas & potentia, 2) Celeritas in expediendis negotiis, & procurandis necessariis subsidiis. 3.) Acies oculorum, hoc est, sapientia & mentis acumen. Benè Aquila:

Sola queo Phœbi radios spectare nitentes:
Non aciem frangunt lumina clara meam.
Portavi puerum, qui miscet vina Tonanti;
Ob meritum hoc in me fulmina nulla ruunt.

Nic. Reusner in Ænigmat. Variorum p. 152.

Sum volucrum regina, Jovi gratissima, lumen
Sollicitans proprio lumine, Phœbe, tuum.

Id. ibid. p. 266.

III.

Tertiam rationem Poëtæ adjiciunt. Aquilæ egregia fuerunt officia in Jovem. Et quo tempore natus est Jupiter, eodem natam esse ferunt & Aquilam: & adid prælium, quod adversus Gigantes Commissum est, advolasse Aquilam, quasi nunciam victoriæ Deorum. Hanc etiam ob causam solam Aquilam ex omni-

omnibus avibus Jupiter sibi elegit, cujus etiam ministerio ad homines uteretur, futura prædicturus. Neque enim ἀπὸ τὸ αἴσσειν appellatum Græcis esse *dis-* τὸν volunt Grammatici, sed ἀπὸ τὸ ἐτὸν δηλοῦν: nempe quod veritatem hominibus apereat. *Georg. Bachmannus, Exercit. Philos. Cent. II. Q. LXXXVIII.*

Super Basilium.

Basilii Macedonis parentes (ejus, qui Michaële Theophili F. interfecto, Constantinopolitanum regnum invasit) cum in agro rusticarentur, & puerum in sole dormientem ponerent, aquila ex alto devolans, passis alis dormienti puero umbram fecit. Mater territa, ne quid mali infans à rapace pateretur alite, tremebunda accurrit, aquilam lapidibus abejit. Qua reversa ad opus, aquila iterum delapsa, alis puerum obtexit. Mater de uno vociferans avem conspicata, accurrit: sed intra se rediens, omen accepit, filiumque futurum regem conjectavit. *Cuspinianus ex Zonarâ & Cedreno ap. Zwinger. T. V. H. Vol. V. L. IV. p. 1440. b. Vid. & I. P. Valerian. Hierogl. Lib. XIX Cap. II. p. 227.*

Solem intuens.

Der Hochgelehrte Cavallier Galeazzo Tregoso stellet in einen Sinn-Bilde einen Adler vor/ wie selbter bey Donner und Blitzen sich mit unverwandten Augen/ nach der etwas hervorblickenden Sonnen schwinget/ mit dieser Uberschrifft:

Ne uccidermi ne spaventarmi

Ich fürchte weder Sturm noch Blitzen/
Weil mich die Sonne kan beschützen!

Was wird hiedurch anders angezeiget/ als daß eine sich nach der **Sonne der Gerechtigkeit** schwingende Seele/ weder das Blitzen der Welt noch den Donner des Teuffels befürchte; denn wo diese Sonne strahlet/ da werden die großmüthigen Adlers-Augen nicht verblendet/ sondern erleuchtet. *J. C. Helman* **Leich-Red.** *p. 138. 139.* Man kan auch dieses Sinnbild vorstellen: Es fliehe ein Adler schnur stracks auf die Sonne zu/ mit diesen Beyworten:

Recta sursum!

Gerade der Sonnen zu!

Hierbey setze man einen Adler über unser Lufft-Revier/ unter die Strahlen der Sonnen/ mit dieser Beyschrifft;

Hic tutissima quies!

Da ist die beste Ruh!

Applicetur & vid. *M. J. A.* Schmidts *Parent. p. 16. seq.*

In Clypeo.

Pugnantibus Locris adversus Crotonienses Aquila ab acie nunquam recessit,

ceſſit, eosque tamdiu circumvolavit, quoad vincerent. *Juſtinus l. 20. Cap. III, n. 7.* Hieroni Siciliæ Regi adoleſcenti prima bella ineunti, Aquila in clypeo, noctua in haſta conſedit. Quod oſtentum & conſilio cautum, & manu promtum, Regemque futurum ſignificabat. *Id. Lib. XXIII. Cap. IV. n. 11.*

Sagitta icta.

Noſtris conficimur pennis. *οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλ' ὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα*; Non ab aliis, ſed noſtris pennis capimur. Hoc eſt, horum ipſi nobis nos autores ſumus. Sic aquilam dixiſſe ferunt, ſagitta ictam. *Suidas Hiſtor. p. 692.*

In nativitate Alexandri.

Eâ die, quâ natus Alexander, duæ Aquilæ totâ die præpetes ſupra culmen domus Patris ejus ſederunt, omen duplicis Imperii, Europæ Aſiæque præferentes. *Juſtin. Lib. XII. Cap. XVI. n. 5.*

Rejuveneſcens.

§. 1.

Aquila ſenio confecta, ſi fonti immergatur, iterum renovatur & juveneſcit. Lemma: *Renovatur ablua*, vel vetuſtate relicta, ſeu *ex aquis ardentior*. Ita ſacro baptiſmatis fonte tinctus priſtinas animæ ſuæ vires recuperat &c. *Picinell. M. S. P. I. L. IV. C. IIX. n. 114. 115 p. 264.* Veriſſima ſententia eſt, Aquilam ſtato tempore, veteribus plumis abjectis, alias ſubindè reſumere, atque hoc modo renovari, *Bochartus Hieroz. P. II. Lib. II. Cap. I. p. 168. Conf. Joh. Pier. Valer. Hieroglyph. Lib. XIX. Cap. XVI. p. 232. S. Majolus Dier. Can. Coll. VI. p. 195.*

§. 2.

Putarunt quidem aliqui, Aquilam natam 10. annos evolare in ignem elementarem, ſub concavo lunæ exiſtentem, ibique incaleſcere & accendi, hinc in mare procidere, ſicque novas recipere pennas. Centeſimo verò anno cum id facere tentet, viribus dejici, ut è mari reſurgere nequeat, atque ſic emori. Alii cauſam rei ad nimiam aduncitatem roſtri, quam alliſione ad ſaxum propellat, & ſic quaſi juventutem recuperet, referunt. Verum ut *Sperlingius in ſuâ Zoologiâ Lib. I. Cap. II.* habet: opiniones has recenſere eſt refutare. Dicendum potius nunquam aquilam ex ſeniore fieri juvenem, ſed excutere ſaltem antiquas pennas, & ſic quodammodò renovari. Ut enim quotannis ſerpentes pellem veterem exuunt, & ſic renovantur; Ita etiam aves, inprimis verò rapaces, ut aquilæ & accipitres ſingulis annis pennas ſuas mutant, & quaſi rejuveneſcunt. Hæc ille. Aliud ergo eſt pennarum renovatio, aliud vegetæ juventutis reſtitutio: aquilas verè rejuveneſcere, credat Judæus Apella, inquit *M. Caſp. Kirchmaier. Diſp. de Baſiliſco Coroll. VI.* Conf. omninò *Gerard. Joh. Voſſius, de Orig. & Progr.*

Ido-

Idololat. Lib. III. Cap. LXXVI. p. 1142. seq. B. Geierus, Prælect. in Psalm. CIII, 5. p. m. 480. 481.

Ibi, ubi cadaver.

Vid. *Dieteric. Lex. Philol. Th. Vol. I. p. 49. Bochart. l. c. Lib. II. Cap. IV. p. 134.* Miror quenquam hæc verba de piis ad Christum confugientibus intelligere posse, cum de re longè aliâ sit hîc dissertatum; Cum præcedentibus sic connectuntur: Subitanea vindicta Christum revelabit; nam cum urbem gentemq; internecioni maturam cadaveris instar projecti, tradiderit DEUS, advolabunt illicò milites, Romani, aquilarum instar, cum aquilis suis, atq; eam dilacerabunt & exedent. Atque huc etiam quadrat responsio Christi, Luc. XVII. ult. cum post eadem dicta, quæ hic dicuntur (Matth. XXIV, 28.) quæreretur: Ubinam hæc Domine? Resp. Ille: Ubicunque est cadaver &c. tacitè hoc innuens, Hierosolymas, gentemque impiam, quam per totum caput depinxisset, cadaver illud futurum, quò convolaturæ essent aquilæ avidæ & voraces, illud comesturæ, *Lightfoot. Hor. Hebr. & Talm. in Matth. Cap. XXIV, 28. p. 367.*

Ad B. Mariam & Apostolos applicatum.

Autor Orat. de Dormit. B. Virginis (quæ Damasceno tribuuntur) Serm. 2. Apostolos, qui passim toto orbe ad hominum piscationem dispersi erant, divino Imperio nubes, retis cujusdam instar, ad Jerusalem urgebat (ad Funeralia sc. B. Virgini justè celebranda) velut aquilas quasdam compellens, atque in unum cogens, ubi enim fuerit corpus, ait veritas, ibi congregabuntur & aquilæ. *M. Joh. Frid. Mayer. Diss. Hist. de Conventu Apostolorum ad Mortem Mariæ, p. 24.*

AQUILÆ

Emblemata.

I. **Ein Adler schüttet die Federn aus im Alter sich zu verjüngern.**

Sinnspruch: Renovamini!

Der lebendige Glaub erneut die Krafft der Seelen/
Und läßt die Liebe sich nicht bergen noch verheelen.
Wem GOtt gibt neuen Geist/dem giebt er auch die Krafft/
Daß er zu dessen Ehr und Rechsten Nutz was schafft!

II. **Ein Adler sitzet auf einem Oel-Baume und auf seinem Neste.**

Mit dem Sinnspruch: Bella gerant alii; Es mag kriegen wer da will.

Wer ruhig sitzt daheim in guter Ruh und Schatten/
Dem kommet der Genieß des Friedens baß zu statten/
Als der in Waffen lebt und Unruh früh und spat/
Und wenn er ausgekriegt/ gekriegt davon nichts hat!

III. Ein Adler trägt in der einen Klau ein Buch/ in der andern ein Schwerdt/mit dem Sinnspruch: Legibus & armis! Durch Gesetze und Waffen! *Justinian. in Proœm. Institut.*

Des Rechtes Zier besteht in Waffen/ seine Stärcke
In Recht und Satzungen/ in Weißheit/ That und Wercke/
Damit das Regiment in Krieg und Friedens-Zeit
Auf festen Grund besteh mit Heil und Herrlichkeit!

IV. Ein Adler hat in dem Schnabel einen King mit einem spitzigen Demant. Mit dem Sinnspruch: Semper idem! Allezeit eben derselbige!

Ein frommer Christ kan nicht im Glückstand sich erheben/
Auch nicht im Ungelück der Ungedult ergeben:
Er bleibet mit Bestand in Unbeständigkeit
Der Zeiten/ und beherrscht durch Tugend Freud und Leid:

V. Ein Adler stehet auf einem Berge und hat ein Hertz in einer Klau/ eine Flamme aber von dem Hertzen steiget gen Himmel.

Ein Fürstlich frommes Hertz erhebet ohne Wancken
Gen Himmel seinen Sinn und heilige Gedancken/
Und rufft den HErren an zu segenen sein Land/
Und daß Er gebe Glück und Heil zu allem Stand!

VI. Ein Adler hat in dem Schnabel eine Schildkröte und schwinget sich in die hohe Lufft. Tolluntur in altum!

Die losen Freveler/ die auf der Ehren-Spitze
Hoch schweben/ werden offt/ gleich als gerührt vom Blitze/
Geschlagen in den Staub; Erhöht wird ihre Macht:
Fällt aber also schwer herunter/ daß es kracht!

Al. Schirmer/ *in suis Emblematibus.* Denen Ehrgeitzigen und Hoffärtigen setzen die Gelehrten zum Sinnbilde den Adler/ der zwar in einem niedrigen Neste gebohren/ so bald er aber sich nur selber helffen kan/ suchet er die Höheit und schwinget sich hinauf/ wobey man diese Worte gesetzet findet;

Parvoque pudet latuisse cubili.

Er schämt sich/ daß er soll im kleinen Neste liegen/
Drum macht er sich daraus/ und will zur Sonnen fliegen!

Diese Art haben alle Ehrgeitzige an sich/ sie bleiben nicht gerne im niedrigen Stande/ sondern ihre Begierden nehmen Flügel sich in die Höhe zu schwingen ꝛc. *Dn. Gotefr. Dexelius, in Deliciis Emblem. Emblem. LXII. p. 512. 513.*

So

So geschwinde ich kan fliegen/
Will ich nicht da unten liegen!

D. Seiffartus in Myst. Emblem. Hist. P. I. p. 505.

Extra, Lilia intra pallium Papæ.

Jener Pabst/ zur Zeit Caroli V. war gut Frantzösisch/ und wollte doch für gut Käyserisch gehalten seyn/ließ ihm demnach einen Mantel machen/ daran auswendig eitel Adler/ inwendig aber lauter Liljen gemahlet oder gesticket waren/ damit er sein falsches Hertz vertrieth; Huic similes omnes hypocritæ &c. *M. Joh. Sam. Adami, D. B. N. T. P. I. p. 829.*

Duæ, belli & literarum.

Duæ sunt Aquilæ solæ in rerum naturâ: altera bellicæ laudis: altera literariæ: Illa potentiæ: hæc sapientiæ: Cæsar & Aristoteles. *Scalig. de Subtil. Ex. CXCIV. Cap. IV. p. 629.* Conf. Tit. Eruditio cum Nobilitate optimè convenit.

AQUILARUM

Instar vos portavi, Exod. XIX, 4.

§. 1.

Omnes reliquæ aves, inquit R. Salomo, pullos suos ponunt inter pedes suos, eò quod timeant sibi ab avibus, quæ supra se volitant. Verum Aquila non timet sibi, nisi ab homine, ne forte petat cum jaculo. Cum enim nulla avis altius ipsâ volet, propterea collocat pullos suos in alis, cogitans, satius est, ut in me penetret jaculum, quam in pullos meos. Ex dictis intelligitur, quo sensu DEUS dixerit, Exod. XIX, 4. Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portaverim vos super alas aquilarum, *Weber. Art. Convers. R. VII. S. XXXI. p. 383.* Hieronym. ad cap. LXVI. hæc habet: Qui de animantium scripsêre naturis, omnium quidem bestiarum & jumentorum & pecudum aviumq; ingenitum esse ajunt in filios pullosque suos affectum: sed maximum esse amorem aquilarum, quæ in excelsis, & inaccessis locis nidos collocant, ne coluber fœtus violet: Amethysten quoque inter pullos ejus lapidem reperiri, quo omnia venena superentur. Si hoc verum est, rectè affectus DEI in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne Draco, & coluber antiqvus Diabolus, & Satanas obrepat novellis fœtibus, ut ad nomen lapidis, qui ponitur in fundamentis Zion, omnes adversariorum frangantur insidiæ, ap. *B. Calov. in Bibl. Illustr. ad Exod. XIX, 4. p. 391. a.*

§. 2.

Ut Aquila pullos suos gestat super alas, Devt. XXXII, 11. ita DEus nos

protegit & geſtat ſub præſidio alarum, Pſalm. XCI, 2. Et velut *Aquila* animal velociſſimum; Ita *DEus* ad auxilium, Pſalm. XIV, 6. auxilium ejus in propinquo eſt timentibus Dominum, Pſalm. LXXXV, 10. Hoc defenſore tuti ſumus, nec timemus, Pſalm. III, 7. *Aquilæ pullus* nulla avis rapax nocere poteſt: ita piis nemo poterit nocere, cum portantur ſupra alas aquilæ cœleſtis, quem nemo volatu tranſcendit, 1. Pet. II, 13. & velut *aquila educit pullos* ſuos ad volandum: ita & nos educit DEus ad volandum, é matris utero, velut è nido egreſſos, ut noſtrâ culpâ, in hâc vitâ, velut in aëre libero volemus, Joh. V, 7. Sed tamen expandit ſuper nos alas noſtri curam gerens, nec cadere nos ſinens, Pſ. XXXVII, 14. modò manus noſtras expandamus ad Dominum cum Davide, Pſalm. LXXXVIII, 10. Pſalm. CXLIII, 6. fruſtra nobis funes intendentibus inimicis, Pſalm. CXL, 6. 7. *D. Botſac. Alleg. p. 46. ap. M. Baum. in Anal. Alleg. p. 165.*

Magnitudo.

Quædam Aquilæ in maximam excreſcunt molem. Narrat Georgius Fabricius Anno 1550. inter Miſniam & Dresdam, Germaniæ oppida, inventum eſſe aquilæ nidum per tres quercus extenſum, atque in eo vitulorum & ovium coria reperta, cum hinnulo recens allato. Unus ex aquilæ pullis habebat alas ſeptem ulnis longas, cum per transverſum erant expanſæ. Ungves erant digitis viri magni æquales, crura leoninis majora. Aldrovandus narrat, in Æthiopiâ eſſe aquilas tam magnas & fortes, ut bovem, vel eqvum integrum pedibus abripiant, *D. J. A. Weber. l. c. Reg. VII. S. XXIIX. p. 382.*

AQUILO & AUSTER

Cant. IV, 16.

§. 1.

Surge Aquilo & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Verba ſponſi an ſponſæ ſint? nunc quidem expendere non vacat, nec multum refert. Vid. *D. Gerhard. Poſtill. Salom. in Dom. Cantate.* Quinam illi venti ſint; quæro: Tyrannos alloqui non pauci ſtatuunt; q. d. exſurgite, fremite, premite,

Nunc quaſi terrentes Aquilonis ſumite mores,
Nunc quaſi ſvadentes Auſtri prætendite mores,

An forte *honores*, ut expoſuit *Wileamus Abbas*: nihil agetis &c.

Major in adverſis virtutis gloria veræ eſt:
Uberior ventis myrrha agitata fluit.

Camerarius in Emblem. Hic crucis & perſecutionis fructus eſt. Sic vitis reſecta uberiores affert palmites. *Juſtinus M. in Dialogo cum Trypbone:* Sic anima

male

male habita, cibis ac potu, βελπῶται. *Idem ad Diognet.* Semen est sangvis Christianorum, *Tertull. in Apolog. extremo.* Non minuitur Ecclesia persecutionibus, sed augetur: Et semper Dominicus ager segete ditiori vestitur: dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur. *Leo Rom. Serm. I. de Natali AA. Petri & Pauli.* Sensus profectò optimus.

§. 2.

Alii duplicem apostrophen hic statuunt, 1) ad diabolum 2) ad Spiritum Sanctum, q.d. Facesse, Spiritus improbissime, qui animas à me institutas perturbationibus, quasi Aquiloniis flatibus, affligis: Tu verò veni Spiritus Sanctissime, qui eas gratiæ tuæ donis tanquam auræ Austri salutaribus, calefacis, ita tres Patres apud *Theodoret.* Hanc expositionem *Corn. à Lap.* confirmat: Quia Aquilo malè audit in Sacra Scripturâ: *Ab Aquilone omne malum*, Jerem. I. 14. at Auster Ebræis *Theman*, i. e. dexter (non ab *effectu* tamen, sed *à situ* cœli) & faustus dicitur: & quia fragrantia aromatum flante Aquilone constringitur, ne exhalet. Sic quoque *Tirinus* & veteres aliqui alii, ab utroque citati.

§. 3.

Ad rem non malè; nam nisi interspiret Spiritus Sanctus, procellæ Aquiloniæ illæ destruent hortum potius, quam ut recreent. *Justi* tamen *Orgelit.* expositio videtur præferenda, q. d. Inspira, ô alme DEI Spiritus, credentem populum, ut reduntet bona illius opera. Nam aquilo, *inquit*, & Auster diversa sunt vocabula; sed unius Spiritus Sancti insinuant dona: Aquilo est, dum æstuantibus refrigeria præbet: Auster, dum duros ad credendum, vel benefaciendum resolvit. Et quoniam in duobus unus asseritur, non ait: perflate! sed perfla hortum meum. Uterque ventus certè Domini adventum comitatur, 1. Reg. XIX. ossa mortuorum inspirat, vivificat, Ezech. XXXVII. Domum Dei replet, Act. II. vid. *D. Gerhard. l. c.*

§. 4.

Ab objectiones *Corn. à Lap.* Resp. 1.) uterque ventus, Aquilo & Auster nunc benè, nunc male audit. Unde *Diadochus Episcopus Photicensis de perf. Spirit. Cap. LXXV.* Sicut aër iste nobis circumfusus, flante Aquilone, propter naturam ejus tenuem & serenantem purus permanet; contra verò flante Austro, totus veluti densatur à naturâ venti hujus nebulosâ, qui ex suis locis, ratione cujusdam cognationis, nubes per totum orbem inducit. Sic anima cum afflatu veri & Spiritus Sanctus cietur, tota extra nebulas Dæmonis posita est; cum verò à Spiritu erroris vehementer inflatur, tota nubibus peccati obtegitur; Sic Ezech. I, 4. explicat. Certe tempestates *Theman*, sive Austri, gravissimæ, ut passim in Sacris literis, & ventus ille à Poëtis quoque dicitur

— — *fulmine pollens.*

§. 5.

2.) Aquilone autem arbuſculas aromatiferas conſtringi, ne exhalent, aut ſtillent ſuas reſinas, verum non eſt. *Plinius* contra docet, in omni genere reſinarum montanas quæri potius, quam campeſtres; & Aquilonias, quam ab alio vento, *Lib. XXIV. Cap. 6.* Myrrha hoc vento agitata exſudat pretioſum illum liquorem, quem Sacra Scriptura vocat *myrrham libertatis*, Exod. XXX, 23. *primam*, Cant. V, 13. Syrach ἐκλεκτὴν, Cap. XXIV, 20. Theophraſtus, *ſtacten* ſtillaticiam, quæ ſponte fluit, nullo arboris vulnere, cujus oppoſitum *Plaſte* fictitia, *Plinius Lib. XII. Cap. XII.* In veteri hymno de Magis:

Thus DEO, myrrham trochleten humando,
Bractæas Regi Chryſeas decenti,

De quo *Bulengerus de Theatro in princ.* Et ratio eſt, quia flante Auſtro humido, tabeſcunt aromata, odoremque perdunt, Aquilone ſtipantur, eumque conſervant. *J. H. Urſin. Queſt. Bibl. Lib. VI. Cap. XV. p. 473. ſeq.*

AQUILONIS

Ænigma.

Non homo, non animal, non quæ petit alta volucris,
Me, brevis ut ſuperet vita, carere poteſt.
Unde veniens, & quo proficiſcar tamen id ipſum
Quantumvis ſapiens nemo docebit homo.
Audior, auditu venientem percipit omnis,
Non tractor manibus, non oculis videor.
Non laqueis capior, vinclis non claudor ab ullis;
Sed vacuis penetrans occupo cuncta locis.
Eſt mihi magna quidem, cum robur tento, poteſtas;
At majus Titan lumine robur habet.
Cogo viatorem quando conſtringere veſtes
Errantem, Titan exuit igne ſuo.

Nic. Reuſner. in Ænigmat. Varior. p. 209.

ARA

Ignoti DEI Act. XVII, 23.

§. 1.

Cauſam erectæ aræ geminam recenſet *Oecumenius*. Siquidem aliqui dicunt, quod Athenienſes Philippidem miſerit ad Lacedæmonios de ferendo auxilio contra Perſas: quorum nunciis juxta Parthemium montem Panis ſpectrum obviam factum Athenienſes accuſabat, quod ſe neglecto alios deos colerent, & auxi-

auxilium promisit. Cum itaque victoriâ potiti essent, templum illi erexerunt, inscribentes: *Ignoto DEO*, dicentes, si quis adhuc alius à nobis ignoretur, in ejus honorem, hæc Ara à nobis erecta esto, quo nobis propitius sit, licet cum ignoretur, non colatur. Alii verò dicunt, pestem quondam Athenis grassatam fuisse, adeoque illos exussisse, ut neque Sidones tenuissimas possent tolerare. Cum igitur colerent eos, qui apud ipsos Dii habebantur, nihil adjumenti senserunt. intelligentes itaque quendam fortassis esse Deum, quem ipsi absque honore reliquissent, qui pestem immisisset, novam extruxerunt aram, & inscripserunt: *Ignoto Deo!* cumque ipsi sacrificassent, statim curati sunt.

§. 2.

Probabilior est sententia de nomine tetragrammato ἀνεκφωνήτῳ è Judæ in gentes famâ traduce derivato, DEo scilicet Hebræorum, tot illustribus ac stupendis monimentis celebrato, qui ne in turbâ Deorum sine cultu preteriretur, arâ donatus est. Hinc Paulus ostendit non nova se afferre, sed vetera se vaticinari: Vetus sc. Numen, sed ignoratum hactenus: attamen non prorsus ignorabile, dignum, cujus occulta natura investigetur. *Danh. Polemosoph. S. 1. Art. 6. p. 223. 234.* Quod Athenienses *ignoti Dei* nomine Deum verum, rerumque omnium creatorem ac Dominum coluerint, eique hanc aram erexerint, ex concione Apostoli abunde liquet. Stat enim argumentum & quidem firmo talo: Quemcunque DEum Apostolus Athenienſibus annunciavit, is est verus DEUS. Sed quem Deus Athenienses ignorantes coluerunt, eique aram inscripserunt est is Deus, quem Apostolus Athenienſibus annunciavit. Ergò is DEus quem Athenienses ignorantes coluerunt, eique aram inscripserunt, est verus DEUS. Major & Minor ex textu liquidò constant. Vid. *M. Georg Wonna, Diss. Philol. de Arâ ignoti DEI ex Act. XVII, 23. sub præsid. Dn. Joh. Andr. Bosii An. 1659. Jen. hab. Cap. III. §. 10. seq. D. Calov. Bibl. Illustr. ad h. l. p. 906. Joh. Lomeierus Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. Cap. IV. p. 31. seq. Tob. Pfannerus, Syst. Theol. Gentil. Pur. Cap. XI. §. 14. p. 309 seq. D. Dan. Clasen. de Orac. Gentil. Lib. III. Cap. 20. p. 773. seq. Voss. de Idolol. Lib. I. Cap. p. 13. 14. D. Joh. Ad. Osiander in Theologiâ Paulinâ ex Act. XVII, 22. - 31. deducta p. 2. D. Carpzov. in Conc. Fun. in exequiis uxoris Oertelii hab. ubi variæ Criticorum adducuntur ὡς ἐν τύπῳ rationes.* M. Joh. Schaller / *Diss. Hist. Philol. de* βαττολογίᾳ *Ethnicâ in precibus frequentatâ Cap. II. §. 27. M. Georg. David. Zigra, Med. Inaug. exprimit. Eccles. methodo de Repræsentatione DEI cum adoritur Cap. III. §. 2. D. Paulini* Zeitz Kürtz. erbaul. Lust / *Tom. III. Cap. XCIV. p. 620. seq.* Arabes camelos pingves in Arâ Ignoti DEI sacrificasse, notat *Alex. ab Alex. G. D. Lib. III. Cap. X. ap. Lomeier. l. c.*

Mise-

Misericordiæ.

§. 1.

Aram Misericordiæ Athenis fuisse, patet è *Statio Lib. XII. Thebaid.*

Urbe fuit media nulli concessa potentum
Ara Deum, mitis posuit clementia sedem.

Hanc quidam volunt, ab Herculis posteris, ab Eurisstheo pulsis & Athenienſium auxilio defensis ac receptis, Misericordiæ dedicatam fuisse. *Statius, l. c.*

Fama est defensos acie post busta paterni
Numinis Herculeos, sedem fundasse nepotes.

Ut ita Herculis posteritas aram hanc Misericordiæ aut tanquam Deæ dedicaverint, aut ut esset saltem quoddam quasi monumentum misericordiæ Athenienſium, sibi olim exhibitæ. Fortassis & Ara Misericordiæ dici potest, quia erat quoddam commune miserorum & calamitosorum perfugium & asylum, qui ibi misericordiam invenerunt, tutique ab omnibus periculis fuerunt, ut *Statius, l. c.* de hac ipsâ canit:

—— —— Miseri fecere sacrani, sine supplice nunquam
Illa novo: nulla damnavit vota repulsa.
Auditi quicunque rogant, noctesque diesque
Ire datum.

Et paulo post:

—— —— Commune animantibus ægris
Confugium, unde starent iræque minæque.

§. 2.

Alibi legere memini, imaginem misericordiæ dedicatam, quæ oculis esset madentibus, & in dextrâ præferret Cor vulneratum, sangvineisque adspersum guttulis; Pulchra & quæ omninò sapiant majorem sapientiam, quam cujus ratio sola possit esse capax. Non dubito, quisquis Aræ primus conditor fuit, fando aliquid de *Propiriatorio Mosaico* accepisse, nec humanitati tam, quam Divinæ pietati eam consecrasse. Ea semper in medio, obvia & nulli clausa miserorum, ad quam litabiles hostiæ preces & lachrymæ. Quæ diducere qui volet, facilè poterit.

§. 3.

Nobis Ara Misericordiæ CHRISTUS est, in suo cuiq; dedicandus pectore. Turpi adulatione delenituri Romani Patres Sejanum, qui apud Tiberium erat πὲ πάντα, *Anum Clementiæ, Anum Amicitiæ*, effigiesque circum Cæsaris & Sejani, censuere, *Tacitus sub fin. IV. Annal.* de quo more *Lipsius in Comment. ad 1. Annal. n. 75.* Nos grati ponimus memori corde Aram Clementiæ, Aram Amicitiæ, utri-

utriusque æterno DEI Filii beneficio nobis partæ, effigiesq; circum, non auro aut marmore ductas Patris, & Filii & Sp. S. additâ inscriptione: *DEus est charitas!* 1. Joh. IV, 8. *Ursinus Anal. Sacr. Lib. V. Cap. XXXIX. p. 289 Joh. Pier. Valerian. Hierogl. Lib. XLIX. Cap. XV. p. 622. Vossius de Physiol. Christ. & Theol. Gentili Lib. IIX. Cap. XIV. p. 409. P. D. Huetius Demonstr. Evang. C. XI. Prop. IV. §. 4. p. 234. M. Paul. Stockman. in Elucidario Deorum Dearumq; Gentilium, p. 182.*

Pudicitiæ, Pacis, Febris.

Pudicitiæ plebejæ aram dedicatam esse à Virginia è *Livio Lib. X. C. XXIII.* constat. *Paci*, cum Lacedæmonii Athenienfibus imperii maritimi principatum concessissent in Atticis primum aras publicè esse factas narrat *C. Nepos in Timoth. Cap. II. n. 2.* Ad quem locum tamen *Cl. Bosius* annotat, Plutarchum *in Cimone* tradere Aram Paci esse positam jam post victoriam ad Eurymedontem de Persis. Imo publicè *Febri* fanum in palatio dicatum Orbonæ ad ædem Larium ara, & *Malæ Fortunæ* Esquiliis. *Plin. Lib. II. Cap. VII.* Hinc *Cicero Lib. III. de Nat. Deor.* scribit: Febris fanum in palatio, & Orbonæ ad ædem Larum & Aram Malæ fortunæ Esquiliis consecratam videmus. Et alibi *Lib. II. de Leg.* Ara vetus stat in palatio, Febris: & altera Esquiliis, Malæ Fortunæ. Refert insuper *Eustathius* ex perdito Æliani Lib. περὶ ἀρετῶν, in Gadibus geminam aram fuisse constitutam, alteram *Anno*, alteram *Mensi*, in honorem temporis & longioris & brevioris. Præterea & Aram ibi fuisse *Paupertati* & *Arti* positam. Paupertati quidem, quo eam placarent, Arti verò tanquam remedio ad effugiendam paupertatem optimo. Ex monumentis quoque antiquis, quæ apud *Gruterum* sunt, aras positas esse Concordiæ, Spei, Pacis &c. constat *Wonnal. c. Cap. I. §. 3.*

Amoris.

In primo aditu Academiæ Athenienfis *Ara Amoris* erat locuta. *Herman. Conring. in Supplement. I. Antiq. Acad. p. 199.*

ARÆ

Sunt vetustissimi usus.

§. 1.

Cœperuntque eum sacrificiis, quæ ab Adamo, posterisque ejus offerebantur Gen. IV, 3. seq. Cap. VIII, v. 20. Vid. *M. Steph. Andr. Mizlerus, de Aris & Altaribus Cap. I. §. IX.* Et fuerunt apud gentes illas, quibus templa non lubebat condere, uti sunt Persæ, Phœnices, Celtæ. His enim luci erant vice templorum, & in illis positæ aræ, vel in excelsis montibus. ceu locis Soli & Lunæ magis propinquis. Magi criminabantur Græcos, quod Deos includerent parietibus, cum

tamen omnia illis patentia essent, uti *Cicero Lib. II. de Leg.* refert. *M. Henr. Kipping Antiq. Rom. Lib. I. Cap. VIII. §. 1. p. 188. 189.*

§. 2.

Druidæ veterum delectum habuere inter lucos, eumque tantum aris sacrificiis destinarunt, quem annosæ quercus, aut proceræ altitudinis robora conspicuum reddebant *Plin. N. H. Lib. XVI. Cap. XLIV.* Exstructas autem ideo Deorum aras in lucis ejusmodi à gentibus putat *Fortunius Licetus in Encycloped. ad anum Pythiam p. 24.* ut indicarent, naturam divinam nos multum latere, ac obscuram delitescere, Numinisque mysteria esse celanda multitudini. Forte etiam, quia illa ipsa proceritas sylvæ densioris, & secretum loci, & admiratio umbræ in aperto tam densæ atque continuæ fidem alicujus Numinis facere existimabantur. In montibus quoque aras positas vel ipsa Historia Sacra testatur, Gen. XXII, 9. *M. G. Wonna l. c. Cap. I. §. 4.*

Et Altaria differunt,

Aræ quippè & Superis & Inferioribus Diis consecratæ fuêre: Altaria verò fuêre Superorum tantum Deorum, ut: en quattuor aras. Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo. *D. Joh. Spencerus de Leg. Hebr. Rit. Lib. II. Cap. VII. p. 261. Laurent. Polymath. Lib. III. Syn. I. p. 192. D. Joh. Phil. Pfeiffer. Antiq. Græc. Gentil. Lib. I. C. XXXVII. p. 78. Taubman. in Virg. Æn. Lib. V. p. 624. a.*

Unde?

Aræ dictæ ab *ariditate*, quod in iis adoletur ignis. *Jac. Pontan. Progr. Lib. III. p. 642. 643.*

In Principum honores exstructæ.

Aras ab antiquis *ansas* esse dictas, & in Deorum non modò, sed & Principum honores exstructas fuisse, vid. ap. *Th. J. ab Almeloveen, Antiq. Sacr. Prof. Specim. p. 50. seq.* Augusto vivo, tanquam Deo, aras erectas esse liquet ex illo *Virgilii:*

Namque erit ille mihi semper Deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Eclog. I. v. 7. 8. Itemque ex isto *Horatii Lib. II. Epist. I. v. 15. 16.*

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Huic etiam Ubios in Germaniis, Lugdunenses & Narbonenses in Galliis aras erexisse refert *Rosinus Lib. II. Cap. II. Antiq. Rom.* Ulyssi quoque ara consecrata legitur apud *Tacitum L. de German. Cap. III. n. 4.* in Germaniæ oris, adjecto Laërtæ Patris nomine, & in quodam recessu Caledoniæ, Græcis inscripta literis, apud *Solinum Cap. XXV. Taubman. in Virg. cit. loc. p. 7.* Etiam adventantibus

Prin-

Principibus fœdissima adulatione aræ exstructæ & ornatæ sunt. Qui honor habitus est Metello Pio, *Val. Max. Lib. IX. Cap. I.* Caligulæ, *Sveton. in vitâ Cap. XIII.* Vitellio & aliis, *Tacit. Hist. Lib. II. Cap. LX. n. 3.* Conf. *Phil. Caroli Antiquit. Eccles. Lib. I. Cap. IV. p. 10.*

ARABES

Orientis illi Filii. *D. Joh. Spencerus l. c. Lib. II. Cap. I. S. II. p. 215.* Cur latrones? quia Adami Testamentum eos exclusit. Vid. Appar. Bibl. Tom. I. in Tit. *Adami Testamentum, p. 129.*

Cur sæpè rebelles?

§. 1.

Wellen die Virtuosen nicht wenig admirirten/ daß die wilden Araber/ fast alle Jahr wider die Pforte rebellirten/ und mit 100000. Mann im Anzug wären/ Mecha zu conquetiren/ und daher nicht begreiffen kunnten/ woher es doch komme/ daß diese grosse Monarchie fast niemalen von Rebellionen und Auffständen befreyet lebten. Benahme ihnen S. Majestät/ Apollo diesen Zweiffel durch folgenden Discours: Man kan das grosse Musulmannische/ wie auch andere weitläufftige Monarchische/ insonderheit das Persianische und Mogolische Reiche/ nicht unfüglich einem fetten oder feisten Leib vergleichen: Denn gleichwie jener wegen seiner überflüßigen Feuchtigkeiten in öffters Kranckheiten zu verfallen pfleget; So haben auch solche grosse Staats-Cörper/ wegen der häuffigen Länder/ widerwärtiger Humeuren der vielfältigen Nationen/ offtmalige Staats-Kranckheiten/ und widerspenstige Revoluciones und dergleichen zu ertragen und zu erfahren. Inmassen ein Regent/ so zahlreiche Nationes, von so diversen und ungleichen Sinnen/ fast unmöglich in einer unterthänigen Harmonie, zu beherrschen capabel sich befindet/ auch wegen Entlegenheit der Länder/ dem auffglimmenden Unfall nicht so fort occupiren/ und für der völligen Entflammung unterdrücken kan. Worzu denn noch kommet/ daß diese grosse Monarchien/ gantz despotisch und meist tyrannisch tractiret werden/ da denn gar leicht geschicht/ daß die erhitzte Gemüther/ bey Ereignung der geringsten Occasion, ihr Malcontentement am Tage legen/ und zwar offtmalen mit solcher Vehemenz, daß sie sich nicht leichtlich stillen lassen/ sondern grimmig beweisen/ was ihr desperater Muth zu effectuiren vermag.

§. 2.

Was nun die Ottomannische Pforte anlanget/ sind am meisten/ theils die gegen Persien entlegenste Provintzien sehr geneigt zum Auffstande/ und jagen dem Groß-Herrn manchen Schrecken ein/ theils aber/ und zwar offters/

die unter dem Türckischen Joch submittirte und entlegene Araber / welche / ob sie wohl den Türckischen Scepter küssen / ihrer ungezämten Toll-Kühnheit halber aber eine weit gelindere Manier / als andere Ottomannische Unterthanen und Provintzien / in ihrer Beherrschung erfordern / haben sie zum öfftern den Mahometischen Thron mit Schrecken angefüllet. Wozu nicht wenig die Situation des Landes contribuiret, sintemalen aus den Geographis bekannt / das selbiges / seiner Eintheilung nach / in das steinigte / wüste und glückselige Arabien eingetheilet wird. Das erste hat wenig / oder doch keine rechte bevestigte Städte / und extendiret seine Grentzen biß an Egypten und das rothe Meer. Das wüste Theil pranget allein mit der eintzigen Stadt Anna / so der grosse Euphrates beströhmet. In dem glückseligen Arabien aber / so gegen Süden an das Meer gräntzet / zählet man die Städte: Mecha / Medina / Mecha / Aden / Balsora und andere. Welche drey Theile von einigen Fürsten / so man Scheriffs betitelt / gouverniret werden. Diese geben zwar allzusammen dem Türckischen Groß-Sultan einen jährlichen Tribut, welchen sie aber mehrmahlen zurücke behalten / wann sie nur die geringste Gelegenheit ersehen / sich dessen zu entbrechen. So muß auch der Groß-Türck öffters durch die Finger sehen / indem er ihnen mit Gewalt / der grossen Wüsteneyen und Einöden halber / wenig Vortheil abgewinnen kan / wie denn auch der Scheriff zu Balsora / einer der Pforten sonst unterworffenen Stadt / am Persischen Meer / seinem Ober-Herrn wenig Respect ertheilet. Ja der Sultan selbsten / muß dem Scheriff zu Mecca, oder Mecha / jährlich ein groß Geschenck zusenden / um dessen Gunst beyzubehalten; Wann dann nun die Araber / erzehlter Massen / ein so ungezämtes / und undisciplinirtes Volck sind / so hat man sich desto weniger zu verwundern / wann sie die erste / als beste Gelegenheit ergreiffen / revoltiren / und sich gegen die Pforte / für Feinde declariren.
Autor Relat. ex Parn. An. 1701. N. CII. CIII. 23. & 27. Decemb.

ARABO
Fluvius.

Sinus in Australi latere Hungariæ, *Raab*, urbem similis nominis alluens, & unà cum Danubio Insulam *Schutt* constituens. Inter Turcas fama tenet, Solimannum Pretiosum Imp. Turcium solenniter juraſſe pro se ac posteris suis, se nunquam fluvium hunc ad infestandas Christianas Regiones transiturum: Sed Magnus Vezirus nihilominus jussu Portæ eum An. 1664. transiit, & transitus pœnam quoque gravissimà clade mox luit. Fluvius enim nocte transitum secuta tanta incrementa sumsit, ut vix natando amplius superari posset: Unde Christiani Turcas non in justam aciem dispositos statim impetierunt, & quos armis asse-

qui

qui non pōterant, in fluvium fugarunt. Est hæc celebris illa victoria ad S. Gothardum, qua glorioſior à multis retro annis adverſus Turcas haud extitit; Ipſi Turcæ ſuperſtites hujus ſenſu graviter affecti fuêre, cauſam in violato Solimanni juramento recumbere rati. *D. Beeman. H. O. T. P. I. C. III. §. 12. p. 71.* Fluvium hunc peſtilentes aquas & ſummè graveolentes volvere adeò ut piſces, cancrique etiam cocti, putidum fœtorem ſpargant, dicit *Lanſius Orat. contr. Hungariam p. 608. 609.*

ARANEÆ
Et Bufonis Antipathia.

§. 1.

In Britannien pfleget man in den Gemächern den Erdboden mit grünen Sembden oder Binſen zu beſtreuen. Als nun eine gewiſſe Manns-Perſon etliche Büſchel in ſein Gemach getragen / in Willens / dieſelbe bey guter Gelegenheit auffzulöſen und auszuſtreuen / ſich auch hernach / nach eingenommener Mahlzeit / auf den Rücken ein wenig zu ſchlaffen geleget hatte / da krochе aus einem Büſchel eine ſehr groſſe Kröte hervor / welche ſich auf des Schlaffenden Mund ſetzte / und die Ober- und Unter-Leffzen mit den vier Füſſen einnahme. Was ſollten nun hier die Herbeykommende machen? Die Kröte hinweg zu reiſſen / wäre eben ſo viel geweſen / als den gewiſſen Tod zu überantworten; Sie aber daran kleiben zu laſſen / wäre ja ärger als der Tod geweſen. Endlich wurde der gute Menſch / auf Einrathen etlicher guter Freunde / auf den Rücken liegend / unter ein Fenſter gebracht / allwo eine ziemliche groſſe Spinne ihr Gewebe auffgezogen hatte. So bald ſelbige ihren Feind erblickte / lieſſe ſie ſich herab / und ſtach dreymahl nach der Kröte / welche darauf die Füſſe zu ſich zoge / von der Krafft des Giffts zerberſtete / und endlich gar herunter fiele; Alſo hat ſich die Spinne gegen ihrem Wirth danckbar erzeiget. *Sebenckius Obſervat. VII. Lib. Obſervat. CXV. ap. D. J. A. Weber. Diſcurſ. Curioſ. LII. Obſervat. II. p. 1185. ſeq. Ernſt. Franciſci* in der luſt. Schau-Bühne / *P. III. Converſ. I. p. 23.*

§. 2.

Unum venenum alteri contrarium eſſe, bufo & araneus, quæquæ inter hæc duo animalia intercedit antipathia, manifeſtè indicat. Cum enim, neſcio apud quem Autorem de horum animalium antipathiâ legiſſem (inquit *P. Athanaſius Kircherus in Mund. Subterrean. Tom. II. Lib. IX.*) rem experimento tentandam duxi: unde rubetæ foſſæ incluſæ, araneum ex baculo pendentem cum admoviſſem, araneus conſpecto hoſte, protinus per filum deſcendens, punctuâque inflictâ, eam non ſtupefecit duntaxat, ſed & penitus exanimavit, victoriâ-

que quasi de hoste reportatâ, per filium in locum, unde demissus fuerat se restituit.

§. 3.

Causa hujus antipathiæ reducenda est in diversitatem veneni; cum enim venenum rubetæ seu bufonis prorsus terrestre sit, ex putrido & virulento muco ortum, aranei verò venenum sit aëreum subtile ac Spiritu turgidum, utpote ex aëre sive murorum, lignorumque putridorum poris rimisque extractum & collectum; hinc fit, ut aranea Spiritibus deleteriis, & mineralium succis plena, haud dissimile gignat venenum: quod mox ubi bufonis corpori immiserit, cum temperamento bufonis maximè contrarium & inimicum sit, repentè subtili celerique activitate suâ bufonem interimit. *Weber. Art. Disc. Font. LXXXV. Ex. X. p. 671. seq.* Aranea à proprio fœtu educato perimitur.

Aranea ignorat liberos ut educet:
Quis enutritis, interit à charissimis.

De iis, qui contra semetipsos aliquid moliuntur. *Suidas in v. ἀγνὸς p. 18.*

Ænigma.

Non mihi sunt radii, non licea, trama nec ulla,
Stamina non plena persolvenda colo:
Ipsa tamen, natæ Jovis æmula, texo laborans,
Ut telas referant serica nulla meas.
Exonero plenum contexens sedula ventrem,
Eque meâ reples viscera fauce vomo.
Insidior latitans, pedicas & retia pono,
Donec adit casses præda petita meos.
Admoneo legum qualis censura feratur,
Arbitrio judex cum docet æqua suo.

Nic. Reusnerus, in Ænigmat. Varior. p. 199. Optimè dixit sapiens ille Philosophus (Anacharsis) leges interdum similes esse aranearum telis atque cassibus, quibus infirmæ bestiolæ implicantur, validiores transmittuntur. Leges capiunt & mulctant imbecilles ac miseros, quas opulenti perrumpunt &c. *Salm. in Pancirol. P. I. Tit. XLIV. p. 183. b. Zwingerus. Theat. Vit. Hum. Vol. VII. Lib. I. p. 1575. a.* Aranearum telæ, ut *Eucherius* habet, concupiscentiæ nostræ operæ sunt, qui nulla densantur soliditate, ventis cujuslibet humanæ injuriæ exposita. *Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. XXV. Cap. XLVIII. p. 324.*

* * * * *

Usus abest mannum, ducens pede stamina texo,
Alvus lanigerâ fertilitate scatet,

Cum

Cum pedicas muſcis, ſcrutulatum rete faceſſo,
Concedunt tramis ſerica fila meis.

* * * * *

Pallas me docuit texendi noſſe laborem:
Nec telæ radios poſcunt, nec licia telæ:
Nulla mihi manus eſt, pedibus tamen omnia fiunt.

Reuſner. l. c. p. 9. 76.

Venenum exterius, non interius lethale.

Vir ingenioſus *Nathanael Fairfax*, excerptis quibusdam ex Ephemeride 4. Jan. Anni 1666. Ephemeridibus noſtris inſertâ, in quâ venenum animalium, quod tunc cum exterius applicatur vulneribus, lethale eſt, deglutitum nihil mali inferat, perlectis; quò id confirmaret, certiores nos fecit, quod noti ſibi ſint homines, qui ſæpè deglutiverint araneas maximè venenoſas etiam, qui tamen nihil exindè mali fuiſſent experti, non magis atque gallinæ, quarum quotidianum illæ nutrimentum ſunt. Populos etiam eſſe dicit, qui bufones comederunt, neque tamen quidquam exindè ſenſerunt incommodi, ut ut inſectorum iſtorum venenum exterius applicatum maximè periculoſum ſit. Puerum enim lapide petiiſſe bufonem, quem necaret, refert, hujus verò venenum cum in labia ipſius proſiliiſſet, adeò inflavit ea, ut duos digitos magnitudine referrent, circa quæ, cum nullum poſteà paratum eſſet remedium, in ea poſitu ea poſtmodum permansêre. Vid. *Le Journal des Scavans b. e. Ephemerides Eruditorum Gallic. An. 1667. Tom. III. Ephemerid. VIII. p. 110.*

ARANEUS

Per propria damna nocivus.

Adſpice miranda quam texat araneus arte,
Ralla, Jugum, radius, ſtamen & ipſe ſuum
Egerit, egeſtum nectit ſuper arbore, filum,
Pendulus hoc variis itque reditque viis.
Qua graditur nova fila trahens, ſexangula circum
Explicat è fibris retia ducta ſuis.
Tot laqueos nectit, tot ſolers vincula jungit,
Te quia vult prædam, parvula muſca, ſuam.
Qui ſic ut pereant alii, ſua prodigit, ille
Fraude venenata plenus araneus eſt.

* *

So thut mancher ſelbſt ſich weh/
Daß es andern übel geh!

Schau!

Schau! Es ist wunderns wehrt/der Spinnen künstlichs Weben/
Die selbst ihr Garn und Kam̃/ihr Eintrag/Spuhl und Stuhl.
Sie zettelt Faden an aus ihrem Leib und Leben/
Und rennt (Seil-Täntzer komm' und geh' hier in die Schul)
Von dem/zum andern Baum. Sie zieht mit höchsten Fleiß
Aus ihren Därmer-Zwirn/ein allzeit frisches Gleiß.
Recht nach der Messe-Kunst. Führt gleich abstehnde Züge/
Und schließt sie ingesammt mit einen Sechs-Eck ein.
Und dieses alles thut sie dir/du kleine Fliege/
Daß du darinnen mögst von ihr gefangen seyn.
Wer nun sich selbst verderbt/zu andrer Leute Leid/
Ist der nicht Spinnen-Art/voll Falschheit/Gifft und Neid?

P. Abrah. à S. Clara, im Huy und Pfuy *in Tit. Amneus, p. 133.*

Unde?

Aranea est ab Ebr. אָרַג texuit, contexuit, Jud. XVI, 15. A Gallis expressius, retenta scil. litera g. *araigne* dicitur, & à Græcis *ἀράχνης*: unde est *ἀράχνη* i. e. tela, quam texunt aranei. Nec Gallus, nec Græcus rationem aliquam idoneam nomenclationis hujus reddere potest; Ebræus solus potest, ut ex adductâ radice liquet. Rectè Aristoteles textoriam homines ab araneâ didicisse scribit. *Eduard. Leigh Crit. Sacr. P. I. p. 12. 6.* Apud Caribes, in novo Orbe, Aranei dentibus sunt longis & acutis cruribus exiguis, tanti intereà corporis ut dimidium malum citreum ad æquent: Telam ii texunt filis adeò firmis, ut iis passeres etiam aliæque volucres irretiantur, fœminisque calanticæ inde parentur, quæ cum abluuntur, albæ fiunt. *Euseb. Nierenberg. Hist. Nat. Lib. XII. Cap. XXVI. ap. Hofm. L. U. in b. v. p. 289.*

ARARAT

Mons.

Arcam Noæ in montanis Ararat consedisse, hodieque ejus exstare vestigia, & quod olim medicinæ adhibuerint, ut nunc Thericum dicit *Josephus Lib. I. Cap. IV. Antiq.* Imo Armeni communiter testantur ejus reliquias etiamnum videri lapideam ferè duritiem indutas, & Scammachiæ in Templo Armenico Crucem spadiceam ex hisce reliquiis confectam ostendunt. *D. Beeman. l. r. Cap. VII. §. 9. p. 298. Haithonus Armenius Hist. Orient. c. IX. p. 10.* Ad Annum Christi 640. ejus ibidem exstiterunt reliquiæ, quas, Elmacino Arabe teste, Heraclius Imperator suis oculis lustravit, qvum Persas in Armeniâ vicisset. Et Omar, qui Caliphatum adeptus est A. C. 643. reliquias has de monte translatas, pro tabulato

bulato Templi à seſe exſtructi adhibuit, quod tradit Benjamin Tudelenſis, *Joh. Buno in Cluver. Introd. in Un. Geogr. Lib. V. C. XVI. p. 563.* Sed poſt tot temporum diſcriminumque intervalla etiamnum veſtigia ejus conſpici poſſe, vix ac ne vix quidem nobis perſvadere poſſumus, inquit *M. Joh. Buſch / Diſſ. Phil. de Odore quietis Sacrificii Noachici ex Gen. IIX, 21. §. 8. M. Mart. Ligenius, in Θεολογια ſeu Diſſ. Phyſ. de Montibus Cap. II. Q. VI. & in Navigio Salomoneo C. I. Th. IV. Nic. Füllerus Miſcell. Sacr. Lib. I. Caſ. IV. p. 35. ſeq.* Terræ motibus hodiè ferè inacceſſus redditus eſt. *Hofm. L. U. in h. v. p. 290.* Ab Armenis mons hic vocatur Meſeſonſar, h. e. der Kaſten-Berg / *Tavernier H. O. T. I. Lib. I. Cap. IV. p. 17. a.* Eoque viſo proni terram oſculantur, ſublatisque in cœlum oculis ſignum Crucis formant, ac preces aliquas recitant, *Beem. l. c.* Urbs primaria Regni Mogor eſt Agra, cujus incolæ longiſſimo itinere trahuntur ad venerationem Arcæ Noæ, in urbe *Natkſivan* appellatâ (quæ in Armeniâ omnium creditur antiquiſſima, & Noacho Arcâ egreſſo condita eſſe; *Nack* ap. Armenos Navim, *Sivan* manſionem ſignificat) altiſſimo in monte Ararat, inter duo juga conſtitutæ. Vidit illam non ſemel P. Henricus Roth, Germanus Dilinganus in Mogore præco Evangelii, vaſtiſſimâ mole ſtantem, ſed perpetuis nivibus ita ſeptam & inacceſſam, ut nullâ hactenus arte, aut pretio ab Armenis adiri potuerit. Cæterum Mons Ararat, ut ſuperiori ſui parte frigeſcit, & perpetuâ hyeme rigeſcit, ita mediâ ſeu inferiore caleſcit, & perpetuâ æſtate vernat. Vinum ibidem prope civitatem Agram creſcens tam exquiſitè bonum & præſtans eſt, ut Patriarcha Armenorum illic habitans non lepidè minus, quam verè ſupradicto Patri dixerit, mirum non eſſe, quod Noa ex primâ iſtâ vineæ ſuæ culturâ inebriatus ſit, quod nusquam gentium generoſius vinum reperiatur, *Weber. Art. Diſc. Font. IV. Ex. II. p. 28 29.*

ARATRUM

§. 1.

In condendis & evertendis urbibus adhibitum, *D. Zimmerm. Floril. Hiſt. Th. P. II. p. 542 ſeq. Joh. Pier. Valerian. Hierogl. Lib XLIIX. Cap. XIV. p. 605. Alex. ab Alex. G. D. Lib. VI. Cap. XII. p. 354.* Quare oppida, quæ prius circumducta erant aratro, ab *orbe* & urvo, *urbes:* & coloniæ Romanæ omnes in literis antiquis ſcribuntur urbes, quod item conditæ ut Roma. *Virgil.*

Interea Æneas urbem deſignat aratro.

Cœlius Rhod. L. A. Lib. XXVI. Cap. V. p. 363. 364. Aratro namque ſulcum ducere ſolebant, illoque urbium condendarum magnitudinem definiebant, *Varro Lib. IV. de Ling. Lat.* Et hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato, ut urbs foſſa muroque munita eſſet, hinc ab illa munitione *mœnia* dicta. *Virgil. I. Georgo.*

Apta dies legitur quo mœnia signet aratro.

Quin imò non tantum in urbe condenda aratrum adhibitum fuit, sed & in evertendâ. Unde Carthago aratrum passa dicitur, *l. 21. ff. quibus modis usufr.* quando expugnata & deleta est, quâ de re ex Alberic. hos versus citat *Dionys. Gothofred. in not. ad. d. l.*

Urbs bona Carthago
Cujus non restat imago,
Scripta forma Patrum
Quod passa fuisset aratrum.

§. 2.

Nihil igitur est aliud aratrum inducere, quam ædificia & muros solo æquare, Sic Templo Hierosolymitano aratrum inductum fuisse scribunt *Josephus & Hieron.* Sicuti salem inspergere nihil est aliud, quam ad perpetuam infœcunditatem locum designare. Urbes vastatæ arantur & Sale conseruntur. *Ursin. Ant. Sacr. Lib. II. Cap. 30. p. 155. seq.* Sic Sichemo salem insperſit Abimelech Judic. 9. Mediolano Fridericus Barbarossa *Naucler. in Fried.* Per aratrum ergò voluerunt veteres fundum reducere ad pascua & agros; per salem perpetuam in fœcunditatem designarunt; Sal enim agros sterilescere facit. *S. Majolus D. C. Coll. 18. p. 574.* Et hæc est illa internecio, quam Judæis DEus minatus est, Devt. XVI, 23. si audieritis &c. q. d. fore, ut interficiantur gladii cæde omnes, qui sunt in civitate, civitas incendatur igni, & maneat sine habitaculo in æternum, nec reædificetur usque nunc. *D. Christ.* **Liebenthal** / *Coll. Polit. Exercit. 5. §. 12. p. 112.*

Evangelicum

Ex Luc. IX, 62. pluribus vid. descriptum in *Append. Bibl. Tom. I. p. 331. seq.*

Spolians aut furans, ut alii fures puniendus.

§. 1.

Severissima est sanctio Juris Saxonici, in eos, qui aratrum spoliant aut furantur, pœnam Rotæ decernens, **im Land-R.** *Lib. II. Art. XIII.* ob singularem procul dubio agriculturæ favorem, ex quo etiam de Jure Civili pignoratio instrumentorum rusticorum prohibetur, & ne rustici ad ullum obsequium devocentur, sub gravi pœna interdicitur, *l. executores 7. C. quæ res pign. oblig. poss. tot. tit. C. ne Rustici ad ull. obs. devoc.* Non tamen ex sanctione hac puniendi sunt, qui aratrum haud quidem abstulerunt, attamen corruperunt, & fregerunt, ut probè notat *Petr. Heig. Part. II. Quæst. XXX. n. 10.*

§. 2.

Ac nec hodiè furtum aut spolium aratri tam graviter vindicatur, sed ab usu

recessit

receſſit Juris Saxonici rigor, & ſimplicis furti pœna etiam in foro Saxonico plectuntur, qui aratrum furati ſunt, aut ſpoliarunt, habito nempe reſpectu ad quantitatem & æſtimationem rerum furto ſubtractarum, ita ut vel mulcta pecuniaria, carceris aut relegationis pœna, aut ſi plura aratra, quorum tamen, omnium valor ad ſummam quinque aureorum Ungaricorum aſcendit, ablata fuerint, fuſtigatio imponatur; Hätte er ſolches mehrmahls begangen / oder mehr denn einen Pflug geſtohlen/und ſolche Diebſtäle trügen nicht fünff Ungariſche Gülden aus / ſo ſoll er mit Staupenſchlagen ewig verwieſen werden.

Impediunt Muſcæ.

Objurgabat herus famulum, quod tardius æquo,
Stivam tractantes exſtimularet equos.
Hoc muſcæ faciunt, quæ me pro tempore pungunt,
Villice mi, famulus dicit, ut ipſe vides.
Villicus huic iterum: muſcæ plerumque laborum
Pertæſos ſtimulis ſic agitare ſolent.
Proh modò quot muſcæ circum tua terga videtur,
Objicit è contra verna malignus hero.

Sal. Kuſelius, Hor. Succiſ. Lib, p. 171.

ARATRO

Equos junctos per vim abigens gladio feriri debet.

An ergò uſu non obſervabitur ſanctio Juris Saxonici, quæ fures aratrorum rotâ contundi jubet? *in Land-R. l. c.* Non certè, quod nec mirum alicui videbitur, cum pleraque ferè Juris Saxonici capitula in deſvetudinem abierint, nec aliter hæc autoritatem habeant, quam ſi conſvetudine approbata fuerint. Quin & ſi textum Juris Saxonici *in dict. Art. 13.* accuratioribus oculis inſpexeris, de raptoribus, qui equos ex aratro violenter abducunt, ibidem agi, fateri neceſſum habebis. Da aber einer die Pferde/ ſo vor dem Pfluge gehen / gewaltſamer Weiſe entreiten/ oder entwenden würde/ derſelbe ſoll als ein Räuber mit dem Schwerdt/ und wozu ſolchen Raub an iemands eine Mordthat mit begangen/ alsdenn mit dem Rade geſtrafft und gerichtet werden. Atqui hoſce Rotæ ſupplicio puniri, ſi quis ſimul fuerit occiſus, & ſic latrocinium perpetratum, nemo ambigit, quia latrones pœnâ rotæ plectuntur; Nemine verò occiſo, nec latrocinio commiſſo, raptores equorum aratro junctorum gladio feriuntur. Ita Domini contra G. W. zu Freyburg / Menſ. Jul. Ann. 1626. Verba ſententiæ: Da nun der Gefangene / auf ſeiner gethanen Bekänntniß vor öffentlichen ge-

hegten peinlichen Hals-Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten / wie recht / überwiesen würde / so möchte er von wegen solcher seiner begangenen und bekandten Beraubung / weil man der Erkundigung gewiß / daß das Pferd auff freyen Felde aus dem Pflug oder Waltzen ausgespannet worden / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet / und nach beschehener Execution, der Cörper auf ein Rad geleget und geflechten werden / V. R. W. *D. Carpz. Jurispr. Forens. Rom. Sax. P. IV. Constit. XXXV. Definit. I. II. p. 1430.*

An Adamus usus?

§. 1.

Nec Adamus, nec posteri ejus ad *Tubalcainum* usque aratro usi sunt: Æs enim ac ferrum hic primus tractare docuit, ipso MOSE teste, Gen. IV, 22. arare verò Latinis est *aere terram scindere*, juxta *Isidorum Orig. Lib. XVII. p. 1236. Aratro* tamen notanter addo; Varia enim terram colendi genera esse, *Plinius* ostendit *Lib. XIIX. Cap. XIIX. p. 128.* In Ægypto coloni vice Nilus fungitur; quo enim tempore ille, terra inundata, in pristinum locum se colligit, Ægyptii serere soliti sunt, mox sues impellere, vestigiis semina deprimentes,

§. 2.

Post tamen & Ægyptii aratro usi sunt, quem colendi modum apud diversos diversum etiam hodie inveniri *Polydorus Vergilius Lib. III. de Rer. Inv* & *Almeloveen in Onomastico*, aliique docere possunt. *M. Joh. Petr. Ludovicus, in Historiâ sine Parente, §. 1. lit. K.*

Vulgus.

Adam primus homo rastro cum verteret arvum,
Evaque tractaret, prima virago, colum;
Dicite magnates quæ vestræ gloria gentis
Tunc erat, aut cujus nobilitatis honos?

Magistratus.

Scimus, quæ nostræ gentis communis origo,
Sed DEUS hanc certos jussit habere gradus.

Vid. *Appamt. Bibl. Tom. II. p. 508.*

ARBITER

Et Mediator plerumque incurrunt odium.

Inter pincernam & pistorem Principis Aulæ
Cujusdam ob causam lis erat orta levem.
Alloquitur pincerna coqvum mediator ut in-
Se sociumque suum non malus esse velit.

Janitor

Janitor hoc interveniens dissvadet apertè;
Scire cupit causam mox coqvus; alter ait:
Nescis quid medias habitantibus accidit ædes?
Non, coqvus inquit, ei janitor enumerat:
Funditur à superis lotium, fit fumus ab imis,
Incola qui mediam gestit habere domum.
Sal. Kusel. Hor. Succis. p. 278.

ARBOR
Vitæ.

§. 1.

Dicta ita *ab effectu*, & ab *intrinsecâ facultate* vitam homnis à senio, morbis & morte conservandi usque ad naturalem terminum, (terminum translationis) in quo sine dolore, & morte in vitam æternam fuisset translatus, non exutus *naturâ*, sed supervestitus *gloriâ*) hanc enim nominis rationem assignat Deus ipse, Gen. III, 22. *Gerhard. ap. D. Christ. Chemnit. Diss. de Arab. Vita I. §. IV.* Calidum innatum cum humido radicali, quod à calore naturaliter absumitur, restauraſſet fortiter, & apparatum virium novo redintegrasset pabulo, ut quotiescunque eo quidem vesceretur Adam, caro ejus semper quasi refloresceret, hinc Poëtarum Nectar & Ambrosia, homines ad juventutis revocans vigorem. *M. Georg. Casp. Kirchmaier de Paradiso s. Horto Eden §. 10. M. Enoch. Zobel, Defens. Orthod. de statu primi Hominis S. II. §. 24. p. 22.*

§. 2.

Non ergo est invidiæ, quod DEus homines ab arbore vitæ arcet. Fecit enim id, ut cursum peccati cohiberet: Est igitur pœna illa medicina, non mors. Nam licet Adamus sententiam divini Judicii, quæ jam pronunciata erat, pulvis es, & in pulverem reverteris, intervertere esu pomi vitalis non potuisset; vitam tamen in multa secula hoc ipso medicamento produxisset. *Chemnit. l. c. Diss. 4. §. 4. Majol. D. C. Coll. 17. p. 536. R. Menasse ben Israel Conciliat. in Gen. Q. XXII. §. 2. p. 31.* Judæorum sunt deliramenta arborem hanc in altitudine habuisse iter quingentorum annorum: quapropter grossitiem ejus, h. e. trunci vel stipitis ejus, majorem fuisse, grossitie totius terræ. Aliud deliramentum est, quod dicunt, Arborem Vitæ ambulasse. Quæ Judæis pulpamenta relinquamus. Conf. *D. Seiffarti Biblia in Imaginibus P. I. p. 102. seq.*

Quamdiu duravit?

Usque ad diluvium, in quo & IPSA unà cum Paradiso eruta fuit, & subversa. Vid. *Chemnit. l. c. §. 11. Diss. IV.*

An unicum tantum productum fuit hujus arboris individuum, an verò plura?

§. 1.

In Ebræo habetur nomen עץ *Lignum* sive *Arbor*, quod & *Speciem* significare potest, pluribus individuis constantem, & *unicum individuum*, ut patet ex Cap. III, 2. ubi plures arbores significat, dum dixit Eva: מִפְּרִי עֵץ הַגָּן נֹאכֵל *De fructu ligni horti comedemus.* ubi, quin vocula עֵץ *plures* significat *arbores*; nemo dubitat. Sic etiam *Drusius* ad loca difficiliora Gen. p. 22. circa Capitis III, 8. *in medio arboris horti*, ex quo *Johannes Temporarius* propter numerum singularem collegerit, ficum Indicam fuisse, sub quâ Adam cum uxore delituerit, & cujus foliis posteà se texerit, annotat. *Arboris* ibi positum esse pro *Arborum*, ut Exod. X, 15. legatur, *omnem fructum arboris, quem reliquum fecerat grando.*

§. 2.

Joh. Calvinus in h. l. dicit: Incertum est, duone tantum individua, an duas arborum species designet, utraque opinio probabilis est: res verò minimè digna, pro quâ contentio sumatur: quandoquidem vel parum, vel nihil nostrâ interest, utrumvis asseratur. Ubi quidem non admodum malè judicat, rem esse minime dignam, pro quâ contentio sumatur. Scitè & *Augustinus* inquit *Lib. VIII. de Gen. ad literam Cap. V.* Melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis! Videbimus tamen, quid hic interpretes alii sentiant, & quid quam proximè accedat ad textum.

§. 3.

Asserunt itaque plerique alii *Priùs*, statuentes: *Non nisi unicum hujus Arboris individuum fuisse.* Unde *Mercerus* postquam dixisset *p. 49.* Hic dubium esse potest, de duobusne individuis arborum dicat, an verò de duplici arborum specie, *subjungit:* Quod quanquam parvi referat, video tamen, & nostros, & Ebræos magis illud sequi, ut duo tantum fuerint individua arborum, ex quibus postea tota terra erat propaganda in usum totius posteritatis Adami. Ita *Mercerus.* Sic *Tostatus*, *in Cap. XIII. Gen. Quæst. CXXXVI.* disputat, Lignum vitæ unum tantum fuisse in specie suâ. Et urget 1.) *numerum* dicens; Dixit lignum singulariter. E. unum tantum erat, Quod argumentum tamen non est firmum, ut ex præcedentibus patet. *Quia lignum hoc dicatur fuisse in medio Paradisi.* Centrum enim non nisi unicum datur. Sed nec hæc ratio irrefragabilis: quia medium sumi posset pro *capacitate satis amplâ*; nec necesse est, *Mathematicè* hoc sumere; quia dicatur Cap. III. *ne sumat de ligno vitæ.* 4.) Item Cherubim custodivisse viam ad lignum vitæ, & ita utrobique *significari unicum* 5.) Quia sufficerit unicum, quoniam paucus cibus indè fuerit sumendus.

§. 4.

§. 4.

Eadem quoque sententia est *Jacobi Bonfrerii* Professoris Sacrarum literarum & Lingvæ Sanctæ in Academiâ Duacenâ, dum inquit *Comment. in Gen. p. 117.* Nota, verisimile esse, unicam tantum fuisse arborem vitæ; id enim Scripturæ verbis videtur convenientius: neque verò pluribus fuit opus, cum duo initio essent homines, & una illa, etsi multo plures fuissent, sufficisset, cum non esset illa quotidianus cibus; sed subindè tantum per modum medicinæ sumeretur. Aucto tamen humano genere, nihil vetat dicere, hanc arborem propagandam, sive in paradiso, sive forte etiam extra paradisum, ad eum modum, quo certe arbores propagantur.

§. 5.

Verisimilius igitur videtur, unicum tantum fuisse hujus arboris individuum, & quidem specialiter in hunc finem à DEo productum: quoniam Scriptura semper loquitur de eo in singulari, nec urgens ratio sit, quare nomen יעץ *collectivè* sumatur; estque probabile, utramque arborem tam *Vitæ*, quam *Scientiæ Boni & Mali* valdè conspicuam, floridam & pulchram fuisse, unde ut *Lutherus DEum ut hortulanum has ARBORES præcteris coluisse & amasse*, dicit. Litem tamen propterea à nemini movebimus. Nam etiam *Rungius in h. l.* scribit: *Comment. in Gen. p. 112.* An tantum de uno individuo loquatur Moses, an verò certam arborum speciem notet, non opus est disputare, cum utrumque possit statui. De unâ tamen quadam arbore nobili accipit quoque B. Noster *Lutherus*, ut & *Quæst. XII. in Cap. II. Genes.*, *Chemnit. Disp. cit. l. §. 13. 14. Ursinus Arboret. Biblic. Sect. VI. Cap. XLV. §. 9. p. 585. seq.*

§. 6.

Sed si una, *quod verò si actum fuisset genus humanum?* Otiosa quæstio; dicunt tamen, speciem propagari potuisse. Non puto necessarium fuisse: nam & in multa secula perennem servare DEus, quousque voluisset, potuisset; Et fructus ejus sufficere omnibus Paradisi incolis potuissent, usque dum ex animali vitâ in spiritualem transferrentur. Similis Domino nostro JEsu, cui nemo secundus; ciboque Eucharistico, de quo sumit unus, sumunt mille, nec sumptus absumitur. *Ursin. l. c.*

Scientiæ Boni & Mali cur ita dicta?

§. 1.

Sunt nonnulli, qui putant hanc arborem nomen & appellationem suam accepisse à falsâ Satanæ persvasione & deceptione, quæ Adamo & Evæ facta sit, quandò dixerit eis: *Eritis sicut Dii, scientes BONUM & MALUM.* Sed hæc sententia subsistere non potest; Quandoquidem non ex Serpentis abusu & persvasione,

sione, sed ex divinâ impositione ARBOR hæc nomen suum est sortita. Et quam periculosè sententiam istam secuta fuerit Eva: & quam falsa protulerit mendacii pater, humanum genus etiamnum deplorat & experitur. *Secundò* igitur *Josephus* â malo verborum intellectu itidem non multum recedens *Lib. I. Antiq. Cap. II.* arbitratur, hanc arborem sic appellatam fuisse, quod ejus fructus, si ederetur ab homine, vim haberet augendi *acumen ingenii* & *solertiam ac prudentiam cogitandi*, multumque conferret ad percipiendam scientiam. *Arbori enim*, inquit, *acuminis cogitandi vis inerat*. A cujus sententia fortassis etiam non differt sententia illorum Rabbinorum, qui juxta *Gerhardum in h. l.* dicunt, eam sic appellatam fuisse propterea, *quod vim haberet accelerandi usum rationis, & liberi arbitrii.*

§. 2.

Quæ si vera essent, sapientior omninò redditus fuisset Adamus post lapsum, quam ante eundem fuisset. Qui igitur opinionem has sequuntur, omnes in hoc conveniunt, ut statuant: Arborem hanc appellatam fuisse respectu alicujus *Efficientia* aut *productionis*; quasi nimirum virtutem habuerit *efficiendi aliquid* in vescente, aut conferendi ei scientiam boni & mali, id est, *acumen ingenii*, ut Josephus: aut *usum rationis & liberi arbitrii accelerandi*, ut Rabbini interpretantur. Sed quam per esum de fructu istius arboris planè nihil collatum fuerit humano generi, sed potius omnia deperdita, vox DEI docet, cum miseratus Protoplastos, cap. III, 22. diceret: *Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est.* Quæ verba sunt non illudentis miseriam, sed justè exprobrantis culpam.

§. 3.

Melius alii, Arborem hanc à DEO appellatam fuisse *Arborem Scientiæ Boni & Mali*, cum esu ejus v. 16. Adamo interdiceret, à *FINE* seu *Usu* divinitus constituto. Fuit enim velut quædam ara & templum, in quo disceret, quantum sit bonum, in concreatâ integritate persistere, & quantum sit malum, ab eâ deficere, ut loquitur *B. Gerhardus Comment. in Gen. p. 49. Disp. Isag. XXII. Cap. IX. §. 20.* Adeoque in istâ tanquam in arâ & templo DEI contemplari, discere & experiri potuit, quid bonum esset, quid malum: bonum, quod DEUS præceperat, malum, quod prohibuerat. Bonum in obedientiâ & concreatâ integritate consistere: Malum, delabi ad inobedientiam, & pristinam integritatem amittere.

Qualis Speciei?

Pro *Ficu* pronunciare scio Theodoretum, Procopium & Del-Rio, quod ex eâ Protoplasti subligacula sibi confecerint, ut maximè vicinâ. Sed hoc ipsum valde adhuc dubium, veriti enim fuissent, ne per hæc ipsa folia transgressio illo-

rum

rum quasi proderetur & manifestaretur; Cogitassent, Dominum statim agnituru esse ista folia &c. Neque post esum de arbore vetitâ diu circa eam hæsit Eva, sed mox, ut credibile est, ad absentem maritum properavit, factum exponens, & ut ipse ederet, ei persvadens Gen. II, 6.12. Sine dubio etiam postea ex metu abstinuerunt ab istâ arbore. Alii arborem istam MALUM fuisse statuunt, propter dictum Salomonis, Cant. VIII, 5. Sub arbore malo suscitavi te: ibi enixa est mater tua, ibi peperit genitrix tua. Sed cum in Cantico Salomonis omnia ferè sint parabolica; nec firmum inde pro astruendâ hâc sententiâ argumentum peti potest. Alii VITEM ponunt. Quoniam Salvator noster Sacro-Sanctam Evchariſtiam instituerit ex fructu vitis Matth. XXVI, 27. Sed neque hîc vis ulla connexionis est. Tutissimum igitur erit dicere: Qualis fuerit arbor, id ignorari, nec certi quid affirmari posse. *Chemnit. de arbore scientiæ boni & mali §. 10. seq. Kirchmaier l. c. §. 13.* Non tam quid ederint, quam quomodò ederint Protoplasti, considerandum est. *Micral. Hist. Eccles. Lib. I. S. I. Q. XXVII. p. 29. Ed. Hartn.*

Cur hoc ignoratur?

Non disertè nominatur Arbor scientiæ boni & mali, in quâ peccarunt Parentes nostri, ne, si homines aspicerent eam, contemnerent bonam Dei creaturam, dicentes: Hæc est arbor, quæ homini peccandi occasionem dedit. *Fagius ad Gen. III. 7. in Op. Angl. T. I. p. 74.* Huic arbori tanquam lemma apponi potest: Nocuit didicisse! *Pexenfeld. A. E. Cap. XCIX. p. 835.* Est hæc quoque ingnorantia pœnæ aliqua portio, quâ attrectatâ arbore attraxit humano generi homo primus. *B. D. Danhauerus, Omt. Acad. II. Homiliis ejus Sacris annex. p. 568.*

Vitæ est Evangelium.

Arbor vitæ est Evangelium & quidem 1) *Odorifera*, cujus odor fluxit α) *longinquè* in V. T. Es. XLV, 8. Luc. X, 24. Act. XV, 11. β) *propinquè*, Matth. XI, 2. 2) *Frugifera*, ubi α) *semen* vel seminatio, quæ facta in paradiso, Gen. III. 15. β) *Germen* vel germinatio, in promissionis, Gen. XII, 3. Cap. XXVIII, 14. Devt. XVIII, 15. 2. Sam. VII, 12. δ) *Augmen* vel augmentatio: partim in florum viriditate, quæ vaticinia, Gen. XLIX, 18. Es. VII, 14. Cap. IX, 6. Cap. XI, 1. partim in florum varietate, quæ sacrificia & typi: partim in fructuum ubertate, Matth. XI, 4. 3) *salutifera*. Ex floribus salutiferis *apicula* mel, *anguis* venenum sugunt, Conf. 2. Cor XI, 16. & aspice apiculas, Matth. XI, 6. 7. 1. Cor. I, 18. araneas, Matth. XI, 6. 1. Cor. I, 18. *Binchius, in Mellific. ap. M. Bauman. in Anal. Allegor. p. 129.*

Viridis Christus. Luc. XXIII, 28.

Si in virenti arbore ista faciunt, in aridâ quid fiet? q. d. si lignum viride

combaritur, multo minus parcetur arido: & si virens lignum consumitur. multo facilius aridum. Si designant ista in me fructifero, & perpetuo virente: quid fiet in vobis infructuosis, & omnis justitiæ vivificæ expertibus? *Polanus Synt. Th. Lib. VI. Cap. XVIII. p. 1303.* Bar Kippuki in funere Rabbenu ita lessus erat: Si cedros flamma corripuit, quid fiet de hyssopo prodeunte de pariete? Si Leviathan hamo captus est, quid facient pisces in paludibus? Si in torrentem inundantem cecidit hamus, quid facient aquæ lacunarum? *B. Pfeiff. Antiq. Sacr. Dec. I. Pos. IV. §. 5. p. 16.* CHRISTI comparationem cum arbore viridi multis exhibet. *M. Bauman. in Anal. Allegor. p. 506. seq.*

O arbor vitæ! sine te sumus arida ligna,
Quandò tibi inserimur florida palma sumus!

Aquifera.

Est inter Canarias arbor quædam in Insula *Ferri* seu *Ferro*, quæ Insulanis loco uberis fontis aquam suppeditat, exsudantem stillantemque è foliis, & quidem tantâ copiâ, ut non incolis modò, sed multo pluribus etiam sufficere possit. Ea arbor mediocri magnitudine, nucis juglandis folio, quanquam paulo majore, muro circum lapideo septa instar fontis est: eo cratere aqua defluens suscipitur. Arcanum equidem naturæ mirabile: non reperiri in totâ Insulâ aquam præter eam, quæ ex illâ arbore manat. Porrò arborem perpetua & densa nebula circumvellit: quæ tamen interdiu, ubi Solis æstus flagrare incipit, paulatim discuti ac resolvi videtur. Vulgò hæc Insula creditur esse, quam *Plinius H. N. Lib. VI. Cap. XXXII.* Ombrium vocat. *Heidfeld. Sphing. Th. Phil. Cap. IIX. p. 167. 168. D. Becman. H. O. T. P. I. Cap. V. §. 15. p. 139.* Göttfr. Schultz/ *Cosmogr. p. 115.* In einer derer Philippinischen Insuln/ Menilla genannt/ findet sich eben ein solcher Wasser-Baum/ wie in Canarien/ der den Einwohnern gemeldeter Insul Manilla für einen lebendigen Brunnen dienet/ und einer gantzen grossen Gemeine Wasser reichet/ wiewohl auf andere Manier/ als der Canarische; denn jener stehet gemeiniglich mit einer Wolcken/ oder Nebel/ bedeckt/ und läßt sein Wasser von den Blättern herab tröpffeln; dieser aber an einem erhabenen und sehr dürren Orte/ und wird bald an seinen Stamm/ bald an den Aesten/ die überaus breit und groß sind/ geritzet: aus welchen Ritzen und Schnitten/ alsdenn ein gar helles/ süsses und lieblich frisches Wasser hervor rinnet/ damit die Einwohner sich laben/ dieweil die Natur sonst kein Wasser des Orts gegeben. *Ernst. Francisci* lustige Schau-B. *P. II. Conv. I. p. 371.*

* * * *

Mitten im Lande Brasilien wächst neben den Hafen Allerheiligen/ an dürren

dürren und Wasser-leeren Orten/ ein sehr grosser und breit-zweigiger Baum/ dessen Zweige tieffe Löcher haben/ welche Sommers- und Winters-Zeiten voll klares wohlgeschmacktes Wassers/ das nimmer überfleußt/ auch nimmermer abnimmet/ vielweniger verseihet. Von wannen aber solches Wasser seinen Ursprung habe/ kan man nicht wissen. Gleichwohl aber können ihrer wohl fünffhundert darunter sitzen/ und sich satt trincken. *De Laet. Ind. Occid. Lib. XIV. Cap. IIX.* Es ereignet sich auch offtmahls grosser Wasser-Mangel bey den Christen/ nicht zwar ein Mangel des natürlichen/ sondern des geistlichen Trost-Wassers/ in Creutz und Trübsal. In solchen Zustande hat uns GOtt gegeben den **Baum des Lebens/ Christum JEsum**/ der hat Wassers vollauf für alle betrübte und Trost-begierige Seelen; Dieser stehet mitten in seiner Kirche/ ruffet und saget: Wohlan! alle/ die ihr durstig seyd/ kommt her ꝛc. Es. LV, 1. Wohl dem/ der den Weg zu diesem Baum recht gelernet hat/ und sich seines Trost-Wassers recht zugebrauchen weiß! *M. J. D. Ernst/ Bilder-Haus/ P. III. Concl. V. Cap. LIIX. p. 74. 75.* Vid. omninò *Appar. Bibl. Tom. I. in Tit. CHRISTUS Fons Vitæ p. 507. seq.* Arborem vitæ tanquam Typum CHRISTI exhibet *Baum. A. T. p. 597. seq.* quem omninò vide; Confer & *Joh. Cluver. Dilucid. Apocal. Tom. III. p. 379. seq.* Die Juden nennen die zweeen Stäbe/ daran sie ihr Gesetz-Buch tragen עץ חיים Bäume des Lebens/ *Rosseus, Tot. Orb. Rel. S. I. p. 40. R. Leo Mutinensis de Cerem. & Consuet. Jud. P. I. Cap. X. §. 2. p. 39.* Christo unserm Heyland gebühret dieser Titul: Er ist der Baum des Lebens allen/ die ihn ergreiffen/ Prov. III, 18 vid. *Geier. in h. l. p. 142. 143. &c.*

Imago Scripturæ.

S. Scriptura arbor vitæ est, arbori huic non absimilis. 1) *Illa arbor* incolis Insulæ conducit ad prorogandam vitam, quam absque aqua istâ dulci continuare non possent: *Sic nobis* à natura sterilibus in æternum esset pereundum, nisi DEUS nobis dedisset & revelasset verbum suum, quod est *fons salutis*, Esa. XII. unde possumus haurire מי מנוחות *aquas refectionis*, ὕδωρ ἀναπαύσεως, Psal. XXIII, 2. & quidem abundanter, Psalm. LXV, 10. has qui bibit, in æternum non sitiet, quia sit fons aquæ salientis in vitam æternam, Joh. IV, 14. 2) *Illa arbor* semper viret: *Ita* verbum DEI est ἄφθαρτον καὶ μένον εἰς τὸν αἰῶνα, 1. Pet. I, 23. μὴ παρέλθῃ, Luc. XXI, 33. Matth. V, 18. 3) *Illa arbor* tegitur nube, è quâ ros descendit ad arborem, ut guttulæ inde ubertim decidant atque depluant: *Sic verbum DEI* adumbratur nube cœlica Sp. S. Matth. XVII, 5. is irrorat verbum prædicatum, & dat incrementum, ne revertatur frustra, Es. LV, 2. 1. Cor. III, 6. est enim potentia DEI ad salutem Rom. I, 16. *M. Baum. An. Typ. p. 31. 32.*

Æterna quænam?

Robustæ sanè sunt arbores omnes, & se suâ duritie facilè adversus vim æstus frigorisque tuentur. Vivunt annosius: adeò quidem, ut ex iis quædam penè ad 600. usque annos durent, imò buxum æternam esse putant nonnulli, & cedrum maximè longævam & Ebenum. Mira certè sunt, quæ de earum ætate narrat *Plin. Lib. XVI. Cap. XL. & XLIV.* & de proceritate ac latitudine, & quæ de Platano Mutiani. *Heidf. Cap. IIX p. 158. 159.* Ficus Ruminalis Romæ Neronis tempore jam viruerat 840. annos. *Tacit. Annal. Lib. XIII. Cap. LIIX.* Conf. omninò *Vossius de Phys. Christ. & Theol. Gentili Lib. V. Cap. V. p. 17.*

Immortalis.

Bey der Stadt Kingcheu, in Sina, wächset ein Kraut (Baum) welches (welchen) sie für unsterblich ausgeben / und deßwegen Tausend-Jahr zu nennen pflegen; Allein wie dieses Gewächse unter den Kräutern etwas rares ist: Also hat es auch unter den Menschen gar nicht seines gleichen. Das Glück hält so wenig Farbe / als die Blumen / welche sie zuweilen auch durch ein bloses Windgen unsers Anhauchens verliehren. Es schläget öffters in einen einzigen Tage dreymahl um / und ist wie jene Sinesische Rose / welche des Morgens weiß / zu Mittage Feuer-roth / des Abends aber Purpur-braune aussiehet. Wann eine Käyser-Krone in den Garten verwelcket / spricht sie / daß diejenigen / welche den Scheitel hoher Potentaten bedecken / eben wie sie verweßlich seyn. So offt der einem Scepter nicht ungleiche Lilien-Stengel zerknicket wird / dencke ich / daß auch in den Händen der Gewaltigen kein Reichs-Stab so starck / daß ihn die Zeit nicht zerbrechen könne ꝛc. *M. Casp. Neumann / Parent. p. 145.*

Locuta.

Cyrillus Alexandrinus Lib. III. commemorat, Dodonæam quercum humanam emisisse vocem. Videri poterit *Epistola Regis Alexandri M. ad Præceptorem Aristotelem*, in quâ sequentia narrantur: *Arbor soli* ab occidente jubare cacumina percutiente indico sermone tenuissimè respondit: invicte bellis Alexander, unus eris terrarum Dominus, sed vivus in patriam non reverteris. Ita enim fatâ de tuo exitu statuerunt. Consulto deinde ubi moriturus, *Arbor Lunæ* ad primum ejus ortum percussa cornu Græcè respondit: Alexander plenum ætatis finem jam non habes, sed sequenti anno mense Majo in Babylone morieris, à quo minimè speras, decipieris. Percuntato cujus percussoris manum cavere deberet, Arbor Græcè iterum respondit: Mortis tuæ tibi insidiatorem prodero, sublato isto, instantia fata facilè mutabis, mihi quoque tres irascuntur sorores (Parcæ), quod earum pensa impedierim. Igitur ad annum & menses 8. Baby-

lone

lone morieris, non ferro, ut suspicaris, sed veneno. Tu modo cave, ne nos ulterius scisciteris, quin excede nostri luci terminos, & Phasiacem Porumque revertere. Post Curtium ex Edit. *Christ. Brunonis p. 494.* Sic ulmum fagumq; locutas refert *Plinius, Lib. XVII. Cap XXV. p. 311. M. Greg. Michael. in Gasserell. N. XXIV. p. 124. 125.*

Quæ incendi nequit.

Ebenum arborem accendi Fabianus negat ap. *Plin. Lib. XII. Cap. IV. p. 218.* Arborem item Evonymos in Lesbo Insula dictam nec aqua, nec igni corrumpi posse dixit Alexander Cornelius, eandem & Eonem appellans. *Ibid. Lib. XIII. Cap. XXII. p. 238. 239.*

Mel stillans.

Onesicritus tradit in Hyrcaniæ convallibus ficis similes esse arbores, quæ vocentur *Occbi*, ex quibus defluat mel horis matutinis duabus. *Plin. Lib. XII. Cap. IIX. p. 219.*

Virens in pectore Hispani.

§. 1.

Was ist wundersamers/als daß ein Baum mit vielen Aesten und Blättern auf der Brust eines Spaniers gegrünet/ womit sichs also verhält: Es ist Roccus Martinus ein Spanier aus der Stadt Orea bürtig in den 18ten Jahr seines Alters von einen Baum in einen Schlehedern gefallen/ welcher so tieff in die Brust gangen/ daß er darinnen stecken blieben: Indem er nun also eine ziemliche Zeit gestocken/ hat er die Feuchtigkeit an sich gezogen/ woraus eine Geschwulst oder Geschwär entstanden/ welches als es zeitig/ und auffgeschnitten worden/ist sehr viel Eiters daraus gegangen; Es ist aber der Dorn wie ein Pferde-Schwantz gewesen/ das ist/ er hat viel Faden/ gleich als Wurtzeln gewonnen/ sich so fest gesetzet/ daß ihn der Barbierer wegen des grossen Schmertzens gantz und gar nicht ausziehen konnte; Diesemnach nahm er ihn für/ denselben stecken zu lassen/ die Wunden zuzuheilen/ und eine Haut darüber zu ziehen; Mit der Zeit begunnte der Dorn allgemählich und unempfindlich aus der Brust heraus zu wachsen/ sich auszubreiten/ zu grünen/ und Aeste und Zweige zu gewinnen/ nicht anders/ als wann er in ein fettes und fruchtbares Erdreich wäre versetzet worden. Welche Geschicht Didaco Jaguez, ein Spanier/ beschrieben.

§. 2.

Von dem Francisco Senensi schreibet man/ daß zu Bezeigung seiner Unschuld/ ihm eine schnee-weisse Lilje nach dem Tode solle aus dem Munde gewachsen seyn; Dem Fideli von Singmarien, soll eine Blume aus dem Hertzen

gewachsen seyn. Von dem Joscione Bertiniano schreibet man/ daß ihm fünff Rosen aus seinem Gesichte/ als zwo aus den Augen/ zwo aus den Ohren/ und eine aus der Zunge / die ihre Wurtzel im Hertzen gehabt / auf welchen der Nahme Maria gestanden/ sollen gewachsen seyn; Tu ita vive, ut non nomen Mariæ, sed JEsu ex oculis auribus, ore, corde eluceat &c. *Christ. Nicolai Evang.* JEsus, &c. *P. I. p. 641. 642.* Conf. huc Cervum enatam cornibus hederam gerentem ap. *Aristot. Hist. An. Lib. IX. Cap. V. p. 457.* & Spicam è naribus mulieris Aretinæ exortam ap. *Voss. de Physiog. Christ. & Theol. Gentili, Lib. V. Cap. II. p. 8.*

§. 2.

Sed qui hedera inter cervi cornua enasci potuit? Quâ ratione id fieri potuerit, non est facilè explicare, Videtur id naturaliter ita contingere potuisse, ut vel ex sudore cervi in ea cavitate collecto, & cum pulverulenta materia commixto, nascceretur; vel certè, ut cervus ad hederam cornua affricando, particulam inde abruperit, quæ posteà virescens, circumfluo suo plexu cornua inumbrarit: alimentum autem acceperit ex eodem excrementitio humore sudoris; vel certè ita partibus mollioribus ingenerata fuerit, ut ex ipso alimentitio cervi succo portionem aliquam suffurari potuerit, quâ ratione vermes in animalium ventribus nutriuntur, aut surculi insiti in alienum truncum. *D. J. A. Weber. in Art. Disc. Font. XXX. Exempl. XVIII. p 287.*

In nativitate filiorum plantata.

Mos antiquis fuit, ut Parentes, quo die natus est eis filius, eodem in horto suo depangerent arborem, inciso filii nomine. Ita docet *Donatus*, dum Maronis refert vitam. Virga, *inquit*, populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta, ita brevi coaluit, ut multo ante satas populos adæquarit. Die etiam, quo natus est Marius, plantata creditur quercus, quæ ab illo Mariana vocata est, de quâ *Cicero Lib. I. de Legibus.* Arborem Sobolificam Augusti Cæsaris vid. ap. *Svet. Cap. XCIV.* Cum nascceretur infans plantarunt cedrum, cum infantula pinum; Cumque contraherent matrimonia, ex iis confecerunt thalamum. *Babyl. Gittin fol. 57. in ap. B. D. Nagel. LL. CC. Hebr. Rabb. Talm. in v. Pinus. Lichtfoot, T. II. Opp. Centur. Choregr. Cap. LII. p. 209.*

Totam sylvam faciens.

In der Insul Goa und denen benachbarten Orten wächst ein Baum/ von dessen Aesten herabwerts auf die Erde zarte Fäden hangen/ welche/ so bald sie die Erde berühren/ einwurtzeln/ und zu neuen Stämmen werden/ auch um und neben sich dergleichen Bäume auf gleiche Art und Weise fortpflantzen. Also machet ein einiger Baum endlich einen sehr dicken Wald/ daß er

mit

mit seiner Fortpflantzung offt eine gantze Welsche Meil einnimmet / und mit seinen Schatten ein gantzes Krieges-Heer bedecken konnte / *Clusius in Garziæ Histor. Aromat. ap. Weber. Disc. Curios. XII. Observat. X. p. 183.* Conf. *Scalig. de Subtil. Ex. CXLVI. p. 548. seq.* ubi & de arboribus miræ magnitudinis & proceritatis. *Rob. Scharrockius de Officiis secundum Jus Naturæ Cap. V. N. IIX. p. 359.*

In Natalitiis Christi mala proferens.

M. Abrahamus Saurius in theatro urbium indigitat arborem, non longè à pago Treburti ad litora Rheni, quæ quâvis nocte, quam Christiani, per Salvatoris natales celeberrimam habent, mala proferat. *Autor de Mirandis Naturæ in Sinâ & Europâ, Cap. XXXV. p. 995.* Wann ein gutes Jahr verhanden gewesen / sind sie so groß als eine Bonen / doch an Gestalt wie ein Aepffelein mit Blumen / Stiel und andern hart und steiff; zu andern Jahren aber als eine Erbiß werden. In einer Stunde bekam dieser Baum alle Jahr nach dem alten Calender seine Blühte und Obst / darauf die Inwohner mit sonderbahren Fleiß Achtung gegeben / *Novellæ* aus der Curiös. Welt / *An. 1696. Mens. April. p. 1415.* Anno 1696. sind an einen Apffel-Baum / zu Ofenbach / eine Stunde von Franckfurth / der erst im vorhergegangenen Herbst gepflantzet worden / kurtz vor dem Neuen Jahre / nicht nur die schönsten Blühten / sondern auch nachgehends vier schöne Aepffel / mit iedermanns Verwunderung zu sehen gewesen. *D. G. Dexel. Theat. Hist. Curioso Tit. XXXIX. p. 230.*

Illustris tenebras fugans.

In Insulâ Zeilan, in quâ incolæ credunt Paradisum fuisse, arborem esse ajunt mediocrem, sed crassam, exigui folii & crispi. quæ noctu coruscet, & fuget tenebras; Ideò *Arboris Illustris* nomen apud Scriptores invenit. *Casp. Schottus, Phys. Curios. Append. ad Lib. XII. Cap. III. p. 1334.*

Farinacea.

Sunt in regione *Fansur* arbores quædam crassæ, inquit *M. Paulus Venetus Lib. III Cap. XIX. p. 140.* quæ habent delicatum corticem, sub quo invenitur farina quædam optima, ex qua delicata præparant incolæ cibaria, quæ aliquoties non sine voluptate comedi. *Hæc Venetus.* Quæ confirmantur ex Atlante Sinico, ubi Auctor ejus Martinius refert; in Provinciâ *Quamsi* nasci arborem *Quanlang* dictam, quæ loco medullæ pulpam habeat farinæ simillimam, ideoque *arbor farinacea* appelletur. Eam pulpam farinaceam exemptam Indigenæ in usum panum conficiendorum convertunt. *Weber. Art. Convers. Reg. XII. §. 7. p. 729.* Conf. *D. Beeman. H. O. T. P. I. Cap. X. §. 2. p. 419.* Brasilienses frumentum minimè

nimè ſerunt, ſed panem è radice cujusdam herbæ conficiunt, venenum in ſe continentis dum cruda, ſed ad Solem exſiccata, & contuſa nihil nocet. *Id. p. 927 928.* De Arbore, cujus non modo ſemina, ſed ipſa etiam folia terræ implantata ſimiles arbores fructusque producunt; It. de Arbore ſevum producente &c. *vid. Id. p. 724 ſeq.*

Triſtis.

In Taprobano Inſula naſci fertur Arbor *Triſtis* dicta, noctu innumeris floribus aſpectu læta, qui mox exorto Sole marcidi concidant. *Salm. in Panc. P. II. T. I. p. 18. a. Petrus du Val Geogr. Univerſ. T. I. p. 28. Schotteus l. c. p. 1334.* Dergleichen auch ein anderer in der Americaniſchen Provintz Nicaragna, ſo Cacavate genennet wird/ thun ſoll/ daher man ihn immer im Schatten behalten muß; gerade den Blumen zuwider/ welche bey der Sonnen Untergang ſich zuthun/ und aufſthun wann ſie wiederkommt. Ein ſolcher Baum iſt ein artiges Bild eines rechtgläubigen Chriſten/ welcher nicht allein/ alle Pralerey zu vermeiden/ im Verborgen Gutes thut/ nach Chriſti Anweiſung/ ſondern auch zur Zeit der Trübſal/ wann er im Finſtern ſitzen muß/ den Geruch und die Krafft des Glaubens allermeiſt ſehen läſſet/ *Scriv. Theogn. Dom. III. Adv. p. 41. ſeq. ap. M. Joh. Chr.* Gerſtäcker *in Similibus, p. 705.*

Mille annorum.

In quadam Provincia Imperii Sinenſis eſt arbor, quam incolæ vocant arborem mille annorum, propterea quod tantæ ſit magnitudinis, ut ſub unico ejus ramo 200. oves ſtare & circumire poſſint, *Web. l. c. R. VII. S. XLI. p. 390.*

Amara.

Medica Arbor (in Media) illa ingens (de qua & Virgil. Georg. 2.) geſtat malum inimicum venenis, ſapore aſpero, & amaritudinis meræ, *Solinus c. 59. p. 331.*

Pudica.

§. 1.

Mirum eſt, quod refert *Scaliger Exercit. CLXXXI.* de arbore, quæ in provinciâ Puriferania oritur, quæ appropinquante homine quaſi verecundè contrahit ramos, recedente, expandit: quam ob cauſam incolæ arborem pudicam nominant.

— — Tremebunda ibi delitet arbor
(Cui Narſinga dedit *Pudibunda* nomen) opaco
Sylvæ ſeceſſu; ſenſus animamque ſagacem
Hanc gerere & credas ira, timidoque pudôre
Urgeri ac nocuos, membris ſentire dolores:

Nam-

Namque ubi quis greſſus ad eam convertit, inhorret
Hoſtilemque fugit retrahens cita brachia dextram.

Guil. Saluſt. Bartbaſius, Hebd. II. Diei I. Lib. I. p. 26. Daß dieſes auch der Schwamm thue iſt von männiglichen beglaubt und bekandt. Das Kraut beym Apollodoro, Æſchyonomene genandt/ ziehet ſeine Blätter ein/ wenn mans mit der Hand berühren will.

§. 2.

Ferunt etiam olivæ ramos tantæ eſſe puritatis, ut ſi à meretrice plantentur, vel infructuoſi perpetuò maneant, vel omninò exareſcant. *Heidf. l. c. p. 164.* In Indien iſt ein Baum/ von Coſtâ Mimoſa genandt/ welcher/ ſo bald man ihn berühret/ veraltet/ abnimmt und verwelcket/ ſo bald man aber die Hand wieder hinweg thut/ auch wieder neu zu grünen beginnet. Von einen andern Baum dergleichen Art meldet auch *Garzias de Horto ap. Weber. Diſc. Cur. XII. Obſ. VI. p. 179.*

Stetinenſis.

Otto Bambergenſis Epiſcopus, ſub Henrico IV. Imp. Pomeranos cum Principe Wenceslao ad fidem convertit. Unde vulgo *Pomeranorum Apoſtolus* dicitur. Cum Stetini prædicaret, idololatricus Sacerdos ad eum locum acceſſit, in quo concionem habebat in foro, & plurimos, qui in eo cœtu erant, adhuc paganos, haſtas gerentes hortabatur, ut ipſum interficerent. Illi impetum jamjam facturi in Epiſcopum obrigeſcunt tanquam ſtatuæ, ille incolumis evaſit, & oratione impetravit, ut reſtituerentur ſanitati priſtinæ. Cum nucem arborem miræ pulchritudinis, quam idolo dicatam Stetini venerabantur incolæ, juberet ſuccidi, moleſtè hoc tulit is in cujus agro creſcebat, atque à tergo accedens, ſecuri bellicâ, quam manu gerebat, caput epiſcopi ferire conabatur: Verum aberrans, trabem pontis, ad quem ſtetit Epiſcopus, tetigit tantâ vi, ut retrahere inde non poſſet. Eum reliqua multitudo trucidaſſet, niſi precibus Epiſcopi fuiſſet liberatus, *Zwingerus Theat. Vit. Hum. Vol. V. Lib. IV. p. 1309. b. 1518. b.*

Nucifera.

Non ferior ſterilis; ſum fertilis, heu petit omnis
Me populus ſaxis; quodque fero, ferior.

Nic. Reusnerus in Ænigmat. Var. p. 145.

Nux ego juncta viæ, cum ſim ſine crimine vitæ,
A populo cunctis prætereunte petor.

In alium locum tranſiens.

Quo tempore Saraceni Italiam vaſtarunt, in Turingis Galliæ arbor pedum quadragenûm altitudine, craſſitudine bis ſeptenûm, ſuâ ſponte in diverſum locum tranſiit. Ex *Sabell. Lib. IX. Ennead. IIX. Zwinger. l. c. p. 1471. b.*

Vento dejecta.

Non jam arboris nomen, sed ligni magis obtinet. *Joh. Calvinus in Medull. Lex. Jurid. p. 104.*

Mea, si ramos suos supra fundum alienum extendat, potest Dominus fundi, si velit, illos impunè succidere.

§. 1.

De jure quidem communi expeditum est, quod fructus ex arbore meâ in fundum vicinum decidentes, liceat mihi tertiâ quoque die (nam posteà putrescunt, & pro derelicto habentur, adeoque vicino cedunt) colligere & auferre, ita ut si vicinus id prohibere velit, competat mihi adversus illum interdictum de glande legendâ, *l. un. ff. de gland. legend. l. Julianus. 9. §. glans 1. ff. ad exhib.* At de Jure Saxonico fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini, ad ipsum pertinent, *art. 52. l. 2.* Land-R. *art. 126.* Quin etsi arbor mea ramos suos supra fundum alienum extendat, posse Dominum fundi, si velit, illos impunè succidere, docet *Joh. Schneidw. in §. si Titius n. 5. Instit. de rer. divis.*

§. 2.

Ita Domini in causa Petri Ferbers zu Lommatzsch / Mens. Dec. An. 1630. Verba sententiæ: Stehen in euren Garten etliche Obst-Bäume/ hart an den Zaune/ also daß die Zweige in eures Nachbarn Garten hangen/ und wann ihr selbige Bäume schüttelt/ die Früchte von solchen Zweigen in des Nachbarn Garten fallen ꝛc. So verbleiben solche Früchte/ nach Sachsen-Recht dem Nachbar billig / und ihr seyd dieselbe in seinen Garten auffzulesen nicht befugt/ V. R. W. *D. Carpz. Jurisp. For. Rom. Sax. P. III. Const. XXXII. Def. XXV. p. 1237. a.*

Variorum fructuum.

Plinius schreibet: Er habe an einem Ort/ Tiburtes Tulliæ genennet/ (juxta Tiburtes tiliam) einen Baum gesehen / an dem allerley Aepffel unterschiedlicher Gattungen gehangen; An einem Ast erschienen Nüsse/ an einem andern Beere/ an einem andern Weintrauben/ noch an einem andern Feigen / wieder an einem andern Birn/ und wieder an einem andern unterschiedliche Aepffel-Arten; Selbiger Baum aber sey gar bald verdorben und hierinnen den guten Ingeniis gleich gewesen/ welche selten zu einen hohen Alter gelangen/ *Lib. XVII. Cap. XVI. p. 300.* In der Landschafft Temistitan, ist ein Baum / Mangueis genandt / der zugleich und auf einmahl viele zum menschlichen Leben nothwendige Dinge darreichet. Er giebt Wasser/ Wein/ Oele/ Eßig/ Honig/ Syrup/ Faden/ Nadeln/ und andere dergleichen tausenderley Dinge. Dieser Baum wächst auch in Neu-Spanien und der Landschafft Peru, derer Inwohner ihn sehr hoch achten/ und haben gemeiniglich einen bey ihre Wohnung gepflantzet/

zu ihres Lebens Nothdurfft. Seine Blätter gehen an den Enden scharff und spitzig aus/ wenn man solche Spitze heraus ziehet/ so folget ein sehr langer Faden/ welchen sie durch die Spitze/ gleich als durch eine Nadel ziehen/ und damit ihre Kleider verfertigen. Den Stamm durchbohren sie/ daraus fliesset alsobald ein Wasser/ das trincket man für den Durst/ als einen frischen und süssen Tranck. Wenn man diß Wasser auffseudt/ so ists wie Wein; wanns etliche Tage hingesetzet wird/ so gibts Ekig; wenn mans beym Feuer seudt und läutert/ gibts Honig; wann es nur halb ausgesotten wird/ giebts einen Syrup/ welcher wie Most schmecket. Von diesem Safft kan man täglich etliche Maaß überkommen. *Web. Disc. Cur. p. 182.*

Venenosa.

Reperitur in Arcadia, sub cujus umbra qui quiescit, statim moritur. **Gottfried Schultz/** *Cosmogr. p. 215.*

Infernalis.

Die Türcken sagen/ daß GOtt mitten in der Hölle habe einen Baum wachsen lassen/ voller Früchte/ und daß ein ieder Apffel einem Teuffels-Kopff gleich sehe/ welcher Baum aber gleich mitten im Feuer stehe/ gleichwohl allzeit frisch und grün sey/ wird genannt der **Baum der Bitterkeit**/ davon die verdamnten Seelen werden essen/ aber lauter Bitterkeit und Gifft wirds ihnen seyn/ &c. *M. C. Maurer/ Chron. Turc. Lib. II. Cap. III. p. 116.* In Americâ, in der sehr kalten Provintz Ehile, ist ein Baum auf dessen Blätter Würme wachsen/ wann sie abfallen/ werden Schlangen draus. Applicetur &c. In West-Indien wächst ein Baum/ nahe bey Carthagena, dessen Frucht gantz vollkommen eine Drachen-Form vorstellet; Denn es erscheinet daran ein langer Hals/ offenes Maul/ grosse Augen/ ein langer Schwantz und Füsse/ also/ daß wer diese Früchte siehet/ nicht anders meynen sollte/ als wären es von lauter Baum-Blättern gemachte Drachen/ inquit *Jonstonus in Thaumatogmph. Cl. V. de Plantis Cap. XVII. ex Monardo.*

Super Neronis sepulchrum.

Nero Imp. sepultus supra sepulchrum arborem habuit, quam Dæmones insederunt, locum custodientes, qui multos per eam portam egredientes ex urbe crudelem in modum lacerarunt, *Wolff. L. M. Cent. I. p. 14. 15.*

In solo arenoso fructum ferens.

In Japan ist ein Baum der keine Feuchtigkeit vertragen kan/ also/ daß er/ so bald er naß wird/ verwelcket/ als wäre er vergifftet worden/ wird in einer Grube voll Hammerschlags und Sandes gepflantzet/ und grünet alsdenn. *Everhardus Guernerus Happelius Thesaur. Exotic. p. 38.*

Post lanienam Parisiensem virescens.

Parisiis prope parvam quandam capellam fuisse arborem, at exaruisse, sed eam tandem post lanienam Parisiensem A.C. 1572. virorem suum induisse, fertur. Vereor, si hoc verissimum arguam, ne & nos Pontificii cavillentur, qui solemus eorum narrationes miraculosas mirum in modum elevare, *Val. Arithmæus, Feudal. Velitat. Diss. IV. Coroll. VI.*

Nulla felix,

Nihil frugiferum in agro relictum, de clade Capenatum à Rom. factâ dicit *Livius, Lib. V. Cap. XXIV. p. 416.*

Timonis.

Verbo veteri ferebatur: Plurimi habent in horto suo arborem Timonis. Hic omnibus invidebat, actiones omnium arrodebat, nullorum hominum homo, μισάνθρωπος, hominum vestigia vitans, soli Alcibiadi adolescenti familiaris, quod non nemini mirum videri potuisset. Rogatus igitur causam, hanc assignabat: Hic adolescens Athenienſibus suo tempore ingens conflabit malum. Timonis epitaphium ad mare hoc fuit: Hic sum post vitam miseramque inopemq; sepultus; Nomen non quæras; Dii, Lector, te malè perdant. Hic Timon arborem in suo horto consitam habebat, quam erat succisurus, idcircò prius evulgari voluit: Arborem sibi esse, in quâ se aliquot miserorum hominum suspenderint. Nunc illam esse succidendam, ideò properandum illi, qui sui in eâ suspendium cogitaret. Timonibus orbis plenissimus &c. *Drexel. in Josepho C II. §. 1. p. 699.*

Homo inversa.

§. 1.

Omnia pleraque à naturâ nutriuntur, sursum versus vim suam exserunt. (Et sursum nitidæ fruges arbustaque crescunt. *Lucret. II.*) At solus homo ærumnosus deorsum crescit. Caro enim humana nihil nisi terra est, & de terra orta, in terrâ vivit, ad terram, tanquam sedem suam naturaliter vergit. Rectè dixit Aristoteles, hominem esse arborem inverso plantatam ordine, cujus radix est caput, truncus corpus, rami brachia, cortex caro, nodi ossa, medulla cor, caries malitia, gummi amor, flores verba, fructus præclaræ actiones. Ordo quidem ubi pedes sunt, ibi caput esse, & ubi caput est, ibi pedes esse poscebat. Caput enim radix, pedes rami sunt. Verum, ita me DEUS amet! ut nostro principio respondemus. Si enim præposterè caro plantata est, multo magis præposterè vita instituitur. *Guevar. H. P. Lib. I. Cap. XXXVI. p. 144.* Arbor hæc pro radice habet amorem sui, pro trunco propensionem ad malum, pro ramis perturbationes, pro foliis vitiosos habitus, pro fructibus opera, verba & cogitationes, quæ legi divinæ adversantur. *D. Joh. Bona, Manud. ad Cælum Cap. XII. §. 5. p. 87.*

§. 2.

§. 2.

Confixos esse in utero pueros, Varro dicit, capite infimo nixos, sursum pedibus elatis, non ut hominis natura est, sed ut arboris. *Gell. N. A. Lib. XVI. Cap. XVI. Wanckel. in Gvev. l. c.* Caput vineæ radix est rei rusticæ scriptoribus; Sic namque *Virgilius II. Geogr.* Super est deducere terram sæpius ad capita. Ubi Taubmannus ex Turnebo: Capita vitium, inquit, stirpes sunt, & radices, quibus tanquam ore alimentum attrahatur. Quo sensu Plato forte hominem *arborem inversam* dixit. *Salm. l. c. Part. I. Tom. XXIII. p. 71. Julius Cæs. Scaliger de Subtilit. Exercit. 140. Cap. II. p. 474.*

§. 3.

Definitio ergo, quod homo sit arbor seu planta mobilis aliquo modo potest tolerari. *Relat. Hamb. Cur. An. 1700. N. 37. p. 294.* Anno 1611. hat der Wind bey Craukow in Pohlen einen Baum ausgerissen/ und weit geführet/ und am andern Ort wiederum nieder gesetzet/ doch also/ daß die Wurtzel empor/ und die Aeste unten gestanden. *Abraham* Burggraff zu Dohna in Christl. Ged. über die wunderbarl. Ausführung des Volcks Israel aus Egypten/ *Lib. II. Cap. III. p. 188.*

Arbor homo inversa est: illi est in vertice radix:
Numinis hanc quem dat gratia succus alit.
Mens si corripitur vitiis, perversa fit arbor,
Ac homo pro fructu fert mala sola suo.

* * * * * *

Der Mensch ist auch ein Stamm/ doch über sich gekehret/
Die Wurtzeln breiten sich gleich unterm Wirbel aus.
Der Safft ist GOttes Gnad/ die dessen Wachsthum nehret;
Frist aber an dem Geist der Laster-Raupen grauß;
So stirbt die Frucht des Heyls. Der Baum steht recht verkehrt/
Der sich und diese Welt mit Sodoms-Aepffeln mehrt.

P. Abr. à S. Clara im Huy und Pfuy der Welt/ *in Tit. Arbor.* Homo est arbor inversa, cujus radices sunt crines: truncus est caput cum collo: stipes est Pectus cum alvo: rami sunt palmæ cum tibiis: frontes sunt digiti cum articulis. *Innocent. P. R. Lib. I. de vilit. condit. hum. ap. M. Bauman. in Anal. Allegor. p. 346.*

Solis.

In finibus Persiæ crescit arbor, dicta arbor Solis. *Zeiler. Cent. II. Ep. VIII. Comestor in Cap. IV. Esther. Chaussin. Polybist. Symbol. Lib. X. C. XVII. p. 557.*

Aurea & argentea.

§. 1.

Heinricus Landgravius Thuringiæ, circa A. C. 1227. tantum fertur corra-

sisse thesaurum ex metallicis fodinis, ut; si licuisset, totam Bohemiam comparare potuerit. Northusiæ hastiludia instituit: Arborem aureis & argenteis foliis erexit singulis concurrentibus, & frangentibus hastas, sed in sessione permanentibus, argenteum folium: si quis autem adversarium ex equo dejecisset, aureum dabatur. *Web, l. c. p. 326. Fabricius, Orig. Sax. Lib. 6. p 555.*

§. 2.

Eines herrlichen Baums von Golde/ so der schwartze Abyssiner König an den gressen Mogul (das ist weißfärbigen König in Indien) zum Præsent nebst andern Geschencken überbringen lassen/ gedencket der Tavernier folgender massen: Der Baum war gantz von Gold/ 2. Fuß und 4. Zoll hoch/ dick etwa 5. oder 6. Zoll dem Stamme nach/ er hatte wohl 10. oder 12. Aeste/ wovon einige fast anderthalb Fuß lang/ und ein Zoll dicke waren/ andere waren etwas kleiner; An etlichen Orten der grossen Zweigen/ sahe man etwas erhobenes herfür kommen/ so wie Knospen sich spüren liessen. Die Wurtzeln von diesen Baum/ den die Natur also gemachet hatte/ waren klein und kurtz/ die längste war nicht über 4. oder 5. Zoll. *Hamb. Curios. Zeit-Vertreiber/ Ao. 1700. N. 39. p. 308.*

Gemmea.

Magnus Cham Tartarorum in Regiâ suâ ostentat arborem pinum, in quâ singulis è ramis quaquaversum dependent gemmarum botri, non aliter atque uvarum solent, ita ritè dispositi, prout ex vitibus uvas prægrandes prodire cernimus; neque ramusculus ullus est, qui botro non sit oneratus gemmeo. Spectavit qui scripsit *Odericus in Indicis Lib. I.*

Sapientissima quæ?

Morus, novissima videlicet, quæ non nisi exacto frigore germinat, per ἀντίφρασιν ita dicta, quasi minimè stulta. *Heidf. Cap. VIII. p. 160.*

Stultissima quæ?

Amygdalum dici volunt arborum stultissimam, eò quod primum frondeat & germinet; & proinde frigore correpta corruptaque fructus perdat. *Id. ib.*

Cadens.

Cohel. XI. 3. Ubi ceciderit arbor &c. Si ad iratum judicem corruerit, ibi erit: Si in desperatorum flammas, ibi manebit: Si in Diabolorum catervas, ibi manebit: Si ad Austrum, & cœli divitias, ibi erit; ibi manebit. *Drexel. de Cælo Lib. II. Cap. XVII. §. 7.* Secundum mortis suæ diem homo indicabitur: qualis quisque hinc egredietur, talis in judicio æstimabitur. *D. Pelarg. de 4. Noviss. p. 240. b.* In tempore ergo gratiæ, dum locus adhuc est pœnitentiæ, bonisque

nisque operibus, præsta quod potes, memorque sis securis ad arborem positæ Matth. III, 10. *B. Geier. in Cobet. XI, p. 428.* Solet versus vulgo de subitaneæ vel inopinatæ, & cum primis violentæ mortis casu explicari, sicut Germani dicunt: Ein schleuniger Todes-Fall; Conf. Gen. XXV, 18. Judic. V, 27. Thren. V, 16. *D. Job. Deutschman. in Paradisiacâ divinæ Providentiæ Theoriâ, de Jehovâ Elohim Provisore, ut Sociæ vitæ præparatore §. 25. p. 126.* Meridies hic in bonam; Aquilo in malam partem accipitur. *L. Job. Thilo, Medul. Theol. p. 759.*

Resurgens.

§. 1.

Est in exemplis, & sine tempestate, ullâve causâ aliâ, quam prodigii cecidisse multas, ac sua sponte resurrexisse. Factum hoc populi Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis Nuceriæ in luco Junonis ulmo postquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita ut protinus floreret. A quo dein tempore majestas Pop. Rom. resurrexit, quæ ante vastata cladibus fuerat. Memorant hoc idem factum & in Philippis, salice procidua atque detruncata & Stagiris in musæo populo alba. Omnia fausti ominis. *Plin. H. N. Lib. 16. Cap. XXXII. p. 278.*

§. 2.

Cupressus altitudine conspicua in Vespasiani agro avito, sine ulla vi tempestatis evulsa radicitus repente procidit, ac insequenti die viridior atque firmior eodem vestigio resurrexit, grande, ut inquit *Tacitus*, prosperumque, assensu aruspicum, & summa claritas Juveni admodum Vespasiano promissa. *Sveton. in Vespas. Cap. V.* Sed enim ne nostra negligamus inquit *Joh. Pierius Valerianus*, vetustis rebus nimium applaudentes, in Mediceis ædibus, quæ thermis Alexandrinis dirutis incumbunt, hoc Romæ vidimus, quod huc inseruisse minime fuerit importunum. Paucis admodum ante diebus, quam Leo X. Pontif. Max. moreretur, Medicam arborem, proceræ admodum magnitudinis, sed magna sui parte in latitudine ramos ad parietem affixam, ut perpetuo virore aulæa, quæ dicuntur, facere viderentur, casu, nescio quo, noctu solutis pergulæ compagibus ita concidisse, ut cacumine terram attingeret, & à porticu in xystum prodeuntibus præaltæ curvaturæ arcum exhiberet. Subsecuta mox clarissimi Principis mors. Neglecta arbor, omni tunc familia aliis negotiis occupata. Creatur interim Hadrianus VI. Pont. Max. ab extremis usque Morinis in Italiæ ludibrium perquisitus. Insequitur statim ab electione maxima hyemis inclementia, nives juges &c. *Hierogl. Lib. LII. Cap. III. p. 650.*

Crucis figuram proferens.

Bey der Stadt Lima, in der Peruanischen Provinz Cajatambo, in den Flecken

Flecken St. Matthiæ wächset ein kleines Bäumlein / so da eine Himmel-blaue Blume / und aus derselben eine Frucht erzeuget / so einem natürlichen Creutze gantz ähnlich siehet. In der Provinz de los Charcas, trägt ein sehr hoher Baum kleine Blätter / aber eine Frucht so groß / wie die Palmen-Früchte. Diese geöffnete Frucht weiset viel zarte Gewebe / oder subtil gewirckte Häutlein / welche wie die Blätter eines Buchs gefaltet sind : und so man sie von einander nimmt / findet man in iedweden / die vollkommene Gestalt eines Hertzens ; in den Hertzen selbsten aber die Figur des Creutzes. *Erasm. Franc. lust. Schaubühne P. II. Convers. I. p. 217. 218.* Crux Christi, vera fide apprehensa, in Christianorum cordibus semper vigeat, floreat &c. Conf. Tit. Crucifixi imaginem referentia poma.

Lucens.

Nebst denen Peruanischen Bergen / ist ein so wunderseltzamer Baum / dessen abgehauene Aeste und Zweige / einen solchen Glantz von sich geben / dabey man / des Nachts / als wie bey einem Lichte lesen kan ; Und nachdem die Zweige bälder / oder langsamer / trucknen / verliehret sich auch der Schein früher oder später / und nimmt also mit den Safft der Zweige / gleichmäßig ab. *Id. ibid.*

ARBORIS
Umbra adamata.

Als denen beyden in der Insul Ormus von denen Portugiesen gefangenen Printzen alle Rarität zu Madrit gezeiget wurden / verwunderten sie sich sehr / seufftzeten aber darneben / und als sie vom Könige nach der Ursach gefraget wurden / sagten sie : daß die Traurigkeit / nicht mehr unter ihren Baum zu seyn / sie also zu seufftzen bewogen hätte / denn man muß wissen / daß nahe bey der Stadt Ormus ein Baum stunde / der der eintzige in der gantzen Insul war / darunter hatten diese Printzen ihre Lust. *Tavernier l. c. T. I. Lib. II. Cap. XXIII. p. 297. b.* Sed A.C. 1622. Rex Persiæ opera Anglorum adjutus Lusitanos hinc pepulit. *D. Beeman. H. O. T. P. I. C. V. §. 16. p. 141.* Et quid mirum arborem hanc hisce Principibus in deliciis fuisse, cum Platanus & olim ad tributarium pertinuerit solum, ut gentes vectigal pro umbra ejus etiam pependerint? vid. *Heidf. l. c. p. 169.*

ARBOREM

Quam quis conseruisset, sub eâ alium legere fructum, indignum esse dicit Fabius ap. *Liv. Dec. I. Lib. X. Cap. XXIV. p. 775.*

ARBO-

ARBORES

Juſtitiæ, Eſa. LXI, 3.

Vulgata legit: Fortes Juſtitiæ. LXX. γενεαὶ δικαιοσυνης, generationes juſtitiæ, & intelligunt quidam per has ſolos Apoſtolos, & Diſcipulos Chriſti; verum rectius omnes Chriſtiani intelliguntur, qui arboribus comparantur propter radicationem, conſervationem, fructificationem, plantationem, immarceſſibiliratem &c. vid. omnino *Bauman. Anal. Typ. p. 892. ſeq.*

Paradiſi aureæ.

Dicit Mahomedes nullam in Paradiſo creſcere arborem, cujus truncus non ſit aureus; Inter eas celebris notæ eſſe *Arborem Felicitatis*, *Tuba* dictam, cujus radix in ipſius Mohamedis ædibus ſit, at ad uniuscujusque fidelis ædes ramum ejus aliquem pertingere, qui quotiescunq; ejus fructu veſci dèſideret, ſponte ſua ſe ad ipſius manus demittat, quin & veſtes iſtis holoſericas, nec non jumenta, quibus vehatur, ſuppeditet; E radice hujus arboris prodeunt fluvii Paradiſi, aquæ, vini, lactis & mellis. *Eduard. Pocockius Not. Miſcell. p. 293. 294.*

Annoſæ, Speciosè cultæ.

In Oriente hanc inprimis ſuperſtitionem viguiſſe certum. Nec abſurdè quis ſuſpicetur, ab eodem fonte promanaſſe, quod Mahomedes ſub arbore ſit inauguratus, ut tradit *Elmacinus L. I. Hiſt. Saruc. ap. Dionyſ. Voſſium in R. Moſ. Maimon. de Idolol. Cap. IIX. §. 12. p. 116. conf. D. Zimmerman. Floril. Phil. Hiſt. P. I. p. 140. ſeq. Bartbius Adverſ. Lib. XXXIII. Cap. XIX. p. 1537. D. Joh. Spencerus, de Leg. Hebr. Rit. Lib. II. Cap. XVI. S. III. p. 371.*

Adami tempore.

Singulis diebus fructum tuliſſe, in Jalcut ſuper Prophetiâ Haggai refertur ap. *R. Menaſſe ben Iſraël de Reſ. Mort. Lib. III. Cap VI. p. 301.* Et alibi RR. dicunt, tempore Meſſiæ demum intentionem ſuam conſecuturum eſſe DEum, quam in creatione mundi habuiſſet, mundumq; rediturum ad id, quod naturaliter ipſi tribuum erat de bono & perfectione, priusquam rebellis Adam primus peccavit, & inprimis ſex res ablatas, iri reſtitutum: Adami ſplendorem, vitam, ſtaturam, fruges terræ, fructus arborum & luminaria, *M. Enoch. Zobel, defenſ. Orthod. de Statu primi hominis S. I. §. 7 p. 7. Hackſpan. Not. Phil. Th. in Eſ. II, 4. p. 533-537. Morneum de V. R. C. cap. XXVII. p. 493. G. C. Kirchmaier. de Campis Elyſiis & Gentilium Paradiſo §. 24.*

Vivunt.

Manichæi, cum animas hominum in omnia, quæ radicibus fixa ſunt, atq; alunturin terrâ, abire arbitrentur, herbas atq; arbores ſic putant vivere, ut vitam,

quæ in illis est, sentire credant, & dolere, cum lædantur. Propter quod agrum spinis purgare nefas habent, & agriculturam, quæ omnium artium est innocentissima, tanquam plurium homicidiorum ream accusant, ut refert *August. l. de hæres. Cap. XLVI. ap. P. Slevogt. Diss. Acad. P. III. Diss. I. de Metempsychosi Judæorum §. 19. p. 898. conf. Pappus Epit. Hist. Eccles. p. 261. Beyerlinck. Th. V. H. T. II. Lib. III. p. 611. Scaliger. de Subtil. Exerc. CXLVII. c. II. p. 552. seq.*

Glandiferæ durabiliores fructiferis.

Arbores glandiferæ prærogativâ durabilitatis præstant fructiferis, iis præsertim, quibus fructus sunt humidiores. Hinc quercus, fagus, castanea, juglans, amygdalus, pinus &c. durabilitate anteeunt malum, pyrum, prunum &c. Causa est pingvedo & oleaginositas succi, qui consumptioni magis resistit, quam succus aqueus; hi autem, in arboribus fructiferis, quarum fructus humidiores sunt, illo in arboribus glandiferis prædominatur, *Web. Art. Disc. Font. XIIX. Ex. V. p. 144.* Arbores, quæ citò crescunt, minus sunt durabiles. Harum enim quia velox incrementum, ideò minus firmum & durabile temperamentum: Quercus verò quia serius ad ἀκμὴν perveniunt, tardiusq; crescunt, ideò illarum robur fortius est & & magis durabile. *G. Bachman. Exercit. Philos. Cent. I. Q. LXXXIX. §. 1.* Glandiferis arboribus honos apud Romanos perpetuus. *Plinius H. N. Lib. XVI. Cap. III. p. 267.*

Mediâ hyeme florentes.

Gvilhelmus, Comes Hollandiæ, instinctu Pontificis contra Fridericum II. & Conradum ejus F. Aquisgrani Rex Rom. coronatus, rediens Coloniam, lautissimum Principibus instituit convivium. In quo (ut fertur) mirabili opera ALBERTI Magni Philosophi arbores media hyeme efflorvcrunt, & herbæ germinarunt: Si verum est, quod Scriptores ejus ætatis, & qui se vidisse commemorant, tradunt. Ob id factum Fratribus ejus Ordinis in Trajecto prædium ingens cum redditibus dicitur donasse, atque monasterium construxisse. Ex *Cuspiniano Zvingerus Vol. V. Lib. IV. p. 1529. b.*

Summitatem incurvantes.

Als Wenceslaus, erster König in Böhmen/ A. 938. von seinem leibl. Bruder/ dem Boleslao, verrätherischer Weise zur Tauffe seines Printzen invitiret/ und nachmahls in der Kirchen massacriret wurde/ und sein getreuer Diener/ Podewin, von der Leiche des ermordeten Wenceslai nicht weggehen wollte/ wurde er mit Gewalt davon gerissen/ und in den nechsten Pusch an einen Baum gehangen/ in welchem Pusche/ biß auf den heutigen Tag alle Bäume die Wipffel hängen/ und gleichsam ihr Betrübniß dadurch zu verstehen geben. *Cl. Hübner. H. H. Pol. P. IV. Lib. I. p. 37.*

Sub-

Subterraneæ unde?

§. 1.

Baco Verulamius, eruditus ille Angliæ Cancellarius in Historiâ naturali refert, magnas interdum arbores integras in stannearum fodinarum fundis, quæ in Provinciâ Cornubiâ sunt inveniri. In Monâ & Menapiâ Insulis ingentis sæpè longitudinis truncos, eosque crassos, effodi, quibus incolæ ad faciendum ignem uterentur. Validissimum quendam ventum in Comitatu Pembrochiensi exortum, dum arenam usq; ad Terram firmam ab arenariis littoribus abstulerat, tantam lignorum copiam detexisse, ut ora maritima sylvam cretam repræsentare videretur; Neque hoc Angliam habere singulare, sed sæpe etiam in Belgio inveniri arbores.

§. 2.

Quæstio hinc nascitur satis curiosa, *unde arbores illæ subterraneæ ortum suum trahant?* Qui; de plebe sunt decisas eas & ab inundantibus aquis limo opertas esse putant. Philosophi autem Naturales quidam dubitant, annon sit peculiaris arborum species, quarum natura sit, ut in visceribus terræ crescat, qvemadmodum plantæ nonnullæ ibidem nasci dicuntur. At verò ne ad causas nimium remotas aut incongruas recurrendum, dici potest, esse ibi aquam marinam vel fluviam, quæ dum inundavit olim regiones illas, eradicavit & arenâ postea aut limo arbores illas maximam partem operuit; unde etiam est, quod ad ripas communiter, aut in locis palustribus inveniuntur.

§. 3.

Forsitan & hæc ratio est, quod cum Romani, uti refert *Tacitus*, excidi jusserint Angliæ armis acquisitæ sylvas, bona pars lignorum à ventis posteà terrâ fuerit operta. Certum enim est, multas ex istis arboribus decisas esse, uti ex securium ictibus, quos advertere in iisdem licet, intelligere est. Addi prætereà & hoc potest, quod quemadmodum sæpissimè contingit, ut terræ in Angliâ in abyssum submergantur, sint forsan arbores in voraginibus illis sepultæ. Enimverò refert hic autor Anno 1657. plures fuisse quercus tali quodam casu absorptas. *Le journal des Scavans sive Ephemerid. Erudit. Paris. An. 1667. Tom. III. Ephem. X. p. 136. 137.*

Terminales.

Sicut hodie apud Persas, ita olim agros, velut & lapides terminabant, frequentius tamen lapis terminus erat. Reperiuntur *Arbores Terminales* apud Paulum JCtum, & indiscretè *Arbores Lapidesve Terminales dixêre* JCti *Leg. I. 3. ff. de Term. moto.* Hinc *Ovid. Lib. II. Fast. v. 641.*

Termine, sive lapis, sive es defertus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque Numen habes.

Et ex ejus imitatione *Tibullus L. I. El. I. v. 11.*

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florida serta lapis.

Hofm. L. U. Tom. I. p. 300.

Viales.

Ne viatores in Provinciis Cathai errent, prospexit illis prudens Imperator (Magnus Cham) hoc consilio: Plantari fecit plurimas arbores, una ab alia modico distante intervallo, easque juxta vias sic constituit, ut iter agentibus ceu digito ostendant veram semitæ lineam. *M. Paul. Venetus de Region. Oriental. L. II. Cap. XXIV. p. 84.*

Aridæ virentes.

§. 1.

Bey Einraumung der Vestung Caminiec, von denen Türcken/ an den Pohlen/ und Einweihung der dasigen Cathedral-Kirchen/ hat sich dieses Wunder zugetragen: daß ein auf den Kirch-Hof stehender dürrer Apffel-Baum/ die Nacht/ nach der Kirchen Einweihung/ geblühet/ als wann es Frühling wäre/ welche zu ungewöhnlicher Zeit blühende/ oder Frucht-bringende Pflantzen und Bäume/ allezeit was sonderbahres vorher bedeutet. Exempla legi possunt in den Hamb. wochentl. Curiösen Zeit-Vertreiber/ *An. 1700. N. I. p. 6. 7.* In der gantzen Avignonischen Diœcesi, welche die Römischen Päbste besitzen/ in Franckreich/ ist eine grosse Menge der Oel-Bäume/ sowohl in dem flachen Lande/ als auf dem Gebürge/ so offt ein Pabst mit Tod abgehet/ so verderben alle diese Bäume/ sobald aber ein neuer erwehlet wird/ alsdenn fangen sie an wiederum zu grünen/ und Frucht zu bringen. Ita *P. Abrah. à S. Clara* im Huy und Pfuy der Welt/ *in Tit. Arbor.*

§. 2.

Colomannus, ein Pilgrim/ ward von den Einwohnern zu Stockerau/ in Oesterreich/ für einen Kundschaffer und Verräther angesehen/ gefangen/ und an einen dürren Baum gehäncket. Hierauf fing der Baum an zu grünen/ blühen und Frucht zu tragen; des Gehäckten Nägel wuchsen/ wo man in ein Glied schnidte/ blutete es/ als lebte er noch. Da das Käyser Heinrich/ der Andere/ erfuhr/ ließ er ihn abnehmen/ und ehrlich begraben. Mich. Sachs Käyser-Chron. *P. II. p. 171.* Als Elphegus, Ertz-Bischeff zu Cantelberg/ von den Dänen war mit Steinen todt geworffen worden/ hat man einen klapperdürren Stecken/ der nicht einmahl eine Rinde hatte/ in seinem Blute benetzet/ Tags drauf hat dieser Stecken gegrünet/ geblühet/ und auch Früchte getragen; welches/ als es die Ungläubigen gesehen/ haben sie seinen Cörper zum Begräbniß folgen lassen/ *Wilh. Malmesbur. Lib. II. de Pontif. Angl. p. 245.* Vogels-

gelsberg/ Käyser Caroli V. vornehmster Kriegs-Obrister/ ward bey seinem Herrn so hoch verleumdet/ daß er ihm ohn alles Urtheil den Kopff zu Augspurg ließ abschlagen. Der unschuldige Mann aber betheuerte vor seinem Ende sehr hoch/es geschehe ihm zu viel/und begehrte/man solte auf sein Grab einen dürren Stab stecken/ würde derselbe einwurtzeln/ grünen / und zu einem Baume werden/ so sollte iedermann dabey erkennen / daß er unschuldig gewesen; würde aber der Stab dürre bleiben/so wollte er den Tod verdienet haben. Als nun solches geschehen/ fing der Stab an alsobald zu grünen/ seine Unschuld kam zwar gnugsam/ aber gar zu langsam/ am Tag / und ließ sich der Käyser solches geschwinden Urtheils gar sehr gereuen. *Dn.* Ernst Confect-Tafel / *Cent. I. Cap. LXXIX. §. 6. p. 486. 487.* conf. *Appamt. Bibl. Tom. I. in Tit. Aaronis Virga, p. 8.* An. 1629. sind in Pommern aus einer unfruchtbaren Weide unversehens etliche natürliche und wohlriechende Rosen entsprungen. *Zeiler. Cent. IV. Ep. LXXXV.* ubi allegat *Micrælium Chron. Pom. p. 373.*

Semper virentes.

Der Palm-Baum/ welcher die grossen Coccer-Nüsse / eine liebliche Erquickung der Menschen bringet/wird seiner Fruchtbarkeit wegen billig gelobet/ sintemahl er alle Monat frische trägt / und also das gantze Jahr durch mit Palm-Trauben gekrönet wird. So schreibet auch Cassiodorus von den Obst-Bäumen in der Insul Goa, daß sie Winters-Zeit eben wie im Sommer blühen/ und Früchte tragen. *D. Misander* in der Creutz. des Fl. *p. 1757.* In der Insul S. Helena sind Feigen-Bäume/ die stets an sich Früchte haben; denn ein Baum trägt das gantze Jahr unaufhörlich Blühten / grüne Feigen / und zeitige Früchte; Also dencket auch Solinus der Egyptischen Feigen-Bäume/ welche nicht nur an den Zweigen / sondern auch an den Stamme Früchte hervor stossen/ und des Jahres siebenmahl tragen. *D. G. Dexelius, in Theat. Hist. Curios. Tit. XXXIX. p. 229.* Christiani tales sint arbores &c. Ein ieder seuffze:

GOtt Vater steh mir gnädig bey/
Daß ich dir wohl behage!
O JESU/ deine Gnad verleyh/
Daß ich stets Früchte trage!
O Heilger Geist/ laß durch dein Wort/
Mich fruchtbar bleiben immerfort/
Und dort im Himmel grünen!

ARBORUM

Flos est pleni veris indicium, & anni renascentis, flos *gaudium arborum*. *Plin. N. H. Lib. XVI. Cap. XXV. p. 275.*

Corticibus nomina deliciarum ſuarum inſcripta.

Solebant priſci in corticibus arborum nomina deliciarum ſuarum notare: quod teſtantur Græci Grammatici, & quam conſvetudinem tetigit Virgilius in paſtorali carmine canens:

— — teneris que meos incidere amores
Arboribus, creſcent illæ, creſcetis amores.

P. Victor. Var. Lect. Lib. XVI. Cap. V. p. 405.

Comitia, Jud. IX, 8. ſeq.

§. 1.

Regnum olim olivæ detulerunt arbores,
Et validæ late ſceptra gentis frondeæ,
Quibus illa, quæ contenta ſorte eſſet ſua,
O amici, ait, meamne pingvedinem,
Dis atque hominibus expetitam, deſeram,
Ut imperem, regnique curis macerer?
Ite, oro, & alii ſarcinam hanc imponite.
Rejectæ eunt ad Ficum, uti regnet, rogant.
Quæ & ipſa per ſe læta nativis bonis,
Egone, ut meam dulcedinem & ſvaviſſimos
Fructus, Sapori mellis Hiblæi pares,
Angore mutem, quo hic honos exuberat?
Re rurſus infectâ hæſitabundæ arbores
Vitem quoque ſtatuere tentandam ſibi.
Ea tum nigranti concolores purpuræ
Uvas onuſtas explicans per palmites:
Videtis, inquit, has opes, hanc copiam,
Hoc delicatum, tot racemorum decus,
Deo unde, hominibusq; acceptus humor fluit?
Hæc dona opima, hæc tanta naturæ bona
Ut deſeram, eſtis authores mihi?
Tum verò me omnes omnium ſtultiſſimam
Exiſtimarint arborum, ſi id fecero?
Quo me ipſa perdam, cæteris ut conſulam?
Hæc illa. At hæ, jam ſupplicandi tædio
Feſſæ ac labore, Rhamno honorem deferunt.
Elatus ille regio faſtu ac tumens,
Si Rex, ait, ſum veſter, ad me accedite

Omnes,

Omnes, & umbrâ ſub mea conſidite.
Ni id feceritis, rapidus ignis, nemini
Parſurus, ex me erumpat, atque ipſas quoque
Excelſiores hauriat Libani Cedros. *Heidf. l. c. p. 156.*

§. 2.

Sed quomodo DEus honoratur oleo? v. 9. Reſp. 1) in Lucernis accenſis, Exod. XXXV, 14. in quibus oleum DEO quotidiè accendebatur. 2) In oblationibus, Exod. XXIX, 2. Lev. II, 6. 7. Nulla vel in holocauſtum vel pacifica offerri poterat victima, quin certa olei menſura ad libamenta adderetur. 3) Oleo quoq; ungebantur Sacerdotes, Pontifices, & vaſa Tabernaculi. Porrò, homines eo honorabantur 1) quod ad unctionem Regum, Sacerdotum & Prophetarum adhibebatur. 2) Quod ex eo adornabantur munera Regibus. Porrò, oleum eſt hominibus cibus, medicina, lux: eo uſi ſunt ad robur, ad nitorem cutis, ad luxus, ad delicias. Sic v. 13. Vinum lætificat DEUM. At DEUS vinum non bibit, quomodò ergo eum lætificat? Reſp. 1) Poteſt hoc intelligi de Diis Gentilium, quos potione quadam cœleſti potari credidit antiquitas. Loquitur Jotham ſecundum ſenſum populi, ad Sichemitas jam idololatras effectos. 2) Exhilarat DEUM, quia in ſacrificiis DEO libabatur, Num. XV, 5. 7. 10. Adde, quod in feſtis diebus, feſtivis epulis & vino uſi ſunt homines, in honorem DEI lætitiâ geſtientes. *Et homines*, Pſal. CIV, 15. Prov. XXXI, 6. Jer. XVI, 7. Lætitiæ Bacchus dator apud Virgilium. Vitis lætitiæ præco Nonno Dionyſ. Lib. VII. ap. *Polum in Jud. Cap. IX. p. 1041.*

ARBOREA

Lana.

Baumwolle wächſet an kleinen ſubtilen Stengeln einer Ellen / bißweilen hoch / bißweilen auch höher und niedriger; Solche Stengel haben kleine Blätterlein / und runde Knöpffe einem groſſen Kirſchkern gleich / in welchen die Baumwolle ſtecket / und wenn ſie recht reiff iſt / berſten die Knöpfflein von ſich ſelber auf / und blicket alsdann die weiſſe Baumwolle hervor. *Neitſchitz, Itin. Lib. VII. Cap. V. & VI. Novella* aus der gelehrten und Curiöſen Welt *An 1692. menſ. Sept. p. 917.* De Goſſypii planta in Tylo Inſula Theophraſtus dicit, illam habere nucem, quæ quamdiu clauſa ſit, ac lanam intus contineat, magnitudine æquet pomum vernum; ubi verò dehiſcunt tria illa putamina, quibus lana coercetur, fit major ac deſinit eſſe nux. *Iſaacus Voſſius Obſervat. in Pomp. Melæ Lib. III. Cap. 7. p. 266.*

ARBOREUM

Spectrum.

Superioribus annis in bello Moſchos inter & Polonos ad Smolenskum geſto, ſpeculator quidam Sarmata, nuncii & exploratoris functus officio à Polonis ad Moſchos, àque his ad illos ultro citroque pone ſtationes ac vigilias hoſtium ſecurè commeavit. Nam frondibus arborum, ſemper virentium, corpus ſuum univerſum à ſummo capitis ad imos usque pedes circumtexit, brachiis etiam ad lumbos diligenter aſtrictis: circum humeros & ſcapulos, per ambitum, ut in arboribus natura fert, aliquantò latius ramos diffuderat: donec ſenſim ſupra capitis verticem coirent in cacuminis figuram: hoc ille cultu, habituque noctibus ambulabat totis, ut hominem hunc quisquis obvius in eum incidiſſet, ſpectrum credidiſſet arboreum, aut mobiles quasdam præſtigias. *B. Danbaeus, Homil. Academ. P. II. Hom. XIII. p. 346.*

ARBUSCULUM.

Ab impetuoſo vento ruptum, hoc lemmate: Concidit ante diem, juvenem immaturâ morte abreptum, ſignificat. *Picinell. M. S. P. I. Lib. IX. Cap. IV. n. 80. p. 548.*

ARCA

Noæ.

Ligneus ille carcer ſeu navigium, *Drexel. Zod. Chriſt. Coronide de Predeſtinatione & predeſtinatorum paucitate p. 426.* admodum fuit magna, ut omnia animalia facile in eâ per integrum annum conſervari & ali potuerint. *Joh. Jac. Hermannus, Cent. Illuſtr. Quæſt. Dec. II. Q. II. Conf. omninò Emſm. Franciſci* Luſt. Schaubühne *P. II. Converſ. I. p. 358. ſeq.*

Sed carnivora animalia in eâdem quid ederunt?

Reſp. Communi cæterorum pabulo contenta victitarunt, & quemadmodum tam multigenas animantes non ſine prodigio coactas, ita non ſine miraculo paſtas dicendum. *Drexel. de Noëmo Cap. XI. §. 2. p. 668.* Sed exiſtimamus carnibus fuiſſe paſta. Nec enim miracula ſunt fingenda præter neceſſitatem. Varios cibos & ſolitos jubetur Noachus comportare pro ſeſe & beſtiis, nec ulla cibi ſpecies excluditur. *D. Balth. Bebelius in Hiſt. Eccleſiæ Noachicæ Art. II. §. 8. p. 15. Conf. Mart. Schoockius, in Diluvio Noachi Univerſali Cap. VIII. p. 354. ſeq.*

In monte Parri ſedit.

Eſt ſuper Minadam excelſus mons in Armeniâ, qui *Parrii* appellatur, in quo multos confugientes, ſermo eſt, diluvii tempore liberatos, & quendam ſimul

mul in arcâ vectum in montis Oeilæ summitatem salvum delatum, lignorumq; ejus reliquias multo tempore ibi consecratas esse; Sed contra Scripturam &c. *Wolff. L. M. Cent. I. p. 17.*

Extra Arcam nemo salvatus.

Malè autem hæc sententia applicatur ad absolutam baptismi in in Ecclesiâ suscipiendi necessitatem, qui olim Cypriani error fuit, quem incautius sectatur Isidorus in glossâ ap. *Bebel. l. c. §. 7. p. 12. 13.*

In eâdem quomodo omnia animalia potuerunt stabulari? Gen. VI, 14. 15.

§. 1.

Qui ex gentilibus olim pro fabulis habuerunt
Tradidit arcano quæcunque volumine Moses

hîc objecêre, non potuisse tam exiguum spatium, quale hîc describitur, tot animantibus capiendis esse, itaque Origenes & post ipsum alii cubitos hic intelligunt Geometricos, quorum unus sex vulgares, secundum quosdam, æquat. Verum sic & immanis fuisset arcæ vastitas, & si rectè calculum ponas, abundè loci fuit, ubi satis laxè omnia animalia starent, accipiendo, inquam, cubitos vulgares, quorum quisq; pedem cum dimidio, sive sex palmas continet. Longitudo autem arcæ fuit 300. latitudo 50. altitudo 30. cubitorum, unde sequitur, arenam, vel pavimentum uniuscujusq; tabulati (tria erant) fuisse 15000. cubitorum, capacitatem autem Arcæ in universum cubitorum 45000; spacium amplissimum, & omnibus animantium speciebus (quarum numerus ultra 150. non excedit, capiendis sufficientissimum. Cæterum longitudo arcæ, ut patet, sextupla, est ad ejus latitudinem, nam sexies 50. sunt 300. & decupla ad ejus altitudinem sive profunditatem, nam decies 30. sunt 300; atq; eadem est proportio dimensionum in bene formato corpore humano. *D. Georg. Calixtus in Lucubrat. ad Cap. VI. Gen. p. 97.* Conf. *Polus in b. l. p. 77. seq. Er. Franciscii* in der lustig. Schau-B. *P. II. Convers. I. p. 359. seq.* Delineationem Arcæ Noachicæ Scenographicam exhibet & *Dn. Sam. Reyherus, in Mathesi Mosaicâ, Cap. V. §. 44. p. 58. seq.*

§. 2.

Benè *Guil. Salust. Bartasius Hebdom. II. Diei II. Lib. I. p. 135. 136.*

Impia turba tamen quæ verba procacia nuper
Mussabat, tenues ponebat & aure susurros
Inter se, veteri posita formidine, magno
Nunc blatit infrænis nisu, blasphemaq; clamat:
Quis nisi subleitæ cui sint præcordia mentis
Crediderit, navem quæ vix assurgat in ulnas,

Hoc tot onus menſes arcta vectaſſe lacuna,
Quando Rhinoceros, ſitienti corde Camelus,
Fortis equus, rugans Elephas, & Taurus in antro
Pabula ſi jungas nequeant majore recondi?
O ſcurræ audaces! o terq; quaterq; profani!
Si dein nata, vago non cepi animalia clauſtro
Multa, Dionææ non ducta ab origine divæ:
Indociles Mulos, nigris maculis Leopardos,
Quos calor incerto generavit devius œſtro,
Totq; canes, & tot Gallos, variasq; columbas,
Quæ ſine fine novas per iniquæ mixta Cytherææ
Oſcula progignunt ſpecies, quos Dædala rerum
Vis ævo genetrix luſus celebravit ab omni:
Quin vobis ſi metra probem per ſingula, & omnes
Evincam cubitos, hoc, mentis acumine ſanimo,
Arte laboratum docta verſatile ſeptum,
Tot potuiſſe ſuis animalia claudere mandris
Quando Geometricas cubitus ſurgebat in ulnas,
Impia mordaces Momi dicteria deerunt:
Ulla Giganteas tentantes aſtra catervas
Si mulcet ratio: Sed nos divina ſequamur
Juſſa, DEI miranda magis ſuprema poteſtas:
Hic hominum ſileant mentes: ſi dixit, & egit,
Irrita quis nusquam nec inania verba locutus?

§. 3.

Es kan dieſe Arche gar ſchön entworffen werden unter eines groſſen Königs und Fürſten Schloß und Reſidentz / darinnen für ſeinen gantzen Hof / Vieh und Menſchen / ſehr viel Gemächer / Stuben und Ställe gemachet werden / mit der Beyſchrifft:

MULTORUM RECEPTACULUM.

Diß Schloß und Fürſtlicher Pallaſt /
Viel Vieh und Menſchen in ſich faßt!

Die im Kaſten bey einander ſtehende und verſammlete Thiere ſind ein ſchönes Sinnbild der Chriſtlichen Liebe / Fried und Eintracht / und kan man dieſe Worte beyſetzen:

JUNGUNTUR IN UNUM! Vel
TUTOS CONJUNCTIO PRÆSTAT!

Die Eintracht macht/das Groß und Klein/
Gar füglich hier beysammen seyn!
D. Seiffarti Biblia in Imaginibus P. I. p. 779. 808.

ARCA
Fœderis, Exod. XXV, 10.

§. 1.

Hujus lignum Israëlitas inter alia pretiosa ex Ægypto secum abstulisse quidam affirmant, & ut *Kimchi ad Ps. XXIIX, 2. cit. Simeon. de Muis comment. ad h. l. f. 140. col. 1. loquitur*, scalæ instar erat, per quam ascendebat ad DEUM oratio; Christus hodiè talis scala &c. *Bauman. Anal. Typ. p. 527. seq. Cuper. Diac. Apoc. T. III. p. 73. 74.* Erat habitaculum præsentiæ divinæ, *R. Abarbenel ad c. III. Jerem. f. 102. col. 1.* ad quam orabant Judæi, cum vel bello, vel fame pressi, vel alio quodam modo in angustiis constituti erant 1. Reg. IIX, 36. 37. Erat Salus & Gloria Israelis 1. Sam. IX, 21. 22. quâ haud parum non olim modo, sed hodienum etiam gloriantur Judæi, *D. Jo. Ben. Carpzov. Quæst. Sacr. Quonam Arca Fœderis pervenerit? c. I. §. 1. p. 2. D. G. Calixt.* Gottes zweyfache Bundes-Lade/ *§. 54. p. 81. seq.*

§. 2.

Nomina ejus varia sunt (dicitur enim ארון ברית *fœderis*, Jos. VI, 6. (quod nimirum, usi habet Josephus Lib. III Antiq. Cap. VI. in eâ esset Lex, per quam Dominus fœdus percusserat cum Ebræis, se fore illorum DEum, & benefactorum iis, si legem servarent.) העדות *testimonii*, (Num. IV, 5. quia nempè in eâ reposita erat Lex, quæ Testimonium in Sactis vocatur) ארון יהוה *Arca Domini* &c.) nunquam tamen in casu recto, & sine addito dicitur יהוה contra Judæos & Socinianos. Neque cum dicitur: *Coram Jehova*, exponere licet *coram arca*, sed *coram ipso Domino sese illic manifestante.* Arca fœderis una erat, quem ex præscripto divino, Exod. XXV, 9. seq. fecit Bezaleel, non duplex, scil. *altera Bezaleelis* in sanctuario reponenda, *altera à Mose facta* & in bellum educenda. Materia arcæ erant ligna *Schittim*, quæ nos pro nobilissimâ cedri specie habemus, eratque intus & extus aureis laminis obducta. In Arcâ nihil erat, præter duas tabulas legis, 1. Reg. VIII, 9. proinde Ebr. IX, 4. ἐν ᾗ referendum est ad τὴν σκηνὴν, non ad τὴν πρώτην. *Walth. Harm. Bibl. p. 415. Noldius, ad Concord. p. 1018. Fesselius, Advers. Sacr. Lib. VI. Cap. V. p. 71. Pfeiff. D. V. C. II. Lib. IX. p. 425. 426.* Conf. Exod. XXV, 16. 21. Cap. XL, 20. Devt. X, 5.

Sed in eâdem Tabulæ an fractæ, an integræ, an utræque?

§. 1.

In diversas hîc sententias abeunt Autores, & quælibet suos habet Patro-

nos. Etenim postquam Moses priores, quibus legem moralem proprio digito DEus inscripserat, indignabundus fregisset, alias eum dolare, iisque Legem inscribere jussit Dominus, ceu constat ex Exod. XXXII, 19. XXXIV, 1, Devt. X, 1. seq. Quod si vera forent, quæ *R. Salomo Jarchi* ad Exod. XXXIV. nugatur, quod Moses è venditis Tabularum Saphirinarum fragmentis ingentes acquisiverit opes, cessaret statim hæc quæstio, nec dubium foret de posterioribus intelligi debere, quando Scriptura Tabulas Legis in Arcâ reconditas fuisse dicit. Verum enim verò hæc utique Rabbinorum commenta sapiunt, & nos longè rectius faciemus, si ductum SS. literarum attendentes, eas quousq; licet sequamur.

§. 2.

Locus ubi ex professo de hac re agitur, extat Deut. X, 1. seqq. ubi v. 2. non verosimile est, DEum jubere alias Tabulas in Arcâ reponi, quam quas in eâ v. 5. se collocasse Moses memorat: quæ si nullæ fuerunt aliæ, quam posteriores, quin hæ in Arcâ fuerint, nullum prorsus est dubium. Sed ut & solas eas ibidem collocatas suadet insignis prorsus locus 1. Reg. VIII, 9. Quæ verba deinceps 2. Chron. V, 10. repetuntur. Quod si verò שני לחות *duæ* tantum *Tabulæ* fuerunt in arcâ, & tamen integras in eâ fuisse certum est, fractæ simul eâdem servari non potuerunt: sic enim non *duæ*, sed *quatuor* Tabulæ ibidem fuissent. *M. Heinricus Widebrgius, Exercit. Acad. de iis, quæ in Arcâ Fœderis asservata fuerunt §. 4. 6. seq.*

Anne & Virga Aaronis & Mannæ Urnula?

§. 1.

Ita quidem multi, producentes illa Mosis ad Aaronem verba, Exod. XVI, 33. *Tolle urnam & pone illic plenum Omer Manna, & repone illud coram Domino in custodiam. ingenerationes vestras.* Statim autem *versu seq.* subjungitur: *Sicut præceperat Dominus Mosi, reposuit illud Aaron coram testimonio in custodiam.* De Virgâ verò Aaronis hoc extat, præceptum DEI ad Mosen, Num. XVII, 10. *Pone virgam Aaronis coram testimonio in custodiam*, id quod rursus se fecisse *versu seq.* ipse testatur, cui mandatum illud datum fuerat.

§. 2.

Sunt itaque, qui his dictis persvasi, at urnam illam Mannâ plenam & Virgam Aaronis intra ipsam Arcam asservatas fuisse censent. Cum enim Testimonium tabulis lapideis inscriptum Arcæ inclusum fuisse constet, putant, non potuisse virgam aut urnam illam לפני העדת *coram Testimonio* reponi, nisi in eâdem cum ipso Arcâ collocarentur: quod alias non *coram Testimonio*, sed *coram Arcâ* repositæ fuissent.

§. 3.

Nos ut ingenuè fatemur Mannæ urnulam, itemque virgam Aaronis in sanctu-

sanctuario coram Arca asservatas fuisse, ita non magis in eâ fuisse putamus, quam ipsum Legis librum. Docet hoc insignis ille à nobis allegatus ex 1. Reg. VIII. locus nec quicquam Scripturæ dicta §. 1. allata evincunt. Dicunt quidem illa, urnulam Mannæ & virgam Aaronis coram testimonio collocatas fuisse: verum consequentia prorsus nulla educi inde potest, in Arcâ illas fuisse. Quod si enim illud omne, quod *coram Testimonio* repositum fuit, in ipsam collocatum fuit arcam, jam non Aaronis tantum, sed reliquæ etiam, quas à Principibus familiarum accipere jubetur Moses, virgæ in Arca ponendæ fuerint. Namque de his omnibus expresse dicit Dominus Num. XVII, 4. Et repones eas (virgas) in tabernaculo Ecclesiæ לִפְנֵי הָעֵדֻת *coram testimonio*. Conf. v. 17.

§. 4.

Sed anne obstare videtur locus Ebr. IX, 3. 4? Quidam, ut §. 2. *Tit. primi* adductum, existimant, Relativum ἐν ᾗ non ad proximum τῆς πλησίον, sed ad remotius τῆς σκηνῆς vocabulum referri debere, ut ita Epistola dicat, non in ipsâ Arcâ, sed tabernaculo, illa quæ Arcæ adjungit, fuisse. Nos quidem non negamus, quin aliquando Pronomina Relativa ad ea, quæ remotius distant in SS. literis referantur, cujus rei memorabile est in hâc ipsâ Epistolâ Cap. XII, 7. exemplum: an tamen hujç loco hæc expositio conveniat, haud immeritò fortè quis dubitaverit. Nam si περὶ σκηνῆς *de Tabernaculo* adhuc loqueretur Epistolæ Autor, sermonem utique à præcedenti participio ἔχουσα hoc modo continuasset: καὶ τὴν χρυσῆν, ἔχουσαν τὸ μάννα καὶ τὴν ῥάβδον &c. Præterea v. 5. dicitur: ὑπεράνω δ' αὐτῆς χερουβὶμ δόξης, *supra eam verò Cherubim gloriæ:* quæ sanè ad Arcam necessario referenda sunt. Nisi ergò textum male sibi cohærentem fingere velimus, Ralativum ἐν ᾗ ad ipsam τὴν πλησίον *Arcam* referendum erit.

§. 5.

Sunt qui voculam ב hoc loco latius extendendam esse censent, ut more בְּ Ebræorum *cum, juxta, apud, ad* significet. Sanè τὸ ב in Ebræo textu aliquando ita accipi docet *Buxtorffius Thes. p. 556.* ב, inquit, notat accessum, aut adhæsionem, quod dicunt Ebræi ב הרביק והנגיעה, Exempla sunt Jos. X, 11. Jud. XIIX, 2. Quo sensu si voculam ב h. l. accipiamus, nihil aliud quam hoc facer Autor dicit, fuisse virgam Aaronis & Urnam Mannæ *juxta* Arcam repositas, nec amplius priori Regum libro contradicit. Atq; hæc responsio etsi sic satis expedita sit, nec ullis quæ superari non possint, difficultatibus prematur: suggerunt tamen alii adhuc aliam, quæ non minus eleganter è diversa temporis circumstantiâ apparentem contradictionem tollere videtur. *Calixtus Tract. de Pactis §. 82.* ita scribit: Loquitur autem Epistola de Tabernaculo, quale erat primis temporibus, quando dissolvi & portari potuit: Libri verò Historici de templo jam extructo. Dico itaq; temporibus, quibus locum subindè Tabernaculum variabat, additas

Tabulis fœderis fuisse urnam & virgam, & Arcæ simul inclusas: quod mutaverit, cum fixam sedem, extructo à Salomone templo, Area nacta esset; tunc enim Urnam & Virgam *ponere Arcæ*, sive *coram Arcâ*, quod verbis Domini imprimis conforme, positas fuisse. Quæ nec à Scripturæ consvetudine abhorrent, & omnem controversiam sopire facilè possunt. *Id. ibid. §. 28. seq.*

An unica, an duæ?

Cum DEUS Exod. XXV, 10. dixisset: *Facient etiam arcam è lignis Sittim*, & v. 16. *pones in ea testimonium, quod dabo tibi*; rursus eidem post tabulas fractas denuò in montem accersito dicit: *Fac tibi arcam ligneam* Deut. X, 1. quam se etiam fecisse testatur ipse v. 6. Putant igitur aliam esse arcam, quam Bezaleel Exod. 37, 1. dirigente opus Mose, aliam quam ipse Moses jussu DEI extruxerit, atq; de illa quidem priori, de hâc posteriori loco Dominum loqui existimant. Sed una tantum in populo Israelitico fuit Arca, & ea quidem ipsa, quam Bezaleel à DEO ipso ad hoc negotium vocatus, construxit. Neq; locus Deut. X. quicquam nos movet: cum DEus ibidem nihil novi jubere, sed saltem mandatum, quod jam ante Exod. XXV. Mosi dederat, repetere videatur. Nec obstat, quod Deut. X. dicatur: *Facies*; Exod. XXV. verò *Facient*. Rectè enim Moses facere jubetur, quod ipse fieri curavit. Ac ita quidem dubium hoc solvit *Doctiss. Drusius Comment. ad loc. diff. Exod. p. 564.* Duobus modis, inquit ille, aliquid fit. Bezaleel fecit Arcam, quia fabricatus est eam. Moses autem fecit eam, quia jussit fieri. Nam qui aliquid præcipit fieri, illud facere dicitur. Sic Salomo Rex ædificavit templum, videlicet per alios, quorum operâ ad eam rem usus est. *Wideburg l. c. §. 11. 12.* Vide quæ de duabus arcis habet *B. Calov. Bibl. Illustr. ad 2. Reg. XI, 11. p. 770. b.*

Instar cordis.

R. Isaac Abarbenel scribit: Arca instar cordis fuit humani, quod in medio ejus consistens omnibus membris vitam impertitur. *Joh. Ben. Carpzov. Fil. in Diatr. Philol. de Arcâ Fœderis An. 1676. sub præsid. D. Joh. Irschmuth. Jen. Cap. I. §. 9. p. 9.*

Ubi constitit?

Liceat nobis ex *Kimchio* de lapide, super quo Arca constitisse dicitur, pauca hic observare. Solet ille Judæorum Doctoribus aliàs vocari אבן השתיה *Lapis fundationis*: quod nimirum in centro terræ situs, non Templi tantum, sed & universæ terræ sit fundamentum. Neque verò recens est hoc figmentum, sed in ipso jam *Targum*, quod *Jonathani* vulgò tribuunt, occurrit, qui Exod. XXVIII, 30. DEum hoc lapide os abyssi obsignasse, eique nomen *Jod He Vav He* inscripsisse refert. Hinc nata fuit deinceps blasphemate de CHRISTO Servatore fabula, quod in Sanctum Sanctorum ingressus nomen προφορὰ ματον à lapi-

à lapide hoc in pergamenum, quod vocant, descriptum cruri inseruerit, ejusque deindè exemti beneficio tot miracula patrarit. Fabula extat in maledico quodam gentis Judaicæ libello ישו כהורדות, unde Lutherus eam retulit in libium, cui inscriptio: Vom Schemhampheraſch und Geſchlecht Chriſti. *Wideb.* §. 27.

Ubi tandem mansit?

§. 1.

Quidam eandem absconditam dicunt à Jeremiâ, ut Autor libri 2. Maccab. II, 1. 2. 3. 4. 5. Alii absconditam dicunt à Josiâ Rege Judæ, sub adventum Messiæ aliquandò restituendam. Audiamus de occultatione illâ *Kimchium ad 2. Chron. XXXV. 3. f. 945. b. 1.* Rabbini nostri b. m. tradiderunt, quod præceperit, ut absconderent Arcam, ne unà cum reliquis abduceretur. Et dicunt fuisse lapidem in Sancto Sanctorum ad occidentalem ejus partem, super quo Arca fuerit reposita, & ante eam urna Mannæ, & virga Aaronis. Et eo tempore, quo Salomo ædificavit domum istam, cum præsciret illa devastatum iri, ædificasse locum, in quo absconderet Arcam, infra per loca abdita, profunda ac tortuosa, quem locum texerit hic lapis. Josiam ergò Regem præcipere, ut abscondant Arcam in hoc loco, quem exstruxerat Salomo, sicut dicitur: Ponite Arcam sanctitatis &c. & illos abscondisse cum Arcâ virgam Aaronis, & urnam Mannæ & oleum unctionis. Conf. *P. Cunæum Lib. I. de Rep. Ebr. Cap. XIV. p. 90.*

§. 2.

Denique nonnulli statuunt, Arcam cum Tabulis inter reliqua vasa templi Babylonem translatam, & tempore finitæ captivitatis Hierosolymam relatam fuisse. Cumq; alterâ vice Templum destrueretur, à Romanis direptam & Romæ triumphatam esse ex *Fl. Josephi Lib. Cap. XVII.* verbis conjiciunt, qui Triumphum Titi, cujus ipse spectator fuit, ita describit: Eminebant, quæ apud Hierosolymam in templo reperta sunt. *Primo loco* mensa aurea, ponderis talenti magni. *Secundo* loco erat candelabrum, similiter auro quidem factum, sed opere commutato abusus nostri consvetudine. *Tertio* denique loco post hæc portabatur Lex Judæorum, novissima spoliorum. Ubi per legem Judæorum *Arcam Fœderis*, Tabulas Legis continentem, intelligunt. Quia etiam *Joseph.* loco allegato scribit, Vespasianum præcepisse, ut Lex & velum interioris Templi in Regiâ ipsius asservarentur, ajunt, Arcam etiamnum Romæ asservari, & in Templo Lateranensi, auro tamen denudatam, conspici. Verum hæc meritò admodum suspecta videntur *Buxtorffio*, qui satis prolixè de his agit *in Hist. Arc. Cap. XXII. p. 200.* nec non *in Diss. de Decal. th. 49. 50. seq.* Arcam unà cum Templo à Chaldæis combustam esse probat *B. D. Jo. Ben. Carpz. in Quæst. Sacrâ: Quænam Arca Fœderis pervenerit? Cap. II. §. 14. p. 36. 37.* Quod DEus tum ob peccata populi, tum, ut gradibus quibusdam ceremonias aboleret; deniq; ut sub istâ domo venturum eum significaret,

caret, qui omne Arcæ mysterium impleturus foret, sapientissimo consilio fieri permisit. *D. Hofm. L. U. in h. v. p. 300.*

§. 3.

Sed mirum videri posset, cur, qvum cætera Templi utensilia Babylonem transferri Nebucadnezar curaverit, Arcam, quæ cætera omnia, pretio, arte & sanctitatis æstimatione superabat, neglexerit? Resp. Hæc ipsa sanctitatis æstimatio, & memoria eorum, quæ Philistæis olim acciderunt, Babyloniorum animos ab Arcæ violatione absterruerunt: hactenus saltem, ut eam communi Templi fato relinquere, quam magno suo periculo, secum asportare maluerint. Quicquid sit, certum est, defuisse Arcam in Templo secundo: quamvis enim aliam ei similem fabricaverint Judæi, caruit tamen priscâ sanctitate, & visibili Divinæ præsentiæ Symbolo. *Herm. Witsius Miscell. Sacr. Tom. I. Lib. II. Diss. I. N. LXII. p. 428.* Tempore Messiæ, cum aliis rebus sacris, eam restituendam svaviter somniant Judæi, repugnante Jeremiâ Cap. III, 16. 17. *Hofm. l. c.*

ARCAM
Quis portavit?

§. 1.

Non cujusvis erat Arcam bajulare, sed id muneris Cahatitis erat assignatum, Num IV, 15. Cap. X, 21. Illi verò erant Levitæ, non Sacerdotes, כל כהן לוי ולא יתהפך Omnis Sacerdos est Levita, & non contra, uti *Abarbenel comment. in 1. Reg. c. IIX.* loquitur. Quin ipsi Sacerdotes Sacris aliàs operantes quandoq; eam portare tenebantur, uti rursus rectè monet *Don Isaac Abarbenel comment. in c. III. Jos.* Etsi huc usq; portarent Levitæ Arcam, heic tamen præcipit Sacerdotibus, ut eam portarent, ut propter miraculum magis sanctificaretur. Atq; ita alias etiam factum. Pergit enim Abarbenel Jos. III, 6. Dixerunt DD. nostri b. m. tribus locis Sacerdotes portarunt Arcam: Cum Jordanem transiverunt, cum circumderunt Jericho, & cum Arcam reduxerunt in suum locum, Davidis tempore, cum nempe fugeret propter Absolonem, quia dicitur: *Et reduxerunt Zadoch & Abiathar Arcam Hierosolymam.* Sed invenimus adhuc alium locum, ubi nempè Arcam in Sanctuarium tulerunt.

§. 2.

Quæ cum ita sint, vel hinc existimare licet, quantoperè peccarint Israëlitæ, cum Philistæos imitati plaustro imposuerunt Arcam, 1. Sam. VI. quam etiam Usias, præposterè veritus, ne caderet, manu suâ tangere non dubitavit. Quatuor peccata hîc notant Ebræi. I. Legem divinam violarunt, ubi dicitur: Servitium sanctitatis super eos in humero ferent. II. Ne Levitis quidem tangere eam licebat, nedum aliis. III. Uziæ solius est, quod is ex tribu Levi ne oriundus quidem, tetigit

Arcam.

Arcam. IV. Veteres notarunt in eo מיעוט אמנה *defectum fidei*, dum non credidit, posse DEum absq; hominis operâ providere, ne Arca caderet. Fassus est postmodum David 1.Par.XVI,11.13. Arcam minus decenter fuisse habitam, unde omni studio deinceps cavit, ne iterum peccaretur. Similiter etiam Bethsamitas percussit DEus, qui curiosi contra legem divinam aperuerunt eam, ut quid intus esset, perspicerent, 1.Sam.VI,19. *J. B. Carpz. Fil. l. c. Cap. III. §.6.7. p.21.22.* Vid. *Appar. Bibl. Tom. I. in Tit. Bethsemes p.381 seq. & Tom. IV. in Tit. Ussa.*

§. 3.

Est in Insulâ Oceani Castrum nemus, dicatumq; in eâ vehiculum veste contectum, attingere uni Sacerdotum concessum. Is adesse penetrali Deam intelligit, vectamq; bubus fœminis multa veneratione prosequitur. Læti tunc dies, festa loca quæcunq; adventu, hospitioq; dignatur. Non bella ineunt, non arma sumunt, clausum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nota. Item, tantum amata, donec idem Sacerdos satiatam conversatione mortalium, Deam templo reddat, mox vehiculum & vestes, & si credere velis numen ipsum secreto lacu abluitur. Servi ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaq; ignorantia, quid sit illud, quod tantum periti vident. *C. Tacitus in Descript. Gentium Germanarum versus Septentrionem.*

ARCAS

Et pectora amicis semper aperta esse oportet; dicebat Alcibiades ap. *Guev. Lib. III. Cap. XLX. p.562.*

ARCANA

DEI non rimanda.

Antoninus Imp. suapte naturâ curiosior, non hominum modo res cognoscere studebat, sed deorum dæmonumq; etiam rimari arcana. *Herodianus Hist. de Imperio post Marcum l. 4. p. 140.* Referendum huc illud, quod extat in ברכות *fol.10. col. 1.* Cum occultis DEI quid tibi negotii? Et quod alibi Hebræi dicunt: Non sunt curiosius investigenda opera DEI: omnia enim sapienter facit, tametsi abscondita sint מעיני חכמים ab oculis sapientum. *Casp. à Lilien, Diss. Sacr. Philol. Hist. Theol. Diss. 2. §. 11. p.29.* Vaga mens, quid per hanc curiosam curam tibi vis? Tangere cœlestem illum divini judicii ignem? Liquesces. Scandere in providentiæ arcem? Cades. *Drex. in Heliotropio L. I. C. III. §.5. p.780.*

Principum non propalanda.

Augustus Cæsar Sphinge in annulo usus, Principis arcana innuens, non temere esse divulganda. *Plin. H. N. L. XXXVII. Cap. I. p.653.* Alexander M. cum aliquando epistolam à matre missam arcanam legeret, & Hephæstio, ut tum forte assidebat, simpliciter unà eam percurreret, non prohibuit, sed annulum ori ejus im-

posuit, silentium amicâ fide philosophicè obsignans. *Heidf. c. XX. p. 408. conf. Hottinger. Hist. Or. Lib. II. Cap. VI. §. 527. Geier. in Prov. c. XI, 13. p. 538. seq.* In Balearibus Insulis hæc consvetudo fuit, ut quoties de arcano aliquo vellent deliberare Senatores, in campos exirent, ibiq; foveam effoderent, versus quam inclinabant ore & vota invicem & consilia loquebantur; & ubi finiebatur deliberatio, foveam illam terra implebant, atq; reliquo campo complanabant. Sepelienda esse consilia sub silentio innuebant. *Rad. Or. Ext. §. 467.* Apud Antiquos *Consus*, DEus consiliorum colebatur, ejus ara subterranea fuit, ad insinuandam consiliorum occultationem. *Id. p. 468.* Decamicho objicienti sibi oris graveolentiam, cum taxare vellet ejus garrulitatem fertur respondisse Euripides:

Ὅτι πολλὰ ἐν οἴκῳ λανθάνοντα ἐκκαπύει,

quod multa arcana in ore suo computruissent. Testis *Stobæus Omt. XXXIX. ap. Zwinger. Vol. VII. Lib. II. p. 1706. b.* Arabum est proverbium: Arcanum tuum est captivus tuus, si custodieris illud: tu autem es captivus ejus, si manifestetur, *M. Petr. Michaëlis in Nupt. p. 82.* Benè *Ovidius:*

Eximia est virtus, præstare silentia rebus:
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.

Es ist ein herrlich Werck/ was uns vertraut/ verschweigen/
Schelt würdig aber ists/ Verschwiegnes anzuzeigen!

Et *Horat. Lib. I. Epist. XIX.*

Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam,
Commissumque teges.

Ach Lieber forsche nicht/ wo Heimlichkeiten liegen/
Und wird dir was vertraut/ so halte es verschwiegen!

D. P. F. Sperling/ *Nicod. Quer. & Jes. Riss. P. II. 539. 545.*

Literis non committenda.

§. 1.

Licet nobile & omni commendatione dignum donum DEI sint literæ, quibus absentibus etiam & longè dissitis animi nostri sensa, perinde ac si præsentes essent, communicare, quæ periculum nobis creare possunt, valde intutum est: ideoque studiosè cavendum, juxta vulgatum illud:

Litera scripta manet, volat irrevocabile verbum.

§. 2.

Exemplum habemus in *Demate Oratore* Græco, qui, quia arcana literis crediderat, vitam perdidit. Longe memorabile & pulcherrimum habemus in Historiâ *Bohemicâ*, de *Johanne Smirzizio*. Hic erat vir genere illustris & scripserat literas ad Ladislaum Bohemiæ Regem, hisce verbis: Venturum te quamprimum in regnum tuum probo, si modò veneris imperaturus, non verò parituros:

rus : inermem, impotentemque intrare non laudo, nisi bicipitem mater te peperit, ut ex duobus capitibus unum Viennæ apud amicos dimittas, alterum Bohemorum dubiæ credas fidei. Vale. Epistola hæc *Comiti Ciliæ* reddita est, qui, cognito tenore, *Georgio Podebrachio* remisit. Ille accersito Procerum consilio, inter quos Johannes iste non in postremis erat, literarum sensum suppresso scribentis nomine recitat, quid mereatur scriptor, percunctatur. Dignum morte primi judicant, nec Johannes, suo loco sententiam dicere jussus, adversari audet, proditorem & ipse patriæ summo supplicio afficiendum censet ; profertur mox epistola ejus manu perscripta, & impressum annuli sigillum recognoscitur : damnatus exindè ore suo comprehenditur, tempus duarum horarum datur, quo, si velit & animæ saluti, & domesticis rebus consulat. Nec diutius vitæ dimissus, gladio percutitur, & eloquens magis, quam cautus, dum vitæ studet alienæ, suam amittit. *D. Christ. Matth. in Th. H. T. P. p. 340.*

ARCANUM
Nullum in mulieribus.

Inde ista Rabbinorum sententia : *Decem* cabi colloquiorum descenderunt in mundum, & *novem* istorum abstulerunt mulieres. *Buxtorff. Lex. Hebr. Chald. p. 221. D Christ. Chemnit. Coll. Th. in Gen. c. IV. q. II. §. 1. M. G. F. Heupelius Diss. Phil. de Creat. Evæ ex Costâ Adami* §. *3.* Habent lingvas, quibus silentium pœna est. *C. Agrippa d. V. S. c. 71.* Omnes sunt *vocales*, *liquidæ* & *consonantes*. Rarissimæ sunt, quæ nubium more pluviam suam teneant : ut non aberraverit, qui fœmineum os & pectus cribro assimilaverit, aut exterebratæ navi, ac dolio. *H. Engelgr. Luc. Ev. p. 90. & 222.* Rimarum sunt plenæ, juxta *Terent. Eunuch. Act. 1. Scen. 2.* hac atque illac perfluunt, ita ut verum sit Rabbinorum proverbium: אֵין כּוֹר בַּנָּשִׁים Nihil arcanum in mulieribus.

ARCHIMEDES.

Im andern Punischen Kriege ward Sicilien auch zum Schauplatz des Krieges gemacht / und als Syracusen von den Römern belagert ward / that ihnen der berühmte Mathematicus ARCHIMEDES grossen Schaden : denn wann sich die feindliche Flotte der Stadt nähern wollte / so warff er durch allerhand künstliche Machinen gantze Klötzer hinaus und mit den künstlichen Brenn-Spiegeln zündete er ihnen die Schiffe übern Halse an. Endlich als er im Begriff war neue Machinen im Sande abzucirckeln / war unterdessen die Stadt von den Römern erstiegen worden / und in der allgemeinen Plünderung kam auch ein Soldat in Archimedis Stube / welcher für allzu tieffen speculiren nicht einmahl war inne worden / daß die Stadt verlohren war. Als ihm nun der Soldat seine Figuren verhudelte / sagte er zu ihm : Noli turbare

circulos meos: das verdroß den Soldaten/ daß er ihm alsobald den Degen in den Wanst stach/ und die Welt eines rechten Wunderwercks beraubte. *Cl. Hübner. Hist. Pol. P. III. Lib. I. p. 320.* Archimedis sepulchrum quom odò Cicero invenerit, habet *Weber. in Art. Converf. Reg. III. Hist. XLX. p. 170.*

ARCHITECTUS

Turrim in aëre, quæ nec cœlum, nec terram, attingat, ædificaturus.

§. 1.

Jucundum est, quod maximus *Planudes in vitâ Æsopi* commemorat. Nectenabo, inquit, Rex Ægypti, cum falsò accepisset, Æsopum esse extinctum, mittit Lycero Regi Babyloniorum epistolam, quâ architectos petebat, qui turrim ædificarent, neque Cœlum, neque terram attingentem. Lycerus Æsopo quasi redivivo (nam eum occidi jusserat, quem tamen servus clam servarat) cum Nectenabonis Æsopus omnes aucupes accersivit, atque aquilarum pullos quatuor, ut caperent jussit; captos nutrivit ac instruxit, ut pueros in sportis, ungvibus aquilarum affixis, gestando in altum tollerent, atque ita obedientes pueris essent, ut quocunque illi vellent, volarent, sive in altum, sive in terram. Exacta hyeme Æsopus cum aquilis & pueris profectus ad Regem, spectaculum, totâ admirante Ægypto, exhibuit. Rex viso Æsopo perculsus, attulisti, inquit, qui turrim ædificent? Cui Æsopus: parati sunt, si modo ostendas locum. Posteà egressus urbem Rex, in planicie demonstrat diversum locum. Adductis ergo Æsopus ad demonstratos loci angulos, aquilis quatuor cum pueris, per sacculos appensis, ac puerorum manibus fabrorum datis instrumentis, jussit evolare: Illi verò sublimes, date nobis, clamabant, lapides, date calcem, & aliam ad ædificationem materiam; Quo miraculo attonitus Nectenabo, undè, inquit, mihi volucres homines? Æsope, victus sum.

§. 2.

Hæc non omninò fabulosa esse, convincere possunt complures historiæ, in quibus pueros ab aquilis innoxiè levatos, atq; aliò translatos legimus. Id tamen in proposito plus habet jactantiæ, quam facultatis; quando iste puerilium fabrorum quaternarius, jam in sublime evectus, cæmenta petiit faciendo operi, cui in aëre, corpore liquido & fugitivo, nullum substruere poterant fundamentum. Vide *Raderum ad Lib. I. Martialis.* Æthiopes olim pueros suos super aves, quas diversi generis educabant, sublimes imponebant, & cujus spei futuri essent, periculum faciebant. Nam si volantes in sublime intrepidi manerent, velut generosos & se dignos, magna curâ educabant; si verò animo consternarentur, & trepidi paverent, tanquam degeneres in loca deserta abjiciebant. *Alex. ab Alex. Lib. II. Cap. XXV. ap. Weber. l. c. Reg. XII. Obs. III. p. 740. & Reg. IX. S. II. p. 454. seq.*

ARCHI-

ARCHITECTI
Hodierni insignes.

In Rom siehet man die wunder-volle Gebäude und Palläste des Michael Angelo, Buonarotta Barozzi, sonst Vignola genannt/ Laurent. Bernini, Borromini, Mascarini, Jacormo della Porta, mit Erstaunen an. Venedig pranget innerhalb seinen Bezirck/ mit des Scamozzi, ausserhalb aber und umher/ wie auch zu Vicenz, Verona, und Padua, mit des Palladii wunderschönen Gebäuden. In Franckreich rühmet man den Jacques Bruant, Jacq. Brosse, N. Erard, Francois Mansar, Jul. Harduin Mansard, Jacq. Mercier, le Veau und Gittard, als Kunsterfahrne Baumeister mit ihren ungemeinen Structuren. In Amsterdam lobet das unvergleichliche Stadt-Haus seinen Kunst-Meister von Kampen; Andere wunderschöne Gebäude aber preisen ihre Erbauer / Philipp Vingoboom und Jac. Vennekool. Zu Nürnberg haben sich die Kunst-belobte Baumeister/ Phil. Gross, Peter Carl, Salom. de Caus und Joh. Schoch, dessen Sohn Joh. Carl, die herrliche Evangel. Kirche zur H. Dreyfaltigkeit zu Regenspurg / sonder Pfeiler/ unter andern erbauet/ wie auch der noch lebende N. Trost / in grosse Hochachtung / mit ihren vortrefflichen Bauwercken gesetzet. Das ansehnliche Stadt-Haus zu Augspurg / schreibet seinem berühmten Baumeister Elias Kroll, andere Wunder-Gebäude aber Matthias Kagern ins Buch der Unvergessenheit. Zu Dreßden haben sich der General Klengel / Obrist Starcke und Karcher: zu Berlin aber der Ingenieur Nehring, und zu Cöpenick Prof. Mathes. Langerfeld, einen unvergleichlichen Nachruhm / durch ihre künstl. Wunder-Arbeit acquiriret und zuwege gebracht. *Aut. Rel. ex Parn. A. 1701. N. 101. 20. Dec.*

ARCUS
Attilæ fractus.

Eâ nocte, quâ mortuus est Attila, Martiano Imp. species in somnio ostensa est fracti Arcus Attilæ, *Phil. Melanchr. Chron. Carion. Lib. III. p. 507.*

Davidis, 2. Sam. I, 18.

Præcepit David, ut docerent filios Juda arcum l. c. h. e. explicante Grotio, curavit ut intra exercitamenta militaria versus hi cantarentur. Sed undenam constat Grotio, quod *ἐπινίκειον* hoc, quod subjungitur, inter *exercitamenta militaria* cantari debuerit? Feciſſet hoc utique non tam ad erigendos ad virtutem bellicam, quam ad prosternendos animos, siquidem Heroes, *aquilis velociores, Leonibus fortiores* tam miserabile clade perierint. Rectius alii *arcum* inscriptum fuisse hocce carmen dicunt, quia in eo laudatur arcus & fortitudo bellica Saulis & Jonathæ, ut *fistula & scutum* apud Theocritum Harmodium, facta Harmodii

celebrans, apud Græcos inscribitur. Conf. 2. Par. XXXV, 25. Jerem. IX, 20. A scopo planè abscedunt, qui præeunte Chaldæo, Filios Judæ *ad arcum jaciendum* edoctos, cum Beda, Lyrano, Tostato, Vatablo & Saliano volunt. Ita enim nulla esset in textu συνέχεια. *D. Calov. in h. l. p. 759. b.*

Semper intensus.

Antonius Eremita cum fratribus in eremo ludebat. Supervenit ex improviso venator, qui offensus videbatur eo spectaculo. Tum Antonius venatori imperavit, uti intentô arcu sagittam emitteret. Cum paruisset ille, alteram, item tertiam, quartam similiter emittere jussit Admirante illo, & nervi laxitatem causante; Sic quoq; fratres mei, subintulit, intermedia honesti lusus quiete refocillandi sunt, ut ad solitos labores redeant alacriores. *Zwinger. Vol. VII. Lib. II. p. 1703. b.* Discendi studium schreibt *Quinctilianus Lib. I. Cap. IV.* voluntate, quæ cogi non potest, constat, plus virium afferunt renovati & recentes. Und *Lucian. de Verâ Hist.* Laboris condimentum est remissio, quæ si adhibita fuerit, acrior fiet ad studia reditus; So gar auch *Ambrosius Lib. III. de Hab. Virg.* erinnert: Quod velis prolixè facere, aliquando ne feceris. Jener Preußische Poët singet etwa auch vom tædiösen Studieren:

Ich empfinde fast ein Grauen/
Daß ich/ Plato, hie bey dir
Bin gesessen für und für/
Es ist Zeit hinaus zu schauen/
Und sich bey den kühlen Qvellen
Auf den Wiesen zu ergehn
Wo die schöne Blumen stehn/
Und die Fischer Netze stellen.

Vid. die neuer-öffnete Bibliothec/ Hamb. *An. 1704. Lib. VII. C. VI. p. 227.*

Gratiani nunquam fallens.

Gratianus Imp. in emittendis sagittis tam exercitatus & certus erat, ut de eo diceretur: *Gratiani tela mentes habent. Cl. Hübnerus Hist. Pol. P. I. Lib. V. p. 469.* Sic David de arcu Jonathanis 2. Sam. I, 22. *Nunquam rediit retrorsum.* Redeo, revertor &c. conatum significant, & petitionem irritam, Es. XLV, 23. collat. cum Es. LV, 11. Sic Ezech. XXI, 5. collat. cum Jer. L, 9. *Non reversus inanis*, sed vulnus aut mortem afferens. *Non vacuus*, ita ut non expletus esset sangvine. Sagittæ contactis armatorum corporibus non revertebantur, sed corpora penetrabant & interficiebant. Sensus est: Cum hæc ita sint, quomodo hi fortissimi viri ceciderunt? Quoniam DEUS iratus est. Hæc dicit, ut populum ad pœnitentiam excitet. *Polus in h. l. p. 1393.*

ARCUS
Triumphales.

In eorum erigebantur honorem, qui exteras civitates, provincias & nationes, populi Romani Imperio subjugassent, in iisque inscribebantur præclara eorum facinora, quorum in honorem exstruebantur. Eorum XXXVI. olim Romæ erant: hodiè sex tantum ibi conspiciuntur, quemadmodum & *Andr. Palladius* refert *de Antiquit. Urbis Romæ.* Ferunt in Sinarum urbe Cantaon plures, quam mille triumphales arcus eximie ædificatos conspici, si Melchioris Nugnez literis in de missis credimus, ex relatione *Simonis Majoli Can. Dier. T. I. Colloq. XXIII. p. 716. Salm. in Panc. P. I. Tit. XXVIII. p. 96.*

ARDENTES

Appellantur à Gallis, qui igneo quodam morbo correpti toti quodammodo ardebant, & membris depastis, sensim consumebantur. *C. du Fresne Gloss. T. I. p. 313.*

ARENARUM
Numerus an numerabilis?

Apollo ap. *Herodotum l. I.* magnificè gloriatur, sibi arenæ numerum notum esse, dum ait: Scio ego arenæ numerum, & mensuram maris. *Salm. in Panc. P. II. T. X. p. 130. b.* Est mensura maris, numerus mihi notus arenæ, *D. Matth. Th. Hist. T. Pr. p. 159* R. Jonathan & R. Eliezer F. Chasmæ, eximii Arithmetici & Astrologi, quos referunt noviisse supputare, quot guttæ essent in mari. Vixerunt tempore R. Akibæ. *D. Hofman. Lex. Un. Tom. II. in v. R. Jonathan p. 664. b.* Clavius in Sphærâ *l. I. p. 120.* (quem tanti faciebat Josephus Scaliger, ut maluerit corrigi ab illo, quam ab alio laudari. *Th. Lansius pro Germ. p. 43.*) ex Archimede ostendit numerum arenarũ, quæ in toto mundo usq; ad concavam Firmamenti contineri possent, fore 10000000000

ex hypothesi eundem inferre licet. Vid. *Dn. Sam. Reyherus in Mathesi Mosaicâ Cap. IIX. p. 253. seq. Weber. Art. Dise. p. 13. 14. Franciscus ab Husen Annot. ad R. Isaac Abarbanel Comment. in Hos. Proph. c. II, 1. n. 7. p. 140. 141. Mich. VVatson. Union. Sap. S. III. P. II. C. IIX. §. 2. p. 536. 537. C. Schottus Phys. Curios. L. I. C. IV. p. 8. 9. Joh. Vorstius Dissert. De Adagiis N. T. Cap. II. p. 11. seq.* Consideres autem Lector, nullum calculum in arenâ dinumerandâ tam solerter poni posse, quin peccatorum humanorum à primo lapsu huc usque numero semper sit minor futurus, ut modos noxarum non addam, modorum gradus, graduum mensuras, iterationes, frequentiam, moras, *B. Danh. Homil. Sacr. XV. P. I. p. 493.*

ARENARIUM

Appellabant Christiani cœmeterium, seu cryptas arenarias, quarum usus non modò inserviebat humandis defunctorum corporibus, ex quo nomen est inductum, sed & persecutionis tempore ad latebras Christianorum. Ita *Baronius A. 130. n. 2.* ubi ejusmodi arenaria graphicè describit. *C. du Frêne l. c. p. 317.*

ARGENTUM

Anima & sangvis hominum.

Sic *Antiphanes:*

Τ' ἀργύριον ἔστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Ὅστις δὲ μὴ ἔχει, τοῦτο μηδὲ κτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων πεθηκὰς περιπατέει. i. e.
Argentum & anima & sangvis est mortalibus.
Hoc qui caret, nec sibi paravit sedulo,
Vivos hic inter mortuus circumambulat.

Celebratur & hic senarius ab hâc sententiâ non alienus:

Βίος βίον δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος. i. e. Vita haud vocanda est vita victus indiga. *Erasm. Adag. Chiliad. 2. Cent. VIII. c. XXXV. p. 563.* August. Serm. V. ex XL. recens excusis, cum formulam hanc, quâ Domini olim servos increparent, retulisset: Male serve, fidem mihi non servas? Nescis quia emi te? Nescis quia sangvinem meum pro te numeravi? Paucis interpositis: Sangvinem tuum, inquit, pecuniam tuam vocas? Tantum amas pecuniam tuam, ut eam appelles sangvinem tuum? *D. Carpz. ad Schickard. Jus Reg. Hebr. c. IV. th. XV. p. 279.* Sic & apud Talmudistas דם significat *Sanguinem* & *Pecuniam*, quæ Homonymia forsan occasionem dedit fabulæ in tonstrinis decantatæ, quâ quidam imperitiores dictum hoc RR. שאין לו דם לא יעמד בשוק explicarunt de Judæis ita, ac si non possent vivere & prodire in publicum, nisi secum habeant particulam sangvinis alicujus infantis Christianorum ab ipsis occisi. Cum sensus verborum iste sit: *Qui non habet pecuniam, non stet in foro*, i. e. non potest coëmere in foro.

Vide

Vide de injuriâ Judæis hîc illata conquerentem R. Abarbanelem Comm. sup. Ezech. XXXVI. f. 202. col. 4. init. ap. *B. Scherzer. Diss. de Officio Minist. Ecclesiæ Elenchtico ex Ezech. III, 16. 17. 18. S. I. §. 12. conf. Hotting. Thesaur. Philol. Lib. I. Cap. I. S. VII. p. 52. Beyerl. Th. V. H. T. II. L. III. p. 537.*

Perditum, astu recuperatum.

Qui totum habere cupit, totum sæpè perdit. Bonam argenti summam quis certo loco in terram defoderat, nemine conscio, præterquam vicino quodam intimâ familiaritate ipsi conjuncto; qui fidem servans, noctu thesaurum effossum, secum asportavit. Alter illo spoliatum se videns, illumque ipsum, uti erat, furti auctorem esse suspicatus, nullo tristitiæ signo ostenso, sed vultu ad hilaritatem composito, vicinum adit, inquiens; Fortunam quotidiè sibi magis magisque esse propitiam, utpote quæ novas sibi divitias objecerit: eoque se statuisse sequenti nocte illo ipso in loco, ubi ante thesaurum defoderat, alteros mille ducatos recondere. Vicinus tanquam vulturius, prædæ huic omni inhians, quamprimum ad locum illum proficiscitur, & thesaurum ablatum reponit, postridiè unà cum alteris illis mille ducatis, & cum omni pulvisculo, ut ita dicam, converriturus & ablaturus. At ille argentum illud prius secum domum asportavit; atque ita vulturium hunc vicinum suum lepidè delusit. *D. Weber. in Art. Convers. Reg. VI. Sect. VII. p. 293.*

Vivum metallorum tyrannus.

Aurum metallorum Rex est: Argentum vivum tyrannus, quia cætera omnia absumit. *Scaliger de Subtil. Exercit. LXXXIIX. p. 323.*

Probatur septies, Psalm. XII, 7.

Verbum DEI est argentum igne examinatum & purgatum septies l. c. Diß ist ein schön Gleichniß von der Probier- und Scheide-Kunst / darinnen das Silber und Gold geläutert / geseigert und gesäubert wird von allen Unrath / Schlacken / Rauch und Staub / und also schön / rein / weiß / lauter und sauber wird / dazu sind erfunden die Silber- und Gold-Proben / da immer eine höher ist / denn die andere; 1) In gemeinen Schmeltz-Ofen / 2) durch das Scheidewasser / 3) durch den Strich auf den Probierstein / 4) durchs Bley auf den Test / 5) durch den Mercurium, 6) durchs Cœment, und durch den Hammer im Schmieden / wanns wohl geschmeidig ist / 7) durch das Schlagen / wenn mans zu dünnen Blätlein schlägt / wie ein Mohnblat / wie es die Goldschlager schlagen: Also ist es fein Silber / ist köstlich gut / rein und schnee-weiß / wann es diese sieben Proben ausstehet: Also ist auch Gottes Wort in den sieben geistlichen Proben beständig; 1) Wider die Sünde / dawider bestehet es mächtiglich / weil es uns Vergebung der Sün-

den zusagt. 2) **Wider den Zorn GOttes**/weil es uns von GOttes Gnade prediget: denn wider solchen Zorn kan uns nichtes trösten/ als die Gnade in JEsu Christo. 3) **Wider den Fluch des Gesetzes**/weil es uns den Segen verkündiget in Christo. 4) **Wider die Anfechtung und feurige Pfeile des Teuffels**/ weil es uns die Erlösung vom Satan/ und seinen Reich verkündiget. 5) **Wider die Schrecken des Todes und der Höllen**/weil es uns von der Aufferstehung und ewigen Leben prediget. 6) **Wider das böse Gewissen und jüngste Gericht**/ weil es uns den Frieden und Versöhnung mit GOtt verkündiget. 7) **Wider alle leibliche Trübsal**/ **Elend**/ **Jammer und Verfolgung**/ weil dieser Zeit Leiden nicht werth ist der Herrlichkeit/die an uns soll offenbahret werden. Es sagt aber David dabey: **Diß Silber werde probirt im erdenen Tiegel!** Nemlich in den armen/elenden Menschen/der eine Hand voll Erden und Aschen ist; In den Menschen muß diß geistliche Silber des Göttlichen Worts probiret werden: Da scheinets dann/ da erzeigt es seinen Glantz/ seine Krafft/ sein Leben und Tugend/da hat GOtt der HErr seinen Wohlgefallen an/ daß die Krafft/ Schein und Herrlichkeit seines Wortes in den armen/ schwachen und irrdischen Gefässen probiret werde; Das haben viel heiliger Leute probiret/ sonderlich Job: Aus sechs Trübsalen wird er dich erretten/ Cap. V, 3. Und **David**: Ich hatte viel Bekümmerniß in meinen Hertzen ꝛc. Ps. XCIV, 19. HErr/ wann dein Wort nicht wäre mein Trost ꝛc. Ps. CXIX, 97. *B. Arndius, Conc. III. sup. Ps. XII. p. 65. ap. M. Bauman. in Anal. Allegor. p. 21. 22.* Quæ per ignis iterationem depurgantur eorum perfectio in septimâ decoctione consistit; veluti quotidiè cernere est in saccharo purgando: nam ubi septies igne id examinaveris percoxerisq;, nihil quicquam ulterius proficit, sed lapidescit penitus, ne ulterius eliquari possit. Unde proverbium vulgò usurpatum de re, quæ summam adepta sit perfectionem: *Septimæ decoctionis saccharum*, ubi sagacissimum quempiam atq; vaferrimum hominem designamus. *Pier. Valer. Hierogl. Lib. XXXVI. Cap. XXVII. p. 444.* Jener schrieb über das Gold im Probier-Ofen:

PROBATUM ÆSTIMOR.
Wann ich die Prob hab ausgestanden/
Schätzt man mich hoch in allen Landen!

D. Seiffart. Bibl. Myst. Emblem. Histor. P. I. p. 127.

ARGENTI
Copia tempore Salomonis.

1. Reg. X, 27. Tempore Salomonis Hierosolymis tanta argenti copia fuisse dicitur, quanta lapidum; nam per fora ac plateas saxorum modo jacebant argen-

teæ maſſæ. *S. Majolus Dict. Can. Coll. XIX. p. 605. & Coll. XXIII. p. 736.* Ut non ſupra fidem videatur, quid *P. Comeſtor* ſcribit, Salomonis tempore, ſedilia præ foribus domorum plurima in Jeruſalem argentea fuiſſe. Vid. omninò *D. Joh. Meisnerus in Vita Salomonis Curriculo Cap. II. §. 93.* Auri ac argenti hanc copiam à Salomone per artem Chymicam fuiſſe productam quidam tradunt in *Relat. Curioſ. Hamb An. 1700. N. 47. p. 374.* Imò adhuc hodie in Japoniâ, quæ nobis ferrea & lapidea ſufficere debent, in ædificiis potiſſimum Magnatum auro confecta ſplendere ac renitere omnes ferè teſtantur Scriptores. *M. Joh. God. Hilſcher/ de Perſecutionibus Chriſtianorum in Japan. §. 1. lit. D.*

ARGENTO

Liquefacto immerſus & illæſus.

Der Gauren/ von denen alten Perſianern herſtammend/ ihr Prophet nennen ſie Ebrahim Zer Ateucht, das iſt/ der im Silber gebadet iſt/ weil der Perſiſche König/ Schach-Glochtes, ihn in ein Bad von zerſchmeltzten Silber laſſen ſetzen/ und er unverſehret heraus gangen/ *Tavernier l. c. l. IV. c. IIX. p. 169. a.*

ARGENTEA

Hiſpanorum claſſis unde?

Die reiche Spaniſche Silber-Flotte kommt aus West-Indien/ aus America, aus dem Reich Mexico; Noch eine beſſere Ausbeute gibt das Reich Peru, als in welchem das Silber-reiche Gebirge/ Potoſi, in groſſen Ruhm iſt/ von welchem die davon revertirende Schiffe berichten/ daß täglich darinnen 20000. Mann arbeiteten/ ſo eine unbeſchreibliche Summe jährlichen ausgrüben; wie denn ein gewiſſer Spaniſcher Scribent/ von erſt beſagten Silber-Gebirge Potoſi, rühmet/ daß in etlichen Jahren ſo viel Silbers ſoll gegraben worden ſeyn/ daß man gantz Meiſſen damit bedecken könnte. *Rel. ex Parn. de 26. Mart. a. 1697. n. 25. D. Becman. H. O. T. P. I. c. X. §. 17. p. 432. & c. VII. §. 18. p. 310.*

Regio.

Ἀργυρᾶ χώρα, ſicut & *Aurea*, χρυσῆ, duæ regiones in Indiâ extra Gangem vocabantur, non quod ſolum haberent argentum, aurumq́; ut nonnulli nugantur, ſed quod his metallis fertiles eſſent. *Hofm. L. U. T. I. p. 318.*

ARGENTEUS

Puteus.

Athenæus L. XI. indicat, olim ingens poculum dici ſolitum *puteum argenteum*, nam cyathi puſilli erant. Sunt & hodiè qui delectantur è profundis poculis haurire, atq́;, ut inquit ille, proluere labra, habentes in ore proverbium: Multa aqua ori admota probe macerari barbam. Jocus eſt à tonſoribus, qui raſuri prius

calidâ macerant barbam. *Ensm. l.c. Chil. IV. Cent. VII. C. VII. p. 955.* In Hiſpaniâ *Argenti puteus* eſt, ab Hannibale inchoatus, auctori ſuo CCC. in dies pondo ſubminiſtrare ſolitus: ſine dubio haud procul Pyrenæis montibus. *P. Merula Cosmogr. P. II. Lib. II. Cap. III. p. 30.*

Rivus.

Diodorus Siculus ſcribit, denſiſſimâ in Pyrenæo monte, ipſarum etiam nubium limites ſpernente, & penè Divorum conſilia exaudiente, ſylvâ (inde enim monti nomen) argenti puri ac liquefacti rivulos paſſim indè fluxiſſe, quod & de montibus, qui olim Riphæi, poſteà Obii, nunc verò Alpes in Galliâ dicuntur, Athenæus prodidit *l. VI. Dipnoſoph. c. IV.* ex quibus cum Sylva ipſorum ſpontè aliquando incenſa eſſet, argenti rivi per terram itidem refluxerint. Unde Phœnices, dum Tarteſſum in Hiſpaniam navigaſſent, nihili mercibus permutatis, tantum argenti ſibi quæſierint, ut coacti ſint, ne naves obruerentur, anchoras ex argento conflare: Si verum eſt, quod de Galliæ ſuæ opulentiâ jactitavit Stephanus Forcatulus lib. de Gallorum Imperio & Philoſophiâ. *Salm. l.c. P. II. T. X. p. 199. 200.*

ARGENTEI

XXX. quibus Salvatorem Judas prodidit, vid. *Appar. Bibl. Tom. II. p. 1090. ſeq.*

ARGENTIPEDES

Heroinæ.

Veteres anxiè in ſingulis Heroidum particulis pulchritudinem ac colorem notarunt. Hinc illud Homeri *Iliad. 9.* Dea Thetis pedibus argenteis: θεὰ θὲτις ἀργυρόπεζα, argentipes. Sic enim Achilles matrem ſuam vocat, Pindarus Venerem. Atq; Nicen pulchros talos habentem Heſiodus poſuit *in Theogon.* Quemadmodum & Ragnachildam, Theodorici Gothorum Regis uxorem, Najadum unam & anſerinis fuiſſe pedibus fabulata eſt veruſtas: non quod anſeris natatiles pedes habuerit, ſed quod aquis & fluminibus mirum in modum oblectaretur, & pedibus prædita eſſet molliuſculis, & anſeris plumâ candidioribus. *Salm. l.c. T. 13. p. 257 a.*

ARGENTORATUM

Captum.

An. 1681. Galliæ Rex Argentoratum, armis vix oſtentatis, menſe Septembri per deditionem capit; Cauſam, quamobrem Argentoratenſes tam promptè Gallico jugo ſe ſubmiſerunt, Poëta anonymus hanc reddidit:

Argentanginâ, credo, *Argentina* laboras,
Accipis argentum, vinceris atque taces.
Uteor, ipſa doles, tum, quod tormenta dedere,
Nullum explosa ſonum, ut mœnia danda ſolent:

Heu

Heu labem! Rhenus quam non satis abluit amnis,
Ipsam te perdis, perdis & Imperium,

M. Frid. Hildebr. Syn. Hist. Univers. p. 289. 290. Turris ibidem altitudo est pedum geometricorum 574. *Lansius pro German. p. 57.* Sic dictum ab argento, quia ibi tempore Romanorum ærarium: vulgo Straßburg/ à platea: quod olim Attila, Hunnorum Rex destructâ civitate, amplam per eandem dederit plateam, unde & *Stratopolis* quandoque *Hofm. L. II. in b. v. p. 319.*

ARGENTINENSIUM

Sacerdotum avaritia in sepeliendis mortuis.

Animarum illi Pastores Argentinenses ab an. 1454. usq; ad an. 1458. abunoquoq; sepeliendo *Ultimum* reposcebant *Vale*, à decem usq; ad quinquaginta pluresq; florenos, pro re defuncti seu splendidâ, seu sordidâ, juxta ordinationem Sicli Sanctuarii clericalis & licitatorum sacrorum: Qui non habet in ære, solvat ex alieno, emendicato & ostiatim quæsito. Hinc pauperum cadavera non raro prius insepulta computruêre, quam ex eleemosynis numerata pecunia potuit redigi. *Danh. Idea Clavis Ligantis S. I. p. 36. 37.*

ARGONAUTICA

Expeditio.

Quæ Argonautica illa expeditio fuerit, in quâ Hercules inclaruit, ipsi Græci Scriptores parum consentiunt. Antiqvus Scriptor Charax Pergamenus, qui post Augusti ævum vixisse dicitur, citatus ab *Eustathio commentario in Dionysii* περιήγησιν dixit: Auream pellem fuisse tractatum de artificiosâ ratione conficiendi auri, membranis comprehensum: propter quem, ut magni rem pretii, Argonauticam expeditionem factam esse ait. Idem *Suidas* tradit in voce Δέρας. Vellus aureum, inquit, quod Jason & Argonautæ (ipsius socii numero 49. *Cæl. Rhod. L. A. L. XXIX. C. XV. p. 611.*) Colchos per mare Ponticum profecti abstulerunt, liber fuit in pellibus scriptus, qui continebat artem auri per Chimiam conficiendi. Rectius longe mihi sentire videntur, qui ad divitias Colchorum respexisse veteres tradunt. Succurrit mihi Strabonis locus *l. XI. Geogr.* extans, ubi de incolis Caucasi, quos Soanes vocat, inquit: Ajunt apud hos etiam aurum deferri à torrentibus, idq; barbaros excipere alveolis perforatis, & velleribus lanosis: unde etiam aurei velleris extiterit fabula. Ὁλύμπιος Ἄγων *L. Ægid. Strauchii, Diss. Hist. Chronol. descriptus §. 7.* Nomen autem *Argo* certam figuram navis significat, & Argonautarum expeditio collocanda est in tempus vicinum ætati Samsonis, cujus coætaneus fuit Hercules. *Phil. Mel. in Chron. Carion. L. II. p. 188.*

Argutè quidem,

Haud verè tamen, κομψῶς μὲν οὐκ ἀληθῶς. *Arist. de cælo L. II. C. XIII. Th. Gataker. Annot. in Lib. III. Marci Antonin. Imp. p. 99.*

AR-

ARGUTIÆ

Hoc est acuta, & quodam veluti aculeo ingeniosè pingentia (si terminos honestatis & charitatis non excesserint) in conversatione quotidianâ minimè improbantur, sed potius gratiam ei conciliant singularem. Vid. *Weber. Art. Convers. R. XII. p. 730. seq.*

ARIEL.

Vid. *Tom. I. A. B. p. 341.*

ARIES

Abrahami, Gen. XXII, 8.

Vid. *Appamt. Bibl. T. I. p. 57. 58.*

ARIETIS

Cauda.

Die Widder in Egypten haben gewaltig fette und gewichtige Schwäntze / wann sie gemästet worden. Johannes Leo, Lib. IX. Descript. Africæ berichtet / er habe einen Widder gesehen / dessen Schwantz 80. Pfund gehabt / und meldet dabey / es werden offt solche Widder gefunden / derer Schwäntze in die 150. Pfund am Gewicht halten. *D. Weber. Disc. Curios. XVII. Obs. XIV. p. 276.*

ARISTÆ

Frugiferæ.

§. 1.

Die Virtuosen bewunderten sich nicht wenig / als ich in ihrer Versammlung referirte / daß man zu Elmeshorn / ohnweit Hamburg / an einen Kornhalm 84. hervorwachsende Aehren bemercket / und von vielen 100. Menschen / wundernswürdig besehen worden: Und erwehnten anbey / daß aus den guten Wachsthum des Getreydes / billich der fruchtbare Boden eines Landes könne beurtheilet werden: Und findet man wohl einige Länder / welche wohl aus einen gesäeten Körnlein 1. 2, ja zu zeiten 3. Halmen herfürwachsende zeugen. In der Moscowitischen Landschafft Rezan soll nach Gangvini Bericht / iedes Körnlein / gewöhnlicher massen / 2. auch wohl mehr grosse Aehren hervorbringen; Und nach Curei Zeugniß in seiner Schlesischen Chronick / soll in verschiedenen Teutschen Gegenden / die gröste Fruchtbarkeit / von einen Scheffel / sich biß auf 15. erstrecken. Welcher auch in erwehnten Buch ferner anzeiget / daß in Sicilia und Taurica Chersoneso, sonderlich in der nähe Caffa, dasiger Land-Boden sechzigfältige Intraden zinsen solle.

§. 2.

§. 2.

Was vor Olims-Zeiten das fruchtbare Syrien / und die in der Nähe angräntzende Länder / vor reiche Ausbeute gegeben / erhellet gnugsam daraus / daß nach dem wahrhafftigen Zeugniß des Heil. Bibel-Buchs / 1. Mos. XXVI. der Isaackische Acker hundertfältige Früchte getragen: (vid. A. B. T. II. in Tic. Isaacus Centuplum metens p. 1018. seq.) von der Africanischen Landschafft Bizac, da ein Körnlein gemeiniglich 40. oder etwas weniger Halmen haben soll / und einsten dem Käyser Neroni von dannen eine Korn-Aehre von 340. Halmen oder Stengeln / Rarität halber / wäre überbracht worden / mit der Warheit übereinkomme / stellet man ieden vernünfftigen Liebhaber der Historien / zu Glauben anheim / sintemahl derselbe in vielen andern / als auch in diesem Bericht / sich vielleicht etwas zu milde bezeiget. Alleine / wie herrlich alle vorhin gedachte Fruchtbarkeiten seynd / kommen sie doch nicht mit derjenigen überein / welche man am Capite Bonæ Spei in Africa observiret / inmassen / nach Beglaubigung des Frantzösischen Gesandtens nach Siam, Mons. de Chaumont, auf selbigen fruchtbaren Grund und Boden das Getreide in grossen Uberfluß geräth / wie denn derselbe erwehnet / daß er 160. Aehren-Korn an einen Halme gesehen. *Autor Relat. ex Parn. An. 1701. N. 50. 24. Jun.*

ARISTIDES
Justus.

§. 1.

Aristides ab Athenienſibus, apud quos puniebatur virtus, expulsus est patriâ, quod præter modum (Politicè) justus esset. *Cicero Tusc. Quæst. Lib. V. p. m. 248. Cælius Rhodius, Antiq. Lect. Lib. XXIII. Cap. XIX. p. 186. 187. D. Pezelius Mellif. Hist. P. I. p. 67.* Ludovicus XIII. Galliæ Rex Titulum *justi* post mortem adeptus fuit, quem ipse vivus quoque ambiit: ut in Edicto de l' Establissement des Grands jours à Poictiers, de Anno MDC XXXIV. Nous n' avons point eu de plus ardent desir du commencement de nostre Regne, que de meriter *le Titre de Juste*, en faisant regner la justice dans toutes les parties de nostre Royaume. *Mercur. Franc. Tom. XX. fol. 813.* Et eundem à Franc. Quicciardino abstulit Ludovicus XII. *D. Beeman. Hist. Orb. Terr. P. II. Cap. III. p. 502. 503. & in Diss. de Cognominibus Principum Cap. II. §. 15. p. 57. Lansius, pro Gall. p. 202. Seldenus de Jur. Nat. & Gent. Lib. VII. Cap. IX. p. 871.*

§. 2.

Abaja sprach: Es sind nimmer weniger auf dieser Welt / als 36. Gerechte / die GOttes Beywohnung annehmen / wie gesagt ist: Selig seyn alle / die auff ihn harren / Lo (Ihn) ist 36. in der Zahl. *B. D. C. Nagel. LL. CC. Hebr.*

Hebr. Rabb. Talm. in v. justus. Abubecer ab Arabibus vocatur *justus*, quia figmentis Mahammedis credidit. *Joh. Henr. Hottingerus, Hist. Orient. Lib. II. C. VI. p. 472. 473.* In Scripturâ credentes dicuntur *justi*, Gen. VI, 9. Luc. I, 6. non Legaliter, sed Evangelice : Imputativè, non inhæsivè : comparate, non simpliciter : inchoativè, non consummativè? Affective, non effectivè. *Meis. Synt. Himmel. Diss. XXV. §. 60. p. 372. D. Balth. Meisner. Anthropol. S. Diss. XXIV. Q. II. Hackspan. Not. Phil. Theol. in Gen. XVII, 1. p. 199. 200.*

ARISTOMACHAM

Nobilissimam ex civibus puellam (sponsam) Dionysius albis quadrigis domum suam deduxit. *Diodor. Siculus Biblioth. Hist. Lib. XIV. Cap. XLV. p. 603.*

ARISTOTELES

Unde?

Non sine omine nomen ipsi obtigit. Etenim ἄριστοι πλῆς Græcis dicitur, qui quoad optimam partem est absolutus & perfectus; optima autem in homine pars est ingenium. Hoc igitur in Aristotele absolutum & perfectum fore nominis impositio alludebat; Nequę enim in quoquam post Aristotelem perfectius ingenium effulsit, & absolutius orbi visum est aliud. Quod si etiam cui videtur, dicere Aristotelem quasi ἄριστος πλοῦς, quod perfectionem boni notat, neque is aliena ab eventu Aristotelico nomini attribuet. Nullam enim Philosophiæ partem attigit, quam non perfectè tractarit, imò multa ipse inveniens, universam absolvit Philosophiam, unde & *Philosophi* titulo insignitur, inquit Ammonius ap. *Barth. Keckermann. Syst. Log. P. II. Cap. V. p. 624.* Unde & Aquila ingenii humani *Scaligero* dictus est, & aliis Lydius lapis Philosophorum. Ciceroni *de Fin. Lib. V. p. 125. b.* Peripateticorum & Philosophorum Princeps. L. Apulejò *l. de mundo p. 2.* prudentissimus & doctissimus Philosophorum. Justino *Lib. XII. Cap. XVI. n. 8.* Doctor inclytus omnium Philosophorum. In quem penè videtur esse collatum quicquid est capax humanum genus. *Cæl. L. A. Lib. XXIII. Cap. XXII. p. 194.*

Deformis.

Aristoteles staturâ fuit non magnus, deformis præterea, gibbosus & balbutiens, quod ejus vitium amici tamen, seu adulatores potius imitati sunt, quemadmodum & humeros Platonis latos discipuli & amici ejus exprimere didicerunt. *Hofm. L. U. in h. v. p. 334.*

Miles Pharmacopola.

Abliguritis omnibus pecuniis, quæ ex hæreditate parentis ad ipsum devenerant, in militiam profectus est. Deinde cum sinistrè malisque avibus, hoc ei pro-

procederet, pharmacopolam egit. Frequentans autem Peripatum, & audiens docentium sermones, cum natura multis esset præstantior, habitum sibi comparavit, quem deindè in opus produxit. *Ælianus, Var. Hist. Lib. V. Cap. IX. p. 110.*

Plagiarius.

Judæi bonum Aristotelem plagii reum agunt, dum enim ab Alexandro M. templi & thesauri Salomonis constitutus fuerit præfectus, eum Salomonis monumenta compilasse, & sua inde instruxisse philosophemata dicunt. Ita enim *Zacutus Salmanticensis* Judæus: Omne fundamentum Sapientiæ Aristotelicæ furto ablatum est è Sapientiâ Salomonis piæ memoriæ. Postquam enim Alexander Macedo Hierosolymam occupaverat, præfecit Aristotelem Præceptorem suum thesauro librorum Salomonis, qui optima inde selegit, & sub suo nomine publicavit. *M. Godofr. Vockerodt, Notit. Divin. Script. apud Gentiles S. I. §. 12. p. 14. 15. D. Scherzer. Progrmmat. VI. de Aristotelis valore ap. Judæos & Arabes.*

Proselytus.

Habent eum quidam pro Proselyto Justitiæ ap. *Hotting. Thesaur. Philol. L. I. C. I. S. III. p. 17.* & moribundum discipulos suos tum animæ immortalitatem, tum pœnæ & præmii rationem docuisse, tum à Simeone justo Pontifice monitum, pristinas mutasse sententias, & in hominem planè alium migrasse ap. *Selden. de Jure Nat. & Gent. Lib. I. c. 2. p. 14.*

Libidinosissimus.

Tantâ fuit libidine correptus, tantoq; incensus amore erga meretricem quandam nomine Hermiam, ut non solum ex frequenti cum ipsâ coitu, visum amiserit, sed etiam, quod longè indignissimum est tali Philosopho (qui pro miraculo mundi habebatur, quemq; peculiari libro de hoc edito divum statuit Schola Coloniensis) eam adorarit, & illi sacrificarit, accusatusq; ideo à Demophilo, turpiter fugerit, & Athenas, ubi ultra 30. annos docuerat, reliquerit. Hic Aristoteles etiam in Politicis Sodomiam tanquam Reipubl. salutarem & necessariam approbat. *Wolff. L. M. Cent. V. p. 112. b. Corn. Agrippa de V. S. Cap. LXIII. D. Petrus Haberkornius in Schediasm. Theol. JEsum de Hostibus Triumphantem exhibente §. 22. p. 13. 14.*

Cum Judæis conversatus.

Aristotelem cum Judæo quodam in Asiâ fuisse conversatum Clearchus Aristotelis discipulus memoriæ prodidit. *Petr. Dan. Huetius, Demonstr. Evang. Prop. IV. §. 15. p. 85. & Cap. XII. Prop. IV. §. 2. p. 239.*

Alexandri mortis conscius.

Alexander M. veneno ungulâ mulæ, Aristotelis consilio, servato, sublatus. Ita enim *Plinius N. H. Lib. XXX. Cap. XVI. p. 552.* Ungulas tantum mularum re-

pertas, neq; aliam ullam materiam, quæ non perroderetur à veneno ſtygis aquæ, cum id dandum Alexandro M. Antipater mitteret, memoriâ dignum eſt, *magnâ Ariſtotelis infamiâ excogitatum.* Conf. & *Plutarch. in Alexandr. in fin. Joh. Voſſius Not. in Juſtin. Lib. XII. p. 80. 81. Nic. Cauſſin. Polybiſt. Symbol. Lib. I. C. LXII. p. 264. Majol. D. C. Coll. XI. p. 415. 416. C. Agrippa d. V. S Cap. LIV.* Etſi autem iſtam infamiæ notam diligenter & verè (ut opinor) abluit *Stephanus Forcatulus, de Gall. Imp. & Philoſ. Lib. VII.* nulli credibile fore exiſtimans, ut inſidiarum in Regem conſcius fuerit nobilis Philoſophus, quamvis exitialem illam aquam detexerit, ſciens nihil mali genuiſſe naturam ſine aliquo bono; nihilq; tam præſentis eſſe veneni, quod vel per ſeipſum, vel, ſi ſalubribus miſceatur, ad antidotum non ſpectet: conſtat tamen, Antonini Caracallæ mentem ita invaſiſſe ſuſpicionem illam, ut ob hoc Philoſophos, qui *Ariſtotelici* ſunt nominati, ſummo odio fuerit proſecutus, & non tantum Ariſtotelis libros comburere voluerit, ſed & ſectæ iſtius hominibus ſodalitates, & cætera commoda quæ habebant in Alexandriâ, ſuſtulerit; criminatus eos, quod Ariſtoteles cauſa mortis Alexandri viſus eſſet. *Xiphilin. in Caracall. ap. Salm. l. c. P. II. T. II. p. 67. D. Matth. Th. Hiſt. p. 596. Cluver. Epit. Hiſt. Lib. IIX. p. 295.* Pauſanias ſcribit, ſibi non ſatis eſſe conſtitutum, an eo veneno perierit Alexander ap. *Cæl. Rhod. Lib. XXI. Cap. XXXI. p. 67. & Diod. Siculus B. H. L. XVII. C. CXIIX. p. 906.* plerosq; Scriptores veneni mentionem in monimentis ſuis facere non fuiſſe auſos. *Plutarchus* affirmat ſeſe diarium morbi Alex. legiſſe, in quo, quomodo ſe ſingulis diebus in paroxyſmo febrili habuerit, perſcriptum fuit. Et addit *Plutarchus*, quod decimo morbi die perierit, die vigeſimo ſecundi Dæſii: qui nobis ferè eſt dies 18. Aprilis, cum vixiſſet annos XXXII. menſes IIX. ut habet *Arrianus*, & regnaſſet annos XII. menſes VII. ut habet *Diod. Sic.* paulo antequam ſecundus annus Olympiadis 114. inciperet. *D. Matth. Th. Hiſt. Th. Pr. p. 333.*

Philoſophus Veritatis.

Plato qvum forte in auditorium veniſſet, nec adeſſet Ariſtoteles, ſuccla-mavit; Ἀπὸν ὁ δὲ ἀληθείας Φιλόσοφος, i. e. abeſt *Veritatis Philoſophus.* Cum iterum non acceſſiſſet, dicere non dubitavit: ὁ νῦς οὐκ ἦλθεν, i. e. non venit intellectus, *Cæl. l. c. Lib. XXIX. Cap. IIX. p. 590.*

Idiota.

Quomodo Carteſius, ejusq; Sectæ ſequaces, Ariſtoteli non omnis ſolum eruditionis & ingenii laudem, ſed Philoſophi quoq; titulum, ac penè hominis nomen invideant, habet *P. D. Huetius in Cenſurâ Philoſophiæ Carteſianæ Cap. IIX. §. 9. p. 126.*

Salvatus.

Pontificius quidam Anonymus octo argumentis probare conatus fuit, Ariſtote-

stotelem fuisse salvatum ap. *D. Mich. Walther. Diss. de Pretensâ Ethnicorum salute p. 76. D. J. B. Carpzov. Conc. Fun. P. I. p. 131.*

Nunquam fuit.

Es sind Autores, welche zweiffeln wollen / daß ein wahrer Aristoteles einmahl gelebet / sondern es wären solche Schrifften gleichsam nur ein Auszug der alten besten Philosophischen Meinungen / aber die Historia bezeuget ein anders. *Novella Mundi Curiosi An. 1696. mens. Sept. p. 1947.*

ARISTOTELIS
Libri pro concione explicati.

§. 1.

Tubingæ olim Monachus pro concione Aristotelis Librum Ethicorum explicavit; Ideò vulgo dici solebat: Quemadmodum Johannes Baptista fuit Præcursor Christi in Theologicalibus; Sic Aristoteles Christi Præcursor fuit in Physicalibus. Liceat ridere in seriâ. *M. G. Michael. N. 20. in Gass. Curios. Inaud. Joh. Andr. Schmid. Seneca, ejusq; Theologia §. 1. Dieteric. in Prolegom. Antiq. Bibl. p. 10. seq.* Brunswigæ sub initium Reformationis concionator quidam fuit, qui nullam potuit habere concionem, in quâ non multoties allegaretur Aristoteles, quoad tandem bonus ille Vir unà cum suo Aristotele, publicè ab Auditorio explosus est, referente Friderico Petri in Ministerii Actis ap. *D. Reinb. Bakium Ev. Dom. Expos. P. II. p 338.* Wigandus testatur, se audiente, quendam præconem de Conjugio ad populum declamantem, plus quam viginti carmina ex Ovidio *de arte amandi*, protulisse ap. *Laurent. Surium Comment. Rerum in Orbe gest. ad an. 1566. p. 661.* Joh. Henr. Heideggerus *in Diss. de Theol. Scholast.* narrat, Tiguri in Patriâ suâ, alibiq; passim, conciones sacras ex Thoma & Scoto habitas fuisse. *P. Hachenberg. de German. Med. Diss. IIX. poster. §. 32. p. 318.* Et testatus est sæpius Melanchthon seipsum primam partem *L. I. Nicomach. Aristotelis* à monacho quodam pro concione explicari audivisse. *L. A. Rechenberg, de Ineptiis Clericorum Rom. literariis §. 21.*

§. 2.

Ab Alberto M. Aristoteles Scripturæ S. æquatus, & Haymo de Fevershan, Anglus, Aristotelicorum Aristotelissimus vocatus. *Mirael. Hist. Eccles. Lib. III. S. I. Q. II. p. 477. & Q. XI. p. 491. Edit. Hartn.* Is scilicet fuit inter Papistas Doctoralissimus, qui frequenter Aristotelem, & nunquam Christum, Apostolos vel Prophetas citare posset, magnifico scilicet titulo: Magister Gentilis, der heidnische Meister! Tanti Theologi, gloriati scilicet, quod essent discipuli gentilis hominis, qui nihil de DEO & Christo cognovit. Et satis feliciter promoverunt; Nam eandem ignorantiam DEI & Christi perfectè didicerunt ex Aristotele, & per Ecclesiam totam seminaverunt. *B. Luther. T. II. Jen. Lat. p. 594. & Colloq. Men-*

ſal. Cap. XXXIII. p. 291. a. Joh. Jac. à Ryſſel; in Voſſii Libr. de Philoſophorum Sectis Cap. VII. §. 11. p. 180. & Cap. IIX. §. 9. p. 185. ſeq. Alex. Hales Ariſtotelis dogmata Religionis articulis applicuit, *Acta Erudit. Lipſ. an. 88. p. 319.* Et axioma erat frequentiſſimum: Neminem Theologum fieri poſſe, ſine Ariſtotele, *M. G. Lanii, Diſſ. Hiſt. de Pythagoricâ Ingeniorum Servitute, & Socraticâ Philoſophandi libertate §. 9.* Profeſſor quidam Theol. & Philoſ. ſangvinem pro veritate doctrinæ Ariſtotelicæ fundere paratus fuit; Et Seraphinus Piccinardus, Monachus Italus omnes ab Ariſtotele diſſidentes pro hæreticis habuit. *Novella Mundi Curioſi A. 1693. menſ. Jun. p. 18002. 18003.* Artemon Scripturas S. non per Scripturas, ſed per *Euclidem, Ariſtotelem & Theophraſtum* explicavit, *M. P. Stockman. in Elucidar. Hareſ. p. 86.* Sed inter cauſas ineptiarum Scholaſticarum haud incommodè refertur ſervitus illa, quâ Philoſophi ſe uni Ariſtoteli obſtrinxerant, cum crederent, ut Papam in divinis, ſic Ariſtotelem in humanis falli non poſſe, *L. Nic. Chriſt. Remlingius Diſp. Metaph. II. de Nominali Entis Tractatione Caroli IV.* Turcæ & ex Ariſtotele Theologica dogmata probant. *Acta Erud. An. 84. menſ. Jun. p. 283.*

A ſolo Anti-Chriſto legendi.

Olim Lothario II. Imperante ad Græcas literas & Ariſtotelis Philoſophiam nauſeabant omnes, ut teſte *Alexandro Nekan lib. de naturis rerum*, Ariſtotelis libros à nemine, quam ab Anti-Chriſto legendos & intelligendos crederent. *Dan. Georg. Morhoſius Polyhiſt. Literar. Lib. I. Cap. II. p. 15.* quippè qui iis uſurus ad convincendos vel ſubtiliſſimos diſputatores atque doctores. *Herm. Conring. de Antiquit. Academ. Supplem. XLIIX. p. 344.*

Cremati.

Ridiculum eſt, quod in Concilio Pariſienſi A. C. 1209. celebrato, ad inſtantiam Petri II. h. nom. Epiſcopi illius urbis n. 72. ad ignem condemnati duo libri Ariſtotelis de Metaphyſ. traducti ex lingva Græca in Latinam, qui tum legebantur in Acad. propter obſcuritatem & ſubtilitatem ſingularem, cauſa condemnationis fuit, quod præſumerentur ſcaturigines & origines errorum & hæreſium. *Val. Arithmæus Feudal. Velit. Diſp. IV. Cor. VII.*

Mirabiliter ſervati.

§. 1.

Obſervatione dignum eſt, libros Ariſtotelis, divinâ quadam ſorte per mille nongentos annos, inter tot Barbarorum incurſiones, & maximorum imperiorum ruinas, & præſtantiſſimorum auctorum interneciones, conſervatos fuiſſe, & ſingulari quadam ratione quater opimorum ſpoliorum loco, velut in triumpho, ductos. *Plut. in Syllâ* ſcribit, Ariſtotelis Bibliothecæ hæredem Theophraſtum, legaſſe eos cum ſuis Nelęo Scepſio, qui Scepſum urbem Troadis de-

por-

portarit. (*Athenæus Naucratites* Nileum vocat *Deipnosophist. Lib. I. p. 2. lin. 40.* Nelei hæredes; imperiti homines, vel invidia, vel avaritia inflammati, cum Attalicorum & Ægyptiorum Regum insigne studium in bibliothecis erigendis vidissent, loco subterraneo eos defodère, ubi cum blattis & tineis diu pugnarunt, ad Apelliconem usque Tejum, qui eos in Græciam retulit, velut ex exilio. Hujus bibliothecam capto Piræeo L. Sylla Romam in triumpho veluti duxit: Tyrannion Emissenus Grammaticus, quantum licuit, expolire & integritati suæ restituere studuit.

§. 2.

Andronicus post Rhodius catalogum eorum edidit. Sic Græca Philosophia tanquam bellicum spolium Romanis communicata est, paulo ante Monarchiæ Romanæ initia. Ea autem propter assiduas Barbarorum septentrionalium incursiones in Occidente penitus abolita, Romano Pontifice suam sensim potentiam contra Longobardos Reges stabiliente: cum Orientis etiam Imperium nova procella à meridie ductu Mahometis circa annum salutis 623. coorta adoriretur: Latrocinantes primò Saraceni, mox etiam justo exercitu, Græci Imperii provincias aggressi, Syria, Ægypto, Africa domita, in Insulas sese effudère, Mediterranei maris, Rhodum, Cretam, Siciliam, & ex illis cum reliqua præda libros etiam Aristotelis secum avexêre, & cum imperio literas quoque Græcis atque Latinis eripuêre. Secundi hujus de Aristoteleis libris acti triumphi indicium est, quod non modo in lingvam Arabicam translati fuêre, verum etiam omnium Aristoteleorum interpretum Principem, Commentatorem magnum dictum Averroën, Cordubensis Schola Saracenorum nobis dedit.

§. 3.

Philosophia interim apud Latinos per sexcentos ferè annos frigescebat, apud Græcos parcissimè colebatur: quoad Fridericus II. Imp. fortissimus, & nisi Pontifices inimicos habuisset, felicissimus, rebus contra Sultanum Ægyptium præclare gestis, & decennalibus pactis indutiis, suis ipse sumtibus è lingvâ Arabicâ in Latinam librorum Aristotelis majorem partem transferri curavit (neque enim à Græcis propter odium gentis petebantur) & veluti jam tertiò spolium Philosophicum Saracenis ereptum, Imperio Romano sub Germanorum tutela reflorescente, Latinis restituit. Debet ergò Germano Imperatori Philosophia Latina suam restitutionem: perfectionem verò privatis Græcis hominibus, qui everso Imperio Constantinopolitano per Mahometem II. Turcorum tyrannum, Anno Sal. 1453. Philosophiam Aristotelis & Platonis, quod unum ex tanto incendio spolium superfuit, Italiæ invexêre, & Latinè loquentem Aristotelem Joh. Argyropylus & Theodorus Gaza nostro orbi exhibuêre. Sic ergò qvater velut in triumpho ductus Græcus Aristoteles, captivus semper de victoribus triumphasse visus est. *Zwingerus, Vol. V. Lib. I. p. 1212.* Phi-

Philosophia poculum mundi.

Persæ Philosophiam Aristolelis vocant Poculum mundi. *B. Dn. Ad. Olearius in Itiner. Persico P. II. p. 464.*

Mors.

Aristotelem summum Peripateticorum Principem adeò naturalium rerum consectatorem, avidum & solertem fuisse indagatorem, produnt autores celeberrimi, ut causam ejus mortis hinc memorent profluxisse. Legimus quippe Virum hunc Euripi septies die ac nocte reciprocantis naturam admiratum, causas altius secum librantem, qvum minus voti compos evaderet, animi ægritudine contraxisse morbum, ex quo non convaluerit amplius. Sunt qui prodant in fretum dedisse præcipitem se, præfatum elogium: Quoniam Aristoteles non cœpit Euripum, Euripus cœpit Aristotelem. *Cælius Lect. Antiq. Lib. XXIX. Cap. IIX. p. 590.* Reperitur tamen

Sepulchrum.

Hoc ex Pario marmore Venetiis in admirabili Senatoris cujusdam Gazophylacio, integrum adhuc servatur. Capsula enim est, referente *Fortunio Liceto Lib. II. Alleg. ad Elia delia Crispi ænigma Cap. VII. p. 276.* cum imagine faciei Aristotelis sculpta in operculo forinsecus. In anteriori Arcæ hujus facie inscriptio Græca est, duabus veluti fictis tabellis efformata, quæ vetustate, magna ex parte corrosa vix intelligitur. Leguntur tamen à parte dextra hæ notæ:

ΑΡΙCΤΟΤΕΛΗΣ
ΚΑΛΛΙCΤΟCΤΩΝ
ΦΙΛΟCΟΦΩΝ,

A læva vero hæ aliæ conspiciuntur literæ:

ΑΡΙCΤΟΤΕΛΗC
ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ
CΤΑΓΕΙΡΙΤΗC

Joh. Ben. Carpzov. Diatr. Philol. De Arcâ Fœderis sub præsid. Dn. Joh. Frischmuth. An. 1676. Jen. hab. Cap. II. §. 6. p. 15.

ARITHMETICA

Sacra.

Quisque Christianus divinam hanc Arithmeticam, probè cognitam habeat, cum omnibus ipsius partibus, & qui per *Additionem* peccatorum multipliciter DEum offendit, pœnasque divinas *multiplicavit*, credat per *Distisionem* Sangvinis Christi nobis *Subtrahi* omnes *Regulas falsi*. *Heidf. Cap. XXXI. p. 663. Nic. Reusnerus, in Logogriphorum Sylvula p. 333. 334.* Qui homines divites sunt

in

in numeris, inopes verò plerumque in crumenâ? Resp. Arithmetici. *Matth. Tympius in Mens. Theolo Philosophicâ p. 40.*

ARITHMETICUS

Omnium quis optimus?

Pondere, mensurâ, numero DEus omnia fecit.

Idem numerat multitudinem stellarum, numerat lacrymas, capillos capitis, fugas, ossa, dies. En dulcissimam doctrinam en commonefactionem, ut majore cum voluptate sapientiam Arithmeticam addiscamus! *Heidf. l. c. p. 663.*

ARITHMETICORUM

Digitis calculis Regum amici similes.

Orontem Artaxerxis Regis generum legimus indignatione quâdam à Socero damnatum ac honore dejectum, cum se contemtibilem animadverteret, ac esse ludibrio inimicis, solitum dicere: Principum amicos videri consimiles arithmeticorum digitis: Nam & hi computando nunc myriada, nunc monada valent: Ita & qui Regibus se insinuant, modo pollent plurimum, & observantur, mox verò, qui fortunæ mos est, quæ homines velut pilas habet, in imum demersi, ludibrio sunt omnibus. *Heidf. p. 672.* Pro collocandis Principis arbitrio, alias vix teruncium valent. *Gregor. Richterus Axiom. Polit. Reg. 107. p. 240. Lipsius Not. ad Lib. III. Polit. Cap. XI. pag. 82.* Idem dixit Solon. *Tinquell. de Nobil. Cap. VI. n. 2. p. 33. ap. D. Henr. Hahnium, Diss. Jurid. Polit. de Jure Nobilium Singulari §. 3. Vid. omninò Cæl. Rhodig. L. A. Lib. XXIII. Cap. XI. p. m. 172. seq.*

ARMA

Non abjicienda, hosti non tradenda.

§. 1.

Antigonus Rex bellum gerens contra Eumenem Cardianum, misit Legatos ad Macedones, ut Eumenem Ducem exercitus sui desererent, cum magnificis promissis. Macedones vero Legatis minabantur, ideoque ab Eumene superveniente laudati sunt hoc apologo: Leonem amantem Virginem contulisse cum Patre puellæ de nuptiis. Patrem respondisse, quemadmodum paratus quidem sit ad puellam concedendam, formidare autem leonis ungves & dentes, ne quidem contractis nuptiis ex aliquâ causâ exacerbatus beluinè se gereret cum puellâ. Sposspondit ergo leo se abjecturum ungves & dentes, quod cum vidisset Pater baculo arrepto leonem facilè interemit. Nil aliud moliri Antigonum, eousque promissiones extendere, donec exercitu potiatur, atque ita de Ducibus pœ-

nas

nas sumat. *Diodor. Lib. X.* Astus hic etiam Dæmonis est, unum hoc cupientis, ut spiritualibus te præsidiis, quasi ungvibus & dentibus exarmes, ut preces consvetas, & examen conscientiæ quotidianum oblivioni tradas &c. his enim armis sepositis, facile te supplantabit ac conficiet. *Matth. Faber. Op. Conc. Tripart.* Ἐν παντὶ ἄρα συνιζῶντες ἑαυτὰς ὡς Θεῷ διάκονοι διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν 2. Cor. 6. 4. 7. Rom. 13. 12. Quâ proverbiali figurâ per arma justitiæ *dextra* & *sinistra* nil aliud innui videtur, quam ut in hâc militiâ militantes à *dextris* & *sinistris*. i. e. tanquam ἀμφιδέξιοι ad Diaboli μεθοδείας avertendas utrinque parati existant: Et sic ab omnibus partibus muniti impressionem, hostilem sustinere valeant; Ὅπλα δικαιοσύνης δεξιὰ sunt μάχαιρα τὸ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα τοῦ Θεοῦ Gladius verbi, quo hostem ferimus &c. Ἀριστερὰ verò θυρεὸς τῆς πίστεως scutum fidei, quo nos protegimus, Ephes. VI, 16. 17. *L. Joh. Olear. Pos. Philol. Grac. Epist. Dom. Text. concern. Ex. 16. Pos. 10. p. 159. 160.*

§. 2.

Cum autem Bernhardo teste, faciles simus ad seducendum, debiles ad operandum, fragiles ad resistendum, sint hæc nostra quotidiana ex Oratione Dominicâ suspiria;

Tentationem ne feras,
Qvum nos malignus Satanas,
Captat siniſtre, dextre,
Da fortiter resistere,
Firma cataphractos fide,
Sanctique Spiritus ope. *B. D. Dieteric. A. E. P. III. p. 217.* Duplex enim est tentatio, à dextris & à siniſtris. A dextris tentamur, qvum abundant carnis felicitates, sanitas, divitiæ &c. quæ tentatio ut carni acceptissima, ita periculosissima est. Tentamur à siniſtris, cruce, afflictione, & id genus malis, sed securius, & minori periculo, citius enim cruce erudimur, quam quod eâ perdamur. *Brentius in C. XXVI. Hiobi p. m. 212. b.* Artaxerxi Mnemoni, cum arma sibi à Græcis tradi postularet, Clearchus respondebat; Non esse eorum arma tradere. Alii dicebant: Se potius velle mori, quam arma tradere. *Xenephon l. II.* ἀναβάσ. σεως. Xerxes cum scripsisset ad Leonidam: Mitte arma, rescripsit Leonidas: Veni & cape. Maluit armatus mori, quam traditis armis turpiter vitam cum hoste pacisci. *Plutarchus in Alexandro.* Fortes enim arma & vitam eodem æstimant pretio, ait *Diodorus Sic. l. c. Lib. XIV. Cap. CXV.* Servatur armis, arma qui servat sua. *Emanuel Thesaurus Inscript. p. 270.* Arma esse necessaria, tam est in proclivi, quam pluvia, cum est imber. *M. Reinhard.* König/ *Theat. Polit. Tripart. P. III. C. V. §. 25. p. 35.*

§. 3.

Cruciferi Prussi, cum Sigismundo, Rege Hungariæ, collecto 140. millium ex-

exercitu, Uladislao Jagelloni Polonorum Regi bellum inferebant. Missi ad Regem duo Cruciferorum caduceatores, eum hortabantur, Magistri nomine, ne tam meticulosè pugnam iniret: & duos gladios strictos & cruentos ei obtulêre, ut vel iisdem adversus Cruciferos uteretur. Rex placidè & modestè caduceatoribus respondit: Quamvis armorum satis habeat in exercitu, accipere se tamen in DEI nomine gladios, contumeliæ causa ab hoste missos, atq; ita accipere, ut omen victoriæ, *quam sibi armorum traditio portendat.* Collatis signis, Cruciferi victi ad Gronevaldam, cæsa quinquaginta millia: in quibus Magister & Commendatores, paucis exceptis, capta ad 40. millia, signa vero militaria relata unum & quinquaginta. *Cromerus Lib. XVI. ap. Zwinger. Th. V. H. Vol. V. Lib. IV. p. 1455.*

Sint nitida & polita.

§. 1.

Nam *Virgil. teste,* Viro decus & tutamen in armis *Lib. V. Æn.* & *Ovid. Fast. Lib. III.* Arma (propriè quæ *armos* tegunt, scuta videlicet, quibus nos defendimus; sicut tela, à Græco τῆλε, quæ *procul* hostem arcent. Indè latius vox extensa. *Hofm. L. U. in b. v. p. 335. a.*) movent pugnam; Et *Met. l. 12.* Bella movet clypeus; Imò terret hostes; Nam: fulgor armorum fugaces terret equos, equitumq; vultus, *Horat. l. 2. Od. 1.* Hinc Philopœmon, Dux Achæorum, armaturæ & aciei instruendæ rationem vitiosam correxit, & luxum à rebus supervacaneis ad ornanda arma traduxit, quod splendor armorum audaciam augere, animosq; incitare, promptosq; ad pericula adeunda, & cupidos reddere videretur. *Polyb. l. 2.* Et ille ap. *Plautum:*

Curate ut splendor meo sit clypeo clarior,
Quam Solis radii esse olim, cum sudum est, solent.

conf. *Tob. Magiri Polymnem. p. 231. seq.*

§. 2.

Arma nitida, splendidaq; hosti terrorem incutiunt; oculorum aciem hostibus præstringunt. *L. Apulejus lib. de Deo Socratis p. 72.* Hanc ob causam jubet *Onosander c. XXIX. Strategici,* arma exercitus in splendorem dari. Milites enim, inquit, quasi micantibus armorum scintillis terribiliores apparent: multæq; per oculos species in animos delapsæ, perterrere adversarios solent. *Joh. Schildius in Sveton. p. 97.* In armis militum non tam necessitatis habeatur ratio, sed etiam, ut eorum formis & figuris insolitis hostibus terrorem incutiant; Vel, ut alii volunt, arma sint specie pulchra & eleganter polita, quæ tractu facilia, quæ usu firma, quæ impetu lethalia, *Joh. Andr.* Schmidt/ *Polit. Pos. P. III. §. 6. lit. C. p. 69.* Cyri arma, ut speculum relucebant. *Xenophon de Paediâ Cyri Lib. VII p. 73. C.* Et Hybernis viris præcipua gloria est in armorum nitelâ. *Solin. c. XXXV. p. 252.* De Xenophonte vid. *Ælian. V. H. L. III. C. XXIV. p. 78.* Lux enim omnium clarissima ex armis micat. *Thesaur. l. c. p. 270. D. Zimmerm. F. P. H. P. I. p. 149.* Philippus Rex

armorum, quam conviviorum apparatibus ſtudioſior. *Juſtin. Lib. IX. Cap. IIX. n. 4.* Arma nitida Tunquinenſium deſcribit *Tavernie. II. O. T. 3. l. 4. c. 5. p. 79.*

Aurea argentea.

§. 1.

Julius Cæſar militibus ſuis aurea & argentea dedit arma, quò tenaciores eorum in prælio eſſent, metu damni. *Sveton. in Cæſ.* Hinc Plutarchus: Divitiæ, quas in manibus & circa corpus ferunt, acuere nonnihil putabant gloriæ cupida pectora; avaros vero reddere fortiores, quod arma, ſicuti pecunias, retinerent. Alexander ſuos hortatus eſt, ſpernant aciem Darii auro & argento fulgentem, in quâ plus prædæ, quam periculi ſit, cum victoria non armorum decore, ſed ferri virtute quæratur. *Juſtin. l. XI. c. XIII n. 11.* Horridum militem eſſe debere, non cælatum auro, argentoq;, ſed ferro & animis fretum; quippe illa prædam verius, quam arma eſſe, nitentia ante rem, deformia inter ſangvinem, & vulnera. Virtutem eſſe militis decus, & omnia illa victoriam ſequi: & ditem hoſtem quamvis pauperis victoris præmium eſſe. *Livius Dec. I. Lib. IX. Cap. XL. p. m. 725.*

§. 2.

Quamvis & ipſe Alexander, ut ipſius gloriæ etiam exercitus ornamenta convenirent, phaleras equorum, & arma militum, argento induxerit, exercitumque ſuum, ab argenteis clypeis, Argyraſpidas appellarit. *Juſtin. Lib. XII. Cap. VII. n. 5.* Alexander Imp. Rom. uti refert Lampridius, non ſolum fecit Argyraſpidas, ſed & Chryſoaſpidas, ita ab aureis clypeis nuncupatos, *Godefr. alcus Stewechius ad Veget. Lib. I. Cap. XVII. p. 53.* Apud priſcos etiam & ſimplices, ſed fortiſſimos Romanos jam tum Argenti quod erat ſolis fulgebat in armis, *teſte Juvenale Sat. XI. v. 108.* Quemadmodum & Parthis auri argentiq; nullus niſi in armis erat uſus, *Juſtin. L. XLI. Cap II. n. 10.* In exercitu Antiochi argenti auriq; tantum fuit, ut etiam gregarii milites caligas (de quibus vid. *Zimmerm. l. c. P. II. p. 520. D. Joh. Frid. Mayerus Comment. de Elect. Rom. Pontif. Cap. V. §. 4. p. 174. ſeq. D. J. P. Pfeiffer. Antiq. Græc. Gentil. Lib. III. Cap. XXI. p. 537. Laurent. Polymath. L. I. Diſſ. VI. p. 16.* Ab hoc calceamenti genere C. Cæſar Caligula dictus, *Salm. l. c. P. I. T. XLIV. p. 170.*) auro figerent, proculcarentq; materiam, cujus amore populi ferro dimicant. Culinarum quoq; argentea inſtrumenta fuêre, prorſus quaſi ad epulas, non ad bella pergerent. *Juſtin. Lib. XXXIIX. Cap. X. n. 3. 4.*

§. 3.

Hannibal ap. Antiochum profugus, cum is ei exercitum magnificè & ſumtuosè ornatum oſtenderet, quæreretq; num hæc ſatis eſſent futura Romanis? Reſpondit ille extemplo: Plane ſatis, etiamſi avariſſimi ſint futuri. Præter expectationem reſponſum. Rex de prælio interrogabat: Reſpondit Pœnus de præda. Vid. inſuper ap. *Curt. L. III.* quid Eudemus Dario de multitudine copiarum glorianti

re-

respondérit. *Pontan. Prog. Lib. IV. p. 954.* Sic & de Turcis constat, & præsertim in prælio Varnensi, aurea equorum frena multorum visa, & multis galearum argenti atq; gemmarum nitor; ipsas quoq; gladiorum vaginas prægrandes uniones ornabant. *Æneas Sylvius Hist. de Europâ c. V.* Comes quidam Persicus pugionem totum habuit aureum, quem occiso ereptum scribit *Cedrenus in anno XVII. Heraclii. C. S. M. D. in Curt. L. III. C. XIII. p. 111. Keckerm. Curs. Philol. Diss. XXXV. Q. IX. p. 790.* Calcaria aureo Equitum describit *Car. du Fresne in Gloss. T. I. p. 678.* Nec omittendum, *arma* olim *aerea* fuisse, vulneraq; iis inflicta, quia causticam & siccam inflammationem in vulnere relinqvunt, facilius esse curata. Unde cuspis hastæ Achilleæ, ut & ensis Memnonis, cæteraq; Heroum arma ærea fuisse dicuntur. Quo fine æs temperaturâ quâdam indurari solitum; sed eâ amissâ ad usum ferri homines rediisse, referunt *Proclus & Tzetzes in Hesiodum. Hofm. L. U. in h. v. p. 335.*

Nulla in Israel.

1. Sam. XIII, 19. 22. Judic. V, 8. Jerem. XXIV, 1.

§. 1.

Quando nulla arma in populo DEI, nullus faber ferrarius? quomodò item & quare? Locus est in Historiâ Saulis: *Faber ferrarius, τέκτων σιδήρου, non inveniebatur in omni terrâ Israel: Caverant enim Philistiim, ne forte facerent Ebræi gladium & lanceam: cumque venisset dies prælii non est inventus ensis, & lancea in manu totius populi* &c. Strategema hoc fuit dominantium, ut victis auferrent arma, ne res novas moliri auderent. Nam qui arma non habent, facile servi fiunt eorum, qui arma possident, *Arist. II. Polit. VIII.* Miles inermis est, ut qui membris mutilatus. Nam arma ab armis dicta, à quibus dependent, ut scutum, gladius, pugio, sicca, *Festo Autore.* Vid. *Alex. ab Alex. G D. Lib. I. Cap. XII.*

§. 2.

Ita publicè armis multati, ut cum *Tacito* dicam, Israelitæ à Nabuchodonosore, 2. Reg. XXIV, 14. Jerem. XXIV, 1. & XXIX, 2. Conf. 1. Maccab. IV, 6. Sic à Cyro Lydis rebellantibus arma & equi adempti, jussique cauponas & ludicras artes, & lenocinia exercere, *Justinus Hist. Lib. I. Cap. VII.* vide locum, & notas *Berneggeri:* quod Crœsi consilium fuit, ap. *Herod. I.* & Cyri prudens scitum: Non esse armorum scientiæ participes faciendos, quos tributarios & servos operarios esse velimus: hæc libertatis & felicitatis esse instrumenta, *Xenophon. VII. Cyripæd.* Sic Trajanus Decebalo Dacorum Regi paci flagitanti, ut arma & bellica instrumenta, machinasque & artifices traderet, imperavit ap. *Dion. Cassium.* In fœdere, quod expulsis Regibus populo Rom. dedit Porsena, nominatim comprehensum fuit, ne ferro, nisi in agricolturâ, uterentur, *Plinius, Lib. XXXIV. Cap. XIV.* Hinc leges Impp. ne privatis arma vel fabricare, vel emere, aut vendere fas esset, *in Novell. LXXXV.*

§. 3.

Illud crudelius & πολλαχῶς, quod pollices amputati & oculi dextri eruti, ut Jud. I, 7. 1. Sam. XI, 2. de quo vid. *Appendix Bibl. Tom. I. in Tit. Adonibesek p. 144 seq. & Tom. III. in Tit. Naas.* Sed scrupulus hîc aliquis hæret: *Quomodo armis carere potuerint Israelitæ, qui paulo ante Ammonitas prælio vicissent, armorumque copiâ inter cætera spolia potiti essent?* Resp. 1.) Sola arma ferrea gestare aut fabricare interdictum erat; reliqua populo agriculturæ dedito eripi non poterant:

Miscebant justâ prælia nuda fude,

Ut ait *Propertius IV. Eleg. I.* & *fundis*, quibus maximè fidebant, optimi fundibularii, Judic. XX, 16. &c. Sic *Lucretius Lib. V.*

Arma antiqua manus, ungves, dentesque fuerunt,
Et lapides, & item sylvarum fragmina rami &c.

Cassiodorus, Lib. I. Cap. XXX. Inter ipsos, *inquit*, adversarios, ut scitis, non erant prius armata certamina: sed *pugnis* se, quamvis fervida lacesseba intentio; Unde & *Pugna* nomen accepit. *Godescalcus Stewechius, ad Veget. Lib. IV. Cap. VIII. p. 404. Polydor. Vergil. de Rer. Invent. Lib. II. Cap. X. p. 147. Non telum, sed manus!* tanquam lemma Simsoni maxillâ asini mille Philistæos occidenti apponit *Mich. Pexenfelder, Apparat. Erudit. Cap. XCIX. p. 544.* Ita armati ab inermibus victi sunt, ut totum, quod vincitur, omnipotentis DEI laudibus tribuatur, *Gregor. M. h. l.* Conf. Judic. III, 31. & XV, 15.

§. 4.

Deindè non negatur simpliciter, quod arma fuerint ferrea in toto Exercitu Israelis, potuerunt enim clam aliqua haberi; sed hoc dicitur tantum: *in manu populi, qui fuit cum Saule & Jonatha*, non *ensem* inventum fuisse, non *lanceam*; Deo ita dirigente, ut soli sibi victoriam vindicaret: quæ & ideò major, quod pauci innumeros, & inermes ac nudi armatos vicissent: cum contra sæpè victoria obtenta fuerit, solo armorum terrore, sic Cadmus Bœotios profligavit, solâ armorum ostentatione; Neque enim galeæ & scuta ad eam diem Græcis cognita erant. Undè fabula orta de Sativis Cadmi militibus, qui cum armis è terrâ repentè succrevissent. *Conon. apud Photium Narrat. XXXVII.* Hinc Spartarum nomen, vid. Pausan. in Bœoticis &c. Ita *Sanctius in h. l. & Mendoza.*

§. 5.

Simile Diaboli strategema est: exarmatum cupit populum DEI ablato Dei verbo, & literaturâ omni, prohibilisque libris & studiis. A nonnullorum cordibus discendi desiderium maligni Spiritus tollunt, ut & secularia nesciant, & ad sublimitatem spiritualium non pertingant, *Gregor. M. in h. l.* Nam secularium librorum eruditio, etsi per semetipsam ad spiritualem Sanctorum conflictum

non

non prodeſt: Si divinæ Scripturæ conjungitur; ejusdem Scripturæ ſcientia ſubtilius eruditur. Item, & ſic, ait ad Philiſtæos eſſe deſcendendum, ut arma noſtra acuantur: exemplo Moſis, Eſaiæ, Pauli, de quibus plura ibid. Hinc tyrannica edicta de abolendis S. libris; hinc *Traditores* olim dicti: hinc Scholæ Chriſtianis clauſæ, & id genus; Vide de abolitione Nabuchodonoſoris *Iren. III. Cap. XXV. Tertull. de habitu Mulieb.* 1. Maccab. I, 59. de Antiocho. De Diocletiano *Euſeb. VIII. Hiſt. Eccleſ. Cap. III.* de Juliano *Auguſt. de C. D. Cap. LII. & VIII. Confeſſ. Cap. V.* Sic Evarix Gothorum Rex Arrianus Templorum fores ſpinis ſepſit, ut raritas ingrediendi pareret oblivionem fidei ap. Greg. Turonenſ. &c. Hinc torpor & ignavia illa, de quâ *Hugo Card. b. l.* Multi ſunt Doctores & multi prædicatores; Sed pauci fabri ferrarii: quia pauci ſunt, qui ob ſtudium & amorem verbi DEI ſuſtineant ardorem, aut laborem, ut faber ferrarius facit. *Urſinus Quæſt. Bibl. Lib. II. Cap. III. p. 55. ſeq.*

Et leges fraternizant.

Arg. l. Advocat. 14. C. de Advocati 14. C. de Advocat. div. Jud. nam arma legibus indigent, & leges armis, *Lib. I. in pr. C. de Nov. Cod fac.* ap. *Barboſam in Theſaur. LL. CC. Jurisprud. Lib. I. Cap. LXXIX. Ax. III. p. 65.* Ein Adler trägt in der einen Klauen ein Buch / in der andern ein Schwerdt / mit den Sinnſpruch:

LEGIBUS ET ARMIS.

Durch Geſetze und Waffen!

Juſtinian. in proem. Inſtit.

Des Rechtes Zier beſteht in Waffen / ſeine Stärcke
In Recht und Satzungen / in Weißheit / That und Wercke /
Damit das Regiment in Krieg und Friedens-Zeit
Auff feſten Grund beſteh mit Heyl und Herrlichkeit.

M. Schirmer / *in Emblem.*

Veterum.

§. 1.

Achior volens Holofernem ab obſidendâ Bethuliâ abſterrere, inter alia hoc argumento utitur: *Quod Deus pro Judæis pugnet.* B. Lutherus ita reddidit: Sie zogen aus / ohne Schwerdt / Schild / Bogen und Pfeile / denn GOtt ſtritte vor ſie. Judith. V, 16. H. l. aliquid de veterum armis dicendum, quæ cum hodiè in deſvetudinem venerint, divinare potius, quam certi aliquid definire oportet. Neque enim veteribus tormenta illa bellica, quorum hodie uſus eſt, imò ne bombardæ quidem cognitæ fuerunt. Eorum loco præcipua in ſacris arma inveni, *arcum & gladium*, quæ duo propterea in ſacris ſæpè conjungi ſolent. Sic 1. Sam. XIIX, 4. Jonathan Davidi in ſignum amicitiæ *arcum & gladium* tradi-

tradidit, Et Pſalm. XXXVII, 14 dicitur.: Ægyptios *gladium* è vaginâ eduxiſſe, & *arcum* extendiſſe. Videte opera Domini, dicit Pſalm. XLVI, 8. qui *arcum* confregit, & *ſagittas* & *lanceas* ferri, currusque falcatos (Vid Tit. Currus) combuſſit; Quin & Pſalm LXXVI, 3. inter ſigna omnipotentiæ divinæ refertur, quod *vires arcuum* contriverit. Ubi vires arcuum potentiam Aſſyriorum denotant, quia Aſſyrii in bello arcubus communiter utebantur, & in hoc armorum genere vires ſuas locabant. Sed contritio arcuum eſt ceſſatio belli, quemadmodum extenſio arcus dicitur in ſacris præparatio ad bellum.

§. 2.

De cætero veterum arma erant duum generum, alia *offenſiva*, alia *defenſiva*. Inter *offenſiva* primum locum arcus & ſagittæ tenuerunt, inter *defenſiva* τὰ ὅπλα fuerunt, præſertim *thorax*, unde etiam ὁπλίτην vocarunt militem thorace armatum, ad differentiam cæterorum militum, qui quod eſſent thorace deſtituti *nuai* vocabantur Græcè γυμνοὶ. In hujusmodi armis & *defenſivis* & *offenſivis* David Pſalm. XXV, 3. DEum ipſum producit: *Apprehende, inquit, clypeum & ſcutum, ut me adjuves* (hæc arma defenſiva,) *tolle haſtam & gladium, ut hoſtibus meis occurras* (hæc arma offenſiva); Magna eſt emphaſis, cum in ſcripturis *ſagitta ſangvine ebria*, & *gladius ſangvine plenus* Eſ XXXIV, 6. Des HErren Schwerdt iſt voll Blut proponitur, qua formula loquendi denotantur rubentia, quæ ſangvine hoſtium, occiſorum adhuc rubent; Unde in Propheta Nahum Cap. II, 3. *Clypeum rubefactum* vocat. Ad eadem arma Jeremias reſpexit, cum exclamat: *Surgite in gladiis, ponite lanceas*, Jerem. XLVI, 4. ubi eleganter vocem *ſtandi* uſurpat. Hæc enim Metaph frequens ab excubiis militum eſt petita. Nam hi ſtando excubant. Hinc Virgilius *ſtetit acer in armis Æneas*. Notabile autem eſt diſcrimen inter veterum ſcuta & clypeos. Nam ſcuta propriè oblonga potius, quam lata erant. Hinc Græci θυρεὸς vocant, quod inſtar januarum eſſent, quæ communiter magis longæ ſunt, quam latæ. Sed & Clypei erant aſpides εὔκυκλοι h. e. rotundi, & in juſtum orbem reducti, in cujus medio extabat umbo, prout elegantibus docet figuris *Taubman. in Not. ad Virgil. Culicem*. Præter hæc arma apud veteres in uſu fuit γαῖσος, *gæſum*, cujus mentio fit Joſ. IIX, 18. Ubi Joſua ſtratagemate urbem Ai expugnans gæſo ſignum militibus in inſidiis dediſſe legitur. Ejusdem bellici inſtrumenti *Virgil. VIII. Æn.* ita meminit:

— — duo gæſa coruſca.

Ad quem locum *Servius*: Gæſum eſt haſta virilis. Vulgaris alias verſus eſt:

Non amat hic JEſum, qui fecit ad prælia Gæſum.

Alii gæſum Germanicè reddunt eine Hellepartze; Alii per hæc arma intelligunt ſecures cum faſcibus, quibus interdum ipſi Conſules Romani ſunt uſi. *D. Joach. Hild. in Antiq. ex Script. Select. p. 105. 106.* Conf. *Joh. Mülmannus, Comment. in Joſ. cit. locum. p. 306.*

Cum

Cum Musis jungenda.

Elegantissimi versus sunt Euripidis:

Non cessabo Gratias Musis
Miscere dulcissimâ copulatione,
Nec vivere quidem vellem sine doctrinâ. Archilochus bonus Poëta, bonusq; fuit miles, quod ipse fatetur his verbis, uti *Athenæus Lib. XIV. Cap. VI. p. 627.* refert:

Ego vero sum Martis Regis famulus ac cultor
Musarumque amabile donum. *D. D. Clasen. in Conviv. Plut. p. 103.*

Sic Janus Brouckhusius non Musis tantum, sed & Marti Batavorum navali sese addixit. Quemadmodum & Joh. Petr. Lotichium incomparabilem sui seculi Poëtam, imò alterum Ovidium, cum abs Apollinis Musarumq; vexillo ad Martis castra ad tempus transisset, tersissimas inter ipsos tumultus bellicos scripsisse Elegias novimus. *Acta Erud. Lips. An. 1684. m. Nov. p. 542.* Christianum, Principem Anhaltinum, Martis & Musarum amasium exhibet *Larsius pro German. p. 37. 38.* Et Matthias I. Hungariæ Rex felicissimo conjugio armis literas permiscuit. *Id. pro Hungar. p. 484.* Vetera exempla exhubet *Ælian. V. H. Lib. VII. Cap. XII. p. 128.* & Henricus Stephanus *Orat. de conjungendis cum Marte Musis*, exemplo Xenophontis Xenophonti à se edito, præfixâ. Ducum enim antiquorum dextera solebat non minus stilum tractare, quam gladium. *Sidon. 4. 17. ap. Wanckel. in Goev. Proœm. Spec.* Quod Poëtæ olim Minervæ imagine repræsentare voluerunt: quæ artium omnium & belli Dea, ex cerebro Jovis armata prosiliisse fingitur.

MARTE VEL ARTE simul pugnare in utrumq; parata est:
Quando Arti & Marti præsidet una Dea.

LITERIS ET ARMIS.

Erat Symbolum Johannis Comitis Ostrofrisii.

Cur hastâ & galeâ decora Pallas
Artium est Dea? LITERIS ET ARMIS
Semper gloria vera comparatur. *Nic. Reusner. Symb. Heroic. p. 128. 129.*

Jener mahlete einen Lorbeer-Krantz auf ein Schwerdt/ und einen Oel-Krantz um eine Wage-Schale/ mit dem Sinnspruch:

UTROQUE CLARESCERE PULCHRUM!

Es ist alles beydes schön/ in Krieg- und Friedens-Zeiten/
Verewigen sein Lob/ und schönen Ruhm bereiten
Bey nachgebohrner Welt. Doch geht der Oel-Krantz für
Dem blutigen Triumph und stoltzen Lorbeer-Zier.

M. Schirmer *in Emblemat.*

ARMA
Clerici non habeant.

§. 1.

Denn sind es doch keine Krieger/ Judith. V, 25. Nec galeà regimur, nec acuto cingimur ense. *Ovid. Fast. l. II. v. 10.* ut Episcopi Pontificii, equestre illud & heroicum Sacerdotum genus. *B. Luther. T. II. Jen. de Abrogat. Miss. priv. p. 472.* Julianus omnes Cæsarienses Clericos in numeros militum adscripsit, *teste Sozomeno Lib. V. Cap. IIX.* Valens ut omnes monachi militarent, legem dedit, *teste Diacono Hist. Lib. XII. & Eusebii Chronico, ap. Stewech. l. c. ad Veget. Lib. II. Cap. V. p. 112.* Nolentes per tribunos & milites fustibus interfici jussit. *Id. Lib. III. Cap. IV. p. 265. C. du Fresne l. c. T. II. p. 791. seq.* plurimos adducit Episcopos, qui præliis etiam ex mandato interfuêre, in iisq; cæsi. Sed quid Paulus? Episcopus non debet esse πλείκτης, percussor, sed ἄμαχος, alienus à pugnis 1. Tim. III, 3. *Balduin. Cas. Const. L. IV. C. IV. Cas. VII. p. 969.* Conf. Clericum bellatorem ex 1. Tim. III, 3. ap. *Zimmerm. Anal. Menstr. M. IIX. Cap. V. p. 416. Danh. Theol. Const. T. I. P. II. S. II. A. VII. Q. XX. p. 1029. D. J. A. Osiand. Th. Cas. P. V. C. II. p. 559. Jos. Arnd. Lex. Antiq. Eccles. p. 242. 629.*

§. 2.

Precibus, non ferro Clericis Principi cuiq; suo militandum rectè respondebat Origenes Celso ap. *Casp. Ziegler. in Episcopo Milite in veteri Ecclesiâ invisо C. III. §. 5. C. IV. §. 8.* Laus eorum non est in armis, sed in mansvetioribus studiis. *M. Joach. Hildebrand. Ex. Mor. de Conscientiâ, variisq; ejus casibus §. 34. Pfeiffer. A. G. G. Lib. III. C. XVI. p. 517. Hugo Grot. de J. B. & P. Lib. I. Cap. II. §. 9. p 35. C. V. §. 4. p. 99.* Interim argumentum à milite ad Clericum non infrequens; Et à milite armatæ militiæ, ad militem cœlestis militiæ certo modo V. C. *D. Strykius in Brunnem. Jus Eccles. L. II. C. X. p. 482.* Non omnes armatâ militiâ detinentur: sed quisquis militiæ suæ cingulo utitur, dignitatis suæ miles adscribitur. *Decret. P. II. Caus. XXIII. Qu. I. C. V. conf. Salm. P. I. T. LVI. p. 291. a.*

Per ARMA,

Aut minis non capimur, sed per argumenta, ut mihi liceat loqui cum Bernhardo è Cap. II, Cant, Serm. 66. *D. Meisner. Diss. de Sepulturâ Mariæ S. III. §. 2.*

ARMERIS
Miser.

Quia ad bellum, non ad otium venisti, Albani olim Infantibus recens natis, porrigendo ipsis varia arma militaria, acclamabant. *Cuspin.* Vivere enim militare est. *Sen. Ep. 96.* Vitam quasi certamen quoddam obit homo athletæ instar, & certamine

tamine peracto consequitur, quod meruit. *Plut. de Serâ Num. vind p. 561.* Vid. omninò *Drexel. Palæstr. Christ. P. I. C. I. p. 963. seq.* Die Mexicaner hielten bey ihren neugebohrnen Kindern diesen Brauch / so bald es auf die Welt gekommen / wurde es von denen Priestern gewaschen / welche ihnen in die rechte Hand ein kleines Schwerdtlein / und in die lincke einen subtilen Schild gaben ꝛc. *M. Jac. Dan.* Ernst in Ehrenh. zufäll. Ged. *C. II. M. LVII. p. 931. 932.*

ARNDIUS.

Josuæ Arndii concionatoris Aulici Güstrov. Epitaphium, ab ipsomet adhuc vivo confectum, ita sonare mihi relatum est:

Hic jacet JOSUA ARNDIUS,
Henetus.
Servorum DEI minimus
Peccatorum maximus,
Pœnitentium humillimus.
Post multas Aulæ procellas,
Post magnas Familiæ clades,
Expectans Resurrectionem justorum!

Rev. Dn. M. Petr. Michaël in Nupt. p. 164. Joh. Arndius, aureoli libelli, cui *hortus Paradisi*, nomen Autor, postquam octiduo ante concione habitâ ex Psalm. CXXVI. v. ult. *Cum lacrymis serentes cum gaudio metent*, domum reversus, concionem se funebrem habuisse, velut instantis fati non ignarus prædixit. *Hofman. L. U. T. I. p. 341.*

ASBESTOS

Lapis semper ardens, linum incombustibile, ex quo Nero habuit mantile, Salamandra in igne vivens, typi damnatorum in æterno igne ardentium &c. *Drexel. de Ætern. Observat. II. p. 4. 5. Salm. l. c. P. I. T. II. p. 16. 17.* In quodam templo Dianæ erat lucerna ex hujusmodi lapide semper ardens, ita ut nullâ tempestate, nullo imbre extingvi posset. Unde pagani maximum suæ Dianæ miraculum esse arbitrabantur. Ergò si hoc fieri potest virtute naturæ in materiâ lapideâ, ita ut non amplius ignis succendatur, nec nunquam extingvatur; quantò magis hoc fieri potest virtute DEI in aliâ quâcunque materiâ, ut sic ignis inextingvibilis perpetuò conservetur? *M. Bauman. Anal. Typ. p. 1530. Conf. Novelle* aus der gelehrten und Curiösen Welt / *An. 1692. mens. Sept p. 920. seq.* Lucet & *in amantium pectore*, ut Val. Ædituus ap. A. Gellium venustè ait, *flamma inexstingvibilis.*

Istam non potis est vis sæva extingvere venti,
Aut imber cœlo candida præcipitans.

J. H. Ursin. Theol. Symbol. C. CLIV. p. 177. Un ASCEN-

ASCENSIO
Spiritualis.

Quid times, mens DEO devota, ascensum arduum, impervium, inaccessum? complanavit vestigiis suis Dominus, sequere Ducem, miles, tot martyrum, atque hos inter imbellis ætatis sexusque plurimi, hanc semitam calcarunt, etiam sangvine signarunt: tu vir non poteris, non ausis, nullius adhuc sangvinis periculo? Vale CHRISTI ex hoc mundo, tuum aliquando Vale solabitur, siccis oculis tuam videbis mortem, inque decretorio momento ita corpore egredière, ut vivus solet è cubili; ita animam exues, ut corpus pallio, ita emittes, ut in hortum ambulaturam, nec multò post redituram, venienti occursurus Olympo. *D. Danh. Hecdec. Homil. Sacr. Hom. XII. P. I. p. 400. 401.*

ASCENSIONIS
Christi dies.

Rotomagensis urbis (in Normanniâ) Canonici egregiis à Francorum Regibus donati sunt privilegiis, inter quæ est, quod singulis annis Ascensionis Christi die vinculis eximere possint Hominem aliquem facinorosum proximum damnationi, certoq; supplicio jamjam destinandum. Peragitur negotium illud variis ceremoniis, capsulamq; magni pretii, qua D. Romani ossa cineresq; contineri dicunt, Reus humeris portat: Ritusq; causam narrant, liberatam aliquando abs serpentis cujusdam incursu urbem D. Romani precibus, Latronis autem ope, *Beem. l. c. C. VI. S. I. p. 169.* Venetorum Ritus in hoc die vid. in voc. Bucentaurus.

ASELLUS

Germ. Steckfisch) dicitur ita à trunco, cui aridus & induratus tundendus imponitur. *Pier. Valer. Hierogl. Collect. ex Vet. & neot. descr. Lib. IV. p. 118.* Horum capturâ piscatio Belgica occupatur: Asellis enim piscandis quotannis D. vel DC. Naves minores, *Pinkæ* dictæ, destinantur, quarum singulæ XL. vel XXX. Tonnas capiunt, totoq; anno huic piscationi se impendunt, ac pisces Sale conditos in alias Regiones avehunt, per hiemem verò recentes eosdem in Gallia, Anglia, ipsoq; Belgio copiosè distrahunt. *Beeman. l. c. Cap. X. p. 426.* Als Christianus I. Rex Daniæ A. C. 1474. zu Rom war/ præsentirte er Pabst Sixto IV. einen trůgen Stockfisch/ einen Hering/ und eine weisse Aahlruppe/ als 3. Raritäten aus seinen dreyfachen Königreich Dännemarck/ Norwegen und Schweden/ *C. F. Paullini* Zeit-kurtz. erbaul. Lust/ *T. II. Cap. IV. p. 47.* Crassum autem difficilisq; coctionis alimentum suppeditat, & non nisi ab iis, qui valentiorem habent ventriculum, magnisq; laboribus sunt dediti, sine noxâ comeditur. *D. Dan. Sennertus Instit. Med. L. IV. C. IV. p. 850. a.*

ASELLI

ASELLI

Ridicula ſublevatio.

Vir ruſticus cum usq; ad meridiem araſſet, feſſis bobus, & ipſe fatigatus, ut rediret in oppidum, aratrum aſello alligavit, quem præmiſſis bobus aſcendit. Cum nimio onere gravatus aſellus deficeret, nec progredi poſſet, re animadversâ Pierus (id illin omen erat) deſcendit, aratrū humeris ſuis imponit, rurſumq; aſcendit, inquiens, nunc procedere poteris, non enim tu, ſed ego aratrum fero. *Web. l. c. p. 276.*

Furtivi probatio.

Mulio ceu catulum quidam enutrîrat aſellum,
Atque vocarat eum nomine Nicolaum;
Illum cum ſociis aliis, en, forte duobus,
Subtrahit infidus nocte viator homo.
Quæritat amiſſum, quæſitum repperit, atqui
Inventum ſubito non reparare poteſt.
Conſulitur Judex, Judex, reſpondet, agaſo,
Non deero cauſæ, ſi modò juſta, tuæ.
Omnibus eſt aſinis color unus; dic modo, quonam
Hunc aſinum eſſe tuum jure docere potes?
Me verbis aſinus cognoſcit, mulio fatur,
Da vocem, judex, audiat ille meam,
Ante ſtatim pecudis ſtabulum fit copia fandi,
Nikel aſelle veni, dicit agaſo, foras.
Auditâ Domini mox voce prioris aſellus
Proſilit, & ſocii ſponte ſequuntur eum,

Sal. Kuſelius. Hor. Succiſ. Lib. p. 184.

ASINA

Bileami.

Vid. Appar. Bibl. Tom. I. p. 402. ſeq.

Super quam equitavit Chriſtus, Matth. XXI, 2.

§. 1.

Prophetico Spiritu incitatus Zacharias Cap. IX, 9. excitavit Judæos, ad excipiendum olim ingreſſurum Hieroſolymæ Regem, Meſſiam: *Exulta plurimum, filia Sion, clange, filia Jeruſalem; Ecce! venit tibi* (i. e. bono & commodo tuo, non ſuo: Eſ. IX, 5. Luc. II, 11.) *Rex tuus juſtus & ſervator, pauper,* (aliis manſvetus, nam עני utrumque ſignificat) *& ſedens ſuper aſinam & ſuper pullum filium aſinarum.* Regem cum hoc modo venturum eſſe Meſſiam, Judæi veteres

ſummo conſenſu tradiderunt, in *Sohar. fol. 127. R. Elieſer in Pircke Cap. 31. Talmudici in Gemarâ Babylon. Maſſechet. Sanhedrin. fol. 98. 99. Bereſchith Rabba ad Gen. XLIX, 14. Rabba Bar Nachmoni in Medraſch ſup. Gen. Cap. XLIX. Medraſch Coheleth in Eccleſ. I, 9.* Quibus adſtipulantur plerique recentiores *R. Saadias Gaon in Dan. VII, 13. Lipman. in Nizzachon, Salomo, Kimchi, Abarbanel. in Comment. ad l. c. Zachar. aliique.*

§. 2.

Commenti etiam ſunt prærogativas ejus aſini, nimirum filium eum eſſe aſinæ illius, quæ creata fuerit in crepuſculo veſpere Sabbathi, quâ Bileamus vectus fuerit, Num. XXII, 28. 30. eodem illo vectum Abrahamum, Gen. XXII, 3. & poſteà Moſen, Exod. IV, 10. colore inſuper multiplici ſpectabilem & generoſum finxerunt. Complementum prædictionis in JESU NAZARENO ſpectamus', quem Hiſtoria Evangelica refert, juſſiſſe ſibi adduci aſinam & pullum, Matth. l. c. atque pullo inſidentem, Marc. XI, 7. Luc. XIX, 33. Joh. XII, 14. ingreſſum Hieroſolyma.

§. 3.

Quod ergò apud Matthæum 7. legitur: *Adduxerunt aſinam & pullum, & poſuerunt ſuper illis pallia ſua;* καὶ *ἐπεκάθισαν, & eum collocarunt* (alii legunt καὶ *ἐκάθισαν* & ſedit) *ſuper illis*; id hac ratione conciliant ex Patribus *Auguſtinus Lib. II. de Conſenſu Evangeliſt. Cap. LXVI. Theophylactus, in Matth. XXI.* ex recentioribus interpretibus *Cajetanus Oſiander, Hunnius, Franzius de Interp. Script. Omc. CXIII, Gerhardus in Harmon. Cap. CXLIV. fol. 104. ſeq.* aliique plures; Chriſtum ſucceſſivè utroque animali vectum, primum aſinam, deindè pullum conſcendiſſe. Ex quâ interpretatione ſingulare myſterium multi cum *Theophylacto* eruunt, quaſi aſina oneribus adſveta Judaicum populum, tot legum Moſaicarum & ceremoniarum jugo onuſtum, pullus indomitus populum gentilem, nullo hactenus legum onere preſſum præfiguret, quorum illi prius inſederit Chriſtus, ut prius ex Judæis Eccleſiam ſe collecturum ſignificaret, in quorum tamen renuentium locum gentiles mox eſſet ſurrogaturus. Conf. *Juſtin. Martyr. Dial. cum Tryphone Judæo p. 212.*

§. 4.

At Lyranus inverſo ordine, primò ſuper pullum, deindè ſuper aſinam ſediſſe aſſeverat. Nam pullus, ait, erat indomitus, & proinde, quia non benè tolerabat equitantem, adſcendit poſteà ſuper aſinam, quæ domita erat. Aliam Evangeliſtarum conciliationem attulerunt *Hieronymus & Euthymius*, quam ſecuti ſunt *Toſtatus, Salmero Buccerus, Beza, Glaſſius, Vorſtius, Lud. de Dieu, Hackſpan. Bochartus, P. I. col. 212.* aliique, in verbis Matthæi eſſe enallagen numeri, qua pluribus indefinitè tribuitur, quod illorum uni convenit: *Inſedit illis*, i. e. uni illo-

illorum. Nimirum utrumque jumentum, asinam puta & pullum CHRISTO adductum fuisse, ipsum tamen solum sibi pullum, nullum huc usque sessorem passum ad vecturam elegisse, quem mater sua simul adducta comitata fuerit. Enallages ejus exempla crebra occurrunt. Gen. XIX, 29. *cum subvertit Dominus urbes. in quibus* (i. e. in quarum una) *Loth habitavit.* Jud. XII, 7. *Sepultus est Jephte in urbibus* Galaad, i. e. in una urbium. Matth. XXVI, 8. *videntes discipuli indignati sunt*, i. e. ut Johannes habet Cap. XII, 4. unus ex discipulis Judas. Matth. XXVII, 44. *Christo crucifixo exprobabant latrones*, i. e. unus latronum, juxta Luc. XXIII, 39. vid. *Glass. Philol. Sacr. Lib. III. Tract. X. Can. XXVII.*

§. 5.

Si mysticum sensum hîc sectari placet, poteris dicere, super solum pullum CHRISTUM sedisse, asina interim sequente, insignum fore, ut indomitum gentilium populum, veluti pullum illum, nullo adhuc jugo assvetum, mirâ facilitate per obedientiam fidei sit subjugaturus; Sic tamen, ut Judæi, velut asina jugum cui assveti ferre aliquandiu malentes, etiam sint secuturi, ac CHRISTI quoq; jugum recepturi, Rom. XI. Quam allegoriam prolixè deductam invenies ap. *Jansen. in Concord. Evangel. Cap. CX. p. 768.* Ex his de asino Messiæ, gentiles olim ansam captasse assingendi Judæis pariter ac Christianis ὀνολατρείαν, sive asini cultum, verosimilis est conjectura. *B. D. Joh. Ben. Carpzov. in Philologemate sacro, de asino Messiæ in urbem Hierosolymam vectore edito an. 1671. quæ in System. Dissert. VII. §. 30. p. 274. seq.* Alias aliorum & suas simul suspiciones attulit *Bochartus, P. I. Hieroz. L. II. Cap. XVIII.* Adde *Ursini Acerr. Philol. p. 89. Huetii Demonstr. Evangel. Prop. IV. p. 159. ap. L. J. Cyprian. Cont. in Hist. Animal. Franzii P. I. Cap. XIV. p. 380. seq.*

ASINUS
Papistarum deliciæ.

§. 1.

Nescio quibus occultis naturæ viis in amorem Pontificiorum migrarit Asinus. Pervetusta est Asiniorum familia, longeq; nostris in urbibus numerosa, inquit *Joh. Jov. Pontanus T. II. in Asino Dialog. p. 1536.* Sixtus V. R. P. à Cardinalibus vocabatur Asinus Anconitanus. Ziegler in tägl. Schauplatz der Zeit/ *27. Aug. n. 2. p. 1034.* Apud Lutherum *T. II. Jen. Lat p. 290.* Asinus pro Papâ mutatus fecit decretalem. Genuenses cum caput nequeant, caudam saltem ejus jumenti, cui mortis & inferorum victor insedit, omnibus obsequiis colentes, eam villosam adhuc atq; incorruptam in sacri thesauri cimeliis habent, testis est *Hieron. Capugnanus Annot. off. Hebdom. Sanct. Evang. Dom. Palmar. ap. Bonifac. in Hist. Iudicr. Lib. VI. Cap. XXX. p. 249. Wolff. L. M. T. II. Cent. XVI. p. 243. b.* Festum celebrant, quod *Asinorum* appellant, de quo *C. du Fresne in Gloss. voc. Festum.*

§. 2.

Ipsa Lipsia Pontificia, quam læta, quam effusa in faustas acclamationes, quâq; Palmarum Dominicâ remeante vestigia asini olim non lambebat? Vid. *Pfeiff. Orig. Lipsi. L. III. §. 9. p. 295. 296. M. Paul. Christ.* Hilscher/ *de Erroribus Pictorum circa nativit. Christi §. 27.* Subitura forsan judicium illius Legati Turcici, qui aliquando in Poloniam veniens & videns sacrificulos coram asini, cui Christus insidebat, ossibus in genua procidere dixisse fertur: Indecorum admodum est, tam multos unum adorare asinum! Si quis enim hos asinos putet, haud erraverit herclè. *D. J. Meisnerus Diss. de Sepulturâ Mariæ S. I. §. 10. D. Balduin. C. C. L. II. C. V. Cas. V. p. 158.* Iniquè hoc fert *Engelgrav. Carl. Empyr. T. I. p. 379. a.* Jener Mönch verglichte sich und seine Brüder einem Esel; denn gleichwie der Esel mit seinen Schwantz ihm der Mücken wehret, so verhüten wir/ daß niemand in die Hölle komme/ Harsdörff. im Schau-Pl. Lust- und Lehr-reicher Geschichte/ *Cent. II. Cap. C. §. 96. p. 370.*

§. 3.

Quidam Coqvus, Ducis Mediolanensis ipsum Ducem rogabat, ut se asinum faceret. Stultæ petitionis causam cum quæreret Princeps; Video eos omnes, respondit, quos exulisti, præsuperbiâ & ambitione in asinos evasisse: adeò ut asinorum vita, & conditio svavis omninò, perq; jucunda mihi esse videatur. *Poggius in Facetiis.* Jacobenus quidam hâc lege à Fratribus Franciscanis in ordinem est receptus: Si inter nos vis vivere, asinus fias oportet, ut quasi asinus inter asinos degas! quâ conditione acceptâ cum asininâ pelle ingenium quoq; asini induisset, manibus pedibusq; reptans; En, inquit, frater, asinus sum, asinum inter asinos admittite! *Ursin. Anal. Sacr. L. V. C. XLIX.* Planè ad Exemplum Lucii istius asini, qui inter duos fratres asinos tertius adscitus contubernalis, ap. *Apulejum Metam. Lib. X. p. 262.* Seu, ut ipse Franciscus asinos solenni hoc titulo salutavit: Salve Frater Asine! *D. J. F. Mayer. Eclog. Th. de Pœnitentiâ Bestiarum Niniviticâ C. I. §. 4. p. 10.* Ergò, Sit Asinus, quemcunq; Asinum sors aspera fecit. Conf. *Rudolph. Hospinian. de Orig. & Progr. Monach. & Ord. Monast. D. Meisnerus Phil. Sob. P. II. S. I. Q. XII. p. 487.*

§. 4.

Cœlestinus Papa edixit, ne Rom. Pontif. & Cardinales ferrentur mulis, sed tantum asinis Christi, cujus haberi vellent Vicarii, exemplo. *Wolff. T. I. C. V. p. 111. a. & C. XIV. p. 526. b.* Ernst Bilder-Z. *P. III. Div. II. Cap. LI. p. 225.* Asinum solenni ritu à Studiosis Papisticis promotum, vid. ap. *L. Feller. in Horn. Orb. Imp. p. 187.* Coronatum ap. *Alex. Ross. Tot. Orb. Relig. Divis. IV. p. 159. Baum. An. Typ. p. 1159. Ursin. A. S. Lib. V. Cap. XLIX. p. 308. seq.* Romanus Hay ob votum obedientiæ Pontifici præstitum, Societatis professos vocat Asinos, ap. *D. J. F. Mayer.*

Mayer. Diss. Select. p. 346. & Joh. Andreæ Prælatos nominat Asinos cornutos ap. *Wolff. C. XII. p. 276. b.* Itidem Autor quidam illos, qui Philippum Imp. Christianum fuisse autumant ap. *Matthaum Larroquan. Adverss. Sacr. L. I. Art. V. p. 86.* Caput Asini cognominatus quidem miles ap. *du Frêne l. c. T. I. p. 823.* Junium Bassum, hominem cumprimis dicacem, vulgus *asinum album* appellabat, quod feliciter esset stupidus ac ridiculus. Alba enim veteres felicia vocabant. *Erasm. Apophthegm. Lib. VI. p. 510.* Gentes Persarum Regem Ochum asinum subindè appellabant. *Cœlius L. A. Lib. XXX. Cap. XXI. p. m. 690. Cuneus de Rep. Hebr. L. III. C. IV. p. 405.* Josephus Scaliger Robertum Constantinum asinum vocat, in bonis auctoribus tractandis, *Epist. L. I. Ep. XVII. p. 104.* Et Carolus V. Gallos, ut Regibus suis obsequentissimos, asinos vocare solebat. *Gassarell. p. 19.* Sicuti Maximilianus I. dixerat: Rex Galliæ est Rex Asinorum: Rex Angliæ Diabolorum: Rex Hispaniæ Hominum: Imperator Romanus, Rex Regum. *Luth. Colloq. Mensal. C. XXXIII. p. 336. b. Cap. XXXIIX. p. 397. a.* In Germaniâ Regibus, in cæteris vero meis Regnis, servis me imperare novi, dicebat Carolus V. ap. *D. Matthia p. 1041. b. G. Horn. Orb. Polit. Cap. I. §. 6. p. 9.* Papa autem Romanus est Rex Stultorum, nam omnes, qui illum tanquam terrenum aliquem Deum venerantur, puri puti sunt stulti. *Zinegref. Apopht. P. I. p. 71. 72.*

§. 5.

Bodinus contra Aristotelem negantem excandescens ita conqueritur: Neq; tamen verum est, quod Aristoteles scribit (*Hist. de Animal. Lib. IIX. Cap. XXIIX.*) nullos in Galliâ, Hispanis proximâ, asinos reperiri, cum totâ fere Gallia robusti sint asini. Quid vetat in gratiam Bodini par versuum proludere:

Dum laudas asinos patriæ, Bodine, quid erras?
Ignotumne tibi γνῶθι σαυτὸν erat?

Lansius, cenir. Gall. p. 264. Benedictus Papa, quem à diabolo in sylva jugulatum fuisse refertur, *Heidf. Cap. 13. p. m. 268.* referente Petro Damiano ad Nicolaum Pontificem, quod bestialiter vixerat, eremitæ cuidam in formâ asini apparuit post mortem. *Scherz. Syst. L. XIX. § 13. p. 556. Micral. S. E. l. III. S. I. q. 14. in Catal. Pontif. Ursin. Epit. II. E. Secul. XI. p. 129.* Ich erscheine / sagte er / in dieser Gestalt / weil ich Zeit meiner Regierung ohne Vernunfft / ohne Gesetz / ohne GOtt gelebt / und mit allen Lastern den Römischen Stuhl besudelt habe. *Barlæus, in vit. Benedict. IX. Cent. II. p. 146. ap. D. Lassen. Atheism. Devict. N. 12. p. 728. 761. Erasm. Francisci* Ehre der Verblichenen *&c. Colloq. 2. p. 629. 630. D. J. F. Mayer. Comment. de Elect. Rom. Pontif. C. V. §. 3. p. 106. Hondorff. P. E. P. I. p. 134. b. Wolff. T. I. Cap. XI. p. 217. & C. XIII. p. 454. a. & Tom. II. Cap. XVI. p. 470. a.* Apulejus olim, ut fertur, mentem hominis tegebat sub asininâ specie. Contra nunc multi sunt, qui sub humana specie tegunt asinam. *Heidf. C. IX. p. 190.*

Voca-

Vocabulum μέσον.

§. 1.

Notandum non omnem cum asino comparationem in vitio esse ponendam. Pater Sichem חֲמוֹר appellatur Gen. XXXIV, 4. Epictetus asinum vocat ἀήττητον, invictum; Hinc Calipharum vicesimus primus *Aserwan* dictus est *asinus Mesopotamiæ*, eò, quod in bello consisteret, quia bellicus asinus nunquam fugere dicitur. *Elmacinus, Hist. Saruc. l. I. c. XXI. ap. Bochart. Hieroz. L. II. C. XIII. p. 189.* Hebræi, inprimis Cabalistæ *asinum* sapientiæ hieroglyphicum proponunt, *tum* ob victum parcum & vilem, *tum* ad laborum tolerantiam. *Corn. Agrippa de V. S. c. 102.* Apud Romanos extitêre celebres *Asilla* & *Asinus* Pollio Orator, qui propter patientiam laborum, aut vires ita cognominari potuêre, uti Gaufredum propter vires, non propter pigritiam *asinam* nominatum narrat *Aimonius, l. III. de Miraculis Benedicti.* Nec honor, nec injuria hæc nomina fecit, inquit *Dan. Guil. Mollerus, Diss. Hist. de Fatalibus Personarum Nominibus* §. 4. *Conf. L. Job. Cyprian. Contin. Hist. Anim. Franzii P. I. Cap. XIV. p. 379. 380.* Apud Ægyptios asini nomen objectare magnum erat probrum. *Alex. ab. Alex. G. D. Lib. IV. C. XXVI. p. 245. b.*

§. 2.

Ipse ego jam (pro me cum nemo peroret) Asellus
Dicere pro fama debeo pauca mea.
Nunc fero sessores, nunc altera pondera merces,
Saxaque sic scando bajulus alta pede.
Vatem ago, venturos ruditu nuncio nimbos.
Nostrum ægris medicam lac quoque præstat opem.
Quid, quod & è nostrâ formentur pelle libelli,
Hic memori, quæ sunt mente tenenda, notat.
Hæc & plura mihi cum sint encomia, paucos
Jam fortasse meum nomen habere pudet.

*** ***

Ich/ Hochgeöhrtes Thier/ kan auch nicht länger schweigen:
Weil mir die Nachbarschafft nicht wohl gerathen war.
Ich muß von eignem Lob/ weil andre schweigen/ zeugen:
Ich trag so Waar' als Mann/ durch Stein/ Stock u. Gefahr.
Wann mich der Buckel juckt/ so werd ich ein Prophet/
Und schrey/ was nicht so gut in dem Calender steht.
Viel kömen nicht/ als nur durch meine Milch/ genesen.
Viel binden meine Haut/ wie dünne Bücher/ ein/

Dar-

Daraus ſie/ was ſie nicht vergeſſen wollen/ leſen.
Kan wohl die Rechen-Schul ohn meine Dienſte ſeyn?
Hab ich nun ſo viel Lob? Wer ſchätzt ſich dann verletzt/
Wann ihm mein Nahme wird/ im Titel/ beygeſetzt?
P. Abr. à S. Clam, im Huy und Pfuy/ *in h. voc. p. 121.*

Et bos in ſtabulo recens nati Jeſuli.

§. 1.

An hi ad fuerint, nec ne, inanis eſt diſputatio; Fabulas non paucas pigri & otioſi Monachi traditioni ſuis temporibus adjecerunt, utpotè quod Virgo Deipara aſino ſit vecta, & Joſephus Bovem ſecum adduxerit, ut venderetur, quod Animalia coram JESULO nato in genua prociderint, quod nihil tangere voluerint, nedum comedere de fœno, in quo ille jacuerit, quod halitu ſuo puerulum calefecerint, & quæ hujus furfuris, figmenta & commenta ſunt alia. Nobis placet B. Chemnitii *Φιλόχριστος Harm. Evang. Cap. VIII. p. 180.* modeſtiſſima addita: Multa, inquit, veteres de bove illo & aſino philoſophati ſunt, ſed conjecturæ tales, ſi ſobriè uſurpantur, ſicut non ſunt odioſè exagitandæ, ita nec temere aſſeverandæ pro dogmate &c. Vid. omninò *D. Mich. Waltherus, de immortalitate Animæ Rationalis in præfat. L. Ægid. Strauch. Annales Bethlehemith. §. 18. D. Joh. Deutſchman, Diſſ. Th. de Nativitate Salvatoris noſtri I. C. S. II. q. V.*

§. 2.

Aſinum hunc genus dediſſe ei, quo vectore longo poſt tempore, urbem fuit, applaudente populo, ingreſſus Salvator, & quidam commenti ſunt. *M. Paul. Chriſtian. Hülſcher/ de Erroribus Pictorum circa Nativitatem Chriſti §. 23.* conf. Tit. bos. Crucis figuram in dorſi anteriora parte circa ſcapulas aſinus gerit, ita, ut in ipſis humeris pecudis, cui inſidebat Chriſtus, ſignum ante oculos habuerit mortis contumelioſæ in cruce ſufferendæ. *L. Cyprian. in Franz. P. I. Cap. XIV. N. XIII. p. 373. 374.*

Ligneus.

Cumanis ὀνοβάτης *aſini ſeſſor*, pro adulterio, pœnam ſui facinoris luente, habitus eſt. *Eraſ. Adag. Chil. IV. Cent. VI. Cap. XXV. p. 940. Dilher. Elog. Sacr. Dict. VI. p. 228.* Cujus pœnæ parum abſimilem in multis Europæ locis obtinere, *Aldrovand. Lib. I. de quadrup. Cap. II. p. 166.* ſcribit. Neque aliunde militare puniendi genus, quo ad aſinum ligneum in foro, vel alibi ſontes damnantur, deduci poterit, ſiquidem conjecturam *B. D. Carpz. Ex. Philol. Sacr. de Aſino Meſſiæ §. 21. p. 30.* noſtram licet facere. *M. Joh. Wilh. Hillger. quæſt. Philol. de Bileamo, ejusque aſinâ loquente S. II. Q. I.* Aſino inſidere apud Hebræos veteres non erat paupertatis ſignum, nam proceres aſino vectabantur Judic. X, 4. c. XII, 14. (unde in

Cantico Deboræ Judic. V, 10. *O qui asinas albas equitatis, & judicitis presidetis!*) Sed cum Salomonis temporibus Ægypti commercio equorum copia apud Judæos crevisset, ex eo eviluêre asini. *Grot. ap. Calov. in Bibl. Illustr. ad Matth. c. XXI, 5. p. 385. a.* Inter Magnates Arabum Chalid, Saphuani filius & Alphadlus *super asinos malebant equitare, quam super equos:* utpote quod nullum jumentum minori sumtu alatur, & ad plura inserviat, & incedat mollius, & conscendatur facilius. *Leo Africanus* autor est, Alcairi matronas *asinis* libentius uti, quam equis, eosq; inibi pannis elegantissimis sterni, & molliter incedere edoctos, gradarios equos facilè antecedere. *Hofm. L. U. in b. v. p. 366.* Neq; dedecori esse fœminis Bononiensibus, non equis, sed asinis vectas, affines suos visitare, quod cum nunquam cespit & asinus, commodiorem, tutioremq; vectionem polliceatur, observat *Petrus Bellonius Lib. XVII. Observ. Cap. V.* Ac hodienum in via, quâ Bononia Loretum itur, asini peregrinantibus ad complendam sui itineris partem aliquam certo pretio passim prostant: quæ sanè commoditas iter facientibus nihil vel Majestatis vel contemtûs conciliat. *D. Carpzov. Diss. VII. de Asino Messiæ, §. 22. p. 257.*

Esræ in Paradiso.

Asinum Esræ & canem septem dormientium in Paradisum admittunt Muhammedani; Ita enim Ahmed Ebn Yusef: Non est in Paradiso canis, nec asinus, præter canem in speluncâ dormientium, & asinum Esræ, quem vitâ privavit, eidemque restituit DEus, ap. *Eduard. Pocockium in Not. Miscell. C. VII. p. 285.*

Si vocaris,

Clitellam dorso tuo imponito, dicunt RR. ap. *Wagenseil. in Sota Cap. VII. p. 820.* Si unus dixerit tibi, aures tuæ sunt aures asini, ne cures: si duo dixerint, fac tibi frenum, in *Bereschb. Rabb. S. XLV. ap. M. Val. Friderici, Diss. de Malis rectè perferendis.*

Consul, Doctor, Canonicus.

Consul cujusdam civitatis primariæ in Imperio, cernens Confessionarium alicujus Principis Ecclesiastici equo insidentem: Credebam, inquit, vobis Sacerdotibus Christum imitandum esse, qui asino, non equo vectus est. Cui Confessarius in hæc verba respondit: Mi Domine, à quo tempore tot asini facti sunt Consules, difficile est reperire asinum, cui liceat insidere. *D. J. A. Weber. Art. Convers. Reg. XII. §. 6. p. 733.* Erat ante annos complures Lovanii Doctor Theologus, cujus famulus habitum Religiosum induerat apud Franciscanos. Qui dum fortè in pomario Cœnobii obambularet, in quo etiam asinus pascebatur, casu evênit, ut è longinquo Herus pertrànsiens illum videret, & subsistens voce clarâ inclamaret: Frater Petre (id erat nomen famulo) quot sunt ibi asini? Qui, ut erat ingenio prompto, respiciens, arq; herum suum intuitus, respondit: Eximie Domine,

mine, si hic fores, essemus tres. Quo audito alter abiit. *Id. ibid.* Cum Capitulum Canonicos creat, aut cætera confert beneficia, non ad merita, sed ad volita dirigunt vota sua, nec ad longiora obsequia, sed propinquiora trahuntur commercia, veluti unus ex Sanctis Ecclesiæ Doctoribus, non tam eleganter, quam facetè in Ecclesia Argentinensi accidisse refert. In eâ enim cum de conferendis certis in Ecclesiâ vacantibus Præbendis discordarent, altero neporem puerum, altero filium, altero ignobilem fratrem, nominantibus: quidam Romanus inibi Canonicus asellum, qui plus quam 20. annis ei servierat, nominavit, asserens in conscientiâ, quod propter diuturna servitia, quæ Asinus Ecclesiæ fecerat, dignior cunctis nominatis esset. *Dn. Rodericus, Episcopus Zamorensis, Castellanus & Referendarius Papæ Pauli II. in Theologiâ, in Speculo Humanæ Vitæ L. II. C. XIX. p. 308. 309.*

Rari pretii.

Asini in Persiâ sunt pulcherrimi & optimi, ut etiam unus vendatur pro tringinta argenti ponderibus. *M. Paulus Venetus, de Region. Orient. l. I. c. XIX. p. 17.*

Devoratus.

Medicus indoctus, cum infirmos adhibito discipulo visitaret, tangens (ut moris est) pulsum, si quem contractiorem solito sensisset, culpam in ægrotum conferebat, asserens, eum quid à se prohibitum comedisse. Quod cum sæpissimè faterentur ægri, Discipulus rogavit Medicum, quonam modo hoc deprehenderet? Tum ille, cum pervenio in cubiculum ægroti, ait, circumspicio inprimis diligenter, si quid reliquiarum in pavimento superst, veluti si castaneæ aut ficus corticem, vel nucis testam, aut pomorum frusta, aut aliud quippiam viderim, conjector infirmum tale quid comedisse. Haud multo post discipulus & ipse quoq; cura medendi suscepta, sæpius eodem modo ægros accusabat. Ad rusticum homìnem accessit, cui cum valetudinem pristinam se è vestigio restituturum promisisset, & reversus gravius laborantem videret, causam nescius, cum huc atq; illuc flexisset oculos, nullasq; reliquias vidisset, æstuans animo, tandem sub lectulo asselli clitellas conspexit. Tum clamare cœpit è vestigio, tandem se percipere, cur deterius haberet, & mirari illum minime mortuum esse: asinum quippe ægrum devorasse, relictis clitellis. In stultitia sua deprehensus homo ridiculus, multis risum excitavit. *Poggius in Facetiis ap. Zwinger. Vol. V. Lib. II. p. 1243. a.*

Avis.

Quidam consultus de eo, qui adversa laborabat valetudine, forte fortuna conspexit asinum surgentem à lapsu: simulq; alium quendam audivit dicentem: βλέπε πῶς ὄνος ὢν ἀνέστη, i. e. vide, quo pacto asinus cum sit, surrexit. Id ominis arripiens ille, protinus respondit, fore ut valetudinarius ille revalesceret. Itaq; jocatur *Aristophanes in Avibus*: ὄνος ὄρνις, inquiens, quasi & *asinus avis esset*, & augurii nonnihil haberet. *Id. ib. L. IV. 1403 b.*

Erudiendus.

Tyrannus ad exhauriendum bona cujusdam opulenti & jactabundi, sub gravi pœna præcepit, ut asinum literas doceret. Ille impossibile ait fore, nisi multum temporis sibi in erudiendo asino concederetur. Petere quantum vellet jussus, decennium impetravit. Deridebatur ab omnibus, quoniam rem impossibilem suscepisset. Ille amicos solatus, Nil timeo, inquit, nam interim aut ego moriar, aut asinus, aut Dominus. *Ib. Vol. VII. L. II. p. 1719. b.* Disciplinæ ullius capax esse negatur. Scitum habent Persæ proverbium: Asinus JEsu, licet Meccam eat, etiam Asinus erit, in proverbiis Persicis p. 10. ap. *L. Job. Cyprian. in Franz. p. 375.*

Pro Tribunali.

Anno 366. in Italia per Tusciam Annonariam res ridicula novam animis religionem injecit. Pistorii sub horam diei tertiam, spectantibus multis, asinus excelsum tribunal ascendit, atq; inde rugitum usq; adeò compositum edidit, ut populum accurrentem alloqui, & quædam dicere velle videretur. *Sigonius Lib. VII. Imp. Occid. ap. Zwing. Vol. V. Liò. IV. p. 1351. b.* Naturæ dedecus asinum Phædrus appellat ap. *Taubman. in Virgilii Culicem p. 64.*

Et Leo prope Prophetæ cadaver, 1. Reg. XIII, 24.

Asinus autem stabat juxta illum, & leo stabat juxta cadaver. Tanquam testes divini operis. Leo, tanquam custos, apponitur, ut miraculum esset illustrius, nec crederetur id casu accidisse. Sed & voluit DEus ita eum honorare, ut Prophetam, quem puniverat, ut transgressorem, ut notat *Theodor.* Dicit Kimchi asinum hunc fuisse servatum in Prophetæ honorem. Etsi bruta pœnæ obnoxia sint, ut videmus, Gen. III, 14. Exod. XXI, 28. 29. Lev. XX, 15. 16. quidni etiam præmia illis rependi queant? Præter asini naturam erat, quod, leone viso, non fugerit; Quamvis Arabes asserant, eum ita percelli conspectu leonis, ut illi eat obviam, tanquam sic evasurus. Sed fides esto penes Auctores. DEus asinum ibi retinuit per leonem, ut cadaver viri DEI ad sepulchrum deferret. Custodiebat item leo cadaver, ne ab aliis feris & volucribus dilaniaretur. Sic docuit DEus placuisse sibi defunctum Prophetam, cujus cadaveris tantam curam gesserit. *Polus in h. l. p. 1638. 1639. Bochart. Hieroz. P. I. Lib. II. Cap. XVI. p. 206. seq.*

Solvitur (Matth. XXI.) ligatur (Gen. XLIX.) quomodò?

§. 1.

Allegorica sunt omnia. Asinus cum pullo totam denotat Ecclesiam, ex Judæis & Gentibus collectam. Judæi enim in veteri testamento alligati fuerunt ad Mosaicas ceremonias: Gentes verò propter peccata similiter sub legis fuerunt maledictione. Solvitur ergò Asinus, cum ad CHRISTUM adducitur, i. e per CHRISTUM liberamur tum à maledictione legis, tum etiam à Leviticis Ceremoniis.

Hæ

Hæ enim impletæ sunt in CHRISTI adventu. Undè *Theophylactus*: Ligati, inquit, erant asinus & pullus catenis suorum peccatorum (*Comment. in Joh.*) Hos ergò solvere jubet CHRISTUS & ad se adducere: Hic enim emisit vinctos suos è domo carceris, sedentes in tenebris, Es. XLII.

§. 2.

Rursus idem Asinus alligatur ad vineam, Gen. XLIX. i. e. ad jugum Christi, quod svave est & leve, Matth. XI. Quid enim vino dulcius: Grave quidem est jugum CHRISTI respectu crucis: idem verò & leve simul est & svave. Leve respectu jugi Mosaici: Svave respectu gaudii & gloriæ æternæ. In mundo siquidem afflictionem habebimus, sed mœror noster vertetur in gaudium Joh. XVI. (Agitur hic de jugo crucis, idque dicitur leve, quia DEus nos non sinit tentari ultra vires, 1. Cor. X, 15. vel de jugo doctrinæ Christi, quæ levis dicitur, *partim* habitâ ratione ad legem, quæ in jugum oneris, Es. IX, 4. *partim* ratione interioris renovationis per Spiritum Sanctum quâ etiam lex DEI in cordibus fidelium tam arctè inscribitur, ut ipsi incipiant sponte suâ illius ductum sequi, nisi quod interdum à carne circumstante se vinci & superari patiuntur. *Theod. Hackspan. Not. Philol. Theol. in Matth. XI, 29. p. 70.* Non ligno, non lapidi, non plantæ, non ferro sanctissimam suam legem Christus comparat, sed jugo. Illa enim ab uno omnia ferri possunt: at sub jugum, unde etiam dictum est, duo junguntur; nec hoc mysterio caret. Inde enim discimus, quamprimum homo cervices suas CHRISTI jugo submittit, ad id tollendum, ex alterâ parte CHRISTUM adesse ad levandum. *Guevara Epist. ac Dissert. p. 43.* Ich will dir treulich helffen tragen mit meiner Hülffe &c. De Christi Domini jugo veterum nescio quis: Grave dum tollis, svave cum tuleris. *Thom. Gataker. Annot. in Lib. X. §. 22. M. Antonin. p. 370. a.*)

§. 3.

Solvitur ergò Asinus à peccatis & legis maledictione: idem verò ligatur ad jugum & præcepta Christi. Solvit, inquit *Ambrosius in Lucam*, ut teneat, i. e. ideò solvit asinum Christus, ut sub illius deinceps sit potestate & imperio, juxta dictum: Si quis me diligit, sermonem meum servabit. Servare autem sermonem Christi est credere in Christum, & præceptum illud implere de mutuâ dilectione. Joh. XIII. Ex quibus tandem consequitur, Christianos solutos esse τὸ τί, non simpliciter. Non enim ita facti sunt liberi, ut sine lege vivere illis liceat, sed ut immunes sint à Mosaicis traditionibus, & pœnâ peccati. Quomodò autem solvimur? Ad hoc eleganter respondet *Hieronymus*, inquiens: Liberamur à pædagogo, i. e. à lege, per fidem, *Comment. in Epist. ad Gal.* h. e. qui credit in Christum, legem implevit: Finis enim legis Christus est, Rom. X, 4. *Georg. Bachman. Exercit. Theol. Cent. II. Q. LVI. p. 405. seq.* Moralis in servando, ceremonialis in abrogando. *B. D. Scherzer. Syst. Def. p. 273.* Ge-

Geſtatne formam crucis?

§. 1.

Crucis figuram, quam in dorſi anteriore parte circa ſcapulas aſinus gerit, ubi difficilius onera, quam circa renes ſuſtinet, quod illic, quam hic oſſa minus robuſta ſint, annotarunt *Vincentius Bellovacenſis Lib. XIX. Specul. Natural. Cap. X. & XI. Albertus M. Lib. XXII. de Animal. Tract. II. Cap. I p. 213. a. Geſner. de Quadruped. Solidiped. p. 141.* Ex hac crucis in aſino figura Chriſtianos probare vaticinium Zachar. IX. de JESU NAZARENO intelligendum eſſe, inſipidum eſt mendacium *R. Lipmanni, in Nizzachon num. 162.* Etſi enim Patres piis ſuis meditationibus, crucem Dominicam quaſi ubique præſentem mundo, cœlo, hominibus, animalibus, arboribus, herbis, floribus, lapidibus impreſſam ob oculos ſibi ſtatuerunt, ut ſalutaris paſſionis in cruce factæ cogitationem ſemper innovarent, cujusmodi loca *Georgius Fabricius, ad Prudentii Romanum. Geverhart Elmenhorſt in Comment. ad Minutii Felicis Octavium p. 78. & Jacob Boſius de cruce triumphante & glorioſa Lib. II. à fol. 127. ad 173. collegerunt;* Etſi iisdem Patres, aliique ſcriptores ſacri plurimas crucis figuras, quæ Vet. & Nov. Teſtamenti paginis continentur, item vaticinia Prophetarum crucem illam prænunciantia paſſim explicaverunt, quorum ſententias diligentiſſimè conquiſivit nominatus *Boſius ejusdem operis Lib. III. & IV. nullam tamen in iis omnibus mentionem aſininæ crucis reperire eſt.*

§. 2.

Non verò diffitemur *Epiphanium in Fragmento Orationis Palmarum Tom. II. Opp. f. 302.* ſcripſiſſe, JEſum, qui nunquam niſi pedibus iter facere conſueverat, eo duntaxat tempore tergo pecudis inſediſſe, ſublatum ipſum, & ſuam ſibi in crucem ſublationem ſignificaſſe; Et quod propius ad rem facit, *Vincentium Bellovacenſ. l. c. Cap. XI.* ex libro de Naturis rerum excerpſiſſe de aſino: *In humeris ſtigmata* (CHRISTI) *portat crucis.* Forte etiam Homilias veteres percurrenti occurrerent, qui allegoriam nectentes dixerint, JEſum, cum ad mortem crucis tenderet, aſino vectum, in ipſis humeris pecudis, cui inſidebat, ſignum ante oculos habuiſſe mortis contumelioſæ in cruce ſufferendæ. Ex quibus dictis occaſionem captare potuit impudentiſſimus Rabbinorum ille cavillandi Chriſtianos. *L. Job. Cyprian. Cont. in Hiſt. An. Franz. P. I. Cap. XIV. N. XIII. p. 373. 374.* Chriſtus cur aſinis vectus, non mulis? Vid. *Appar. Bibl. Tom. I. p. 475.*

Aſina factus.

Ebræorum eſt proverbium: כאן חמאר ואשתאתן, fuit aſinus, & factus

ctus est Asina; dicitur de eo, qui post dignitatem aliquam vilescit. *M. Joh. Wilh. Hilliger, Quæst. Philol. de Bileamo, ejusq; asinâ loquente S. I. Q. III.*

Palmarum adoratus.

Tempore quo ramis palmarum cinctus asellus
Intrat, & in tergo fert simulacra Deûm;
Illius ante pedes procumbit anicula, magnâ
O sacer, exclamat voce, caballe poli:
Sis memor, oro, mei (veri narratio facti est)
Quando tibi Patris regna videre datur.
Sic homines hominum persvasi dogmate falso,
Et rebus falsis attribuêre fidem.

Kusel. H. S. p. 254. Genevenses asini non *caput* sed *caudam* (quam de hoc Christi asino inter reliquias asservarunt) religioso reliquiarum cultu prosecutos fuisse, testatur *Wolffius, Lect. Mem. Centen. XVI. p. 791.*

Aureus.

Appellatæ seu dictæ sunt Aurifodinæ Reichstenenses, quas cum Silesii sibi solis vendicarent, atque alios ab istis rigidè propellerent, Asellivori, ὀνόφαγοι seu Esels-Fresser dicti sunt. Quod scomma nationis ultum ituri M. Casp. Sommer/ & Joh. Georg. Gottschalck/ Uratislavia Silesii, Disputationem de ὀνοφαγία Silesiorum ediderunt Wittebergæ A. 1677. in quâ Schickfusii Illustratoris & Continuatoris Curæi verba ita allegant: *Schickfusius Lib. IV. C. I. Annal. Sil.* Wann aber von der rechten Ursache solches Nahmens soll geredet und geschrieben werden/ so ist der günstige Leser dahin zu weisen/ daß aus dem Bergwercke solcher Nahme hergeflossen; denn weil um Reichstein von vielen Jahren hero ein stattliches reiches Bergwerck/ und unter andern auch Gold-Gruben/ auch an dem Orte eine/ sonderlich an Golde/ sehr reich gewesen/ so man den güldenen Esel genennet/ zu welchem sich die Einwohner des Landes sehr gehalten/ und keine Ausländer dahin kommen lassen wollen/ haben die Ausländer aus Ungedult gesaget/ daß die Schlesier auf dem güldenen Esel elfferig beflissen wären/ als wollten sie denselben alleine fressen. Quæ opinio à nonnemine sc. Georg. Tileno J. U. D. Celsissimo quondam Duci Munsterbergensi & Olsnensi à Consiliis, versibus est reddita h. m.

Esores asini quondam dixêre Silesos,
Causa rei quæ sit quæstio nata fuit.
Mons prope Reichstenum est, auro divesque fodinis,
Aureus hinc asinus nomine dictus erat.
Has quia Silesii solum tenuêre fodinas,
Esores asini sint quasi nomen habent.

Sic

Sic & Francoſtenii in convivio quodam An. 1610. d. 23. Aug. cum hac de re colloqui cœpiſſent ſplendidi Convivæ, ad petitum Franckii J. U. D. Rudolphi II. & Matthiæ II. Conſiliarii, hi verſus confecti ſunt apud *Schi. kf. l. c.*

Quæritis inter vos cur gens antiqua Sileſos
Dicat Aſellivoros conditione pares?
Reichſtedum in terris auro meliore fodina
Dives, & hæc Aſini nomine clara fuit;
Illam noſtrates peregrinis undique pulſis
Cum peterent niſu fervidiore Patres,
Inde voratores aſini ſunt undique dicti,
Tempora quod Sleſis nomen ad iſta manet.

Idem *Schickf. l. c.* Wannenhero aber dieſer Nahme iſt hergefloſſen/weiß man insgemein anders nichts hiervon zu reden/als daß die Vorfahren ſolche einfältige Leute geweſen/ welche einen Eſel niemals geſehen / vielweniger gekennet/ und deſſentwegen ſolchen groſſen Haſen zu Troſſen geſchoſſen / und zu Breßlau ſollten aufgefreſſen haben. Sed retundunt Sileſii hanc injuriam eo reſponſo:

Dicis, Grille, aſinos Sileſia devorat omnes,
Si verum eſt, ne te devoret illa, cave.

Alia cauſa: Als einmals die Schleſiſchen Fürſten und Stände einen Geſandten nach Wien zum Käyſer ſchickten / uud demſelben zum Præſent die gantze Gebuhrt Chriſti mitgaben / truge es ſich zu / daß der Legat eine geraume Zeit allda verharren muſte/ ehe er Audienz bekam; Als er nun nich: Geld gnug bey ſich hatte/ lange allda zu leben / da iſt er gezwungen worden / den Eſel von der Paſſion zu nehmen/ und zu verkauffen; davon ſollen ſie die Eſels-Freſſer ſeyn genennet worden. Ita *Novella Mundi Curioſi An. 1696. p. 2190. Dn. Zenneri.*

Voce ſuâ totum mundum replens.

Fecit id aſinus in arcâ Noæ. *Heidf. Cap. IX. p. 190.*

Multa lignorum genera ſignificat.

Apud Talmudicos multa genera lignorum ſunt, quæ appellantur aſinus, quod onus impoſitum ferant inſtar aſini. Aſinus lecti, h. e. lignum, cui imponitur lectus, vel quod ſuſtentat lectum. Aſinus fabrorum ferrariorum, h. e. lignum, cui follis ipſorum innititur. *Buxt. Lex. p. 788. B. D. Nagel. LL. CC. Hebr. Rabb. Talm. in v. Aſinus.*

Imago avarorum.

De Dracone Picinellus (T. I. Mund. Symbol.) Draco malorum aureorum (intra Heſperidum hortos) excubias agens epigraphen tenet: *Non ſuis incubat!* Vel: *Conſervat aliis.* In eos hæc imago convenit, qui vel aliorum bona injuſtè uſur-

usurpant, vel suas opes avarè sine cujusvis utilitate, possident, arcisque terreis, seu carcere ineluctabili custodiunt. Also der Esel; Ob er schon mit Geld und Schätzen beladen/ muß er dennoch Heu und gering Futter fressen/ deßwegen er die Beyschrifft führet:

QUI MAXIME ABUNDAT; EGET MAXIME!

Bey dem grösten Uberfluß/
Ich/ Geplagter/ darben muß!

Sonderlich ist der Esel ein Bild halsstarriger Sünder/ und führet die Beyschrifft: NIL ONERA CURAT!

Ich bleib bey meiner Art/ und achte keine Last/
Ich ändre nicht den Sinn/ den ich einmahl gefaßt!

Wie nun ein Esel nichts nach der Last/ so er tragen muß/ fraget; So ist eines boßhafftigen Sünders Hertz gesinnet/ ob es schon mit unzüchtiger Liebe/ Geitz und andern Sünden beschweret/ achtet es doch so eine schwere und unerträgliche Last gering/ welche ihn doch endlich in die Hölle hinunter drücket ꝛc. *D. Seiffart. Bibl. Mystico-Emblematico-Histor. P. I. p. 506. 507.*

ASINI

Lana.

Asini lanas quæris, dicitur de iis, qui stultè quærunt ea, quæ nusquam sunt. Vid. *Erasm. Adag. Chil. I. Cent. IV. Cap. LXXIX. p. 153.*

Umbra.

Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς i. e. super asini umbra, pro eo, quod est de re nihili. Sunt qui credant hoc adagii primum ab autore Demosthene natum fuisse, fabulam hujusmodi referentes: Cum aliquando Demosthenes quendam in causâ capitali defenderet, ac judices haberet parum attentos, paulisper dixit aures mihi præbete, siquidem rem narrabo novam ac lepidam, atq; auditu jucundam; ad quæ verba cum illi jam aures arrexissent, Adolescens, inquit, quispiam asinum conduxerat, rerum quiddam Athenis Megaram deportaturus. Inter viam autem, cum æstus meridianus ingravesceret, nec inveniret, quonam umbraculo Solis ardorem defenderet, depositis clitellis, sub asino sedens, ejus umbra se obtegebat. Cæterum id Agaso non sinebat, hominem inde depellens, clamansq; asinum esse locatum, non asini umbram. Alter idem ex adverso tendebat, asseverans, etiam umbram asini sibi conductam esse, atq; ita inter eos acerrima rixa in longum producta est, ut etiam ad manus venirent: hoc pertinaciter affirmante, non conductam esse asini umbram: illo pari contentione respondente, umbram etiam asini conductam esse. Demum in jus ambulant. Hæc locutus Demosthenes, ubi sensisset judices diligenter auscultantes, repentè cœpit à tribunalibus descendere. Porro revocatus à judicibus, rogatusq; ut reliqvum fabulæ pergeret enarrare: de asini, inquit, um-

brâ libet audire, Viri cauſam de vita periclitantis audire gravamini? *Eraſm. l. c. Ebil. I. Cent. III. Cap. LII. p. 116 & 117. Danh. Orat. Academ. V. Hom. ejus Sacris annex. p. 607.*

ASINO

Etiam locus inter equos Hiſpanicos dari poteſt.

Parlamentum Pariſienſe nullum niſi per legitimum examen admittit, ordinis ipſius privilegio hoc requirente, ut nec Henrici II. Regis quidem habita fuerit ratio; qui cum quendam à Summate Fœmina Parlamentariis Proceribus commendatum, in examine rejectum fuiſſe, audiviſſet, dixerat: Que parmy tant de chevaux d'Eſpagne un aſne pouvoit bien paſſer, h. e. inter tot equos Hiſpanicos etiam aſino locum dari potuiſſe. *Lanſ. pro Gall. p. 201.* Cum Julius III. Papa Montanum, quem voluptatis gratia ex infimâ gentium fece domi educarat, Cardinalem creaſſet, rogatio pro Cardinalium collegio lata eſt, ne pateretur ordinem clariſſimum hominis ſordidiſſimi labe contaminari, Pontifex illis non inurbanè reſpondit: Et vos quid tandem in me meritorum comperiſtis, quem Chriſtianæ reipubl. principem conſtitueretis? *Bodin. de Rep. Lib. V. Cap. IV. Thuan. Lib. V. ap. Matth. Bernegger. Obſervat. Miſcell. I. p. 4.*

ASINUM

S. Euchariſtiam flexis genibus adorantem exhibet *M. J. Andr.* Gleichi *Diſſ. de Euchariſtiâ moribundis & mortuis olim datâ* §. 13. Ammonius Alexandrinus Philoſophus & Chriſtianus Aſinum Sapientiæ auditorem habuiſſe dicitur ap. *Wolff. Cent. II. p. 28. b.*

ASINO

Et bove non arabis ſimul Deut. XXII, 10.

§. 1.

Legis hujus expoſitionem & rationem non eſſe adeo planam, ex interpretum diſſidiis pateſcit. *Primò* plurimi naturalem aliquam cauſam ejus putant, ſed eam afferentes non conveniunt. 1) *Philo, Aben Ezra*, & non pauci alii verbis ſtrictè adhærentes opinantur, hanc legem à DEO, qui etiam beſtiarum miſericordiâ ducitur, datam, ne aſinus debilior, fortiori bovi junctus, labori impar eſſet, & ſub gravitate illius deficeret. 2) *Joſephus, Jonathan in Paraphraſi Chaldaicâ, R. Salomo* ob rationis ejus latitudinem, legem ad quodvis animal heterogenum extendant, & ſub nomine bovis & aſini conjunctionem quamvis imparem aliorum jumentorum prohibitam volunt. 3) Alii inter Ebræos cum *Maimonide More Nebochim Part. III. Cap. XLIX.* itidem ad alias beſtias ampliando, cautum eo interdicto fuiſſe ajunt, ne conjuncta diverſa animalium genera fortè coirent, &

opus

opus creationis labefactarent, quo DEus bestias terræ juxta species suas fecisse dicitur. Approbat *Grotius in Deuter. l. c.*

§. 2.

Verisimilitudo hujus sententiæ in eo quæritur, quod Levit. XIX, 19. ubi leges iterum occurrunt, mixtionem in agro & vestitu prohibentes, lex ista, *jumentum tuum non admittes animalibus heterogeneis*, legis de quâ nunc loquimur, locum occupet. 4) *Baal Hatturim* interdicti rationem profert, quod cum bos ruminet, asinus non ruminet, hic videns illum ruminare, putet comedere, & inde mœrore conficiatur, dolens sibi æquè ac bovi non esse pabulum. 5) *Simeoni de Muis in variis sacris ad Deuter. l. c. Tom. II. Op. p. 114. seq.* Simplicius videtur, si dicamus, vetuisse DEum bovem simul cum asino sub jugum mitti, quod asinus, utpote contumax & parum tractabilis, ferendis oneribus aptior sit, quam aratro.

§. 3.

Secundo, quidam cerimonialem Legis rationem arbitrati sentiunt, Deum animal solummodò mundum, quale est bos, & immundum, jungi licere. Ita *Maimonides* à se ipso, ut videtur, dissentiens in *Tract.* כלאים *sive de heterogeneis Cap. IX. § 7. & R. Issac in* גולה עמודי *Columna exilii, præcepto 168. Tertiò*, alii causam mysticam respiciunt. Et quidem *Baal Hatturim* explicans illam, ait significari, nihil justo cum improbo debere esse commercii. Christianis quibusdam id maximè placet, quod Apostolum ad legem illam Mosis alludisse persvasi sint, 2. Cor. VI, 14. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες τοῖς ἀπίστοις. In quam sententiam *Bochartus Hieroz. p. 187.* libentius inclinat, quoniam Græci interpretes Levit. XIX, 19. כלאים i. e. animalia diversi generis, nominant ἑτερόζυγα. Qui autem sensum mysticum hîc venantur, non eum opponunt sensui literali, sed subordinant, uti patet ex Baal Hatturim ante adducto, *Grotio ad Deuter. l. c. & Bochart.*, qui Aben Esræ rationem naturalem non contemnendam judicat.

§. 4.

Quarto, rationem Historicam novissime excogitavit *Spencerus Lib. II. de Legibus Ebræor. Cap. XIX. p. 420.* opinatus, morem è Zabiorum veterum usu profluentem, illi legi & causam & materiam præbuisse. Nam veteres idololatras terram colentes bovem & asinum, animalia licet ἑτερόζυγα, sub idem jugum coëgisse, ut conjunctione hâc iniquissima, tanquam signo & Sacramento quodam, se Dæmonis nomine sementem facere, & benignum illius influxum in agros suos implorare, profiterentur: Deum autem hunc ritum lege contraria prorsus abolevisse, ne populus ejus dæmonis opem & gratiam petere, vel spem in mendacibus gentilium cerimoniis, plus quam DEI promissis, collocare videretur. Argutè, sed non ita certè. Fatetur enim ipse p. 424. nullum prorsus ejus superstitionis in temporum antiquorum historiâ vestigium extare. Deindè quod l. c. ait, bo-

rem animal divinum & superis acceptum, asinum animal magicum & inferis sacrum habitum fuisse, id simpliciter dictum admitti non potest. Nam & bovem Diis inferis, & asinum superis immolatum constat. Vid. *Val. Max. Lib. II. Cap. IV. n. 5. Aldrovand. Lib. I. de Quadruped. Bisulcis p. 93. 94.* Tandem nec inter se benè conveniunt; vix credibile est, ullos, nisi mente excesserant, animalia roboris imparis (qualia bos & asinus) eidem jugo subdere voluisse p. 412. & asinos olim frequenter ad juga vocatos p. 423. & mox: si asinus animal contumax esset, & bovi aratori minus aptè jungeretur, Judæorum agricolas nullo oraculo monitos ab illius usu abstinuisse. *L. Job. Cyprianus, Contin. in Hist. Animal. Frunzii P. I. Cap. XIV. p. 367. seq.*

§. 5.

Non id asino, quod bovi robur. Quo respiciens *Euclio in Aululariâ Plauti Act. II. scen. II. ait:*

Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te esse hominem divitem,
Factiosum, me item esse hominum pauperum pauperrimum:
Nunc si filiam locassem meam tibi, in mentem venit,
Te bovem esse, & me esse asellum, ubi tecum conjunctus siem,
Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto &c.

Idem de equo & asino. Pertinent huc *Secundi Antholog. Lib. I. Cap. XXXIII.*

Cur, ubi flaventes dives terit area culmos,
Jungitur alipedi tardus asellus equo?

Undè Ulysses, ut crederetur insanus, equum cum asino junxit ad aratrum; Hinc asinorum, nisi *ubi terra levis*, ut *Varro* loquitur, nullus usus. Bos propriè aratro natus. *Hofm. L. U. T. I. p. 291. a.*

ASINI

Sicut ipsi sunt *asini*, pro *azymi*, narratur legisse quidam in Epist. Fer. I. Pasch. ex 1. Cor, V, 7. ap. *M. Sal. Stepner. de Sacris Christian. Publicis C. III. §. 231. p. 587.*

Equorum loco.

Ludovicus XI. R G. war so unvorsichtig/daß er öffters die Pferde von der Krippen jagte/ und an ihre Stelle Esel setzte/ wie er denn den Oliverium Dama, einen Balbierer aus Flandern/ nicht allein in den Ritterstand/sondern auch in den geheimen Rath erhub/dem er seine wichtigste Heimlichkeiten anvertraute/ und ihn in Gesandschafften brauchte; Nach seinem Tode wurde dieser Dama, wie ein ander Haman/ an einen von ihm selbst für andere verfertigten Galgen geknüpffet. Uber dieses machte er einen Artzt zum Cantzler/und einen Schneider zum Herold. Ziegler *l. c. 30. Aug. v. 2. p. 1052.* Adeo nostris moribus congruit, quod in veteri circumfertur proverbio: Asinos sæpè ad metam pervenire, dum

dum Equi ad illam contendunt. *Jo. Ern. von der Linde/in Prototyp. Boni Principis.* Quemadmodum olim Antisthenes Athenienſibus conſuluit, τὰς ὄνους ἵππους ἀποφῆναι, ut aſinos equos fieri decernerent. *Gataker. l. c. p. 411.* Sed aſinus Jeſu licet Meccam eat, etiam Aſinus erit! ſcitum Perſarum eſt proverbium *in Prov. Perſicis p. 10.* Saul, quærens aſinas, in Regem ungitur. Lemma: *Ab Aſinis ad equos. Pexenfeld. l. c. f. 844.*

Duo, una Carawana.

Turcicus quidam Poëta ita: *Duo Aſini, una Carawana.* Duæ uxores, unum forum, h. e. Duo aſini tantum creant moleſtiæ, quantum totus comitatus; Et ubi duæ mulieres, ibi ob lites perpetuum eſt forum. *B. D. Pfeiff. Diſſ. V. de Alisbiis & Sunnitis th. XV. p. 107.*

Chriſtiani.

§. 1.

Cornelius Tacitus refert, *Judæos per ludibrium colere Deum inſidentem Aſino*, nimirum illudentes Meſſiæ noſtro, qui in Aſinæ pullo Hieroſolymis inequitavit. Et *Tertullianus in Apolog.* commemorat, *Chriſtianos ſuo tempore per contemptum dictos eſſe Aſinarios.* Sed ſicut *prius illud* nihil derogat CHRISTI gloriæ, quippe de quo id erat pridem prædictum apud Zachariam, ita nec *poſterius* dignitati Chriſtianorum, quos ipſe SPIRITUS SANCTUS per os Jacobi Aſinis adſimilare non veretur. Quamvis enim Aſinus animal non quoad omnia de meliori ſit notâ, & propterea divinâ olim lege immundus erat, cujus primogenitum non debuit inferri Sanctuario, ſed vel hædo redimi, vel fractâ cervice occidi, Exod. XIII, 13. hinc & præcepto illo Deut. XXII, 10. *Non conjunges bovem & aſinum*, allegoricè ſignificatur, non eſſe comparandos cum ſapientibus & fortibus fatuos & timidos, habet tamen ſuas quoq; laudes, & ob id non ineptè figura eſt piorum, ex quo ſubortum, quod dicitur in proverbio: *Aſinus geſtat myſteria!*

§. 2.

I. Aſinus eſt *ſimplex*, ideoq; contemptus in mundo, & tamen per *aſinam* DEus aliquando locutus eſt, Num. XXII. 28. quæ corripuit Bileami ſtultitiam, 2. Pet. II, 16. ita & Chriſtiani jubentur eſſe ſimplices, Matth X, 16. videlicet in malo, Rom. XVI, 19. quos Dominus cuſtodit, Pſ. CXVI, 6. & prudentes facit, Pſal. CXIX, 130. Contemtui ſunt quidem obnoxii, Job. XII, 4. ſed DEus per ipſos magna præſtat, Syr. III, 21. & redarguit ſoliditatem impiorum Pſ. LI, 15. Quo ſanè pacto Laicorum ſimpliciſſimus, qui verbis DEI inſiſtit tenaciſſimè, ſapientior longè eſt in rebus divinis, quam doctiſſimi quique in mundo.

II. Aſini *auriti* ſunt, & pollentes auditu. Chriſtiani quoq; aures habent ad audiendum, Luc. IIX, 8. ad audiendum verò non turpitudinem, non ſtultiloqui-

um, non ſcurrilitatem, quæ ipſos minimè decent Epheſ. V, 4. neq; κενόφωνα & aliquid novi è vanitatibus mundanarum doctrinarum, 2. Tim. IV, 3. 4 ſed verbum DEI, eâ de causâ *auditu* dictum, Rom. X, 18. quod ita audiunt, ut teneant ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, fructum afferentes in patientiâ, Luc. IIX, 15.

III. Aſinus *neminem affligit injuriis*, quin potius injuriarum eſt tolerantiſſimus. Eadem eſt piorum indoles, ſi quis videtur eſſe contentioſus, ipſi talem conſuetudinem non habent, neq; Eccleſia DEI 1. Cor. XI, 16. injuriis aliorum facilè condonant, & pro illis orant, benedicunt maledicentibus, benefaciunt oſoribus, ut filii ſint patris, qui in cœlo eſt, Matth. V, 43.

IV. Aſinus *ſæno contentus eſt & tribulo*. Ita & illi ſuâ ſorte, alieni ab illecebris mundi, 1. Joh. I, 15 16. quippè qui ſciant magnum eſſe, poſt pietatem, lucrum αὐτάρκειας, 1. Tim. VI, 6. Syr. XLI, 18. Job. I, 21.

V. Aſinus *ſignum crucis in dorſo habet*. Ita Chriſtiani non ſolùm in nullo alio gloriantur, præterquam in cruce JESU CHRISTI, 1. Cor. II, 2. per quem mundus ipſe crucifixus eſt ipſis, ipſiq; mundo, Gal. VI, 14. ſed & portant crucem ſuam, Matth. XVI, 24. quum probè teneant perſpectum, ſe ad id eſſe poſitos, 1. Theſſ. III, 3. per multas tribulationes ingredianturin regnum cœlorum, Act XIV, 22. & conformentur imagini Filii DEI, Rom. IIX, 29.

VI. Aſinus *non libenter tranſit per pontem, & locum, ubi ſemel cecidit, ſemper timet*. Sic quoq; veri Chriſtiani cavent peccata vetera, nec temerè ſeſe objiciunt periculis, quandoquidem norunt, quod Johannes ſcripſit, qui ex DEO eſt, non peccat, quia ſemen DEI manet in ipſo, 1. Joh. III, 9. & Siracides, qui amat periculum, peribit in illo, Cap. III, 27.

VII. Aſinus *totâ ſuâ vitâ gignit*. Ita quoq; Chriſtiani ſtudent veram ſuam fidem per bona opera perpetuò declarare, Gal. V, 6. ad mandatum CHRISTI, Matth. V, 16. & Jacobi Cap. II, 18.

IIX. Aſina *non bibit alias aquas, niſi quæ ſimiles ſunt iis, quas ſemper bibit*. Sic Chriſtiani devitant levitatem ſultamq; credulitatem, nec circumrapiuntur quovis doctrinæ vento, Epheſ. IV, 14. ſed indivulſo nexu adhærescunt fonticulis Iſraëlis, Pſal. LXIIX. 27. LXV, 10.

IX. Aſini *maxilla* ſive *mandibulâ* Simſon percuſſit Philiſtæos, ex cujus molari dente divinitus fluxo aqua profluxit, quâ tantus Heros ſitim reſtinxit, Jud. XV, 15. 19. Ita & CHRISTUS per vocem diſcipulorum ſuorum vicit ſapientiam Philoſophorum & proſtravit Diabolos, ex quorum ore hauſta eſt aqua vitæ & ſapientiæ æternæ.

X. Aſinus *ad labores natus eſt*, & ad portanda onera. Ita & Chriſtiani in vocationibus ſuis, Job. V, 6. Gen. III, 19. Eccleſ. VI, 7.

§. 3.

§. 3.

Hinc quidam non malitiosus concionator in quâdam Germaniæ Aulâ primâ Adventus Dominicâ pertractans allegoriam de Asino dixit: Cives urbis esse verè asinos, quod suis urgeantur sarcinis. Senatores esse asinos magnos, utpote quibus plus incumbat oneris. Se cum suis Symmystis esse majores asinos ob majora curarum momenta. Tandem elevatis oculis clamavit: **Unser gnädiger Herr ist der Gröste**/ quia nostrum omnium sarcinas cogitur gestare. Simus ergo Asini, quos rideat mundus, sed JESU CHRISTI Asini, non mundi, non diaboli. Heus Christiane!

Sis asinus, quemcunq; asinum sors prospera fecit,
Quisquis onus CHRISTI ferre scit, ille sapit.

B. D. Mich. Walberus, Exercit. Bibl. p. 240. seq.

ASINORUM

Ordo.

Quia alias Trinitalis nominatus legitur, quod ejus sociis in itinere asinis tantum vehi permitteretur, ap. *du Fresne l. c. p. 353.* Tribus asinalis meminit *Alex. ab Alex. Lib. I. Cap. XIII. p. 27. a. b.*

Sepultura, Jerem. XXII, 19.

Asinam sepulturam DEus Joiakimo Judææ Regi denunciat *i. e. sepulturâ asini sepelietur*, i. e. per antiphrasin, non sepelietur, uti exponitur Cap. XXXVI, 31. Verosimile autem est, eundem in aliquo adversus turmas vel Chaldæorum, vel Edomitarum, vel Moabitarum, vel Ammonitarum, à quibus post rebellionem vexabatur, prælio occisum, procul ab Hierosolymis, vel inter cadavera incognitum, vel alioqui ex vulneribus, postquam aliquamdiu tractus est, mortuum & projectum insepultum jacuisse. vid. *D. Seb. Schmidium in h. l.* Hieronymus: Pulchrè sepulturâ asini dixit sepeliendum, ut aliis verbis significet insepultum, h. e. à bestiis avibusque lacerandum. Eleganter Cicero *insepultam sepulturam* appellat. conf. *Delrio Adag. Sacr. V. T. P. I. Adag. 853. p. 460. a. ap. Cyprian. in Franz. p. 373.*

ASININA

Caro pro ferinâ.

§. 1.

Quemadmodum Fridericus II. Elector Palatinus in Hispaniæ Venta *Evoræ* (*Ventas* autem appellant Hispani domos, à Regibus in locis desertis constructas; ut ita haberent iter facientes, ubi cœlo pluvio possent pernoctare, in illis aliquando reperitur hospes, aliquando nemo), quemadmodum, *inquam*, Princeps

ceps illa de *asininâ* carne, quam *ferinam* putabat, comedit multum, & sic svaviter ut eam non satis laudare potuerit, jusseritque œconomum emere, quantum mula ferre posset: hospite autem rationes conficiente, cum is diceret: *Tantum pro carne asininâ, quam heri edistis, & vobiscum fertis:* & frustra jam Oeconomo ad insperatum gratissimi ferculi nomen exhorrescente, & dejerationum bruta fulmina nequicquam evibrante, cum adderet hospes; *Quis enim*, inquit, *nobis in desertis his locis daret ferinam*; & cum dicto aperiens cellam penuariam, ubi perna recenter occisi asini pendebat: *Hæc est*, ait, *nostra venatio: exagitamus canibus asi. non secus, quam feras alibi, & nobis bona ferina videtur:* Quod Princeps, qui jam ante abierat in aliam Ventam, quæ dicitur *de los palatios*, & rursus de suâ ferinâ edere volebat, ubi audivit, & rem omnem edidicit, quicquid superat ferinæ abjicere mandavit; neque fuit, qui amplius gustare vellet: Sic & eodem prorsus modo homines opum sectantur ludibria, quas falsâ opiniorum specie decepti summâ dignatione prosequuntur, negligentius habituri, si justo & debito rationis examine eas ad verum usum revocare possent. *Lansius, pro Poloniâ p. 649. 650.*

§. 2.

Asinorum alias caro, saltem in fame, pro cibo fuisse legitur, 2. Reg. VI, 25. ubi in Samaria à Syris obsessa, narratur asini caput siclis 80. venisse. Sic Artaxerxes apud Cadusios in summâ fame, sola jumenta concidebat, cum nihil aliud supperteret, ὥστε ἐνίοτε κεφαλὴν μόλις δραχμῶν ἑξήκοντα ὄνου εἶναι, *ita ut asini caput vix drachmis sexaginta venale esset*, ap. *Plut. in Artax.* cum alioqui vivus asinus totus in Luciano in uno loco veneat 30. in altero 25. drachmis. Hodie inter Arabes de asinorum esu acriter disceptatur: & domesticos quidem plerique prohibent, ferorum verò nemo est, qui non concedat. Quod jam ante Mahumetem apud eos obtinuisse, ex *Theodoreto* scimus, qui *Histor. Relig. Cap. XXVI.* Ismaëlitas ad Christum conversos describit, τῶν τε ὄνων τῶν ἀγρίων, τῶν τε καμήλων τὴν ἐδωδὴν ἀπαρνουμένους, *onagrorum & camelorum usum abnegantes* i. e. ab eorum deinceps carnibus abstenturos se profitentes. Et quidem domesticorum carnem *Galenus* ingrati esse saporis ait, *de Alim. Facult. Lib. I.* ejusque esu Alexandrinos elephantiam contrahere, ad *Glauc. Lib. II.* Mœcenati tamen aselli fuere in deliciis, *Plin. Lib. VIII. Cap. XLIII.* Et circa Beroeam Macedoniæ, *Lucian. in asino*, quendam amico, dicit, dono dedisse ἄγριον μηρὸν, *agreste asini femur.* Et apud *Simocattam Lib. IV. Cap. VII.* Cosroës Hormisdæ Patri captivo, inter regias delicias mittebat, ἄγριον τῶν μηλῶν τὰ ἄκρα, onagrorum membra præcipua. *Hofm. L. U. T. I. p. 366. 367.*

ASMODÆUS

Vid. Appar. Bibl. Tom. I. p. 323.

ASPA-

ASPARAGINE

In Bœotia Sponſam coronabant, ut ait *Plutarchus de connubio.* Fit autem id ad ſignificandam urbanam jucundamq; vitæ ſocietatem. Nam Aſparagus, ut dicitur, fundit ſvavem fructum ex ſpinâ aſperrimâ. *Cœlius Rhod. L. A. Lib. XXIIX. C. XIIX. f. 530. M. Radau Orat. Ext. P. II. C. V. Q. II. p. 240.*

ASPIS

Surda auremque obturans, Pſal. LIIX, 5. 6.

Surda non dicitur, quod natura ſit talis, aut quod ad cantum aures verè obturet, ut volunt veteres; ſed quia cantu non magis afficitur, quam ſi ſurda eſſet, aut aures haberet obſtructas. *Bochart. l. c. Lib. III. C. VI. p. 385. 391.*

ASSOCIANTES

Mahomed in Alcorano *Sur. 4.* Chriſtianos vocat, quod DEO vero alium quaſi ad latus ponant. *Pfeiff. Diſſert. Phil. IV. de Alcorano §. XXIV. p. 74. Calixtus de Relig. Mahammedanâ §. 3. Hottingerus, Hiſt. Orient. Lib. I. C. III. p. 104.*

ASTRA

An rationalia?

§. 1.

Quia aſtra & ſtellæ (quarum XXXiX. & CLX. myriades in cœlo dari nugantur Rabbini ap. *Selden. de Diis Syris Synt. II. Cap. II. p. 245. Franciſci Luſt's* **Hauß der Ober- und Nieder-Welt/** *Diſc. XII. p. 334.*) Vid. & omninò *M. Joach. Roſenovii Diſq. de Præcipuis Mundi Corporibus Theſ. III. Stellarum numerus non poteſt definiri. D. M. Georg. Chriſtoph. Gebhardi, de Stellis Fixis §. 46. ſeq. Dn. Sam. Reyheri Matheſis Moſaica Cap. IIX. p. 253. ſeq.)* cum ſummâ naturæ excellentiâ conſtantiam retinent in motu, videntur ſanè ab interno & animato quodam movéri principio. Animam igitur propriè dictam iis tribuêre Pythagoras, Zoroaſter, Hermes, Orpheus, Thales, Heraclitus, Democritus, Stoirumque ſecta; Et *Virgil. VI. Æn.* ſic canens:

Lucentemq; globum Lunæ Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet.

Et *Cic. 2. de nat. Deor.* ſic ſcribens: Cœléſtem admirabilem ordinem, incredibilemq; conſtantiam qui vacare mente putat, is ipſe mentis expers habendus eſt. Sic & *Ariſt. Lib. IIX. Phyſ. Text. XXXI. & Lib. II. de Cœlo Cap. II Text. XIII.* ὁ ἄθρανατος ἔμψυχος. Vid. *M. Joh. Müllerus Diſp. Phyſ. de Corporum defunctorum Operationibus §. 4.*

§. 2.

Origenes de animæ cœli rationalitate *Lib. I. περὶ ἀρχῶν* ita: Siquidem & cœlestes stellæ sunt animalia rationalia, & virtute prædita (*σπουδαῖα*) &c. *Vid. Diss. Sel. P. I. p. 603. D. Cœlestin. Muslenæ Colleg. Homilet. Exerc. II. S. III. Q. III.* Accedit huc ejusdem ineptitudinis divisio Bodini ap. *Alstedium in Encyclop. p. 764.* in quâ dividitur animal in intelligens vel brutum. Animal intelligens porrò in cœleste, quale est Angelus bonus, cœlum, stella; vel sublunare, ut homo, Angelus sublunaris utriusq; naturæ, & mens post humanum cadaver superstes. Et ne quid errori desit, Origenes stellas non modò animatas opinatur, sed etiam virtutis ac vitii capaces, & in virtutibus proficere & deficere contendit. Et cum Jobus c. XV. *cœlos immundos in conspectu Domini* esse pronunciat, & ut habetur c. XXV, 5. *Ecce Luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus;* non veretur dicere Christum non tantum pro peccatis hominum, sed etiam *Astrorum esse mortuum.* Hieronymus ad locum Scripturæ: *Omni militiæ eorum præcepi*, Es. XIII, 13. Job. IX, 7. occasionem quibusdam, ait, tribuit, quod astra rationalia sint, & animam sensumq; habeant, neq; enim, ajunt, præciperet, nisi intelligerent; At non recordantur, quid in Jona scriptum c. IV, 7. *Præcepit Dominus Spiritui comburenti*, & rursum, *præcepit vermi.* Sic Dominus in Evangelio *increpavit mare & ventos*, Matth. IIX, 26.

§. 3.

At verò nec anima in astris *intelligens* est, nec *sensitiva*; ubi enim sentiendi sunt instrumenta? & cui bono sensum exercebunt? ubi Stellis Visus, Auditus, Odoratus, Gustus, Tactus conceditur? nec *vegetativa*, quia nec augentur, nec aluntur vaporibus, qui enim, cum unaquæq; stellarum, si Astronomis fides est, terram magnitudine suâ superet, sufficient ex terrâ Oceanoq; ascendentes nebulæ ac vapores? Concludimus ergò: Stellas inanimata esse corpora: & motus perpetuitatem atq; uniformitatem non esse à quadam animâ, sed ab ipsâ natura & virtute stellarum, quæ à DEI potentiâ usq; ad finem mundi sustentatur. Conf. *D. Casp. Bartholin. Astrolog. Theor. I. §. 8. p. 11. 12. Bachman. Exercit. Philos. Cent. III. Q. XLVII. M. Greg. Mich. N. 77. in Gaff. p. 343. 344. M. Balth.* Dörffer / *de Physicâ cœli contemplat. Pos. III. §. 2. M. Christ. Wolffius Diss. Phys. de Animâ vulgo dictâ Cœli, Terræ totiusq; mundi Witteb. an. 68. hab.* conf. Tit. Cœlum an animatum & intelligens?

Aguntne in hæc inferiora?

§. 1.

Qui hoc probare velit, actum agere videtur. Astrorum aërisq; mutationes satis percipiunt illi, qui cum *chronicis morbis* conflictantur, adeò ut non pauci *astrologos sibi manus* esse conquerantur, ac corpora sua ferè *ephemeridum loco* habere

bere possint. *Sennertus l.c. Lib.III. P.III. Cap.XII p.781.* Veteres Judæi dixerunt; הכל תלוי במזל i. e. Omnia dependent ab astris. Et in Talmude: Vita & alimentum non dependent à pietate hominis, sed à sideribus. *M.Val.Friderici Diss. de Anno §. 88.* Sed Astra *inclinant*, non *necessitant.* Vid. *M. Fab. Hippius Probl. Phys. Probl. VII.p. 69. seq. M. Joh. Cammerhof Encyclopæd. Isagog. C.IV.membr. XII. Can. I. p. 82.* Affirmare, quod ingenia, mores, studia, fortuna deniq;, quæ vel à DEI providentiâ immediatè, vel etiam à libero hominis arbitrio emergunt, ex astris dependeant, id planè impium est. *Reneccius Panopl. T. III. p. 61. 67.* Sapientem astris dominari vetus est verbum. *Grevar. Epist. ac Dissert. p. 242. a. Calov. Bibl. Illustr. ad Deut. X, 17. p. 572. b.*

Astra valent aliquid, plus pia vota valent! Et
Astra regunt mundum, sed regit astra DEUS! Et
Astra cedunt DEO, precibus DEUS ipse piorum!

L. Joh. Laur. Lœlius, Diss. Inaug. Medica de Scorbuto, sub Præs. D. Guern. Rolfincii An. 1678. Jen. hab. Cap. XVI. p 91.

§. 2.

Es wird der Weise nicht unter den Sternen liegen/
Es wird vielmehr sein Witz des Glückes Macht besiegen!

Obwohl nach dem Falle/ die Sterne mit ihrer Influenz beym verderbten Geblüte (per accidens) zufälliger Weise etwas verursachen/ das der Natur schädlich ist/ so haben sie doch keine Influenz in des Menschen Gemüthe/ in demselben nemlich etwas zu wircken/ das schädlich und sündlich ist; wie die Nativität Stellungs-Kunst dem lieben GOtt obliquè die Ursachen der Sünden beymisset/ als ob nemlich derselbe durchs Gestirn den Menschen zum Bösen inclinire/ wie die Regulæ Artis, ihre Kunst-Reguln solches sattsam darthun. Sie judiciren aus dem neundten Himmlischen Hause von der Religion und derselben Changirung: Gewisse Planeten/ als Saturnus und Mars, sollen den Menschen/ wenn sie in seinem Horoscopo, oder Gebuhrts-Hause sind/ zu Auffruhr/ Zwietracht/ Krieg/ Mord und Blutvergiessen incliniren/ heissen auch deßhalben boshaffte Planeten; Ja/ das zwölffte Haus heißt gar (Cacodæmon) der Teuffel. Solche Injurie redundiret und springet ja endlich auf den Schöpffer selbst/ als ob er das Gestirn so gemacht/ daß der Mensch hiedurch zu dieser oder jener Sünde verleitet wird. Die Ursach der Sünden haben wir nicht im Himmel/ sondern auf Erden zu suchen/ theils in uns/ theils um uns; Saturnus und Mars thun uns nichts/ aber unser Fleisch und Blut ist der innerliche Saturnus und Mars, welcher uns zur Sünde verleitet. **Ein ieglicher wird versucht/ wann er von seiner eigenen Lust gereitzet und gelocket wird/ darnach wann die Lust empfangen hat/ gebiehret sie die Sünde/ die**

Sünde aber/ wann sie vollendet ist/ gebiehret sie den Tod/ Jac. I, 14. 15. Diese klebt uns immer an/ und macht uns träge/ Ebr. XII, 1. Das Fleisch gelüstet wider den Geist/ und den Geist wider das Fleisch/ dieselbige sind wider einander/ daß ihr nicht thut/ was ihr wollet/ Gal. V, 17. Der Teuffel gehet umher/ wie ein brüllender Löwe/ und suchet/ welchen er verschlinge/ 1. Pet. V, 8. GOtt hat den Menschen geschaffen zum ewigen Leben/ und hat ihn gemacht zum Bilde/ daß er gleich seyn soll/ wie er ist. Aber durchs Teuffels Neid ist der Tod in die Welt kommen/ und die seines Theils sind helffen auch dazu/ Sap. II, 23. seq. Das ist die rechte Nativität aller Sünder! *B. D. Pfeiffer. in Nuptial. p. 204. 205.* Wann GOtt wüste/ daß er solchen Stern (der den Menschen zum Bösen treiben sollte) am Himmel hätte/ er hätte ihn verlängst vom Himmel herab gestürtzet/ nicht anders denn den Teuffel selbsten/ inquit *D. Jacob. Andreæ ap. Dedeken. Vol. II. S. XIX. n. 16. p. 453.* Conf. *D. Mengering. Inform. Consc. in Fest. Epiphan. Q. I p. 89.* Benè Augustinus: Dicunt: Fatum mihi fecit: Quid est fatum? Stellæ me fecerunt. Quid sunt stellæ? Certè istæ, quas in cœlo conspicimus. At quis eas fecit? DEus. Quis eas ordinavit? DEus. Ergò vides, quòd voluisti dicere: DEus fecit, ut peccarem. Ita ille injustus, tu justus, quia nisi ille fecisset, tu non peccasses, ap. *D. D. P. Fr.* Sperling/ *in Nicodemo Quærente & JEsu Respondente in Fest. Epiphan. Quæst. I. p. 317.*

§. 3.

B. Hutterus *LL. C. Lib. V. p. 252. seq.* dicit palpum impietati obtrudere eos qui *astris non effectivam*, sed *inclinativam*, imò quod minus est *significativam vim* tantum adscribunt. Argumentum contra hoc fatum architectari possumus tale:

Siderum vis & influentia cœlestis vel inclinat (ad mala) ἐπικτήτως vel φυσικῶς.

At non modo priori. Ἐπικτήτως sidera non causari influxum fatentur ipsi Astrologi; etenim non demum ἐπικτήτως crebriori sidera nacta sunt vim influendi agendive, quam exercere feruntur.

E. posteriori modo, seu φυσικῶς ad mala inclinabunt.

At nec hoc procedere dispalescit ex subjuncto ratiocinio:

Sidera, quicquid φυσικῶς agunt, id à DEO conditore habent.

At ea à DEO habere vim inclinandi ad mala, ἄτοπον καὶ ἄθεον est.

Ergò illam vim inclinandi &c. non habent φυσικῶς &c. consequenter falsum est, quod sidera polleant vi inclinativâ. *D. Henricus Freiesleben, Disquis. Synod. IIa. in Form. Concord. §. 2.*

Neque

Neque calida sunt, neque frigida, quomodò igitur calefacere possunt aut frigefacere inferiorem naturam?

§. 1.

Quod enim aliquis non habet, idem nec impertire potest alteri. Vel igitur Mars & Sirius falsò dicentur calefacere & exsiccare, Saturnus frigefacere, vel inerunt illis hæ qualitates. Atque ita cœlum non expers eritqualitatum. Resp. Omninò a cœlo esse qualitatum illam in inferiore mundo mutationem. Id ipsum enim confirmat experientia, cui reclamare hominis fuerit insani. Sirio siquidem junctus Sol ardentiorem multò efficit aërem inferiorem, quam cum est ἐν ἀπογείῳ sui orbis, ubi tamen radiorum ratione majorem excitare debebat æstum. Et quod ad dissolvendum hunc notum attinet, sciendum est, non semper requiri necessario, *ut causa actu talis sit, qualis est effectus, qui producitur ab illâ causâ.* Potentia siquidem sufficit excitandi aliquam qualitatem, in materia ad illam qualitatem habili & apta (*Arist. VI. Metaph.*) Proindè stellas quidem calidas & frigidas esse negamus: nihilominus tamen virtute has præditas esse affirmamus, ut ejusmodi quid excitare possint in rebus inferioribus, ita nimirum dispositis, ut si afficiantur à cœlo, vel hanc vel aliam repræsentent qualitatem.

§. 2.

Probabimus hoc alio documento. Cœli motus causa est generationis & corruptionis in inferioribus, (secundum *Aristotelem*) quod tamen cœlum secundum eundem Philosophum sua natura neque generabile est, neque corruptibile, ἐπ μὴ γίνεται ἅπαν τὸ γινόμενον ἐξ ἐναντίου: qualis contrarietas cœlo non inest. Idem ergo de calore quoque & frigore est accipiendum. Has enim qualitates excitare possunt astra, etiamsi ipsa illis qualitatibus destituantur. Probant idem & alia exempla in natura. Motus calefacit, quem tamen motum calidum propterea nemo apellaverit. Ferrum ex silice elicit ignem: qui tamen ignis actu neque in silice deprehenditur, neque in ferro. Idem ergò & de cœlo est judicium. *M. Georg. Bachmanus Exercit. Philos. Cent. III. Quæst. XLIV.*

Sed quomodo לְאוֹתוֹת in signa Gen. I, 14.

Astra omnipotentis Creatoris sunt signa 1) *μνημονικὰ* Psalm. XIX, 1. 2.) *σημειωτικὰ*, agnoscunt enim suum Ducem Creatorem, unde dicuntur צבא Exercitus. 3) *προγνωστικὰ*. Usu vel *naturali, communi*; vel *proprio* & *œconomico* Matth. XVI. 2. vel *supernaturali* iræ Luc. XXI. 25. vel gratiæ Matth. II. 2. vel Sympathiæ Matth. XXVII. 45. *M. G. Michaël. in Gaff. p. 467.*

ASTRORUM

Servitus.

§. 1.

In ministerium gentium creata sunt, Deut. IV, 19. Ser-

Servit & astrorum velox chorus, & vaga servit
Luna, nec injussæ toties redit orbita lucis.

Statius. III. Silv. Sic Reges Principesque quid aliud sunt, nisi servi publici? Populi mancipium est, quisquis patriæ est utilis, ut habet *Mimus*.

§. 2.

Admovit stella *Magorum conservæ*, sic dicta à *P. Chrysologo Serm. LVI.* nec injuriâ. Ambulante Mago, ambulat, *inquit*, stella; sedente Mago, sedet stella; dormiente Mago, excubat stella. Imago fidelis Ecclesiæ Ministri, qui Clero Domini servit, & omnibus fit omnia, 1. Cor. IX, 22. Nam quicunque in Ecclesiâ piè vivit & castè, qui ea, quæ sursum sunt, sapit, non ea, quæ super terram, cœlestis quodammodò est instar luminis, & dum ipse sanctæ vitæ nitorem servat, multis viam ad Dominum, quasi stella, demonstrat. *Leo M. Serm. de Epiph. III.* Lucete quasi luminaria in mundo! Philip. II, 15. 1. Petr. V, 3. *J. H. Ursin. Theol. Symbol. Cap. LVIII. p. 75.*

ASTROLOGIA
In montibus optimè deprehenditur.

§. 1.

Prometheus Assyriis primus Astrologiam indicavit, quam residens in monte altissimo Caucaso, nimiâ curâ & sollicitudine deprehenderat, inquit *Servius, in Eclog. VII. Virgil.* *D. Joh. Andr. Schmid, in Auto Phænomenorum Scriptore Cap. II. §. 4.* Astrologiâ & enituit Berosus, cui ob divinas prædictiones Athenienses publicè in Gymnasio inauratam lingvam posuêre. *Gerard. Joh. Vossius, de Philosophorum Sectis Cap. I. §. 11. p. 5.* Non autem arbitror, quenquam, sivè veteris, sive recentis ævi, tam ardenti, & propè insano, in cœli, astrorumque cognitionem, studio incubuisse, ut Tychonem de Brahe, Norwegum; Is enim sumtibus Friderici II. Daniæ Regis, in Insula Huenna extruxit castrum, cui ab ipso cœlo nomen indidit *Uranuburgum*, ubi se cum studiorum suorum sociis abdidit, adjunctis Bibliopegis, vitriariis, aurifabris, cæterisque ejusmodi opificibus, quibus ad Astronomica instrumenta concinnanda, uteretur. Turrim insuper ex ædificavit, cujus summæ testudinis peridromus crystyallo claudebatur: *Stelloburgum* ipse appellabat, (*Stelloburgum* autem Hafniense Christianus IV. Daniæ Rex, consulto Christierno Longomontano, Tychonis Discipulo, extrui curavit. Vid. *Inscript. Hafn. à Pet. Joh. Resenio edit. p. 198. 318. 326. seq. ap. Bl. Joh. Bonitium in Memorabilibus de Turribus* §. 9.) Ibi annos quinq; & quadraginta Tycho traduxit, somno plerumq;, & cibo abstinens, uni stellarum cognoscendarum studio (quas & animatas statuit, *Barth. Anborn. Magiolog. P. I. C. III. p. 172.*) intentus. Ajunt, eum ducenta aureorum millia in conficiendis instrumentis, alendisq; operariis

rariis insumsisse, ut cœlum, cœliq; phœnomena penitius inspicere, ac indagare posset. *D. Joh. A. Weberus, Art. Discurr. Font. XXVIII. Ex. II. p. 230. Excell. D. J. C. Beeman. Hist. Orb. Terr. P. I. Cap. V. p. 129. Phil. Cluver. Introd. in Geogr. Lib III. Cap. XIX. p. 270.* Non solum omnia, quæ corradere poterat ex feudis & beneficiis, quæ ab inclyto Danorum Rege Friderico, Braheæ gentis atque Astronomicarum contemplationum amantissimo perhabuit ampla, sed ex proprio peculio centum Talerorum millia, & eo amplius in cœlestia illa studia impendit. *Larsius, pro Germ. p. m. 43. Rev. D. M. Jo. Georg. Wilii, expedirter* Leichen-Prediger *P. I p. 554.*

§. 2.

Anno 1597. in Holsatiam migravit, inde 1598. vocatus à Rudolpho II. Imp. Pragam se contulit; ubi cum Keplero brevi quidem tempore vixit, An. 1601. d. 13. Octob. ibidem in cœnâ, retentâ præter morem urinâ, paucos post dies obiit. *M. Joh. Georg. Petri DEus in Natura Admirandis repræsentatus p. 29. Dn. Zenneri Nvella mundi docti & curiosi An. 1692. mens. Febr. p. 109. 110.* Turris & Babylonicæ condendæ finem præcipuum nonnulli Astrologiam fuisse adserunt, ut ex alto patentes cœli plagas melius & accuratius intuerentur. Sed vid. Gen. XI, 4. *Joh. Jac. à Ryssel, in Vossii librum de Philosophorum Sectis. Cap. II. §. 2. p. 129. M. Joh. Joach. Zentgref. Diss. Hist. Philol. de Turri Babel. §. 18.* Imò Pyramidum Ægyptiarum finem fuisse Astrologiam quidam volunt. *Dn. Abrah. Burggraff de Do.* Christl. Gedancken über die wunderb. Ausführung des Volcks Israel aus Egypten / *Lib. I. Cap XX. p. 152.*

Judiciaria pulchræ, sed minus pudicæ filiæ similis.

Keplerus vergleichet die Astrologiam, oder weissagende Stern-Kündigung mit einer schönen / doch dabey etwas leichtsinnigen Tochter / welche mit ihrer Buhlschafft der alten Mutter / der Astronomie / nicht allein gute Lebens-Mittel erworben / sondern sie auch durch ihre Buhlen zu einen feinen Ehren-Stande befodert. *Emsm. Franciscі* eröffnetes Lust-Hauß der Ober- und Nieder-Welt / *Disc. XXII. p. 1464.*

Falsa.

§. 1.

Hoc ipsum præter alios usque adeò præclarè ostendit *Joh. Picus Mirandulanus* tum in universo suo incomparabili planè adversus Astrologos opere, tum seorsim *Lib. II. Cap. I. Lib. IV. Cap. VII. Lib. X. Cap. XV.* ut nihil præclarius hâc de re afferri possit. *Valent. Henr. Voglerus. Comment. in Script. Sacr. & quidem in Addendis p. 465.* Ridiculi profecto sunt Astrologi, qui tanquam *Cœlestis Curiæ Senatores*, quid in cœlo fiat, sollicitè indagant, eaque quasi heri, aut nudius tertius

tius inde delapsi, aliis enunciant, ignari interim quid domi ipsorum agatur. Novi ego nonnullos, qui quum cœlestium corporum conjunctiones anxiè indagarent, uxorum interim suarum cum adulteris conjunctiones ignorabant : & qui alienarum pudicitiam, aut lubidines ex cœlestium siderum positu demonstrare satagebant, interim omni domesticæ turpitudinis indicio carebant. *Guevara Epist. ad D. Scudarum, Regium consiliarium p. 242. b.* Thomas Morus in Astrologum quendam anglum cornutum ita :

Astra tibi æthereo pandunt sese omnia vafi,
Omnibus & quæ sint fata futura monent:
Omnibus at uxor quod se tua publicat, id te
Astra, licet videant omnia, nulla docent.

Anborn. l. c. p. 216. Dn. Rodericus, Episcopus Zammorensis, in speculo Humanæ vitæ Lib. I. Cap. XXXVIII. p. 154. 155. Refert *Franciscus Petrarcha Lib. I. Cap. III.* quod ad quendam Fatidicum nocturno tempore mulierecula quædam stellis lucescentibus accesserit, eumque, ut filio recens nato, fata, quia cœlum clarescceret, diceret, rogarit. Cum autem ille repentè surgeret, tibiamque ad scamnum offendens, dolorem cum gemitu & clamore ostenderet; Mulier Magistrum derisit, dixitque: Mirum est, quomodò poteritis ea videre, quæ in cœlis sunt, cum non cernatis ea, quæ circa pedes vestros sunt, ap. *Tungerlar. Prompt. Evang. P. III. p. 973.*

§. 2.

Sed testatur experientia ab Astrologis sæpe numero vera esse prædicta? Vid. *D. Weber. in Art. Convers. Reg. III. Hist. XXVII. p. 178. seq. Francisci l. c. Discurs. XXIII. p. 1497. seq.* Resp. Quid tum? 1) Satanas ipse verum sæpè prædixit, Marc. I, 34. Act. XVI. 17. 1. Sam. XXVIII, 16: Ergò illi credendum erit? 2) Anti-Christus quædam miracula edidit, 2. Thess. II, 9. 10. Ergò est verus? 3) Eveniunt quædam justo DEI quidem judicio in homines istis artibus attendentes, ab istis prænunciata, quò magis decipiantur, ut iis evenit, qui in Samaria Simoni Mago patulas aures præbuerunt, Act. IIX. Non rarò Astrologorum divinatio vera existit ob stultam consulentium credulitatem, atq; impietatem: quæ sic justo DEI judicio puniuntur propterea, quod iis, quæ prohibita sunt, avidè inhiant. *M. Jac. Reneccius Panopl. Tom. III. Cap. IIX. p. 65. a.* DEus impiorum perfidiam hoc modo ulcisci statuit, secundum illud Salomonis, Prov. X, 24. Cujus rei generalem quasi Authenticam præscripsit DEus ipse Devt. XIII, 1. *Dedeken. Vol. II. Consil. P. I. p. 457. seq. & in Append. p. 285. seq.*

§. 3.

Paucis annis, quibus Romæ fui, scribit Corn. à Lap., vidi plures viros magnos, ab Astrologis deceptos, dum huic vitam longiorem; illi Cardinalatum, alteri

teri Papatum prædicunt & promittunt, quos omnes vana ſpe deluſos fuiſſe, eventus docuit, magno eorum periculo & damno. Dum enim ſe non credunt morituros, niſi prius adepti ſint Prælaturam, quam promiſerunt Mathematici, etiam, lethali morbo icti, ad mortem ſe non parant, quare imparati, & improvidi moriuntur. Hinc illos ita alloquitur: Expergiſcimini Prælati, & Filii hominum quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *Comment. ſuper Acta C. XIX. p. 292.* ap. *D. Sperling. in N. Q. & J. R. P. I. p. 313. 320.* Scilicet hi fructus ſunt artis matæ potius, quam Matheſeos. Fac! cœlum eſſe librum, in quo hominum, fata deſcripta ſint; tamen legere literas tam ſubtiles nemo poteſt, niſi is, qui ſcripſit. Fac! ſtellas eſſe ſpecula, non tamen fatorum erunt, in quibus videas, quod olim *Catharina*, Caroli, Gallorum Regis, mater, ſciſcitata de filiorum fortuna, & eorum ſucceſſoribus, in ſpeculo conſpexit, filios toties circumambulantes, quot eſſent annis præfuturi: Henricum III. ſuas primum periodos abſolventem: Ducem Gviſium fulguris inſtar percurrentem: Navarræ Principem bis ſupra vicies ſe oſtendentem &c. Ridet hos Aſtrologos *Phavorinus Gellianus*, Aut adverſa, inquiens, eventura dicunt Genethliaci, aut proſpera; Si dicunt proſpera & fallunt, miſer fies fruſtrà expectando, ſi adverſa dicunt & mentiuntur, miſer fies, fruſtrà timendo: Si vera reſpondent, eaq; eventura ſunt non proſpera, jam indè ex animo miſer fies, antequam è fato fias; ſi felicia promittunt, eaq; eventura ſunt, tum planè duo erunt incommoda, & expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudii fructum, ſpes tibi jam defloraverit. *D. Danhauer. Hecdec. Homil. Sacr. Hom. III. P. I. p. 102. 103.*

§. 4.

Lutherus hat die Sterngucker und ihre Prophezeyung verglichen mit den Würffeln/ ſo die Spieler loben/ daß ſie zwölff Augen würffen/ geſchichts einmahl/ ſo macht man groß Weſen davon; Trifft es aber nicht zu/ ſo verſchweiget man es: Alſo trifft bey ſolchen Leuten etwas zu/ ſo wiſſen ſie es hoch gnug zu rühmen/ wann es aber fehlet/ macht man nicht viel Weſens. *Eoban. Heſſus* ita:

Ah miſeros, qui ſigna notant, & ſidera ſpectant,
Et ſpes indè hominum vanaque vota trahunt.

Rectè *Ambroſius, in Hexaëm. Lib. IV. Cap. IV.* Prædictiones Aſtrologorum ſunt inſtar telarum araneæ, in quibus culices pendent, muſcæ majores perrumpunt: ſic implicantur eisdem parvi fide, fortes fide evadunt, ap. *D. Joban. Nicol. Jacobi, Tract. de vulneribus JESU CHRISTI in præf. ad Lect.* Si qui ergò hic nobis metum volent incutere, nihil eis aptius reſpondebimus, quam quod Caſſius Chaldæo olim veranti Parthos bello laceſſere, priusquam ſol ſcorpii Sidus evaſiſſet; *Non* inquit *ſcorpiones metuo, ſed ſagittarios:* ad Parthos alludens, quorum ſagittis Craſſus erat obrutus, *Plutarch. in Craſſo.* ſimulque oſten-

dens, ad causas proximas magis respiciendum, quam remotas, quibus proximæ modum imponunt. *Barth. Keckerman. Curs. Phil. Diss. XXXV. Q. II. p. 755.*

§. 5.

Longissimè ergò facessat ab Ecclesiâ Fatum Physico-Mathematico-Magicum. Debes hîc βλακεννόμιον. Erat enim, Svidâ teste, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸ τέλος τὸ βλακεννόμιον ὃ οἱ ἀστρόλογοι τελοῦσι διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἶναι πρὸς αὐτούς. Alexandriæ quoddam tributum, nomine Blacennomium, quod Astrologi penderent, quia ad eos accederent stulti: nempè eò quod, ut ibidem legas, βλάκα vocarint ἠλίθιον καὶ ἄνοητον, fatuum & amentem. *Dann. Uris p. 393.* Augustino *Lib. II. Cap. VI.* Astrologia judiciaria audit ridicula & inanis; Basilio *in Hexaëm.* occupatissima vanitas; Ambrosio *Lib. IV. Hexaëm. Cap. IV.* inutilis & impossibilis; Chrysostomo *Hom. VI. in Matth.* vanissima officina; Cœlio Rhodig. *Lib. IX. Cap. XX.* Magiæ clavis, ap. *M. Andr. Wilkium in* Ἑορτολογίᾳ Φ. *P. I. p. 160.*

§. 6.

Der berühmte Abraham Bucholzerus hat zu sagen pflegen: Er wisse nur eine Nativität / so allen frommen Christen gemein / in welcher Horoscopo sey GOtt der Vater / in mittleren Himmel der Messias JEsus Christus; Im sechsten Hause der Heil. Geist; Im andern die Engel; In den dritten der Teufel / die Sünde / und GOttes Zorn; Im vierdten Moses und das Gesetz: Im fünfften die Propheten und Apostel mit der Glaubens-Formul; Im siebenden die Sacrament; Im achten die Busse / der Glaube die Hoffnung und Liebe; Im neundten das Vater Unser / und das Gebet insgemein; Im zehenden das Creutz samt der Gedult; Im eilfften der Tod; Im zwölfften die allerfrölichste Auffersthehung von den Todten / und die ewige Seligkeit / da der Saturn nicht über / sondern unter uns seyn / und seiner wider uns verübten Grausamkeit Straffe leiden werde; Mit dem Anhange / wer dieser Betrachtung nachsinnet / werde wegen unglücklicher Stirnung des Saturni und Satanæ sich wenig bekümmern. *Frantisii l. c. p. 1576.* (Alii & hoc effatum Summo Medico D. Schenkio attribuunt. *D. Misand. Del. Bibl. N. T. A. 1692. p. 276. D. Sperling. l. c. p. 314.*) Als dem Cardinal Polo seine Nativität wurde præsentiret / sagte er: Es wäre dieselbe zwar nach seiner ersten sündlichen Gebuhrt gestellet / mit nichten aber auf seine Wiedergebuhrt hierinnen gesehen / welche doch bey ihm / als einen Christen / vornemlich zu beobachten gewesen. *Autor Relat. ex Parnass. A. 1702. N. 83. 17. Oct.* Conf. *D. Joh. Ad. Osiand. Theol. Casual. P. II p. 859. seq. Lev. Nic. Molkenius ad Relig. Medici P. I. S. XVII. p. 114. seq. Dieteric. Antiq. Bibl. ad Es. XLVII, 13. p. 598. seq. Zeiler. Miscell. p. 368. seq. Conr. Aslacus Phys. Mos. in C. I. Gen. p. 242. seq. Simon Majolus in Supplem. Dier. Canic. Coll. IV. p. 361. seq. D. Franc. Burmannus Synops. Theol. Tom. I. Lib. I. Cap. XLII. §. 60. p. 300. seq. Bl. Pe-*

xen-

xenfeld. App. Erud. Cap. LXVII. p. 435. seq. D. Joh. Brunneman. Comment. in Cod. Lib. I. L X. p. 42. &c.

§. 7.

Est alia, B.L. in mundo Astrologia, quam pro curiosa illâ, quâ mens humana prurit, eligere potest mens DEO devota, atq; utinam eam quotidiè consuleremus, percontati,

Qui mensis damno, quæ dentur tempora lucro?

Depositum in cœlo est, loco sanctissimo, tutissimoq;, *rationarium divinum*, liber vitæ, patefactus ab Astrologis, cœlesti Spiritu illuminatis, Prophetis ac Apostolis, è quo conjecturam capere haud fallacem, ac divinare licet de statu, qui nos post hanc vitam manet, secundo, an misero. Quibus fausta & serena lux regenerationis divinæ alluxit; quos à contractis in primâ conceptione sordibus abluit sacro liquore Aquarius baptismatis; quorum horoscopum, vitæ spiritualis Sol, CHristus, occupavit in Trigono S. S Trinitatis, qui in illo renascentiæ momento, ex æthere hausere spiritus, qui corde semel occupato, per omne vitæ tempus stimulant, currunt q; Spiritus, inquam, novos Spiritus, ad divina eloquia semper fameli cos, ad fundendas preces propensos, ad monita cœlestia capienda ac facienda promptos: Quorum in genesin incidunt *Gemini charitatis* pro plumbeis iris, & plumbeâ gratia auream pacem amplectentis; *Aries liberalitatis*, cui suum vellus sufficiat, lana communis sit; *Taurus patientiæ ac humilitatis*, qui jugum admittat, admissum ferat; *Leo magnanimitatis* ac fidei imperterritæ, quæ circumlatrantibus undiq; malis, lætum attollat cœlo caput, nulli, quam suæmet cupiditati, infensior, quam deprehensam ream, non nisi ad necem absolvat; *Virgo probatæ castæq; vitæ: Libra* æquanimitatis: *Cancer* resipiscentiæ, ac jugiter retrò euntis pœnitentiæ: Quibus denique omnia amisisse, ut unica margarita venum exposita, occupetur, domus lucri est, beatè mori, quæstus; Hi sunt felici sidere nati; hi libro vitæ inscripti; hi in sortem filiorum lucis asciti, hi in alium, ac verè novum orbem provecti, olim immensum gaudebunt. Nemesea; contra tabulario inscripti, ac æternis ignibus, victimæ, destinati sunt, qui tantam sortem aut negligunt, aut amittunt occupatam, ac cœli odio, remis velisq; ad inferos festinant, quos *scorpios* veneno afflat, *Capricornus* seculi inquinamentis fœdat, *Mars* in lites accendit, *Venus* improba vexat, quorum omnis stellarum positus ad inferiora declinat,

Qui sibi cœlum fingunt & nova fabricant astra,
Quæ mox in totidem Rhadamanthus Tartara vertet!

D. Danhauer. Homil. Sacr. III, P, I. p. 104. 105.

ASTROLOGIÆ

Peritus Magus.

Petrus Aponus Patav. Philoſophiæ, Medicinæq; ſcientiſſimus, ob idque *Conciliatoris* nomen adeptus: aſtrologiæ verò adeò peritus, ut in magiæ ſuſpicionem inciderit, falſoq; de hæreſi poſtulatus, abſolutus fuerit. *Nathan. Chytræus in Delit. Itin. Europæ p. 158.* Sicuti Virgilius, Epiſcopus Salisburienſis, à Zachariâ Papâ hæreſeos damnatus eſt, quod Antipodes eſſe affirmaſſet. *Heidfeld. in Coroll. p. 809. Girſebert. Devteron. Harmon. p. 1394. D. Beeman Hiſt. P. I. C. I. p. 6. 7.*

Feneſtra.

Abimelechus, Rex Geraris, per feneſtram vidit ludentem cum Sarâ uxore, quam ſororem ſuam eſſe dixerat, Abrahamum. Feneſtram hanc myſticè Aſtrologiam eſſe, quidam arbitrantur. *Zwinger. Vol. V. Lib. III. p. 1268. a.*

ASTROLOGI

Inſcriptio Sepulchralis.

Ich/ den in dieſer Grufft bedecken die Cypreſſen/
Hab allzeit das Geſtirn nach ieden Blick gemeſſen/
Jedoch es würde mich das ſchönſte Glück anwehn/
Wann ich nur dermahleinſt den Himmel könnte ſehn!

ASTRACHAN

Urbs ad oſtia Volgæ.

— — die Königliche Stadt/
Das Land das Ceres baut / Pomona liebt und hegt/
Das Bacchus um und um mit Reben überlegt!

M. Frid. Hildebr. Comp. Geogr. Cluver. Dec. XXIIX. §. 9. p. 153.

ASYLUM

Undè?

Dictum ab *α* privativo & verbo *συλάω*, rapio, prædor. Servius tamen Aſylum dictum mavult, quaſi *ἄσυρον*, à verbo *σύρω*, quod eſt traho, propterea quod indè avelli quempiam nefas eſſet. *Joſ. Laurentius, Polymath. ſeu varia antiquæ eruditionis l. c. Syn. V. p. 313. Eduard. Leich. Crit. Sacr. P. I. p. 211. a.* Eſt ergò *ἄσυλον* locus in quo peccatores inviti & ignari eò confugientes divina vel humana autoritate adverſus externam vim defenduntur. *L. Job. Mulmannus, Comment. in Cap. XX. Joſ. p. 577.*

Facinoroſorum.

Perpetuum Papa, ſicut Zoſimus P. R. olim vocatus. ap. *Geſner. de Cons. p. 209.*

Ex

Ex propositō delinquenti nullum.

Illis modò qui præter voluntatem, & fortituto aliquem occiderant, proderant asyla. Hinc dicitur Num. XXXV, 11. Qui nolentes sangvinem fuderunt, vel uti in Hebræo habetur: מַכֵּה־נֶפֶשׁ בִּשְׁגָגָה percutiens animam in ignorantiâ. Græcè: ἀκουσίως, involuntarie: In Græca Codicum Complutensium & Regiorum editione, præter ἀκουσίως, involuntariè adjicitur ἄνευ προνοίας sine providentiâ. *B. D. Georg. Mœbius, in Asylologiâ Sacrâ Diſp. II. Cap. III. §. 3.* Via enim delinquentibus aperiretur amplissima, si scirent, se confugiendo ad Ecclesiam (aut alia loca), delicti gratiam consequi posse. Papistæ *Jus Asyli* non tantum ipsi Ecclesiæ, sed & loco Ecclesiæ vicino per triginta vel quadraginta passus tribuunt, cœmeteriis, apud Episcopos, & nescio ubi non constituerunt, verum quod homines cuivis flagitio obnoxios, imò omnibus sceleribus coopertos tutentur, id mihi certe videtur longè indignissimum esse, & Romuli instituto, quam DEI legibus magis consentaneum, inquit *Masius ad Jos. Cap. XX. in Op. Angl. ſ. Crit. Sacr. T. I. p. 1870.* Detestatur ibidem, quod templa, cœmeteria, cœnobia, facinorosis & homicidis pro asylis concedantur, cui nequicquam *Tirinus* sanctitatem locorum prætendit, qui cum admittuntur ad sancta loca scelerati, nullus inde honor ad loca illa redundat, à quibus ipsi potius arcendi & fugandi essent: quamvis loca in se non sint sancta, sed χρηματῶς, ob præsentiam DEI sanctissimi, quæ nulli loco alligata, *in Jos. Cap. XX. p 688. b.* Laudandi ergò sunt Imperatores, qui cum propositâ immunitatis spe, multa facinora impudenter admitti, viderent, pertæsi nimiam licentiam, immunitatis asylorum jura abrogarunt, moremque exoletum antiquarunt. Sic Tiberius Cæsar Augustus & Heinricus VII. Rex Anglorum, fecit, teste Svetonio, Tacito, Polydoro ap. *Mülman. l. c.* Cum nemini hodiè delinquentium, etiamsi in flagrantissimo deprehendatur crimine, denegetur defensio, nec ullus causâ non satis auditâ rapiatur ad supplicium, quid opus erit, ad Ecclesiæ tutamen recurrere? Si DEus noluit tolerare ementes & vendentes in Ecclesiâ, sed eos ejecit, quantò magis non vult in Ecclesiâ receptari latrones homicidas & similes. *Excell. D. Strykius in Brunnem. Jus Eccles. Lib. II. C. II. p. 336. 343. seq. Salm. in Pand. P. I. T XXXII. p. 118. D. Brochmand. Syst. Th. Tom. II. Art. XVIII. Cap. XX. Cas. Consc. XXII. p. 85. 86. Matth. Wesenb. in Codic. Lib. I. Tit. XII. p. 26. Phil. Henr. Hœnonius Diſp. Jurid. Lib. I. Diſp. II §. 1. p. 30. D. Joach. Hoppius, in Exam. Instit. Imper. Lib. I. Tit. IX. p. 27.* Persius ultimus Rex Macedoniæ ex ipso templo raptus est ad supplicium, *Plutarch. IV.* Juxta leges Lusitaniæ nemo alium de industriâ, vel in duello occidens, aut percutiens istâ immunitate gaudet. *D. Botsac. M. G. p. 67. b. Conf. Deut. XIX, 12. Exod. XXI, 14. 1. Reg. II, 29. seq. 2. Reg. XI, 15.*

Crucis.

In Concilio Claremontensi A. C. 1093. *Can. 29. 30.* Si quis ad aliquam crucem, in viâ persequentibus inimicis confugerit, liber ac si in ipsâ Ecclesiâ permaneat. *Car. du Fresne Gloss. T. I, p. 1273.*

ASYLI

Jus apud Protestantes.

Inter hos templa & religiosæ domus etiam jus asyli quandoque habent, ut sine consensu Principis, vel qui ibi jura Episcopalia exercet, nemo extrahi possit. Sic Fridericus IV. Elector Palatinatus Manheimiæ hoc jus constituit; Fridericus Dux Würtenbergicus Fridenstadio civitati idem tribuit. Plura exempla exhibet *Mylerus ab Ehrenbach de Asylis Cap. VIII. n. 8. Nob. Joh. Frid. de Rheez. Instit. Juris publici Lib. II. Tit. VIII. §. 3. 4. 5.* Sed nemo facinorosorum inde securitatem consequitur, sed tunc demum prosunt, quando vis est manifesta judicis, vel omni humanâ ope destitutus est confugiens, cui tunc providere potest Ecclesia, ejusve Antistes, ne ad immeritum rapiatur supplicium. *Stryck. l. c.*

Stypes מִקְלָט

In viarum partitione ad Civitates Refugii erectus fuit stipes, in quo scriptum erat; מקלט ! מקלט ! Refugium ! Refugium ! *D. Joh. Adam Osiander, Diss. de Asylis Ebræorum §. 20. p. 17. seq. Joh. Lichtfoot Hor. Hebr. & Talm. Centur. Chorograph. Matthæo præmissa Cap. I. p. 208. Godwin. Mos. & Aar. Lib. II. Cap. IV. p. 399.* ut fugientem dirigeret in eam viam, quæ ad civitatem Refugii ducebat; Nec ullus homicida fugiens impediri debebat, sive שוגג, *Schogeg*, sive מזיד, *Mezid* esset, i. e sive casu & ignoranter, seu temere, & datâ operâ aliquem occidisset. Homicidæ ex civitate Refugii non licebat discedere, & ad suos redire, donec moreretur הגדול כהן summus Pontifex, Num. XXXV. 25. Jos. XX. 6. (& significata fuit vera illa libertas, quæ nobis per JESU Christi mortem acquisita fuit. Hic enim verus Pontifex maximus est Hebr. V, 6. seq. & per homicidas significantur omnis generis peccatores. His, nisi ille mortuus fuisset, nullus in cœlestem patriam, unde per Adami lapsum omnes ejecti eramus, patuisset aditus. Post ipsius ergo mortem omnibus datum est, eo remigrare,) Illo autem mortuo revertebatur homicida ad pristina officia, munia, dignitatem, & potestatem, si quam anteà habuisset, *P. Cunæus de Rep. Hebr. Lib. I. Cap. VII. p. 57. 58.* Tradunt quoque Hebræi Matres summorum Pontificum homicidis exulantibus sæpius munera misisse, & multa in eos beneficia contulisse, quo minus optarent mortem summi Pontificis. Ferunt enim summum sacerdotem eò citius mortuum fuisse, si homicidæ plures enixius mortem ejus à Deo precibus contenderent. Quod illis in pœnam divinitus accidisse referunt, ut plures fierent homici-

micidæ fugitivi, qui ipsius mortem optarent, si negligentius Pontificatum suum administravit. Istiusmodi ergo vota & preces homicidarum matres summorum Sacerdotum muneribus suis avertere conabantur. Fagius ad Num. XXXV. 6. in O. A. p. 1125. 1126.

Civitates ad Christum applicatæ.

D. Glassius *L. I. Philol. Sacr. Tr. III. Obs. XXI. p. 884.* ita scribit: Jos. XX, 7. 8. Civitates Refugii nominibus recensentur suis. Hæ sunt typus Christi, ad quem ceu tutissimum asylum contra maledictionem legis (ceu sangvinis & peccatorum vindicem) confugere possumus. Et quadrant etiam nomina, 1) קֶדֶשׁ à Sanctitate, Christus Sanctus Sanctorum Dan. IX, 24. seipsum pro nobis in sacrificium ἁγιασικὸν sanctificavit Joh. XVII, 19. 2) שְׁכֶם Sichem, humerus; Christi dominium super humeris ejus Es. IX, 6. & maximum is onus peccatorum, & iræ DEI portavit Es. LIII, 4. 5. 12. 3) חֶבְרוֹן Hebron, à societate & consortio, Christus naturæ nostræ consors Hebr. II, 14. & noster frater, sodalis & amicus amicissimus factus est Joh. XV, 14. 15. Hebr. II, 11. 13. Ab hac eadem voce est חַבּוּרָה plaga, livens tumor, quæ vox Es. LIII, 5. de passione Christi usurpatur, quod in tumore seu plaga ejus fiat sanatio nobis. 4) בֶּצֶר Bezer, h. e. aurum lectissimum Job. XXII, 24. index & nota thesauri, & auri cœlestis per meritum Christi nobis parti Apoc. III, 18. Bezer enim munimentum est. Christus vi meriti sui munitio nostra, & propugnaculum contra Satanam & omnes hostes, Ps. XIIX, 2. Ps. XXVII, 1. 5) רָמוֹת h. e. excelsitates, Christi exaltati, & ad dextram patriæ majestatis inthronisati character Ephes. I, 20. seq. 6) גּוֹלָן significat eum, qui revocatur seu manifestatur, à גָּלָה retexit. Christus aliquando manifestabitur & apparebit in gloriâ cœlesti venturus ad judicium 1. Thess. I, 7. 1. Tim. I, 6. 14. 15. 1. Pet. I, 8. & tum sequetur plenaria redemtio Luc. XXI, 28. Ah Domine JEsu, veni citò! *D. Mœbius l. c. Diss. II. C. III. §. 14. 15.* Alii adhuc specialius per istas refugii urbes Vulnera Christi tanquam in typo præfigurata fuisse scribunt, neque inconcinnè hoc monstrant. vid. *J. H. Ursin. in Adversariis Sacris p. 235. M. Bauman. in Anal. Typ. p. 618. & in Anal. Allegor. p. 511.* Fuerunt typi nominis JEsu *Id. Ib. p. 755. seq. Wilh. Zepperus Explanat. Legum Mosaic. L. I. Cap. VII. p. 43.*

ASYLORUM

Jus unde?

Originem quod attinet, variat ea apud diversas nationes. Romani Originem illam assignant Romulo, urbis suæ conditori, de quo *Lactantius* sic scribit *Lib. II. de Orig. erroris Cap. VII.* Cum is numerus (pastorum ex rure convocatorum) colendæ urbi parum idoneus videretur, constituit ἄσυλον, eò passim confuge-

fugerunt peſſimi quiq;, ſine ullo conditionis diſcrimine. Ejusdem rei meminit *Auguſtinus de Civ. DEI Lib. I. Cap. XXXIV.* Unde *Ovid. Lib. III. Faſt.*

Romulus ut ſaxo lucum circumdedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris.

Et *Virg. Æn. IIX. v. 342 ſ.*

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum
Rettulit &c.

Quod ideò Romulus fecit, ut haberet advenas plures, quibus Romam conderet. Unde *Cyprianus de Idolorum van.* Populus Rom. de ſceleratis & nocentibus congregatur, & aſylo conſtituto facit numerum impunitas criminum, ap. *Frid. Taubman. in hunc Virgilii locum p. m. 832. b.* Græci originem tribuunt *nepotibus Herculis*, qui metuentes inſidias eorum quos avus olim afflixerat, Athenis primum aſylum, quod fuit *Templum miſericordiæ*, extruxiſſe leguntur. Unde *Statius XII. Thebaidos:*

Fama eſt, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes,
Sic ſacraſſe loco commune animantibus ægris
Confugium &c.

Tamen ſunt, qui Thebarum conditorem *Cadmum* primum Aſylum aperuiſſe perhibent: Hos & ſimiles imitati gentium poſteri, multa loca progreſſu temporis fugientium ſaluti & immunitati conſecrarunt. Apud *Ebræos* verò longè ante omnes conſtituerunt DEI juſſu ἄσυλα lectiſſimi DEI viri, Moſes in tribus Deut. IV. & Joſue in aliis 3. urbibus. *Mülmannus l. c.*

ĂTEKNOI
Pro mortuis habiti.

Homerus hos Abios appellat, quaſi vitâ carentes. *Beroaldus Orat. in Nupt. Mediol. p. 27. D. Dan. Claſſen. de Orac. Gent. Lib. I. Cap. XIIX. p. 158.* Judæorum eſt proverbium: Vir ſine filiis, eſt ſine vitâ. *Th. Godwin. l. c. Lib. III. Cap. IV. p. 255. Pocockius in Not. Miſcell. Cap. VI. p. 150.* Et R. David Kimchi in Cap. 56. Eſ. ait, ſententiam eſſe antiquorum Judæorum, eum, qui non relinquit filium, eſſe tanquam excommunicatum à Deo ap. *Cregutum Revelat. Arcanorum Cap. III. p. 180.* Cui non ſunt liberi, perinde eſt ac ſi mortuus ſit, Judæorum eſt ſententia ap. *Fagium in Op. Angl. T. I. p. 250. Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. in Luc. c. IX, 60. p. 518.*

ATERGATIS

Filium ſuum, eò quod piſcibus ad inſaniam delectaretur, ἰχθὺν nominavit, quæ quidem poſteà à Mopſo Lydo capta eum Ichthyo filio in lacu Aſcaloni vicino demerſa & ſuffocata eſt, ob ſuam inſolentiam, & injurias multis illatas à piſcibus devorata. *Dan. Goil. Mollerus Diſſ. Hiſt. de Fatalibus Perſonarum Nominibus §. 5. p. 9. Cæl. Rhodius L. A. L. XXIII. C. V. p. m. 161.*

ATHA-

ATHABALIBA
Incredulus.

Peruanæ provinciæ Regem Athabalibam accepimus è Commentariis *Urbani Calvetonis Lib. III. Cap. III.* ex historiâ novi Orbis Italicâ Hieronymi Bentzonis descriptis, cum Vincentius de Valle-viridi, Ordinis Dominicani Monachus è comitatu Ferdinandi Pizarri Hispani, compellasset per Interpretem, pareret jussibus Romani Pontificis, cœlestis Servatoris Vicarii: abjuraret fœdos ac Diabolicos errores: sacra Christianorum agnosceret: audiret legem DEI, (sic namque breviarium suum vocabat) cujus inter alia hæc quoq; sit sententia: CHRISTUM (cujus crucifixi imaginem manu præferebat) è cœlo descendisse, ut assumtâ humanâ carne in utero virginis, in cruce mortem obiret pro peccatis generis humani: Barbarum Regem alto supercilio atq; risu damnasse hæc sacra, negasse abjecturum se pristinam ac adultam religionem, ac si ipsi in CHRISTUM crederent, qui cruce mortuus esset, se in Solem credere, qui nunquam moreretur. *D. Joh. Georg. Dorschæus in Admirandorum JEsu CHristi Septenario Diss. IV. p. 379. 380.*

ATHABALIBÆ
Maximum redemtionis λύτρον.

§. 1.

Franciscus Pizarrus, seu Pizardus Peruanam Regionem CL. peditibus, pauciscq; equitibus occupavit, ac multa millia incolarum occidit, ipsumq; Regem Attabalibam, licet XXV. millibus suorum cingeretur, cepit, & incredibili pondere auri, ad XV. milliones, extorto, contra datam fidem interfecit. Obtulerat Attabaliba Pizardo lytri loco tantam auri argentiq; vim, quantam conclave caperet, in quo servabatur, ad lineam usque, quam ipse rubricâ per totum conclavis ambitum duxerat, ut brevi repleretur. *Buno ad Cluv. Geogr. L. VI. Cap. XIV. p. 673. E. G. Happelius Thesaur. Exot. p. 108.*

§. 2.

Es hatte dieser Athabaliba (sonst auch Athagvalpa und Attaliba genannt) der letzte König zu Cusco in West-Indien/ drey Haupt-Häuser voll Gold-Klumpen/ und noch fünffe/ darinnen 100000. geschlagene Gold-Bleche/ iedes für 50. Goldgülden verwahret gelegen/ zu eigen. War ein grosser Reichthum! So war es auch ein sehr kostbares Lösegeld/ welches die Dänen für ihren König/ Sven Tiuskey, (den 17. König in Dennemarck) welcher von denen Feinden zu dreyen unterschiedenen malen gefangen worden/ erleget. Das erstemal haben sie so viel Gold für demselben gegeben/ als der König in seinen Harnisch und Waffen gewogen/ und die ander beydemal so viel Silber/ so schwer/ als er gewogen. Die erste Rantzion ist aus der Schatz-Kammer ge-

haben worden; die andere aus Verkauffung aller seiner Eigenthums-Güter; die dritte von den Weiber-Schmuck und Ketten / welche das Frauenzimmer durch das gantze Königreich hergegeben. Cranz. Hist. Dan. Lib. IV. Cap. XXII. ap. *D. Willium* im *expedi*ten Leichen-Pred. *P. II. p. 328.*

ATHANASIUS
Symbolum suum fecit ebrius.

Græcorum quorundam scomma in Athanasii Symbolum dicentium: Athanasium ebrium fuisse, cum hoc Symbolum concinnaret. *Acta Erud. Lipsi. An. 1682. mens. Maj. p. 214.* Sed rectè ab immortalitate nomen habet; Sicuti enim ipse *Athanasius* à Patribus PROPUGNACULUM VERITATIS appellatus est:] Ita quoq; Symbolum ejus verè arx invicta veritatis fuit, cui, quamdiu Sol & Luna stabit, nihil ab interitu periculi erit. *D. Christ. Matthiæ Th. H. T. P. p. 668.* Vocatur Athanasius à Nazianzeno tuba ingens urbis oculus, Sacerdotum archisacerdos, doctor certaminum, vox magna, fidei sustentaculum; Ab Epiphanio: Pater rectæ fidei; A Basilio: Ecclesiasticarum infirmitatum à Domino medicus constitutus, & Pater Spiritualis ap. *Micral. Hist. Eccles. L. II. S. II. Q. IV. p. 323. Edit. Harin.* Athanasii autem pueri, pueros ad mare baptizantis baptismum esse falsum & fictitium probat *D. D. Joh. Andr. Schmidt, de Puero Athanasio baptizante per tot.*

ATHANASII
Vita mutabilis & miserabilis.

Cursus vitæ & actionum Athanasii per totum officii Episcopalis spatium valde mutabilis & miserabilis quandoque fuit, (Arriani enim in caput ejus conspirarunt, hinc tot vitæ pericula subire, tot molestissima & remotissima exilia perferre, tot ac tantas calamitates, & quasi toties mortem, sustinere ipsum oportuit, adeoq; non immeritò ad ipsum accommodavit vocem divinam ex Act. IX, 6. Ego ostendam ei, quanta pati debeat pro nomine meo, *Ruffi. Lib. I. H. E. Cap. XIV. p. m. 201.* Henricus Engelgrav. *in Cæl. Empyr. P. II. v. 562. seq.* ad Xaverium Indiarum Apostolum accommodat), ita ut meritò a *Matthæo Dresserо Prof. quondam Lipsiensi, in suâ Isagoge Historicâ Millen. V. p. 97.* haud dissimilis Comœdiæ fuisse dicatur; Sicut enim in qualicunq; comœdiâ actus quinq; proponi solent, ita & cursus vitæ & officii Athanasii quinq; variis exiliis erat peractus; In exilium quippè actus à Constantino M. Constantino II. Constantio Juliano, Valentiniano & Valente. Vid. *M. Andreas* Keller / *Exercit. Histor. de Athanasio Aphorism. XI. seq.*

Monumentum.

Tot exiliis afflictus Athanasius, tandem paucum illud temporis, quod ab ultima

timâ ejus restitutione reliqvum erat, in tranquillitate Alexandriæ consumsit, donec seculo quarto jam senescente, cum præfuisset Ecclesiæ annis quadraginta sex, placidâ morte ex hac vita ad portum cœlestem properavit, magnum sui desiderium & admirationem posteris relinquens. Mirandum autem est, quod Athanasius, contra quem totus penè orbis, sub tot Imperatoribus conspiravit, violenta morte extirpari non potuerit, sed in pace & quiete tandem obdormivit ætate confectus. vid. *Ruffin. Lib. II. Cap. III. Socrat. Lib. IV. Cap. XX.* Nauta enim erat DEI constantissimus variis procellis in navi CHristi pressus, quare & ultimi honoris monumentum Athanasio, quod sæpe dixisse fertur, ponimus:

Nauta tuus sum JQVA, tua circumvehor arca,
Ad portum propero, quis mihi portus erit? **Haller l. c. Aph. XX.**

AUCUPIUM DEI

Duplex, 1) *justitiæ*, quo irretiuntur peccatores, Amos III, 5. & 2) *gratiæ*, quo capiuntur Turdi, deliciæ DEI & Angelorum. *Martialis:*

Inter aves Turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes gloria prima Lepus.

Hi visco amoris & fidei adhærescunt. Indè pingi solet CHRISTUS cum virga vicata aucupis instar, cum epigraphe:

Ein Vogelfänger bin ich; Meine Hertzen fahe ich!
Auceps sum, visco illaqueans, sine crimine, mentes.

J. H. Ursinus Arboret. Biblic. S. II. Cap. XV. p. 238.

AVE MARIA (Salutatio ista Angelica Luc. I, 28.) Potestnè retineri & enunciari?

§. 1.

Potest, & non potest. *Potest* quidem in usu pio. Etenim illam nobis simpliciter enunciare est integrum in recordationem Incarnationis Filii DEI, ut quæ nobis ista peperit beneficia recolamus; *Non potest* autem usu impio. Sunt enim homines superstitiosi, qui istam salutationem in precationem idololatricam convertunt, opinantes, ejus crebra repetitione omnis generis mala averti, gratiam DEI, & remissionem peccatorum impetrari. At hallucinantur isti quam turpissimè: nam *salutatio* est, non *precatio*. Et si salutatio in precationem mutari potest: certe Angelus Mariam adoravit, quia istam salutavit & dixit: AVE MARIA; Certe discipulos suos adoravit Christus, quia istos salutavit, ac dixit: Pax vobis Joh. XX, 20. 27. certe discipuli domum adorarunt, quia istam salutarunt, & dixerunt: Pax isti domui Luc. X, 6. At hæc sunt absurda. Ergò & illud. Cæterum

si ista salutatio eo, qui Papistis est familiaris, modo repeti deberet, utiq; Apostoli illam ipsam sic iteràssent. At consequens non est; Percurre enim omnes Apostolorum Epistolas, & vide, num semel ista sint formula usi. Ergò nec antecedens. *M. Jac. Reneccius Panopl. T. IV. p. 45.*

§. 2.

Salutio hæc 1) à Dæmonis offensis & discriminibus liberat. 2) Ipsos Dæmones à nobis procul expellit. 3) Miracula circa mortuos efficit. Bromiardus Tom. II. Summ. Prædicator. C. III. §. 11. 12. Fiat mihi, verba Mariæ ita exaggarat *Salazar. in C. IIX. Prov. Num. 274* Deus ad hominem condendum haud satis esse duxit suum ipsius *Fiat*, opus omnium maximum, scilicet incarnationem CHristi per *fiat* Mariæ absolvit, ita ut quemadmodum suum ipsius *fiat* Mariæ *fiat* postposuerit. Hæc Salazar satis erroneè, ne dicam blasphemè. *D. Botsac. Mor. Ged. p. 584. b.*

§. 3.

Ave Maria gratiosa, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres! Hanc salutationem celebrem, quâ Angelus Evangelicus, optimi ominis faustissimus præco, B. virginem DEIparam affatus, festivitatum Christianarum radici, quæ ab annunciatione Mariæ in fastis nomen habet, primam radicem posuit, hodiè iterare, nulla est religio, quæ prohibet; est, quæ in laudes cœlitum ardet, èque sanctorum gratiis, virtutibus, exemplis numen celebrare, ac cœlestem gloriam gratulari jubet. Igitur, ô Maria, virginum flos illibate, virgo puerpera, virgo DEIpara, virgo mater, virgo Nazaræa, Nasaræa Corona, seu quia gentis nostræ decus, delicium, principem genuisti. Virga gratiosa, non precio Tui, sed DEI benignitate in hanc incomparabilem gratiam evecta, ut terra esses illa impluvia, nullo anteriori seminio imprægnata, quæ secundum Adamum eniteretur; Paradisus, in quo arbor vitæ plantaretur; mons non incisus, è quo fatalis ille lapis, omnium regnorum conculcator, excideretur: ut aula esses, quam Regi, templum, quod DEO, thalamus, quem sponso Spiritus Sanctus consecraret: fieres patris tui mater, alumni alumna, immensi mensura: intuerere prima, quem tot calidis gemitibus tot Reges, Patriarchæ, Prophetæ videre, sed frustra, gestierunt; audires prima vagitum, risuum conciliatorem, dormienti DEO caneres, vigilanti colluderes, ridenti arrideres, puerum Doctorem, ab aratro Sophum stuperes; & quod gratiarum caput est, *crederes.* DOMINUS Tecum in humanâ formâ h. e. tua necessarius; in utero accubuus, in sino affixus, in domo assiduus, in scenâ commilito, in viâ comes, in cruce consolator, in omni vitâ socius, Immanuel primum tuus, post omnium fidelium. BENEDICTA TU IN MULIERIBUS, omnium nationum, omnium seculorum carmen futura, quod è terrâ ad vepreta, sentes, paliuros damnata rosam edideris, omnium fœtorum medicinam, benedictionum fontem. *Ecce ex hoc beatam te dicent omnes generationes!* beatam gratiis,

tiis, beatam virtutibus, beatam exemplis, beatam illo ipſo, quem ad cor penitiſſimè admiſiſti, gladio, adque conſangvineum filii ſangvinem in ligno crucis litatum horruiſti. Mater Martyr, tot paſſa plagas ad triſte ſpectaculum

— — — quot ſeptem tela pharetræ,
Quod potuêre arcus emittere ſpicula ſeptem:
Quæ ſtipata meat ſpinis bicoloribus hiſtrix,
Non ſuper armato tot fert hoſtilia tergo.

Virgo gratioſa, *Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.* AVE! pax tibi non erit, ſed eſt! Salve in Filio, non puerulo amplius, tuis brachiis innixo, ut ineptuli pingunt; ſed viro, ſed Rege, ſed Domino: gaude, in cœlitum choris pars præcipua; in epiniciis præcantatrix, dux agminum triumphantium. *E. D. Danh. Homil. Sacr. XV. P. I. p. 485. ſeq.*

AVE

Non dicendum Peccantibus. 2. Joh. v. 10. 11.

Peccantibus ad mortem Johannes in ſuis Epiſtolis ne *Ave* quidem dicendum monet. אישר vulgari lingvâ dicunt. RR. ſancto cuidam viro de Caphar Immi obviam facto dixerunt אישר h. e. *Ave*: is verò ne verbum reſpondit. R. Chinna bar Papa & R. Sam. bar Nachman præterierunt quendam agrum ſuum arantem in ſeptimo anno (h. e. anno relaxationis), dixit ei R. Samuel אישר *Ave*. R. Chinna ait: Nefas eſt ei *Ave* dicere, qui fundum ſuum aratro turbarit in anno ſeptimo. *Lightf. in Ep. Job. trinas p. 117. 118.* Eſt autem Ave, quando ſalutantis eſt, non ab aveo i. e. cupio, ſed Punicum חַיִּי eſt vive; In ſalutatione itaque eſt חַיִּי vive, i. e. ove. *M. Mart. in h. v. conf. omninò B. Calov. Bibl. Illuſtr. in h. l. p. 1683.*

AVELLANA

Seu potius Abellina ita dicitur ab Abellino (Avellâ) Campaniæ Oppido, ubi quam plurimæ crevêre *M. Joh. Coleru. Oeconomiâ Ruruli & Domeſt. L. VI. Cap. XXXI. p. 218.*

AVENA

Pro fiſtula.

Virgil. Eclog. I. Sylveſtrem Muſam tenui meditaris avenâ. Sylveſtrem Muſam i. e. ruſticum carmen; tenui avenâ i. e. fiſtulâ, per Synechdochen, vel Stylo bucolico, per Metaphoram. *Matth. Dreſſerus, Rhetor. Lib. III. p. 755.* Ad hanc *tibiam calaminam* reſpexit *Martialis Lib. VIII. Ep. III.*

Anguſta cantare licet videaris avenâ,
Dum tua multorum vincat avena tubas.

Et *Tibullus Lib. III. El. IV.* Sed pellucenti cantus meditabar avenâ. *Frid. Taubmannus, in hunc Virgil. locum p. 7. a.*

AVE-

AVENÆ

Præſtatio pro Cabaliis Caballacum, Cavallaticum vocatur. *C. du Freſne, Gloſſ. T. I. p. 665.*

AVENAM

Equi quam excolunt minime deguſtant.

Aut nihil, aut modicum de frugibus ore cabalius
Percipit, ex Domini quas reparavit agris.
Applicatio.
Impoſitum munus quo quis fidelius urget
Semper eo munus percipit ille minus.

Sal. Kuſelius, Horar. Succiſ. Lib. p. 167.

AVENA

Privatus quidam totum exercitum ſuſtentat.

Als Sultan Amurat Bagdet belagert/ hat ein Mann zu Chaouqueu ſo viel Haber gegeben/ als die gantze Armee für einen Tag vonnöhten gehabt/ zur Vergeltung deſſen hat der Türckiſche Käyſer ihn/ und ſeine Kinder/ ſo lang ſie leben/ von allen Auflagen befreyet. *Tavernier. H. O. Lib. I. Cap. I. p. 7. b.*

AVENIO

§. 1.

Seu *AVIGNON*, urbs Pontificia in Galliâ, de quâ inter alia memorabile, quod potiora ejus omnia numero ſeptenario conſtent, qualia VII. templa Parochialia, VII. Canonicorum Collegia, VII. Xenodochia, VII. virginum Monaſteria, VII. Patrum Conventus, VII. Portæ, VII. Palatia, unde ſepties ſeptena exeunt. *D. Beeman, H. O. T. P. I. Cap. VI. S. I. §. 12. p. 174.* Huc ſedes Pontificia per Clementem V. Papam Româ translata eſt, eò quod Romani Nepotem ejus ob nefanda ſcelera ante palatium Papæ ſuſpendiſſent. *M. Frid. Hildebr. Comp. Geogr. Cluver. Dec. 10. §. 6. p. 45. 46.*

§. 2.

Auſſer denen verſchiedenen Hertzogthümern und Herrlichkeiten/ ſo dem Päbſtlichen Stuhl in Italien zugehören/ beſitzet derſelbe auch erſagte Stadt und Grafſchafft in der Frantzöſiſchen Landſchafft Provence belegen. Das Land an ſich ſelbſten hat der Pabſt Innocentius III. Graffen Raymundo von Tolouſe Anno 1212. abgenommen/ die Stadt aber hat erſt im XIV. Seculo den Päbſtlichen Scepter geküſſet/ deſſen Urſache Boxhorn. in Hiſtor. Univerſ. p. 708. anführet. Nach der Zeit/ nemlich von Anno 1305. biß 1377. haben in dem Schiſma-

Schismate Pontificio 7. Päbste ihre Residence daselbsten auffgeschlagen: Die Ursache der Translation von Rom dahin / soll nach Anzeige Moraxi in Mysterio iniquit, gewesen seyn / weiln dasige Päbste von den Rath und Proceribus zu Rom etwas despectirlich gehalten wurden / zu Avignon aber grössern Respect und Freyheit hatten. Die Stadt betreffend / wird selbige von dreyen Flüssen / Rhodano, Druentia und Sorga bestrühmet / und pranget mit einer steinernen Brücke über die Rhone; Das Land wird seiner fruchtbaren Situation halber Deliciarum terrestris Paradisus genennet / weiln es die beste Land-Art von Italien und Franckreich seyn soll. Die Universität / welche Anno 1307. allda fundiret worden / befindet sich in gutem Flor / und ist eine Teutsche Mutter verschiedener gelehrter Leute gewesen / wie denn vor andern Paulus Castrensis und Andreas Alciatus gebohren / und berühmte JCti gewesen. Bey erfolgten Erweiterungen zwischen den Päbstl. Stuhl / und den Frantzösischen Hofe / ist es mehrentheils von den letzten occupirt, nach den Frieden aber iedesmal restituiret worden / wie unter der Regierung Alexandri VII. An. 1664. und unter der Herrschafft Innocentii XI. An. 1688. geschehen. *Autor. Rel. ex Parn. An. 1701. N. XL. 20. Maji.*

AUGURES

Genus hominum, ut Politicorum quidam inquit, cum fallax sperantibus, tùm infidele imperantibus ap. *Virgil. Malvezzi de Persecutione Davidu p. 113.* Dicti sunt ab avium garritu, nempe ab ave & garrio, vel ab avibus & gerendo, ut aliis placet, ut sit augurium quasi avigerium. Nam ex avium garritu, volatu, gestu, gustatu augurabantur, vel futura prædicebant; Sicut *auspicium* ab avibus speciendis, quia prisci augures dicebantur avem specere i.e. aspicere, & contemplari, ut habetur ap. *Varronem de Ling. Lat. l. 5. 4. Sam. Bochart. Hieroz. L. I. C. III. p. 19.* Genera eorum quinq; erant; 1) E cœli fulminibus tonitruisq; ducebatur. 2) Ab Avibus. 3) A pullis. 4) A quadrupedibus. 5) A diris, h.e. rebus præter morem, rationemque evenientibus. Auspiciorum itidem tria erant genera. 1) Avium inspectio. 2) Observatio de Cœlo. 3) Animadversio tripudii, quando scilicet vescentibus pullis aliquid ex ore relapsum est, ut terram paviret, i.e. feriret: quod tripudium solistimum dicebatur. *Matth. Dresserus Isagog. Histor. P. I. Millenar. IV. p. 396. 397.* Sed de hac augurandi ratione exstat DEI judicium Lev. XIX. Devt. XIIX. Et quanti facienda sit Mossolamus Judæus, vir sapientissimus demonstravit. Is enim cum in bello esset, & vates quidam, dum iter facerent, statim jussisset omnes consistere eatenus, quoad ex ave proxima augurium captaret, tacitus sumto raptim arcu, ac emissis sagittis avem interemit. ac vati, & nonnullis aliis id indigne ferentibus, quid furitis, inquit, mali Dæmones? hæc enim avis

suæ

suæ ipsius salutis nescia, nostri itineris eventum nobis potuerit prædicere? Si enim præscire futura potuisset, in hunc locum nequaquam venisset, metuens ut sagittis à Mossolamo Judæo peteretur. *Joseph. Antiq. Lib. I. contr. Appion. ap. Heidf. C. VI. p. 128. conf. Bartbol. Anborn. Migiolog. Part. I. C. III. §. 1. p. 139. seq. G. Casp. Kirchmaier. Philologema de Auguribus Romanorum per tot. Andr. Dom. Floceus de Potest. Rom. Lib. I. C IV. p. 153. Pomponius Lætus de Sacerdotiis Rom. Lib. II. Cap. V. p. 271.*

Artem suam exercere prohibentur.

Augures & Aruspices, qui ex monumentorum, vel exterorum inspectione, item ex avium garritu pronunciabant futura, item, qui dicebant, quo puncto aliquid sit inchoandum &c. tales omnes prohibentur, hanc superstitiosam artem suam exercere, &, si divinandi causa alterius ædes accesserint, concremandi sunt. Is verò, qui Aruspicem advocaverit, bonis omnibus ademtis, deportandus est. Imò quicunque hanc artem divinatoriam professus fuerit contra Leges Imperatorias, gladio puniatur; quâ severitate tunc in tanta Aruspicum copiâ opus fuit. Et hodiè etiam qui fœdus expressum cum Satanâ non pepigerunt, nec alicui nocuerunt, sed solummodò arte Diabolicâ divinare conantur, in Chrystallino Speculo Dæmonem interrogantes & responsa accipientes, debent propter *Legem Nullus 3. & L. Nemo V. Cod. Lib. IX. Tit. XVIII. de Maleficis & Mathematicis* &c. & Exod. XXII, 18. Levit. XX, 6. supplicio capitali affici, tradente hoc *D. Carpz. P. I. Q. L. n. 37. seq. & Struv. Syn. Jur. Civ. Exerc. XLIX. §. 60. seq.* Cæteri superstitiosi qui certis verbis utuntur, vel sigillis vel characteribus, amuletis superstitiosis &c. illi pœna extraordinariâ carceris vel relegationis puniuntur, & Clericis melius informandi causa traduntur, tradente *Carpz. d. quæst. n. 49. seq. D. Joh. Brunnem. Comment. in Cod. Lib. IX. T. XVIII. p. 1110.*

Impostores.

Augures similes sunt Impostoribus, qui Mathematicorum liberali nomine adumbrantes suas ineptias, profitentur se fata cujusque nosse, & natalitias siderum observationes. *Gothof. ad Lib. X. de Episc. audient. ap. Joh. Calvin. in Medulla Lex. Juridicis in b. v. p. 122. A.*

AUGURIUM
Ab hectore explosum.

Ita hic apud *Homer. Iliados μ.*

Aligeris avibus tu me parere jubes nunc,
Quarum nulla mihi cura aut respectus, utrumne
Ad dextram Eoi veniant mihi Solis ad ortum,
An lævam, ad Solem occiduum, noctisque tenebras.

Verum

Verum nos Jovis arbitrio parere neceſſum eſt
Altitonantis: hic Imperium tenet unus in omnes,
Quotquot mortales, quotquot ſunt morte carentes.
Una avis optima, pro patriâ pugnare tuendâ.

Quo peſtremo verſu etiam Epaminondam Thebanum uſum fuiſſe *Diod. L. XV.* teſtatur, ante Leuctricam victoriam. Ita Q. Fabius Maximus augur. ap. *M. Tullium Lib. de Senectute*, dicere auſus eſt: Optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reipubl. ſalute fierent: quæ contra Rempubl. ferrentur, contra auſpicia ferri. *Emſmus in Adagiis ap. Zwinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1549. 1550.* Dn. Georg. Caſp. Kirchmaierus *in Comment. ad C. Taciti de Germ. Cap. X.* paganæ hujus ſuperſtitionis originem refert ad Noachi hiſtoriam, cui *columba* ac *corvus* ex arcâ emiſſi ad cognoſcendam aquarum diluvii defluxum anſam dederint.

AUGUSTANA CONFESSIO
Ab Auguſto Cæſare.

Auguſtanæ Confeſſionis (cujus origines ab Auguſto Cæſare ejusq; deſcriptione orbis, Luc. II. quidam Candidatus deduxit ap. *D. Joh. Frid. Mayer. Diſſ. Select. p. 416.*) nomen & fuit omen. Ab Auguſtâ enim Vindelicorum urbe (in qua aliquando numerati ſunt pannifices 12325. *M. Frid. Hildebr. Comp. Geogr. Cluver. Dec. XV. §. 4. p. 74.*) nomen divinâ providentiâ accepit, ut AUGUSTANA appellata ſit. Quod nomen ei fuit omen. Voluit namq; DEus eo ipſo inſinuare, quod *Religio Lutherana*, in Auguſtanâ Confeſſione comprehenſa, ſit verè AUGUSTA, perq; totum terrarum orbem admirabili incremento propagata. Quemadmodum olim *Symbolum Nicenum* & nomen & omen habuit. Nam ἀπὸ τῆς νίκης h. e. à victoriâ nomen accepit. *D. Chriſt. Matthia Th. H. Th. Pr. p. 668.*

Ab omnibus fuiſſet recepta, niſi obſtitiſſent Jeſuitæ.

§. 1.

Fremant autem hi, & tumultuentur contra eandem quantum poterunt! Contra omnes hæreſes hactenus triumphat, & in poſterum σὺν Θεῷ triumphabit VERITAS ANTIQUISSIMA CHRISTIANA LUTHERANA, de quâ Eques Hiſpanus, Antonius de Sandoval, *in Epiſt. ad Philip. IV. Hiſp. Reg.* non pauca Pontificiorum citat teſtimonia, quorum ſumma: Certum quidem eſſe, quod Lutherani ſalventur, nolle tamen idipſum aliis revelari. Memorat idem, Jeſuitam Batavum Henricum van der Linden dixiſſe: Ipſe Papa, & tota quaſi Eccleſia Rom. imò univerſa Germania & Gallia, & Cardinalis Mazarinus voluerunt admittere *Confeſſionem Auguſtanam*; Nos verò Jeſuitæ cum aliis paucis nos oppoſuimus, vicimusque. *D. Andr. Olear. Diſp. Sol. de Lumine Gentium ex Luc. II, 32. in Concluſione.*

§. 2.

Aſt bona verba quæſo! Etiamnum hodiè omnia ſurſum deorſum miſcete! Principes Evangelicos in caſtra veſtra trahite! De funditus extirpandis Proteſtantibus conſilia inite! Irridet, qui in cœlis eſt, conſulta veſtra, uti hoc ipſum non immeritò conſolationis loco Lutherus G. Spalatino, cum ille in Comitiis Auguſtanis anno 1530. verſaretur, ſubjecerit. Vid. *Hiſt. Conf. Aug.* Bello Smalcaldico victi quidem Principes: ſed ut quidam dixit: Cauſa manſit eadem, h.e. triumphavit Evangelium, & porrò cum DEO TRIUMPHABIT. *Abr. Sulzerus Id. Conc. D m. .35.* Utinam Principes Catholici meliora de nobis, ac noſtrâ Religione edocti eſſent, plurimis enim de eâ non magis conſtare puto, ac olim Baroni de Cleron, qui D. Jacobo Andreæ, Religionem noſtram ipſi exponenti, reſpondit: Hæc tibi prius inaudita fuiſſe, pleriſq; etiam in Galliis ignota. *Colloq. Montpelgarienſe f. 3.*

§. 3.

Alphonſus Cæſaris Cancellarius Hiſpanicus, Auguſtæ in Comitiis A. 1530. ad Philippum Melanchthonem ita: Longè aliter, *inquit*, Philippe, in Hiſpania de vobis fama tulit, quam ex Confeſſione veſtra intelligimus: Multi nobis perſvaſerunt, vos negare Trinitatem, de CHRISTO & Maria impiè loqui, Sacramenta corrumpere, cœnam Dominicam convivii profani more adminiſtrare, Magiſtratum contemnere, libidines ſtabilire &c. Et memorabile eſt, quod ſcribit *D. Lutherus in Præfatione Articulorum Smalcaldicorum*, de Doctore ex Galliis miſſo: Palam, *inquit*, nobis indicabat ille, Regi ſuo certius perſvaſum eſſe, apud nos nullam eſſe Eccleſiam, nullum magiſtratum, nullum conjugium; ſed promiſcuè omnes pecudum more vivere pro arbitrio. Unde patet, quantis fuerit Eccleſiarum Proteſtantium doctrina onerata calumniis apud adverſarios. Si candidè Principibus Pontificiis dogmata noſtra proponerentur, aliud de nobis judicarent, & ſine dubio æquali clementiâ, quâ Ferdinandus I. meliora edoctus, quondam Lutherum, ipſi nos quoque dignarentur. *D. Joh. Brunneman. de Jure Eccleſ. Lib. I. Cap. II. §. 33. p. 30.*

§. 4.

Epiſtola FERDINANDI, REGIS Romanorum de veritate doctrinæ Evangelicæ per D. MARTINUM in lucem denuo productæ, prout ea habetur apud *D. Polycarpum Lyſerum*, Concionatorem Electoralem Saxonicum Auſicum, in libello contra *Greizerum* Jeſuitam: & apud *Hemmelidium* Tom. I. Reichs-Satzung, p. 174.

FERDINANDUS, DEI GRATIA Romanorum, itemq; Hungariæ & Bohemiæ Rex. Quanquam Vir honeſte, docte arq; devote, antehac, cum in Germaniam veniremus, & primum principalem, mox etiam, divina clementia ſic diſponente,

nente, Regiam capesseremus gubernationem, scripta, quæ isthoc & proximè insequenti tempore edebas, doctrinaque tua, minimè nobis probarentur, sed potius concinatorum ac confessionariorum quorundam nostrorum assertione persvasi, isthæc ceu hæretica, perversaque, ac Romanæ Ecclesiæ decretis statutisque adversa, minimeq; congrua damnaremus; non supersedimus tamen per annos duos proximos abhinc libellis quibusdam tuis, præsertim verò expositionibus Psalmorum, eorum maximè, qui de regio ac principali regimine tractant, legendis tantum, quantum cæteris nostris gravissimis negociis succidere licuit, temporis impendere. Cui insuper accessit, quod non ita pridem unus è Confessionariis nostris, ordinis Parvisiorum, quem ex Hispaniis nobiscum adduximus, fatis piè defunctus, paulò ante obitum suum nobis ad se vocatis confessus est, quomodò nos hucusq; seduxerit, neq; veram ad æternam salutem viam ostenderit, orans & obsecrans, ut noxam hanc ipsi clementer condonaremus, atq; deinceps unà regnis nostris, Principatibus atq; Provinciis salvificam S. S. Evangelii doctrinam, quod per te fideliter doceatur, atq; in lucem proferatur, absq; morâ recipiamus, nec non carissimo Domino nostro ac fratri Romanorum Cæsari, Ducem nos atq; autorem, idem ut Majestas ipsius atq; fraternitas faciat, præbeamus; hoc enim pacto tanto lætius sese atq; lubentius seculo huic valedicturum. Præterea cognovimus quoq; à Consiliariis nostris, Regniq; nostri fidelibus, Generosis atq; nobilibus *Johanne Offlngio*, Cancellario Bohemico, & *Andrea Ungnad*, utrisq; Baronibus, qui præcedenti autumno Torgi, & concioni tuæ interfuere, & tecum coram collocuti, quod tum temporis dignum Christiano homine sermonem habueris, præsertim de bonis operibus, facto inter hæc discrimine satis bono, nec non quo cætera doctrinæ tuæ, & quibus ea nitatur argumentis, scitam iis rationem reddideris. Hisce igitur & aliis de causis professioni Christianæ convenientibus, maximè verò, quod Papam & Clerum ejus, quorum ordinem, doctrinam & vitam (quantum nonnihil è scriptis tuis cognovi) multis modis graviter taxas, adeò pusillanimes, & (quod omninò fatendum) imparatos, firmaq; defensione destitutos deprehendimus; animus noster, quo antea in te fuimus satis infenso, clementior nunc erga te factus, atq; (pro quo æternas Deo gratias agimus) eò nunc conversus, ut jam doctrinam tuam, dummodò Scripturis Biblicis atq; divinis constanter inhæreas, neq; seditiosi quid, aut quod contra CHRISTUM sit, eidem admisceas, benè ferre ac tolerare queamus. Siquidem nunc demum (proh dolor) satis deprehendimus, Papam, ejusq; assecias hucusq; suo tantum commodo studuisse, & siliquas nobis pro frugibus distribuisse, ac venditasse. Quamobrem animum induximus, hujus, ut & aliorum quorundam permagni momenti negociorum causa, paucos intra dies, ad præmemoratam Cæsaream Majestatem, Dominum fratremq; nostrum longè dilectissimum, legationem insignem, quæ

S.S. Evangelicæ doctrinæ benè faveat, in Hiſpaniam mittere, atq; cum iſta de rebus hiſce, quo prædicti Confeſſionarii noſtri, piæ memoriæ, narratione, precibusq; & propria noſtra ex libris tuis hauſta iſtarum noticia, diligenter agere, ſedulaq; cohortatione conniti, quo dilectionem ipſius, ita uti minimè dubitamus, in eandem adducamus nobiſcum ſententiam. Sin verò à Majeſtate ejus id impetrare haud licuerit, decrevimus nihilominus, tanquam Romanorum Rex (parum morantes illud, quod Papa meditatur Concilium) Comitia imperii univerſalia opportuno quodam in loco conſcribere, ac cum Ordinibus, Civitatibusq;, te atque aliis ſacrarum literarum peritis in conſilium adhibitis, eniti, quo fidei ac religionis articuli ad normam divinæ veritatis in unanimem denuò redigantur conſonantiam. Hæc ſunt, quæ per clementi animo ſcire te voluimus, quo interim in veritate tanto ſtrenuè magis operari, cœptaq; perficere pergas. Dabantur in Comitatu noſtro Tiroli, in oppido noſtro Oeniponte, primo Februarii, anno 1537. Regnorum noſtrorum Romani 7. Reliquorum 12.

FERDINANDUS.

Honeſto doctoq; ac devoto noſtro, ac Sacri Imperi fideli dilecto Domino MARTINO LUTHERO, Sacrarum Literarum Doctori Wittebergæ.

D. Chriſt. Matth. in Theat. Hiſt. Theor. Pract. p. 1056. ſeq.

In Auguſtanam Confeſſionem Reges Suediæ jurant.

Ita enim tenor Decreti Comitiorum: Conſpiravimus, nos univimus & conſtitimus, quod in poſterum ad hujus Regni gubernaculum neminem ſublimaturi ſimus, qui unius nobiſcum non erit Religionis, atq; proindè quicunq; Principum Hæreditariorum à puro DEI verbo in Propheticis & Apoſtolicis libris comprehenſo, ſicut à verâ & genuinâ *Confeſſione Auguſtanâ* Carol. V. Imp. A. M DC XXX. in Comitiis Vindelicis porrecta, & in DEI verbo fundata deſciverit, ille prorſus ſua Jurisdictione hæreditaria ſpoliandus eſt, quâ alias ſecundum hanc unionem hæreditariam fruiturus eſſet. Unde & novum Regem in A.C. ſe obſtringere oportet, & cum Sereniſſima Chriſtina Religionem mutaſſet, fuêre ex Ordinibus, qui in Regni Comitiis cauſarentur, hæc ipſa de cauſa Reginam reditibus ſuis annuis 200000. Imperialium excidiſſe: Quod tamen à reliquis mitigatum, & ſumma ad 120000. Imperiales reducta. *D. Beeman. H. O. T. P. II. C. VI. §. 4. p. 639.*

AUGUSTINUS

Sal terræ, & Lucerna ſuper candelabrum Eccleſiæ poſita.

Ita eundem Paulinus Nolanus Epiſcopus, Diſcipulus ejus appellavit ap. *Beyerlinck. Th. M. V. H. T. V. lib. XII. p. 42.* Hercules Chriſtianus & orbis magi-

ſter.

ster. *Micral. Hist. Eccles. L. II. S. II. Q. VI. p. 330. Edit. Harm.* Votum est fuit: Videre CHristum in carne: Paulum in ore: Romam in flore. *Lans. pro Ital. 755.*

AUGUSTINI
Vitæ curiculum.

§. 1.

Fuit S. Augustinus usque ad ætatis annum XXXI. Manichæus, concubinam aluit, è quâ filium suscepit *A DEO datum*, quo nato concubina ab Augustino secessit, & votum perpetuæ continentiæ egit. Interim Monica, mater Augustini sponsam filio destinavit, quæ quod nondum nubilis esset, nuptiæ per biennium sunt dilatæ. Verum Augustinus tædio vitæ correptus, cum 10. amicis ab hominum consortio remotus ita vixit, ut hi 10. bona sua omnia in commune conferrent, & unam quasi familiam constituerent, nec quisquam in illo Collegio diceret: *Hoc meum est*, sed *hoc nostrum est.* Verum quod ex his uxorati nonnulli jam essent, nec uxores absentiam maritorum æquo animo ferrent: alii, è quibus Augustinus, uxores brevi erant ducturi, hoc solitariæ vitæ institutum sub manibus fuit dissolutum. Intereà Augustinus, cui biennium abstinere erat molestum, aliam assumsit, non tamen conjugem, à quâ in regnum uxorium duceretur, sed concubinam, prout ipse fatetur. *Lib. VI. Confess. Cap. XIV.*

§. 2.

Noluit autem DEus perire filium tot lacrymarum, quas Monica mater fundebat. Cum enim Mediolani Professor Oratoriæ esset, contigit, ut ex concione Ambrosii, Episcopi Mediolanensis, hæresin Manichæorum agnosceret, quod cum Simpliciano proponeret, hic eundem S. literas legere jussit, ad exemplum Victorini Rheotoris, qui ex lectione S. Scripturæ fuerat conversus, ut ipse ait *Lib. VIII. Confess. Cap. I.* quibus auditis in hortum secessit, & vitam anteactam acerbè deflevit, & vocem audivit: *Tolle, lege!* Nemine conspecto codicem sacræ Scripturæ arripuit, eoque aperto statim hunc textum invenit: *Non in Comessationibus, non in cubiculis, & libidinibus!* quibus lectis graviter perculsus, Manichæismum abjuravit, & se totum fidei Catholicæ addixit. Simile quid refert Augustinus de Curmâ viro Rusticano, qui somnio monitus, ad se venerit, & baptizatus sit, *in Libro de Curâ pro Mort. Cap. XII.* Exempla Biblica si velis, habes Cornelii divinitus admoniti, ut Christianus fieret, Act. X. & territi fidelium persecutoris Saulis. Act. IX. *B. D. J. B. Carpzov. Disput. XIX. Cap. III. §. 5. p. 906.* Pium hoc propositum S. Ambrosio, cum magno matris applausu, indicavit, *Lib. VIII. Conf. Cap. XII.* Non diu post Professionem Oratoriæ dimisit, ad Deo & bonae menti vacandum, cum quibusdam familiaribus in villam civis Mediolanensis Verecundi concessit, ibique ad subeundum baptismum se sanctè præparavit. Ex villa Me-

diolanum reversus, Anno ætatis suæ XXXIII. cum *natumli filio suo*, puero XV. annorum, sed excellentis ingenii, baptismum suscepit, ut ipse refert *Lib. IX. Confess. Cap. VI.* Baptizatus in Africam ad Monicam matrem abiit, ibique ad matris usque mortem permansit. Morte matris in mœrorem conjectus, iterum in rus secessit, ibique per triennium Scripturæ sacræ additis precibus & jejuniis operam dedit, donec Hippone, quamvis invitus, & inter multas, quas fudit lacrymas, Presbyter ordinaretur, nec diu post Valerio Episcopo Coadjutor, & post obitum Valerii Episcopus Hipponensis, in quâ functione extremum diem clausit. Episcopus factus juxta templum Hipponense Monasterium condidit, in quo ex communi massa cum studiosis quibusdam Theologiæ vixit. Atque ex hoc Collegio non tantum tempore Augustini insignes Clerici, sed & posteà Ecclesiæ Collegiatæ, quos hodiè Canonici occupant, prodierunt. *D. Joach. Hildebrand. Tract. de Religiosis Eorumque variis Ordinibus p. 59. seq.*

AVICULA

Per longum tempus svaviter cantans.

§. 1.

Vetus Patrum historia narrat hominem religiosum super 90. Ps. meditatum, ad illa demum verba deveniſſe: Quoniam mille anni ante oculos tuos sicut unus dies. Atque hic hæsisse, nec illud satis potuisse capere, quâ tandem ratione mille anni, & una diecula inter se conferri possint. Hic submissam ajunt à DEO aviculam, quæ cantus dulcedine ita declinivit hominem, ut longissimum, quo auscultaret, tempus, vix fuisse horam putarit. *Drexel. de Æternit. Consid. V. p. 18.* In America wird ein Vöglein gefunden/ welches der grösse nach/ nicht grösser als eine Wespe ist/ aber mit seiner hellklingenden Stimme und Anmuthigkeit des Gesangs alle unsere Nachtigalen weit übertrifft; die Wilden nennen es/ Conambuch. *Weber, Discurs. Curios. 16. Obs. IX. p. 254.*

§. 2.

In nemoribus regni Congo (in Alamandini Istorica Descrizioni de tre regni Congo, Matamba & Angola) avicula quædam minuta, sub diluculum maximè, nomen JEsu Christi articulatè modulatur, quod ab homine Christiano, illuc forte delato, non sine animi commotione audiri posse verum est. *M. Dan. Müllerus, Diss. Hist. de Testimoniis Gentilium de Christo Corol. II.* Lerius und Thevetus schreiben von einen weissen Garten-Vöglein in Brasilien/ welches gemeiniglich im Türckischen Korn sitze/ und so anmuthig singe/ als eine Nachtigal immer thun mag. Nierenbergius Hist. Nat. gedencket/ er habe nicht allein gesehen/ sondern auch gehöret einen Vogel/ welcher aus den Americanischen Lande/ Neu-Spanien/ oder Mexico, nach Madrit gebracht/ und nicht allein

allen

allen andern Sing-Vögeln/ sondern auch der Nachtigaln selbsten/ alle Verwunderung abgespannet/ und zu sich allein gezogen. Die Mexicaner nennen ihn Cencontlatolli, **den Vogel von vierhundert Zungen.** Er ist nicht gröſſer denn ein Staar; unten weißlicht/ oben tunckelfärbig und mehrentheils schwartz; Doch also/ das etliche weisse Federn mit unterspielen/ fürnemlich beym Schwantze und am Kopffe/ welcher ein so schönes Häublein von weissen Federn träat: als ob ihn die Natur eine silberne Krone hätte auffgesetzet. Und wie kein Sing-Vogel ist/ dessen Stimme er nicht nachmachen kan: also ist keiner/ der ihm/ in der Lieblichkeit des Gesanges/ gleich kommt. Er nimmt mit allerley Speisen vorlieb: liebt warme Länder; verträgt doch auch solche/ die einiger massen temperirt sind. *Dn. Erasm. Franciſci* **in der lust. Schaub.** *P. III. Converſ. II. p. 982.*

AVICULÆ

Cujusdam proprietates mirandæ.

In terrâ Saracenorum Avicula nomine Soroaches, hæc duo propria habet: primâ, quod à Dominicâ paſſionis ad Paſcha nec cantet, nec volitet, ſed veluti mortua extenſis in crucem alis ad ramos arborum pendeat; Secundo quod ſub tempus Eclypſis Lunæ cor ei obrigeſcat, & oculi velut nube quadam & caligine inumbrantur. Ex *Camerario Radau Omn. Ext. P. II. Cap. VII. q. 2.*

AVIS

Paradiſiaca emblema fidelis.

Ferunt avem eſſe de Paradiſo nomen ſortitam, omnium pene calorum, voce tam dulci ac piâ, ut in hominibus devotionem excitet, quæ ſi fortè capta detineatur, inceſſanter gemit, donec dimittatur, ut refert *Rob. Holcot. in Lib. Sap.* Electorum animæ tales aves ſunt, quæ quia de paradiſo cœleſti ſunt, detentæ in terrâ canere non poſſunt, ſed cominuò gemunt cum Davide: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. Et cum Apoſtolo: Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Moluccarum incolæ vernaculâ linguâ Avem hanc vocant *Manucodiata*, quaſi dicas, *Avem DEI*; Latini *Avem Paradiſi*; Luſitani Paſſaros de Sol, *Avem ſolis* vocant. Joh. Hugo à Linſchot in Moluccæ Inſulis Aves has reperiri ſcribit: quas tamen nemo vivas viderit. Mortuæ enim duntaxat & exanimes ex alto decidunt, ac inventæ apud iſtos populos in magnâ habentur veneratione. Adverſus ſolem volant continuò in aëre, nullo terræ, dum vivunt, contactu. *Salm. in Panc. P. II. T. I. p. 29.* Occurrit hîc quod *Camerarius Cent. III. Emblem. 43.* ſubminiſtrat Emblema, Manucodiata ſub ſereno cœlo volans, cum Lemmate: *Neſcit commercia terræ!* Hæc avis alta petit, & reliquarum avium ſodalitium

ſper-

ſpernit, earumque contubernium deſerit, ut rectè dixeris: *Terræ commercia neſcit!* aut: *Cœli climata quærit! M. Dan.* Grützman/ *Diſſ. de Avibus Paradiſiacis, & primario harum Rege an. 88. Jen. hab. Tavernier Hod. Or. T. II. Lib. II. Cap. XII. p. 113. b. C. F. Paullini* Zeit-Kürtz. erbaul. Luſt/ *T. II. Cap. XCVI. p. 524. ſeq.* Terræ commercia neſcit μετάνους ψυχή ſublimis anima, fidelis anima, virtutis amatrix anima, *Terræ commercia neſcit!* Mundi commercia neſcit! Impiorum comercia neſcit! mundi lucra, ſtercora neſcit Phil. III. 8. ad cœleſtia adſpirat bona, ad cœlum anhelat, ad DEum evolat. *Terræ commercia neſcit! Coſſ. Schottus, Phyſ. Curioſ. P. II. Lib. IX. Cap. LII. p. 1010. ſeq.*

Surſum mens ſpectet, terrenaque cuncta relinquat!
SURSUM CORDA!
FIAT!
Surſum oculos, ô Mens, vani obliviſcere mundi,
Te manet in cœlis non perituta domus!
Incubat his terris deſes, cui terrea mens eſt,
Ad cœlum, melius qui ſapit, ille redit!
Felices nimium! Quorum ſuper æthera mentes
Sublatæ, cuncta hæc infera deſpiciunt!

M. G. Mich. in Gaſſ. p. 444 445. & omninò Pier. Val. Collectan. Hierogl. ex vet. & neot. deſcr. Lib. II. p. 53. Nic. Caussinus, Polybiſt. Symbol. Lib. VI. Symb. 78. p. 426. Hinc ἀγνός à nonnullis derivatur ab *a* privat. & γῆ, quaſi à terrenis rebus ſegregatus. *Turgerlar. Prompt. Ev. P. III. p. 343.* Quo & Judæi reſpiciunt, cum mortuum נְפֶשׁ à curis (terrenis) ſolutum vocant. *B. D. Joh. Guil. Baierus, Diſſ. Th. de ſtatu piè defunctorum pacifico ex Eſ. XXVI. Cap. I. §. V.* De Formulâ: SURSUM CORDA! in ſacrâ Synaxi adhiberi ſolitâ, vid *Zimmerm. Menſ. XI. Cap. IV. p. 537. ſeq. Joſ. Arndius, Lex. Antiq. Eccleſ. p. 650. Henr. Rixnerus, de Vet. Chriſt. circa S. Euchariſtiam Inſtitutis ac Ritibus Cap. IX. §. II. p. 121. M. Joh. Phil. Pfeiffer, Diſſ. Philol. de Diſcrimine inter* Κήρυγμα (*Præconium*) *& dogma in Vet. Eccleſ. obſervato.*

Solo aſpectu ſanans.

Svidas & ex eo alii mentionem faciunt cujusdam aviculæ, quam Græci vocant *Charadrion.* Ejus aſpectu facilè ſanantur, qui icterio, ſeu morbo regio laborant, eamque ob cauſam venditores hujus aviculæ ſolent eam occultare, ne eo morbo laborantes gratis ſanentur. Hinc proverbium: Charadrion imitans, dici ſolitum de iis, quæ occultantur. *Weber. Art. Converſ. R. 12. Obſ II. p. 740.* Sicuti & de Struthione dicitur, quod perpetuo oculorum aſpectu non ſolum ova excludat, ſed & poſtcà pullos oculis quaſi paſcat, unde Comes Italicus Pietro Navarro Struthioni hoc apponit lemma:

Ocu-

Oculis vitam!
Durch meiner Augen Krafft
Ertheil ich Lebens-Safft!
Vis tanta est oculis, ut solo è lumine matris
Progenies vitam sumere parva queat.
Picinell. Mund. Symbol. P. I. l. VI. C. L. n. 253. p. 470. J. C. Hellman. Par. p. 141.

Exiguum tempus cum flore vivens.

Eine wunder- und schauliebliche Sache findet sich bey Ckingtu, einer Haupt-Stadt der Sinesischen Provinz Suchurn, nemlich ein Vöglein / so von den Sinesern Thunghoafung benahmet wird / welches einen Zinnigrothen Schnabel hat/und durch seine schöne Vielfärbigkeit iedermanns Augen zu anmuthiger Verwunderung zeucht; dieses wächst aus der Blumen Tunghoa, dahero es auch mit seiner Blumen-Mutter einerley Nahmen führet. Es lebt so lange/ wie die Blum am Baum sitzet; Man dürffte es vor eine lebendige und fliegende Blume ansehen/ so gar ist es an Schönheit und kurtzen Alter/der Blumen gleich. *Rev. D. Misand. Delic. Bibl. An. 91. p. 785.*

Suspensa in Festo Pentecostes.

§. 1.

Sic facere volupe est Satanæ hominumque hosti, qui larvis natalitiis Adventum Domini, Bacchanalibus, & Calendis Aprilibus Passionem, ejusque ignominiosam circumductionem, risu Paschali gaudia Resurrectionis, & in avem suspensam jaculatione, missionem Sp. S. corrumpere & exagitare audet. *D. J. C. Beeman, Diss. de Turbamentis Vulgi Cap. III. §. 5. p. 42.* Diese Gewohnheit stammet aus den Heidenthum her/ da der Satan zum Schimpff dem Heil. Geist/ welcher in Tauben Gestalt sich gezeiget / bey seinen Unglaubigen mit Armbrüsten solchen in der Pfingst-Zeit abzuschiessen angeordnet/welches hernach auf die Christen kommen ist: darwider sich zwar offt die Geistlichen in ihren Predigten hefftig setzen / aber wenig schaffen / wiewohl es vieler Orten abgeschaffet worden ist; davon Hammer in Roseto Sacro, und aus ihm Herr M. Ernst in denen Gemüths-Ergötzlichkeiten eine traurige Geschicht anführen/ so sich 1573. zu Frauenstadt in Schlesien zugetragen. Daselbst hat der Priester die Einwohner etliche mal auch vor den Vogel-Abschiessen gewarnet/ die sich aber nicht daran gekehret; darauf denn einst ein solcher Lermen bey solchen Abschiessen entstanden/ daß viel Bürger um alle ihr Haab und Gut/ und die gantze Stadt in grossen Schaden gekommen / viel auch ihr Leben dabey eingebüsset haben; darauf sie dieses Vogel-Schiessen vergessen. *Novellæ Mundi Docti & Curiosi An. 1693. mens. Mart. p. 1443.*

§. 2.

Sed ego in ludibrium Spiritus S. hunc morem renovatum non puto. 1) Quia antiquissimus, ut ex Dycti Cretensi & Virgilio etiam patet. 2) Quia Ciconiam magis, vel majorem aliam exæquat avis ejusmodi lignea. 3) Quia aliud animal, piscem scilicet, vel bovem in aëre constitui non convenit. 4) Quia saltem conjicitur, nullibi legitur, hunc morem in ludibrium Sp. S. renovatum. *B. L. Joach. Fellerus Schediasm. de Avibus Noctu Lucentibus Coroll. II.*

Juchne.

Judæorum miræ magnitudinis. Vid. *Apparat. Bibl. Tom. II. p. 1220. seq.*

AVES

An ex aquâ vel terrâ productæ?

Resp. Aves die quinto ex terrâ productæ sunt. Evincit hoc συνάφεια Textus. Cum Moses dixisset: *Propullulent aquæ, seu abunde proferant reptilia animantia*, facit magnum segmentum sensuale per Atnach & addit: *& avis volitet super terrâ* Gen. I, 20. &c. ubi manifestum est mutari stylum, & עוף *avis* non esse objectum verbi præcedentis ישרצו *ebulliant*, sed subjectum prædicati sequentis יעופף *volitet*, adeoq; exponendum in Nominativo, non Accusativo, ut adeò rectè vertas cum D. Varenio: Das Wasser rege sich mit webenden und lebendigen Thieren: Und das Gevögel fliege auf Erden gegen die Himmels-Veste. Itaque Aves & Pisces hic non dicuntur ex eâdem productæ materiâ: quin potius aves à piscibus haud obscurè secernuntur, dum volare dicuntur non super aquas, sed super terram, quam non modò naturalem commorandi locum, sed & productionis materiam esse innuitur. *B. D. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. I. L. III. p. 11. 12.* Contrariæ sententiæ apertissimè contradicunt verba Gen. II, 19. *Et formavit DEus è terrâ omnem bestiam agri, & omne volatile cœli. D. Joh. Saubertus, in Philologemat. sacrorum Trigâ Philol. I. §. 7.* M. Christ. Fasseltus, *in Exercit. Philol. Phys. de Primo Avium Ortu An. 1669. Witteb. hab.* contrarium probare nititur cujus rationes ibidem vide.

In templis nidificare violare nefas.

Eas ibidem violare, aut tollerre nefas apud gentiles erat. Undè ap. Herodotum, cum Aristodicus in templum, quod in Chio erat, veniens, nidos & aves illic nidulantes abriperet, audivit vocem ex adyto: Impiissime mortalium, quomodo audes supplices meos ex templo diripere? Ergò censebantur aves tunc, ut supplices, & templum iis, ut Asylum erat. Ac par ratio in Arboribus sacris. *Dionys. Vossius, in R. Mos. Maimon. de Idolol. Cap. VII. § 17 p. 100.* Quadrat huc elegans Matthesii apologus de passeribus, qui ita habet: Passerculi in agro tempore autumni conveniunt, quos puerorum malitia nido deturbaverat. *Senior* pullos agnoscit, & secum domum reducit inquiens, ubi locorum quilibet æstate præteri-

ſâ fuerit, & quomodo ſe ſuſtentaverit: *Primus* in hortis ſe muſcas & vermiculas venatum eſſe dicit. *Secundus* ſe in aulâ fuiſſe garrit; quem *ſenior* monet, ne aulam amplius intret, aulæ enim culmen eſſe lubricum, potius ſe fiſtat loco, ubi avenæ cribrentur, quam aulæ, ubi vitia dominentur. *Tertius* ſe in viis hactenus regiis vitam ſuſtentaſſe refert, ibique grana collegiſſe. *Quartus* ætate junior, ſe victitaſſe refert, *ait*, araneis & muſcis *in templo*, & audiiſſe pro concione gnomen:

Absque DEI nutu tecto passerculus alto
Non cadit. Matth. X.

Inde percepi, me non creatum, ut proximo incommodarem, ſed in voluntate Creatoris mei ſtarem. Hunc præ cæteris commendat *ſenior*, ſic dato Epiphonemate: Traun mein lieber Sohn/ fliehe du in die Kirchen/ hilff Spinnen/ und die ſumſenden Fliegen auffräumen/ und zirp zu GOtt/ und befiehl dich deinem Schöpffer/ ſo wirſt du wohl bleiben/ und wann die gantze Welt voller wilden Vögel wäre &c. Apologus monet, periculum eſſe in hortis, aulis, viis: ſed ſolatium præſens in templis, ubi paſſer habere debeat nidum, non in diverſoriis, ubi regnat plerumque peccatum. Ita prolixiorem apologum contraxit. *Jacob* Herrenſchmidt/ *Poſt. Symb. p. 325. 329.* Cui vacat, evolvat ipſum. Matheſium, cujus verba non ſine voluptate leget *lib. de vitâ Lutheri Cons. LX. f. 99. 100. Dn. Chriſt. de* Stöcken/ *Sermon Baptiſm. III. not. ult.*

Magno pretio divenditæ.

Apud Romanos olim Luſciniæ pretio immenſo vendebantur, ampliore etiam, quam armigeri. *Plinius, Lib. X. Cap. XX.* ſcribit, Luſciniam candidam (qualis tunc admodum rara erat) ſeſtertiis ſex veniſſe, quæ Agrippinæ Imperatoris Claudii Conjugi dono daretur. Columbi Romæ (inquit *Varro Lib. III. Cap. VII.*) ſi ſunt formoſi, bono colore, integri, boni ſeminis, paria ſingula vulgo veneunt ducentis nummis, nec non eximia ſingulis millibus nummûm: quas nuper cum Mercator emere vellet à Lucio Axio Equite Romano, minoris quadringentis denariis daturum negavit.

Sepulchro honoratæ.

Lucidius Philoſophus pavonem ſuum mortuum magno honore ſepeliendum curavit. Anſer Lacydi Philoſopho, ita adhæſiſſe fertur, ut nec domi, neq; foris ab eo diſcederet, quem elatum funere effuſis lacrymis ſepelivit. Quis neſcit, quantis impenſis Mars Rex Ægypti ſepeliri præceperit ſuam columbam tabellariam, ita edoctam, ut hinc indè reconditas ſub alis literas portaret? *D. J. A. Weber. Art. Converſ. Reg. XII. Obſ. IV. V. p. 741.*

Loquentes.

§. 1.

Pendente inter Auguſtum Cæſarem & M. Antonium fortuna, cujus belli

neque mediocres casus erant, neque vulgaria præmia victoriæ, ingensque apud omnes gentes finis exspectatio: Pauper quidam Romæ in cunctos sibi providens eventus ingeniosè quid tale commentus est; Omni diligentia *duos corvos* enutrivit, effecitque, ut dicacibus verbis alter Augustum, alter Antonium salutaret. Idem Augusto tandem victori in patriam revertenti salutatorem suum manu proferens occurrit, qui inter crocitandum hæc verba fundebat: *Ave, Cæsar, Victor, Imperator!* Delectatus hac salutatione Augustus 20000. nummorum loquacem comparavit volucrem. Verum cœpit hujus socius, vel potius æmulus, ex tempore consilium. Socio enim ditato invidens Cæsarem adiit, obtinuitque, ut corvum alterum afferri juberet; jussus illum attulit, qui hostem salutare didicerat hisce verbis: *Ave, Imperator Antoni!* Non amplius motus est Cæsar, quam ut avis precium præciperet cum delatore partiri.

§. 2.

Augustus salutatus similiter à *Psittaco*, & hunc emi jussit: Idem miratus in *picâ*, & hanc mercatus est. Hoc exemplum tenuem quendam sutorem movit, ut *corvum* institueret ad hujusmodi salutationem: Qui cum impendio exhauriretur, subindè ad avem non respondentem dicere solebat: *Opem & impensa periit!* Tandem pervicit assiduitate, ut corvus sonaret dictatam salutationem. Ille, cum Augustum prætereuntem salutasset, Cæsar, satis, inquit, ejusmodi salutatorum habeo. Tum corvus memor, & illorum verborum, quæ toties audierat, subexuit: *Opem & impensa periit!* Ad hoc arridens Augustus, jussit emi, quanti nullum adhuc emerat. *Macrob. II. Saturnal. Cap. IV. ap. Matth. in Th. H. T. P. p. 452. Danhauer. Hom. Sacr. IX. P. I. p. 291.*

Deorum amicorum internunciæ.

Observatione dignum est, esse in Americâ aves quasdam columbi magnitudine, colore cineritio, lugubri voce, quarum cantum sive gemitum Barbari noctu præsertim intentissimè exaudiant; rati scilicet ab amicis & cognatis tanquam nuncias ad se mitti. *Lerius C. p. XI.* non secus atque Pharomon Francorum Rex aves præpetes pro Deorum habebat internunciis, ob augurandi, credo, ritum veterem & studium, quod præter cæteros Galli inprimis calluêre. *Salm. l. c. P. II. T. I. p. 31.*

Fœminæ minus vocales.

Mares magis sunt vocales & cantores, quam fœminæ, contrarium fit inter illum utrumque sexum humanum. *D. Fr. z. II St An. Cap. XXVI. p. 555.* Hic enim Mulierculæ sunt lingulacæ & largiloquæ, nec in omni seculo ulla inventa est muta: Imò Gymnasium quoddam loquacitatis aperuerunt, ubi sine doctore sunt dociles, imò *omnes Magistræ*, tam veteranæ, quam tyrunculæ. *Phil. Beroald. in Ovat. Proverb. p. 45. a.* Omnes sunt vocales, liquidæ & consonantes. *Engelgr. L. E. p. 90.*

E cor-

E corbibus emittuntur in Inaugurationibus Regum Galliæ.

Solent aves corbi vimineo incluſæ ipsâ in Baſilicâ ſtatim ab unctione Regis emitti ad declarandum, Gratiam Principis etiam ad bruta porrigi, vel plenam ſubditis libertatem ſub bono Principe dari. *D. Beeman. Notit. Dignit. Illuſtr. Diſſ. 5. Cap. II. §. III. p. 123.*

Majorem hominibus erga Deum habent confidentiam.

Perinde curarum omnium expertes ſe dant, ac ſi poſtero die non opus futurum eſſet, ut ederent. *Guev. H. P. l. III. C. XXXVI. p. 637.*

A V I U M

Genera quot?

144. Avium & Piſcium dicuntur eſſe genera. *D. Joh. Chriſt. Frommannus, de Anſere Martiniano in proœm.*

Significationes Symbolicæ.

Die Tugenden und Laſter werden an denen Vögeln Symboliſcher Weiſe vorgeſtellet. Ein von Federn entblößter/und ſich wieder verjüngender Adler bemercket die Beſſerung der Sitten und Erneurung des Lebens. Der um ſich ſehende Pfau ſtellet vor die Hoffarth; In Niederlaſſung des Schwantzes und Anſehung ſeiner Füſſe/ die Erkäntniß ſein ſelbſt. Der im Fuß mit einen Steinlein verſehene Kranich/ die Wachſamkeit; das in den Dornen ſingende Zeißlein/ den Fleiß in Armuth; die mit dem im Fliegen nach den Schwantz ſehende Meerſchwalbe/ die ungereimte und verkehrte Ordnung: der am Baum hämmernde und ſelbigen durchbohrende Specht/ die Beſtändigkeit: Die nach dem Glantze des brennenden Lichtes fliegende und ſich ſelbſt verbrennende Fliege/ den Ehrgeitz: der Paradieß-Vogel/ die Betrachtung himmliſcher Dinge: der ein fremdes Neſt einnehmende Guckguck/ die umſchweiffige Unkeuſchheit/ oder einen Ehebrecher: der im ſtillen Meer niſtende Eißvogel/ die Ruhe vor Unfried und Gezänck: der unter dem Freſſen immerdar ſeinen Unflath ausleerende Vogel Charadrius, einen Schlemmer: der das Eiſen verdauende Strauß/ die Gedult. *Weber. Diſc. Cur. XVI. Obſ. XV p. 262.*

A V I B U S

Imperatum.

Rem miriſſimam narrant publica monumenta de Joſepho Anchietâ. Fuit hic vir novus in Braſiliâ Thaumaturgus. Anno 1584. Joſephus ad ſinum januarien-

rienſem rediit. In reditu Canoan (navis genus eſt) conſcendit, unà cum comite. Erat tunc æſtus ingens & moleſtus, malacia ſumma, nec auræ quicquam afflabat. Ægrè hanc cœli gravitatem ferebat comes. Fortè fortuna tunc arborem inſederant tres quatuorve grandiores aves, quas incolæ *Quaracies* nominant: Sunt ex gallinarum magnitudine, colore purpureo, in flavum vergente, aſpectu pulcherrimæ. Has Joſephus idiomate Braſilico allocutus: Ite, inquit, & cognatas veſtras huc accerſite, noſtrumq; iter volatu veſtro inumbrate. Illæ collo extenſo vocem, velut accepti imperii ſignum miſere, indeq; avolantes, paulo poſt magno agmine redierunt, denſatæq; in nubem tamdiu Canoam ſupervolantes umbram fecêre, donec unius milliaris decurſo ſpatio, lenis afflare cepit aura Favonii. Hic Joſephus miſſionem dedit tanto comitatui, juſſitq; aliò ſecedere. Illæ quaſi imperio perfunctæ, officiosâ crociatione, & multis lætitiæ ſignis avolarunt. Hoc comes, poſt obitum Joſephi, multis gravibus viris præſentibus, jurejurando interpoſito, publicè affirmavit. Idem abegit aliquando ſolo imperio corvos marinos, aliasq; aquatiles aves, dum captos ab illis piſces devorarent; Abite, dicebat ſermone Braſilico, dum hi (piſcatores) ſunt in opere, ubi nos abierimus, tunc redibitis ad capeſſandum veſtrum diarium. Dictum factum. Item Pantheram feram advocavit, ut omnibus ſe conſpiciendam dederit. *Drexel. in Heliotropio Lib. III. Cap. IV. §. 1. p. 812. 813.*

Prædicatum.

S. Franciſcus hirundinibus concionatus, dicens: Sorores meæ hirundines, jam tempus eſt, ut loquar ego, ceſſate vos, donec ſermo Domini compleatur. Statim tacuerunt aves, & omnes ſtupore repletæ, tandem impetratâ licentiâ cum magno clamore diviſæ ad 4. mundi partes, ſignificantes: Franciſci Regulam in omnem terram divulgandam. *L. Ad. Rechenberg, de Ineptiis Clericorum Rom. literariis §. 27.*

AURELIA

Per Eminentiam Urbs dicta.

Hanc Franciſcus I. Rex Galliæ κατ' ἐξοχὴν Urbem dicendam cenſuit, Lutetiam verò non *Urbem*, ſed *Orbem*. Ideò Carolus V. in Germaniam reverſus, ſequinq; in Galliâ viſiſſe dixit: *Domum, Pagum, Hortum, Urbem* & *Orbem*, intellectis Arce Rupifucaldia, *Rochefoucaut* in Santonia, *Pictavia, Turono, Aurelia* & *Lutetia.*

Non potuit magni caput eſſe Aurelia Regni:
Ergo quod reliqvum eſt cor Animusque fuit.

Legitur inſcriptum in Curiâ Aurelianenſi. *D. Becm. H. O. T. P. I. C. VI. S. I. §. 23. p. 178. 179.*

M. AU-

M. AURELII

Imp. summa egestas & penuria ante acceptum Imperium.

Epistola enim ad Regem Siciliæ Corvinum in memoriam illi revocat ærumnas, quas in juventute ambo exantlarint; Ab archipiratâ captus, & per 9. menses remigandi ministerio mancipatus dubitat, an major fuerit panis inopia, an verberum copia: In obsidione Rhodensi X. mensium spatio nullam, nisi duarum felium carnem, quarum alteram pretio, alteram furto adepti erant, comederunt. Tarenti ad solenne Dianæ Festum invitati (cujus ædes ingredi illo die nemini fas erat, nisi vestimentis novis induto) non comparere potuerunt, quia Rex Siciliæ vestem habebat attritam, M. Aurelius calceos ruptos. Vid. *Grev. H. P. Lib. I. Cap. XVII. p. 61. 62.*

AUREOLÆ

Papistarum.

Pontificii tres Aureolarum excogitarunt species, quarum prima competat *Martyribus*, altera *Virginibus*, tertia *Doctoribus*. Martyrum Aureolam probare volunt ex Matth X, 32. Apoc. II, 17. Cap. III, 21. Cap. VII, 14. Virginum, ex Es. LVI, 5. Apoc. XIV, 3. Doctorum, ex Dan. XII, 3. Matth. V, 19. Syr. XXIV, 31. Quæ dicta quam incongruenter ex parte, & ineptè ab illis adducantur, vid. ap. *Gerhard. T. IX. LL. CC. de Vit. Æt. §. 61. & Tract. de Evang. §. 93. & 101. Spanhem. P. III. Dub. Evang. Dub. 135. D. Joh. Meisnerum, Diss. Theol. exhib. Astrosophiam Mysticam ex 1. Cor. XV, 41. 42. S. III. Porism. III.* ubi plurima de his Aureolis, earumque numero ternario & origine.

Ἐπίκρισις.

In alterâ vitâ dari gradus gloriæ certum est: qualis verò ea sit futura, quomodò in animâ & corpore refulsura, oculus non vidit &c. Itaque hæc in cœlestem scholam differimus addiscenda. *B. D. Botsac. M. G. p. 86. b.*

AURIS

Tua verè sit AURIS.

A. Audiat DEUM. V. Verbum suscipiat. R. Repetat ac ruminet audita. I. In cor immittat. S. Servet. Similiter LINGVA tua sit verè LINGVA. L. Loquatur. I. JEsum confiteatur. N. Nomen DEI invocet. G. Gratiam DEI prædicet. V. Verbum DEI doceat. A. Alios ædificet & informet. *D. Reinh. Bakius, Evang. Dom. Expos. P. II. p. 78.* Die Türcken sagen: GOtt hat dem Menschen seine Augen darum gegeben / daß er die wunderbarliche Wercke und Geschöpffe / welche er alle aus Göttlicher Macht überflüssig

flüßig erschaffen/ sehen/erkennen und lernen soll; Er habe auch deßhalben dem Menschen Ohren gegeben/ daß er die Worte seines heiligen Gesetzes soll hören und einnehmen/ und wann ers einmal gehöret und verstanden/ dasselbige halten. *Joh. Anton. Menavinus in Explicat. primi Præcepti Turcici.* Dicitur hinc Auris à verbo haurio, ut: Vocemus his auribus hausi. *Joh. Jov. Pontan. Lib. I. de Assimilione p. 1018. Conf. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 791. seq. Eduard. Leigh Crit. Sacr. P. II. p. 233. b.* Anatomici observant in Aure 1) Nervum auditorium, 2) Incudem, 3 Malleolum, 4) tympanum, seu membranulam, 5) stapedem, quæ omnia ad auditum faciunt. *D. Dan. Sennertus Instit. Med. Lib. I. Cap. XII. p. 113 seq Joh. Magirus Physiol. Peripat. Lib. VI. Cap. IIX. p. 540. seq. Polanus Syn. Theol. Lib. V. Cap. XXX. p. 1007.* In der Anatomie weiset sichs/ daß die wunderliche Gänge des Gehörs so seltsam aussehen/ als etwan die köstliche Arbeit eines Gärtners im Lustgarten/ welcher die Lust-Stücke oder Irr-Gärten nach seiner Art auffs zierlichste weiß anzulegen; Und also hat auch der weise Schöpffer solche seltsame Gänge/ den äusserlichen Schall auffzufassen/ im Kopff angelegt/ daß man sich über solche Pflantz-Art nicht gnug verwundern kan. *Geier. Allgegenw. p. 668. ap. D.* Gerstäcker/ *in Simil. p. 504.*

Non alio in membro miracula plura patescunt,
Quam geminæ labyrintheis in flexibus auris:
Illæ quippè fores animi, queis nuncia rerum
Accipit, & Judex vocum discrimina pandit.
Æternas horum lictorum virgula gazas
Recludit, cum magna DEI mandata ministri
Apportant, cœtumq; sacris sermonibus implent.

Guil. Salust. Bartasius Hebdomad. P. I. p. 210. Conf. Auris Friderici D. *Joh. Andreas Schmidt. per tot.*

Dionysii omnia audiens.

Nahe bey Syracusa, in Sicilien/ ist ein grosser ausgehölter Fels/ wenn man unter denselben gantz leise redet/ so können diejenigen/ so darauf sind/ hören/ was man saget; Diesen Felsen nennen sie das Ohr des Tyrannen Dionysii, dieweil er/ wann er darauf war/ alles gar genau hören kunte/ was man von ihm sagte/ und dadurch die geheimen Rathschläge der Vornehmsten von Syracusa, die er an diesem Orte hatte gefangen setzen lassen/ entdeckte. *Joh. Baptista Tavernier. H. O. Lib. I. C. I. p. 2.* Ægyptii *Oculos* & *Aures* ex pretiosa materiâ effictos in Templis dedicando, hoc hieroglyphico omniscientiam DEI adumbratum ivere. *Hofm. L. U. in h. v. p. 420.*

AURI-

AURICULA

Seu exterior pars auris quem obtinet usum?

Experientia docet, exteriorem auris partem non esse primarium Organum auditus: tum quia illâ abscissâ, aut alio modo deperditâ, si interior auris bene disposita sit, nihilominus fit auditio, licet imperfecta: tum quia exteriore auris parte etiam optimè se habente, & nervis nequaquam læsis, nihilominus auditus ex integro tolli potest. Accedit, quod auditu læso, internæ potius, quam externæ auri remedia utiliter adhibeantur. Inservit tamen auricula exterior ad perfectiorem auditionem, quatenus aërem hinc inde vagantem colligit, & ad meatum auditorium deducit. Hinc evenit, ut abscissis auribus, vel alio modo deperditis, nequaquam distinctè sonus percipiatur, sed obscurè & confusè tantum ad modum murmuris aquarum, aut similis sonitus. Atque ob eandem causam vola auribus prætensa, aut aliud instrumentum cavum, quod oticum vocant, auribus applicitum adjuvat organum auditus ad perfectiorem auditionem efficiendam. Unde etiam ea animalia, quibus aures longius prominent, acutius & distinctius audiunt. *D. J. A. Weber, Art. Convers. Reg. IX. Problem. XVI p. 499. 500.* Conf. & *D. D. Sam. Stryk de Jure Sensuum Diss. III. Cap. V. §. 16. p. 152.* Zum Exempel können dienen/ die so genandte Sprach-Röhren/ durch welche eine ordinaire Stimme/ weil sie in dem engen Begriff derselben eingeschlossen wird/ gantz laut schallet/ welches nicht geschicht/ wenn man in freyer Lufft redet/ weil in derselben der Schall zu sehr zerstreuet wird. *Act. Rel. Europ. An. 1701. N. XXXIX. Q. LXXXIX. p. 306.* ubi & de auribus artificiosis auditum quam maximè adjuvantibus.

AURES

Obturatæ à Virginibus.

Rectè Ammianus Marcellinus Lib. XXIX. monet, navigantibus aures esse Ulyssis occludendas ceris, quasi scopulos Sirenios transgressuris. Virginibus certè moris olim fuisse aures obturare, obcerare, vel obserare, ut obscœnis verbis occluderent aditum & auditum, Joh. Savaro notat ad Apollin. *Ep. VI. Lib. IX. ap. Salm. P. I. p. 169.* Digitorum singuli, ut Talmudici non male colligunt, adeò instar clavorum acuti sunt, ut si homo audiat verbum inhonestum, infigat digitos suos in aures, ne illud audiat. *M. Matth. Frid.* Krietzsch/ *Diss. Philol. de Usu manuum S. I. §. 7.* Ulysses ad cantum Syrenum auribus obturatis, maloq; navis alligatus pingitur, ad exprimendam castitatem Religiosam (Pontificiorum) voto firmatam, cum lemmate: Canitis surdis, canitisq; ligatis. *M. Pexenfeld. Appar. Erud. Cap. XCIX. p. 856.* Ergò

Virgo sis oculis, sis ore, atq; auribus ipsis
Virgo; nam tribus his facile est decedere recto:
Egregiis tantum pateant sermonibus aures,
Turpibus & stultis claudatur janua verbis.

Nazianz. ap. M. Mich. in Nupt. p. 483.

Maleficis cur abscissæ?

Ussilius in §. ex maleficis n. 22. seq. Instit. de Action. schreibet/ es sey die Abschneidung der Ohren/ oder Knorpeln derselben/ daher entsprungen/ weil an den Ohren eine Blut-Ader zu finden/ welche einen Erzeugungs-Saamen in sich halte/ daß also durch Abschneidung solcher Ader die Erzeugungs-Krafft/ oder der Erzeugungs-Saamen entzogen wird/ damit von solchen lasterhafften Leuten/ denen zur Straffe ihrer begangenen Verbrechen/ die Ohren abgeschnitten werden/ keine Nachkommen überbleiben möchten/ welches gar leichtlich geschehen könnte/ wo sie Kinder erzeugten. Solches bestätiget Bodinus, de Republ. l. 5. wenn er berichtet/ daß die Scythen übel damit zu frieden/ daß sie zum Kinder-Zeugen untüchtig sind/ dannenhero sie sich selbst castriren/ indem sie eine unter dem Ohren befindliche Ader schlagen lassen. *Weber. Disc. Curios. 52. Obs. V. p. 1202.* Vena quædam ibi latet, quæ γόνιμον contineat semen, quâ abscissâ vis procreationis simul tolli existimatur, ne ulla horum posteritas relinquatur. *M. Balth. Cellarius, Polit. Lib. I. Cap. X. §. 11. p. 224.*

Memóriæ sacræ.

Physici dicunt esse consecratas Numinibus singulas corporis partes, ut aures Memoriæ, frons genio, dextra fidei, genua misericordiæ. vid. *Joh. Guil. Stuckius, Antiquit. Convivial. I. Lib. II. Cap. XXXII p. 259.* Hinc *Virgilius Eclog. VI.*

— — — Cynthius aurem
Vellit & admonuit.

Figurâ Pleonasmi, i. e. vellendo aurem admonuit, quod à monentibus fieri solet, consecratis auribus Memoriæ. Unde & in Antestatione, memoriæ causa, actor auriculam imam tangebat antestati, cum hoc verbo: MEMENTO. Quò hic Virgilius allusit, teste etiam *Lipsio Epist. Quæst. Lib. IV. XXVI. ap. Taubmannum in Virgil. l. c. p. 61. a.*

Tinnientes 1. Sam. III, 11.

Iratum Numen ait, se facturum verbum (rem diram & auditu horrendam) in Israel, quod qui audierit, ei ambæ aures tinnituræ sint, הצלינה, ubi *Corn. à Lap. p. 256.* Metaphora ducta est ab eo, qui repente audit cymbalum tinniens, vel boatum bombardæ magnæ, vel tonitrui ingentis, cujus vehemens sonus percellit, & tinnitum diu durantem in auribus audientium excitat. Par locutio ab eodem

eodem verbo 2. Reg. XXI, 12. Jer. XIX, 3. Tribuitur & ex hoc verbo tinnitus labiis Habacuc. IV, 16. ubi est צללו שפתי tinniunt labia mea, palpitant, & sonum quasi clarum faciunt. *Dieteric. Antiq. Bibl. in Es. XVIII, t. 2 p. 580.* Absentium sermones aurium tinnitum efficere, vetusta fabula est, quam & *Plinius* approbat, absentes, inquiens, tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est. *Lib. XXVIII. H. N. Cap. II. p. m. 500.* Quorsum illud:

Garrula quid totis resonat mihi noctibus auris?
Nescio, quem dicis nunc meminisse mei.

B. M. Joh. Gab. Drechslerus, de Sirenâ Magorum Christo recens nato oblatâ ex Matth. II, t. II. Additam. IV. Apud Græcos aurium tinnitus amoris erat omen. *Hofm. L. U. T. I. p. 184. a.*

DEO.

Ἀνθρωποπαθῶς tributæ Ejus tum *cognitionem*, tum *precum ratihabitionem*, ac *subveniendi promptam voluntatem* important Psalm. X, 17. XXXI, 3. LV. 2. CXXX. 1. *D. Joh. Olear. Pos. Phil. in Ep. p. 296.*

AURES
Perforandi mos.

Apud Judæos & gentes. vid. *Appam. Bibl. Tom. II. p. 1063. seq.*

AURORA
Maximis rebus maximè idonea.

Precibus quippè à Sanctis semper fuit destinata, Gen. XIX, 2. 27. c. XX, 8. c. XXI, 14. c. XXII, 3. aliisq; negotiis seriis. Plutarchus meridiem scribit finem multis fuisse actionibus Reipubl. obq; id magistratum Romanum post horam nonam fœdus facere non consvesse, rati, credo, meridianum tempus publicis actionibus minimè accommodatum. *Joh. Schildius in Svet. Lib. I. de Cæs. p. 29.* Nulla est diei pars ad erigendam in DEum mentem accommodatior, quam antelucana. Tunc enim animus discussâ noctis caligine est erectior, atque ad concipiendas salutares cogitationes aptior. Factitasse id sacros vates Bibliorum codices passim testantur. Sic David in angustiâ constitutus: *DEus, DEus meus ad te de luce vigilo. Mane adstabo tibi & videbo. Mane oratio mea praveniet ad te*, Psalm. V. & LXII. Sic Esaias Cap. XXVI. *Anima mea desideravit te in nocte, sed & in Spiritu meo*, & præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Quibus verbis Propheta indicat totam mentem omnesque animæ vires ac facultates, Spiritus cum vitales, tum animales, & quidquid illi insitum est, in DEO jugiter esse defixum, sicut nulla temporis pars, absque illius recordatione transigatur, sed omnia dicta, factaq; &

si qua animum subit cogitatio, in DEum transferatur. *Levinus Lemnius, Adhort. ad vitam optimè instituendam Cap. XLIX. p. 548 549.*

Omnes preces excudiri facit.

Secundum Judæos, tunc enim portæ cœli, quæ noctu clausæ sunt, iterum reserantur, malè igitur cum eo agitur, qui intempestâ nocte in periculum inciderit, nullam enim propter clausas portas habebit spem exauditionis. *D. Christ. Helvicus Disp. Giess. T. 4. p. 190. Alex. Rossæus Tot. Orb. Rel. Divis. I. p. 59. Buxtorff. Syn. Jud. C. VIII. p. 146.*

Angelos ad divinas laudes incitat.

Hoc enim tempore secundum Hebræorum effatum Sanctum suum Es. VI, 1. præprimis decantant, quorum ἐξαρχὲς, & præcentor, absq; dubio Michael, antagonista ille Jacobi, qui rubicante aurorâ dicebat: Dimitte me Gen. XXXII, 26. ad quem Jacobus: Quid times auroram? es fortè prædo, abigeus vel latro, qui diei lucem perhorrescas? respondit Angelus: Non, sed cum minister DEI sim, debeo hac horâ cum cæteris Angelis & DEI Filiis coram eo præsto esse, & persolvere laudes, & statas cantiones, cum dicatur Job. XXXIIX. cum gratularentur astra matutina, & Filii DEI jubilarent; Ac in Esaiâ Cherubim canunt: Sanctus! Sanctus! Sanctus! *Petr. Martyr. ap. Tungerlar. P. E. P. II p. 528.* Dimitte me, quia ascendit הַשַּׁחַר Targ. צַפְרָא Aurora, laß mich gehen / denn die Morgenröthe bricht an. Targum Hieros. quia ascendit עַמּוּד שַׁחְרָא columna auroræ, וְהָא מְטָת שְׁעָתְהוֹן דְּמַלְאֲכַיָּא לְמִשְׁבַּחָא, & ecce approqinquat hora Angelorum ad cantandum, denn die Seule der Morgenröthe ist auffgangen / und siehe / die Sing-Stunde der Engel nahet sich herbey. *Crellius P. B. in v.* Früe. *p. m. 311. Carpzov.* Tugend-Sprüche. *p. 430.*

Verbum DEI. Es. VIII, 19.

Ad legem & testimonium: aut non eis erit Aurora! Verè DEI verbum & salutaris cognitio ex hoc hausta, aurora est 1) *illuminans* nos, Psalm. XIX, 2. & CXIX, 105. in viâ cœcâ errorum vagantes. 2) *Tenebras mentium vagabundarum tollens*, Es VIII, 19. ad Pythonès, ad Magos frustra currebant Judæi, vagabantur in cassum: Sola lex, solum Evangelium, solum testimonium, si id consuluissent, omnes tenebras fugasset, mentes convertisset, Jerem. XXIII, 22. quia verbum Dei est firmissimum, 2. Pet. I, 19. 3) *Veram viam ostendens*, sicut aurora ambulatoribus veram ostendit viam; Sic DEI verbum ostendit viam, quâ tutò gressus figere liceat, Os. XIV, v. ult. 4) *Animas lætificans*, Psalm. XIX, 10. Jerem XV, 16. Ps. IV, 8. 5) *Paulatim accrescens.* Aurora namque paulatim elevatur, dilatatur, clarificatur: Sic quoque cognitio nostra paulatim elevatur, major fit & crescit, Ephes. IV, 13. 2. Cor. III, 18. *Borsat. ap. M. Bauman. Anal. Allegor. p. 58.*

Gra-

Gratia DEI.

Aurora roſea, grata, purpurea, huic Gratia DEI conſimilis eſt. Nam. I. *Aurora terminat noctem*; Omnes extra DEI gratiam conſtituti ſunt in nocte; ira DEI ſuper eos manet; non habent tranquillam conſcientiam, Joh. III, 36. Rom. II, 5. verſantes in tenebris, Epheſ. IV, 18. C. V, 8. Sed *DEI gratia* hæc mala omnia terminat. Nam apparuit hæc ſalutifera gratia omnibus hominibus, Tit. II, 11. 2. Tim. I, 9. 10. II. *Aurora ſolem addacit*. Sic DEI gratia & dilectio miſeris hominibus ſolem dedit CHRISTUM, Joh. III, 16. Solem juſtitiæ, Mal. IV, 3. illuminantem omnem hominem, Joh. I, 9. mundum, Joh. XII, 46. III. *Aurora tenebras fugat*: Gratia DEI fugat omnes tenebras è mentibus noſtris: Tenebras inſcitiæ, quia illuminat, Joh. I, 9. triſtitiæ, quia lætificat, Eſ. LXI, 10. nequitiæ, quia convertit, Rom. XIII, 12. IV. *Aurora ægros confortat*: Gratia Dei ſpiritualiter ægrotos confortat, Pſ. VI, 3. Pſalm. XXXVIII, 4. bono animo eſſe jubet, Matth. IX, 4. ſanat ægrotos, Pſ. CIII, 3. Oſ XIV, 3. 4. V. *Aurora cuncta reſocillat*: Sic gratia DEI omnia reficit, omnium bonorum eſt fons & ſcaturigo, ſine hâc omnia arefcunt. Joh. XV, 6. *Baum. l. c. p. 178.*

Muſis amica.

§. 1.

Hinc matutina frons ap. *Mart. Lib. IV. Epigr. IIX. Lib. XIII. Epigr. II. Joſ. Laurent. Polymath. Syn. XXII. p. 289.*

Auroram quisquis ſtudioſus diligit, ipſi
Aura ſecunda favens *aurea* luera dabit. *Frunt. Statius in Ot. & Luſ. Veritat. Ep. 127. p. 29.* Solebant olim ſtudioſi mediâ de nocte ad ſtudia accedere; ut ex illo Juvenalis colligitur:

Poſt finem autumni mediâ de nocte ſupinum
Clamoſus Juvenem pater excitat: accipe ceras,
Surge puer, vigila. *Guido Pancirollus Rer. Memomb. ſeu deperdit. P. I. T. XLII. p. 140.* Sane Gallum ideò attributum Mercurio legimus, quod literati vigilare habeant neceſſe;

Nec totam fas ſit ſomno conſumere noctem.

Hinc Noctem Poëtæ *Euphronim*, i. e. ſapientem nominarunt, quia in eâ multum ſapimus, ex Epicharmi ſententiâ. Si quid docti inquiris, ait, fac noctu ejus inveſtigationi vaces. Omnia præclara noctu, quam die melius reperiuntur. Vid. omninò *Salm. in cit. Aut. p. 147. ſeq.* Sicuti & Judæorum Traditiones nocturnum Legis atq; Theologiæ ſtudium multum commendabant, de quo *Joh. Lightfoot Harmon. quat. Evang. P. III. S. XII'. p. 431,* Joh. Lorinus propoſitum ſurgendi ad primum nolæ pulſum tam firmiter ſervavit, ut ad quinquaginta annos, nun-

quam violarit. *Engelgr. Cæl. Panth. P. I. p. 209.* Peridæ illius sint discipuli, qui de se gloriari poterat: מימי לא קדמני אדם לבית המדרש / Nemo unquam me prior venit in Scholam. *D. Pfeiff. Antiq. Sacr. Dec. III. Pos. I. p. 57.* Idem de R. Eliazaro habet *Lightfoot. Hor. Hebr. & Talm. in Marc. c. XI, 16. p. 451.* Discipulo enim Sapientum probrosum est tardè adventare; Aut quis in tempore venire, aut foris sedere debet, RR. est effatum. *Wagenseil. Sot. C. VII. p. 812. seq.*

§. 2.

Cum Phœbo parturit Ingenium.

Pande fores, valvas relera. Sol advenit hospes,
Te pudeat plumis, Sole videnle, tegi.
Ille quiete caret, totoq; laborat in orbe:
Segnitiem exemplo dedocet ergo suo.
Junge, Menalca, boves, pecus educ, Tityre, caulis,
Incudem strepitu tunde sonante, faber.
Vos etiam docti jam cudite carmina vates:
Ingeniis Phœbi lumina prima favent,
Clarius illustrat mentem lux illa Senatus.
Omnibus est felix, quæ benè cœpta, dies.

*** ***

Sperr Thür und Laden auf: die Sonn will zu dir kommen.
Deck dich mit Federn nicht/ wann sie es siehet/ zu!
Wie sie unmüßig selbst zur Arbeit ist entglommen:
So will ihr Beyspiel uns entwöhnen von der Ruh.
Sie sticht im ersten Strahl/ dir/ Jude/ Türck und Mohr/
Auch uns/ Steht munter auf zur Arbeit! in das Ohr.
Hohl/ Melibœ, das Joch! Treib/ Schäfer/ aus die Heerden!
Schür/ Schmidt/ die Esse starck! Stoß/ Jäger/ in das Hifft!
Und du/ Poëte/ glaub/ dein Werck wird besser werden/
Wo Phöbens erster Strahl dich antrifft ob der Schrifft.
Der Sonnen frisches Licht erleuchtet auch den Rath.
Wohl jedem/ der den Tag früh wohl begonnen hat!

P. Abr. à S. Clara, im Huy und Pfuy der Welt/ *in Tit. Tempus matutinum.* Εν νυκτὶ βελὴ, in nocte consilium. Quâ de causâ Poëtæ *noctem* appellant εὐφρώνην, quod eo tempore prudentia maximè exerceatur. Causa est partim *interna*; quia absolutis jam concoctionibus defecantur & purificantur Spiritus, ut sint ad operationes habiliores: partim *externa*, quia mane conquiescentibus à strepitu vicinis, animus in se colligitur, qui interdiu objectorum multitudine distrahi & dissipari solet. *L. Joh. Mulman, Comment. in Cap. III. Jos. p. 121.*

Emble-

Emblema Christinæ Reginæ Sveciæ.

Als die Königin Christina in Schweden zur Päbstischen Religion abgefallen wär/ liessen die Papisten die Morgenröthe mahlen/ und schrieben die Worte Pauli 2. Cor. IV, 6. darzu:

DE TENEBRIS.

Aus der finstern Nacht/
Ist Sie vorgebracht!

Wollten hiermit andeuten/ sie sey nunmehro aus der stock-finstern Nacht der Lutherischen Irrthümer zu dem seligen Licht des wahren Glaubens kommen; Allein/ das hieß: aus dem Lichte in die Finsterniß verfallen. *Rev. D. Seiffart. Biblia in Imaginibus P. I. p. 42.*

AURORÆ

Uterus, Psalm. CX, 3.

Sensus vocum: מֵרֶחֶם מִשְׁחָר *ex utero auroræ*, est: ex gremio Ecclesiæ, & semine verbi cœlestis. Ecclesia enim in sensu Spirituali aurora dicitur, Cant. VI, 9. Cæterum auroræ vulvam tribui mirum non est, cum pluviæ tribuatur pater Job. XXVIII. 28. Est autem uterus auroræ primus auroræ ortus, se instar vulvæ aperientis, qui Jobi XLI, 19. *Palpebræ auroræ.* Ecclesia est sponsa & conjux Christi, eademque mater fidelium Psalm. XLV, 17. Es. LX, 4. Gal, IV, 26. Idque admodum fœcunda, ut spiritualis filiorum proventus & multiplicatio præsertim tempore N. T. non absimilis sit fœcundo rori Hos. XIV, 5. 6. Bohlius beneficio regulæ rusticæ, quam vocat, ita declarat: Du/Messias, wirst mehr Christen zu Kindern haben/ als die Mutter der Morgenröthe Tropffen/ de Reg. Rust. Th. 13. *D. Pfeiff. Dub. Vex. Cap. III. L. 79. p. 625. 626. M. Joh.* Gottlieb *Lucius, Diss. Th. Sol. de regeneratione ex 1. Petr. I, 3. 4. S. II. §. 31. Glass. Phil. S. lib. V. seu Rhet. Sacr. Tract. I. Cap. X. p. 235. 236. D. G. Mæb. in Davidico loci de Christo compendio s. Explicat. Psalm. CX. p. 24.*

Filius Memnon.

Veteres Geographiæ imperiti Æthiopiam & Nili fontes versus ortum esse sitos radi sunt; quocirca Memnonem Æthiopem *Auroræ filium* dixerunt. *Petr. Dan. Huetius, Demonstrat. Evangel. C. V. §. 2. p. 131.*

Ab AURORA rapti.

Notandum, eos, qui ab *Aurorâ* rapiuntur, non amplius comparere. Tales erant, qui ante tempus & diem moriebantur, quos ab *Aurorâ* raptos esse dicebant veteres Hinc apud eos morem permansisse, ut pueri, & qui immaturâ morte periissent, manè ante ortum Solis sepelirentur. *Hofm. L. U. in h. v. p. 422.*

AURUM

AURUM

Neglectum, non æstimatum.

Americani nil nisi res sibi necessarias curant, anteponentes cultrum, falcem, arcum, & sagittas, cæteraq; hujusmodi, quibus utantur, auro, argento, & superfluis omnibus, quantumvis apud nos pretiosis. *Jo. Spinæus de Tranquillitate Animi L. I. p. 20.* Hinc tradunt, qui orbem perlustrarunt, ferri libras 1400. ducentis quinquaginta auri libris permutatas juxta Insulam Zabur, ut Antonius Pigafetta scriptum reliquit ap. *Majol. in Dieb. Canic. Coll. XIX. p. 610.* Herodotus autor est ap. Macrobios Ægyptios æs pluris æstimari, quam aurum, cujus tam vilis sit usus, ut Cambysis Legati eo profecti, fontes viderint aureis catenis in custodiâ vinctos. *J. Boëmus, Aubanus, de Mor. Leg. & Rit. omnium gentium l. I. Cap. IV. p. 28. D. Ott. Gualter. Syl. Vor. Exot. p. 323.* Babythaces aurum abhorrent ut pestem, ideò defodiunt, ut perdatur. *Majol. l. c. Coll. 19. p. 600.* Nec Scythis ullus auri, argentivè usus *J. B. Aubanus, l. c. L. II. Cap. IX. p. 114.* Nec Lacedæmonibus *Id. L. III. C. III. p. 193.* nec olim Germanis *Id. L. III. C. XII. p. 240.* Crates Philosophus dicebat: Abite, pessimæ divitiæ, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis!

Hispanorum Deus.

Aurum Indi Christianorum Deum vocant. Propterea Hathuejus, Indorum Dynasta, qui Hispanorum sævitiam fugiens ex Hispaniolâ in Cubam transierat, cum etiam huc adventare illos percepisset, suis omnibus convocatis eos naturam & mores Hispanorum sic edocebat: Quoddam, ait, adorant avarum numen, cujus cultui ut satisfacere possint, à nobis multa poscunt, & hoc unum agunt, ut nobis libertatem & vitam eripiant: & mox acceptâ, quam juxta se habebat capsulâ, auro mundo refertâ, his verbis usus est: Iste est Hispanorum Deus! *Lansius, contr. Hispan. p. 429. D. Danh. Theol. Conscient. T. II. Dial. IV. p. 7.*

Auri sacra fames, quid non mortalia cogis
Pectora. *Virg. III. Æneid.*

Was kan die Liebe nicht? So Gold gleich GOtt verehrt/
In List und Trug der Menschen Sinn sie gantz verkehrt/

Terra lutum.

§. 1.

Terta fui primum, latebris abscondita diris,
Nunc aliud regnum flammæ, nomenque dederunt,
Nec jam terra vocor, licet ex me terra paretur.

Sympher. in Enigmat. Bernhard. *Serm. IV. de Advent.* ait: ô filii hominum,

genus

genus avarum & ambitiosum: Audite. Quid vobis cum auro & argento, quæ nec vera bona sunt, nec vestra sunt? Nam quid est aurum, nisi terra rubra! quid argentum, nisi terra alba? Sed quid ea fecit pretiosa, nisi filiorum Adæ avaritia; quæ si non esset, verè preciosa non essent. Deniq; si vestra sunt, tollite ea hinc vobiscum. Nam reverà, sicut nihil intulimus in mundum, ita nihil auferemus. Itaq;, ô utinam saperemus, ac novissima provideremus! Sed quis hoc divitibus persvaserit, postquam divitiæ tanquam malus medicus, ipsos, quos videntes acceperunt, planè excœcarunt, & dementarunt. *Heidf. S. T. P. Cap. XXIII. p. 508.* Quid sunt gemmæ nisi lapides terræ, quid byssus nisi vermium, puta, bombycum fila? quid uniones nisi excrementa concharum? Hinc meritò ab Habacuc Cap. II, 6. appellantur *densum lutum.* Nam ut ait *Naumachius*: Χρυσὸς τοι κόνις ἠδὲ καὶ ἄργυρος, Et aurum pulvis est & argentum. *Qui aggravat*, dicit Propheta; Aptum verbum: Lutum enim, si *densum* fuerit, gravat portantem. Pari modo nimiæ opes oneri sunt possidenti. *Polus in h. l. p. 1907.* Conf. *Appamt. Bibl. Tom. III. in Tit. Naaman munus terram vocat.*

§. 2.

Beym Propheten Ezechiel cap. VII, 19. wird das Gold oder Geld dem Unflath verglichen: Wie nun in vielen Stücken es mit dem Koth und Mist übereinkommet / also auch in diesem Tertio: Gleichwie Mist und Koth auf das Feld / selbiges zu düngen und fruchtbar zu machen / geführet wird; Also sollen wir auch solches Geld unter die Armen ausstreuen / und sie damit fett machen / so will GOtt eine reiche Segens-Erndte darnach geben. *D.* Gerstäck. *in Simil. p. 650.*

Cur altè absconditum?

Aurum & argentum & propter ista nunquam pacem agens ferrum, quasi malè nobis committerentur, natura abscondit. Nos in lucem propter quæ pugnaremus, extulimus, nos & causas nostrorum periculorum & instrumenta disjecto terrarum pondere eruimus, nec erubescimus summa apud nos haberi, quæ fuerunt ima terrarum. *Sen. Ep. XCI. ap. Heidf. l. c. p. 509.*

Heu primus quis fuit ille?
Auri qui pondera tecti,
Gemmasque latere volentes
Pretiosa pericula fodit?

Boëtius de Consol. Philos. Lib. II. Metr. V.

Cur pallet?

Respondet Diogenes: Quia nusquam non haberet insidiatores. Auri habendi tanta mortales libido jam inde ab initio invasit, ut in eo effodiendo jam-

jam ad inferos propemodum penetraverint. Ad lucernarum lumina per invios montes aguntur cuniculi: ut scitè me hercule Demetrius Phalereus dixerit: Avaritiam vel Plutonem ipsum ex intimis terræ penetralibus se tracturum sperare. *Salm. in Panc. P II. Tit. I. p. 20. a.* Petitur insidiis, fossoriis, ligonibus, malleis, retibus, forficibus, igne quoque. At quid fit? Quod captatur ab omnibus, omnes sui captivos reddit, & quo magis à sede suâ pellitur, eò redditur illustrius ac potentius, fit ornatius, & ex captivo fit totius orbis dominus simul & ornamentum. *Heidf. l. c.*

A Paulo II. amatum.

Paulus II. Papa dilexit, quia Venetus fuit. Totâ die pensitare nummos, gemmasq; pretiosas, & uniones contrectare solebat. *Wolff. L. M. Cent. XV. p. 755. a.*

Christo prælatum.

Jener gottselige Mann bildete den heutigen Welt-Zustand vorzustellen/ viel Hertzen auf einem Tisch/ von oben aber zwo Hände aus den Wolcken/ deren eine das Bild Christi JEsu/ des gecreutzigten/ die andere ein groß Goldstücke hält/ und da an dem Bilde Christi kaum ein oder zwo Hertzen hangen/ so hängen an dem Golde ihrer sehr viel/ dazu ließ er schreiben:

O PECTORA COECA.

Ach wie so blind/
Die Hertzen sind!

Der Heil. Augustinus hat sich zu seiner Zeit sehr verwundert/ als er gesehen/ daß eine eiserne Nadel auf dem Tische/ der Hand/ welche den Magnet-Stein unter dem Tische führete/ so artlich folgete: Jtzo hat man mehr Ursach sich zu verwundern/ daß das Geld die Hertzen so kräfftig neigen/ lencken/ führen/ hart und weich machen/ auf- und zuschliessen kan. Wie mancher wendet einen Groschen/ oder einen Pfennig vielmahl um/ ehe er denselben den Armen gibt/ wie besinnet er sich/ ob er den Nothleidenden was schicket/ oder sie in ihrem Elende besuchet. *D. Misand.* Creutz. des Fl. *p. 1770.* Aber

Ein Kleinod/ ob es noch so blinckt/
Jst doch zu dunckel für den Weisen/
Der nach der Himmels-Stadt will reisen/
Die ihm mit andern Blicken winckt.
Denn wer dort sucht die güldne Gassen/
Muß hier um GOtt das Gold verlassen!

P. Abr. à S. Clara, im Etwas für Alle/ *Cap. XXIIX. p. 249.*

Jovis Filia.

DEus est qui dicat; Agnoverunt hoc etiam Ethnici, qui Deo suo Gentili divi-

divitiarum originem adſcripſerunt. *Heſiodus Lib. II. Op. & Dier.* Χρύσατα vocat Θεόδωτα. Et Sappho aurum apud Pindarum *Jovis filiam*, Διὸς παῖδα nominat. *M. Val. Frider. Diſſ. Mor. de Divitum Egeſtate §. 12.*

Perſvader.

Vocalis quanquam mihi deſunt organa lingvæ,
Nullus, quo careo, prodit & ore ſonus.
Perſvadere tamen mortales omnia poſſum,
Ne grave ſit fieri quidquid in urbe volo.
Non moveor, moveo forma quos fronte çarentes
Captivos teneo nocte dieq; mea.

Nic. Reuſner. in Ænigmat. Variar. p. 199.

In igne.

Non læditur, ſed probatur?
Es nichts verliert/
Nur wirds probirt!

Naz. Aurum flamma, bonos adverſa probabunt. *D. Miſand. D. N. T. P. I. p. 612.* Verbum DEI quomodo cum auro & argento conferatur, vid. in *M. Bauman. Anal. Allegor. p. 20. 21.*

Toloſanum.

Proverbium *Gellio Lib. III. Cap. IX.* de hominibus calamitoſis. Hinc dictum, quod, cum Qu. Cepio Coſ. oppidum Tholoſanum diripuiſſet, multumq; auri in ejus oppidi templis fuiſſet, quisquis ex eâ direptione aurum attigit, miſero execrabiliq; exitu periit. *Joh. Calvinus in Medullâ Lex. Jurid. p. 124. b.*

Scelerum materia.

Lycurgus, apud Spartanos, auri argentiq; uſum, velut omnium ſcelerum materiam, ſuſtalit. *Juſtinus Lib. III. Cap. II. n. 12. p. 49.*

Doloris cauſa.

Blanditiæ pater, & ſum filius ipſe doloris,
Qui tenet hoc, metuit; qui caret, illç dolet. *N. Reuſn. l. c. p. 272.*

Potabile.

Plinius in viceſimo nono ita ſcribit: Auro liqueſcenti ſi Gallinæ carnes admiſceantur, ab illis rapi. Itaq; auri venenum eſſe. Quod ſi verum eſt: Sane ſic præſentius atq; commodius adipiſcemur *aurum eſculentum*, quam ex tuâ inani indicatione *aurum potabile*. Ita *Scaliger ad Cardanum Exercit LXXXIIX. p. 323.*

Patientiæ Symbolum.

Die Gedult wird fürgestellet durch das Gold unter dem Hammer auf dem Amboß/darzu einer setzte:

PROBATUM ÆSTIMOR.

Wohl geprobt/
Dann gelobt!

Oder/ wie ein anderer/ über das Gold im Probier-Ofen schriebe:

DONEC PURUM.

Es hält aus allezeit/
Zu voller Reinigkeit!

Joh. Audenus ita:

Quod fornax auro facit, hoc tribulatio justis.
Rebus in adversis certa probanda fides.

Der Ofen prüft das Gold/ die Trübsal auch die Frommen/
Der Glaub und die Gedult wird dadurch wahrgenommen!

NON LÆDITUR, SED PROBATUR.

Gar nichts wird hier verletzt/
Was gute Prob ersetzt!

Schrieb jener zum Golde/ welches aus dem Probier-Ofen auf dem Amboß mit dem Hammer geschlagen wird/ und da nicht/ wie ander Metall/ einigen sonderbahren Klang von sich gibt/ sondern die Probe desto besser hält und erweiset; Eine geduldige Seele ist wie das Gold unter dem Hammer/ das keinen Klang von sich giebet/ sondern in der Stille sich bearbeiten lässet; Gleichwie das Oel/ wann es ausgegossen wird/ kein Geräusche machet/ als das Wasser/ sie klaget/ schrevet noch murret nicht/ sondern ist still; Sie ist nicht wie eine Sau/ welche ein gräßlich Geschrey machet/ wann sie angegriffen wird/ sondern wie ein Schaaf/ das verstummet für seinem Scheerer/ und ihme die Wolle willig abnehmen lässet. Scriver S. S. *P. II°. §. 32. p. 1479.* *Dn.* Gottfr. Emblem. Tugend- und Laster-Platz/ *Embl. XCIII. p. 1130 seq.*

Uxoris.

Quis est, qui ignoret, uxoris auro acquisitæ causam esse tanquam malè emtæ mercis pœnam, ut emtori perpetuò suam exprobret stultitiam? *L. Joh. Müllman. Comment. in Cap. XI°. Jos. p. 544.*

Cervical Regium Darii.

Lectus Darii hoc modo concinnatus erat. Ad caput cubilis Regii conclave erat pentaclinum, h. e. eâ magnitudine, quæ quinque lectos caperet, in quo perpetuo asservabantur auri talenta 5000; Et hoc CERVICAL REGIUM appella-

ba-

batur. Ad pedes aliud erat conclave triclinum, in quo recondebantur argenti talenta 3000, idque dicebatur REGIS SCABELLUM, vel SCAMNUM SUPPEDANEUM. In ipso autem cubiculo supra lectum stabat AUREA VITIS gemmata, racemos habens pensiles ex lapillis pretiosissimis compositos, sicut Amyntas de mansionibus Regiis scribit. Non procul ab eâ erat CRATER AUREUS, Theodori Samii opificio nobilis, cujus valor erat 5000. auri talentûm. *Athenaus, in Dipnosoph. L. II. ap. D. Matth. l. c. p. 293.*

Et aura.

Pellerus, in Politic. Sceler. Impugn. C. XXIX. ex Lauredano ita: Duo, inquit, Hominem magnificant, habere plurimum *Auri*, & plurimum *Aurae*. Hæ sunt duæ columnæ Herculeæ in mari mundanæ felicitatis, ultra quas non potest Navis humana progredi. Hi sunt duo Poli maximè pollentes in mundo, circa quos vertitur orbis universus. Non sufficit huic Navi *aurum*, quo onusta est, nisi & *Auram* venti habeat, nempè propitiam. *Joh. Ern.* von der Linde/ *in Prototyp. Boni Principis.*

Omnes appetunt.

Aurum omnes cupiunt & amant, placet omnibus aurum!

Paulus tales viros vocat βουλομένους πλουτεῖν, volentes ditescere, 1. Tim. VI, 9. Quadrat huc origo vocis Ebrææ כֶּסֶף *argentum*, quod ab *appetendo*, נִכְסַף nomen habet, nim. quia omnes illud appetunt, vel quia appetitum adeò stimulare solet. Peculiarem circa vocabulum hoc subtilitatem Dn. Hilario Prachio (*bakkasch. Sect. V.*) communicavit Judæos quidam; propterea sc. Cohel. V, 9. (qui diligit argentum, non satiatur argento) non positum esse זָהָב *aurum*, sed כֶּסֶף *argentum*, quia in זהב numerus & valor literarum decrescit, in כסף verò accrescit, adeò, ut qui habet כ *viginti*, v. g. Imperiales, velit habere ס *sexaginta*, qui habet ס, velit habere פ octoginta. *B. Geier. in Coh. V, 9. p. 181.*

Moses quomodo potuit in cinerem redigere?

Vid Appar. Bibl. Tom. I. p. 9. seq.

AURI

Copia maxima in Novo Orbe.

§. 1.

Etenim per omnes Peruviæ provincias reperiuntur Fodinæ auri atq; argenti feraces, ita ut ipsi Peruviani atq; Hispani olim gloriati sint, fundum hujus regni aureum esse atque argenteum. Girava scriptor Hispanus, testatur, circa urbem Quito fodinas fuisse, quæ plus auri, quam terræ largirentur. Ideò cum Hispani primum in Aureum hoc Regnum (quod ideò firmissimis muniunt castellis & præsidiis) venissent, in multis urbibus, inprimis Regiâ, Cusco dictâ, plurimas ædes con-

conſpexerunt intus & extus obductas laminis aureis. Militum etiam Peruanorum primarii non tantum loricas argenteas, ſed etiam omnia armorum genera ex auro parata geſtabant. *D. Beeman. H. O. T. P. I. C. VII. §. 18. p. 310. Joh. Buno ad Cluv. Geogr. Lib. VI. C. XIV. p. 674.* Tanta ibi auri copia, ut quo loco nobis figulina habentur opera, eodem ibi ex auro opificia; domos aureis argenteisq; tegulis contegebant, & ex nimia ferri penuriâ pedibus equorum ſoleæ, ipſiq; clavi ex auro adhibebantur. *S. Majolus l. c. Coll. 19. p. 602. Novella Mundi Delli & Curioſi An. 1694. menſ. Mart. p. 4646.* Argenti fodina feliciſſima eſt in monte Potoſi, in quo viginti millia hominum effodiendæ terræ operam dant deſcendentes per quadringentos gradus & plures. Inde ingens illa auri argentique vis, quam ſingulis annis Rex Hiſpaniæ ex Americâ accipit. *Beeman. l. c. Vid. Tit. Argenteæ Hiſpanorum Claſſis unde?* Sed nec in noſtro orbe auri argentique deſunt fodinæ. Allein das Schneebergiſche Silber-Gebürg in Meiſſen hat innerhalb 80. und mehr Jahren etliche tauſend Tonnen-Goldes der Landes hohen Obrigkeit/ auſſer dem/ was die Participanten und Eigenthümer bekommen/ gezinſet. Das zu Chemniz in Ungarn hat über 900. Jahre geſtanden und ſehr viel eingebracht &c. *Relat. ex Parn. An. 1689. 14. Jun. N. 45.* Das berühmte Bergwerck auf dem Jochims-Thal im Böhmen hat in 85. Jahren/ von 1516. biß 1601. dreyzehnmal hundert und fünff tauſend/ ſieben hundert und vier und neuntzig Marck Silbers ausgegeben. Zu Kuttenberg war innerhalb 80. Jahren in die 1200000. Marck Silbers aus der Erden gegraben. Zu Rudelſtadt bey Budweiß war 170800. Marck Silber gehoben; daß alſo in nicht gar langer Zeit in beſagten 3. Berg-Städten 2600603. Marck Silber/ das ſind 13383. Centner Silbers hervor ans Tages-Licht gebracht. Wann man nun die Marck für 9. Specie Rthlr. rechnet/ beträget ſolches 24089427. Rthlr. welches warlich ein anſehnlicher Schatz iſt. *Id. ib. A. 1703. N. XXIV. 23. Mart.*

§. 2.

Sed ô quot opes frivolè perdunt homines!
Intima mortales ſcrutantur viſcera terræ,
Ipſaque Plutonis jam labor antra ſubit.
Nil vapor, occluſæ nil peſtifer halitus auræ,
Nil ſubtus ſtreperæ terret abyſſus aquæ.
Scilicet eſt ſulvi tam cœca cupido metalli
Nulla pericla videt, nulla pericla timet.
Attamen hoc, tantis quod curis quærimus, aurum,
Bache tibi toties; vel Cytherea datur.
Problema eſt. Utrum majore furore parentur,
Anne magis fatuè dilapidentur Opes.

* * * *

O wie viel so saures Gut
Jagt man durch mit guten Muth!

Hier guckt man in den Kux tieff in den Bauch der Erden/
Der Hände-Fäustel pocht schon an der Höllen an.
Man will hier nicht erschreckt durch giftge Dämpffe werden/
Nicht/ ob das Wasser braust/ das niemand gründen kan.
Man ist so eiffrig hier auffs Qvertzen-Gold erpicht/
Man siehet keine Noth und scheut dieselbe nicht.
Ob so viel Sorgen gleich üm Kux und Zechen rollen;
Wird doch die Zech gar offt in Bacchi Schacht verzehrt
Die Venus, wann sie baut im Fuß die Zipper-Stollen/
Führt in die Knappschafft ein ihr kränckliches Geschlecht.
Drum fragt man: Ob mehr Sorg beym Gold sey/ biß mans kriegt;
Als Thorheit/ biß es fort durch Wein und Liebe/ fliegt?

P. Abr. à S. Clara l. c. in Tit. Metallorum Fodina.

AURO

Septem præstantiora in S. literis leguntur.

I. Sapientia, Job. XXVIII, 16. Prov III, 14. Cap. IIX, 11. Sap. VII, 9.
II. Hominum benevolentia, Prov. XXII, 1.
III. Amicus fidelis, Syr. VII, 20.
IV. Mulier proba & morata, Syr. VII, 21.
V. Eleemosynæ, Syr. XXIX, 12. 13. 14. 15.
VI. Bona valetudo, Syr. XXX, 15.
VII. Verbum DEI, Psalm. XIX, 10. Psalm. CXIX, 26.

Joh. Möllerus, in Alveario p. 21.

Probatur homo.

Johannes de Boria Embl. CIX. stellet einen auf einem Tisch liegenden Probier-Stein/ mit den Worten:

LAPIDE AURUM, AURO HOMO.

Das schöne Gold will durch den Stein/
Der Mensch durchs Gold probieret seyn!

Dn. Gottfr. *Emblem.* Tugend- und Laster-Platz/ *Embl. XCIV. p. 1143.*

AUREA

AUREA

Judæorum Simia, Levit. XXVI, 44.

Hoc loco Judæi mirificè delectantur, illamq; appellant den güldnen Affen/ quia incipit à voce אַרְנֶבֶת quæ Germanis notat *Simiam*, unde vulgo *Aurea Judæorum Simia* audire solet, è quo scilicet certam ex servitute modernâ liberationem, & reductionem in terram Canaan, adeoque aureum seculum, per adventum Messiæ inchoandum, certissimè sibi pollicentur. Imò fertur de illis, quod ex isto loco Judæi Cæsarem Fridericum, celebris memoriæ, ita dementarint, ut dixerit: Judæos habere Simiam in Biblüs suis, quam meritò aureis deberent scribere literis. *Fagius, ad h. l. in O. A. p. 894.* Sed auream hanc Simiam nihil aureum ipsis promittere, sondern daß sie sich vielmehr durch diesen güldnen Affen selbsten äffen/ vid. ap. *Pfeiff. D. V. C. II. Lib. XVII. p. 277. Helvic. T. IV. Diss. Giess. p. 378*

Clavis referat omnia.

Der güldne Schlüssel öffnet alle Thüren/ ja so gar die Thür des Himmels und der Höllen; Jene durch das Allmosen/ diese durch den Geitz. *Lipsius Polit. Lib. IV. Cap. XLX. p. 134. Engelgr. L. E. P. I. Dom. Quadr. §. 1. p. 202. seq. Nic. Caussinus Polybist. Symb. Lib. II. Cap. I. p. 273.* Nulla vis contra! *Picin. M. S. Lib. XIII. Cap. VII. n. 75. p. 735.* Nummus (Aurum) est humanæ potentiæ compendium, aureusq; malleus omnes portas, etiam munitissimas, confringens. *Autor. Itiner. Polit. p. 143. ap. M. Val. Friderici, Diss. Mor. de Divitum Egestate §. 6.*

Quæ fieri nequeunt Regina Pecunia fecit,
Omnipotens *Numus Numinis* instar agit!

Fr. Stratius in Ot. & Lus. Verit. Ep. 128. p. 30. L'amour fait beaucoup, mais l'argent fait tout, Galli verissimè dicunt. Ubi nummus loquitur, Tulliani eloquii tuba rauce scit; ubi militat nummus, Hectoreæ militiæ fulgura compescuntur; ubi pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculea; Nummus vincit; nummus regnat, nummus imperat universis. Auro quæq; janua panditur; auro omnis thalamus conscenditur, auro restes & saxa, & insolubilia matrimonii vincula franguntur. Quid mirum, quod auro virgines, puellæ, matronæ, viduæ vestales væneunt, si auro ipse CHRISTUS venditur. *Constantinus Germanicus Epist. Polit. ad Justum Sincerum de Peregrinationibus Germanorum ritè instituendis p. 142. 143.*

Bulla.

Vid. Tit. Bulla.

Judæorum Barba.

Vid. *Appar. Bibl. Tom. II. p. 1213. seq.* Aureæ Paradisi arbores vid. in Tit. Arbor. Aurea arma, frena, calcaria, in Tit. Arma. Vitis aurea σὺν Θεῷ in Tit. Vitis. Platanus aurea in Tit. Platanus.

AUREA

Uva.

Anno 1651. hat man in Ober-Hungarn/bey dem Schlosse Batack, Weinbeer angetroffen/ dero Körnlein inwendig von puren Golde gewesen. *P. Abr. à S. Clara l. c.*

AUREUM

Rete.

Aurum & argentum stabiliunt pedes, Sir. XL, 25. Sunt quasi anchora firmissima, ut vulgo vîdetur, sapientibus non item;

Quisquis habet nummos securâ navigat aurâ,
Fortunamque suo temperat arbitrio.

Petron. in Satyr. Phœnices in Tartessum navigantes primò tantam argenti vim ex permutatione aliarum mercium compararunt, ut nautica vasa, omnia, etiam *anchoras* sub discessum *argenteas* facerent, quod naves non essent capiendis tot opibus. *Argenteâ anchorâ* niti idem quod *argenteis hastis pugnare, & aureo hamo piscari.* Nero piscatus reti aurato, purpura coccoq; funibus nexis. *Sueton. in Nerone.* Pulcherrimum nassæ, aut reticuli genus, mirum si non pisces ipsi suâ sponte se induerunt; Nempè ut in auream Timothei, Athenienssium Ducis, nassam urbes sponte ingrediebantur, dormiente ipso. Euripid. in Bellerophonte citatus à Senecâ, de pecuniâ venustè dixit:

Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Meritò illa amores cœlitum atque hominum movet.

J. H. Ursin. Theol. Symbol. Cap. CIII. p. 126. 127.

Seculum.

Doctissimus sed satyrico scribendi, aliosve infectandi genere famosus Rohlenhagen/ Append. wahrhaffter Lügen/ Cap. XX. **Ob iemals eine güldene Zeit gewesen?** ubi inter alia: Zu Adams Zeiten war sie nicht/ denn sein Acker trug Disteln und Dornen. Er muste in seinem Schaffpeltz sich mit Kummer drauff nehren/ und im Schweiß seines Angesichtes sein Brod essen/ biß er wieder zur Erden ward/ von der er genommen war. Es verachtete auch Cain GOttes und der Eltern Warnung/ und schlug seinen Bruder todt/ lieff in ein ander Land/ und verfolgte mit seinen Nachkommen seiner Brüder Kinder/ unauffhörlich/ biß GOtt alle Menschen auf Erden mit der Sündfluth ersäuffte/ und allein 8. Personen in der Arche überblieben. Vielweniger war das Aureum Seculum zu der Patriarchen Zeit/ denen ihre Nahrung blut-sauer ward/ und immer ein Bruder den andern verfolgte/ und die Eltern todt marterte.

Noch weniger war es bey den Israeliten in der Wüsten / und im gelobten Lande ꝛc. *Dn. Dan. Guil. Mollerus, Diss. Acad. de Seculo §. XXVII. p. 26. 27.* Romæ alicubi legitur: Felix nimium prior ætas; Et è regione: Omnis ætas de suo tempore conquesta est ap. *Nathan. Chytraum in Delit. Itin. Europæ p. 23.* Verissimè! Nostrorum temporum Status cum primis Seculis status nihil prærogativæ istis concedit. Si enim naturalem statum spectes, h. quò vivimus & conservamur veteres incommodissimè egerunt, & nulla habuerunt secula aurea; Victus eorum erant radices, & si Ovidium audimus, glandes; Sic nempe de Ætate suâ Aureâ loquitur: Homines cibis sua sponte natis contentos fuisse, talesque comedisse Fraga; Corna, Mora, *& quæ deciderant patula Jovis arbore Glandes.* Amictus loco habuerant belles ferarum vel pecudum; His enim ipse DEus post lapsum donavit primos Homines; Et habitacula erant spelunæ, à quibus jam ipsæ feræ bestiæ abhorrent: ut proinde Ferrea potius, quam Aurea fuerint tempora; Ferreum enim si est asperius vivendi genus, Ferrea certe fuerunt, quæ tot commoditatibus, quibus nunc affluimus caruerunt. De Statu Morali vero suorum tempora jam tum Seneca: Erras, mi Lucili, si existimas nostri seculi esse vitium luxuriam & negligentiam boni moris & alia, quæ objicit suis quisq; temporibus. Hominum sunt ista, non temporum: Nulla ætas vacavit à culpâ; Et si æstimare licentiam cujusq; seculi incipias, pudet dicere, nunquam apertius, quam coram Catone peccatum est &c. Ep. XCVII. quâ totâ probat: *Et nunc & olim fuisse malos. D. Beckman. Not. Dignit. Illustr. Diss. I. Cap. I. §. 3. p. 5. 6.* Sub Erico II. an. 1024. propter agrorum fertilitatem aureum dicunt fuisse seculum. *G. Horn. Orb. Polit. in memorand. Sveciæ p. 58.* Sed, *Aurea Secula*, dé quibus sunt tot Poëtarum & aliorum ἀπομνήματα, *de Statu Innocentiæ*, rectè intelliguntur, quo amisso tota hominis, ipsaq; rerum natura à suâ integritate & perfectione degeneravit. *Dieteric. Antiq. Bibl. in Gen. II, 8. p. 79.*

Krieg/ Hoffart/ Schwelgerey/ Geitz samt der Uppigkeit/
Sind Feind und Untergang der Gold- und Silber-Zeit!

Sed bona verba quæso! Anne Aurea nunc verè &c.

Aurea nunc verè sunt secula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor?

Ovid. de art. am. L. II. Aurea certe hactenus sunt secula, quod omnia sunt venalia, auro fides, auro jus, auro leges, & quicquid est in hâc vitâ augustissimum, auro venale prostat &c. *Heidf. Cap. IV. p. 64.*

Vellus.

Non desunt, qui sub pelle Velleris aurei, quod Argonautæ ex Colchide advexerunt, intelligant Diphtheram, h. e. librum ex membranis Veterum more confe-

confectum, & arcana artis ejus, quam Chimiam vocant, pandentem, quo sc. auri conficendi scientia contineretur: Meritoq; membranam eam appellatam fuisse auream, propter emolumentum, quod ex eâ acquirebatur. *Salm. P. II. T. XIII. p. 259.* Sed rectius sentire videntur, qui ad divitias Colchorum respexerunt; ad Vellus Aureum ergò profecti esse dicuntur, i. e. ad Venas metallicas. *Phil. Mel. Chron. Carion. Lib. II. p. 188. conf. v. Argonautica Expeditio, & M. Joh. Hoffmann/ in Heptade Erotematum Philol. Historicorum Erotem. V. p. 19. seq.* Quid significasse aliud credimus famosum illud aureum vellus arietis, nisi opes multas, lateq; vulgatas? quibus divites bestiales, opumq; inopes verarum, velut arietes velleribus vestiuntur. *Fr. Petrarcha de R. U. F. L. I. Dial. CXVII. p. 314. Jac. Typotius Hierogr. Principum V. p. 294. 295.*

Est in Ovibus.

Oves sanè tanto in honore habuerunt Veteres, ut ex iis solummodò opes fieri existimarint, & pecuniam atque peculium omne à pecudibus & gregum numero olim censuerint: eaque de causa Maronianus Corydon divitias ostentaturus suas, dixerit:

Mille mei Siculis errant in montibus agnæ.

Ideòq; fictum, oves olim lanam auream habuisse. *Salm. l. c. p. 260.* Charitatis nomine *Vellus Aureum* in Ovibus intelligendum, docuit Varro ap. *Cæl. Rhodig. L. A. Lib. XXV. Cap. I. p. m. 285.* Rectè charitatis nomine. Est enim Aurum hominibus charissimum, nec ullum ab his pluris fit metallum.

Aus des Wollen-Thiers Genüß/
Wächßt des Reichthums güldnes Flüß!

In Galliâ.

Regnum Galliæ est pratum florentissimum, in quo pascuntur infiniti ovium greges *aureis velleribus*, qui tonderi possunt, quoties Pastori libuerit. *Lanss. pro Gall. f. 199.*

AUREUS

Dies.

Die Sonntage/ so gleich nach den Quatembern folgen/ heissen güldene/ weil sie entweder mit güldener Farbe im Calender stehen/ oder wie Gold/ für allen Metallen/ sonderbahre Krafft/ Wirckung und Nutzen haben; Die daran getroffene Verlöbnisse und Hochzeiten/ sollen Geld und Gut zu wege bringen/ wie denn Don de Algaa, ein Spanier/ viermahl allezeit am güldenen Sonntage solches genau beobachtet/ und grossen Reichthum erworben hat. *C. F. Paulini* Zeit-kürtz. erbaul. Lust/ *T. III. Cap. XLI. p. 282. seq.*

AUREIS
Compedibus vincti.

Bessus & Nabarzanes Regem Darium aureis compedibus vinciunt, nova ludibria subindè excogitante fortunâ. *Curt. Lib. V. Cap. XII. Dio Chrysostomus Orat. ult. & Justinus 5. 11.* narrant, hujusmodi vinculis oneratos etiam à Cyro Astyagen, ab Artaxerxe Cyrum fratrem. Antonius quoq; Regem Armeniæ Artavasdem fraude deceptum, catenis, sed ne quid honori deesset, aureis vinxit, ut *Vellejus 2. 82.* refert. De Dario & *Justin. 11. 15.* Sic in Appiani Mithridat. Rex ille filium cognominem vocatum ad se vinxit aureis compedibus, nec multo post necavit. *C. S. M. D. Not. in Curt. Lib. V. Cap. XII. p. 331.*

B. B. B.

BAPTISMUS
Judæorum.

§. 1.

Baptismi exercitium & praxis & olim apud Judæos viguit, imò & parvulos baptizarunt. *Lightfoot Harmon. IV. Evangelist. P. II. S. XII. p. 390. 391. & P. III. S. XIV. p. 448. seq.* Potissimum adhibitus, quando gentiles in proselytos transibant, & populo Judaico inserebantur, sine dubio, ut per eam indicaretur, sordes vitæ & morum esse detergendas, & operam dandam munditiei. *D. Frid. Ulric. Calixtus de Baptismo, & de antiquis circa eum ritibus §. 1.* Ritus autem hic non erat Sacramentalis, usq; dum CHristus illum ritum in Sacramentum converteret, quemadmodum lapis prius est, quam fit limes agrorum, ita baptismus diu ante obtinuit, quam fuit Sacramentum N. T. *G. T. Meier. mox cit.* Imò non hallucinemur si diceremus, ob id in usu fuisse ritum istum abluendi, vel immergendi, quoniam expectabant tale quippiam in adventum Messiæ, ut patet exinde, quod Johannem bifrontem illum in limine N. T. constitutum Ecclesiæ Christianæ pararium, convenientes, non tam te ipsius baptismo, quam autoritate litem moveant, dicentes: Quid igitur baptizas, si tu non est Christus, neq; Elias, neq; illa Prophetа? Joh. I, 25. *Th. Goodwin. Mos. & Aar. Lib. I. Cap. III. p. 18.* Tria hinc absolute necessaria erant iis, qui perfecti Judæi, & Proselyti justitiæ fiebant, nempe Circumcisio, Baptismus & Sacrificium. *Jos. de Voisin Observat. in C. VII. Raym. Mart. P. II. p. p. 356. Joh. Andr. Danzius Diss. I. de Baptismo Initiationis Ebræos inter & Gentiles §. 16. p. 23. seq. Hottinger. Thes. Philol. Lib. I. Cap I. S. III. p. 16. 17. Ludov. Mich. Crocius Not. Philol. in Comment. Rabb. sup. Prophet. Obad. n. 5. p. 41. 42.*

41. 42. 43. Peragebatur hic baptiſmus ſtatim à circumciſione, mox ubi dolores ejus interquieverant, & præmittebatur examen ſolenne. *D. Franc. Burmannus, Syn. Theol. T. II. Lib. VII. Cap. VI. § 5. p. 333.* Quod cum inter Judæos non poſſit non eſſe notiſſimum, aut ſaltem Doctores eorum ignorare non debeant, meritò Salvator noſter Chriſtus Joh. III, 10. miratur, quod ipſo de regeneratione ex aquâ & Spiritu concionante, Nicodemus tam abſurdè philoſophetur, ac ſi fieri nequeat, ut aliquis renaſcatur, niſi in uterum matris ſuæ redeat, qvum ipſe tanquam Doctor Iſraëlis, niſi propria vineta incidere velit, diffiteri non poſſit, Proſelytos, qvum Judaiſmo initiantur renaſci, nec tamen in uterum matris ſuæ redire. *P. Sievogt. Diſp. Acad. Philol. III. de Proſelytis p. 968. 969. Severus Walterus Slüterus in Colloq. Nicod. cum Chriſto de Secundis Natalibus ad Comma 9. & 10. Gebhard. Theod. Meierus de tribus Novellorum naſcentis Eccleſiæ Chriſtianorum Initiamentis ex Hebr. VI, 2. §. 27. p. 30. Hackſpan. in Ezech. XXXVI, 25. p. 843. ſeq.*

§. 2.

Scilicet apud Judæos duplex Baptiſmus in uſu fuit, quorum alter טבילת נדה *Baptiſmus impuritatis* (Legalis) ſeu *Luſtrationis*; alter טבילת גרות *Baptiſmus Proſelytiſmi* ſeu *initiationis* dicebatur, quo ii, qui relicto Ethniciſmo Iſraëlitarum ſacra amplectebantur, & גרי צדק i. e. Proſelyti juſtitiæ fiebant, initiabantur. De hoc ex *Tr. de Avoda Sarſ. 59. p. 1.* ſequentia afferuntur: In æternum non eſt Proſelytus dum circumcidatur & baptizetur, nam donec baptizatus non eſt, gentilis eſt. *R. Jacob ben Aſcher in Arba Turim Part. II. Jore deab Hilcoth. Gerim f. 65. col. 2.* ait: Proſelytus, qui ad ſuſcipiendam Religionem Judaicam accedit, non prius pro Proſelyto habetur, quam circumciſus & baptizatus fuerit. *D Barthold. Holtzfuß/ Diſſ. Theol. de Baptiſmo Judaico-Chriſtiano §. 4. p. 10. §. 14. p. 33. 34.* Conf. & *D. Job. Cyprianus, Diſquiſ. Philol. Theol. de Baptiſmo Proſelytorum Judaico Sacramento V. T. Cap. II. p. 10. ſeq.*

Quando autem cœpit.

Judæi hujus baptiſmi uſum è veteſtis temporibus arceſſunt. Sunt qui Jacobo adſcribant, Sichemitarum filios ſuæ domui inſerenti, Gen. XXXV, 2. Dixit Jacob familiæ ſuæ: Amovete à vobis Deos alienos, & mundamini (quid ſibi velit vox iſta וְהִטַּהֲרוּ & mundamini, optime interpretatur Aben Ezra שירחצו הגוף nempe Lotionem corporis, vel baptiſmum, quod et ſvadet ipſa ratio. *Lichtfoot. Hor. Hebr. & Talm. in Matt. Cap. III. 6. p. 265.* vid. *D. Cyprianus, l. c. Cap. III. §. 3. p. 23. ſeq.*) Alii ex illis à Moſe petunt originem: Lavent ſuas veſtes, Exod. XIX, 10. *Danzius, l. c. §. 29. p. 46. & §. 30. p. 47. ſeq.* Sed credibilius eſt, tempore Davidis & Salomonis hunc invaluiſſe morem baptizandi, quandò ſcilicet ingens Proſelytorum numerus Judæis acceſſit. *Joh. Heinr. Reizius, in Goodwin.*

win. c. l. Conf. Selden. de Jur. Nat. & Gent. L. II. C. II. p. 138. seq. Qui ad Mosen referunt, nituntur dicto, 1. Cor. X, 2. ubi memoratur baptismus in nube & mari. vid. *Burmannus, l. c.*

Christianorum lorica, & perfecta custodia.

§. 1.

Alce à venatoribus agitata ad aquas confugit, atque in iis stans aquam ore haustam in canes fervidam eructat. *Gesner. in Paralipom. ad Hist. Quadrup. p. 1097.* Christiani à dæmone, à tyrannis ad abnegationem fidei tentati, se ad aquas baptismales cogitatione recipiunt, eas persecutione suâ fervidiores redditas exhibent. Ignatius Martyr: Baptismus Christianorum lorica est. *L. Job. Cyprian, Contin. in Hist. Anim. Franz. P. I. C. X. Mor. 3. p. 253.*

§. 2.

Circumcisio (secundum quosdam) signum προφυλακτικὸν fuit, & ad Cacodæmonis injurias à personis omnibus illo charactere munitis propulsandas, ex DEI gratia, valuit. Eâ opinione Origenem *L. V. p. 263. Edit. Cantab.* probant, quæ contra Celsum attulit: circumcisio cito celebrata est, propter aliquem infestum Judæorum genti Angelum, qui posset non circumcisos lædere, circumcisos non item. Judæos etiam antiquiores eandem virtutem Circumcisioni tribuisse, conjiciendi causam præbent Chaldæi Paraphr. verba in locum illum Cant. III, 8. 9. *Lectum Salomonis ambiunt 60. fortes &c.* Baptismus qui circumcisionis locum occupat, DEI est signaculum, quo baptizati in DEI clientelam recepti, contra Dæmonis insultus, satis muniti existunt. Hinc Clemens Alexandrinus Baptisma πλέιον φυλακτήριον, perfectam custodiam nuncupat ap. *Euseb. Demonstr. Evang. L. III. Cap. XVII.* Nazianzenus baptisma sigillum asserit, ὡς σωτήριον, quia conservatio est, *Orat. in Sanct. Bapt.* Et *Basilius Exhort. ad baptism.* Nisi signatus sit super te vultus Domini, nisi characterem in te agnoscat Angelus, quomodò pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit? *D. Job. Spencerus, de Leg. Hebr. Rit. earumq; Rat. L. I. C. IV. S. II. p. 22. 23.*

§. 3.

Sicut Scorpii & Serpentes, qui in sicco prævalent, in aquam præcipitati prævalere non possunt, aut sua venena retinete; Sic & Diaboli, qui Scorpii & Serpentes appellantur apud baptizatum &c. *Nic. Caussinus, Polybist. Symbol. L. IX. C. LXVI. p. 545.* Proselyto dicebant, postquam circumcisus & baptizatus, tutam nunc habere stationem sub alis Majestatis divinæ. *Joh. Selden. de Jure Naturali & gentium Lib. II. Cap. II. p. 139.*

Τελείωσις sive perfectio.

Baptismum τελείωσιν vocari notat *Valesius, in Euseb. p. 253.* τελειοῦσθαι po-

nitur

nitur pro baptizari. Sic loquitur *Greg. Nazianz. Orat. contr. Julian. Clemens Alex. L. I, Padagog.* Cauſam ſubjungit, quia nihil ei deeſt. Quid enim deeſt illi, qui DEum novit, & gratiam DEI poſſidet, & vitâ jam fruitur æternâ, ſpe? Apud Latinos quoque baptizatos *perfectos* aſſerit Valeſius. Hinc *perfectus* Chriſtianus pro fideli, *imperfectus* pro Catechumeno. *D. Zimmerm. An. Menſ. 8. Cap. VI. p. 423. 424.* Tertullianus *de pœnit. Cap. VI.* baptiſmum vocat *omnem ſalutem*, quia ſcilicet omnia omninò per baptiſmum peccata delentur. *Gabriel. Albaſpinæus, Not. in b. l. p. 433.*

Eccleſiæ Janua.

§. 1.

Auguſtin. *L. I. de peccat. merit. & remiſſ. C. XXVII.* baptiſmum vocat januam Eccleſiæ, & *Lib. II. de Catech. rud. Cap. 1.* portam gratiæ & primum introitum Sanctorum ad Æternam DEI & Eccleſiæ conſvetudinem. Bernhardus *Serm. de Cœnâ* appellat Sacramentum initiationis, & intrantium Chriſtianiſmum inveſtituram. *Gebhard. Theod. Meierus, de tribus initiamentis Novellorum naſcentis Eccleſiæ Chriſtianorum ex Heb. VI, 2. § 34. p. 38.* Hinc Leo M. *Epiſt. 35. C. I.* Salutis januam aperire, pro baptizare adhibet. *Rittershuſius, in Lib. II. Saltian. contr. Avarit. p. 470.* Baptiſmi aqua, aqua vitæ vocatur à Juſtino Martyre Dial. Triph. p. 178. ap. *Danh. Hodoſoph. Phœnom. 10. p. 1096.* Damaſcenus vocat ἀρραβῶνα τῆς μελλούσης ζωῆς, καὶ βασιλείας ap. *Dorſcheum, Diſſ. Th. de Spiritu, Aquâ & ſanguine ex 1. Joh. V, 8. § 15. p. 32.* Romæ templum (ædes) fuit, *portæ ſalutis* dicta. *Alex. ab Alex. Gen. dier. L. IV. Cap. 16. p. 220. a.* Baptiſmus &c.

§. 2.

Optatus Milevitanus *Lib. V. de Schiſm. Donatiſt.* Quis fidelium neſciat ſingulare baptiſma virtutum eſſe vitam, criminum mortem, nativitatem immortalem, cœleſtis regni comparationem, innocentiæ peccatorum naufragium; Et *Init. Lib. VI.* vocat pignus ſalutis æternæ, & tutelam fidei & ſpem reſurrectionis ap. *Rittershuſ. l. c. in Jud. Baptiſmus.*

Verus Natalis.

Duplicem horoſcopum unumquemque habere ajo, humanum alterum, natalem puta, alterum Chriſtianum, nimirum Baptiſmum; A quo ſolo, horis illis combuſtis, & adjectitiis diebus excluſis, natales numero, non quicquam me eſſe reputans, antequam Servatoris mei eſſem, & in Chriſti albo adſcriptus. *Lev. Nic. Molkenius, ad Relig. Medici P. I. S. 44. p. 252.*

Prima ſtola & veſtis pulcherrima.

Citò proferte ſtolam primam, inquit Pater filio ſuo Luc. XV, 22. τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν. Hæc verba aliquot Theologi accipiunt pro baptiſmo

ptiſmo, ut apud Eucherium. *Joh. Pier. Valerian. Hierogl. L XL. Cap. XXIIX.* p. 503. Conſentit Paulus: Quotquot baptizati ſunt, χριστὸν ἐνεδύσασθε, Chriſtum induerunt Gal. III, 27. ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν χριστὸν Rom. XIII, 14. &c.

Stipulatio bonæ conſcientiæ.

Baptiſmus Petro 1. Ep. III, 21. eſt ſtipulatio bonæ conſcientiæ, nempe Deus à nobis ſtipulatur bonam conſcientiam, ſeu, quod adverſus conſcientiam nihil velimus committere, & à deſideriis & operibus carnis, quæ militant adverſus animam, 1. Petr. II, 11. & ad diabolo ſuggeruntur, & probantur, ejusque ptoptereà opera dicuntur, abſtinere. *D. Frid. Ulr. Calixtus, de baptiſmo, & de Antiquis circa eum Ritibus* §. 14. *D. Joh. Tob. Major, Diſſ. de Ont. pro defunctis Hug. Grot. oppoſit. Cap. II. §. 116. vid. omninò D. Joh. Olear. Poſ. Philol. in Epiſt. Exercit. 6. Poſ. 6. p. 48. & Bauman. in Anal. Allegor. p. 1043.*

Lavacrum παλιγγενεσίας.

Baptiſmus eſt lavacrum non commune aut quodvis, ſed παλιγγενεσίας & ἀναπλάσεως. Vid. *M. Lud. Jacobi, Diſſ. Inaug. de Baptiſmi Virtute & Efficaciâ ſua Præſid. D. Abrah. Batti, Gryphiſw. an. 1655. hab. Theor. II. §. 7. ſeq. D. Sam. Strimeſius, Diſſ. de Regeneratione. D. Barth. Holtz-Fuß, Diſſ. cit. §. 21. p. 52. 53.* Americani idiomate propriò baptiſmum *ſecundam nativitatem* appellarunt, de quo in Tit. *Baptiſmus Americanorum.*

Fons Beneficialis.

Aponus fons, uti dicitur à Caſſiodoro *Lib. II. Epiſt. XXXIX. p. 77.* alias *fons beneficialis* audit, ob maximum beneficium, quod ægroti inde pro recuperandâ valetudine conſequebantur. Plinius vocat iſtum fontem Patavinas aquas, quod propè Patavium ſcaturit, & quidem ſpatio quinq; milliarium Italicorum *D. Dan. Cleſenius, de Oracul. Gentil. Lib. II. Cap. XIV. p. 427.* Baptiſmus talis fons beneficialis &c. Pulchre *Cyprianus, Lib. I. Ep. 6.* Baptiſmum mari rubro comparat, in quo Pharao tyrannus periit, Iſraëlitæ libertatem nacti ſunt; Cum ad aquam ſalutarem atque ad baptiſmi fontem venitur, ait, ſcire debemus & fidere, quia illic diabolus opprimitur, & homo Deo dicatus divinâ indulgentiâ liberatur. *B. D. J. Goil. Bauerus de Prædâ Robuſto ereptâ ex Eſ. XLIX. 24. 25. c. 4. §. 27.*

Apertus, Zach. XIII, 1.

Ita nominatur I. *Ob æqualem ſui communicationem.* Fons omnibus ſe communicat: ita baptiſmus omnibus communicatur Eccleſiæ civibus, Matt. XXIIX, 19. 20. II. *Ob ſordium ſpiritualium ablutionem.* Sordes animæ ſpirituales tollit baptiſmus, 1. Pet. III, 21. III. *Ob ſpiritualem noſtri fœcundationem.* Steriles enim naturâ ſumus; at in fonte baptiſmatis fœcundi reddimur, Prov. VI, 11. IV. *Ob ſpiritua-*

ritualem aquarum multiplicationem. Fons in ortu suo parvus est, aquas tamen multiplicat, integro fluens agmine: ita baptismus donorum SPIRITUS S. subindè confert augmentum. V. *Ob specierum ostensionem.* In fonte, velut speculo, species visibiles apparent: deformis quam sit species nostra, in baptismo apparet, qui specie pulcherrimi hominum CHristi baptismo prius sanctificandus fuit; In baptismo justitiæ nostræ menstruatæ apparet deformitas, Es. LXIV. quando hæc abjicienda, CHristi innocentiæ vestis est induenda, Gal. III, 27. VI. *Ob caloris refrigerationem.* Calorem conscientiæ, concupiscentiæ, iræ DEI, legis mitigat fons baptismi, concupiscentiam sepeliendo, Rom. VI, 6. conscientiam tranquillando, 1. Pet. III, 20. iram DEI tollendo, quia CHristo induti comparemus: legem quia CHristus finis legis, Rom. X, 3. VII. *Ob adscensionem in altum.* Fons non latet in terrâ, sed prorumpit; *baptismi fons* per pietatis exercitia debet prorumpere, Rom. VI, 4. per gemitus prorumpit ad DEUM, auxilio Sp. S. qui in nos opulenter effunditur in baptismo, Tit. III, 5. & clamat: Abba Pater, Rom IIX. *Baum. Anal. Alleg. p. 1041.*

Divinæ lucis homines facit participes.

Nunc revera novi me beatum esse, nunc immortali vitâ dignum esse habitum, nunc divinæ lucis participem esse factum dicebat Constantinus M. Nicomediæ baptizatus. *Eusebius Pamphilus, de vitâ Constantini l. IV. c. LXIII. p. 178.*

Paralyticum sanat.

Judæus Paralyticus ab Attico Episcopo Constantinopolitano per baptismum sanitati restitutus. *Socrates Hist. Eccles. Lib. VII. Cap. IV. p. 326.* Vere ergò *miraculosum medicamentum* baptismum vocat *Chrysost. Hom. IV. in Matth.* Nam ibi I. *Mirculosus est Medicus*, CHristus, Matth. IX, 12. qui Es. IX, 6. dicitur admirabilis. II. Adest *miraculosum pharmacum*, nempè non herba, non unguentum, sed verbum Sap. XVI, 12. Est enim *lavacrum aquæ in verbo.* Ohne GOttes Wort ist das Wasser schlecht Wasser/ und keine Tauffe/ aber mit dem Worte Gottes ist es eine Tauffe und Gnaden-reich Wasser des Lebens/ sagt unser Catechismus. III. *Modus etiam est planè miraculosus;* Regignere scilicet hominem ex aquâ, Joh. III, 6. quem Nicodemus assequi non potuit, sed nec nos non possumus, *August. qq. in V. & N. T.* ap. *Baum. l. c. p. 1042.*

Clodovæum Gallorum Regem mutat.

Gregorius Episcopus Turonensis scribit, Remigium Episcopum his verbis Clodovæum, antequam baptizaretur, affatum esse: Mitis depone colla Sicamber, adora quod incendisti, incende quod adorasti. *Abrah. Bucholcerus, Chronol. ad A. C. 497.*

Infantem Tartarorum Regis reddit pulcherrimum.

A. C. 1281. Rex Tartarorum Caganus (alii Cassanus) Armeniæ Regis filiam Christianam uxorem duxit, ex quâ prolem suscepit, cujus pars media instar feræ sylvestris hirsuta, altera glabra fuit. Cum aruspices id ob Reginæ adulterium factum dicerent, ipsa puerum per baptismum Ecclesiæ inseri petiit. Quo facto evanuerunt pili, & homini pulchro per omnia factus est similis. *Wolff. L. M. C. XII. p. 453. s. B. Geier. Temp. & Æternit. P. I. p. 569.*

Adultis jam per fidem justificatis quid confert?

Multum confert baptismus etiam jam per fidem justificato quia accedens ad baptismum quasi ramos à columbâ portatur in arcam. Qui autem intus erat judicio DEI, nunc etiam judicio Ecclesiæ intus est. *Danh. Hodosoph. Phanom. 10. p. 1088.*

Οικονομία.

§. 1.

Cyprianus ad Donatum: Postquam cœlitus Spiritu hausto in novum me hominem *nativitas secunda* reparavit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa. Tertull. *de Animâ Cap. XLI.* proinde quum ad fidem pervenit (anima) reformata per *secundam nativitatem* ex aquâ & supernâ virtute, detracto corruptionis pristinæ auctore, tum lucem suam conspicit. *Martin. Schoockius, Tract. de Turffis, seu Cespitibus bituminosis c. XIX. p. 166.* Ecclesia vetus diem, quo Christus baptizatus, Φωσφόρον ἡμέραν dixit, & βαπτιστήριον τὸ Φωτιστήριον. *Jos. Arndius Lex. Antiq. Eccles. p. 28.* Baptizandis Catechumenis status dies τῶν Φώτων ap. Græcos vetustiores Theologos dicitur. *Hakspan. in Job. I, 9. p. 388.* Hinc Hebr. VI. τοὺς ἅπαξ Φωτισθέντας, Syrus, Arabs & Æthiops vertunt baptizatos. *Cregutius Revelat. Arcan. C. XIIX. p. 718. M. Godefrid. Kuchnerus, in Christiano Antiquo & Φωτιζομένῳ in princip. Ger. Joh. Vossium, de Orig. & Progr. Idol. Lib. IV. Cap. XCII. p. 1619.*

§. 2.

Dabatur baptizatis vestis candida, quod, ut Paulus Ephes. V. dicit, anteà tenebras erant, nunc autem lux in Domino. *C. du Fresne in Gloss. Tom. I. p. 121.* & quidem ut esset 1) Symbolum innocentiæ, lucis & illuminationis, quæ in baptismo conferitur, 2) significabat spiritualem nativitatem, & resurrectionem futuram. 3.) gaudium regenerationis, ac castitatem vitæ, & Angelici splendoris decorem. *Matth. Larroquanus Adverss. Sacr. L. III C. VII. p. 5. 17.* Vestis hæc alba per septem dies ferebatur, ut 7. Sp. S. dona, quæ in baptismo infunduntur, indicentur, inquit *Joh. Baptista Casalius de Veter. Sacr. Christ. Rit. P. II. Cap. IV. p. 56. 57.* Antiqvus Scriptor, qui sub Dionysii Areopagitæ latet nomine, vestes illas

las φωτεινὰς h. e. luminosas appellat, & λαμπρύνεσθαι in albis esse. *D. Casp Sagittarius Diss. de Candidâ JEsu Christi Veste ex Luc. XXIII, 11. Cap. II. §. 14.* Paulinus Trevirensis Episcopus *niveos* vocat *infantes*, Epist. XII. ad Severum:

Inde parens sacro ducit de fonte Sacerdos
Infantes niveos corpore, corde, habitu.

Paul. Hachenberg. de Germ. med. Diss. XI. §. 14. p. 393. seq.

§. 3.

Cerei insuper accensi in manus baptizati à ministro dabantur, quod sc. translatus nunc sit è potestate tenebrarum ad lumen & sortem Sanctorum. *Gebh. Theod. Meierus l. c. ex Hebr. VI, 2. §. 67. p. 69.* Cyrill. Hieros. *Catech. I. Mystag.* Qui fidei lampades nuper accendistis, nunc non extinctas easdem manu tenendo custodite. Ivo Carnotens. *Serm. de Sacram. Neophyt.* Ad ultimum datur cereus ardens in manu baptizati, quatenus implere doceatur illud Evangelii: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent DEum. *Casal. l. c. p. 58.* Cyrilli Hieros. has lampades vocat spirituales Sponsales ap. *D. Quensted. Antiq. Bibl. P. I. C. IV. S. II. n. 2. §. 18. p. 344.*

§. 4.

Non negligenda hic est *Filesace* observatio, φῶς, priscis Græcis *hominem* denotasse, & testatur *Clem. Alex. Lib. I. Paed. Cap. VI.* Verba ejus recito: Amphyon Græcus Poëta in Antiopa: φῶτα κακῶν ἔργον dixit hominem improbum ap. eund. *Clem. Alex. Lib. V. Strom.* Varro apud Lactantium citat quoddam oraculum, an Jovis, an Apollinis, non memorat, quo vetabatur, ne homo, seu humana hostia Saturno ad aram immolaretur, sed ut in Tiberim de ponte Milvio mitteretur: erat autem oraculum, ejusmodi: Καὶ κεφαλὰς κρεμόδη καὶ τὰ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

§. 5.

Versipellis dæmon lusit in ambiguo; nam φῶς *facem* & *hominem* significat, hinc factum est, ut fax & homo è ponte projicerentur, postmodum pro vivis hominibus imagines hominum ex scirpo dejectæ sunt. *B. D. Zimerman. Dissert. Histor. Theol. ad illud Tertul. Apolog. Cap. XVIII. Fiunt, non nascuntur Christiani Sect. II. §. 56. p. 34.*

Non simpliciter ad salutem necessarius.

Etenim non minus sine Sacramentis salvatus est latro in cruce, quam cum Sacramentis damnatus est Judas. *D. F. H. Calixt. Quæst: Quid de eorum, qui sine baptismo è vivis excedunt, salute statuendum? ad Gustav. Adolph. de Schulenburg.* Hinc necessitas hæc non satis benè ad Arcam Noæ, extra quam nemo servatus, accommodatur. *D. Balth. Bebelius in Hist. Eccles. Noach. Art. II. §. 7. p. 12. 13.* Necessitas baptismi absoluta non est, sed hypothetica, necessitas non respectu DEI,

ſed noſtri, idq; 1. Mandati. 2. Ordinis. 3. Medii. *D. Joh. Affelman. Synt. Ex. Acad. P. I. Diſſ. XXIIX. §. 50. f. 864.* In Scholis dicitur: Alios accipere Sacramentum & rem Sacramenti: alios Sacramentum, & non Rem: alios Rem, & non Sacramentum. *D. David Chytræus in Matth. p. 530.*

Non reiterandus?

Eſt ſiquidem Symbolum nativitatis ſpiritualis, quæ ſicut nativitas carnalis ſemel tantummodo fit, ita & ſpiritualis. *Pet. Rivanellus Biblioth. Sacr. P. I. p. 304.* Nec Circumciſio in eodem homine in V. T. repetita fuit, nec baptiſmus in eodem homine in N. T repetendus. *L. Jac. Tirilo Medull. Theol. p. 357. 358.* Veteres ex Joh. XIII, 10. qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſitatem lavandi, probarunt, baptiſmum non eſſe iterandum; Et Epheſ. IV. dicitur: Unum baptiſma; Quod ergo unum eſt geminari non poteſt. *Joſ. Arndius Lex. Antiq. Eccleſ. p. 53. 54. 60. B. L. Feller. Diſſ. Sol. de Mediis Orthod. Rel. Med. §. 25.*

Eſt iterandus.

§. 1.

Decet ἀναβαπτίζειν (rebaptizare) quando homo ambiguus hæret, utrum baptizatus ſit, nec ne, neq; teſtimonio ullo baptiſmus illius adſtrui, aut corroborari poſſit. *D. J. F. Mayer. Diſſ. Sel. IV. de Lutheranorum Anabaptiſmo §. 8. p. 540. ſeq.* Aut ſi quis baptizatus ab iis, qui verba baptiſmi eſſentialia non retinent; conſtans, regula Antiquitatis: Ὅσοι μὴ εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα ἐβαπτίσθησαν, τούτους δεῖ ἀναβαπτισθῆναι. Vid. *B. D. Georg. Lehmanni* in Illuſtri Auguſteo Leucopetræo, ut & poſteà in Almâ Lipſienſi Præceptoris fideliſſimi, *Serm. Baptiſm. in Baptiſm. Turcæ hab. an. 1688. Not. 9. 10. p. 82. D. G. Mabius, Theol. Canon. Diſp. XI. Loc. XIX. Can. 160. p. 267. Phil. Morneus Tract. de Eccleſiâ Cap. X p. 474. Arndius l. c. p. 40.*

§. 2.

Sic & ſi dubitetur, an baptiſmus in caſu neceſſitatis, poſitis ponendis, legitimè fuerit peractus, utique ne ſcrupulus injiciatur conſcientiis, liberè abſque omni contradictione baptiſmus de novo, modo res adhuc fuerit integra, à verbi divini miniſtro in loco conſveto eſt reiterandus, conſentientibus in hoc caſu Conſiſtoriis Auguſtanæ Confeſſionis, ut in ſpecie videre eſt ex Nieder-Sächſ. und Braunſchweig. Kirchen-Ord. f. 121. & f. 169 in verb. wo aber der Prediger bey denen Leuten auf ſeine Frage von der Noth-Tauffe/ nicht gewiſſen/ zuverläßigen/ beſtändigen/ ſondern zweiffelhafftigen Bericht zur Antwort bekommen/ und ſie ſagen würden/ daß wegen ſolcher hohen bekümmerlichen Noht und Schrecken/ ſie ſelbſt nicht wiſſen können/ wie mit der Noth-Tauffe es gehalten worden/ ob es auch mit Waſſer/ und im Nahmen des Vaters/ Sohnes und heiligen Geiſtes getaufft wäre: Sondern ſie alſo beſtürtzt wären gewe-

geweſen/ daß ſie nichts beſtändiges hiervon berichten/ noch bey den andern erforſchen können/ ſo machen man gar keine Gedancken/ noch diſputiren/ oder fragen hierüber/ ſondern nehme das Kind und taufft es allerdings/ wie man ungetaufften Kinder zu taufſen pfleget/ ohn alle Condition, nur ſchlechter Dinge hin. *D. J. L. Georg. Simonis jun. Obſtreticum §. 26.*

§. 3.

Synodo Wormaciensi, sub Stephano V. Pontifice, ita placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, nec ipsi per ætatem de traditis sibi Sacramentis idonei sunt respondere, absque scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat Sacramentorum purgatione privari. *Exnerus, Hist. Narrat. Omn. Concil. Cap. IX. p. 407.*

Sed de Infantibus expositiis quid?

Si non constet, eos esse baptizatos, omninò sunt baptizandi. In iterationis enim crimen devenire non potest, quod factum esse omninò nescitur. Nec potest dici iteratum, quod nescitur esse factum. *Arndium l. c. p. 56. Dedeken. in Append. Vol. II. p. 129. Luther. Coll. Mens. Cap. XIII. p. 153.* Sed si schedula adjecta testetur Infantem baptizatum: quid faciendum? Resp. Schedulæ non est fidendum, propter tentationes & dubitationes. Scholastici cum conditione baptizare jubent: si baptizati non sint. Sed forma baptismi Categorica non est mutanda in hypotheticam. Turcarum pueri, seu in Hungariâ capti, etiamsi fuerunt baptizati, nobis autem, nec ipsi captivo constet, iterum sunt baptizandi, juxta Reg. Tene certum, & relinque incertum. *D. J. A. Osiand. Th. Cas. P. IV. Cap. IV. p. 389. 390. Calov. Bibl. Illustr. ad Joh. c. III, 8. p. 697. a.*

In vigiliis Paschatos, Pentecostes, Epiphaniorum celebratus.

In veteri Ecclesiâ duo tantum tempora ordinaria baptismi, nempe Vigiliæ Paschatis & Pentecostes extiterunt. At in Orientali seu Græcâ Ecclesiâ duobus his solemnibus baptismi diebus tertius fuit adjectus, nempe dies Epiphaniorum, quoniam videlicet Sospitator noster hoc ipso die, à sancto præcursore suo in Jordane solenniter tinctus erat, totâ Sanctissimâ Trinitate augustissimum isthunc baptismum concelebrante. *Joh. Jacob. Hamburgius Libello Historico-Eccles. de Paschate Veterum Christ. Th. 9. M. Georg. Heinr. Götze/ in Vigiliis Paschalibus Vet. Christ. §. 7. seq.* Ut baptismus sc. esset solennior. Ratio forsan & habita adultorum, qui tum frequentiores ex infidelibus convertebantur ad Christum. *Gebh. Theod. Meierus l. c. §. 64. .67.* Hora baptismi olim erat nona, eâ sc. quâ Angelus Domini venit ad Cornelium; Sed benè *Tertull. Cap. XIX.* Omnis dies Domini, omnis hora, omne tempus habile baptismo. *Arndius L. A. E. p. 47. 724.*

A Judæis & Gentibus irridetur.

Fœdus noſtri Meſſiæ Judæi ſatis ſcopticè *aqueum fœdus* nuncupant, reſpicientes Baptiſmum aquæ, quo fœdus hoc initiatur. Inconſtans illud dicunt, inſtar aquæ, à terrâ facilè quæ abſorbetur. Nec adeò multis pactum confirmaſſe ajunt, ſed duodecim tantum piſcatoribus id revelaſſe. *M. Gottfr. Weber/ Vindic. Loc. Claſſ. Dan. IX, 24. ſeq. §. 65.* המים הזדונים Aquas ſuperbiſſimas dicit Abarbenel ap. *Pfeiff. Diſſ. Philol. II. ſeu Obtrectatore Apellâ th. 18. p. 36.* מים טמאים Aquas immundas vocat R. Pejas in libro Nizachon. ap. *D. Seb. Schmid. in Myſterio Gratiæ Divinæ p. 264.* Verius ac commodius quidam Rabbinorum Eccleſiam falſam deſcribunt per מקום מים רעים / locum aquarum malarum, reſpicientes ad dictum Jer. II, 13. ap. *D. Joh. Olear. Diſp. Th. de Papiſtâ non baptizato in Proœm. G. H. Lehman. in* ברקי אבות *Cap. I. p. 54. 56.* Gentes obviam facti baptizando, dicebant: Ingredere aquam, ut ſubmergaris; Numquid enim adhuc civitas balnea non habet? *D. Kunadus, Diſſ. Th. de Sacramento Baptiſmi. D. F. U. Calixt. l. c. §. 4.*

Non differendus.

Ridendi ſunt illi, qui vel cum Liberio monacho tempus baptiſmi ad octavum diem reſtringunt, eò quod non niſi octavo demum die Iſraelitarum maſculi fuerint circumciſi: vel ad annum ætatis trigeſimum differri volunt, quod CHriſtus tum legatur baptizatus: vel horam diei cujusque nonam deligunt, quia nempè Salvator horâ illâ expiraverit: aut quia Cornelius in Actis X. ad Petrum Apoſtolum nonâ miſerit horâ. *D. Pelargus Diſp. XVII. §. 16. Arndius l. c. p. 47. Joh. Joach. Homborg. Diſſ. Hiſt. Th. de Quadrageſimâ Vet. Chriſt. §. 67. 68.* Sed nec ad octavum diem parvulorum baptiſmum differendum eſſe tradit inter alios *Zeppe-rus Polit. Eccleſ. Lib. I. Cap. XII. p. 145.* Eſt enim diſparitas, quia in V. T. fit expreſſa mentio diei octavi; Poſteà in baptiſmo non eſt talis dolor, igitur circumciſio dilata, & typus ceſſavit in N. T. Sæpè igitur Parentes in publico monendi ſunt, ne in Infantum ſuorum baptiſmo cunctanter & negligenter agant; Et graviter peccare illos, qui non prius ad baptiſmum parvulorum veniunt, quam ad faſtum & gulam, & ventrem domi parata, & adornata prius ſint omnia, habet *D. Sam. Strykius in Brunnem. Jus Eccleſ. p. 310.* Si aurum Eccleſia diſtribueret, non profectò diceres, cras mitte, cras dabis; verum tuam ſedulus portionem velociter peteres, differri autem ægrè ferres. Quoniam vero non materiæ alicujus ſucum, ſed animæ purgationem tibi Rex munificus pollicetur, moras excuſationesque nectis, impedimenta, cauſasq; affers. Debebas ad hoc donum accurrere. O rem admirandam! O iniquas excuſationes! O infamem vanamq; occupationem! Ex Baſilio *Dieteric. Anal. Evang. P. III. p. 394.*

In plurimos annos dilatus.

Constantinus M. in Jordanis fluvio baptizari voluit, atq; ideò baptismum ad annum ætatis 65. distulit *Meisner. Syn. Himmel. Disp. XXII. §. 50. p. 286.* Ita enim in extremis suis Episcopos alloqnitur: Equidem olim statueram id agere in flumine Jordano, in quo Servator ipse ad exemplum nostrum lavacrum suscepisse memoratur. Frustratus tamen hac intentione suâ mox addit: Sed DEus, qui optime novit ea, quæ nobis utilia sunt, hoc in loco (Nicomediæ) nobis idipsum exhibere dignatur. *Eusebius Pamphilus Histor. Eccles. Lib. IV. Cap. LXII. p. 178.* Constantius, Constantini filius, moriens voluit baptizari. Theodosius M. ab Acholio Episc. Thess. serò initiatus est. Valentinus junior expectans baptizari ab Ambrosio, illo adhuc in itinere constituto, proditorum appetitus insidiis necatus est. Greg. Nazianzenus in virili ætate, & Joh. Chrysostomus anno ætat. 21. demum baptizati sunt. Ipseq; Ambrosius adhuc Cathechumenus in Episcopum Mediolan. electus est, & demum post electionem sacro fonte tinctus. *D. Abr. Calovius, de Baptismo pro mortuis ex 1. Cor. XV. 29. c. I. §. 8. D. Joh. Tob. Major, Diss. de Orat. pro defunctis. Hug. Grot. oppos. c. III. §. 169.* Augustinus anno ætatis 34. baptizatus est. *D. Hildebr. de Vet. Arte benè moriendi Cap. III. §. 16. p. 35. Abr. Bucholzerus, Chronol. ad A. C. 430.* Der itzige König in Franckreich Ludovicus XIV. ließ seinen Sohn/ der ihm an 1661. gebohren/ erst an. 1668. und also 7. Jahr nach der Geburt tauffen. *D. Misand. D. B. N. T. P. III. p. 1476.*

§. 2.

Redarguunt hunc morem Chrysostomus & Nazianz inter Patres Græcos: ex Latinis Ambrosius l. V. ep. 34. ad Theodosium, ubi dolet, Valentinianum ævi integrum sine baptismo decessisse. *Dn. Sam. Schurzfleisch, in Themat. quibus primi Christianorum Imp. antiquitates illustrantur §. 16. seq.* Canon 42. Concil. Eliberini ita: Eos, qui ad fidem primam credulitatis accedant, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coëgerit ratio vel ocyus subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti, ap. *Albaspinæum Not. in h. l. p. 322.*

Cur dilatus.

Ex falsâ hypothesi; Cum enim meminissent, quam cautè & strictè Christiano post baptismum sit vivendum, quam sit periculi plenus baptizati lapsus, & quam difficilis in gratiam reditus, protelare baptismum solebant, ut paulo liberius sibi vivere liceret. *Hildebr. l. c. §. 16. f. 36.* In commissorum tantum, non autem committendorum peccatorum remissionem valere baptismum putabant. *Gebh. Theod. Meierus, de tribus Novellorum &c. ex Hebr. VI, 5. §. 59. p. 60.* quasi

tum

tum semel abluere possent, quicquid sordium contraxissent omni priore vitâ. *Ritterhus. in Lib. IV. Sylvian. p. 275. Dannh. Hodos. Phan. 10. p. 1075. 1076. Quenstedt Antiq. Bibl. P. I. c. IV. S. II. n. 10. p. 263.* Sed efficacia baptismi per totam vitam durat. Dicunt: Christi actio est nostra institutio; Cum autem Christus in adultâ ætate fuerit baptizatus, etiam Christiani baptismum suum in adultam ætatem debent differre. Resp. Neg. consequentia Majoris, quia inter *actum Christi*, & *conditionem hominum* maxima datur differentia: Christus fuit ἀναμάρτητος, qui tuto & sine ullo periculo baptismum suum potuit differre; reliqui autem homines omnes peccato sunt infecti & polluti, quarè tutò & sine periculo actum baptismi suspendere nequeunt. Deinde baptismus Christo adhuc puero nondum à Johanne erat inchoatus. Tandem Christus erat circumcisus, circumcisio autem jam abrogata & sublata est. Probationem Majoris quod attinet, debemus esse imitatores Christi *non absolute* in omnibus, *sed limitate* in possibilibus & in iis, quæ in Scripturis nobis imitanda proponuntur. *Hartius Erchirid. Theol. Posit. Pol. L. 20 p. 526. D. Affelman Syn. Ex. Acad. P. I. D. 3. 26. §. 4. p. 786.* Quid autem causæ est, cur Christus anno demum trigesimo baptizatus sit? Ratio duplex assignari potest. 1) *Respectu ministerii:* Quanquam enim Sacerdotes vigesimo quinto ætatis anno in Collegium Sacerdotum recipiebantur: ad tabernaculum & usum ministerii tamen ante annum ætatis trigesimum non admittebantur Num. IV, 3. 2) *Respectu ministerii:* suo enim exemplo monuit, non pueris, sed viris, qui ad ætatis ἀκμὴν pervenerunt ministerium Ecclesiasticum esse committendum *Renet. Evangel. T. IV. p. 199.* Tricesimo ætatis Christi anno complebantur hebdomadæ apud Danielem. *E. Brentius, in Cap. III. Luc. Hom. 32. p. 65. b. M. Andr. Wilkius, Ἑορτοχριφίας P. I. p. 308. 309.*

Athanasii ludicrus.

Die Historie von Athanasio, daß er in seinen Knaben-Jahren an dem See-Gestade im Spiel solche Kinder getaufft haben/ und solches von dem Alexandrinischen Ertz-Bischoffe Alexandro, der es ungefehr gesehen/ sollte gebilliget worden seyn/ ist gar bekandt. Vor weniger Zeit hat der berühmte Theologus zu Helmstädt/ Herr D. Joh. Andr. Schmidt eine gelehrte Dissertation hiervon verfertiget und publiciret; in welcher er Anfangs zeiget/ daß Rufinus der einzige Uhrheber dieser Erzehlung sey/ von welchen es Socrates, Sozomenus, Walafridus Strabo, Simeon Metaphrastes, & Nicephorus Callistus entlehnet hätten: Hierauf weiset er/ wie Rufinus so gar richtig mit denen Historien nicht umgangen/ sondern allerhand Fabeln mit angeführet habe. Er setzet ferner zu besserer Untersuchung unterschiedene Gründe/ zum Exempel was die Disciplina arcani. und wie lange sie im Gebrauch gewesen/ (welche er denn von denen Hieratischen Geheimnissen der Heyden herführet) wie lang und warum

warum viel derer ersten Christen die Tauffe verschoben haben? Ob die Intention zu einen Sacrament/und vornemlich zu der Heil. Tauffe nöthig sey? Und also will er dieser Erzehlung keinen Glauben zustellen 1) weil sie allein von Ruffino, der fast 100. Jahr nach Athanasio geschrieben/ herkommen. 2) weil die nähern und glaubwürdigen Scribenten / insonderheit Grégorius Nazianzenus, nichts davon gedencken. 3) weil Athanasius, so lang Alexander das Ertz-Bischofthum zu Alexandria verwaltet hat/ kein Knabe gewesen ist. 4) weil wegen der damals noch währenden disciplinæ arcani, der junge Athanasius die Tauff Ceremonien nicht könnte gewust haben. 5) weil solches des Athanasii Wiedersacher ihm würden vorgeworffen haben. 6) weil die Kirche solche Spiel-Tauffe nicht würde gebilliget haben. vid. **das alte und neue aus den Schatz Theologischer Wissenschafften/** *An. 1701. p. 458. & ipsum Schmidium Disp. cit. à §. 13. usq; ad finem.* Multi hunc baptismum habuêre ratum. Vid. *M. Sal. Stepner, de Sacris Christian. Publicis Part. Post. Cap. III. §. 298. p. 723.* Sed fuit nullus; quia defuit legitimus minister, & intentio CHristi, quæ tendit in collationem medii efficacis regenerationis; *tum* quia tota actio fuit mimica & ludicra, baptismus autem dicit actionem sacram, *tum*, quia nullus per illud baptismi lavacrum fuit regenitus, aut accepit illa, quæ alias offeruntur per baptismum. *D. Joh. Adam. Osiander, Theolog. Casual. P. IV. p. 373. 374.*

Rythmicè descriptus.

Qui, quæ vos docui dicit patris inclyta proles
Æterni credit sacro & baptismatis amne
Abluitur, vere salvabitur ille; vicissim
Qui non, quod dixi, credit, neque fonte sacrato
Abluitur, verè mox condemnabitur ille.

Salom. Kuselius, in Horis Succisivis p. 137.

Jesuitarum in Indiis.

Ex Patribus Franciscanis quidam circiter quadringenta millia hominum sacro fonte tinxit in Americâ. *Lansp. pro Hisp. p. 241.* Relat. Europ. *An. 1700. N. 4. de dat. Paris 15. Jan. p. 28.* ita: Aus China hat man/ daß unsere Missionarien in ihren Eiffer solche Chineser zu der Römischen Religion zu bringen/ fortfahren/ auch von 1696. biß 1698. bereits über 70000. Menschen/ darunter viele Printzen und Herren sich befinden / getaufft haben. Jesuitæ aliàs omninò non baptizant, præterquam in Indiâ, & locis illis, in quibus alii Sacerdotes seculares haberi non possunt, quia (audi rationem!) CHRISTUS rarò baptizavit. *M. Sam. Stepner de Sacris Christ. Publicis c. III. §. 130. p. 32.* Swala fluvius in Angliâ, antiquis Anglis meritò sacer habitus, cum in eo, uno die plus-

quam decem millia virorum, præter fœminas & parvulos à Paulino vitali baptiſmo feſtiva lætitia fuerint regenerati. *Lanſ. pro Brit. p. 546.* Vid. omninò *Appar. Bibl. Tom. I. in Tit. Apoſtolatus Jeſuitarum in Indiis qualis? p. 318. ſeq.*

Gentilium.

Tertull. de baptiſm. c. V. Hic quoque ſtudium diaboli agnoſcimus, res Dei æmulantis, cum & ipſe baptiſmum in ſuis exercet. *Joh. Lomeierus, Synt. de Luſtrationibus Veterum Gentilium c. II. p. 12.* Imitatus in Taurobolliis, nefario iſto orgiorum, & initiorum, ac conſecrationum ritu, quo vel expiandi & luſtrandi mergebantur aquis, vel homo in ſcrobe profunda defoſſus taurorum, arietumq; ſuper pontili ſtrato mactatorum ſangvine proluebatur, & *in æternum renatus* habebatur. *M. Andr. Beyer. in addit. ad Selden. c. III. Prolegom. p. 74. ſeq.* Hinc inſcriptio: Diis magnis. Matri. Deum &. Attidi. Sextilius. Ageſilaus. Ædeſius. V. C. Cauſarum. non-ignobilis. Africani. tribunalis. Orator. invicti. Mithræ. Hierofanta. Hecatæ. DEI. Liberi. Archibuculus. Tauroboliocq;. in æternum. renatus. aram. ſacravit. Valente. & Valentiniano. Juniore. Augg. Conſſ. *Kipping. de cruce Exercit. 15. §. 8. p. 108.* Brachmanes Calecutani populum aquâ candidi galli gallinacei ſangvine mixtâ expiant. Aquâ roſaceâ Peguani. Gvinea ſeſe filiosque ſuos aqua, cui innatat lacerta, luſtrant. *Lomeier. l. c. p. 199. Zimmerm. Floril. Phil. Hiſt. P. I. p. 284.* Die Perſianiſche Gauren reinigen ſich mit Kuh- oder Ochſen-Urin/ ſie nennen es Cazin-Waſſer/ und nimmt die groſſe Unreinigkeit hinweg. *Everh. Gvern. Hyppelius, Theſ. Exot. p. 4.* Et tres potiſſimum apud Ethnicos erant purgationes, nam aut tæda purgabantur & ſulphure, aut aquâ abluebantur, aut aëre ventilabantur. Triplicem purgationem hanc Ovid. notat illo verſu:

Terque ſenem flammâ, ter aquâ, ter ſulphure luſtrat.

Polyd. Vergil. de rerum Inventor. l. VI. c. I. p. 487. Tob. Pfannerus, Syſt. Theol. Gentil. Purioris C. XIV. §. 2. p. 346 ſeq. Danh. Hodoſ. Phæn. 10. p. 1054. 1055. ſeq. De crebris lationibus vid. *Geier. de Ebr. Luctu C. XXI. §. 6. p. 389.* Apud Romanos ſe lavabat mulier poſt congreſſum virilem, id quod *aquam ſumere* dicebant; Et ſic lavationum uſus in ſacris omnes gentes pervaſit. *Huetius Demonſtr. Evang. C. XI. Prop. 4. § 4. p. 234. 235.* Quanquam lotiones hæ impropriè baptiſmi nomine veniant; Sicuti & vocab. טבילה quando de ablutione Proſelytorum uſurpatur, non ſatis commodè per baptiſmum vertitur. *M. Joh. Heinr. Hæner/ Obſervat. Philologico-Criticis §. 1.* Omnes autem hæ Gentilium aquæ *inutiles* ac *vidua* erant, ut non ineleganter Tertull. de Baptiſmo loquitur: Sed & de *viduis aquis*, inquit, ſibi mentiuntur: non enim maritæ, vel ullâ Spiritus potentiâ fœcundæ erant, nec omninò unda iſta genitalis fuit ap. *D. Fr. Burman. Syn. Theol. T. II. Lib. VII. Cap. VI. §. 3. p. 332.*

Abyſſi-

Abyssinorum.

Abyssini Epiphaniæ die annis singulis baptizantur, nec arbitrantur, se iterare hoc Sacramentum, sed solum celebrare ajunt ἀνανέωσιν baptismi, *Arndius l. c. p. 60.* in Christi honorem, qui hoc ipse die baptizatus fuit. *Burman. l. c. T. II. L. VII. C. IX. §. 12. p. 359. D. Seb. Schmidius, Tract. de Circumcis. p. 485. M. Joh. Kindleri τὰ Ἐπιφάνια ex Hist. Eccles. §. 14.* Circumciduntur etiam, (*Godesc. Stewechius ad Veget. L. II. C. V. p. 113.*) quod se facere profitentur, non necessitate circumcisionis, sed quod notâ circumcisionis, tanquam per fidem Abrahæ filii, à nationibus incredulis discernantur; at excusari posse negat *Rivetus Exerc. in Gen. LXXXIIX. p. 434. Cloppenburg de Sacrif. p. 710.* eò, quod ἀφανισμὸς circumcisionis non sit adiaphorus, sed sepultus, & carnalis prærogativa in sanguine sit exclusa, Rom. XI, 17. 24. 1. Cor. V, 16. *Danh. Theol. Conse. T. I. P. II. S. II. Dial. III. Art. II. p. 514. Munsterus Cosmogr. Lib. VI. Cap. XXXI. & ult. p. 1411.*

Jacobitarum.

Jacobitas, qui Orientem occupant, & magnam Armeniæ partem, baptismum fluminis negligere, ejusq; loco ferro candente signum crucis infantibus suis inurere, multi asserunt; *Nic. Caussinus, Observat. ad Hori Apollinis Hierogl. p. 195. Godesc. Stewechius ad Veget. Lib. II. Cap. V. p. 113. Hoornbeckius* tamen *Miscell. S. L. I. C. XVII. de Baptism. Vet. p. 525.* non loco baptismi, sed cum baptismo id peragi contra Bellarminum contendit. *M. Joh. Balth. Jacobi Diss. Hist. de S. Bapt. Jacobitarum C. III. §. 20. p. 31. D. Joh. Jac. Major Diss. de Orat. pro Def. II. G. oppos. C. II. §. 109. Scherz. Syst. Def. p. 360.* Et hoc ideò, quia Johannes Baptista dicit: Ille vos baptizabit in Sp. S. & igne Matth. III, 11. Sed hoc per Endyadin, ἓν διὰ δυοῖν, intelligendum, Spiritu scilicet ardente ac igneo, *Cregutus Revelat. Arcan. C. XX. p. 757. Burman. l. c. L. VII. C. IX. §. 13 p. 337. D. Pelarg. Diss. XXVII. Th. XVII. p. 110.* Hebræorum enim more posterius substantivum adjectivi vicem sustinet, ejusq; significationem habet cum emphasi, sicut Gen. I, 26. c. XIX, 24. Jer. XXII, 3. ut sensus sit: Baptizabit vos Spiritu & igne, h. e. Spiritu igneo quasi, seu in ignis Symbolo se manifestante. *D. Joh. Meisner. Exercit. Theol. in h. l.* De Abyssinis *D. Schmid. l. c.* ita: Nesciunt baptismum ignis aut ferri candentis, sed si cauterium quod in ipsis apparet, nequaquam religionis, aut ignei baptismatis gratia aduruntur, sed externi tantum ornatus ergo. Conf. *Petrus du Val Geogr. Univers. T. I. p. 223.*

Americanorum.

De Yucatanensibus populis Americanis in Peninsulâ juxta Novam Hispaniam memorat *Joh. de Laet. Descript. Novi Orb. s. Ind. Occident. L. V. C. XXVI.* Notandum, inquit, ab Hispanis narrari, quod in hac solum Provinciâ baptismi

quandam umbram invenerint, quam indigenæ ſuo idiomate *ſecundam vaiſvitem* appellarunt: quem vix quisquam illorum fruſtra negligeret, qvum ſe ablutione illâ omnium virtutum ſeminio imbui, & adverſus noxiorum Dæmonum dolos atq; injurias præmuniri opinarentur. A tertio autem ætatis anno usque ad duodecimum ut plurimum abluebantur, nec matrimonia contrahebant, niſi ante initiati. Diem ad id operiebantur auſpicatum, minimeq; nefaſtum, parentesq; & triduo ante jejunabant, & à fœminarum conſortio abſtinebant. Hæc ibi. Quæ arguere videntur populos illos è terris Chriſtianiſmo imbutis in Americam olim trajeciſſe; vel certè Satanam ap. homines ſibi obnoxios Sacramentum à Chriſto inſtitutum per quandam æmulationem exprimere voluiſſe: quod de Euchariſtiâ eum feciſſe tum apud Peruanos, tum Mexicanos exiſtimat, & narrat *Joſephus Acoſta in Hiſt. Morali Occidentalis Indiæ Lib. V. Cap. XXIII. & XXIV. D. F. Il. Calixt. de Baptiſmo, & circa eum Ritibus* §. 44. *Eraſm. Franciſci* in Geſchicht/ Kunſt/ und Sitten-Spiegel *Lib. III. Cap. I. p. 923.*

Mortem & morbos cauſatur.

Die Wahrſager und Zauberer in Neu-Hiſpaniâ bildeten denen einfältigen Barbarn ein/ die Heil. Tauffe/ und die bey den Römiſch-Catholiſchen gebräuchliche letzte Oelung/ brächte ihnen die Kranckheit/ ja den Tod ſelbſten an den Hals. *Franciſci l. c. Lib. I. Cap. IV. p. 13.* Imò verò Baptiſmus (ritè adminiſtratus) morbos (animæ) tollit. Ex Juturna fonte juxta Numicum fluvium celeberrimo, aqua petebatur ad depellendos morbos, undè à *juvando* illi nomen inditum, & *Juturnas ferias* celebrant, qui artificium aquâ exercent.

— καὶ εἰς ἅλα λυματ' ἐβάλλεν.

Hom. i. e. in mare ſordes rejiciebant; Quin & *Euripides* maris aquâ incolumitati reſtitutus, hinc

Θάλασσα κλύζει πάντα τῶν ἀνθρώπων κακά,

h. e. cuncta mortalium mala prorſus abluit mare. *Joh. Lomeierus Synt. de Luſtrationibus Veterum Gentilium Cap. XVII. p. 176. 177.* Pecora ex Clitumno laçu bibentia alba fiunt. *Gerard. Joh. Voſſius de Orig. & Progr. Idolol. Lib. II. C. LXXIX. p. 712.* ubi & verſus in hanc rem. Applicetur &c. De Juturna fonte *Id. in de Phyſiol. Chriſtian. & Theol. Gent. Lib. VIII. Cap. VI. p. 370.*

Fluminis, Flaminis, Sangvinis.

Celebris & pervulgata Baptiſmi diſtinctio eſt, quod ſit vel *Fluminis*, vel *Flaminis*, vel *Sangvinis*, quorum *illo* primum N. T. Sacramentum, *iſto* miraculoſa Spiritus S. effuſio, *hoc* cruenta paſſio & martyrium deſignatur. Benè tamen *Gerhardus Loc. de Bapt. §. 4. ſeq.* cum è *Lombardo Lib. IV. Sent. Diſtinct. IV.* eam recenſuiſſet, monet obſervandum, non eſſe diviſionem rei in ſuas ſpecies, ſed nominis

minis saltem in sua significata. Certè enim *baptismus fluminis* tantum propriè sic dicitur, impropriè verò & metaphoricè duo reliqui; cujusmodi plures baptismos ex Athanasiastro recensent, & prolixius exponunt *Gerhard. Joh. Vossius Disp. I. de Baptismo p. 25. seq. & Joh. Casp. Suicerus in Thes. Eccles. Tom. I. p. 623. seq. D. J. B. Carpzov. Vol. Disp. XXIX. §. 1. p. 1488.*

Propter pilcum assumtus.

Indiæ Orientalis populi Amboynæ A.C. 1658. ut Nob. Olearío retulêre quidam (*Olear. ad Mandelslo Lib. III. p. 230.*) pleriq; sacro lavacro tincti sunt, saltem ut candido pileo, qui habitus ipsis in deliciis, donarentur. *M. Christ. Hoffm. Umbra in Luce Cap. II. §. 24. p. 82.* Weil kein Christ/ in der Türckey / der Türcken weissen Tulband tragen darff/ so verläugnen ihrer viel/ um dieses Ehren-Zeichens willen/ den Christlichen Glauben / indem sie der Einbildung leben/ diese Türckische Tracht sey viel ansehnlicher und beqvemer / denn alle andere. *Francisci* in der lust. Schau-Bühn. *P. III. Convers. II. p. 640.*

Turcarum.

Merckwürdig ist/ daß etliche Türcken zu Jerusalem ihre Kinder heimlich tauffen lassen/ nicht so sehr aus einer verborgenen Glaubens-Andacht/ als daß sie der Meinung sind / man müsse eine so alte Gewohnheit nicht gar abgehen lassen. *Busbeckius Epist. III. p. 215. Francisci Lib. III. Cap. I. p. 922.* Saraceni soliti sunt nonnunquam pueros suos Sacerdotibus Christianis offerre baptizandos, & aliquando cogere Sacerdotes, ut id præstent, nimirum ut illo baptismo ad veneficia & magicas incantationes peragendas utantur; Fine nempe duplici hoc egerunt, tum ut corporis fœtore illo nativo & ingenito purgarentur, tum ut à Dæmone, qui eos divexare solebat, liberarentur. *D. M. Zimmerm. Anal. Menstr. Cap. VII. p. 471. 472.*

Mexicanorum & Jucatanensium.

Bey denen Mexicanern werden die Kinder/ so balden sie gebohren/ von den Priestern gewaschen; Und bey den Jucatanern funden die Spanier/ mit höchster Verwunderung/ eine Manier zu tauffen / die unter ihnen so viel hieß und bedeutete/ als **von neuen gebohren werden** / oder die **Wiedergebuhrt**. Sie meineten dadurch von des Teuffels Anfechtung (der sie offt jämmerlich plagte) befreyet zu werden. *Francisci* **Kunst- und Sitten-Spiegel** / *Lib. III. Cap. I. p. 923.*

Russorum.

Die Russen / wann sie eine weile ruchloß gelebet/ werden in die Gemeine nicht auffgenommen/ sondern vor unrein gehalten / dafern sie sich nicht wiederum durch Wiederhohlung der Tauffe reinigen. *Francisci p. 916. Alex.*

Russeus, in Tot. Orb. Rel. S. XIV. p. 628. Die Russen lassen ihre Kinder nicht ungetaufft liegen/ treiben auch bey der Tauffe kein Gepränge/ und halten keine Convivia. *Olearium in der Orientalischen Reisebesch. p. 18.*

Gangis.

De Gange Indorum opinio est, cum expiatorium esse, qui aquis ejus se abluentes ab omnibus mundet peccatis. Vulgo persvasum est, nullo modo salvum fieri posse, qui hoc de flumine non abluat, quam ob causam ex totâ Indiâ, & universo Oriente maximus gentium ad Gangem confluxus est, & peregrinationes ad illum frequentes instituunt. Ægri & moribundi cò deferri cupiunt, vel mortuorum cineres in eum conjiciunt, quo certius salventur. Quibus autem eum adire non contingit, vel aqua ejus per omnes terrarum partes advehi solita, se lavare, aut si neq; id liceat, saltem Gangis meminisse solent, & cupere *Gangesianam*, Gange ablui, ut ne fructu ablutionis destituantur. Hunc è cœlis descendisse putant, illiq; equis & tauris nigris (quem colorem præ aliis æstimant, album præsertim leprosorum esse indicantes) Rex sacrificat. *Hoornbeck de Convers. Ind. l. I. c. II. Lomeier l. c. C. XVII. p. 175. B. Geierus, de Superst. Cap. III. §. 53. Franciſci im* Geschicht- Kunst- und Sitten-Spiegel/ *L. III. Cap. I p. 922.*

Rheni.

Submergebant olim matres infantes suos in rapidissimo Rheni fluvio, hac fini, ut explorarent, an notha proles, an genuina esset, si fluctibus abriperetur, adulterinum, si innataret verè suum indicabant. Quare & ἐλεγχίγαμος veluti, conjugii index & vindex. Rhenus dictus, *κεκριμένου λούτροισιν ἐλεγχιγάμου πεταμοῖο*. Et vide, inquit Lipsius, qui Rheni etymon hinc petendum asseverant, quasi purgator; purus quidem sermone nostro Rein dicitur. *D. Wilh. Selden. in Ot. Th. Ex. 6. §. 24. p. 115. 116. conf. omninò M. Joh. Schmidius, de Probatione Rerum dubiarum per aquam fact. S. I. §. 32. & Dn. M. Grübelius, in Diss. de Probatione Liberorum per aquam Jen. 1671. hab.*

Argenti.

Der Gaurer von denen alten Persianern herstammender Prophet wird von ihnen genennet Ebrahim Zer Ateucht, h. e. der im Silber gebadet ist/ weil der Persische König Schach-Glochtes ihm in ein Bad von zerschmoltzenen Silber lassen setzen/ und er unversehrt herausgangen. *Tavernier Hod. Or. Lib. IV. Cap. VIII. p. 169. a.*

Super mortuos, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, 1. Cor. XV, 29.

§. 1.

Quidam perperam interpretantes hæc verba, mortuos baptizandos crediderunt.

derunt. *Gabriel Abaſſinæus, Obſervat. de Vet. Eccleſ. Rit. l. I. Obſervat. 9. §. 2. p. 41.* Videtur autem Paulus alludere ad morem illorum, quo aliqui pro aliis, aut vice, & loco aliorum baptizabantur, qui ſine baptiſmo ex hâc vita diſceſſerant: qui error fuit Cerinthianorum, Merinthianorum, Marcionitarum. Nam ſub lecto mortui abſconſo aliquo, qui vivit, accedunt ad mortuum, & alloqvuntur, & rogant, velitne accipere baptiſmum? Deindè, illo nihil reſpondente, qui eſt abſconſus infernè, pro illo dicit, ſe velle baptizari, & ſic eum baptizant pro eo, qui exceſſit, *παίζοντες ὡς ἐν θεάτρῳ*, perindè ac ſi in ſcenâ luderent. *B. D. Calovius, Diſſ. in h. l. c. I. §. 9. & c. III. §. 3. Arndius, Lex. Ant. Eccleſ. p. 51.* Sicuti & hodiè Judæi liberos ſuos ante octavum diem defunctos in cœmeterio circumcidunt, ut iſto videlicet ſigno Deus Iſraëlis ſemen agnoſcat, nec in futura reſurrectione, ut profanos, prætereat. *D. Burman. l. c. T. I. l. III. c. VI. §. 15. p. 559.*

§. 2.

Optima, ut mihi equidem videtur, ſententia illorum eſt, qui *à veteri quodam Eccleſiæ primæ Apoſtolicæ, adeoq; & Corinthiaca Ritu*, argumentari Gentium Doctorem ſtatuunt. Qui *Ritus* in eo conſiſtebat, quod Baptiſmum pii quidam Chriſtiani adminiſtrare ſolebant *ὑπὲρ τῶν νεκρῶν* i. e. *ὑπὲρ τάφων τῶν νεκρῶν*, ſuper mortuorum ſepulchretis in Cœmeteriis. Etenim *οἱ νεκροί*, *mortui*, quandoque, per *Meton. contenti pro continente*, idem ſunt, quod *οἱ τάφοι τῶν νεκρῶν*, *ſepulcra mortuorum* ceu patet ex Luc. XXIV, 5. ubi Angeli ad Mulierum Trigam: *τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν. Quid inter mortuos quæritis eum, qui vivit?* Per *τοὺς νεκροὺς* autem Metonymicè Locum mortuorum h. e. *Sepulchrum intelligi* apertè aſſerit *Schmidius, in Animadv. p. 632.* Ad *Marcionitarum* vicarium baptiſmum reſpexiſſe Apoſtolum veriſimile non eſt; Temporibus enim Apoſtoli Pauli nondum extitit *Marcionitarum* hæreſis, ſed cœpit demum ſeculo poſt natum CHRISTUM II. ideoq; ad improbandum illorum Ritum reſpicere minimè potuit. Conf. *B. Balduin. Comment. in Epiſtolas Paulinas P. II. Q. V. p. 854. ſq. Schmidium in Animadverſ. p. 1098. a.* Convenientius igitur eſt dicere, Apoſtolum reſpexiſſe ad *Ritum Chriſtianorum*, in Eccleſiâ Orthodoxâ frequentatum, quo vivos baptizabant, non *pro* mortuis, i. e. *loco* vel *vice* mortuorum, an ſtatt der Verſtorbenen. Sed *ſuper* mortuis, i. e *ſepulcris*, über den Todten-Gräbern. *M. Dan. Grade, Exercit. Phil. in h. l. de Ritu adminiſtrandi ſuper mortuis baptiſmo Membr. II. §. 15.*

Arenâ & oleo peractus.

§. 1.

Erant tempore Dionyſii Aſcalonis Epiſcopi, qui baptiſmum Judæi cujusdam arenâ peractum probarent, quibus idcircò merito à Dionyſio contradicebabatur.

batur, ut refert Sophronius Sophista, vel potius Joh. Moschus, aut Eviratus Prati Spiritualis c. 176. ap. *D. Melc. Zeidlerum. de Polygam. §. 47. p. 175.* Bey denen Christen in Georgien und Mengrelien/ zwey oder 3. Tage/ nachdem ein Weib niederkommen / kommt ein Priester mit Oel / thut einige Gebete/ und salbet darauff die Mutter und das Kind/ und glauben/ daß solches gnug zur Tauffe sey. *Tavernier. H. O. Lib. III. Cap. X. p. 143. a.*

§. 2.

Adhuc M Aurelio Antonino imperium administrante, quod dum accidit, non prætereundum est silentio. Judæus enim quidam in solis aridisq; locis iter faciens, communiter cum viatoribus Christianis Psalmos canebat. Qvum verò morbo repentino ita affligeretur, ut crederetur moriturus, atq; ibi in locis illis permansurus esse, magnâ contentione viatoribus suis obsecrando institit, ne eum ita præsidio omni destitutum relinquerent, sed ut divini lavacri participem facerent, ac deinde abirent. Ut autem illi, neq; qui præstare hoc posset (Sacerdote enim opus erat) neq; aquæ copiam adesse, quæ in baptismo perficiendo, & consvetudine antiqua & lege certa & inviolata requirerentur, causati sunt, & propterea in tantarum rerum penuriâ petitioni ejus non annuerunt.

§. 3.

Judæus porro in sententia sua permansit, & jure jurando eos, ut sibi satisfacerent, adegit. Illi itaq; detractis homini vestibus, arena, quæ ibi erat, pro aqua usi, in nomine Patris & Filii & Spiritus S. tertium, arena in eum conjecta, baptizarunt. Per hanc tam insolitam & admirandam sacrorum mysteriorum initiationem, imbecillitate omni, tanquam vinculo quodam, is solutus, longe melius, quam illi, validus jam prorsus iter fecit. Postquam autem domum sunt reversi, rem eam ad Dionysium Alexandriæ Episcopum retulerunt. Ille verò admiratione stupens, ecclesiam de eâ consuluit. Cui visum est, aqua insuper ad eum initiatum, juxta Ecclesiæ traditionem abluendum esse: ut ita, quod sacro ei deesset, sarciretur.

§. 4.

Casum hunc de baptismo per arenam refert *Nicephorus Callistus Hist. Eccles. Lib. III. Cap. XXXVII.* Hic quæritur: An iste baptismus per arenam ritè fuerit peractus? Resp. Nullo modo. Certe aqua, non arena, in baptismo adhibenda. Ipsum verbum baptizare, dum in mandato CHRISTI simpliciter, atque sine addito ponitur, immersionem in aquam, vel aspersionem aquæ denotat. Accedit quod baptismus expresse Ephes V, 26. *lavacrum aquæ* dicatur. Et CHRISTUS ipse Joh. III, 5. ait: *Nisi quis fuerit genitus ex aquâ & spiritu;* ubi, ut à nativa vocis significatione recedamus, nulla nos cogit necessitas. *Excell. D. D. Joh. Andr. Schmidt, de Baptismo per Arenam ad Nicep. loc. cit. §. 1. p. 324. seq.*

Pollu-

Pollutionem tollit.

Aquæ, secundum Talmud, tollunt pollutionem, & Messias aspergit aquas mundas super fideles. Zach. XIII, 2. loquitur de aquâ baptismi: In die illa, h. e. tempore Messiæ, erit fons baptismi patens, i. e. communis omnibus hominibus, domui David, & habitatoribus Jerusalem i. e. Ecclesiæ Christi de Judæis & gentibus congregatæ, ad restituendum DEO sc. genus humanum, quod quodammodo perdiderat se per peccatum, vel ad peccatorum purificationem, & ad נדה i. e. ad immundiciam cujuscunq; peccati generis elongandam &c. *Raym. Martini Pug. Fid. P. III. Dist. III. C. XIII. §. 5. 6. 7. 10. p. 819. 820.*

Des Adams Bild verstellet mich/
Doch weil du/ Allerschönster/ dich
Erbarmest über mir mit Gnaden:
Prägst mir dein Bild von neuen ein/
Machst mich durch Blut und Wasser rein:
So kan mein Schade mir nicht schaden!

P. Abrah. à S. Clara im Etwas für Alle/ *Cap. XXVI. p. 225.*

In utero collatus.

§. 1.

Baptismus infantis in utero matris adhuc existentis ex decreto Sorbonæ Parisiis adhuc observatur, ita enim Riolanus: ut exstinctæ matri superstes infans baptismi particeps fiat, & ad cœlos rediens in beatorum sedibus conspectu DEI fruatur, nunc Parisiis consvevimus in moribundis, atque etiam mortuis gravidis, si digito in sinum pudoris intruso, caput infantis, hianti osculo matricis oppositum deprehendatur (hic enim situs maximè naturalis est & obvius) aquâ benedictâ adspergere, vel digito intincto rigare, prolatis baptismi verbis. *Dn. Tenzel. Dial. Menstr. mens. Aug. an. 1689. p. 872.*

§. 2.

Aloysius Gonzaga, in hanc lucem procreandus, gravissimum vitæ discrimen subiit, cum verò *nec dum plenè natus*, sacro baptismate abluueretur, mox omne periculum evasit. Eo alludens Lucarinus, Elephantem depinxit, qui teste Epiphanio, partum suum intra aquas enititur, addito lemmate: *Reparat unda partum!* Atq; adeò penitus indubitatum est, sacram fontis lustrici undam vitæ nostræ reparandæ unicam supereſſe medelam, hinc Num. XIX, 20. si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ: quia non est aquâ lustrationis aspersus. *Picinell. M. S. Lib. V. Cap. XIX. p. 283. p. 375.*

§. 3.

Sed improbandus Baptismus Infantum nondum in lucem editorum, uti &

eorum, qui ex parte, & non ex toto in lucem editi: Illi enim cum non sint in hanc vitam nati, non possunt per baptismum renasci, juxta regulam antiquitatis: Non potest quisquam renasci, antequam sit natus. Vid. *Dedeken. Vol. II. Conf. in Append. pag. 127. 128. Calov. Bibl. Illustr. ad Job. III, 8. pag. 696. b.* Michael Boudewins Med. Doct. *Ventilabro Medico-Theol. in 4. Antverpiæ*, examinat, utrum fœmina, si de felici ejus partu sit desperatum, possit, aut debeat etiam concedere, ut latus sibi aperiatur, quo infans sacrum baptismatis lavacrum recipere queat. Opinio ipsius hæc est, ut statuat matrem, licet possit id concedere, ut secum operatio illa, & processus instituatur, non tamen neq; justitiæ, neq; etiam caritatis legibus esse obligatam. Theologi nonnulli moderni contrariam fovent sententiam; Verum supposuerunt, operationem illam mortem haud subinferre. Id quod verò hic autor cum pluribus Medicis pernegat, observantibus scilicet, fœminas illas, quibus aperiatur latus, ut plurimum mori omnes. *Le Journal des Scavans An. 1667. Ephemer. 5. 7. Mart. p. 59. 60.*

§. 3.

Sed si accidat partus adeò difficilis, ut puerpura simul atq; fœtus conservari non possint, sed alterutri, quantum quidem apparet, pereundum sit, genitori potestas convenit curandi, ut fœtus enecetur, & frustratim extrahatur, quo matris vitæ consulatur? Quam quæstionem multi ex JCtis affirmant, hanc suppeditantes rationem, quod fœtus eo in casu habeatur pro aggressore matris, item, quod certior sit salus matris, quam fœtus: Affirmat eandem *Guil. Grot. Enchirid. I. N. C. XI. §. 7.* Quamvis & hic auctoritatem publicam, quâ id impetretur, requirat Grotius. *M. Sam. Rodigast. Diss. Pol. de Jure Vitæ ac Necis in Societ. Simplicibus Cap. II. §. 13.*

§. 5.

Quæritur, an obstetrix, poculum abortionis porrigens uxori prægnanti & graviter in partu penè desperato laboranti, adeò, ut periculum sit, & matrem, & infantem, nisi suppetiæ ferantur, simul periturum, possit puniri tam in foro soli, quam poli? Nos, missis utriusq; lateris, quæ poterunt proferri, opinionibus, negamus primò, concedendum esse obstetricibus, ut fœminæ quid per os, absq; consilio Medicorum peritorum, tradant, quod abortum tam per se, quam per consequentiam causari valet: deinde posito, quod Medicorum opem implorent, iterum distingvendum inter remedia, quæ ad necem embryonis, & salvandam puerperam per abortum, directè tendunt, & quæ indirectè sive per accidens. Illa, etiamsi vitam matri servare possint, quia tamen ex suâ naturâ atq; vi partum interficiunt, salvâ conscientiâ adhiberi non possunt, quid? quod à Magistratu, tametsi mitius & extraordinariè, *Berlichio* teste *in Part. IV. Concl. IX. n. 45.* puniuntur. Hæc, quæ per consequentiam tantum accidentalem (videlicet per venarum

narum inciſionem & ſangvinis emiſſionem, vel per pharmacum humoris purgativum &c.) infantis interitum poſt ſe trahunt, in caſu inevitabilis neceſſitatis, & quandò aliàs omnia extrema inutiliter fuerunt applicata, licita nonnunquam eſſe arbitramur. *Menoch. de arbitr. Judic. Cent. IV. Lib. II. Caſ. 359. n. 20.* Conf. *D. Joh. Georg. Simonis Jus Obſtetricum §. 31.*

Mariæ in nomine adminiſtrari poteſt.

Ita ſtatuunt Pontificii; ſicuti & *Menander*, Simonis Maji diſcipulus, voluit, homines non in CHRISTI, nec Simonis, ſed Menandri nomine baptizari debere, niſi damnari velint: Eum, qui baptiſmum ſuum acciperet, ſenectutis expertem, ſempiternam & immortalem vitam victurum. vid. *Nicephorum Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Cap. XII.* qui ſcribit: Menandrum hunc inſignem diabolicæ operationis & efficaciæ armaturam exhibuiſſe. It. *Epiphan. Hæreſ. XXII.* qui juxta jam dicta refert: Menandrum ſubverſum fuiſſe, & hæreſin ejus quam maximè deſiiſſe, quippe potentia Chriſti deletam. Addit: Doctrinam Menandri vocatam eſſe *Aſpidogorgona*, quoniam ſeipſam, inſtar aſpidum in vaſe concluſarum, depaviſſet. *M. Paulus Stockman, in Elucidario Hæreſium p. 366. 479.*

Moſis.

Edita profeſſione Proſelytus apud Judæos in receptionem legis, velut loquitur Paulus 1. Cor. X, 1. in Moſen baptizabatur. Erudita eſt obſervatio Gatakeri, quam habet in *Adverſariis Cap. IV. p. 29.* Nusquam autem nunquam baptizari in aliquem, vel in nomen alicujus, vel in aliquid, eſt per vel per illud, usque ad illud unà cum illo baptizari. Baptizari ergò in Moſen eſt in Pædagogiæ Moſaicæ, ſeu cultus religionisque, per Moſen traditæ, profeſſionem tingendi ritu ſolenni initiari; non autem per Moſen, aut ſecundum Moſis mandatum, cum Moſe, aut Moſis ductu atq; auſpicio intinctum fuiſſe, neq; enim εἰς in his formulis iſtiusmodi quicquam deſignat. *Gebh. Theod. Meierus, l. c. §. 27. p. 29.*

BAPTISMI

Aqua.

§. 1.

Scholaſtici efficaciam ſpiritualem regenerationis alicui virtuti in aquâ baptiſmi deliteſcenti imputandam diſputant. *B. Dieteric. Anal. Evang. P. I. p. 56. b.* Sed nos ſtatuimus aquæ baptiſmi non ſubjectivè inhærere virtutem aliquam phyſicam abluendi peccata, quomodò humectandi vis aquæ naturali competit; ſed aquæ ſacramentali, i. e. aquæ verbo DEI unitæ & verbo DEI comprehenſæ hoc tribuimus, quod ab agente principali ad divinum illum effectum abluendi peccata, & ſalutem conferendi tanquam efficax aliquod inſtrumentum & organum

evehatur, & adhibeatur. Hinc *Marlorius in Cap. V. Ephes.* dicit, non σημαντικῶς, sed ἐργαστικῶς mundandi effectum de lavacro aquæ prædicari. *Ursinus in Catechet. p. 476.* In Sacramentis enim DEUS nobis offert sua beneficia. *D. Gerhard. Loc. Disp. Theol. Disp. IX. §. 3. Conf. Hutterum in A. C. Disp. XVI. Quæst. IV. §. 92. seq. p. m. 503. seq.*

§. 2.

Adscribitur regeneratio, quæ fit per baptismum CHRISTI sangvini & morti, sed ratione *meriti & acquisitionis*; Spiritui S. sed ratione *perfectionis & operationis*; Ipsi baptismo, sed ratione *medii & applicationis*. Quæ subordinata sunt, ideoq; se invicem non destruunt. *Dict. l. c. P. II. p. 227.* Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Undè tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. August. Tract. LXXX. ad Cap. XV. Joh. & Serm. de cataclysmo Cap. III. init. *Decret. P. II. Causs. I. Quæst. I. Can. LIV.*

§. 3.

Non veluti merum elementum, sed assistente Spiritu animam purgat; unde lemma: NUMEN, NON UNDA MEDETUR! seu

NUMINE SANAT AQUA.

Das Wasser nicht/ nur GOttes Krafft/
Den besten Nutz und Hülffe schafft!

Picin. l. c. P. I. Lib. II. Cap. XXVI. n. 524. p. 127. Wenn Johannes den HErrn JEsum im Jordan tauffet/ so schreiben etliche dazu:

HIS UNDIS ABLUIT UNDAS!

Mit diesen Wasser-tauffen/
Kommt weg der Sünden-Hauffen!

Denn eben durch die Tauffe/ des HErrn JEsu/ sind unsere Sünden gewaschen worden. Unde Bernhardus: Nos abluti sumus, non ille. *Dn. Missand. D. B. N. T. P. I. p. 772.* Manichæi aquam in baptismo non adhibebant, quia eam non à DEO, sed à Diabolo creatam contendebant. *D. Joh. Affelman. Synt. Exercit. Acad. P. I. Disp. XXVI. §. 2. p. 777.* A Justino Martyre Baptismi Aqua aqua vitæ vocatur Diat. Triph. p. 178. ap. *Danh. Hodos. Phan. X. p. 1096.*

Benedicta.

Rejicimus superstitiosum ac mimicum ritum aquam Baptismi & Baptisteria benedicendi. Hanc enim Sabbatho Sancto in fontem effusam his verbis consecrat Sacerdos: Sit hæc sancta & innocens creatura ab omni impugnatoris incursu, & totius nequitiæ purgata discessu, sit fons vivus, aqua regenerans, unda puri-

purificans. Benedico Te creatura aquæ per DEum vivum, per DEUM verum, per DEum sanctum, qui te separavit in principio ab aridâ &c. Denique petit, ut propter naturalem emundationem, quam aquæ lavandis possunt adhibere corporibus etiam purificandis mentibus sint efficaces, eoq; fine Spiritum S. (quem alloquitur) veniat in naturam aquæ. vid. Miss. Romanum in Sabb. sancto in Benedictione Fontium p. 270. ap. *D. Phil. Buchium, Diss. Theol. de Ceremoniis Ecclesiasticis Cap. IV. p. 90.*

Dat vitam.

§. 1.

Est prope Puteolos horribilis specus, in eam si animantia ingrediantur, aut moriuntur, aut humi dejecta mori creduntur, quæ tamen si extracta aquis perfundantur, mox fugitivam animam recipiunt, & è violenta morte reviviscunt. Unde animal intra specum illam exanime, inscriptionem præfert: *Vitam reparabit in undis!* Immensum peccatum est antrum: quisquis hoc subit, pedem non refert vivus, nisi baptismi aquis, aut pœnitentiæ lacrymis perfusus. *Picinell. Lib. II. Cap. XXXII. n. 592. p. 136.* Aquila senio confecta, si fonti immergatur, iterum renovatur & juveneſcit. Lemma: *Renovatur abluta*, vel *vetustate relicta!* Seu, *ex aquis ardentior!* Ita sacro baptismi fonte tinctus prisinas animæ suæ vires recuperat. *Id. l. IV. C. IIX. n. 114. p. 264. & n. 115.*

§. 2.

Pier. Valer. l. XXVI. de Ephemero autor est in Britannia ex arboribus ad fluvii cujusdam margines, utrinq; consitis, folliculos instar ovi anserini, in subjectam aquam decidere, qui ut primum emolliti fuerint, mox candidissimas aves excludant. Illos proinde Lucarinus hoc lemmate insignivit: *Animantur molliti!* Christianos recenti baptismate lustratos, hæc imago repræsentat, quippe quibus, sacro illo fonte ablutis, nova animæ vita inspiratur. It. *Vita & volatus ab undis! Id. c. I. n. 8. p. 251. n. 29. p. 245. Conf. D. Christ.* von Stöcken/ *Serm. Baptism. 2. not. 17.*

Dies Coronationis dies.

Dies baptismi est dies Coronationis, inquit *Herbergerus.* Man kan sich der Heil. Tauffe mehr freuen/ als einer Käyserl. Krone/ was hülffe es/ wenn ich ein Käyser gebohren/ und zum Himmel nicht wiedergebohren wäre/ inquit B. Dn. Scriver ap. *D. Milland. D. B. N. T. P. I. p. 743.* Hinc corona olim imponebatur baptizatorum capiti, tanquam lætitiæ Symbolum, uti Amoris index, & Regium & Sacerdotale insigne, ac etiam in signum victoriæ. *Casalius, de Vet. Sacr. Christ. Rit. P. II. Cap. IV. p. 61.* Nam inveniuste Augustinus baptismum characterem Regium, sive characterem Imperatoris nostri vocavit, eò quod

Christiani hac nota profiteantur Christum sibi Regem esse & Imperatorem: nihil sibi quicquam cum hæreticis & impiis esse deinceps commune. *Doct. Christ. Pelarg. Repet. Precip. Christ. Fid. Art. Diss. 17. §. 11. p. 105.*

Singulis annis solenniter celebratus.

§. 1.

Alexandrum Lusacium rühmet der Jesuit Engelgrav *Cal. Panth. P. II. p. 233.* daß er den Tag/ an welchen er getauffet worden/ in seinen Calender sonderlich gezeichnet/ und als einen der fürnehmsten Fest-Tage/ alle Jahr in geheim gefeyret habe; Von den Christen in der ersten Kirchen beweiset weitläufftig/ daß sie alle Jahr ihren Tauff-Tag hoch-feyerlich begangen/ aus denen Schrifften der Väter Josephus Vice Comes de Antiquis Baptismi Ritibus ac Ceremoniis Lib. V. Cap. LII. p. 905. seq. O sel. Gewohnheit! Der Tauff-Tag des Menschen Lebens-Tag/ da der in Sünden todte Mensch das Leben/ so aus GOtt ist/ überkommen; Der Tauff-Tag des Menschen Bundes-Tag/ da durch einen zwischen GOTT und Menschen auffgerichteten Bund/ GOtt sich dem Menschen/ und der Mensch sich GOtt gantz zu eigen übergeben; Der Tauff-Tag des Menschen Verlöbniß-Tag/ da der lebendige GOtt an den Tauff-Brunn/ sich mit dem Menschen/ als seine Braut/ vermählet; Der Tauff-Tag des Menschen reichester Tag in der Welt; denn hier hat er das grösseste Erbe überkommen/ daß er den lebendigen GOtt erben soll/ weil er da GOttes Kind worden/ ist er ein Kind/ so ist er auch ein Erbe/ GOttes Erbe/ und Mit-Erbe Christi/ und soll mit ihm zur Herrlichkeit erhaben werden/ Rom. IIX. *D. Joh. Frid. Mayer*, im Biblischen Calender/ *p. 122. 123.*

§. 2.

Ludovicus IX. Gall. Rex, nullo se alio titulo condecorari optabat, quàm si appellaretur Ludovicus Possiacus, quod in eo loco, qui Possiacum appellatur, baptizatus, primam & maximam victoriam de Diabolo per baptismum obtinuisset. *D. Gerh. Feltman. de Titulis Honorum, Cap. XII. §. 3. p. 54.* Cardinalis Polus, Genebliaco requirenti momentum nativitatis suæ, scitè respondit: *Ego bis natus sum!* At majoris æstimo regenerationem, à quo tempore non Astrum, sed Sp. S. me regit. *M. Greg. Mich. in Gaff. p. 359.* Dies hic anniversarius, quo quis fuerat baptizatus, dicebatur illuminatio, seu, de sanctis luminibus. *Casalius l. c. p. 63. L. Matthias Zimmerman. in Diss. Hist. Theol. Fiunt non nascuntur Christiani S. II. §. 56. p. 35.*

Non privatio, sed contemtus damnat.

Hic enim locum habet illud, quod Ambrosius (in Orat. Funebr. de obitu Valen-

Valentin. Tom. III. p. 14. D.) de Valentiniano volente in Jordane baptizari, sed in itinere præter spem extincto dicebat: CHRISTUS te baptizavit, quia humana ibi officia defuerunt.

Typus æneum labrum.

Das eherne Handfaß und das Schau-Brodt in der Halle der Priester bildeten ab die 2. Sacramenta der Kirchen/nemlich die Tauffe/ und das Abendmahl; die Weiber erwiesen ihre Andacht und Eiffer/ indem sie ihre Spiegel (die nicht von Glaß waren/wie die unsere/ sondern von polirten Ertz) gaben zu den ehernen Handfaß/ Exod. XXXIIX, 8. Ein Spiegel zeiget uns die Flecken unsers Angesichts; Abet die Tauffe wäschet ab die Flecken unserer Seelen. *Al. Rossæus Tot. Orb. Relig. S. I. p. 17.* Nullæ aquæ sanctæ sunt, nisi quas vas, Labrum scilicet, sacravit, Num. V, 17. dicunt RR. ap. *Wagenseil. in Sota Cap. II. p. 357.*

Jordanes.

Dorten/ Seelchen/ ist der Quell/
Dort ist der Corallen-Brunnen/
Dort kommt von Immanuel
Wasser und auch Blut gerunnen.
Wasser/ das die Hitze kühlet/
Blut/ das alle Sünd abspület.
Sey gegrüßt du edles Bad/
Lebens-Safft und Himmels-Regen!
Das nicht blosses Wasser hat/
Auch des Höchsten Mundes-Segen.
Wässer/ dort mit JEsu Blute/
Gibt und stifftet alles Gute.
Schöner Jordan welchen ich
Für der Seelen Aussatz brauche/
Dieser wäschet wann ich mich
Siebenmahl drinn untertauche;
Alle Wasser müssen weichen/
Nichts kan dir schlecht Wasser reichen.
Komm/ O JEsu/ wasch mich ab/
Wasche mich von meinen Sünden!
Leg mein Fleisch und Blut ins Grab/
Laß mich neue Krafft empfinden/
Neue Krafft und neues Leben
Kan dein Blut und Wasser geben!

Dn. Dexelius in Theat. Curios. p. 495.

Inſi-

Institutio.

CHRISTUS ad æthereas cum vellet scandere sedes,
Dixit Discipulis talia verba suis.
Ite per extremas, ô vos mea viscera, gentes,
Cunctos doctrinam ritè docete meam.
Inque Patris, Natique, Flatus & nomine sancti,
Mortales undis sponte lavate sacris:
Nam qui crediderit, lotusque erit amne salubri,
Hunc bona perpetua, vita salusque beant.
Qui sine salvificâ fuerit pietate fideque,
Hunc bona destituent, vita salusque simul.

M. Joh. Kromaier, in Epit. Lib. Christ. Concordiæ p. 179.

Verba immutata.

Marciani cum baptizabant, dicebant: In nomen incogniti Patris omnium, in veritatem matrem omnium, in eum, qui descendit in JEsum. *Eusebius H. E. l. IV. Cap. XI. p. 46. Hondorff Pr. Ex. P. I. p. 61. a.* Die St. Johannes-Christen zu Balsara tauffen: Im Nahmen des HErrn/ des ersten/ und des letzten/ der Welt/ und des Paradieses/ des Höchsten Schöpffers aller Dinge. *Tavernier Hod. Or. Lib. II. Cap. IIX. p. 96. b.* Marciani ita baptizarunt: Im Nahmen des unbekandten Vaters allersambt/ und in der Wahrheit aller Ding Mutter/ und in dem/ der auf JEsum ist herab gestiegen. *Hond. P. E. P. I. p. 61. a.*

Aqua verbis immutatis evanuit.

Deuterius Arrianorum Constantinopoli Episcopus, cum Barbam quendam baptizaret, reprobata & corrupta Dominicâ traditione, ausus est inter baptizandum dicere: Baptizatur Barbas in nomen Patris, per Filium, in Sancto Spiritu: quo dicto aqua in colymbethrâ evanuit. Barbas arreptâ fugâ exivit, & miraculum hoc cunctis significavit. *Theodorus Lector Collectan. ex Hist. Eccles. Lib. II. p. 642.* Aqua in baptismo Judæi sæpius baptizati disparuit ap. *Wolff. L. M. Cent. V. p. 107. a.* Conf. *Affelman. S. E. A P. I. D XXVI. §. 2. p. 776. Majolus Dier. Can. Coll. XII. p. 430. 431. Joh. Cluverus Hist. Tot. Mund. Epit. Lib. IX. p. 370.*

Competentes.

i. e. Baptismi Candidati. *Isidor. Lib. IIX. Cap. IV.* Competens vocatur, qui post institutionem fidei competit gratiam CHRISTI. Indè à petendo Competens vocatur. *Car. du Fresne Gloss. P. I. p. 1133. Matthæus Larroquanus Adversar. Sacr. Lib. III. Cap. I. p. 420. seq.* Qui baptismum petunt Tertullianus vocat æternitatis & restitutionis Candidatos ap. *M. Georg. Heinr. Gæzium, de Candida-*

tis Veterum §. 6. L. M. Zimmerman. Diss. Hist. Th. de illo Tertulliani: Fiunt non nascuntur Christiani, Sect. II. §. 63. p. 38. 39.

BAPTISMUM
Post sumus è Societate JESU.

Hinc Vitiosa secanda secundum anagramma: SOCIETAS JESU, per anagr. VITIOSA SECES! *M. Joh. Andr.* Schmidt/ *Parent. p. 30.* nec baptismus perdendus; Baptismum autem perdere idem est, ac gratiam baptismi, & innocentiam baptismalem perdere. *Fortunatus Lib. II. de vitâ S. Martini:*

Qui male polluerint lavacri venerabilis undam,
Et sua *perdiderint baptismata* crimine mersi.

C. du Frêne l. c. p. 468. Rarò priscis temporibus eveniebat, ut post baptismum Christiani gratiam, quam in lavacro adepti essent, scelere aliquo corrumperent, & rarius, ut à peccato aliquo, quod post peccatum commississent, liberati, in idem peccatum rursus inciderent. *Gabr. Albaspinaus Notis in Can. VII. Concilii Eliberini p. 293. 294.* Ii autem, qui suscepto aquæ baptismo, virtutes, quas polliciti sunt, contemnunt promissorum obliti, salutis eo Sacramento beneficium susceptum contemnentes, dum nil nisi terrenum cogitant, *terrestres pisces* nuncupati sunt. *Sim. Majolus Dier. Canic. Colloq. IX. p. 356.* Pisces reperiuntur, qui in aquis licet nati, in terras tamen egrediuntur. Similes Christianis, qui ex aquis baptismi renati, voti tamen sui obliti, in terram, & terrena studia se effundunt. *Id. ib.*

Maculantes stercore.

Constantinus V. Imp. Leonis III. filius, Copronymus dictus, quod infans baptismi lavacro admotus mediis sacris alimoniæ excremento aquam polluerat. *Joh. Baptista Egnatius Rom. Princip. Lib. II. Cap. XXIIX. p. 520.* Licet alii tradant, quod dum sæpè ab amitâ lavaretur, proprium stercus manibus tractans, Copronymus, quasi sterconomius appellatus sit. *L. Beyerlinck Th. M. V. H. T. 5. Lib. XII. p. 46.* Sicuti ex Caballinarum æstimatione sordium Caballinus, *Joh. Cluverus, Hist. Tot. Mund. Epitom. Lib. IX. p. 402.* hunc baptismi fontem inquinasse, cavillum vocat *Frid. Spanheimius, Histor. p. 157.* eundemq; excusat ap. *Zimmerman. Floril. P. H. P. 7. p. 338. 339.* Wenceslaus ignavus Imp. 1361. Noribergæ natus & aquâ lustrali tinctus est. Acciditq; ut eandem aquam, adhuc infans lotio suo respergeret: Sicut alias fimo ipsam arcam, in qua nondum bimulus, Bohemiæ Rex, coronabatur, eo inquinavit. Utrumque peritiores inter prodigia retulêre; Alii eum baptisterium concacasse referunt. *Wolff. Cap. XIV. p. 531. b. Quensted Antiq. Bibl. P. I. Cap. IV. S. II. n. 1. §. 4. p. 319.* Matrem & in partu examinavit. *Lens. pro Germ. p. 986.* Et ædes Parochialis ad *S. Sebaldum*, cum aqua calesieret pro baptismate, conflagravit. *Matth. Berneggerus, Observat.*

Miscell. XI. p. 73. Quod sapientes ita sunt interpretati, futurum eum stolidum, ignavum, voluptuarium, sordidum, luxuriosum, Imperio dedecori & exitio. *D. Matth. T. H. T. P. p. 992. b.* Edgari, Anglorum Regis nothus, ex Alfredâ Concubinâ fuit Etheldredus, qui fratre Eduardo legitimo insidiis Alfredæ cæso regnum occupavit. Hic dum baptizaretur à Dunstano, Cantuariensi Episcopo, sacrum fontem stercore polluit; simulq; Dunstanus calamitosum ejus dominatum patriæ fore prædixit, quod & evenit. *Zwinger. Th. Vit. Hum. Vol. 6. Lib. III. p. 1623. a.* Frater *Johan. Nass. Cent 5. p. 33.* eandem turpitudinem Luthero nostro opprobrans, mali calami ἐξερεύματα eructat. Nec quicquam præter illud veterum addimus: Ψευδὲς ὄνειδος ἐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται i. e. falsum probrum non pervenit ultra aures. *D. Danhauer. in Memoriâ Thaumasiandri Lutheri renovatâ Cap. II. p. 7.*

Ante Baptismum nemo olim Orationem Dominicam recitabat;

Indignum enim illis videbatur DEum Patrem eos invocare, qui nondum à Diabolo manumissi, filii tenebrarum essent. *D. Ambrosius:* Ergo attolle oculos ad Patrem, qui te per lavacrum genuit, ad Patrem, qui te per Filium redemit, & dic Pater Noster. It: Dic ergo & tu per gratiam: Pater Noster, ut filius esse mereatis. *G. Albaspinæus de Vet. Eccles. Rit. L. I. Obs. 19. §. 6. p. 91.* Hinc Tertullianus baptizatos *perfectos* DEI vocat *servos*, apud eund. *Not. in Tertull. de Pœnit. C. VI. p. 436. conf. Zimmerman. Anal. Menstr. Mens. 5. C. I. p. 226.*

Per baptismum priora exuuntur, & pristini nominis obliviscitur.

Quod ex Theophane & aliis colligitur, qui Athenaidem, Theodosii junioris conjugem in baptismate Eudociæ nomen accepisse ab Attico Patriarchâ narrant. Quâ in re Hebræos imitati videntur Christiani ex Gen. XXI. quanquam & peculiaris quædam ratio Christianis fuit, cur id observarent, nempè ut significarent, non avitos modo patriosq; ritus per baptismum exuere sese, verum & ipsius pristini nominis oblivisci, novâ inditâ nuncupatione, quæ singularis collatæ gratiæ indicium esset. *Car. du Fresne l. c. p. 558.*

Nova nomina imponuntur.

Ratio: ut Catechumeni ex nominis mutatione vitæ commutandæ argumenta desumerent; Inprimis autem Apostolorum, propter suam in eos propensionem, nomina sumserunt; Ut apud *Euseb. Lib. VII. H. E. Nicephorus Callistus, L. VI. Hist. C. XXII.* ibi: Multi propter suam in Apostolos propensionem & affectionem nomina eorum liberis suis imponebant, undè in Synodo Nicenâ Can. 30. Gentilium nomina filiis imponere fuit vetitum. *Casalius l. c. p. 45. 46.*

In

In Baptismo cur trium Personarum mentio?

Ut sc. sit ἀνάμνησις beneficiorum, quæ singulæ Trinitatis personæ ad ἀντίλυτρα baptismi tanquam suum ἐπιβάλλον μέρος conferunt. Et pater quidem α) Adoptionis gratiam, Gal. III, 26. 27. β) Filius justitiæ Stolam, Es. LXI, 10. γ) Spiritus S obsignationis arrham, 2. Cor. I, 21. Ephes. I, 13. *Danh. Hodos. Phan. 10. p. 1036.* Eodem collimat aurea & gemmea hæc, & siquid auro gemmisq; pretiosius, Lutheri sententia: weil nun solches alles geschicht bey diesem Heiligen Sacrament der Tauffe/ soll mans billich nicht ansehen/ wie es die Kuh ansiehet/ daß es Wasser und naß ist/ sondern als eitel Blut des Sohnes GOttes (Non enim sangvis Christi ex baptismo excludendus; Qui, licet *præsentiâ Sacramentali*, ut pars altera, non sit præsens (eò quod in verbis institutionis nulla ejus fiat mentio), verè tamen præsens est *præsentiâ gratiosâ*, quia præsens est Christus ὁ ἀναμνήσας. *D. Deutschman, Diss. de Sangvine Christi §. 26. Hutterus, in A. C. Art. IX. p. 490. 491. Krom. Theol. Pol. Pol. Art. 16. p. 844. seq.*) und eitel Feuer des Heil. Geistes/ darinn der Sohn durch sein Blutt heiliget/ der Heil. Geist durch sein Feuer badet/ der Vater durch sein Licht und Glantz lebendig machet; Also/ daß sie alle 3. persöhnlich gegenwärtig/ und zugleich einerley Göttlich Werck ausrichten/ und alle ihre Krafft in die Tauffe ausschütten. *Tom. II. Jen. fol. 257. ap. B. D. Cunad. Diss. Th. ex Matth. XXIIX. 19. 20.* der Himmlische Vater legt uns zum Paten Groschen ein sein liebes Vater-Hertz; JEsus seine Brüderliche Treue: der Heil. Geist seine Gnade/ Beystand und Trost; der Himmel/ das Hertz des ewigen Vaters/ das Paradieß/ die Gnade stehet uns angelweit offen: der Himmlische Vater nennet und erkennet uns für seine Söhne und Töchter/ und gewinnet ein Wolgefallen an uns/ um JEsu Christi willen/ der Heilige Geist schwebet auch über unsere Hertzen/ und weihet es zum Tempel GOttes. *B. D. Valer. Herberger, Magval. T. VI. p. 384. ap. Bauman. A. T. p. 1291. B. Tungerlar. Prompt. Evang. P. III. p. 50.*

Sp. S. incubat aquis.

Aquæ in primâ creatione, quibus incubabat Spiritus, Gen. I. dant Hieroglyphicum Baptismatis, cum Lemmate:

HOC FLUMINE LOTUS!
Mich belebt/
Der hie schwebt!

Sicut enim in primâ creatione, ubi:

— — Sacer extentis impendens Spiritus undis,
Altrices animabat aquas, dans semina rerum.

Marius Vict. in Gen. ap. D. Chr. von Stöcken/ l. c. Serm. II. N. 18. Sic & in no-

ſtrâ regeneratione, (quæ creatio ſecunda eſt, novam illam κτίσιν, ſeu creaturam efficiens, 2. Cor. V, 17.) idem incubat aquis baptiſmi. *D. Sal. Glaſſius Chriſtolog. Moſaic. Diſſ. I. §. 89. p. 49.* undè Paulinus *Epiſt. XII. ad Sever.*

Sanctus in hunc cœlo deſcendit Spiritus amnem,
Cœleſtique ſacras fonte maritat aquas;
Concipit unda DEum ſanctamq; liquoribus almis
Edit ab æterno ſemine progeniem!

Conf *L. Joh. Thilo, med. Th. p. 6.* Rectè Xyſtus Papa verſibus iis, quos inſcripſit octangulari lapidi Baſilicæ Conſtantinop. regenerationem baptiſmi exponit:

Gens ſacranda polis, hic ſemine naſcitur almo,
Quam fœcundatis Spiritus edit aquis.

D. Joh. Cyprianus Diſq. Philol. Theol. de Baptiſmo Proſelytorum Judaico Sacramento V. T. Cap. IV. §. 12. p. 65.

Spiritus ut Domini naſcentia corpora fovit,
Cum manus artificis conderet ipſa DEI.
Sic foveat cœtus, qui CHRISTI oracula diſcunt,
Accendatque igni pectora noſtra ſuo.

Phil. Melanchr. Epigramm. Lib. I. conf. *D. Seiffarti Biblia in Imaginibus P. I. p. 39.*

Peccatum quomodo tollitur?

Peccatum tollit Baptiſmus ſanguine CHRISTI
Non ut non adſit verum ne præſit & obſit.

B. D. Georg. Weinrich. Poſt. Evang. P. ult. p. 290.

Ex Baptiſmo Lucianus nihil retulit quam corruptionem nominis.

Lucianus ille, ſi Volaterrano credimus, Chriſtianus fuit, qui poſt deſertor illius Religionis dixit: Se nihil ex eâ conſecutum, quam quod nomen ipſius corruptum fuerit, ut ex Lucio Lucianus redditum. Ζάλης ἐλεγχόμενος *Luciani Samoſetani M. Joh. Wilh. Peterſen. §. 4. p. 4.*

BAPTISMALE

Fœdus nunquam fit irritum.

§. 1.

Judæi vocant fœdus aqueum; Sed quam maxime eſſe conſtans, probant loca, Hoſ. II, 19. Rom. XI, 29. 2. Tim. II, 19. *Scherz. Syſt. Def. L. XI. p. 292.* Hinc Scriptura baptiſmum vocat σφραγῖδα, ſigillum firmiſſimum. Baſilius σφραγῖδα vocat ἀνεπιχείρητον, quaſi dicat, ein unDiſputirliches Siegel. Vid. *D. Olear. in Papiſtâ non baptizato Poriſm. I. §. 3.* Votum baptiſmale omni alio firmius. Hinc

Sagæ

Sagæ Diabolo fœderatæ per sangvineam scriptionem, si resipiscant, DEO reduniuntur, ex fœderis virtute (fœderatione Satanicâ) priori, ac prævalentiori. Verum, inquit *Lutherus T. I. Lat. p. 340. b.* est, nullum neq; gravius, neq; melius, neq; etiam majus esse Votum, quam Baptismi. *Danh. Hodos. Phæn. X. p. 1111. Ebartus Enchirid. Th. Pos. Pol. in Supplem. Q. XXII. p. 24. 25.* Ita legitur de sanctâ quadam virgine, quæ quoties tentabatur, non nisi baptismo suo repugnabat, dicens brevissimè: Christiana sum! Intellexit enim hostis statim virtutem baptismi, & fidei, quæ in Veritate DEI promittentis pendebat, & fugit ab eâ; Ita vides, quam dives sit homo Christianus, sive baptizatus, qui etiam *volens non potest* perdere salutem suam quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere. *Luther. T. II. Jen. p. 285.*

§. 2.

Horrendum est quod de Juliano Apostata proditur à Baronio ad An. 163. quod sacrum baptismum, quo initiatus fuerat, victimarum sangvine solenni ritu absterserit; *L. Imman.* Horn/ geistl. Wächter-Stimme/ *P. II. p. 271.* Quapropter passim à Scriptoribus Ecclesiasticis ὁ ἀποστάτης καὶ ἀποστάτης Ῥωμαίων βασιλεὺς quasi κατ' ἐξοχὴν cognominatur. *L. Ad. Rechenberg. de Julian. Imp. Apostasiâ §. 18. D. J. C. Beeman. Diss. de Cognominibus Principum Cap. III. §. 9. p. 100. 101.* (Sicuti olim Achabus publico, atque portis Samariæ affixo programmate DEO Israëlis renunciavit); Nihilominus dicit *Danhauerus l. c.* Si is posthac resipuisset, absterso licet baptismalis fœderis solatio denuo perfrui potuisset. Conf. & *Kunadus Diss. Th. de Sacramento Baptismi class. II. Controv. II.* Nunquam fit baptismus irritus, donec desperans redire ad salutem nolueris, aberrare quidem poteris ad tempus à signo, sed non ideò irritum est signum. *Lutherus l. c. p. 287. b. Scherz. l. c. p. 371.* Non in voluntate baptizati stat, ut adultus baptismum irritum habere velit. *B. Chemnit. Exam. Concil. Trid. P. II. p. m. 93.*

BAPTISMALIS

Aula.

Dicitur Ecclesia ap. *Fortunat. Lib. I. Poëmat. 15.* seu locus in Ecclesiâ, in quo baptismus peragitur:

Instaurata etiam sacri est baptismatis Aula,
Qua maculas veteres fons lavat unus aquis. *C. du Fresne p. 468.*

BAPTIZATUS

Et proselytus factus priores consangvineos pro cognatis non habet.

Gentilis factus proselytus, & servus manumissus, eccè est, ut puer modo

natus, inquiunt Judæi; nam pro cognatis consangvineos, quos habuit, dum erat ethnicus, aut servus, reputare non debet. *Maimon. in Issure Biah.* Comparetur ad 2. Cor. V, 16. *Lightfoot Harm. IV. Evangel. P. III. S. XIV. p. 436.* Exuit natales pristinos, omnemq; Majorum sangvinem, ut nullos amplius in gentilismo agnatos habere credatur, queis incestus nomine interdici posset matrimonio, nec si absq; prole decedat, hæredem. Prorsus ut infans recens in lucem editus hinc inde ap. Talmudistas introducitur. *Joh. Andr. Danzius, Diss. I. de Baptismo Initiatoris Ebræos inter & Gentiles §. 43. p. 76.*

BAPTIZATUM

Eqvum & capram Dux Albanus in comitatu suo habuit; Quemadmodum & Papistæ lintea, fascias, corallia & bufones ad veneficia baptizant. *Knapius in Gerhard. L. de Baptism. p. 975.* De Campanis vid. suo loco. Unter der Regierung Caroli IV. Käysers und Königs in Böhmen gieng Anno 1539. zu Beraun etwas sonderliches für. Die Stadt war damahls halb Teutsch / und halb Böhmisch / und also waren auch zweyerley Priester in der Stadt. Einst waren die Deutschen so muthwillig / und nahmen einen Hund / giengen zum Böhmischen Priester / gaben den Hund vor ein Kind aus / und bahten um die Tauffe. Der Priester wieß sie zu ihren deutschen Seelsorger / sie wandten aber für / er wäre nicht zu Hause / und das Kind wäre sehr schwach / damit zog sich der gute Mann an / kam in die Kirche / und fand mit gressen Schrecken einen Hund an statt des Kindes in den Windeln. Die Deutschen lachten unmenschlich darüber / wurffen den deutschen Hund in den Böhmischen Tauff-Stein / und lieffen davon. Die Böhmen aber beredeten sich über diesen Schimpff heimlich mit einander / überfielen die Deutschen / und schlugen die meisten todt / den Rest aber jagten sie zur Stadt hinaus. *Cl. Hübnerus, Hist. Pol. P. IV. p. 118. 119.*

BAPTIZANDI

Prius informandi.

Catechesis Baptismo præmittenda, & βαπτισμῶν διδαχὴ, Hebr. VI, 2. *Dankb. Hodos. l. c. p. 1048.* idque ex mandato Christi Matth. XXIIX, 19. μαθητεύειν non est nudè ad discipulatum admittere, sed κηρύττειν, prædicare Evangelium, ut inde fides concipiatur, Marc. XVI, 15. *Dankb. Polemosoph. S. II. Art. IV. §. 20. p. 302.* exemplo proto-baptistæ, Matth. III, 1. Luc. III, 3. & praxi Ecclesiæ Apostolicæ, Act. II, 41, IIX, 12. X, 47. *Quenstedt Antiq. Bibl. P. I. Cap. IV. S. II. n. 2. p. 324. 927.* Hinc Scrutinium instituebatur, *Id. ib. §. 3. p. 326. Arndius l. c. p. 84. D. Barthold. Holtzfuß / Diss. Theol. de Baptismo Judaico-Christiano §. 13. p. 31. seq.*

Fidem

Fidem profitebantur.

§. 1.

Confessionem de S. S. Trinitate Veteres dixerunt Symbolum regenerationis, & confessionem baptismi, ut videre est ap. Hilarium lib. ad Constant. *Gerh. Joh. Vossius, Diss. I. de tribus Symbolis th. 14. 29.* existimat, Symbolum, quod in primitiva Ecclesia Apostolicâ Catechumenis propositum, & in quod baptizati fuerunt, professionem fuisse nominis DEI Patris, Filii & Sp. S. Hoc autem, quod Apostolicum jam dicimus, exigi cœpisse tum, ubi hæreses in Ecclesiam irrepsêre. Neq; abnuit *Gisb. Voëtius D. S. P. I. p. 64.* Hinc *Basilius M. Epist. 78.* Oportet nos baptizari, sicut accepimus, credere verò sicut baptizamur, colere verò & glorificare, sicut credimus PATREM, & FILIUM, & SPIRITUM SANCTUM. *D. Calovius in Confessione Martyrum de S. S. & Individuâ Trinitate in Proleg. Cass. & Lilien, Diss. Sacr. Phil. Hist. Th. Diss. IV. §. 22. p. 58.* Sicuti Israëlitæ baptismo illo metaphorico in Mosen baptizabantur, 1. Cor. X, 1. i. e. miraculosâ liberatione obligabantur ad Mosis doctrinam amplectendam & tenendam: Ita nos per baptismum devincimur, ut CHRISTI doctrinæ adhæreamus. *Dn. Christ. Henr. Læberus in Vindiciis Sacramenti Baptismi contra Quakeros S. I. §. 8. p. 6.*

§. 2.

Morem hunc fidei profitendæ ante baptismum ab Apostolis ad nos processisse, est verisimile; Nam Evnucho petenti baptismum dixit Philippus: Si credis ex toto corde, licet, & respondens, ait: Credo Filium DEI esse JEsum CHristum, Act. IIX, 37. (de loco baptismi hujus vid. *Nic. Fuller. Miscell. Sacr. Lib. II. Cap. IIX. p. 204. seq.*) & Matth. III, 6. baptizati dicuntur à Johanne ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας, h e. qui publicè testabantur, amplecti se doctrinam de gratuitâ peccatorum remissione: unde & interrogationes certæ Catechumenis quondam proponebantur, ad quas alludere visus est Apostolus, 1. Petr. III, 21. baptismum nominans συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν, interrogationem bonæ conscientiæ apud DEum. *Petarg. l. c. §. 8. p. 107.* Et talis professio de suggestu edebatur. *Casalius l. c. p. 46. Gebh. Th. Meierus l. c. ex Hebr. VI, 2. §. 46. 48. p. 49. 50.* Hinc *Professentes* dicti. *Joh. Joach. Homborg. de Pasch. Vet. Christ. th. IX. M. Sam. Ben. Carpzov. Diss. Inaug. de Ritibus Baptismalibus Essentialibus & Accessoriis sub Præs. D. J. A. Quensted an. 1681. Witt. hab. Num. 2. §. 2.*

§. 3.

Sic & Turcæ circumciduntur demum post annos aliquot, vel 13. ad exemplum Ismaëlis, vel aliquando 7. 8. & seq. ut professionem Islamismi, erecto manus pollice, possint edere: La illah &c. Non est DEus nisi unus, & Mahomed ejus Prophera. *Hoornbeck Summ. Controvers. Lib. III. p. 137. Paulus Heigelius, Diss. Th. de Veritate Unica Religionis Christianæ, & aliarum falsitate c. V. §. 6. p. 93.*

Panor-

Panormi in Sicilia ſupra portam quandam extat confeſſio fidei Mahometicæ, lingvâ Chaldaicâ, in hanc ſententiam: Non alius eſt DEus, præter unum DEUM. Non eſt alius potens, præter eundem DEum; Neque eſt alius victor, præter eundem, quem colimus DEum. *Nathan. Chytræus. Delit Itin. p. 276.*

Occidentem verſus ſpectantes.

Baptizandi olim faciem occidentem verſus ſpectare, manum deindè exſerere, quaſi Principem tenebrarum ad pugnam provocaturi, fuerunt juſſi. *Wilhelmus Cave Th. D. in Chriſtianiſmo primitivo ſive de Religione priſcorum Chriſt. in primis Evangelii ſeculis Cap. X. In Act. Erudit. Lipſ. A. 1686. m. Mart. p. 167.* Dionyſius Areopagita *in Cæleſt. Hierarch. Cap. II.* dicit: qui ſacro lavacro ſuſcipiendus eſt, diabolum occidentem verſus, ter ſolenni ritu, & quæ ſunt ejus regni, ejurat, ac ſtatim Chriſtum in Orientem adorat. *Joh. Selden. de diis Syris Synt. II. Cap. VIII. p. 326. Barthius Adverſ. L. XLI. Cap. XVI. p. 1846.*

Eorum abrenunciatio Satanæ facta.

If. M. dicere enim ſolebant: Ἀποτάσομαι τῷ Σατανᾷ, καὶ συντάσομαι τῷ Χριστῷ. Quid verbis illis gratioſius, χαριέστερον ſcribit *Chryſoſt. Hom. I. in Epiſt. ad Epheſ.* Pleniorem formulam abrenunciationis, & confœderationis cum Chriſto exhibent *Conſtit. Apoſtolicæ Lib. VII. Cap. XLII.* Abrenuncio Satanæ, & operibus ejus, pompis ejus, & cultui ejus, & angelis ejus, & inventis ejus, & omnibus quæ ſub eo ſunt, & conjungor cum Chriſto, & credo & baptizor in unum ingenitum verum DEum. *Meierus l. c. §. 47. p. 49. Quenſted l. c. p. 331. Zimmerm. Menſ. XI. Cap. II. p. 528. ſeq. D. J. A. Oſiander, Th. Caſ. P. II. p. 1047. ſeq.* Fiebat hæc abrenunciatio verſus occidentem, expanſis in formam crucis manibus, quia Chriſtus expanſis manibus in cruce occidentem ſpectavit, & nos in baptiſmo Chriſto crucifigi Apoſtolus aſſerit. *Dionyſ. Areopagita l. c. ap. Selden. in Or. Th. Vit. VII. Eu. in S. 18 p. 500.* Abrenunciationis formulam, qui ex Turcis Chriſtiani fiunt, ex Friderici Sylburgii Saracenicis, hanc accipe: Ego ille, qui à Saracenicis, hodiè ad Chriſtianorum fidem accedo, non vi aliqua vel neceſſitate, neq; dolo, aut ſimulatione, ſed toto animo, corde puro ac ſedulo, Chriſtum Chriſtique fidem amante: renuncio toti Saracenorum religioni, anathematizoque Mahomedem &c. ab eoq; me abjungo, & conjungo me cum ſolo vero DEO, Chriſto, & credo in Patrem, Filium & Spiritum Sanctum ſanctamq; coëſſentialem, & inſeparabilem Trinitatem; & è divinâ diſpenſatione profectam incarnationem, atq; ad homines adventum unici, unigenitique Sanctæ Trinitatis Filii, & verbi DEI, qui à Patre ante omnia ſecula genitus eſt, & per quem omnia facta ſunt: certoque perſvaſum habeo, hunc verè hominem factum eſſe, non depoſitâ tamen divinitate ſuâ; eundemque verè DEUM eſſe, & verè hominem

minem &c. &c. Otto Friederich von der Gröben/ Orientat. Reiſe-Beſchr. *Cap. XIX. p. 195. 200.*

Non ſunt inviti.

Invitis ac obicem ponentibus Sacramentum porrigere, id fuerit Sanctum dare canibus. Ideò nec adulti Judæi vi cogendi ad ſacramentum, nec vi furtiva è manu pagana infantes foris nati ſunt ad baptiſmum rapiendi, quia non facienda ſunt mala, ut eveniat aliquid boni. Si autem magiſtratus loci jure ſuo uſus imperet, e. g. Anabaptiſtæ infantem recens natum capi ac baptizari jubeat, tum qui jure ſuo utitur, nemini facit injuriam, nec debet ea vis æſtimari, ſed jus. *Danh. Hodeſ. p. 1037. Aſſelman. l. c. p. 790. & Diſſp. XXVII. §. 55. p. 818. & in Append. Lib. XII. Q. II. p. 305. 306. Dedeken. Vol. II. in Append. p. 125. ſeq.* Infantes ſunt ſub jure magiſtratus, aut non; Si ſunt, tunc infantes parentibus ſunt eripiendi & baptizandi: ſi verò non ſunt ſub jure magiſtratus, tunc minimè ſunt parentibus eripiendi, cum cultus violentus & coactus non placeat DEO. *D. Joh. Aſſelman. S. E. A. P. II. in Append. L. XII. Q. II. p. 305. 306.*

BAPTIZANDORUM

Deſiderium erga baptiſmum ſub typo cervi anhelantis aquas Pſal. XLII, 2.

Auguſtinus *in h. l.* Non malè intelligitur vox eſſe eorum, qui, cum ſint Catechumeni ad gratiam ſancti lavacri feſtinant; unde & ſolenniter cantatur hic Pſalmus, ut ita deſiderent fontem remiſſionis peccatorum, quemadmodum deſiderat cervus fontes aquarum. Itaque hic Pſalmus olim propter Catechumenos ſolenniter in Eccleſiâ cantabatur. *Petr. Ravanellus Biblioth. Sacr. P. I. p. 418.*

Chirographum.

Pater Riccius hat in Sina die Weiſe auffgebracht/ daß die/ ſo ſich zur Taufe einfanden/ eine Handſchrifft müſſen von ſich geben/ darinnen ſie angelobet/ daß ſie beſtändig im Chriſtenthum wollten bleiben/ und nachmalen denen Abtrünnigen verweißlich könnte vorgehalten werden. *Erasm. Franciſci* Geſchicht-Kunſt- und Sitten-Spiegel/ *Lib. III. Cap. I. p. 924.*

Pro Baptizandis orandum.

Viel Kinder gerathen ſo übel/ weil man bey der Tauffe nicht mit Ernſt für ſie gebeten hat/ inquit Lutherus ap. *B. Weinrich Dom. XX. p. Trin. p. 894.*

BAPTIZATI

Flores Spirituales.

Recens baptizati vocabantur elegantes illæ novellæq; Eccleſiæ plantæ, ver-

nantes illi spiritualesque flores, & Christianæ militiæ tyrones. *Chrysost. Hom. in S. Pascha ap. Homberg. l. c. § 34.*

BAPTIZATIS

Dati Agni.

Agni consecrati ex cerâ dabantur baptizatis, & Acolutus altâ voce clamabat: Domine! Domine! Domine! isti sunt agni novelli, qui annunciaverunt Alleluja: modo venerunt ad fontes &c. ad significandam, ut Christianis virtutibus, præprimis mansvetudini studeat. *Casal. l. c. p. 62. 63.*

Pax impertiebatur.

Severus Alexandrinus L. de bapt. Psallite hymnum Filio Dominatoris omnium, qui Regum coronâ vos coronavit: celebrate eum, immutate vestimenta vestra, & candidi estote in modum nivis, ac in similitudinem Angelorum splendores vestros illuminate. Ite in pace filii baptismi. Diaconus: Ite in pace! *Casalius l. c. p. 61.* Plurima & lætitiæ signa præbebant Christiani propter baptizatos. *Ib. p. 62.*

BAPTIZATORUM

Tonsura.

Tonsuram baptizati apud Græcos suscipiunt post baptisma, & hanc formulam ante ceremoniam peractam DEO fundunt his verbis conceptam: Præsenti famulo N. ô DEus capitis sui detondere, & ejus velut primitias offerre incipienti unà cum ejus susceptore, benedic. Oratione sic absoluta, tondent Christianum in nomine Patris, & Filii, & Sp. S. Porrò hujus consvetudinis quidam apud *Goarum in Evchologio p. 375. 376.* hanc rationem præbet: Post chrisma, sanctissimum dico ungventum, capitis ejus crines cruciformiter tondet, tum quidem quia caput Christum defert, & ut Paulus docet, quia detectus orare tenetur, tum etiam quia tonsurâ velut signo, notâq; quâdam impressâ (cruciformiter enim tondent) cogitationes superfluas debet resecare. Adde insuper, velut primitias & sacrificium humani corporis à baptizato crines offerri Christo. Idem *Goar l. c. p. 377.* infit: Græcos verticibus infantum rasis, cincinnos reliquisse, & Dæmonibus dedicasse, quod Athanasius his verbis testatur: Solent Græci puerorum vertices abradere, & cincinnos relinquere, illosque sequenti tempore consecrare Dæmonibus. *Matth. Larroquanus Adverss. Sacr. Lib. I. Art. VII. de tonsurâ Clericorum p. 118. 119.*

Quis primus gentium in N. T. baptizatus?

Cornelius Centurio, qui baptizatus, & primus ex gentibus credidit jure primitiæ gentium dici potest vel Origenis testimonio super Numeros ap. *Polyd. Vergil.*

gil. de Rerum Invent. Lib. IV. Cap. IV. p. 319. Gentilium in suscipiendâ fide Christi antesignanus. *Tob. Pfanner. Syst. Th. Gentil. Pur. Cap. XXII. §. 2. p. 493.*

BAPTIZANTIS
Inscitia.

Fuit quidam qui baptizavit in nomine Patria, Filia & Spiritua Sancta. *D. J. C. Beeman. de Jure Idiomatis Cap. I. §. 33. Rechenberg de Ineptiis Clericorum Rom. literariis §. 8.* Et alius recitabat Symbolum, dicendo: Et in Filium ejus iniqvum; quæ sunt impia. *Anton. Creguets Revelat. Arcan. Cap. VI. p. 263. 264.*

BAPTIZAVITNE
Christus?

Juxta Papistas Petrum ex viris, & ex mulieribus Mariam propriis manibus baptizavit. *Ravanell. B. S. p. 301.* Svarez & Vasquez affirmant testimonio Nicephori, Christum baptizasse Petrum. *D. J. A. Osiand. Th. Cas. P. IV. Cap. IV. p. 307.* Apocrypha & incerta commenta Evodii & Euthymii, in quibus ipse suis manibus dicitur Petrum & Mariam baptizasse. *B. Chemnit. Exam. Concil. Trid. de baptism. p. m. 65.* A Petro Andream, Jacobum & Johannem (à quibus cæteri Apostoli fuerint baptizati) *Cornelius à Lap. Comment. ad Joh. III, 22. p. 296.* scribit. Thomas ex Matth. III, 14. colligit, Christum & posteà baptizasse Johannem. Verum ex loquendi formula Græcâ vero id non esse consentaneum, patet, χρείαν ἔχω est, opus habeo, licet non accipiam. *Theod. Hackspan. Not. Philol. Th. P. III. in h. l. p. 22.* Verba hæc per Subjunctivum ex Hebraismo efferri debent hoc sensu: Ego deberem. *Id. in Luc. XV, 7. p. 332.* Omnia hæc contra Scripturam, quæ expresse dicit, Christum non baptizasse Joh. IV, 2. Nec obstat Joh. III, 22. c. IV, 1. Baptizavit enim Christus non ipse, sed per Discipulos. Vid. *Brochm. T. II. p. 418. D. Joh. Frid. Mayer. Eclog. Evang. ad Dom. IV. Adv. Q. II. M. Sal. Stepner. de Sacris Christ. Publ. Cap. III. §. 129. p. 326 327.* Baptizabat non manibus sed præsentia Majestatis, ut Augustinus loquitur ap. *D. Misandrum in h. l. p. 1461. seq.* Semper is dicitur facere cui præministratur. Simile est, quod Juris Consulti tradunt; Videri eum facere, qui per alterum facit. *D. Mayer. loc. mox. cit.* Rationes cur Christus ipse non baptizarit, fuêre sequentes: 1) ne à se baptizati gloriarentur, se habere prærogativam: Sic & Paulus abstinuit 1. Cor. I, 14. 2) ut ostenderet se esse, qui baptizet Sp. S, non verò esse nudum ministrum, 3) ut commendaret dignitatem ministerii. Vid. *B. Brentius in c. III. Hom. XXIX. p. 204. & Gerhard. L. de Bapt, Excell. D. D. Joh. Frid. Mayerum, Dissert. Anti-Baron, num Christus Petrum baptizaverit? per tot,*

BAPTISTERIUM

Constantini.

Baptisterium, in quo Constantinus Imp sacro baptismate ablutus fuit, fabricatum erat ex lapide porphyretico, coopertum intus & foris argento purissimo, ponderis librarum trium millium & octo. In medio hujus fontis baptismalis cernebatur columna porphyretica, in cujus summitate erat phiala ex auro purissimo librarum quinquaginta, ubi ardebant balsami libræ ducentæ. In labro fontis agnus erat ex aurô purissimo, appendens libras triginta. Ad dexteram Agni collocata erat effigies Salvatoris ex argentô purissimo, librarum CLXX. Ad lævam effigies B. Johan. Baptistæ ex argento librarum C. In circuitu septē erant cervi aquam fundentes, quorum singuli appendebant libras octingentas. Thymiamaterium constabat ex auro purissimo, librarum X. cum gemmis XLII. Ita *Weberus in Art. Conterf. Reg. XII. p. 755.* Legitur in hoc baptisterio, quod est in Templo Lateranensi: Insons esse volens isto mundare lavacro,

Seu patrio premeris crimine, seu proprio.

Chytræus Delit. Itin. p. 21. An autem Constantinus in hoc baptisterio baptizatus vid. in v. Constantinus.

S. Johannis.

Pisis Baptisterii S. Johannis hæc antiqua habetur epigraphe:

An. Dn. 1246. sub Jacobo Rectore loci, Gvido
Pegarelli fecit opus hoc, quo gaudia cœli
Dat baptizatis totius fons bonitatis.
Et qui tam miro lavacro pia dona dedere,
Et qui consilium, precor hos Baptista tuere
Per Dominum Christum, fontem qui protegat istum. *Chyt. l. c. p. 230.*

Florentinorum.

§. 1.

Illud deniq; observatione dignum existimo: Florentiæ in Italiâ è regione maximi Templi Ecclesia est rotunda, S. Johanni Baptistæ sacra: Hanc *Baptisterium* appellant, tota & hæc marmorea, habens januas, quas æneæ valvæ operis egregii occludunt. In medio illius Ecclesiæ Baptisterium è marmore lucidissimo positum visitur, in quo Florentini omnes baptismi lavacrum percipiunt, neque alibi quisquam, præterquam in hoc baptisterio, aquis salutaribus tingitur. *C. du Fresne p. 460.*

§. 2.

Notetur, non ex quacunq; materiâ licuit baptisteria in Ecclesiâ conficere. Lapidea fieri præcepit Concilium Uerdense ap. *Durandum de divinis officiis C. de*

de Bapt. In Concilio Ilerdensi statutum est, ut omnis Presbyter, qui fontem lapideum habere non potest, vas conveniens ad hoc solum habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur. Debet igitur fons esse lapideus; Nam de silice aqua in præsagium baptismi emanavit. Sed & Christus, qui est lapis angularis & petra.

§. 3.

Adjiciamus obiter observationem *Petri Nannii Sylog. V. Miscell. T. I. Crit. Thesaur. Jani Gruteri p. 1369.* Sunt, inquit, apud nos pagi, qui à fontibus, seu baptisteriis Christianorum nuncupationes suas habent, *Haring. Kerspoil, Sybe Kerspoil, Bove Kerspoil, Out Kerspoil. Kers* enim veteri lingvâ Christianum, undè *Kerstenen* Christianos appellamus; *Poil* verò paludem significat. Solebant enim olim in paludibus, stagnis, rivis, fluminibus ac fontibus baptizari. *L. M. Zimmerman. Exercit. Hist. Theol. ad illud Tertull.: Fiunt, non nascuntur Christiani S. II. § 70. p. 46.*

Dicitur κολύμβηθρα.

Baptisterium vocatur Κολύμβηθρα, hoc enim nomen à piscina Joh. V, 4. quæ mirificam sanandorum morborum vim habuit, antiquitus inditum, hodiè retinetur. *D. Quenstedt in Fundamento Juris Divini circa imputat. primi peccati, totigeneri humano fact. §. 67.* Est propriè locus, ubi natare possumus, aut nos mergere. *Id. in Antiq Bibl. P. I. Cap. IV. S. II. n. 1. §. 2. p. 315.* Hinc Tauffe/ quasi Tieffe/ weil man tieff ins Wasser sencket/ was man täuffet. *Lutherus in Serm.* von der Tauffe/ *A. 1519. hab. T. 1. Jen. Germ. p. 183. D. Joh. Fabricius, Diss. Th. quâ historia sacra contra nonnullos Pictorum errores vindicatur, §. 10. p. 14. de JEsu baptizato.*

Getäufft / ersäufft.

Sagte jener Pfaffe zu Meissen/ an. 1505. so offt er ein Mägdlein täuffte; Sed ipse de ponte Albis cum forte prospiceret, justo DEI judicio delapsus & submersus. *Wolff. L. M. T. II. Cent. 16. p. 647. b.*

BAPTISMUS
Diaboli.

Wann in der Versammlung derer Hexen etwan eine neue Hexe oder Zauberer ankommt/ muß dieselbe zuförderst GOtt/ dem Paradieß/ dem Verdienst JEsu Christi/ den Heil. Sacramenten/ und allen gottseligen Wercken absagen: Auf solches wird sie im Nahmen Beelzebub, Lucifer und Leviathan getauffet/ und mit einen Hasenpfoten/ Krötenhand/ oder andern Zeichen gezeichnet/ und also in die Zahl dieser teufflischen und ewig verfluchten Gesellschafft auffgenommen/ deßwegen auch der Fürst der Versammlung alsbald

einen gemeinen Geist bestellet/dem er die neue Hexe in seinen Schutz befiehlet/ daß er sie nimmer verlasse/ sondern ihr auffwarte / allezeit die Zeit und Ort der Hexen Versammlung anzeige / und sie zu derselbigen führe ; dieser Geist gesellet sich dann zu ihr/ wie ein Mann zu seinem Weibe. Wann nun die Zeit der Versam̃lung verhanden/rufft ein ieder Geist seiner Buhlerin: welche nun ohne erhebliche Ursachen nicht erscheinet/sondern von der Versammlung ausbleibet/die hat keine Ruhe / und wird offt übel geschlagen. *Bartbol. Anborn. Magiolog. P. II. Cap. VII. p. 642.*

BARBA
Adami rufa.

Quod Adam capillos ac barbam aluerit rubei coloris, id quod primum hominis rectè temperati signum est, citra controversiam manifestò patet. Etenim respectu hujus notæ tam evidentis ac singularis habito nomen ipsi fecerunt Adam, quasi dicas homo rufus. Ita *Janus Huartus Scrutin. Ingenior. c. XVII. p. 554.*

CHRISTI.

Es fällt mir bey in einem unbenannten Auctore, dessen Reise in Spanien An. 1667. zu Cölln in Frantzösisch herauskommen / gelesen zu haben / wie die Spanier den HErrn CHristum und seine Heiligen aus sonderbarer Reverenz mit einem Spanischen Kringel-Bart abbilden ; weilen sie meinen / selbigen keiner besser zukommen könne/ als derjenige/ welcher die alleredelste Nation der gantzen Welt zieret. *Joh. Henr. Eggelingius de Miscellaneis Germaniæ Antiquitatibus, quæ est de Statuis Rublandicis p. 26.*

Judæorum aurea.

Ridiculum est illud, sed vetustum Ebræorum commentum de aureâ illâ potione, quam Israëlitis exhibuit Moses, cum redactus in pulverem vitulus, potatum ab eo dabatur. Inde scilicet natas fuisse aureo colore barbas, apud eos nim. posterosq; eorum, qui, cum vituli cultui maximè fuissent dediti, etiam pulverem illum avidius potando hauri entes, & barbas, & menta, & maxillas superfluo, ut fit, liquore tingebant. *Selden. de Diis Syris Synt. I. Cap. IV. p. 156.* RR. putant, id factum, ut signo aliquo frons eorum, qui se illâ idololatriâ contaminaverant, notaretur. Et Scholastici quidam barbas reorum rutilasse scobe aureâ dicunt ;

Hebræi tradunt Mosen fecisse quod audis,
Ut sciret solos hâc ratione reos,
Nam rutilans auro monstrabat barba nocentes,
Dum patulo latices fluminis ore bibunt.

Reizius in Goodwin. Mos. & Aar. l. IV. c. V. p. 354. 355. Wagenseil. Sota in Mantissâ p. 1129. Persius *Sat. II.* dixit ; Præ-

Præcipui sunto, sitque illis aurea barba.

De quo vid. *Erasm. Adag. Chiliad. I. Cent. 8. Ad. 15. p. 267.*

Promissa ad misericordiam movet.

Cum fides pacis à Syracusanis non servaretur, denuò Catinienses legatos Athenas mittunt, qui sordidâ veste, capillo barbaque promissis, & omni squaloris habitu ad misericordiam commovendam acquisito, concionem deformes adeunt; adduntur precibus lacrymæ, & ita misericordem populum supplices movent, ut damnarentur Duces, qui ab his auxilia deduxerant. *Justinus Lib. IV. Cap. IV. n. 1. p. 61.*

Reorum habitus.

Attalus Rex in Asiâ post scelestam violentiæ rabiem (dum acceptum regnum cædibus amicorum fœdaverat) squalidam vestem sumit, barbam capillumque in modum reorum summittit: non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi lætiora convivia inire, aut aliquod signum sani hominis habere, prorsus ut pœnas pendere manibus interfectorum videretur. *Id. Lib. XXXVI. C. IV. n. 2. p. 311.* Adde *Livium XXVII. XXXVI. 4. & XLIV. XIX. 5.*

Cana & nigra.

Cum Rudolphum Imp. duo insignes Oratores, quorum alter barbam canam & capillos nigros, alter verò capillos canos & barbam nigram habebat, in arduo negotio accessissent: Rex eos audire noluit, nisi prius rationem diversitatis barbæ & capillorum exposuissent. Hi deliberandi spatio accepto, altero die Regem adeuntes: Ego, inquit primus, canam habeo barbam, quia omnis mea cura fuit, ut ori satisfacerem & gulæ, de nullâ aliâ re cogitans; Idcircò caput mansit cum suis capillis nigris, & mentum vestitum est barbâ canâ. Alter inquit: Capilli mei simul cum egressus sum uterum matris meæ creverunt: post XXIV. annos demum erupit barba: quæ cum eandem assequetur, quam nunc capilli habent ætatem, eundem quoque colorem sortietur. Rex argutiam utriusq; laudans, remisit honestè expeditos. *Zwinger. Th. Vit. Hum. Vol. VII. Lib. I. p. 1642. a.*

Omninò nulla.

Veneti Legatos duos juvenes ad Fridericum III. Imp. miserant: quorum ætate offensus Cæsar, inconspectum eos prodire vetuit. Illi extra ordinem privatim aditu impetrato, si sapientiæ & prudentiæ vis in barbâ & canis sita esset, inquiunt, Senatus Venetus tibi, Imperator, loco nostro duos hircos egregiè barbatos misisset. *Id. ib. p. 1650. a.*

Virum significat.

Quod virum barba significet, multa sapientum dicta testantur. Nam barbam

bam se ideò gestare Diogenes respondebat, ut se virum esse subindè recordaretur. Haliabas & plerìq; philosophi admodum clari, barbam dixère viris à natura ornamenti dignatisq; causa contributam. Inde Artemidorus filios tantum ornamenti patribus afferre dicit, quantum ori barba decoris addit. Cynicus apud Lucianum, tam deforme putat esse ornatum barbæ auferre viris, quam Leoni jubas attondere. *Joh. Pier. Valerian. Hierogl. Lib. XXXII. Cap. L. f. 389.*

Virtutis signum.

Thesea perhibent tondere barbam nunquam voluisse, ut virtutem ipse suam eo profiteretur indicio. *Nec radetis barbam*, inquit Dominus Levit. IX. quia perfectionis nostræ signum est barba, *Hierosolymitanus* ait *Hesychius*. Neque enim est congruum, virtutes, quarum barba symbolum gerit, corrumpere, agentes nos non sub vero, sed sub falso & ficto habitu. Theologi veteres, quos imitatur *Eucherius*, eo loco Regum, ubi Hanno Ammonita nunciis Davidicis, qui de Patris obitu Regem consolaturi advenerant, barbas abstulit ad ignominiam (2 Sam. X, 4.) historiam ad mysticum sensum deducentes: Hannonem injuriosum Diabolum esse dicunt, qui subindè benefacere volentibus barbam abradit, h. e. fortitudinem adimit. Ita apud eos barba erat fortitudinis hieroglyphicum, quia scilicet virum indicat. Atque ubi Dominus Levit. XXI. repetit ad Sacerdotes filios Aaron: *Non radent caput, neq; barbam:* Caput & barba, ait *Hesychius*, sapientiæ est & perfectionis nostræ signum. *Id. ibid.* Conf. *Francisci* in der lust. Schau-Bühn. *P. III. Convers. II. p. 1042. seq.*

Æsculapii intonsa.

Dionysius tyrannus Æsculapio barbam auream demi jussit: neq; enim convenire barbatum esse filium, qvum in omnibus fanis pater Apollo imberbis esset. Vid. *Petrus Victorius Lect. Antiq. Lib. XXI. Cap. XI. p. 562.* Cur autem Apollo impubis passim ostentetur, capillo ejus tantummodo luxuriante, hieroglyphicum Philosophi sic explicuerunt. Nimirum ille rerum autor viridi semper fruitur juventa, verum omnia quæcunq; generantur, in senium ocyus aut serius vergunt. Sed quamvis ita passim barbatus Æsculapius figuraretur, apud Sicyonios tamen simulachrum ejus imberbe ex auro & ebore confectum fuisse, Pausanias tradit, ap. *Pier. l. c. Cap. LI. pag. cit.* Dionysius ließ dem Bilde des Æsculapii den göldenen Bart abscheeren/ und gab für/ es würde ihm wohl ein anderer wachsen. *Cl. Hübner. Hist. Pol. P. III. Lib. I. p. 314.*

Japonensium Papæ non tondetur.

Quod Pontificiis Papa, id Japonensibus Dayro, h. e. absolutus Monarcha in rebus tam Ecclesiasticis, quam Politicis habetur. Nunquam pedes ipsius propter adfictam sanctitatem attingunt terram, nec radii solares caput, nec in apertum

nim aërem procedit. Cibi omnes mensæ adponendæ in novis ollis præparantur; Corpori ejusdem nil resecatur tam à barbâ & capillis, quam ungvibus. Quis Dayrum hunc sanctissimo Romanensium Patri absimilem pronuntiaret? Testes sunt Hazardus, Xavetius, Tursellinus, Montanus, Caron & Varenius. *M. Joh. Godf.* Hilscher/ *de Persecutionibus Christianorum in Japan §. 5.*

Rasa contumeliæ signum.

Des Aureng-Zebs des grossen Moguls sein Ambassadeur an den König in Persien/ wurde genandt von des Moguls Vater Cha gehan Baubek-kan, ein Herr von auffrichtigem Hertzen/ da er doch diesen Cha-gehan seinen König und Gutthäter vom Throne helffen verstossen/ darüm ihm dieses nachmalen von den Persischen Könige verweißlich vorgehalten/ und ihm der Bart abgeschoren worden/ so für die grösseste Schmach gehalten wird. *Tavernier. H. O. T. II. Lib. II. Cap. VII. p. 100. a.* Quod Davidis Legatis aceidit, ut ipsis barba abrasa, idem Heinrici Aucupis Imp. Legatis evenit, de quo *Sprengerus, de Dignitate Capillorum p. 309.*

Membrum in homine.

Feudali Jure proditum legimus; non pro levi, imò majori injuriâ æstimandum esse, si quis alteri crines, aut barbam expilasset, quam si pugno, vel manu eum percussisset, §. *si quis aliquem de Pace tenenda* §. *ejus in usib. feudor.* Hinc docuit Baldus *in l. Reos C. de accusat. n. 6.* barbam in homine membrum esse: & ob id incidentem barbam teneri pœnâ, quâ plecti solet, qui membrum alicui abscidit. *Salm. in Pand. P. I. T. XLIV. p. 193.* Et barbam vellere, eo ipso summum contemtum ac ludibrium significamus. *Horat. Serm. L. I.* Barbam tibi vellunt Lascivi pueri. *Persius:* Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam Jupiter. Et Dionysius Siculus, non dubitavit Æsculapio barbam auream detrahere. *Emsm. l. c. Chil. II. Cap. IV. Al. LXIX. p. 473. 474.*

In sanciendis fœderibus tacta.

Summus barbæ honor apud gentes; In fœderibus iciendis à Gothis & Francis tacta. Vid. *Barthius Advers. Lib. LI. Cap. VII. p. 2388.* ubi & de Adoptione per barbam.

Prima Diis consecrata.

Hoc præterea maximè barbæ commendat dignitatem, quod ut olim pueri detonsam primum comam Diis consecrabant, sic primam barbæ lanuginem, & incuntis adolescentiæ florem. Quod feciſſe dicitur Nero, qui quasi maximum & pretiosissimum donum detonsam barbam in aureâ pyxide, & pretiosissimis ornatam margaritis, Jovi Capitolino consecravit, ut tradit *Sveton. in Nerone Cap. XII.*

Vid. etiam de barbæ consecratione *Cæl. Rhod. L. A. Lib. VII. Cap. XXIII. Turgerl. P. E. P. II. p. 241. seq.* Longobardos quoque, testis est *Gregorius Romanus*, primam barbam apud amicissimos deposuisse, futuræ in posterum amicitiæ symbolum. Vid. *Guil. Stuckius. Antiq. Convivial. Lib. I. Cap. XVII. p. 40. b.*

Viridis.

Wir sehen täglich unterschiedliche Farben von Haupt- und Bart-Haaren/ insonderheit in den Mitternächtischen Ländern / allwo eine grössere Varietät/ wegen der temperirten Lufft/ als in den warmen Orten sich ereignet. Ich halte aber nicht dafür/ daß iemand grüne/ nicht durch Kunst/ sondern von Natur gefärbte Haare gesehen. Ich kenne aber (sind Worte des Autoris Joco-Seriorum Naturæ & Artis Cent. I.) einen alten Teutschen in Rom/ mit dem ich fast täglich geredet / dessen Bart zwar im ersten Jahr/ als ich daselbst ankame/ in etwas zu grünen anfienge / in folgenden und dritten Jahr aber dermassen mercklich diese grüne Farbe an sich nahme / daß er endlich gar völlig grün wurde. Weber *Disc. Cur. LII. Art. XXXII. p. 1324.* De barbis tinctis vid. *Müllerus de Chamjâ p. 36. b.*

Imago peccati originalis.

Bey Abnehmung der Haare und des Bartes / sagte Lutherus zu Eißleben zu D. Jonas: Daß die Erb-Sünde im Menschen wäre wie eines Mannes Bart/ welcher/ ob er wohl heute abgeschnidten wurde / daß einer glatt ums Maul wäre/ dennoch wüchse ihm der Bart des Morgens wieder; Solches Wachsen der Haare und Bartes hörete nicht auf/ dieweil ein Mensch lebet; Also bleibt die Erb-Sünde auch in uns/ und reget sich/ dieweil wir leben/ aber man muß widerstehen/ und solches Haar immerdar abschneiden. *Luth. Coll. Mens. Cap. X. p. 100. a.*

Uxorum.

Der Wienerische Augustiner-Münch/ P. Abraham à S. Clara, vergleichet seiner kurtzweiligen Lehrart nach/ die Ehe-Weiber mit den Bärten der Männer/ welchen man gleiche Ehre mit der Person anthut / so lange sie an ihren Wangen hangen/ so bald aber der Barbierer sie mit den Messer abgenommen/ werden sie auf die Erde geworffen / und mit Füssen getreten; So lang ein Weib ihren Ehe-Mann hat/ wird sie geehret / nach dessen Todt aber verachtet ꝛc. *M. J. D.* **Ernst in Ehrenh. zufäll. Ged.** *Cent. II. M. 99. p. 1196.* Mulieres autem idcircò non habent barbas (inquit *Galenus Lib. de Usu partium*) quod, cum domi continere se debeant, piloso illo contra frigus munimento, ut viri, non indigeant, *D. Weber. Art. Convers. Reg. I. S. III. §. 95. p. 32.*

Judæ-

Judæis non radenda.

Non licet ipsis vel comam tondere, vel novacula barbam radere, juxta præceptum Levit.XIX,27. לֹא תַשְׁחִית אֶת פְּאַת Non corrumpas extremitatem barbæ tuæ. Extremitates vel angulas barbæ faciunt quatuor; In maxilla superiore & inferiore dexterâ, duos: in maxilla superiore & inferiore sinistra, duos: quintum in mento. In nullo ex his loco licet eam radere novaculâ, quia eâ barba penitus corrumpitur & destruitur. At forficibus licet eam tondere; verum non ita præcisè, ut novaculâ abrasa videatur. Mulieribus tamen si barba creverit, eam abradere, & destruere est permissum. *Buxtorff. Syn. Jud. Cap. XXXII. p. 591. 592.* Superstitio hic prohibetur, radebatur enim barba in honorem idolorum, Baruch. VI. ubi sacrificuli Ægyptii & alii non nisi abrasâ barbâ sacra faciebant, vid. Levit.XXI, 5. *Cal. in Supplendis T. I. B. I. p. 1307. a.*

BARBÆ

Detrimentum propter Sanctos.

Hebræus contendens cum Christiano, affirmabat plures Judæos esse in cœlo Sanctos, quam Christianos. Paciscuntur ergò, ut uterque suos sigillatim recenseat, & ad unumquodque nomen alteri pilum è barbâ revellat. Incipit Hebræus, nominat Abrahamum, & ex pacto pilum Christiano vellit. Christianus nominat S. Petrum, idemq; facit. Pergunt hoc modo. Tandem pertæsus Christianus in barbam Judæi invadit, totamq; simul diripit, dicens: S. Ursula cum XI. millibus. *Jac. Pontan. in Ariicis Bellar. p. 255. cp. Weber. l. c. R. VI. S. III. p. 275. 276.*

BARBAM

Alterius apprehendere supplicantium mos.

Supplicantium cuipiam mos erat olim barbam ejus manu apprehendere, & ita orantia verba præfari, hinc Amasæ barbam Joab in signum amoris apprehendit, & veluthumilitatis, ipsumque per scelestum facinus occidit. *Barth. l. c. L.XLILX. Cap. I. p. 2239. 2240.*

Præter nil Jodocus habebat.

Jodocus aus Mähren/ der An. 1411. zum Käyser erwählet/ und nur ein halb Jahr regierte/ wurde nach seinem Tode wenig betrauret/ weil man insgemein zu sagen pflegte: An Jodoco wäre nichts Gutes/ als der ansehnliche Bart. *Cl. Hübner. Hist. Pol. Tom. I. Lib. V. p. 944.*

BARBARUS

Est è Chaldæorum בַּר/ quod valet extra, foras, & quicquid est foris, ager,

ſylva, campus, deſertum. Ex voce hâc geminatâ ברבר / quod Ebræis familiare eſt, fit barbarus, eoq; notatur admodum extraneus, vel peregrinus. *M. Henr. Trierenbergius Diſſ. Philol. de Oppoſitione Barbarorum & Scytharum Apoſtolicâ ex Col. III, 11. Cap. I. §. 1.* Dicuntur Barbari à βάρβαρ abſonâ voce, in quam peregrini homines Athenas adventantes cumprimum loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui craſſe loqvuntur, Barbari dicuntur, quales olim habitæ ſunt omnes gentes, præter Græcos. *D. Joh. Phil. Pfeiffer. Antiquit. Grac. Gentil. Lib. II. Cap. LV. p. 357. D. Aug. Pfeiffer. Ebraic. & Exot. N. T. Loc. XLI. p. 943. Hoornbeck, Summ. Controv. Lib. XI. p. 835.* Nonſolum autem Græcis, omnes aliæ gentes, etiam moribus legibusque cultiſſimæ, (*Zimmerm. Floril. Philol. Hiſt. P. I. p. 173.*) ſed & Romanis omnes aliæ Nationes tales fuêre, *Barth. l. c. Lib. X. Cap. XVII. p. 491. D. J. C. Beeman. Doctrin. Moral. Cap. IV. §. 16. p. 101. & Hiſt. Orb. Terr. P. I. C. IX. S. IV. §. 8. p. 407. 408.* Barbar Arabicè *murmur* ſignificat, ut J. C. Scaliger tradit; Vel (ut eidem placet) Barbari propterea dicti ſunt, quod incolebant deſerta, & ritu ferarum vivebant, nam *Bar* Arabicè deſertum ſignificat, *de Subtil. Exercit. XV. Ed. Leigh Crit. Sacr. P. II. p. 57. a.*

BARBARI

Moſcovitis omnes populi.

Omnes qui in Religione ab illis diſſentiunt, Barbarorum loco habent, & pollui Princeps exiſtimatur, quoties exteris Legatis manum deoſculandam porrigit, inde pelvis throno appoſitus. *Danb. de Relig. Moſcovit. Cap. I. p. 7.* Eadem ratione Arabes quosvis quorum lingvam non intelligunt, *Agemios*, h. e. Barbaros vocant, ſed Perſas κατ' ἐξοχήν. *Andr. Müllerus Diſq. Geogr. & Hiſt. de Chamja p. 92. b.*

BARBARÆ

Imperatricis laſcivia.

Als man erzehlet/ daß ein Weib/ ſo ein Haar von einem Panterthier genoſſen/ in der Geilheit unerſättlich ſey; hat hierauf Sigismundus, Römiſcher Käyſer/ von ſeiner unkeuſchen Gemahlin Barbara geſagt: Wann diß wahr wäre/ ſo müſte ſeine Gemahlin wohl eine gantze Panter-Haut gefreſſen haben. *Nob. Ziegler* im Tägl. Schau-Platz der Zeit/ *11. Febr. n. 4. p. 122.*

BARBARISMI

Confuſionem non devitant Papæ:

§. 1.

Gregorii I. magna eſt hallucinatio in *Cornuſtibio*, id enim ille ſic accipit, ac ſi eſſet ex *cornu* & *tibia* compoſitum. Quia per cornu inquit *Lib. XXXV. in Job.*

& tibiam unum verbum ex utroque composuit (Interpres Latinus), utrumque verbum per unam orationis partem in Latina Lingvâ transfusum, quo voluit genere, licitè vocavit. Movebat enim hominem, quod ille non *Cornutibiam*, sed *Cornustibium* dixisset. Bonus Papa vel nescivit, vel certe non attendit, quid esset Latine *stibium*, quod nunc etiam pueri sciunt. *Joh. Dallæus de Vero Usu Patrum Lib. II. Cap. III. p. 242. 243.* Sed tam pueriliter illum labi, non indignum fortasse fuit, qui literas fastidit, & pro nugis habet, iisque studere Episcopum, impium & profanum putat *Epist. Lib. IX. Epist. XLIIX.* Et alibi penè gloriatur, se artem loquendi servare despexisse, non barbarismi confusionem devitare, situs, motusq; præpositionum, casusq; servare contemnere, quia indignum, inquit, vehementer existimo, ut verba cœlestis Oraculi restringam sub regulis donati. *Id. ib. Jos. Arndius Lex. Antiq. Eccles. p. 745. D. J. C. Beeman. de Jure Idiomatis C. I. §. 22. p. 41.*

§. 2.

Sic Parisienses Theologi veteres eò confidentiæ processêre, ut Sacrarum literarum Professoribus merum Imperium in omnes artes & scientias attribuerent, & vel invito Prisciano, *Ego amat: Tu credit: Christus praedicas:* Si non Grammaticè, at certè Theologicè dici posse affirmarent. *Zwinger. Th. V. II. Vol. 4. L. I. p. 1104. Corn. Agrippa de Van. Scient. Cap. III* Non immeritò ergo *Despauterius in Synaxi Reg. X.*

Grammaticæ leges plerumque Ecclesia sprevit,
Tu vivendo bonos scribendo sequare peritos.

ap. *Ursin. A. S. Lib. II. Cap. X. p. 119.*

§. 3.

Quidam noluit Discipulos suos amplius dicere: *Sum, Es, Est*, sed: *Sum, Sus, Sut!* eo quod comprehensu facilius esset: Cui vero vir quidam fide & moribus antiquis præditus in aurem dixit: *Sum, Sus, Sut*, thut kein gut; *Sum, Es, Est*, laß es bleiben wie es geweſt! ap. *Dn. de Jena, de Rat. Stat. Diss. XI. Concl. I. D. Beeman. l. c. §. 21. p. 39. 64.* Quomodo Joh Caramuel, Episcopus Vigievanensis, ausu sanè puerili affirmarit, loco *Sum* dici posse *Sam, Sem, Sim, Som, Sum* &c. exhibent *Acta Erud. Lips. An. 1683. p. 532. ap. L. A. Rechenberg de Ineptiis Clericorum Rom. literariis* § 9. Olim verba illa Oraculi instar habita: Quantò melior Grammaticus, tanto pejor Theologus! *P. Hachenberg de Germ. Med. Diss. VI. §. 6. p. 200.* Est autem Barbarismus in singulis verbis; Solœcismus in conjunctis. *Goclen. in Analect. Pur. Serm. p. 226.*

Et Solœcismi an dantur in Scripturâ?

Affirmat Salmasius *in Comm. de Lingvâ Hellenist. p. 260. seq.* Negamus, quia Ἀτοπία illos non admittit. Conf. *Dn. D. Joh. Olearii, Diss. Inaug. de Stylo N. T. & Stolbergii Exercit. de Barbarismis & Solœcismis N. T. D. J. E. Carpzov. Vol. Diss. XVIII. Cap. III. Quæst. XIV. p. 840.*

BAR-

BAR-CHOSBA.

Orcinianâ caligine involutus erat bipedum nequissimus, & Apellarum impostor ille, qui se pro Messiâ venditabat juxta vaticinium Bileami: Orietur כּוֹכָב stella ex Jacob Num. XXIV, 17. ideoq; appellabat se *Ben-Cochab* filium stellæ. Assentiebatur isti tenebrioni initiò R. Akibha qui vicies quater mille discipulos sub se habuit. *Al. Ross. Tot. Orb. Relig. Divis. I. p. 54.* & de eo publicè pronunciavit: *Malka meschicha* i. e. *hic Rex ille Messias! Buxtorff. Syn. Jud. c. L. p. 619.* Effecitq; ut magna populi multitudo huic Anti-Christo, qui Regni sedem in urbe Bitterâ constituerat, se adjungeret. At verò Adrianus Imp. cum musteum hunc Messiam rebellionem moliri cerneret, civitatem *Bitter*, plus satis Ben Cochab isti amaram ac funestam, obsedit, eâq; captâ Bar-Chosba illum, h. e. *filium mendacii*, prout Judæi כּוֹכָב in כּוֹזִב *Cochab* in *Cosab*, stellam in mendacium, ipso fatente Akibha, mutarunt, trucidavit, maximâ simul 500000. rebellium strage editâ, ut 40. arces simul, 980. oppida ac vici, Dione teste, perirent. *Euseb. H. E. l. IV. c. VI. p. 44. M. Joh. Helvic. Willemer. Diss. Philol. de stella ex Jacob oriundâ §. 22. p. 41. M. Micb. in G. p. 349. Guil. Vorstius, in R. Mos. Maimonidis Theorem. de Fundamentis legis Cap. V. n. 5. p. 57. Jos. de Voisin Obs. ad Raym. Mart. Pug. Fid. P. II. Cap. II. p. 265. & ipse Raymundus Cap. IV. §. 14. p. 320. 326. & P. III. Dist. III. Cap. XVI. §. 47. p. 872 seq.* Hinc in Talmude: Adrianus Cæsar occidit Alexandriæ urbe Ægypti sexagies decem millia Judæorum, & iterum totidem h. e. centum decies millia Judæorum in urbe *Bitterâ*. Quamquam multitudo est hæc immensa *Philippo Camerario* fabulosa videatur, non secus ac alia multa in illis libris Talmudicis *Op. Subcis. Cent. 3. Cap. II. p. 35.* Die Juden sagen selbst/ Hadrianus habe in Bitter zweymalmehr erschlagen/ als aus Egypten gegangen wären/ und weder Nebucadnezar noch Titus habe mehr Schaden unter ihnen gethan/ als Hadrianus. *Novella mundi curiosi A. 1693. 96. 97. Mens. April. p. 1575.* Talmudistæ scribunt, quod, cum *Bar-Cochab* Pseudo-Messiam inter cadavera quærerent, viderint ingentem serpentem circa occisi collum hæsisse. *D. Matth. T. H. T. P. p. 558. b.*

BARDEVICUM

Treveris urbs non tam vetusta, ut perhibetur, & quis credat, eam vetustiorem Româ esse, imò duobus annorum millibus Christi nativitatem prævertisse? Nec Bardevicum, ut vulgo perhibetur. *Mart. Schoockius in Fabulâ Hamelensi P. II, Cap. IIX. p. 95. 96. 97.*

Bärenheuter.

Appellantur ita pigri & otiosi homines, quia olim Germani pellibus ursinis

nis regebantur & incubabant. V. *Tacit. Germ. C. XVII. Olaus M. L. XIIX. Cap. XXVII.* Occasionem complexus est *Frid. Hoffman, Cent. 3. Epigr. 54.*

Apellis quoties bubes Germana quievit,
Fessaq; pacificis condidit arma focis:
Tum ventrem pascens & molli dedita somno
Pellibus ursinis otia duxit iners.
Hinc homo pigrescens nullàque exercitus arte,
Ursinæ incubitor pellis in urbe cluet.

L. Cyprian. Cont. in Hist. An. Fmnz. P. I. N. 14. p. 212. J. J. Orbo im Tugend-Steg und Laster-Weg/ *p. 352. Novelle* aus der gelehrten und Curiösen Welt/ *An. 1692. mens. Nov. p. 1105. seq.*

Begehren/ Befehlen/ Rathen/ Richten.

Herr Willhelm Cecill. Freyherr von Burgsley in Engelland/ hat an seinen Sohn geschrieben/ welches Herr Ch. G. Besse! aus dem Englischen ins Teutsche versetzet/ und der Schmiede des Politischen Glücks angeführet hat; denn da wird im Anhange auch dieses erinnert: Es seynd 4. Dinge gar leichtlich ins Werck zu richten/ können aber schwerlich wohl gethan werden: Begehren/ Befehlen/ Rathen/ und Richten. Deñ freylich ist es leicht gethan/ daß man etwas begehret/ ob man aber in den Begehren so klug gewesen/ und das beste Theil erwehlet habe/ solches muß offt in Zweiffel gezogen werdē. Dannenhero weil Socrates, der kluge Heyde/ wohl wuste/ wie betrüglich ein Menschliches Gemüthe in seinen Verlangen herum geführet würde/ so wolte er diese Rede nicht billigen/ als ein ander sagte: Es wäre nichts grössers auf der Welt/ als wann man seines Wunsches theilhafftig würde; sondern er sagte darauf: dieser wäre viel grösser/ welcher nichts gewünschet (Ælian. V. H. l. IX. c. XXIX.) Also kan man auch leicht Befehlen/ weil doch unser Gemüht mehr zum Herrschen/ als zum Gehorchen incliniret ist; Allein ob der Befehl auch allezeit durch die Tugend bestätiget/ und durch die Klugheit vollendet werde/ daran ist offt ein grosser Zweifel; wir haben wol eher bey den mächtigen Käysern zu Rom lächerliche Gesetze gesehen/ was sollte wohl bey andern Menschen/ welche weit unter diese Hoheit gesetzet seyn/ unmüglich heissen? Ferner ob man leichte Rathen könne/ und ob solche Rathschläge allezeit einen guten Ausschlag gewinnen müsten/ solches ist ebenfalls noch in einen grossen Zweifel ausgesetzet; der kluge Cominæus hat aus der Erfahrung so viel/ daß er auch von Fürsten/ und Fürstl. Ministris dieses Urtheil fället (l. V. Cap. XII.) Kein Fürst sey so klug/ welcher nicht einmal irre/ und zu keiner Zeit habe sich noch ein solcher Rathsherr gefunden/ welcher nicht gefehlet habe/ und noch

feh-

fehlen könne; wie denn auch der kluge Savedra (Symb. 76. p. 646.) ausdrücklich sagt: Ein Fürst dürffte sich nicht einbilden/ daß die Rathgeber allezeit/ als gute Rathgeber/ und nicht bißweilen/ wie Menschen/ handelten; Inmassen er auch an einen andern Orte (Symb. 29.) ein Fischer Netz mahlet/ und darüber schreibet: Non semper tripodem h. e. es kommt nicht alle Tage/ daß im Netz ein güldener Dreyfuß heraus gezogen wird/ oder wie ich deutlicher reden möchte/ man kan wohl alle Tage rathen/ aber man kan nicht allezeit das rechte Ziel treffen. Endlich wie leicht man Richten und verdammen/ und wie schwerlich man hierinnen das Mittel treffen könne/ solches erhellet aus den schönen Sprüche/ welchen der fleißige Chytræus zu Posen auf den Marckte gelesen hat: Carere debet omni vitio, qui in alium paratus est dicere; Absonderlich pflegen hierinnen die angenommene Affecten so viel zu wircken/ daß man offt ein Laster unter den Tugenden passiren lässet/ und hingegen die Tugend/ als ein Laster verdammet/ wie denn der obgedachte Savedra (Symb. 7.) ein Perspectiv vorstellet/ mit dieser Uberschrifft: Et auget, & minuit! h. e. Wer forne hinein siehet/ da die Liebe das Glaß geschliffen hat/ dem scheint die Sache grösser/ wer auf den andern Theile hinein siehet/ wo das Glaß durch die Feind schafft eingesetzet ist/ dem scheinet es klein.

BEGUARDI & BEGUINÆ.

Ex ordine Fraticellorum nocturnos agebant conventus, & in promiscuos amplexus virginum & mulierum extinctis luminibus ruebant. Infans exindè natus tamdiu violentis manibus trahebatur, donec animam exhalaret; In cujus autem manibus expirabat, is Pontifex Maximus inter eos creabatur. *Wolff. L. M. Cent. XIII. p. 438. b.*

Beichten/ unde?

Beichten/ ist ein altes Teutsches Wort/ darinn (ita Luther. T. II. Witeb. p. 276.) man die Heil. Bischoffe nennet Confessores, Bejichter/ das ist/ Bekenner/ denn bejichten ist bekennen/ wie auch im Gericht das Wort noch in Ubung ist/ Berjicht/ und man sagt/ das jicht er/ das hat er bejicht/ und sind 2. unterschiedliche ji in dem Wort bejicht/ welches mit der Zeit ist in j verwandelt/ und durch Mißbrauch Beichte/ als mit einen i geschrieben und geredet/ wie viel andere alte Teutsche Wörter. *Danh. Hodosoph. Phænom. XI. p. 1285.*

BELISARIUS

§. 1.

Ultima senectute conjurationis falsò insimulatus carceris molestias subiit, quanquam anno sequenti in integrum restitutus, incolumem sepulchro gloriam in-

intulit; Vulgo ferunt ostiatim stipem emendicasse, hac usum formulâ: *Date obulum Belisario, quem virtus extulit, invidia cæcavit;* At fabula est! Hoc certum Imp. jussu numisma sparsum cum hâc inscriptione: Belisarius Romanorum decus! *M. Frid. Hildebrand. Syn. Hist. Un. Period. VII. §. 14. p. 151.* Quod ab officio depositus tandem quæsierit stipem, nec credibile, nec tam generoso Duci conveniens putat *Stephanus Forcatulus*, ut nimis humile: Ideoq; quod de hoc Petrus Crinitus commentus est, pro fabulâ habet, & eruditè refellit *Alciat. Lib. IV. parerg. c. XXIV.* atque ejus quidem fabulæ nec volam, ut dicitur, aut vestigium in ullo vetere Scriptore extare putat *Hubertus Giphanius in Comment. de Imp. Justin. ap. Salm. l. c. P. I. T. XLV. p. 209.*

§. 2.

Non desunt, ex Juris Consultis præcipuè, qui Justiniani sui honori consultum cupientes, id pernegant. Et sanè *Procopius*, qui rerum à Belisario gestarum scriptor accuratissimus est, nullam hujus rei mentionem facit. Nec idem *Suidas*, nec *Paulus Diaconus*, nec *Zonaras* deniq; in vitâ Justiniani, qui hoc solum referunt, Belisarium contractâ, ob rerum gestarum splendorem, invidiâ, & affectati Imperii suspicione conflatâ, ex Italiâ domum fuisse revocatum, ac tandem anno Imperii trigesimo quinto, detectâ quâdam conjuratione, ut ejus participem, ademptis illi satellitibus, domo exire prohibitum: subsequenti verò anno, cognita ejus innocentia, dignitatem recepisse. Fabulam ergò de Belisario jam sene stipem petente *Crinitus Lib. IX. de honestâ disciplinâ Cap. VI.* & *Egnatius Lib. V. Cap. III.* primum confinxisse videntur, ex eo forsan inducti, quod *Constantinus Manasses in Annalibus*, aliiq; Græci Autores & Scriptores, nec *αὐτόπται* nec *αὐτήκοοι*, Belisarii periculum & calamitatem mirè exaggerarunt. *M. Berneggerus Observat. Miscell. X. §. 7. p. 59. 60.*

BELLARIA

Divina

Sunt Sal & Amici *Cæl. Rhod. L. A. Lib. XXVII. Cap. XXIV. p. 469.*

Martis

Tyrannus quispiam capita occisorum in Arborum ramis horto suo delicato pomorum loco appendebat: in vestibulo autem horti scriptum erat: *Bellaria Martis! Radau Orat. Ext. p. 321.*

BELLARMINUS

Quem sæpè *bellare minus* experientia edocet. *D. J. F. Mayerus Diss. Inaug. de Idol. Jud. Papistica imprimis Idol. comment. ad Cap. II. Jerem. v. 27. Q. II.*

Bella, arma & minas ſpirans Cardinalis. *L. Georg. Weiſſius, de Pedibus Evangelizantium Cap. I. §. 35. p. 24.*

Papalis fidei Hyperaſpiſtes.

De hoc Cornel. à Lap. in encomio Scripturæ Commentariis in Pentateuchum præfixo: Scripturâ omnes hæreſes revicit & jugulavit ſolidè & exactè Illuſtriſſimus Bellarminus, fidei Catholicæ Hyperaſpiſtes, & hæreſium proſtrator, quod opus proindè impenetrabile & incomparabile, nec à Chriſti temporibus huc usq; ſimile in hoc genere vidit Eccleſia, ut meritò veritatis murus, & antemurale vocari poſſit. *D. Danh. Diſſ. Theol. Apologetica progenuinâ B. Lutheri Verſione ex Rom. III, 28. §. 4. p. 5.*

Non habet parem.

De eo Clemens Octavus, à quo ad Cardinalatus honorem evehebatur, faſſus eſt, ſe eum ideò elegiſſe, quod non habeat parem Eccleſia DEI. *Frid. Fabricius Diſſ. Inaug. de Traditionibus Pontificiis quæ ex propriis Pontificiorum fundamentis evertuntur, ſub Præſid. D. C. Laſcheri an. 91. Witt. hab. §. 10. p. 9.*

Vivus pro Sancto habitus.

Eum Cardinalis Barberinus, qui poſteà Papa factus, Urbanus IIX. vocabatur, viventem adhuc pro Sancto habuit. *Id. ib. p. 10.* Dicebatur Alter Athanaſius, Alter Auguſtinus ſeculi noſtri, Sp. S. Amanuenſis, validus Eccleſiæ DEI coloſſus, Fidei Hyperaſpiſtes, hæreſium Strator. Als Leo XI. geſtorben/ ruffte Baronius im Conclavi aus: Laſſet uns Bellarminum zum Pabſte machen/ er iſt ein heiliger Mann! Jedoch gieng ihm auch dißmahl das Regnum Mundi, wie man zu Rom die dreyfache Krone nennet/ beym Kopffe weg. H. A. von Ziegler und Kniphauſen Tägl. Schau-Platz der Zeit/ *7. Sept. n. 3. p. 1100.*

Unico tibialium pari 18. annis indutus.

Dieſer reiche Cardinal hat ein paar Strümpffe/ die Er 18. Jahr getragen/ erſt flicken laſſen/ um ein paar neue zu erſparen/ welche Menage iedoch mehr ſchimpff- als rühmlich zu achten. *Id. ib.* Haresdörff. Schau-Platz Luſt- und Lehr-reicher Geſchichte *P. V. C. CI. p. 4. Dn.* Ernſt Confect-Tafel/ *Cent. II. Cap. LXXXIX. §. 6. p. 247.*

Cur ſe depingi noluit?

Einſt wurde von ihm begehret/ Er ſollte ſich abmahlen laſſen; Er aber verſetzte: Der alte Menſch bey mir iſt allzu ungeſtalt und heßlich/ der neue aber erſt angefangen/ und allzu unvollkommen/ dahero ſchicke ich mich zu keiner Abbildung. Ziegler *l. c.*

Pet

Per anagramma.

Hunc tanti æstimant Pontificii, ut in ipsius nomine & titulo: *Robertus Cardinalis Bellarminus è Societate JEsu*, per literarum transpositionem tale latitare mysterium: *Lutheri errores ac astutias Calvini omnes delebis*, adfirmare non erubuerint. Verum si rectè ipsius Cardinalis titulum consideramus, facile absq; ullius literæ intermissione talis inscriptio de jure poterit deduci: *Luciane, astutiis Rores B. LUTERI docebis? manes orca.* Nec latet tam ipsos Pontificios, tam alios, quam dum astutiis rores Lutheri docuit, Lucianus juxta ac orca manserit Bellarminus, minusq; bellatus fuerit, dum Chamier, Amesius, Nostratesq; *ipsa mænia veritatis Pontificiæ*, uti Corn. à Lap. Bellarmini controversias vocare solet, adeò prostrarunt, everterunt, contuderunt atq; debilitarunt, ut satis superq; ex eorum Scriptis Bellarmini fallaciæ, astutiæ, & contra Scripturam S. tendentes doctrinæ perspiciantur. *D. David Wendeler de Clericorum circa Calicem Christi Prærogativâ §. 24. p. 25. 26.*

Impeccabilis.

Ut impudentiam suam, arrogantiamq; eò clarius proderet, imagini suæ sequentia verba, à stolida arrogantia multum æ urgentia, subscribi passus dicitur: Bellarminus, quam â sacro lavacro innocentiam acceperat, DEO reddidit, nullius sibi vitâ omni mendacii conscius. *D. Fabricius l. c. p. 10.* Vetus namq; ille homo, cujus deformitatem anteà tantopere reformidabat, nunc planè erat exutus, atq; in hanc perfectionem reformatus! Astmendacii reum sistit *D. Christ. Kortholt de Variis Scripturæ Editionibus Cap. X. §. 2. p. 112, &c.*

Papam pro Christo agnoscit.

Cum Gregorius XV. Pontifex Bellarminum decumbentem inviserat, ac bis peramanter amplexus, sacrum pro suâ valetudine sese factarum, promitteret, illud Centurionis usurpavit: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, referente *Philippo Alegamba in Bibliotè. p. 408. 409. ap. D. Henric.* Freiesleben/ *Disquis. Synod. V. in F. C. §. 16.*

BELLARMINI

Scripta in numerum librorum prohibitorum relata.

Sixtus V. Papa Rom. mandavit ut Bellarmini Scripta in librorum prohibitorum catalogum transferrentur, & Joh. Launojus Doctor Gallus, ipsi Bellarmino nec scientiam, nec veritatem tribuere voluit. *D. D. Wendeler l. c.* Enormia ejus flagitia, quæ ipsi imputantur, & huc referre erubesco, vid. ap. *Dn. de Ziegler. l. c.*

Dubitatio in morte.

Oculis in morte natantibus atra dixit: Præclarè secum actum iri, si vel ad

longum tempus purgatorius sibi ignis indulgeretur à DEO. *D. Danh. Theol. Consci-nt. P. II. S. II. Dial. III. Art. II. p. 530.* Matth. Faber *in Auct. Op. Cont. Tripart.* leve ipsi destinat purgatorium; Habuit, inquit, Bellarminus purgatorium leve, at forte solùm privativum, seu desiderii, quale ipse probabili sententia adjungit illis, qui ex ignorantia, seu inadvertentia labuntur in venialia, vel ex fragilitate, (quales lapsus etiam viri timorati subindè committunt) tractans de Purgatorio.

Laus à Judæo ipsi data.

De Bellarmino, Judæus quidam, cui Romæ notus erat, hoc edixit: Quoad mores & vitam ejus, ego quidem existimo: Christiani omnes sint Bellarmino similes, & è Judæis Romæ superfuerit nemo: adeò cuncti transgrederemur in morem eorum. *Fuligattus in vit. Bellarm. Lib. II. Cap. VII.* subjicit idem sententiam Chrysostomi, dicentis: Nemo profecto gentilis esset, si ipsi, ut oportet, Christiani esse curaremus. Nemo, inquam, esset ita fera bellua, ut non statim ad cultum veræ religionis accurreret, si videret hæc ab omnibus fieri. *Matth. Faber. l. c.*

BELLEROPHON

In cœlum subvolare conatur.

Hic enim cum res magnas gessisset, ac Chimæram superasset, Pagaso insidens, in cœlum vehi voluit, sed excussus pedem fregit; In terra enim solum equitare debuerat, non verò etiam in cœlum ferri, quod tot victoriarum obtentu, & tot monstris domitis videbatur affectare. Unde *Horat. Lib. IV. Od. 11.*

Terret ambustus Phaeton avaros
Spes: & exemplum grave præbet ales
Pegasus, terrenum equitem gravatus Bellerophontem.

Id quod adversus temeritatem notandum. *Salm. P. I. T. XLIIX. p. 226. Melanchr. in Chron. Carion. Lib. II. p. 338.*

BELLEROPHONTIS

Literæ.

Vocantur, cum quis affert literas, quas commendatitias putat, cum reipsa sint accusatoriæ, ut Urias &c. Historiam seu potius fabulam vid. ap. *Erasm. Adag. Chil. II. Cent. VI. Prov. LXXXII. p. 528. Hofm. in h. v. p. 505.*

BELGÆ

Constitutionibus Pontificiis immunes.

Ab omni ævo immunitas fuit Belgarum, ut Constitutiones Pontificiæ apud eos vim legis non haberent, eaque consvetndo tam altas radices egit, ut legibus Belgi-

Belgicis, quas Rex Hiſpaniæ in ſua Inauguratione ſe ſervaturum jurat, accenſeatur. *Hartnaccius Continuat. Hiſt. Eccleſ. Micral. P. III. Art. I. p. 1850.*

BELGII

Septem Provinciæ Remp. conſtituerunt.

Vera cauſa fuit, quod Philippus II. Rex Hiſp. vi armata per Hiſpanos & alios peregrinos milites extorquere à Belgis voluerit, quod Comitia Ordinum publicæ utilitati adverſari exiſtimabant. Occaſio fuit Inquiſitio Hiſpanica. Cauſa Inſtrumentalis & Impulſiva Ordines Generales & Princeps Auriacus. Ita An. 1581. Septem Provinciæ Regi Hiſpaniæ ejusq; hæredibus omnem fidem & obedientiam ſolenniter abjurarunt, inſtituta Republica, de cujus ſtatu legi poteſt Commentarius de ſtatu Fœderatarum Provinciarum Belgii. Et poſteà Rex Hiſpaniæ in perpetuum his Provinciis renunciavit; Quod factum An. 1648. menſe Januario conſtitutâ inter Philippum IV. & Ordines Belgii perpetua pace. *G. Horn. Orb: Imp. de Confœdemto Belgio Period. 1. 2. Can. 1. p. 199. 200.*

BELLUM

Hebræis dicitur מִלְחָמָה à Rad. לָחַם veſci, devorare. *Buxtorff. in v.* לחם *p. 394. L. Thilo in Med. p. 448. M. Val. Friderici Diſſ. de Malis recte perferendis* §. 27. Homerus, & poſt illum Cicero bello os tribuêre, ad ſignificandum vorax ipſum eſſe, abſorbereq; corpora militum, urbes, incolas, theſauros, agros &c. *Petrus Victorius Var. & Antiq. Lect. Lib. XXIX. Cap. VI. p. 823. Urſin. Anal. Sacr. Lib. V. Cap. XV. p. 256. Dieterie. Antiq. Bibl. p. 667.* Contra Pax dicitur à perfectione, ſeu à perfecto bonorum omnium complemento שלם; שָׁלוֹם enim eſt integrum, ſeu perfectum eſſe. *B. Geier. in Cobel. cap. III, 8. p. 97.*

Devoravit innumeros.

§. 1.

De Dicæarcho Peripatetico viro, antiquitatis peritiſſimo, refertur, quod omnium cladium genera collegerit, quibus genus humanum afflictum unquam eſſet; Peſtes, fames, eluviones, naufragia, terræ motus, aliâ parte notarit, ex alterâ vero parte bella poſuerit, & tandem deprehenderit, plures bella, quam reliqua omnia abſumſiſſe. Magnum hoc eſſe videtur; At ipſum ſententiâ ſuâ non aberraſſe antiquitatis monumenta teſtantur tam ſacra, quam profana. *Heidf. S. T. P. p. 811. Pontan. Prog. L. III. p. 776.*

§. 2.

Tempore Abiæ & Jeroboam uno die (quod mireris, nec facilè in claſſicis hiſtoriæ profanæ Scriptoribus invenias) D. millia cæſa ſunt 2. Par. XIII, 17. Aſſa

millena millia Æthiopum magno prælio delevit Cap. XIV, 13. In bello Romano-Judaico periêre *duodecies centena & quadraginta millia.* C. Cæsar (ô pestem perniciemque generis humani!) fatetur, & quidem glorians, *undecies centena & nonaginta duo millia* hominum præliis à se occisa, quantum bellis civilibus fuderit, noluit annotari. *Jul. Solinus. Cap. VI. p. 173. Alex. ab Alex. Gen. Dier. L. I. C. XII. p. 19. a.* ℌ. A. von Ziegler / *l. c. 15. Mart. n. 1. p. 259.* Quo tamen major etiam hac parte ille Pompejus Magnus, qui in delubro Minervæ inscripsit, fusa à se, fugata, occisa, in deditionem accepta, hominum *vicies semel centena LXXXIII. millia.* Q. Fabius. *centum decem Gallorum millia:* C. Marius *ducenta* Cimbrorum, & Aëtius memorabili Catalaunico prælio *centum sexaginta duo millia* Hunnorum occidit. Vid. *Lipsius de Constantiâ l. II. c. XXI. XXII. p. m. 150. 152.*

§. 3.

A Carolo Martello Caroli M. Avo 300000. Saracenorum cæsa. *Dedeken. Vol. I. Consil. & Decis. l. I. S. IV. Num. 2. p. 231. Engelgrav. Luc. Evang. P. I. Dom. 19. p. Pentecost. §. 1. p. 610. Joh. Dallæus de vero usu Patrum L. I. C. III. p. 37. Münster. Cosmogr. L. II. Cap. LXXXIV. p. 192. & omninò* de ipsius nomine *C. du Fresne in Gloss. T. II. lit. M. f. 469.* In bello tricennali Germanico occubuisse perhibentur 200000. hominum. Sittanische Danck- und Friedens-Predigt *ex Ps. CXLIV. 12. - 15. Part. II.* Pater Abraham de S. Clara hat ihm die Mühe genommen auszurechnen / wieviel Jüdische Soldaten in den ersten Zeiten nach den Zeugniß der Schrifft / und Kirchen Historie umkommen / nemlich achtmal hundert vier und funffzig tausendmal tausend zwey tausend / sieben und sechtzig *ap. D. Christ. Nagel, Tr. de Luctu Parentum Lib. II. Cap. II. p. 59.*

§. 4.

Fronto lib. de magnitudine Pœnorum, ait, XVII. illis annis, quibus Hannibal in Italiâ bellum gessit, tot ab eo Romanos occisos, ut si viri extincti in boves, & sanguis effusus in vinum converlus esset, satis habiturus fuerit, undę cibum potumq; XXC. millibus peditum, quos in castris habebat, & XVII millibus equitum, qui in exercitu erant, suppeditaret. *Anton Guevara H. P. l. I. c. XLI. p. 190.*

§. 3.

Terra olim questa est, se nimis intolerabili pondere hominum impiorum & inutilium premi. Idcircò à Jove petiit, ut levari aliquâ ratione posset. Jupiter, cognitâ causæ æquitate, bellum Trojanum excitavit, quo magna pars hominum malorum & inutilium interiit, ex quo levationem aliquam terra sensit. *Matth. Dresserus, Isag. Hist. P. I. Millen. 3. p. 217.* Gleichwie durch Aderlassen viel böse Geblüt wegkommt; Also durch den Krieg viel böse Buben / an denen nichts gutes ist / daher jener sagte: der Krieg sey purgatio terræ & impletio gehennæ,

das

das ist eine Sache / dadurch die Erde und das Land gereiniget / hingegen die Hölle erfüllet werde. *M. Joh. Christ.* Gerstäcker *in Similibus p. 857.*

Unde?

Bello cum belli prorsus nihil undique subsit,
Bellum cur belli, dic mihi, nomen habet?

Quidam per antiphrasin dictum putant, quia non bellum sit; Sed verior sententia est, *à duello*, antiqua voce natum vocabulum bellum. Itaq; proferemus locum Ciceronis: Antiqui duellum ante dicebant, quod posteà bellum vocarunt: Quid verò licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam ut duellum bellum & duis bis, sic Duellium eum, qui Pœnos classe devicit, bellium nominarunt, cum & Superiores appellati essent semper Duelli. Ex his cognoscis duellum & bellum idem valere, nisi quod unum vetus, alterum recentius est. Sic *Horat.*

Græcia barbariæ lento collisa duello.

Pont. l. c. Lib. IV. p. 943. Joh. Saresber. Policrat. Lib. VIII. Cap. XXIII. p. 582. Hugo Grot. de I. B. & P. Lib. I. Cap. I. §. 2. p. 1. D. Franc. Köhne / *Diss. Pol. de Conservat. Rerumpubl. Th. 18. §. 4. p. 43.* Rectius tamen videntur illi facere, qui bellum derivant à græco nomine βέλος, quod telum significat, bellum enim telis geritur, *Boeer. instit. de bell. Cap. III. sect. 1.* D. Liebenthal / *Col. Pol. Ex. XIV. §. 1. p. 346.* Cassiodor. *Lib. I. Cap. XXX.* Inter ipsos, inquit, adversarios, ut scitis, non erant prius armata certamina: sed pugnis se, quamvis fervida lacessebat intentio; Unde & *Pugna* nomen accepit. Posteà *Belus* ferreum gladium primus produxit; à quo & *bellum* placuit nominari. Conf. *Godescalcus Stewechius, ad Veget. Lib. IV. Cap. IIX. p. 404, Polyd. Vergil de R. I. L. II. C. X. p. 147.*

Solis militibus bellum res bella videtur,
Militibus solis omnia bella bona!

Gen. XIV. an omnium in mundo primum?

Non possumus *Sulpitio Severo* assentiri, qui *Hist. S. Lib. I. Cap. V.* bellum, quod Gen. XIV. capite describitur, omnium primum fuisse annotat, eâ tempestate, *ait*, Reges vicinarum gentium in armis erant, cum anteà nullum inter mortales certamen fuisset. Nam vel ipsos Sodomitas bello victos fuisse anteà, non obscurè ex ejusdem belli historiâ colligitur. Et Nemrodum sine ullo certamine regnum sibi parasse, non est verisimile. Cæterum ex ejusdem belli historiâ certi reddimur, jus prædæ jam tum fuisse cognitum. Quamvis enim Abrahamus vir non pii tantum animi, sed et excelsi, nil sibi sumere voluerit, de rebus tamen receptis, quasi suo jure decimam DEO dedit, cujus exemplum Græcos & Romanos posteà imitatos esse refert *Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis Lib. III. Cap. VI.*

& par-

& partem prædæ pro copiis auxiliaribus disertè postulavit. *D. Ægid. Strauch/ in Dub. Hist. & Chronol. Senar. XV. Pos. IV.* conf. omninò *D. Matth. in Theat. Hist. Th. Pr. p. 12. b.*

Justum, quibus necessarium.

Non omnis pugna, si vis inferatur, detrectanda; Bella concessa sunt, si fiant justâ causâ, necessitate exigente, intentione defensivâ, non offensivâ. *Luther. T. III. Jen. Germ. f. 315.* Cygnus cum Aquilâ confligens unicuique Principi pro Symbolo assumendus, cum lemmate: NEC PROVOCO, NEC FORMIDO. Oder wie ein Gelahrter einen geharnischten Mann setzet/der einen Degen in der Rechten/ und einen Oelzweig in der lincken Hand hält/ mit der Beyschrifft: *Utrum libet!*

Man muß aus beyden Eins ergreiffen und erwehlen:
Es lässet sich das Feur im Busen nicht verheelen:
Hat Friede nicht mehr Platz/ muß gelten Krieg und Streit/
Den wiederum erzwingt die liebe Friedens-Zeit!

M. Schirmer/ in Emblem. Argumentum habet Ælianus L. I. Ita Cygnus, inquit, cum Aquilâ pugnat, ut injuriam propulset, non ut inferat prior. Verba ex Seneca: Eris, inquit, Magnanimus, si pericula nec appetas ut temerarius, nec formides, ut timidus *Eman. Thesaur. Inscript. p. 14. Picinell. M. S. Lib. IV. Cap. XXV. n. 338. p. 294.* Justum est bellum, quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquitur spes, dicebat Cajus Pontius, Samnitum Imp. ap. *Livium Decad. I. Lib. IX. Cap. I. p. 658.* Grave autem & atrox quiddam est, nulla injuria provocatos aliis bellum inferre. *Diod. Siculus Biblioth. Hist. Lib. XIII. C. XXX. p. 493.* Bella felicia, quamdiu necessaria; Felix fuit Cyrus, quamdiu gessit bella necessaria. *Joh. Buno in Ideâ Univers. Hist. Millen. IV. Sec. V. p. 52.*

Non facilè incipiendum.

Emblema: *Gladius in vagina.* Promtius extrahitur, quam inmittitur. Idem quod Terrentius: Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet. *Pexenf. A. E. Cap. 100. p. 854.* Belli certamen anceps. *Justin. Lib. II. Cap. III. n. 11.* Prius consilio, quam armis! Erat Symbolum Megapolensium Alberti Senioris, Magni F.

Quam ferro pugnes, & quam convicia jactes,
Omnia consiliis experiunda prius!

Laurentius Peccenstenius, in Symbolis & Dictériis propriis & genuinis. Diogenes, Philippo Rege Macedon. cum Græcis pugnaturo, in ejus castra pervenit: perductus igitur ad Regem, ac rogatus, num speculator esset? *Stultissa*, inquit, Diogenes, *vanissimus tua sum verus speculator, qui cogente nullo, de vitâ & regno,*

velut

velut ad casum aleæ periclitaturus venis. Utinam hodie Diogenem ita loquentem audirent Principes: qui sæpe numero nullâ urgente necessitate, propriis stimulati affectibus, bella cruentissima sucipiunt, in magnam suorum perniciem. *Brisonius, Lib. III. Cap. XV. ap. Weberum in Art. Conv. Reg. II. S. IV. §. 11. p. 134.* Artabani consilium Xerxidatum mente semper recolendum: Non statim ab initio omnem belli exitum manifestum esse, ap. *Pezelium Melliss. Hist. P. I. p. 43.* Altadas XII. Babylon. Rex otium & vitæ tranquillitatem secutus stultum èsse duxit, multis defatigari laboribus, & variis implicari curis, amplificandi regni causa: quoniam ea res ad nullam hominum salutem & utilitatem, sed ad detrimentum potius atque servitutem pertineret. *Sleidanus de IV. Summis Imperibus Lib. I. p. m. 7.* Si fatis ac Deorum voluntate bellum inter homines quandoq; concitatur, decet id nos quam tardissimè incipere; cum autem acciderit, quam celerrimè solvere, dicebat Callias Athenienssium Legatus ad Lacedæmonios ap. *Pezel. l. c. p. 189.*

Placentarum.

Acerrimæ illæ lites, quæ Joh. Frid. Elect. Sax. cum Mauritio Henrici Saxonis filio intercesserunt, cum Philippi Hassiæ Landgravii operâ, mox paulo ante Paschales ferias, sopitæ essent, exin belli Placentarum (der Fladen-Krieg) nomen accepit. *D. Cass. Sagittarius in Hist. Joh. Frid. Elect. Sax. § 13. p. 23.*

Nucum.

Ericus, Hertzog von Braunschweig / wollte A. 1563. sich an Alberto, Marggraf zu Brandenburg / rächen / kam mit einer Armee von 14000. Mann nach Preussen: doch Hertzog Albertus rückte ihm entgegen / und die Armeen stunden zu beyden Seiten der Weixel einander gegen über: Weil es nun im Herbste war / so exercirten sich die Soldaten mit Nüsse auffbeissen / deßwegen es auch der Nuß-Krieg genennet ward; Und als Erici Soldaten keinen Sold bekamen / so gieng ein ieder seinen Weg. *Cl. Hübner. Hist. Pol. Tom. IV. p. 659.*

Pecunias requirit.

Joh. Jacobus Trivultius magni nominis Capitaneus, rogatus, quæ res in bello necessariæ essent? respondit, tres omninò necessarias esse: *Pecunias, pecunias, pecunias!* Capitaneus quidam Sebastiano Regi Lusitaniæ, cum de expeditione in Barbariam suscipienda ageretur, ad id bellum tres torrentes requiri dixit: *unum virorum, alterum commeatuum, tertium pecuniarium!* Colignius Admiralius Galliæ interrogatus: à quo formaturus exercitum incipere debeat? respondit *à ventre:* hoc dicto indicare volens exercitui ante omnia de commeatu providendum esse. *Weber. l. c. §. 7. 8. 9. p. 133.*

Dulce inexpertis.

Wer nie den Krieg versucht/ erwehlt darinn zu leben/
Und glaubt im Krieges-Feld voll Uberfluß zu schweben!

Fatale Regionibus, Ecclesiis, Legibus.

§. 1.

Religio, pietas, jus, æqvum tempore Martis
Vilescunt; Musis non datur ullus honos!

Non facile *Mars* & *Christus* copulantur, nam, ut Ferdinandus Davalus Piscarius dicere sæpius solebat: Nihil iis, qui in bello versarentur, esse difficilius, quam Martem simul & Christum pari disciplinâ coluisse, quando mos bellicus, in hac corruptela militiæ, à justitia & religione penitus aversus esse videretur. *Zwinger. Th. V. H. Vol. VII. Lib. IV. p. 1925.* Ægrotante regione, ægrotant & quæ sunt DEI. *B. D. Selneccerus Part. II. in Psalm. LXV. p. m. 106. b.* Quæ Legis; Hinc Marius reprehendentibus se, quod uno tempore mille Mamertinos contra leges civitate donasset, respondit: se per armorum strepitum leges exaudire non potuisse. *Gronovius in Curt. Lib. V. Cap. XXXVI. p. 435. Emsm. Apophth. Lib. V. in Mario p. 461.* Contra Camillus apud *Livium Lib. V. Cap. XXVII. p. m. 421.* Sunt & belli sicut pacis jura; justeque ea non minus quam fortiter didicimus gerere.

§. 2.

Sternitur en viridi diffusus tegmine campus,
Ac ibi Flora suas gramine miscet opes,
Et rivus mediis argenteus errat in herbis,
Unda sitim pecori, mitigat herba famem.
Convivis & nulla vagis ut gaudia desint,
Dat lyra, vel blandum rustica canna sonum.
His bona deliciis campos natura beavit,
Gaudia Mars castris tollit at ista suis.
Tela loco florum, pro gramine surrigit hastas,
Orbis abit, talis cum venit herba, vitor.

*** ***

Hier breitet sich das Feld in hell-Smaragdne Decken/
Und Flora stickt das Graß mit Blumen so gar fein.
Der Silber-reine Bach will sich in Kräutern strecken/
Das Wasser stellt den Durst/ das Kraut den Hunger ein.
Wann nun das muntre Vieh auf Speiß und Trincken sieht/
So schwegelt Tityrus ein geistigs Tafel-Lied.
Nun hat des Himmels-Gut die Unschuld-vollen Auen/
Mit solcher Niedlichkeit/ mit solcher Lust bedacht.

Wo aber Mars sein Haus auf solchen Grund will bauen/
Da ist der Anfang schon zum Untergang gemacht.
Und wo er Schwerdt und Pfeil für Graß und Blumen baut/.
Da wächst/ der Welt zum Spott/ das wahre Teuffels-
Kraut.

F. Abmb. à S. Clara, im Huy und Pfuy der Welt/ *in Tit. Campus.*

§. 3.

Pacis nomen non modò dulce est, sed & res ipsa cum jucunda, tum salutaris, *Cic. Phil. XIII.* Pacis enim tempore, non secus ac si novum quoddam ver rebus humanis adfulserit, coluntur agri, vernant horti, pascuntur lætæ pecudes, ædificantur villæ, extruuntur oppida, instaurantur collapsa, ornantur & augentur extructa, crescunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret reipubl. disciplina, fervet religio, valet æquitas, calent artes opificum, uberior est quæstus pauperum, splendidior opulentia divitum: efflorescunt honestissimarum disciplinarum studia, eruditur juventus, tranquillo fruuntur ocio senes, bonis auspiciis nubunt virgines,

Laudantur simili prole puerperæ:

florent boni, minus peccant mali. At simulatq; belli sæva tempestas ingruerit, repentè semelq;, quicquid est lætum, quicquid pulchrum, obruit. Tum enim abiguntur armenta, proteruatur segetes, trucidantur agricolæ, exuruntur villæ, incenduntur segetes, trucidantur agricolæ, exuruntur villæ, incenduntur pagi, tot seculis extructæ florentissimæ civitates una procellâ subvertuntur, adeò proclivius est lædere, quam benefacere, constuprantur virgines, trahuntur in captivitatem senes, diripiuntur fana, civium opes ad execrandos latrones atque sicarios transferuntur: mœrent funestæ domus: metu, luctu, querimoniis, lamentis complentur omnia, frigent artes opificum: pauperibus aut jejunandum, aut ad impias confugiendum artes: divites aut ereptas deplorant facultates, aut timent relictis, utroque modo miserrimi. Virginum aut nullæ, aut tristes, aut funestæ nuptiæ: desolatæ matronæ domi sterilescunt: silent leges, ridetur humanitas, nullum habet locum æquitas: religio ludibrio est, sacri & profani nullum omninò discrimen: corrumpitur omni vitiorum genere juventus: damnant longævitatem suam luctuosi senes, nullus honos honestis literarum studiis, atque adeò nullum bellum neque tam justis causis suscipi, neque tam moderatè geri potest, quod non ingens & scelerum & calamitatum agmen secum trahat, quarum calamitatum pars maxima ferè solet ad innoxios & indignos recidere, &c. *Autor Tubæ Pacis occentæ Scioppiano Sacri Belli Classico Cap. I. p. 3. 4. M. Reinhard.* Königs *Theatr. Polit. Tripart. P. III. Cap. II. §. 1. p. 13. & Cap. XX. §. 50. p. 205.* Auro ergò contra non cari versus Poëtæ:

Pulchrum eminere est inter illustres viros:
Consulere Patriæ: parcere afflictis: FERA
CÆDE ABSTINERE, tempus atque iræ dare:
ORBI QUIETEM, seculo PACEM suo.
Hæc summa virtus: petitur hâc cœlum viâ.

Sen. Octav. ap. eund. p. 71.

Rusticum

In hoc bello intra 12. septimanas 100000. rusticorum periêre. *B. D. Weinrich Post. P. II. p. 146. Laurent. Surius Comment. Rerum in Orbe gest. ad Annum 1525. p. 140. & Matthia p. 1056.* Acta Erud. Lipsi. *An. 1691. mens. August. p. 387.* 150000. ab utrâq; parte periisse affirmant; Alii 120000. *Novellæ mox cizandæ p. 1127.* Alii 600000. *D. J. A. Weber. Discurs. Curios. XXIX. p. 479.* Cæsorum numerum innumerabilem dicit *Petr. Joh. Perpinianus Orat. XVI. p. 498.* Apud Hoornbeck *Summ. Contr. Lib. I. p. 336.* ad quinquaginta millia occisorum modo referuntur. Conf. *Danh. Theol. Consc. T. I. P. II. S. II. Dial. II. Cas. IV. p. 413.* Crusius de Rusticorum furore ita:

Non mihi si lingvæ centum sint, oraque centum,
Agricolarum omnes possem numerare furores.

Fuit à Diabolo.

Memorabile est, quod de Clemente quodam malefico ante bellum rusticum refertur. Damnatus ille ad mortem adduci non poterat, ut DEO se commendaret. Dicebat enim ad Diabolos se iturum, cumque illis migraturum in rusticos. Et ecce paulo post bellum rusticum exortum. *L. Fellerus in Horn. Orb. Imp. p. 94.* Totum hoc bellum descriptum exhibent *Novellæ* aus der Curiösen Welt / *de An. 1696. p. 1103. seq.*

An in hostico potius gerendum, quam nostris finibus?

§. I.

An bellum in hostico potius gerendum, quam nostris finibus, militarium rerum Doctores disquirunt, & in utramque partem rationes minimè imbelles militant. Pro *priore*, &, ut existimo, veriore sententia, facit apud *Livium Lib. XXXI. Cap. VII.* Sulpicii Consulis ad populum oratio, de bello Macedonico, in quâ legiones Romanas potius in Macedoniam esse transportandas, quam hostem in Italiam accipiendum docet, & exemplis demonstrat, feliciora potentioraq; foris, quam domi Romanis semper arma fuisse. Quò spectant etiam illa verba *Mamertini in Panegyr. dicta Maximiano:* Illa quondam Romanæ potentiæ diu æmula & inimica Carthago, à Publio Scipione devicta est, cum is trajecto in Africam exercitu, Hannibalem ab Italiæ vastatione revocavit. Nam ita demum hostes fun-

funditus possunt subverti, si in propriis sedibus vincantur. Causam hujus rei sapienter Agathocles Siciliæ Rex exprimit apud *Justinum Lib. XXII. Cap. V. §. 4. p. m. 226.* Aliter domi, inquit, aliter foris bella tractantur. Domi ea sola auxilia sunt, quæ patriæ vires subministrant: foris hostis etiam suis viribus vincitur, deficientibus sociis, & odio diuturni imperii externi auxilia circumspicientibus.

§. 2.

Ad quam accedit hæc quoq; ratio, quod acceptâ domi clade, ipsa quoq; patria periclitatur: at foris etsi vincamur, ferè ad amissum solummodò exercitum clades pertinet. Avorum sanè memoria, cum Franciscus I. Galliæ Rex, amisso ad Papiam exercitu, in potestatem Caroli V. venisset, si tantam cladem in Galliæ viscеribus accepisset, regnum Galliæ in extremum sui discrimen venturum nemo dubitat: quæ cum in Italiâ contigissent, detrimenta multò leviora fuere, quia civibus interim tempus ad animos colligendos, & ad vires recuperandas datum est, ut de salute desperandum non esset.

§. 3.

Sed neq; tamen illis etiam, qui vel ab hoste præventi, vel gravibus de causis aliis, in patriæ suæ viscera hostilem exercitum admittere necesse habent, sua πλεονεκτήματα, & melior ex parte præ illis conditio deest, quam ex *Livio Lib. XXII. Cap. XXXIX.* lubet explicare verbis *Q. Fabii Maximi*, qui Romanos Annibale superiores ostensurus, in Italiâ, inquit, bellum gerimus in sede ac solo nostro. Omnia circa plena civium ac sociorum sunt. Armis, viris, equis, commeatibus juvant, juvabuntq;: id jam fidei documentum in adversis rebus nostris dederunt: meliores, prudentiores, constantiores nos tempus, diesq; facit. Annibal contra in aliena, in hostili est terra, inter omnia inimica, infestaque; procul à domo, procul à patria: neq; illi terra, neque mari est pax: nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia: nihil usquam sui videt, in diem rapto vivit &c.

§. 4.

Neque id modo, verum etiam multo pugnaciores fortioresq; sunt, qui in patria pro patria servanda, quam qui in alienis pro alienis acquirendis præliantur. Nam ut ait *Salustius in Bello Jugurth. Cap. XXCIII.* Stultitiæ videtur, aliena rem periculo suo curare. Et, ut Galgacus, Britannorum Dux loquitur ap. *Tacitum in Agricolæ vita Cap. XXXII.* non fide, non affectu tenentur, qui dominationi alienæ sangvinem commodant. At verò, cum ex sententia *Ciceronis*, nihil dulcius in vita, nihil carius sit patriæ, ut *quæ omnes omnium charitates una complectitur*; ideoq; incredibiles ad se in periculo defendendam stimulos addere solet, nec ullus vir bonus est, qui pro ea mortem oppetere dubitet, si sit ei profuturus. Hac nimirum de causa ap. *Tacitum 3. H. 5.* Vespasiani copiæ, contra Vitellium in Italiam tendentes, cum Vicentiam, etsi modicam urbem, occupassent, tamen

magnum ad victoriam momentum accessisse putarunt, reputantes, Cæcinam illic genitum, & patriam hostium duci ereptam. Et Germanorum veterum hanc consvetudinem fuisse, idem *Autor in lib. de iisdem moribus Cap. VII.* tradit, ut propinquitate affinitateq; invicem devinctos in iisdem aciei partibus conjungerent, & in propinquo matres, conjuges, infantes collocarent, idque præcipuum fortitudinis incitamentum haberent, quo scilicet majore fide & alacritate, pro suorum libertate, pro aris & focis pugnarent.

§. 5.

Sane quem modo dixi Galgacus, Britannorum Dux fortissimus in *Agricolâ Taciti Cap. XXXII.* hæc vel præcipuo argumento utitur, quo suos ad fortiter obsistendum Romanis, patriamq; defendendam hortatur, cum inquit: Omnia victoriæ incitamenta pro nobis sunt. Nullæ Romanos conjuges accendant, nulli parentes fugam exprobraturi sunt: aut nulla plerisq; patria, aut alia est: paucos numero circum trepidos ignorantia cœlum ipsum, ac mare & sylvas, ignota omnia circumspectantes, clausos quodammodò ac vinctos Dii nobis tradiderunt. Inprimis autem quid possit ad excitandum animi robur in conspectu locata patria, exemplum illustre Lacedæmonii præbent, quorum non amplius quam centum, jam effœtæ ætatis viri, quindecim millibus Thebanorum hostium, in ipsis portarum suæ patriæ angustiis occurrunt armati, & pauci sustinent senes aciem, hostemq; fortiter à patria repellunt, ut tradit *Justinus Lib. VI. Cap. VII.* quo loco subjicit hoc pulcherum epiphonema, nostram confirmans sententiam: Tantum scilicet animorum virtumque, patriæ & penatium conspectus subministrat; tantoq; præsentia, quam recordatione sui, majores spiritus largiuntur, §. 5. p. 86. *M. Bernegger. Observat. Miscell. VII. p. 35. seq.*

Cum fœminis.

Theobaldus, Camerinorum Princeps, cum Beneventanis suppetias mitteret, & cum Græcis manus consereret, fugavit eos, & quotquot cepit, eviratos remisit, addens ignominiæ risum: Quandoquidem, inquit, Imperator vester Constantinus evnuchis gaudet, quotquot emiserit Gallos, capos remittam. Erat autem in castris mulier, quæ virum captum sequebatur magnis ejulatibus. Novitate rei motus Princeps, jussit adesse fœminam propius, & quid peteret, quæsivit. Tum illa fidentius: Quid est, inquit, quod viri fortissimi bellum fœminis indixistis? quod in vos deliquit sexus infirmior? Ad quam Camerinus: Et quis, malum, fœminis, nisi Amazonibus, bellum inferat? Tum mulier: Quando inquit, ideò pugnatis, ut victos emasculetis, non cum aliis, quam cum fœminis bellum geritis. Omnis substantia, & quicquid etiam undecunque possident, auferatur, tummodò viros relinquatis: habent unde consolationem accipiant fœminæ. Hac verò parte truncatos si remittitis, non viros, sed fœminas spoliatis. Promeruit liber-

libertas dicacis fœminæ, ut virum cum omni prædâ reciperet. Tum Camerinus, ubi virum & omnia reddidit mulieri, versus in eam: Quid, inquit, vis ut faciam viro tuo, si posthac contra me pugnans capiatur? At illa: Oculos & aures cum naso admittat, modò vir ad me redeat. Hac dicti sui festivitate, & sibi & viro profuit. *Alb. Cranzius Lib. III. Cap. IX. Metropoleos, & Luitprandus Lib. IV. Cap. IV. Rerum in Europâ gestarum & Sigonius Lib. VI. Regni Ital. ap. Zwingerum Vol. VII. Lib. II. p. 1716.*

Ut finiatur non est in nostrâ potestate.

General Tilly hat zu Regenspurg An. 1630. gesaget: **Es wäre mit dem Kriege/ wie mit dem Spiele; wann einer anfängt zu spielen/ so kan er nicht auffhören/ wann er will; theils hat er noch selber Lust darzu/ theils muß er warten/ biß ihn der andere loß läßt: Also kan einer nicht auffhören zu kriegen/ wann er will/ sondern er muß warten/ biß ihn der andere dazu kommen lässet/** Zeiler. Cent. V. Ep. LXXVII. p. 496. ap. *Dn. M. Joh. Christ.* **Gerstäcker im Vorrath schöner Gleichnisse/** *p. 856.*

BELLI

Causæ sæpè leviſſimæ.

§. 1.

Cum inter Johannem Fridericum Electorem & Mauritium Saxoniæ Ducem, post Electorem rixæ inter ludendum exortæ essent, adeò componi illa consangvineorum odia non potuêre, ut alter in alterius perniciem serió animum intenderit. Et hæc causa est, cur studia illorum in bello Smalcaldico divisa fuerint; Mauritius, siquidem partes Caroli V. strenuè defensavit, qui absq; hoc emergere humanitus vix potuisset. Ita privata odia longe potentiora interdum sunt, quam ut vel religione, vel sangvinis conjunctione sopiri queant. Vid. *Burgold. P. I. p. 22.* Cæterum & alia bella ob leviſſimam causam enata esse observes. Belli Peloponesiaci principium ex tribus meretricibus erupit, ut docet *Athenæus in Dignosophistis.* Cum enim Juvenes Athenienses temulenti Megaram profecti essent, & Simithæam nobile scortum rapuissent, Megarenses dolore iracundiæ permoti Athenas sunt profecti, & Aspasiæ, mulieri speciosissimæ, & quam Pericles, Prætor Athenienſis, deperibat, duas meretriculas vicissim abstulerunt. Atque hinc turbæ illæ, hinc lachrymæ. Sic A. C. 1467. nobilis quidam Alsatus wegen 6. Plappart bellum denunciavit intulitque Mülhuſo Rauracorum. Sic lepus captus in tres Florentinos occasionem præbuit fratricidiis, quam historiam recenset *Camerar. Hor. Succ. Cent. I. c. 92.*

§. 2.

Sic Scotus cum Pictis, quibuscum 600. ferè annos pacem coluerant, ex rixa

ob

ob canem venaticum ab his interceptum bellum exarſit, ac dubio Marte geſtum, quo tandem Scotorum Rex Eugenius occubuit. Sic ob ſitulam bellum efferbuit inter Mutinenſes & Bononienſes, quod feſtivo carmine enarravit Alexander Toſſanus. Imò & ob *crepitum ventris* Lugduni ſeditio exorta. *Fell. l. c. p. 236. ſeq. Sprengerus de Modico in prodromo ad Lect.* Scilicet ſicut incendium non ſæpè à ſacris & publicis exoritur locis, ſed plerumq; neglecta in domo aliqua lucerna, aut inflammatæ quisquiliæ ingentem edunt ignem, ac publicam exindè perniciem: Sic ſæpenumero ex privatis offenſis in publicum propagatæ lites, totam exagitant civitatem. *D. Mich. Piccartus Comment. in Arist. Polit. Lib. V. C. p. IV. p. 699.*

Regnandi cupido.

§. 1.

Qui bellum Imperii ſui proferendi causâ ſuſcipere jus fasque ſtatuunt, Tiridatis Armeniæ Regis barbari verè barbarum illud imbiberunt; Sua retinere, privatæ domus; de alienis certare, REGIAM laudem eſſe. *Tacit. XV Annal. I.* Quam barbariem adſtruit alius item barbarus, Solimannus, Turcarum Princeps, in oratione, quam captâ Rhodo inſulâ; & exturbatis indè Hieroſolymitanis Equitibus (*Freres* vocari ſcribit *Nicetas Choniat. in Andronico Comneno*, Gallicâ nimirum voce ſignificante *Fratres*) ad Philippum Villerium Liladamum, Magnum illius Ordinis Magiſtrum, habuit: Quod nullo (tyranni verba) odio tibi bellum intulerim, ſed ſolâ dominandi libidine; vel hinc potes colligere, quod te tuosq; inviolatis corporibus, intactis fortunis, hinc dimittam. Haud enim bella gero, ut divitias & opes comparem: ſed ad gloriam, famam, immortalitatem, protelationem Imperii tendo. Eſt enim Regis, ſangvine Regum orti, proprium, rapere atque invadere aliena; non quidem avaritiâ, ſed gloriosâ cupidine dominandi: cui cum obſtat vicinus, armis & vi cum tollere ſatis habeo. *Jacobus Fontanus in fine libri 2. de bello Rhodio.*

§. 2.

Etſi non barbaris modò, ſed cultioribus etiam aliis nationibus, populis, Regibus cunctis unam eamq; veterem bellandi cauſam, profundam imperii cupidinem, *Saluſt. Lib. IV. Hiſt. in Epiſt. Arſacis ad Mithrid.* & quam inde ſperabant immortalitatem atq; gloriam fuiſſe certum eſt. Sic enim Alexandrum M. ut quietos populos, & à notitiâ quoq; ſuâ remotos ſcrutatus, bello perſequeretur, nil movit niſi

— ſola animum mentemque perurens
Gloria: *Valer. Flacc. I. Argonaut.*

cujus tantâ cupidine flagravit, ut plures, quos vinceret, dari ſibi Mundos optaſſe legatur, *Plutarchus de Tranquill. animi.* (Unus Pellæo Juveni non ſufficit orbis.

Juve-

Juvenal. Sat. X.) & Anaxarcho ex auctoritate Democriti Præceptoris, innumerabiles mundos referenti, Heu me miserum, *dixisse*, quod ne uno quidem adhuc potitus sum! *Val. Max. Lib. IIX. Cap. XIV.* Sic in Asiâ Cyrus, sic in Græciâ Lacedæmonii & Athenienses, sic alii alibi, libidinem dominandi, causam belli habuerunt: maximam GLORIAM in maximo imperio putarunt. *Sallust. Catilin. Cap. IV. ap. Autorem Tubæ Pacis occentæ Scioppiano Belli Sacri Classico p. 313.*

Lachrymosa gaudia.

Ließ jener über die Trompeten und Paucken schreiben / anzudeuten / daß wir GOtt fleißig anruffen sollen / er wolle uns den Frieden erhalten / und für den grausamen Krieg mächtiglich bewahren. *M. J. D.* Ernst in Ehrenholds zufäll. Ged. *Med. C. p. 559.*

Effectus.

Nil præter *fimum*, *fumumque*, *farremque* relicta
Marspiter hospitibus dat regione suis.

Fr. Statius in Ot. & Lus. Verit. Ep. 266. p. 57.

Duces verè Duces.

Ducunt, *producunt* longos fera bella per annos,
Et verè nomen commeruêre *Ducum*.
Ducunt, *adducunt* argenti pondera & auri
In proprios loculos, suntque manentque *Duces*.

Weber. Art. Convers. R. I. S. IV. p. 38.

Justa causa.

§. 1.

Est velut *Promontorium Bonæ Spei*, quod belligerantes ducat in triumphales illas terras. Nam occultâ quadam internâque vi
Frangit & attollit vires in milite causa:
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

D. Matth. l. c. p. 227. Ut is, qui prior lacessit, ipse sibi injurius videtur, ita qui propulsat injuriam, confidentior ex conscientia fit, atq; ex justitiâ spem bonam mutuatur, dicebat Alexander ad milites ap. *Herodianum Hist. de Imperio post Marcum Lib. VI. p. m. 175.* In æquitate rerum plus quam in armis reponendum spei. *Liv. Lib. III. Cap. LIII p. 269.* Quanquam DEus sæpè belli deneget felicitatem priora propter delicta, licet in præsenti negotio justam foveant causam. *Strigel. P. III. Loc. To. p. 317. & 404.* DEus est, qui militum tela, & Ducum consilia regit, qui tum ad justitiam suam, tum ad partium scelera prælii exitum librat. *Phil. Mornæus de Verit. Rel. Christ. Cap. XXIV. p. 416.* Creditum est Varronem

Consulem apud Cannas cum Carthaginensibus tam infeliciter dimicasse ob iram Junonis, inquit *Valer. Max. Lib. I. Cap. I. p. m. 7.*

§. 2.

Scimus magnos exercitus, quamvis sceleratos, sæpè superiores esse viris honestis, qui pro Patriâ pugnare non dubitant. *Isocratis Panathen. p. 647. Conf. Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. II. Cap. XXII. §. 17. p. 389. D. J. A. Osiand. Tb. Cas. P. II. Cap. V. p. 1313. seq.* Bella sunt utriusque partis pœnæ, ideò illorum vices variæ, nunc his, nunc illis vincentibus, *Richter Axiom. Pol. CXXIV. p. 259. Bened. Reichard. in Panegyri Georg. Wilh. El. Brund. d. 8. p. 53.* Non enim putandum est, bellum ita successurum esse, sicut volet aliquis regere, sed ut fortuna (DEUS) duceet, Lacedæmoniorum Legati inquiunt ad Athenienses ap. *Pezel. Mellif. Hist. P. I. p. 82. a.*

§. 3.

Als Paulus, von Geburth ein Grieche / wider Wambam, der Gothen in Hispanien / rebelliret / und die Armee auf seine Seite gebracht hatte / zog ihm der König mit einem Kriegs-Heere eilend entgegen / machte seinen Leuten durch Fürstellung seiner gerechten Sachen einen Muth / sagend: Frustra pergit ad belli judicium, quem iniquitatis comitatur exemplum; Derjenige ziehe vergeblich in den Krieg / welcher keine gerechte Sache (wie die Rebellen) habe; kam mit grosser Geschwindigkeit in die Landschafft Narbonna, schlug die Auffwiegler glücklich / und nahm den Feld-Herrn / Paulum, nebst seinen Anhang / gefangen / denen Gefangenen ließ er alle Haar von dem Haupte und die Bärte abscheren / ließ ihnen Cronen / von Leder und Pech gemacht / auffsetzen / und führete sie in solchen Habit auf Wagen barfuß zum Schauspiel mit sich umher. Das waren schlechte Cronen / welche diese Leute tragen musten / an statt der königlichen / die sie gesuchet hatten. Da hies es recht / wie Psalm. CXXXII, 18. stehet: Seine Feinde will ich mit Schanden kleiden / aber über ihm / (dem Gerechten) soll blühen seine Krone. *M.* Ernst Bilder-Hauf. *P. III. Concl. V. Cap. XLV. p. 216.*

§. 4.

Antiochus Magnus, Syriæ Rex, qui cum Asiâ Græciam conjunxisse videbatur, & sperabat, se Romanam potentiam eversurum esse, à Romanis victus. Initia quippè belli fuerant injusta. Talis igitur fuit exitus, juxta versum: Κακῆς ἀπ' ἀρχῆς γίνεται τέλος κακόν. *Phil. Mel. in Chron. Carionis Lib. II. p. m. 282.*

Anceps fortuna.

§. 1.

Spartanorum Rex secundus tanquam Symbolum Portæ suæ inscripsit: Hæc domus est, ubi homo facit, quod potest; Fortuna quod vult! M. Aure-

Aurelio Imp. ad Mercurium teſte ap. *Gvev. Hor. Prinç. Lib. III. Cap. XXXIII. p. 623.* Victoria quippè ferox virago eſt; Illius modò dextram, modo aliam corporis partem; non verò ſemper totum corpus prehendere licet, dicentibus Alphonſi Legatis ad Corolum M. ap. *Pezel. Mellif. Hiſt. P. III. p. 69.* Et poſtquam ſemel belligerantes in campo Martio litem ſunt conteſtati, ad utramq; belli fortunam ſeſe tacitè obligant. *Lipſius V. Pol. Cap. XIIX.* Utraque equidem certantium pars ſpem victoriæ affert; at enim una tantum fit palmæ particeps: Non enim datur victor ſine victo: Triumphator ſine concuſſo: Non palma ſine ſtrage. Unum fraudari, tam commune, tamque cotidianum eſt, quam in aciem proficiſci. Nam quod olim *Theognis Sentent. v. 585.* Omnibus ſanè periculum in rebus: neq; quis novit Quo appulſurus ſit re incipiente; Id quam maximè hîc fieri amat. Nusquam enim minus, quam in bello eventus reſpondet optatus, dices bello victor ero, quid ſi victus? hæc ſpes multos in exitium egit; ſine victoriæ ſpe, nemo volens in aciem deſcendit. *Franciſcus Petrarcha de Rem. Utr. Fort. P. I. Dial. CII. p. 277.*

§. 2.

Hic ſæpè, imò ſæpiſſimè ludit fortuna: ſævo, ut *Horatius* ait, læta negotio, & ludum inſolentem ludere pertinax; Etiam cum Equitibus alioquin cordatis, optimisq;, *quos ea quaſi pilas* habet, ut *Plautus* loquitur *in captivis.* Earum rerum, quæ in acie geruntur, maximam partem, ſuo quaſi jure ſibi vendicat. *Iſocrates adverſus Callimachum p. 901.*

Hæc præliantium vota ridet immenſa,
Brevemq; ſummo culmini ſtruit ſcenam
Fortuna fallax.

Schildius in Sveton. p. 703. Bene ergò *Virgil. Lib. X. Æn.*

Hic magnus ſedet Æneas, ſecumq; volutat
Eventus belli varios.

Et *Ovid. Lib. VII. Metamorph.*

Sexta reſurgebant orientis cornua lunæ
Et pendebat adhuc belli fortuna diuque
Inter utrumque volat dubiis victoria pennis.

Et *Lib. I. de art. amandi:*

Mars dubius, nec certa Venus, victiq; reſurgunt,
Quosq; neges unquam poſſe jacere, cadunt.

Seneca in Thebaide:

— — — Nunc belli mala
Propone, dubias Martis incerti vices.
Licet omne tecum regis robur trahas,

Licet arma longè miles, ac latè explicet,
Fortuna belli semper ancipiti in loco est.

Octavius Mirandula in Tor. Poet. p. 107.

§. 3.

Sunt arma torrens, huic ferunt, illi auferunt. *Thesaurus Inscript. p. 270.* Errant igitur, qui in bello omnes secundos rerum eventus expectant. *Julius Cæsar Comm. Lib. VII.* Næ hi fortunarum lubricas ambages, & instabiles incursiones, & reciprocas vicissitudines ignorant. *L. Apulejus Metam. Lib. I. n. 10. p. m. 85.* Imò Mars, ut *Homerus* dixit, est ἀλλοπρόσαλλος, & Davidis hæc est proverbialis sententia: *sicut hunc, sic & illum devorat gladius*, 2. Sam. XI, 25. quæ ita accipiuntur, quasi consolans Joabum esset sententia, ne anima frangatur, non esse inusitatum in bello, ut qui plerumque secunda situsus fortuna, adversam aliquandò experiatur; Reverà juxta fontes hoc vult: Ne te res ista animi angat, nec ut insperatum hunc eventum excuses opus est. Aliter hæc sacra non constant. Es wachsen auf dieser Wiesen keine andere Blumen; Auf dieser Kirchweih gibt man keinen andern Ablaß: wer kegeln will/ muß auffsetzen. *Ursinus Anal. Sacr. Lib. V. Cap. XV. p. 256.*

§. 4.

In tali prato hujusmodi rosæ carpuntur, dicebat Obertrautius, Ducis Vinariensis Equitatus Præfectus, à Tylli captus, in ipso prælii loco rogatus, quo pacto id ipsi infortunium accidisset, ap. *Buchelium Hist. An. 1625. Lib. II. p. 111. Zinegref Apophr. P. I. p. 150.* Als in der Schlacht bey Neuport An. 1600. der Admiral von Arragon vom Printzen von Ouranien gefangen worden/ und er ihm gesagt/ er bedaure seinen Zustand/ hat er nicht mehr gesagt/ als: C' est la guerre! es pflege/ nemlich im Kriege/ also herzuachen. *Dn. G. Zenner. in Novellis Mundi Docti & Curiosi An. 1696. mens. Maj. p. 1483.*

§. 5.

Elegans apud *Jansenium Lib. V. Mercurii Gallo-Belgici p. 500.* de fortunæ inconstantiâ habetur dictum, quod huc afferre lubet. Alexander Parnesius, Parmæ Dux, qui literas tanquam compedes, uti *Formianus Strada Lib. IX. de Bello Belgico p. 516.* de eo scribit, oderat, & corpus potius quam animum exercebat, admonitus est, ut cum Antwerpiam occupasset, Marti valediceret, quod gloria sua summum attigisset apicem: quia fortuna, cum ad summum venit, solet rotam volvere, & summa imis commutans, non diu stare. *D. Dan. Clasenius Comment. in Conviv. Plutarch. p. 108. Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. XXXIX. Cap. XX. p. 489. G. Richter. Axiom. Pol. R. CLXVIII. p. 373.* Fortunæ diu lenocinantis perfidus finis, quæ virum, ut scorpius, ultimâ sui parte percutere solet, ut olim *Sidonius Apollinaris* de Maximo Imp. rectè scripsit.

For-

Fortuna nunquam sistit in eodem statu,
Semper movetur: variat & mutat vices,
Et summa in imum vertit, ac versa erigit.

Ausonius Epigr. CXXXV. Ventorum imitatur inconstantiam atq; impetum. *Jov. Pontanus Lib. I. de Fort. Cap. XXIX. p. 834. Gerard. Jcb. Vossius de Physiol. Christ. & Theol. Gentil. Lib. IX. Cap. XXXI. p. 560. Engelgrav. Cæl. Empyr. P. II. p. 523.* Conf. Tit. Circulus sunt res hominum.

§. 6.

Conflixerat C. Julius Cæsar Dictator cum hoste quinquagies collatis signis, quoties Rom. Ducum nemo. Verum exactâ ætate, & jam senescere incipiens, cunctantior factus ad ineunda prælia: veritus, ut credere est, ne fortunam, quam toties secundam fuerat expertus, adversam semel experiretur. *Zwingerus T. V. H. Vol. VII. Lb. III. p. 1759.* Armatis enim ac dimicantibus semper dubia victoria est. *Livius Lib. X. Cap. XXXV.* Et belli certamen anceps. *Justin. Lib. II. Cap. III. n. 11.* Insperata interdum speratâ victoriâ certior est. *Id. Lib. XX. Cap. V. n. 3.*

§. 7.

Non ineptè olim Nero Claudius Cæsar Judices allocutus: Omnia se facienda feciſſe, sed eventum esse in manu fortunæ: Illos, ut sapientes & doctos viros fortuita debere excludere. *Sveton. Cap. XXIII.* Ita est! Consilium salubre ludit sæpius sors improba. Sivè ut verius dicam: Pendet exitus supremo consilii omnis à DEO. Unde accidit, ut optimè consulta, semper non bonos habeant exitus, eodem scilicet non annuente. Certè! Cum DEus vult, cogitata dextera succedunt malè. Haud tamen ideò mutat consilium suum Vir prudens, & quamvis fortè alio gradu, unâ tamen eademq; viâ ad eundem tendit portum. *Gruterus in Gronovii Notis ad Liv. Lib. I. Cap. XXVI. p. 54.* Nihil enim magis Politicum, quam animi rotas reddere cum rotis fortunæ concentricas, & simul volubiles. *Franciscus Baco de Verulamio Sermonum Fidelium Tit. LX. p. 334.*

§. 8.

Nostri sine pedibus dicunt esse fortunam, quæ manus & pennas tantum habet, qvum manus porrigit, pennas quoq; comprehendere non sinit, inquiunt Scytharum Legati ad Alexandrum ap. *Curt. Lib. VII. Cap. IIX.* Evolat, alata est! *Petrarcha de R. Il. F. P. I. Dial. CIII. p. 279.* Nemini DEUS de stabili & inconcussa fortuna cavit. *Dn. Sam. Pufendorff de Offic. Hom. & Civis juxta Leg. Nat. Lib. I. Cap. VII. §. 2. p. 88. Pier. Valer. Hierogl. Collect. ex Vet. & neot. descr. L. II. p. 50. 51.* Et nullus Dux adeò felix est, ut in bello diuturniore fortunam habeat perpetuò propitiam. *Guev. Hor. Pr. Lib. I. Cap. XVI. p. 57.* Nullis illa magis timenda est, quam iis, qui bellum continuò sequuntur. *Id. Epist. ad Consalvum Fernandes Cordubensem p. 32.* Nec hodiè evenit, quod olim Scipio ad amicum

Masiniſſam in Africâ dixit: Fieri non poſſe, ut Romanus Dux prudentia aut fortuna deſtituatur, cum tali fato Romanorum liberi naſcantur. *Id. Hor. Lib. I. Cap. I. p. 4.* Conf. & *B. D. Val. Alberti, Diſſ. de Fortunâ Clarorum Belli Ducum ſub ſinem militiæ plerumq; adverſa.*

Incommoda.

§. 1.

Nulla ſalus bello! In den Krügen zu Cana in Galiläa/ iſt durch das erſte ſichtbare Wunderwerck Chriſti auf Erden etwas Gutes geweſen: aber in Kriegen/ wo Mars und Bellona das Braut-Volck/ iſt nichts als Ubels zu finden: Zur Kriegs-Zeit iſt gar kein Faßnacht/wohl aber ein lauter Aſcher-Mittwoch/ weil alles in Aſchen geleget wird; Zur Kriegs-Zeit wird das Vieh hinweg getrieben/ auſſer das Elend-Thier bleibt im Lande: Zur Kriegs-Zeit wird der Acker verwüſtet/ hingegen der Gottes-Acker angefüllet: Zur Kriegs-Zeit wird alles Geld hinweg geraubt/ auſſer der Kopffſtück und Ferſen-Geld/ die bleiben ſelten aus: Zur Kriegs-Zeit hören alle Berge auf/ und ſiehet man allſeits nichts/ als ein Jammer-Thal: Zur Kriegs-Zeit werden alle Luſt-Garten zerſtöret/ und bleibt nichts anders ſtehen/ als die Schwerdt-Lilien: Zur Kriegs-Zeit haben die Leute wenig Brocken zu eſſen/ aber harte Brocken gnug zu ſchlucken: Zur Kriegs-Zeit findet man die Häuſer leer mit Lebendigen/ entgegen die Felder voll mit Todten: Zur Kriegs-Zeit iſt die Waſſerſucht im Augen/ die Schwindſucht im Beutel/ die Dürrſucht im Leib/ das Elend im Land/ und die Klag allerſeits: Zur Kriegs-Zeit/ der vorhero mit ſtattlichen Pferden verſehen geweſen/ muß mit einen höltzernen Hand-Klepper vorlieb nehmen: Der vorhero in linden Feder-Betten gelegen/ muß ſich mit einen grünen Leylach auf der Erden begnügen laſſen: der zuvor aus ſilbern Geſchirren getruncken/ muß ſich mit einem Angſter behelffen: Zur Kriegs-Zeit/ der zuvor voller Traid ohne Leid/ befind ſich nachmahls voller Leid/ohne Traid. Dahero billig David aus den von GOtt vorgeſtellten Straffen/ lieber die Peſt erwehlet/ als den Krieg ꝛc. *P. Abrah. à S. Clara.* **im Huy und Pfuy der Welt/** *in Tit. Bellum p. 185.*

§. 2.

—— —— Bellona terens legesque piosque
Mors, evertens arces, lachrymoſa, cruenta,
Illa, nefas, ſpargit ſcelerata incendia tectis,
Concutit æratо terram pede, fumus anhelo
Igneus ore fluit, mittitq; tonitrua voce,
Indigiti cujusq; vicem datur ænea canna:
Fulmina fulmineo vibrat rutilantia nictu,
Deſperata ſalus, pavor & confuſio triſti

Jun-

Juncta fugæ, illius præeunt alatæ cohortes,
Sicut disfidium, rabies, incendia, raptus,
Libera sævities, horror, populatio, fastus,
Excidia, impietas, partes comitantur in omnes.
Tristis pauperies, luctus, deserta sequuntur
Sanguinea indomitæ retrò vestigia turmæ.

Evil. Salust. Bartasius Hebd. II. Diei I. Lib. III. p. 69.

Sedes, ein Obrister.

Als ohnlängst erzehlet wurde / Sedes belli würde auf der Venetianer Grund sich ziehen / erzehlete Tacitus hierauf im Schertz / was massen ein trefflicher Lateiner / scil. der diese Worte nicht verstanden / einmals gemeinet / es wäre ein besonder Kriegs-Oberster / der also hiesse / und dannenhero als er gehöret / daß sich Sedes belli in ein gewisses Land gezogen / gesaget: Es müste dieser Oberste ein starck Regiment haben / daß er allein ein gantzes Land zum Quartier bedürffte. *Aut. Rel. ex Parn. An. 1702. N. 43. 30. Maji.*

BELLA

Religionis, Religionis tollunt memoriam.

Le pretexte de la Religie n'est pas une chose nouvelle, & beaucoup des Grands Princes s'en sont servis pour penser pervenir à leur bont. *Francisc. Irenic. Colleg. ad Burgoldensem P. I. p. 8.* Prout exempla tum in aliis, tum in Ferdinando Catholico habemus, qui omnes suas cupiditates velo Religionis solebat involvere. *Gricciard. Lib. XII. Hist.* Itidem Carolus V. Prudentissimi Lanovii querela est: Bella Religionis tollere Religionis memoriam. *Lansius pro Gall. Joh. Ern. von der Linde in Prototypo Boni Principis.*

Siderum scelera.

Plinius appellat bella, grandines, eluviones aquarum, cæterasq; calamitates, & infortunia, quæ immitti innoxiis hominibus ab iratis in defectu suo sideribus putabantur. *D. Zimmerm. Floril. Philol. Hist. p. 720.*

Sunt Christianis illicita.

§. 1.

Bella Christianis esse illicita Patres in Synodo Telensi A. C. 419. statuerunt ap. *Gesner. de Concil. p. 207.* Quemadmodum & Tertullianus, & Lactantius negant Christiani esse interesse bello. *Kerman. Curs. Philos. Disp. XXXV. Q. VI. p. 779. Gabr. Albaspinæus Observat. da Vet. Eccles. Rit. L. II. Obs. 33. §. 11 p. 271. & Notis in quoid. Canones Conciliorum Asiæ Can. 12. p. 352.* & Daniel Zwinckerus,

in

in Novi Fœderis Josii §. *71. p. 36.* ita : De capitalibus judiciis, homicidiis & bellis, universa primitiva Ecclesia Christiana ad ducentos usq; annos, & amplius sensit, publiceq; docuit, à Christo prorsus esse interdicta, sibiq; iis abstinendum esse; Constantinum M. insuper æternum damnans, quod Christianos bellare docuerit §. *82. p 43.* Secundum Beyerling *Th. V. H. T. 5. Lib. XI. p. 443.* eundem tenuerunt errorem Julianus Apostata, & superiori seculo Cornelius Agrippa. Conf. *M. Joh. Hundius duodec. quæst. Miscell. q. V. D. Francisci* Köhme / *de Jure belli Problem. Polit. I. p. 3 M. Jac. Börgerus Diss. Pol. an Vindicta per bellum sit Juris Nat. Gent. & Civilis* §. *15. seq. Voët. D. S. P. IV. p. 207. D. Justus Fevrborn. in Anti-Osiorodo Disp. 27. p. 385.*

§. 2.

Errarunt & eundem Weigeliani ad quos & Joh. Ferus Concionator Moguntinensis, & Erasmus Grotio accedere videntur, prolog. in J. B. & P de quorum tamen virorum dissensu judicium habes *D. J Osiand. Comm. in b. l. Grotii. D. Jac. Henning. in munimento securitatis, humanæ ex imagine Divina, ejusdemq; Reliquiis ab ipso sanctissimo mundi Creatore exstructum Gen. IX, 6. §. 5. Mart. Bohemus Theol. Contemplat. Hom. P. I. Conc. 9. p. 266. Osiand. Th. Cas. P. II. C. V. p. 1307. sq. & P. V. Cap. IV. p. 765. seq. Danh. Th. Consc. T. I. P. II. S. II. D. 3. A. 4. q. 12. p. 740. seq. Arnd. L. A. t. p. 626. seq.*

§. 3.

Quod interdum Christianos militiam detrectasse legimus, ideò evenit, quod illorum temporum Imperatores à militibus exigerent aut expressam à CHristo discessionem, aut tacitam dicto scilicet sacramento per Deos, vel per Imperatorem, ut Deum, aut etiam quod propositis contra Christianos edictis quotidiè ad ea exercenda manu militari uterentur. Talibus enim temporibus Christiani monebantur defugere mlitiam, & si qui militarent à piis cœtibus arcebantur. *Grot. ap. Calov. in Bib'. Illustr. ad Matth. Cap. V. 40. p. 223. a.* Bellum esse licitum patet cum ex Johannis Baptistæ verbis, Luc, III. 14. tum Cornelii Centurionis Act. X. ac Sergii Proconsulis, etiam post conversionem miltiam non abdicantis, Act. XIII. *M. Joh. Jac. Müller. Instit. Etb. Posit. Polem. P. II. Cap. XV. §. 15. f. 171.* Conf M. Reinhard. Königs Theatrum Polit. Tripart. P. III. Cap. I. §. 46. seq. p. 8. seq. ubi Anabaptistarum, aliorumq; argumenta refutata.

Ob quindecim peccata immissa.

I. Propter Idololatriam, Jer. V, 19. 26. Ezech. VI, 6. Hos. X, 10. Exod. XXXII, 27. Judic. III, 8. 1. Reg. XIV, 14.
II. Incantationem, Es. XLVII, 12.
III. Blasphemiam, 1. Sam. XVII, 49. 2. Reg XIX, 35. Hos. IV, 2. 3.
IV. Perjurium & falsum juramentum, Jerem. V, 10.

V. Fal-

V. Falſam doctrinam, Doctorumq; negligentiam, Ezech. XXII, 26. 28. 31 Jer. IX, v. 5. 7. Eſ. LVI, 10. Ezech XIII, 48. Jer. XXVII, 15. Thren. II, 14. Hoſ. IV, 5.

VI. Verbi divini contemptum, Jer. VI, 10. Ezech. XXXIII, 31. Hoſ. IX, 17.

VII. Erga Miniſterium ingratitudinem, Eſ LVII, 4. Jer. XIIX, 18.

IX. Magiſtratus crudelitatem, Eſ. XI, 23. Jerem. XXII, 5.

X. Cædes, odium & invidiam, Num. XXXV, 33. 1. Reg. XXXI, 19.

XI. Adulterium, ſcortationem, Judic. XX, 1. 2. Sam. XII, 10. Ezech. XXII, 10.

XII. Superbiam & faſtum, Eſ. XIV, 13. Ezech. XXIIX, 6. 7.

XIII. Crapulam & ebrietatem, Eſ. V, 11. 12. Dan. V, 30. Amos IV, 1.

XIV. Avaritiam & exactiones iniquas, Eſ. LVI, 11. Jer. XVII, 11. Ezech. XXII, 13. Amos III, 9. Mich. VI, 11.

XV. Mendacium & falſum teſtimonium, Jer. IX, 8. Hoſ. IV, 2. Mich. VI, 12. *D. Möller. in Sacr. Num. p. 22.*

BELLIS
Pax potior.

§. 1.

Juxta Symbolum Martiani Imp. pacis amantiſſimi. Dicere quippè ſolebat: Imperatori arma non eſſe capienda, dum pacem habere liceret. *Zonaras Tom. III. Annal. Abr. Bucholz. Chronol. ad A. C. 450.* Quemadmodum & hujus Succeſſor Leo Imp. pacis quam belli amantior fuit, uni enim ex Evnuchis, quod Eulogio Philoſopho frumentariam teſſeram dari juſſiſſet, dicenti, militibus potius hujusmodi largitionem eſſe faciendam, reſpondit, utinam is ſemper ſit meorum temporum ſtatus, ut mihi liceat ſtipendia militum in literarum magiſtros transferre, ex *S. ida Lycoſthenes in Apoph. p. 94. 201.*

§. 2.

Pacis artibus glorioſior Rex eſt, quam multis de hoſte victoriis & triumphis, Nicolai Vernulæi monitum eſt elegans Tract. de Virtutibus Auguſtiſſimæ Gentis Auſtriacæ Lib. II. Cap. V. p. 207. ap. *Joh. Jac. Ottbonem* im Tug. St. und Laſter-W. *P. I. p. 616.* Sicut è contra Caracallæ Symbolum ad immanes Scythas relegandum, fuit: *Omnis in ferro ſalus! Web. A. C. R. V. p. 269.* Melior tutiorq; eſt certa pax, quam ſperata victoria. *Hannibal ad Scipion. ap. Liv. l. 30.*

§. 3.

DA PACEM DEUS, ô pacem da quæſo: triumphis
Pax belli innumeris carior una manet!

Ita Fridericus, Marchio Brandenb. Archiepiſcopus Magdeburg ap. *Reusner. in Symb. Her. p. 91.*

Nulla salus bello: vitæ PAX OPTIMA RERUM:
Optima pax custos una salutis erit.

Id. ibid. p. 217. De Friderico III. Imp. ita:

Non mihi defuerant vires, non viribus hostis,
Sors etiam rebus favet amica meis.
Sed mihi plus cordi fuerat PAX optima rerum
Pacato vixi Cæsar in orbe PIUS.

D. J. C. Beeman. Diss. de Cognominibus Principum Cap. II. §. 12. p. 51. Pax ad bellum se habet, ut finis ad media. Bellum enim geritur, inquit *Cicero*, ut pax fiat, sicut ergò finis mediis nobilior est, ita pax quoq; bellum antecedit. Et per consequens pacis artes, quæ sunt prudentia, & sapientia, belli fortitudine digniores, nobilioresq; sunt. *D. Mich. Piccartus Comment. in Arist. Polit. Lib. II. Cap. IX. p. 291.*

BELLICÆ
Calamitates redundant in autores.

Calamitates bellicæ solent in autores, qui alios ad arma provocarunt, plerumq; redundare. Exemplo sunt nobis Amorrhæi illi, qui à Gabaonitis, quibus primi bellum intulerant, vincuntur, Josuà sociis auxiliante, Jos. X, 5. seq. Qui itaque provocantur, plerumq; vincunt, perindè ut *Aristoteles Lib. IX. de Animalibus* de Cygnis scribit: ἀμυνόμενοι νικῶσι, i. e. defensione utentes vincunt aquilam, quæ ipsis pugnam prima movet. Rectè igitur Lutherus in Colloquiis: Wer das Messer am ersten zuckt/ muß es am ersten einstecken/ und wer das Schwerdt am letzten zuckt/ der muß es auch zuletzt einstecken. *L. Joh. Mulman. in Cap. X. Jos. p. 425. 426.*

BELLICOSI
An præstant Pacis studiosis?

Licet inveniantur, qui putent, homines bellicosos longe præstare pacis studiosis, qui neq; parare possint, quæ non habeant, nec ea, quæ habeant, fortiter tueri. Illos autem utrumq; posse, tum capere, quæ desiderent, tum servare, quæ semel occuparint, ut *Isocratis Panathenaicus eosdem introducit p. 675.* Optimè tamen his respondet Callias Daduchus oratione ad Lacedæmonios habitâ: Atqui sapientis est, inquit, à bello abstinere, etiamsi graves belli causas habeat, ap. *Xenophont. de rebus gest. Græc. Lib. VI. p. m. 253. C.* Nam bellum sane formidabilis res est, dicente Simonide in *Xenophontis Hierone s. Tyrannico p. 389. A.* Et nemo omnium ita amens est (verba Crœsi sunt, Lydorum Regis ap. *Herod l. I.*) ut bellum quam pacem præoptet; Nam in pace filii Patres: in bello patres filios sepeliunt.

BELOMANTEIA.
sive Divinatio per sagittas.

§. 1.

Ezech. XXI, 21. stabit Rex Babyloniæ in bivio, principio sc. duarum viarum ad divinandum divinationes, poliet sagittas &c. Hoc fuit genus divinationis, ad quod peculiaris seligendus erat locus, quo fortean cacodæmon certis ceremoniis & formulis vocabatur, ut enuntiaret, quamnam viæ partem consultum esset ingredi, id quod patet ex v. seq. *Goodwin. Mos. & Aar. Lib. IV. Cap. X. p. 394. Zimmerm. Floril. Ph. Hist. p. 167.* Optimè verò è Belomantiâ Arabum hunc locum illustrat *Eduard. Pocock. ad Abul-Famjum p. 327. seq.* Cum esset, inquit, alicui vel suspiciendum iter, vel ducenda uxor, vel aliud magni momenti negotium peragendum esset, sagittas, quas tres vasculo inclusas habebant, consulere solebant. Earum primæ inscriptum erat: אמרני רבי / *jussit me Dominus meus.* Secundæ: נהאני רבי / *Prohibuit me Dominus meus.* Tertia erat ἀγράμματος. Quod si extrahenti unam manu occurreret prima, alacri animo pergebant; Si secunda, desistebant; si tertia, reponebant tam diu, donec vel secunda, vel tertia obveniret, ap. *B. D. Pfeiff. Exercit. Bibl. Diss. I. §. 28. p. 19. & Dub. Vex. C. III. L. 60. p. 781. Conf. Dieteric. Antiq. Bibl. in h. l. p. 661. seq. Magia Sagittarum Nabuchodonoseris ad h. l. M. Joh. Clodii. M. Andr. Beyerus, addit. ad Selden. C. II. Syn. I. p. 198.*

§. 2.

Si inter Senatores Venetos non convenit, qualis expugnanda urbs, ad sortes recurrunt. Nomina expugnandarum urbium in urnulam conjiciuntur, ea rudis quispiam puerulus manu miscet, indè unam è chartulis, quæ singulæ singularum urbium nomina continent, ad Principes defert, ab eâq; oppugnandâ bellum inchoari debet, ut scriptum reliquit *Claudius Ceteraus de Jure Militum l. III. Cap. VIII. ap. Salm. l. c. P. I. p. 175.*

P. BEMBUS

Qui ex literione & tabellione factus Cardinalis, *Voët. D. S. P. II. p. 608.* Epistolas Pauli vocabat Epistolaccias, *Dn.* von Ziegler / *l. c. 18. Jan. n. 4. p. 41.* De ipsius Atheismo vid. Tit. Athei Papæ & Cardinales in Appar. Bibl. p. 348.

BENEDICTIO
Pro munere.

Gen. XXXIII, 11. & benedixit, pro muneravit. 1. Sam. XXV, 27. & nunc, hæc est תברכה benedictio, quam attulit ancilla tua: item illud Davidis Cap. XXX, 26. ecce vobis ברכה benedictio de spolio &c. Ita & Εὐλογίαν accepit

Paulus pro eleemosynâ 2. Cor. IX, 5. 6. Plautus: Ut beneficium bene meriti nostro merito muneres. Ebræi vocant ברכת החניה / unde aliquis utilitatem accipit, vel ברכת הנהנין *Drusius ad Jos. Cap. XV. 19. in O. A. p. 1806. & adc. XXII. 7. p. 1912.* Dicitur & benedictio pro laude & honore Ps. LXII, 5. 2. Sam. IIX, 14. Job. XXXI, 20. Vid. *Geier. in Prov. X. 7. p. 470. C. XI. 25. p. 570.*

Quotuplex?

§. 1.

Benedictio alia est *Potestatis*, cum bona sive temporalia, sive æterna solo nutu conferuntur, quâ ratione DEus benedicit, Gen. 1, 28. alia *Autoritatis*, cum bona temporalia & æterna alteri à DEO conferenda additis devotis precibus & suspiriis denunciantur, quâ ratione Parentes liberis, ac Sacerdotes populo benedicunt, Num. VI, 23 alia *Charitatis*, cum æquales sibi mutuo benè precantur, ex præscripto CHRISTI, Luc. VI, 27. & Apostoli, 1. Pet. III, 9. alia deniq; *Reverentiæ & Humilitatis*, cum DEO benedicimus, h.e. honorem debitum præstamus, Psal. CIII, 1. *B. D. J. B. Carpzov. Conc. Fun. P. II. p. 1222. Aslacus Phys. Mosaic. in Cap. I. Gen. v. 22. p. 251.*

§. 2.

Benedictio fit tribus modis: Ἐνεργείᾳ, *affectu* & *sermone*. Ἐνεργείᾳ, quando statim virtualiter confertur, ut cum DEus benedixit terræ, plantis, animalibus. *Sermone* & externo symbolo, ut cum amici amicis benedicunt, utut non semper eadem cum affectu mentis sit conjuncta; Affectu, ut cum parentes liberis benedicunt, licet non semper sequatur effectus. *Aslac. l. c. in Gen. Cap. II. v. 3. p. 309.* Conf. *Ravanell. Bibl. Sacr. P. I. v. 319. Drusius ad Jos. Cap. XV. v. 19. in Op. Angl. Tom. I. p. 1806. Pfeiffer. Nuptial. p. 358. seq.*

Amen voculâ corroborandâ.

Non malè Judæi: גדול העונה אמן יותר מן המברך / wer bey den Segen das Amen sagt / der thut noch mehr / als der den Segen spricht; denn sie meineten / es wäre das Amen Sigillum & consummatio ejus, quod dictum fuerat, ein Siegel und Bekräfftigung dessen / was man beym Segnen gewünschet. *Carpz. l. c. p. 1218.* Corroboratio sermonis & confirmatio ipsius. *Nic. Fullerus Miscell. Sacr. Lib. I. Cap. II. p. 24. 25.*

Mensæ prior.

Ad te mortales cuncti sua lumina tollunt
Qui regis in cœli vertice sceptra DEus,
Et tu suppeditas illis alimenta decenter,
Et quocunque petunt tempore suppeditas.

Eſt expanſa manus ſemper tua prompta juvandi
Et ſaturas placitis cuncta creata modis.
His epulis donisque tuis benedicito CHRISTE,
Ut foveant juſſu corpora feſſa tuo.
Non alit in fragili panis modo corpore vitam,
Sermo tuus vitæ tempora longa facit.

Poſterior.

Cœleſtis genitor benedic cerealia nobis
Munera, quæ tua jam porrigit alma manus.
Idque tuam ſobolem per CHRISTUM perfice noſtrum
Et Dominum pariter ſuppliciter petimus;
Qui tecum ſimili cœleſtia lege gubernat
Regna, ſimulque ſacro flamine ſemper, Amen!
Poſtquam epulis exempta fames, menſæque remotæ,
Dicemus grates nos tibi, ſumme Pater.
Non hæc humanas vires alimenta juvabunt,
Divinâ ſi non hæ foveantur ope.
Namque tuo vivunt agitata à Numine cuncta,
Afflatu ſpirant cuncta valentque tuo.
Cumque epulas dederis, rarum Pater optime, nobis,
Adde epulis vires pro bonitate tuâ.
Nunc etiam gratis animis alimenta miniſtra,
Atque immortali pectora paſce cibo.
Et quia cura ſumus tua, nos, Pater optime, ſerva,
Et ſtudia & vitæ tempora cuncta rege.

M. Joh. Kromaier. in Epit. Lib. Chriſt. Concordiæ, p. 181.

Confitemini Domino.

Nunc omnes Domino mecum benedicite noſtro,
Nam bonus eſt, bonitas ſemper & ejus adeſt.
Qui ſatiat carnes; animalia nutrit, ineſcat
Nullius corvos utilitatis aves.
Non equitum turmas adamat, peditumve cohortes
Hos vero, qui ſe corde verentur, amat,
Quique ſuam expectant bonitatem deſuper, illos
Diligit & ſummo ſemper amore fovet.

Matutina.

Per ſobolem tibi Jova tuam cognomine CHRISTUM
Pectore ſum gratus, gratus & ore ſimul,
Quod me præteritæ ſervaſti tempore noctis
Exemptum damnis omnibus atque malis.
Da mihi præſenti ſine crimine ducere vitam
Luce ſit acceptum & quod facio omne tibi.
Me tibi namque tuas, animam cum corpore, in ulnas
Mando, commendo & cætera, quæ teneo.

Veſpertina.

Per ſobolem tibi, Jova, tuam cognomine CHRISTUM
Pectore ſum gratus, gratus & ore ſimul,
Quod me præteritæ ſervaſti tempore lucis
Exemtum damnis omnibus atque malis.
Condonare velis, rogito, mihi quicquid iniqvum
Commiſi verbis facto, animoque ſimul,
Me tibi namque tuas animam cum corpore in ulnas
Mando, commendo & ſingula, quæ teneo,
Aliger, oro, tuus ſit mecum ubicunque miniſter,
Ne mala me ſtygiæ beſtia lædat aquæ!

Salomo Kuſelius in Horis Succiſivis p. 138. ſeq.

DEI ditat.

E teſoriero il Cielo al huomo ſplendido, der Himmel iſt des Menſchen vortrefflicher Schatzmeiſter/ pfleate der Cardinal Mazarin zu ſagen/ ap. *Ch. G. Beſſel*, Schmiede des polit. Glücks/ *Cap. XLIIX. p. 181. 182.*

Lapis Philoſophorum.

Der Segen des HErrn iſt der rechte Lapis Philoſophorum, oder die ſchöne Gold-Tinctur, die da reich machet; denn was der Segen des HErrn anrühret/ wird beſſer zu Golde/ als was Midæ Hände angreiffen/ *D. Miſand.* Prieſter-Feind- und Freunde/ *p. 164.*

Epiſcoporum occurrentibus data.

Solebant olim Chriſtiani occurrentibus Epiſcopis caput ſubmittere, ut ab eis benedictionem acciperent. *Matthæus Larroquanus Advers. Sacr. Lib. II. C. V. p. 239. ſeq.* Benedictæ & ab Epiſcopis peræ peregrinantium. Vid. *Car. du Fresne Gl. p. 525.*

Non

Non recitata á Sacerdotibus nisi præsentibus minimum 10. personis,

Quo in numero tamen Sacerdotes ipsimet comprehenduntur. Hinc tam crebra ap. Rabbinos fit mentio de decem בַּטְלָנִין seu otiosis, qui à Synagoga Judaicâ stipendium accipiunt, ut in precibus & aliis conventibus sacris in Synagogâ semper frequentes adsint, & ab initio ad finem cum Sacerdote, aut Sacrorum præfecto perdurent, ne Synagoga unquam in Sacris sit vacua, aut Sacerdos solus, consulatur *Buxtorff. Lex. Talmud. p. 292.* Interim ipsi tamen Hebræi fatentur quoque שכינה h. e. Divinitatem etiam paucioribus, etiam tribus, etiam duobus in nomine Domini congregatis, etiam uni adesse. Quod Christus ipse ait: οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν Matth. XIIX, 20. Quibus verbis haud dubiè ad antiquissimum etiam Magistris notum allusit dictum: אבל שנים שיושבין ויש ביניהם דברי תורה שכינה שרויה ביניהם i. e verum duo, qui una sedent, & colloquia de lege habent, quiescit super eos Divinitas. *M. Joh. Henr. Hönner / Exercit. Acad. de Ritu Benedictionis Sacerdotalis ex Num. VI. Cap. II. §. 71.*

Num. VI, 24. quomodo olim facta?

Benedictionem hanc (quam נשיאות כפים *extensiones manuum* nuncupant. *Selden. de Success. in Pontif. at. Ebraor. Lib II. Cap. VI. p. 226.*) Sacerdotes (ad denotandum Trinitatis mysterium) tribus digitis in utrâque palmâ erectis, reliquis autem duobus depressis, pronunciabant, observante Capnione, seu Reuchlino (qui *Phœnix trilingvis*, ob trium lingvarum cardinalium solidam cognitionem, suo seculo dictus fuit. *L. Georg Weissius Ex. Theoret. Pract. de Baruchi Querela & Medela ex Jerem. 45. Part. II. §. 17.*) *Lib. III. Cabal. p. 579. ap. Meisner. Synt. Himmel. Disp. 4. §. 18. p. 41. Jos. de Voisin. Observat. in Raym. Mart. Pug. Fid. P. 3. Cap. IV. p. 499. D. Calov. Bibl. Illustr. ad h. l. p. 516. b.* Et benedicens Sacerdos nullatenus benedictione, quam aliis dat, privatur, sed eâdem afficitur, quia scriptum Gen. XII, 3. benedicam iis, qui benedicent tibi. In quem locum Paraphrasis Uzielidis: Et benedicam Sacerdotibus, qui expandunt manus inter orandum filiisq; tuis benedicunt. *Wagenseil. Sota Cap. VII p. 807. 808. L. Thilo Medull. Th. p. 254. D. Deutschman. Catholicum Divinæ Benedictionis Promtuarium ex Num. VI, 22. §. 20. 24.* Quando Sacerdos benedicit, tum, dicunt sapientes Judæi, Majestatem & præsentiam divinam super Sacerdotis manibus quescere: ideò, ne quis è plebe manus illius aspiciat, graviter sunt interminati, eum enim, qui hoc ausus sit, protinus excæcari. *Buxorff. Synag. Jud. Cap. XIX. p. 424.* Dicitur enim: Ecce ipse stat post parietem nostrum, prospiciens per fenestras, & proferens aspectum per cancellos i. e. Deus stat post Sacerdotem, & prospicit

ſpicit per feneſtras & cancellos, h. e. per expanſos & divaricatos Sacerdotis digitos. *Id. Cap. XXVI. p. 534.*

Sacerdotalis anne ad conjugium neceſſario requiritur?

§ 1.

Reſp. Quidni? Quanquam enim benedictio Eccleſiæ non pertinet ad eſſentiam conjugii, tamen eſt neceſſaria propter exemplum DEI, & Eccleſiæ conſtitutionem illi conformem. Nam DEus ipſe in Paradiſo copulavit primos Conjuges, eisq; benedixit Gen. I, 28. Quod exemplum ſecuti ſunt Patriarchæ, & cæteri pii Judæi in V. T. & multæ exſtant formulæ matrimonialis benedictionis, ut Gen. XXIV, 60. Ruth. V, 11. Tob. IX, 10. 11. In N. T. ipſe DEI filius nuptiis interfuit, easque ſingulari benedictione & miraculo ornavit. Unde & illud Hormisdæ Papæ *Cauſſ. 30. q. 1. Can. 3.* Nullus fidelis, cujuscunq; conditionis ſit, occultas nuptias faciat, ſed benedictione acceptâ à Sacerdote, publicè nubat in Domino. Canon autem primus Evariſti Papæ, qui vixiſſe ſcribitur circa A. C. 96. ſic habet: Aliter legitimum non ſit conjugium, niſi cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à paranymphis, ut conſvetudo docet, cuſtodita & ſociata à proximis congruo tempore petita legibus detur, ac ſolenniter accipiatur; & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant. Ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia: aliter verò præſumta non conjugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia eſſe non dubitate. In *Can. Sponſa ult. diſt. XXIII.* dicitur: Sponſus & Sponſa primâ nocte in virginitate manere debent, *pro Reverentia datæ benedictionis*; Quanquam hoc de conſilio, non autem de præcepto eſſe velit Joh. Neviz. ap. *Henric. Kornman. de Virginum Statu ac Jure Cap. LXV. p. 191. conf. Larroquan. A. S. Lib. II. cap. XI. p. 272. Polyd. Vergil. de R. I. Lib. V. Cap. V. p. 424.* Sicuti apud Abbatis villam in Diœceſi ea olim conſvetudo erat, ut neogamis non licuerit coire tribus prioribus noctibus poſt nuptias, quam conſvetudinem ſuſtulit Parlamentum Pariſienſe An. 1501. 11. Martii. *D. Zimmerm. Flor. P. H. P. I. p. 241. 242.* Nec ego juraverim hunc, de abſtinentiâ primæ, ſecundæ ac tertiæ noctis, morem & omnibus & ſingulis in Veteri Eccleſiâ fuiſſe obſervatum, inquit *D. Joach. Hildebrand. lib. de Nuptiis Vet. Chriſt.*

§. 2.

Laudatur igitur meritò vox Syneſii Cyrenenſis Epiſcopi, *Mihi*, inquit, & *DEus ipſe, & leges, ipſaq; ſacra Theophili manus uxorem deait.* Et Carolus M. *lib. Fmnc. leg. I. cap. CLXIII.* hujus benedictionis ſanctitatem hiſce oſtendit verbis: Illa benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud fideles cujusdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ullâ transgreſſione violetur ap. *P. Hachenberg. de German. Med.*

Med. Diff. V. §. 9. p. 169. Imò & ipſi ſaniores Gentiles ſponſas ſuas ab aris accipere conſueverunt. Quâ de re ap. Platon. inſignis locus exſtat, *Lib. V. de Republ. p. 656. ſeq. & Plutarch. Lib. Conjug. præcept. T. II. p. 138.* ubi docent, inaugurationem fieri debere per Sacerdotes, adhibitis precibus & ſacrificiis. *D. Mentzerus Quæſt. Theol.* Num Sponſis ante ſolennem in Eccleſiâ copulationem & benedictionem concumbentibus, publica pœnitentia juſtè imponatur? *§. 80. 81. 83. 84.* quod ibidem affirmatur. Peccant enim hi 1) *in legem naturæ*, quia omnes populi, Hebræi, Græci, Latini adhibuerunt in ſolenni iſtâ copulatione miniſtrum ſacrum. 2) *In primævam conjugii inſtitutionem*, ubi DEus Evam cum Adamo copulat Gen. II, 22. 3) *In legem Eccleſiæ*, ejusmodi concubitum prohibentis. 4) *In ipſam legem divinam*, ex quâ benedictionis Sacerdotalis genus deſcendit, ſicut ſpecies ex lege Eccleſiaſtica. *Prückner. Cent. Illuſt. Quæſt. IIX. Q. LXXIIX. LXXXII. p. 390. 392. Brochmand. T. II. Art. XLIII. C. IV. Q. LII. p. 579. Cenſur. Theol. Lipſ.* ap. *Dedeken. Vol. I. P. V. S. II. N. I. p. 1056. C. Aslacus Phyſ. Moſaic. in Gen. II, 22. Probl. VI. p. 409. 410.*

§. 3.

Apud Judæos, cum quis ſe commiſcuerat modo illicito, ſecundo concubitu ante peractas rite nuptias ipſi fuit interdictum. *Goodwin. l. c. Lib. VI. Cap. IV. p. 489. Conf. & Zepperus Etb. Moſ. Lib. IV. Cap. XX. p. 516. 517. & Cap. XXI. p. 551. ſeq.* Licet ergo benedictio Eccleſiaſtica (ברכת נישאין *Benedictio nuptiarum* Judæis dicta. *D. J. B. Carpzov. Vol. Diſp. X. de Chuppâ Ebræorum §. 19. p. 422.*) non ſit de neceſſitate conjugii *ſimpliciter*, eſt tamen de neceſſitate conjugii *Chriſtiani, ſancti, benedicti, notorii. Danh. Th. Conſ. T. I. P. II. D. III. S. II. Q. XXV. p. 817. 818.* Licet non ſit de eſſentia matrimonii & pars conſtitutiva, tamen facit ad oſtendendam pietatem, quâ omnia auſpicari debemus: Item ad honeſtatem, ut diſcernantur ejusmodi nuptiæ à clandeſtinis, à concubinatu &c. *L. A. Rechenberg. de Diſciplinâ Eccleſ. Diſp. I. Cap. III. §. 46. D. Heinr.* Müllers Ungerathene Ehe *p. 361. ſeq. Franciſ. de Roye Jur. Can. Inſtit. Lib. II. Tit. IX. p. 178. 179. Hoornbeck Summ. Controv. Lib. X. p. 791. D. Chriſt. Weber. Levit. Fugit. C. XLVI. p. 106. ſeq. D. Chriſt. Kortholt Exercit. Acad. de Neceſſitate Conſecrat. Nuptialiu. Selden. Uxor. Ebraic. Lib. II. Cap. XXIIX. p. 207. ſeq. & C. XXIX. p. 217. ſq.*

§. 4.

Dicitur plerumque illa benedictio ἡ τέλεια ἱερολογία & ἱερογαμία. *Joſ. Arnd. L. A. E. p. 655. D. Hildebr. l. c. D. Sam. Schelgvig. Exercit. Hiſt. Eccleſ. de Antiquit. Conſecrat. Nupt. per tot. C. du Frêne P. I. p. 525.* Nec hodie inter Chriſtianos Respublica ſupereſt, ubi hæc benedictio non ſit recepta, & legibus Eccleſiaſticis injuncta, niſi forte Belgium exceperis, ubi coram Secretario & teſtibus nuptiæ contrahuntur, quas validas dicit *Gerhard. de Conjug. th. 468.* Heinrici

IV. Regis Galliæ Sororem, & Henricum Ducem Lotharingiæ non Sacerdos, sed ipse Rex copulavit. *M. Zeiler. Miscell. in v.* Ehestand. *p. 57. 58.* Sic & Independentes in Angliâ privatis concedunt, ut Sacramenta administrent, nec non magistratui, ut Conjuges copulet. *M. Paul. Stockman. in Elucidario Hæresium p. 289.* Tamrata est autem hujusmodi copulatio, inquit *Danh. Th. Conscient. l. c. Q. XXXI. p. 1042.* quam ethnica, non tamen recta. Cæterum benedictio Sacerdotalis forte propter mortem alterius non impedit, quo minus partes ex desponsatorum concubitu natus succedat, ut legitimus. *Carpzov. P. III. Constit. XIV. Def. XII.* Moribus quoq; ad sinistram manum interdum fit copulatio, quod Matrimonium ad Morganaticam dicunt, & illustribus personis favore conservandæ familiæ permittitur. *D. Brunnem. Jur. Eccles. Lib. II. Cap. XVI. §. 6. p. 562. & D. Stryk. in h. l. p. 588. Hugo Grot. de J. B. & P. L. II. C. VII. §. 8. p. 179.* Priore nimirum Conjuge defunctâ, si enim eâdem vivente alia superinduceretur, hujus matrimonii species nihil à Polygamiâ differret, de quo *Dn. Georg. Christ. à Perband Diss. Inaug. de differentiis Juris Feudalis Communis & Prutenici Provincialis th. IV. lit. K.* Dissentientes opiniones de Successione eorum, qui ex conjunctione, cui benedictio Sacerdotalis non accessit, nati, vid. ap. *D. Joh. Simonchium ad Univers. Jus Justin. privat. Diss. XI. §. 21. p. 187. 188. Conf. D. Brunnem. Decis. Cent. IV. D. XLVII. p. 266.* Quomodò *D. Joh. Phil. Odelem, J. U. L. nunc D.* statuat ritum hunc benedictionis Sacerdotalis nec à DEO in Paradiso institutum, nec à Christo & Apostolis confirmatum, nec à totâ Ecclesiâ omni ævo approbatum, sed demum Seculo IX. à Leone Imp. lege publicâ introductum esse, vid. *in Diss. Acad. de Reliquiis Sacramenti in Matrimonialibus Cap. III. §. 6. p. 80. seq.*

Ante BENEDICTIONEM
Non egrediendum è Templo.

In Concilio IV. Carthaginensi, quod observante Baronio revera quintum est, Cap. XXV. sancitur: Qui, Sacerdote verbum faciente in Ecclesiâ, de auditorio fuerit egressus, excommunicetur. Et in Agathensi Synodo Cap. XXXI. statuitur, ne populus ante benedictionem Sacerdotis è templo egrediatur. *D. Hildebrand. de Veterum Concionibus c. ult. §. 35.*

BENEDICTIONEM
Si non vis, habeas maledictionem.

A. 1559. Comitia sunt acta Augustæ à R. Ferdinando, in quibus est sancita Pax Religionis, exequiæq; factæ Carolo V. & utriq; Mariæ Ungaricæ & Anglicæ. Ad quas exequias non sunt ingressi Protestantium Legati, præter Legatum Electoris Palatini, qui tamen oblatam à Cardinale August. qui Missam celebraverat,

cat, sacram patinam noluit osculari: & ideò ille iratus exclamavit: Si non vis benedictionem habeas tibi maledictionem in æternum. *Wolff. L. M. T. II. Cent. XVI. p. 896. b.* Als Johannes Luxelburgicus, König in Böhmen/ An. 1316. wider Fridericum von Oesterreich zu Felde gieng/ setzte er unterdessen den Ertz-Bischoff von Mäyntz/ Petrum, zum Stadthalter in Böhmen; Derselbe grüssete zwar die Böhmen bey seiner Ankunfft/ mit dieser Formul: **Den Frieden gebe ich euch/ meinen Frieden lasse ich euch**: Als er aber wieder hinaus zog/ so waren dieses seine Worte: Unser HErr GOtt segne dieses fruchtbare Getreyde- Gold- Silber- und Metall-reiche Land; dem bösen/ unnützen und ungezogenen Volcke aber/ wolle unser GOtt/ **an statt des Segens/ den Fluch geben!** *Cl. Hübner. Hist. Pol. Tom. IV. Lib. I. p. 103.*

BENEDICTIONES
Papæ efficacissimæ.

Blasphema est assertio Corn. à Lap. *Comment. in Synteida Cap. L.* Benedictiones Papæ Romani multò efficaciores esse Sacerdotum, Patriarcharum, Prophetarum in V. T. quamvis illæ magnam haberent virtutem, quippè quæ factæ ex promissione DEI; Rationem hanc addit: Quia fiunt nomine & meritis Christi, à quo omnis gratia in homines dimanat. *Voët. D. S. P. III. p. 1088. D. Buchius, de Ceremon. Eccles. Cap. IV. p. 89.*

Ab imperatoribus pensi habitæ.

Solitus quidem fuit Papa Romanus Regibus Catholicis Inauguratione factâ & suam confirmationem & benedictionem conferre; Quæ autem tantæ virtutis & efficaciæ non æstimata, ut semper ab omnibus pari desiderio expetita fuerit. Nam Maximilianus II. Rom. Rex, utut Electionis suæ Confirmationem à Pontifice peteret, id tamen jurato præstare recusavit, *ratione habitâ Principum & cæterorum Germaniæ Protestantium, ne ipsos ultrò offenderet.* Cujus eventus fuit, post habitam per integrum annum & amplius deliberationem, ut Collegium Cardinalium tandem statueret: Quamvis nec confirmatio petatur, nec promittatur obedientia, tamen in responsione dicendum, sanctitatem ejus Electionem Regis confirmare, omnes defectus, qui in illo de facto & de Jure intervenerunt, supplendo, & obedientiam Regis accipere, nulla interim, utrum postulata fuerit, an non postulata, promissa, an secus, mentione adjecta. *Petrus Suavis Hist. Concil. Trid. ap. D. Beeman. N. D. I. Diss. 4. Cap. I. §. 5.* Quamquam & jam olim Coronationem & Benedictionem Pontificiam sprevetit, & insuper habuerit Ludovicus Bavarus, aliiq; Imp. vid. *M. Jacob Reichius Diss. Polit. de coronatione Regiâ* §. 5. Die zu Bononien den 5 Novemb. 1529. eben an dem Tage/ da Carolus V. vom Pabst an diesem Orte gesalbet/ eingefallene Brücke/ hat diesen abergläubischen Se-

gen wollen ein Ende machen / und andeuten / daß dieses der letzte Käyser seyn würde / welcher die Kron von päbstlicher Hand als ein sonderliches Gnaden-Geschenck empfangen sollte. *Nob. de* Ziegler / im Tägl. Schau-Platz der Zeit *24. Febr. n. 6. p. 180. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 707.* De Henrico Aucupe refertur Albertus Cranzius Lib. III. Saxon. Cap. IV. quod Italici Scriptores eum ideò non dignentur Imperatoris nomine, quod benedictionem Papalem non haberet. Adde Lib. IX. Cap. XV. Sed si quis ideò Imperator non est, quia à Papâ confirmatus, aut consecratus non est ; quis consecravit Augustum, & omnes ab eo Augustos usq; ad Carolum M. nisi ille, per quem Reges regnant, & potentes justa decernunt? Prov. VIII, 16. *Autor Tubæ Pacis occentæ Scioppiano Belli Sacri Classico p. 207. 208.*

Magni Lammæ apud Orientales Reges.

In Regnis Orientalibus Tartariæ talem benedictionem Reges novi expetere amant à Deastro-Homine, Barantolæ residente, quam *Magnum Lammam, Sacerdotem Sacerdotum, Patrem Æternum* vocitant; Diceres Ethnicum quendam Pontificem Maximum ; Nec uspiam Rex inauguratur, quin missis Legatis cum inæstimabilibus muneribus ab eo Benedictionem pro felici Regni auspicio ante postulet. Et ipse Chinensium Monarcha Tartarus, mox post acceptum Imperium Chinense, more à Prædecessoribus recepto à Tartariæ Magistratu ad Homagium Magno Lammæ, ceu supremo Tartaricæ Religionis Antistiti præstandum sollicitatus fuit. Sed rationibus P. Joh. Adami Schall Germani è Soc. Jesu, Primiq; Ministri Regis ille permotus, tantum abest, ut extra urbem murosq; eidem procedere dignatus fuerit, ut ne quidem, nisi in Palatii Pequinensis horto eidem ad se aditum fecerit, tandemq; more solito variis onustum muneribus, neglectis verò omnibus ei dari solitis ceremoniis ad suum Regnum dimiserit, & qui suo adventu suâq; benedictione Imperium Sinarum putabatur repleturus, contrarium prorsus secum adduxit, adeò, ut post discessum ejus famem, pestem & bellum omne maledictionis genus ridiculus ille Archi-Sacrificulus ab omnibus passim maledictus post se reliquisse visus sit. *Kircher. Chin. P. II. Cap. I. ap. Becm. l. c.*

Caraffæ Cardinalis.

Hic cum Lutetiam solita pompa, tanquam Pontificis Legatus, ingrederetur, & signum crucis, ut sit, ederet, rotatâ in aëre manu dæmones aversurus in fugam, verborum, quæ proferri mos est, loco (ut erat securo de Numine animo, & somnius religionis derisor) occurrente passim populo, & in genua ad ipsius conspectum procumbente, sæpius secretâ murmuratione hæc verba ingeminabat: QUANDOQUIDEM POPULUS ISTE VULT DECIPI, DECIPIATUR. *Thuanus Histor. Lib. XV. A. C. 1556. ap. Berneggerum in Tubâ Pacis occentâ &c. l. c. p. 271. 272.*

Paren-

Parentum, Pauperum, morientium.

Quatuor quidem hominum ordines sunt, qui efficaciter benedicunt; 1) Sacerdotes, ut quibus hoc demandatum, Num. VI. 2) Parentes, ut enim maledictio Patris & Matris domum evertit, sic benedictio eorundem ædificet, Syr. III, 10. 3) Pauperes; sicut Naëmi in egestate benedicebat viro egregio & beneficio Boas, Ruth II, 20. & tandem 4) singularem esse emphasin ac valorem ejus benedictionis, quæ in extremo vitæ actu à morientibus concipitur, certum est, unde Job de se ipso inquit: Benedictio morituri veniat super me, Cap. XXIX, 12. *D. Bakius Exp. Ev. P. I. p. 182. 183. D. Beeman. Doctr. Mor. Cap. XIV. §. 9. p. 344.* Est enim tunc in animis eorum quiddam præsentiens atq; divinans. *Petr. Cunæus, de Rep. Hebr. l. III. c. IV. p. 400.*

Veræ voces tum demum pectore ab imo
Ejiciuntur, *Lucret. de morti proping. Lib. III.* Et Homerus quibusdam in locis facit eos, qui moriuntur, futura prænoscere, ap. *Xenophont. Apologiâ pro Socrate p. 301.* Uti sol ad occasum tendens, amœnior est, sic homo morti vicinus, plerumq; sapientior. *Drexel. Prodr. Æternit. Cap. III. §. 26. p. 110.* Judæi preces suas ברכות *benedictiones* vocant *B. D. J. B. Carpzov. Vol. Diss. XXIX. §. 55. p. 1443.*

Super Neogamos.

Sacerdos Græciæ, seu Orientalis Ecclesiæ ad novos Conjuges ita: *σύζυξον αὐτοὺς ἐν ὁμοφροσύνῃ· στεφάνωσον αὐτοὺς εἰς σάρκα μίαν, χαρίσαι αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας εὐπαιδίας δόπλασιν·* Conjunge eos in unanimitate; Corona eos in carnem unam: Da eis fructum ventris, & ut prole fruantur fœcundi. *Selden. Uxor. Ebraica Lib. 2. Cap. XXIV. p. 172.* ut videant filios ac filias usq; ad tertiam & quartam generationem, qui collaudent nomen viventis, & regnantis in secula seculorum! Benedicantur Coronæ istæ virtute, adventu & operatione Sp. S. Sacerdotes Græci olim precabantur. *Joach. Joh. Maderus de Coronis Nuptiarum præsertim sacris & profanis p. 49.* Quod de Autore jungitur, te auxiliante servetur, optabant in Occidente Christiani ap. *Selden. l. c. Cap. XXVI. p. 185.* Benedictionis formulam Labanis & Bethuelis erga Rebeccam, Gen. XXIV, 60. Sis in millia myriadum &c. in communi tum usu fuisse probabile videtur Calvino ad h. l. ap. *D. Sam. Schelgvig. l. c. §. 5. p. 2.* Et illa faustæ apprecationis formula Ruth. IV, 11. etiamnum hodiè Judæis in nuptiis usitata. *Grotius ad h. l. in O. A. p. 2154.* Omnium, qui juxta Apostolum, in Domino nubunt, gratia, sanctissimo Numini supplicabo, & cum Ecclesia Græca, attamen Latinâ lingvâ orabo: Corona illos tua gratia, conjunge illos in temperantia & honestate, benedic illis in senectute bona, & inconcussa fide longitudinem dierum illis concede; commoda cuncta

illis largire, timorem & cogitationem tui, fructum ventris illis tribue, in filiorum filiarumque visione illos exhilara: da illis, in te gloriantibus Apostolicam vocem iterare: *Honorabile Conjugium, & thorus immaculatus.* Ipse Domine, DEus noster exaudi nos, qui in Cana Galilææ advenisti, & nuptiis ibi celebratis, patratis tuâ præsentiâ miraculis, & aqua in vinum mutata, benedixisti; Quia benedictum est nomen tuum, & glorificatum est regnum tuum Patris & Filii & Sp. S, nunc & semper, & in secula seculorum, AMEN.

Pueros & puellas.

Gen. XLIIX, 20. In te benedicet Israël i. e. dum populus Israël volet populis suis bona imprecari, dicet: Multiplicaberis, ut multiplicatus est Ephraim & Manasse. Hinc posteà mos inolevit in Israël; ut si qui viri pietate conspicui essent, illis pueri adducerentur, ut benedicerent eis, ac benè precarentur. Hâc eâdem de causâ & Christo adducti fuerunt pueri. Et durat adhuc hodiè mos iste apud Judæos. Qui verò eis manus imponit, & benedicit, sic inquit, si filius est ישימך אלהים כאפרים וכמנשה / Ponat te DEUS sicut Ephraim, & sicut Manasseh: quod si filia est, dicit: ישימך אלהים כשרה ולרבקה / Ponat te DEUS sicut Saram, & sicut Rebeccam. *Fagius ad Gen. XLIIX, 20. in Op. Anglic. p. 394.*

In BENEDICTIONE

Israëliticâ cur liberarum, & in maledictione ministrarum liberi adhibiti? Deut. XXVII, 12. 13.

Potiores tribus natæ ex justis matribus familiis, excepto Rubene ob culpam, & Zabulone, ut postremo ex Leâ: qui ad implendum numerum adjecti posteris ministrarum. *Grotius in h. l.* Fagius ita: Liberarum filii ad benedicendum adhibentur, quod benedictio externa ac temporaria illius cœlestis ac interioris velut effectus habeatur. Hæc autem non contingit sine Spiritu Domini. Deindè servarum filii ad maledictionem adjunguntur, quod argumentum servitutis & absentiæ Spiritus sit juxta legem, Levit. XXVI, ferre maledictionem & res adversas. Jam quia ex servis quatuor tantum nati sunt, Ruben primogenitus, & Zebulon postremus natu ex filiis Leæ adjiciuntur. Illum enim peccatum in Patrem admissum quasi in servitutem redegit, Gen. XLIX. Hic autem quia ultimus, dignitate etiam minimus censetur. *D. Calov. in h. l. p. 610. b.*

BENEDICERE

Pro

Maledicere,

§. 1.

Benedic DEO & morere, inquit uxor Jobi ad eundem, Job. II, 9. Hic quæritur:

situr: Quomodo capiendum in hisce verbis vocabulum בָּרַךְ BENEDIC? 1) Joach. Periorius *in vita Jobi* exponit per *precari*, hoc sensu: Precare DEum, ut moriaris, & ita defungaris miseriis. Sed sic tam acerbè *ἐνάλλαξιν* notanda à Jobo minimè erat. 2) Junius vertit: *Benedicendo & moriendo* q. d. cum tuis benedictionibus tandem efficies, ut moriaris. Sed procul dubio talis est vocis בָּרַךְ acceptio hic, qualis applicari potest ad Cap. I, n. & Cap. II, 5. 3) Cajetanus & Eugubinus accipiunt itidem pro *benedicere*, verum per Ironiam q. d. Perge modò benedicere, sic tandem morieris; Vides quid tuis benedictionibus effecias! *Castalio*: Age sanè DEO gratias, & morere i. e. nonne deliras, qui DEO gratias agas, cum is te mori sinat? eodem ferè sensu, quo Junius, nisi quod hic *Infinitivum*, illi *Imperativum* malunt.

§. 2.

4) Beza *h. l.* Sixt. Amama *Antib. Bibl. p. 117. seq. Vinar. Glass. Philol. Sacr. p. 1100.* aliiq; volunt sensum hunc esse: Adhuc persistis in perfectione tuâ i. e. manes in istâ opinione, quasi perfectus omnibus numeris, nihilq; mali promeritus esses, *benedic* DEO i. e. ipsi gloriam tandem tribue, agnosce te peccatorem, & compone ad mortem beatam, quoniam vides hanc vitam nil nisi miseriam esse. Ethâc ratione uxorem Jobi non culpandam censet Amama à Concionatoribus, idcircò acerbiori censura notatus à Walthero. Sed quid peccant eam culpando, quam Jobus vocavit stultam, & non peccavit? 5) R. Moses ben Nachman relatus apud *Mercerum h. l. p. 8.* exponit: *Benedic DEO, licet moriaris.* 6) Alii malunt בָּרַךְ exponere notione *valedicendi* q. d. valere cum jube, nuncium illi remitte. Ita *Mart. de Roa Singul. Lib. I. Cap. LX. p. 61.* quæ ipsa tamen VALEDICTIO *maledictioni* potius quam *benedictioni* æquipollet.

§. 3.

Sed vox בָּרַךְ *In verbis uxoris Jobi κατ' ἀντίφρασιν exponenda est: MALEDIC.* Probatur. 1) *Ex circumstantiis.* Recensentur adhuc variæ calamitates, quibus DEO permittente Job vexabatur à Satanâ, quibus tandem & sarcasticæ illusiones atq; convitia amicorum & propriæ uxoris accedebant. 2.) Sp. S. ipsi dat testimonium, quod adhuc dum non peccarit labiis suis. Ergò uxor nullam habebat causam vel occasionem ipsi improperandi opinionem de imaginativâ perfectione, seu integritate. 3) *Ex simili voris* בָּרַךְ *usu*, 1. Reg. XXI, 10. 13. imò in hâc ipsa historia v. abhinc 2. sc. & Cap. I, 5. Conf. *Seldenus de J. N. & G. Lib. II. Cap. II. p. 251.* Nec insolens alias idem vocabulum (præsertim in diversâ conjugatione) contrarias sustinere significationes, quâ de re conf. *Drusius Observat. Lib. XVI. Cap. VII. Hotting. Smegm. p. 72. 73. Noldius ad Concord. p. 783.* Sic Arabibus *bagiada* significat *dormitavit*, & contra *vigilavit*, *nasiaton* nubes calida, & contra, frigida &c.

§. 4.

§. 4.

4) *Ex ὑπερβολῇ Jobi.* Vocat eam stolidam, quod non videtur tam modestæ sententiæ, ut ait *Coccejus h. l. p. 38.* & addit: Nec emolliri increpatio potest. Imò una è stolidis mulierculis non est, quæ nihil stulti loquitur. Quiq; dicit, mala esse accipienda ei, qui acceperit bona, is ei non contradicit, qui censet, malá provenire à peccatis. 5) Optima est connexio juxta *Osiandrum h. m.* O quam vanus homo es, qui huc usque tam fideliter DEum coluisti, sed nunc tandem te ludibrio habet. Tu tamen nihilominus in præposterâ tuâ pietate perseveras. Quin potius DEO maledic (vel valedic, resque suas habere jube), qui te insontem & nihil tale promeritum tam graviter affligit. Deindè manus tibi infer, & invisam hanc lucem abrumpe, (i. e. suspende te, vel ipsi certè causam præbe te occidendi) id præstat, quam ut tamdiu hîc sedeas omnibus ludibrio. Execrare DEum, & transi ad plures. Credidit forsan maritum vitâ privandum, si DEO malediceret. *Drexelius in Orbis Phaetonte seu universis vitiis lingua Cap. VII. §. 3. p. 917.* Nefandum certè consilium, ut verè dixerit Apollinaris, *mulierem hanc affinitate Diabolum attingere,* unde & vocatur *telum fortissimum & machina adamantino muro adhibita* à Chrysost. *scala Diaboli, per quam in hanc velut turrim voluit subrepere,* à Gregor. M.

§. 5.

Excipis: *Non verisimile esse in ædibus Jobi tam impiam uxorem fuisse.* Resp. Potest & homo pius habere malam uxorem, & notum, genus muliebre facilius hujusmodi tentationibus succumbere. Neque filios Jobi ad normam Catonis, vel potius Mosis vixisse certum est, nullo tamen præjudicio patris. *B. D. Pfeiff. D. V. Cap. III. Lib. XXXII. 491. seq.* Utebantur veteres hâc phrasi, quod tam invisæ illis essent blasphemiæ, ut eas suo vocabulo nominare abhorrerent, ideoque per contrarium verbum sæpe exprimerent. Petr. Ravanellus Biblioth. Sacr. P. I. p. 318. ubi hæc mulier excusata. Conf. *Theod. Hackspan. in h. l. Eduardus Pocockius in Not. Miscell. Cap. II. p. 19. & Apparat. Nom. Propr. Bibl. Tom. II. in Tit. Jobi Uxor. p. 824. seq.*

BIBACITATIS

Vitium multis legibus coërcitum, sed irrito eventu.

§. 1.

Anno. 1500. 1512. 1548. immoderata bibendi consvetudo ad haustus æquales sub magnâ pœnâ est prohibita in Comitiis Augustanis. Sed istæ prohibitiones non plus vigoris obtinuerunt, quam nix in lectis adversus rectos solis radios. In ipsis cunabilis, cum vix natæ fuissent, ipsis durantibus Comitiis, factis contrariis plerumq; oppressæ sunt. *Klock. in Tract. de Ærar. Lib. II. Cap. CII.* imo ludibrio

dibrio habitæ, dum auditæ fuerunt illæ Nobilium voces; Es gilt dir/ auf des Reichs-Abschieds Gesundheit! Cumq; Ratisbonæ in Comitiis multi Germani compotationibus extingverentur, Carolus V. Imp. de tollendo hoc abusu ab Hispanis interpellatus, respondit: Tam mihi erit difficile claudere Germanis ora, ne se inebrient, quam constringere Hispanis manus, ne furentur. *D. J. A. Weber. Art. Disc. Font. LII. Exempl. I. p. 460. Zincgref Apophr. P. I. p. 85.*

§. 2.

Tiberius Cæsar, quum de coërcendo luxu legem ferre vellet, nec coërceri immodicos sumtus videret posse: Satius duxit omittere, quod assequi nequiret, quam tentare turpiter, quod postea non efficeret. *Alex. ab. Alex. Lib. III. C. XI. ap. Zwinger. Vol. VII. Lib. II. p. 1674.* Sigismundus, Baro de Dietrichstein, Anno 1517. inter plurimos Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ Nobiles inivit societatem, seu *Fraternitatem S. Christophori*, directam potissimum ad extirpandum vitium Ebrietatis, & compotationis, sed irrito eventu. *Acta Erudit. Lipsi. A. 1690. m. Mart. p. 111.*

Incusantur Germani.

Satis audacter, ut alios prætermittamus, *Owenus Epigr. Lib. I.* ludit:

Mersum in nescio quo verum latitare profundo
Democritus, nemo quod reperiret, ait.
Si latet in vino verum, ut proverbia dicunt,
Invenit verum Teuto vel inveniet.

Henricus IV. Rex Gall. festivè & promptè, cum extructum à quodam Germano Sacellum perlustraret, & dictum animadverteret ex Ps. CXVI, 7. Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ tribuit mihi? Objiciebat: addere debuisset Germanus sequentia ex Psalmo: Calicem accipiam! *Lans. contr. German. p. 923. 918. seq. Weidner. in Apophr. p. 137. M. Joh. Val. Merbitzius Diss. Phys. I. de Nymphis additam. I.*

§. 2.

Quicquid verò hujus obtrectationis sit, injurioси sunt, & minus modesti, objicientes id, quod apud nos est pravarum consvetudinum. Vivimus & bibimus modestius; & si reperitur hic, vel alter asotus, non debet is affricare toti nationi infamiæ scabiem; multo minus proprium dicere Germanorum, quod honesti tantum accidens sciunt. Et posito, hoc vitium plurimum nobis posse objici: Compensamus tamen illud multis aliis egregiis virtutibus, in comparatione aliarum nationum, ubi multo graviora vitia vigent. Quod ipsum non latuit Poëtam illum Germanum, Italo, impatientiam sitis exprobranti, acutissimè respondentem:

Ut nos dulce merum, sic vos Venus improba vexat,
Lata est lex Veneri Julia, nulla mero.

M. Joh. Henr. Lõderus de Germanorum Veterum Gloriâ Cap. II. §. 5.

§. 3.

Plinius hoc nomine exagitat Romanos, & tacet Germanos. vid. *Iterus, L. III. Cap. III. Ethic. p. 137.* M. Cato ap. *Sueton. Lib. I. Cæs. p. 82.* dicit: Unum ex omnibus Cæsarem ad evertendam Remp. accessisse sobrium. Et aliæ gentes tantâ sæpè laborant siti, ut ita se mero repleant, quò labantur, aut caligent, ut vix in latibula sua se recipere queant, inquit *D. D. Clasenius Comment. in Conviv. Plutarchi p. 131.* De plurimarum gentium bibacitate agit *Cæl. Rhodig. L. A. L. XXIIX. Cap. VI. p. m. 501. seq. Nat. Chytraus, Not. in Galateum p. 199.*

Non solum nostros Germanos, Bacche, fatigas,
Hispanos, Gallos, Italicosq; tenes.

Ægidius Albertinus de Conviviis & Compotationibus p. 273 seq. In genere de vitiis Nationum dicendum erit, quod ap. *Lansi. Orat. ult. pro Germ.* Quemadmodum omnia animalia plumas aut pilos habentia infestantur pediculis, præter asinos & boves qui sunt immunes: Ita nulla natio vitiis omninò caret, nisi sit planè asinina & bovina, in quam nec boni, nec mali vis aliquid possit. *D. J. C. Beeman. Doctr. Moral. Cap. VII. §. 11. p. 175.*

BIBACES

Strenui.

Ninias, quintus Rex Assyriorum Ἄνδρειος ἐσθίειν καὶ πίνειν, strenuus erat bibendo & edendo. *Pezel. M.H. P.I. p. 13.* Alexander etiam heros in bibendo ab *Ælia-no Lib. III. V.H.* vocatur ap. *Tungerl. P.II. p. 218.* certamina poculorum instituit, coronamque ei, qui plurimum bibisset, promisit. *Dresserus Isag. Hist. P. I. Millen. IV. p. 522.* in quibus XL. effusis visceribus, spectante Alexandro, crepuerunt ac perierunt. *Lansi. contr. German. p. 922. Dieteric. Antiq. Bibl. ex Esth. I. p. 387.* Idem fecit Mithridates ap. *Cæl. Lib. XXIX. Cap. XVII.* Heraclidi non repericbatur in potando compar; Drusi Tiberii Cæsaris Filii medicus superavit in potando omnes. *Id. ib.* Darii monumento erat inscriptum: Vini haurire poteram plurimum, & pulchrè etiamnum ferre. *Id. Lib. XXII. Cap. XX. p. 133.* Fortes magnâ ex parte vinosi, inquit *Arist. Problem. S. XXVII. Q. IV.* De Hercule, aliisq; vid. *Salm. P. II. T. II. p. 101. seq. Ælian. V. H. Lib. II. Cap. XLI. p. 54. Lib. XII. Cap. XXVI. p. 194. C. Schottus Phys. Curios. Lib. III. Cap. XIII. p. 407. seq.* Claudius Tiberius Nero propter vitæ improbitatem, atque intemperantiam Caldius Biberius Mero vocatus. *Sueton. in Tib. Cap. XLII.* Horum Vivere Bibere, ut Vasconum vitam descripsit J. C. Scaliger joco ex confusâ pronunciatione literarum B. & V.

& V. ducto ap. *D. J. C. Becman. Diss. de Laudibus Regalibus ad illustrandam Acclamandi Formulam VIVAT Cap. I §. 4. p. 8.* Emblema potest esse Calx affusa aquâ exardescens, cum lemmate: *Accenditur ut exstingvatur, Pexenf. A. E. Cap. C. p. 854.*

Propinarunt sibi invicem annos.

§. 1.

Paulus Diaconus *in Hist. Longobard.* narrat, quatuor Longobardos Senes parasse convivium, in quo alter alteri annos, quot natus erat, propinarit, hoc pacto: Provocatores bini binis se opposuerunt, computatis singulorum annis, ut tot pocula quisque exhauriret, quot annos is, cum quo certabat, habebat. Cum ergo ex convivis natu minimus annos LIIX. secundus ab eo LXIII. proximus XXCVI. postremus XCII. haberet, parum an multum in eo convivio comederint, nescio, illud sanè constat, qui minimum bibit, LIIX. pocula vini exhausisse. Hæc mala consvetudo Gothis causam dedit ferendæ legis, quæ à multis lecta, à paucis intellecta, talis erat: Si quis senex alteri ad mensam annos suos propinarit, capitale esto. *Gvev. II. P. Lib. III. C. p. XX p. 570.* Potarunt & in Sacris suis, præsertim Annæ Perennæ, ad numerum, putantes tot vitæ annos sibi adjiciendos, quot cyathos in eâ solennitate hausissent. *Voët. D. S. P. IV. p. 514.*

§. 2.

Benedicti XII. Papæ epitaphium erat:

Hic situs est Nero, Laicis mors, Vipera Clero:
Devius à vero, cupa repleta mero!

Wolff. L. M. T. I. Centen. 14. p. 522. b. Alterius cujusdam tale:

Ergrimmte Lachesis, ich klage dich nicht an/
Daß meine Lebens-Zeit und Rosen-volle Bahn
So zeitlich muß vergehn: Ach nein! Ich muß nur klagen/
Daß meine Bahr nicht kan des Bacchus Trauben tragen!

Joh. Christ. Halman. Todten-Gedichte/ *p. 193.*

BIBERE

In alterius salutem an quis licitè potest?

§. 1.

Resp. quidam, posse, si quantitas potûs in infundendo, & modus in ebibendo observetur. *Pruckner. Quæst. Illustr. Cent. III. Q. XXIII. p. 115. D. Christ. Liebenthal/ Coll. Eth. Ex. IIX. Q. X. p. 85. 86. Vid. excell. D. Strjk. in Brunnem. Jus Eccles. p. 130.* Et putant Josephum poculo, quo usus est Gen. XLIV, 5. Regi omnia fausta apprecatum esse, & hinc fluxisse morem bibendi in salutem

Magnatum. Conf. *Quiſtorpius Annot. Bibl. in h. l. p. 67. D. Frid. Bechmannus Coll. Privat. in h. l.* D. Mirus Conc. V. in Eſ. Cap. LIII. ita: Moſes ſagt/ daß Joſeph geweiſſaget über den Becher/ das iſt/ ſein Gebet geſprochen/ und für die Geſundheit des Königs gebeten; daher kommen die heutigen Geſundheiten/ daß man noch auf groſſer Herren Geſundheiten trincket/ dabey GOTT dancket/ und für die Obrigkeit betet/ daß Sie GOtt bey guter und langer Geſundheit erhalten wolle. Sed credat, qui velit, Joſephum hujus moris autorem eſſe. Fabulæ! An autem non peccarunt Joſeph & Fratres, quod leguntur inebriati? *D. Chriſt. Chemnit. Coll. Th. in Gen. c. XLIII. Diſſ. X. Q. II. Wilkius* Εὐπρο-σέκτῳ. *p. 112. 113.* Hieronymus in Tract. Hebr. obſervat שָׂבַר ſatietatem, non ejusmodi immodicum exceſſum idiomate linguæ Sanctæ notare. *Hackſpan. Not. Phil. Th. in Gen. XLIII, 33. p. 244.* Hagg. I, 6. Bibetis, ſed non inebriamini, i. e. ſatietatem capietis, ſicut præcedens *comedetis, ſed non ad ſaturandum*, manifeſtè id declarat. Sic Pſal. LXV, 10. Terram & ſulcos DEus inebriare dicitur, i. e. tantum aquæ affundere per pluvias, quantum ſatis eſt; non autem abundantiam aquæ, quæ ſuffocaret ſemen. *Id. in Cap. II. Job. v. 10. p. 403. Joh. Jac. Hermannus Centur. Illuſtr. Quæſt. Dec. IX. Q. IX.*

§. 2.

Certe ejusmodi potatores contra juſtitiæ diſtributivæ regulam committunt, dum inæquales corporibus, viribus & uſu bibendi, ad æquales hauſtus urgent, non proportionem Geometricam, ſed Arithmeticam obſervantes, deteriores hâc in re animalibus brutis, juxta illud:

Ut bibat haud ſitiens, vel edat cum ventre repleto
Verberibus cogi beſtia nulla poteſt.
Ergo homo deterior longe eſt, fateamur oportet,
Qui bibit haud ſitiens, qui vorat ante ſatur.

D. Menzerus:

Una ſalus nobis, nullam potare ſalutem,
Namque abit ex potâ grata ſalute ſalus.

Et Owenus Lib. II. Ep. XLII.

Quo tibi potarum plus eſt in ventre ſalutum,
Hoc minus epotis hiſce ſalutis habes.
Una ſalus ſanis, nullam potare ſalutem,
Non eſt eſt in potâ vera ſalute ſalus.

Et *Lib. III. Ep. XIV.*

Opto tibi multam, nullam tibi poto ſalutem,
Eſt potior potâ ſicca ſalute ſalus.

Illuſtriſſ. Princeps Mauritius, Haſſiæ Landgravius ita:

Qui

Qui vult alterius cyathis haurire salutem,
Tale lucrum referet, perdat ut ipse suam.

Benè Paulus Melissus:

Nil prodest illi potus, quem nominat absens,
Absentem & pro quo plurima vina fluunt.
Nulla salus haustu, non tangunt talia mentes,
Nec virtus aut vis nobilitatis inest.
Quod benè sit benè habet, nec verò semper (opinor)
Quod multi faciunt, more jubente, bonum est.

ap. *D. Val. Arithmaum Velit. Feudal. Diss. X §. 2.*

§. 3.

Erasmus Schmid. Comment. in Apoc. I, 4. refert hunc Taubmanni apologum: Beelzebub aliquando accuratius inquisivit de officio & diligentia Angelorum suorum, & cum omnes benè fecissent, tamen solus Sauff-Teuffel (à Talmudicis *Kordicus* vocatur. *B. D. Nagel. LL CC. Hebr. Rabb. Talm. in hâc voce*) negligentiæ reus fuit. Huic igitur Beelzebub: Anteà tot animarum myriades quotidiè gulæ immersas habuisti, hodiè ferè nullas, propterea rectissimè accusaris. Sauff-Teuffel respondit: ut olim, sic hodienum in officio meo diligentissimè persto, homines ad ebrietatem allectans. Sunt autem duo hominum genera, quam maxime hic invisa, Physici nimirum seu Medici, ob sanitatem gulam dissvadentes, quibus licet resistam ad convivia & jucunda sodalitia plurimos trahens, accedunt tamen Theologi invisiores, ex Scripturis æternas & temporales pœnas potatoribus inculcando, ut ita nolentes volentes deterreantur auditores. Tum Beelzebub: Ex parte te excusatum habeo, sed unum quæro: Saufs seu sie denn noch auf Gesundheit? Imò dixit ille. Excepit Beelzebub: Si hoc ita est, non desperandum, tu modò strenuè labora: Halte das für dein Stichblatt/ daß sie das Gesundheit-Sauffen nicht abbringen/ so müssen sie sauffen/ sie wollen oder wollen nicht. Conf. omninò *Curiosa Theologica vel Diversa Diversorum D. H. M. Tract. IX.* Vom Gesundheit-Trincken/ ubi quam plurimos Autores in hanc rem citatos invenies.

§. 4.

Bibebant & gentes pro salute Imperatoris, ut indicat DIO, qui Augusto inter alios hunc quoq; honorem decretum ait, ut pro salute ejus in conviviis biberent. Aliquando ob felices successus amicorum, It. in amicorum gratiam absentium. *Jos. Laurentius Polymath. Lib. II. Diss. 31. p. 148. D. Joh. C. Beeman Diss. de Piet. Subsid. Cap. II. §. 15. Joh. Lud. Petri Potus Moralitas sub præsid. L. Joh. Schmidii, S. II. §. 69. D. J. A. Osiand. Th. Cas. P. II. Cap. VII. p. 1372. seq. 1528.*

Clerici non bibant.

In ſpecie à poculis pro ſanitate Principis, vel aliorum abſtinent meritò Clerici *C. XXXV. Diſt. V. de conſecratione.* Nam licet in tali caſu nil peccetur fortè contra leges temperantiæ,& exiguæ capacitatis vaſculum ebibendum propinetur, poſſet tamen alios ad peccandum inducere ſuo exemplo, qui intra eos terminos ſe non continebunt. *D. Joh. Brunneman. Jur. Eccleſ. Lib. I. Cap. VI. m. 10. §. 4. p. 246.* Ad quæ D. Strykius: Hoc Clericis permiſſum eſſe, modò cautio adſit, ne inebrientur putat. *Hadr. Vallenſ. ad. Decret. Tit. de Vit. & Honeſt. Cleric. §. 7.* Prolixè hæc pocula impugnat. *Voët. D. S. P. III. p. 1219. ſeq. & P. IV. Diſp. 32. p. 500. ſeq.* Epiſcopus plus juſto bibens inidoneum ſe reddere poteſt ad partes officii ſanctiſſimi eâ horâ, ſi caſus neceſſitatis exigat, obeundas. *D. G. Henr. Haberlinus Specim. Theol. Pract. §. 11. p. 18.* De cætero Clericos ultra tertiam vicem in conviviis bibere non debere, dicitur *in C. Quandò Presbyteri 9. Diſt. 44. Franciſcus de Roye Juris Can. Inſtit. Lib. I. Tit. 22. p. 114. Joſ. Arndius Lex. Antiq. Eccleſ. p. 172.* Presbyter, qui poſt galli cantum æſtivis noctibus biberit, proximo die Miſſam non celebret: hyemalibus ſimiliter, niſi neceſſitas cogat; Ita decretum in Synodo Saligunſtadenſi A.C. 1023. ap. *Geſner de Concil. p. 437.* Maronitarum Sacerdotes cum bibunt reliqui vel ſurgunt honoris ergò, vel humi ſe proſternunt, felicia ipſis apprecati. *D. Hofman. Lex. Un. T. III. in v. Maronitæ p. 74. b.*

BIBUNT

Moſcovitæ in ſanitatem demortuorum.

Ita *D. Nagel Tr. de Luctu Parent. Lib. III. Cap. I. p. 158. D. Joh. Ernest. Gerhard. Diſſ. Th. de Relig. Rit. Eccleſ. Moſcovit. Cap. 21. D. Danh. de Relig. Moſcovit. Cap. II. p. 26. C. F. Paulini* Zeit-Kürtz. erbaul. Luſt/ *T. III. Cap. XI. p. 105.*

Alii in ſanitatem Sanctorum.

Erat olim peculiaris ſpecies bibendi ad Sanctos, vid. *Barthius Adverſ. Lib. LV. Cap. I. p. 2572.* Tradit Janus *Delmerus ad Jus Aulicum Norwegicum vetus p. 534.* Danos olim & Norwegos bibere ſolitos in Chriſti natalitiis in memoriam S. Olai, qui religionem Chriſtianam in Regnum induxerat: Eumq; morem inductum, poſtquam Chriſtianam religionem amplexi ſunt, ut paganas ſuperſtitiones abolerent, cum ſolerent anteà bibere in honorem, vel memoriam Thori, Niordi & Frejæ Deorum paganorum.

Angelorum.

Auguſtini tempore bibebant in ſanitatem Angelorum. *Hermannus l. c. §. 23.*

DEI

DEI Patris & JEſu Chriſti.

Addit *Delmerus l. c.* etiamnum apud Islandos in more eſſe, non ſolum in Chriſti natalitiis, ſed & in Nuptiis & conviviis in memoriam DEI Patris, & JESU Chriſti bibere, ideoq; multa illorum Cornua reperiri, argento deaurato decora, ex quibus illi bibunt. Conf. & *Carol. du Freſne in Gloſſar. T. I. p. 545. 546.*

Diaboli.

Scribit deniq; *Luitprandus Lib. VI. Cap. XVII.* objectum Johanni Summo Pontifici in concilio Romano, quod Diaboli in amorem vinum bibiſſet. *Lanſ. contr. Ital. p. 823.*

Inter bibendum labra vaſi admovere apud Orientales dedecori eſt.

Sie leiden es nicht / wann man von ihnen ein Trunck Waſſers begehret / daß man den Krug / oder das Geſchirr / an den Mund ſetzet / ſondern man muß es hoch heben / daß es von der Höhe unberührt in den Mund lauffen muß / dergleichen Manier auch Mohren / Perſianer und Javanen haben. *D. Beeman. H. O. T. P. I. C. IX. S. IV. §. 7. p. 406.*

BIBERE

Pro affligi, Pſalm. CX, v. ult.

§. 1.

Ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ πίεται, διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν. Qui literam attendunt, ad Davidem accomodatius referri hunc verſum volunt: quod tum, ubi à facie Saulis fugeret, in deſertis commoratus, ex quolibet torrente obvio ſitim reſtingvere coactus ſit: Id quod de Eliâ ſedente ad torrentem Carith contra Jordanem legimus, 1. Reg. XVII. Alii torrentem ſangvinis hunc faciunt, quod tantum ſangvinis fuſum, ut victori licuerit, etiam bibere de torrente cruoris cæſorum. *Sangvinem* enim *occiſorum bibere* Num. XXIII, 24. perfectam victoriam ſignificat. Alii ſimilitudinem ſumtam putant, à ſtrenuis & indefeſſis militibus, quod ubi perſequuntur hoſtes in fugam conjectos non deſiſtant facile, vel ſi quocunq; etiam potu torrentis oporteat eos eſſe contentos.

§. 2.

Sed prorſus metaphoricam eſſe locutionem & alterius ſenſus, ex aliis Scripturæ locis patet. Ut *aquæ* afflictiones ſignificant, ſic etiam *bibere*, & verbum שָׁתָה pro *affligi* uſurpatur. Jerem. XLIX, 12. Sic dicit Dominus, quibus non erat judicium, ut *biberent* calicem *bibentes bibent*, & tu quaſi innocens relinqueris? non eris innocens, ſed *bibendo bibes*. Sic Matth. XX, 22. Poteſtis calicem *bibere*, quem ego *bibiturus* ſum? Conf. Job. XXI, 20. XXXIV, 7. Pſ. LXIX, 2. 15. 16.

15. 16. Es. LI, 17. Jerem. XXV, 15. Marc. X, 38. *D. Christoph. Pelargus Schol. Panit. in explicat. Psalm. CX. p. m. 108. a.*

§. 3.

In viâ bibere præsupponit vel arguit iter, & quidem molestum, periculosum, siticulosum, anxietatibus variis plenum, & opponitur bibitioni ex fonte limpido ac amœno, itemq; deliciis domi residentium, aut dulcia secum vina vehentium. Hoc ipsum si accomodes ad Messiam, equidem & ipsi molestissimum fuit iter vel vitæ curriculum in diebus carnis (Ebr. V, 7.) per hunc miseriarum vallem consumendum, antequam in morte propriâ serpentis infernalis conquassaret caput, fieretq; victor, postquam instar herois decurrisset viam, Psalm. XIX, 6. In eodem verò exinanitionis statu delicatè haut quaquam vixit, sed ut tenui victu, ita & obviâ torrentis aquâ usus est (ut volunt *Scholia Græca* apud Mollerum, *Justinus, Basilius, Chrysostomus, Euthymius, Theodoretus ap. Dorscheum D. XII. Thes. 52.*) imò turbidas iræ divinæ anxietatumq; gravissimarum aquas exhausit quamplurimas. Ita ferè *Glassius Lib. V. Philol. p. 257. cit. & à B. Geiero Prælect. in hunc Psalm. p. m. 722.*

§. 4.

Dicitur autem hic CHristus non *ex calice bibere*, quod de aliis hominibus habetur Psalm. LXXV, 9. Matth. XXII, 20. & alibi, quo dimensa potio notatur, sed ex *torrente*, ut passionum gravitas & copia exprimatur, siquidem immersus quasi *rapido torrenti*, imò ipsis *torrentibus Belial, Diaboli & impiorum hominum*, bibiturus erat, infernalibus pœnis subjiciendus, quo de Psal. XLIX, 1. seq. prolixè conqueritur. *B. D. Calov. Bibl. Illustr. in h. l. p. 1097. In viâ*, i. e. in vitæ spatio cursus ejus. Sic totum CHristi ministerium rectè *via* dicitur, quia per hunc mundum iter facturus erat tanquam viator. Hinc distinctio *viæ* & *patriæ*. In viâ vitæ & muneris, in viâ ad gloriam vid. Luc. XXIV, 26. 1. Petr. I, 11. *Polus in h. l. p. 1178.* conf. & *Manuductionum Biblicarum de Concurrentia officiorum Christi. D. Christoph. Sontagii, Senar. posterioris Manuductio III. p. 39. seq.*

BIDENTAL

Romanis dictus est locus fulmine tactus, & *bibentibus* ovibus expiatus, consecratusque; Gr. τόπος κεραυνοπλήξ; Quem proin nec ingredi, nec calcare fas erat. *Horat. de Art. Poët. extr.*

— — — utrum
Minxerit in patrios cineres, an triste *Bidental*
Moverit incestus.

Omnis nempè locus Fulmine ictus statim erat religiosus: at sacer fiebat aræ ibipem exstructâ, & sacrificio ex bidentibus ovibus facto (seu bidente ab aruspicibus con-

confecrato); Ut autem ingreſſus arceretur, ſepiebant locum muro. *Hofm. in b. v. p. 533.* Sicut & adhuc hodie obtinet, ut eo in loco lapidea erigatur crux, in quo aliquis eſt à latrone, vel alio quodam caſu, interfectus. *Theod. Janſonius ab Almeloveen Antiquit. è Sacris Profan. Specim. p. 73. Kipping Antiq. Rom. Lib. I. Cap. XII. §. 10. p. 313. Alex. ab Alex. G. D. Lib. V. Cap. XIII. p. 272. b. Joh. Lomeier. Synt. de Luſtrat. Vet. Gentil. Cap. XXXVII. p. 360. Majolus in Supplem. Dier. Can. Coll. II. p. 171.*

Born unde?

Ab Hebræo בור fovea, in cujus profunditate ſunt aquæ, puteus ad cujus fundum eſt ſcaturigo aquarum. *Geier. in Cobel. Cap. XII, 6. p. 466.*

Borstörffer Aepffel

Haben ihren Nahmen vom Dorffe Borstorff bey der Stadt Meiſſen gelegen/ und werden nicht unbillig die Teutſche Pomerantzen genennet. *Colerus Oeconom. Rural. & Domeſt. Lib. VI. Cap. XV. p. 208.*

BOS

Et aſinus in ſtabulo recens nati JESULI.

Vid. *Apparat. Bibl. Tom. I. p. 408. ſeq.*

Cornupeta, Exod. XXI, 28.

§. 1.

Si bos cornupeta percuſſerit virum - - lapidibus obruetur, & non comedentur carnes ejus, dominus ejus bovis erit innocens, h. e. ſi percuſſerit virum ictu letbali. Nam ſi quis à tali bove citra mortem fuiſſet læſus dabatur compenſatio, & tenebatur bovis poſſeſſor quoquo modo providere, ne in poſterum tale quid accideret. Romanis quidem ſatis fuit bobus cornu petentibus, ut obvii ſibi caverent, cornu fœnô circumligare. *Plut. in Cruſſo*; Ad quem morem *Horatius* alludit *Lib. I. Sermon. Sat. IV. v. 34.*

Fœnum habet in cornu, longe fuge. - -

Sed boves hujusmodi, quamvis hoc notatos ſigno, ſemper vitare cujusvis non eſt: quos proin juſtius mactaſſent, quam canes, quos quotannis crucifigebant in memoriam illorum, qui nocturnam Gallorum in Capitolium irruptionem latratu non indicaverant, ap. *Plin. Lib. XXIX. Cap. IV.* Sed & Draco ſanxerat, etiam τὰ ἄψυχα, *inanima* (putà ligna, lapides, ferrum) *quorum caſu cædes alicujus facta ſit, finibus ejici*, cujus legis meminere *Demoſthenes coner. Ariſtocr. Pauſanias in Atticis*, alii. Interim Dominus ſola bovis jactura ex lege divinâ mulctabatur, ſiquidem bos tum primum incepiſſet cornu ferire. At ſi monitus bovem ſuum huic vitio eſſe obnoxium, non proſpexiſſet, tum non bos ſolus, ſed & domi-

nus reus erat mortis, *ibid. l. c.* Quia tamen in certo casu hæc mortis pœna gravior videri potuit; puta, si bos ferus provocatus, aut, ruptis vinculis, quibus detinebatur, aut per servi negligentiam, cui à Domino fuerat commissus: DEUS judicibus permittens capitalem pœnam quandoq; in judiciariam commutare; si redemtionis pretium, *inquit*, ei fuerit impositum, tum det pretium redemptionis suæ, planè ut ei fuerit impositum. *Cadet autem id occisi haredibus*, &c. *Hofman. L. U. in h. v. p. 565.*

§. 2.

Grotius ita: *Dominus ejus moriatur.* Culpa latâ morte punitur. Sed si hæredes velint, permittitur hîc redemtio. Ideo non dictum est: *moriendo morietur*, i. e. omninò morte afficietur. In quæ verba *B. Calovius* ita commentatur: Non si hæredes velint: in eorum enim arbitrio id non fuit positum: sed si *Dominus bruti non possit solidè de latâ culpâ convinci*, ut contra *Raschi* & *Aben-Esræ*, quos secutus hic *Grotius* est, rectè observat *D. Valerius ap. Cal. B. I. in h. l. p. 425. a.* *Lapidibus obruetur*, inquit textus; non quod peccare possunt bruta, ut stultè ex his pœnis collegit *Socinus*, sed *propter horrorem facti.* Bruta propter hominem creata sunt, & propter hominem destrui possunt; nempè, vel ad hominis pœnam, vel ad emendationem, vel ad præcautionem in futurum. Sic & dominum bovis mulctari voluit Deus, & homines monere, se non parciturum homicidis. Hæc lex explicat obscurum locum, Gen. IX, 5. *de manu bestiæ requirum;* & modum requirendi manifestant. *Polus in h. l. p. 387.* Non quod bestia proprie dictæ culpæ capax sit, sanguine bestiæ expiandæ: sed partim ut homines, more, modoq; bestiarum feroces, morte bestiæ à cæde humanâ absterrerentur: partim ut dominium hominis in bestias hâc ratione stabiliretur; partim deniq; ut Domini in ipsis bestiis punirentur, quia illas non satis diligenter custodiverant. *B. Brochmand. Syst. Theol. Tom. II. Art. XVIII. Cas. Consc. XXI. p. 85.* Sunt qui putant, animalia bruta morbis & morti obnoxia esse propter peccatum hominis, Rom. VIII, 20. quod ego tamen non affirmarim, inquit *Excell. D. Adam. Rechenberg*, *Diss. Inaug. de comparatione Juris DEI in domum Israel*, & *Figuli in Massam ex Jerem. C. XVIII. 5. 6. Cap. II. §. 5.*

Et ursa simul pascentur, Es. XI, 7.

Ursus in fame non solum greges, imbellesque pecudes, sed & armenta, ac ipsos tauros audet aggredi, quorum & cornua petit, aut nares. *Solin. Cap. XXIX.* Proindè cum magna rerum conversio sub Messiâ futura significatur, prædicitur fore, ut bos & ursa cessante mutuo odio simul pascantur, & eorum catuli juxta se recubent Es. XI, 7. i. e. Judæi & gentes in eandem Ecclesiam consocientur. Illos enim per bovem mundum animal; has per ursam, quod est immundum & agreste,

ſe, per lingvam formandum, ſignificari monuit etiam Clemens Alexandrinus, Stromatum Lib. VI. p. 640. ap. *L. Job. Cyprian. Cent. in H.S. Animal. Frnzii P. I. Cap. VII. N. VII. p. 208.*

Hieroglyphicum Paſtorum.

Bovem & Leonem foris in fronte Eccleſiæ olim depingi ſolitos, ait Durandus Lib. I. Ration. Cap. III. n. 5, ap. *C. du Fresne p. 592.* propter laborem & animoſitatem ſcilicet *Joh. Pier. Valerian. Hieogl. Lib. III. Cap. XXV. p. 35 39. Bauman. Anal. Typ. p. 1163.* Bovi ſimilis Miniſter 1) *portans* multa onera doctrinæ, crucis, & tribulationis ab Auditoribus inflictæ. 2) *Arans* ſæpè ſterilem auditorii agrum, qui pro tritico fert tribulos & labruſcas, Eſ. V, 2. 3) *Obturatur os*, cum nempè ſtipendia honeſta & ſufficientia ei denegantur, 1. Cor. IX, 9. 20. 1. Tim. V, 18. Conf. Devt. XXV, 4. 4) *Quæſitus* ſæpè à ſuis ad cædem & mactationem; ſi modo DEus permitteret, Jerem. XI, 9. 5) *Volutatus in cæno* variorum & laborum & calamitatum, exempla magni Apoſtoli, 2. Cor. XI. & XII. 6) *Stimulis* maledicentiæ & criminationum probè agitatus, 1. Cor. IV, 3. 7) Spei vinculo *ligatus*, æternæ ſcilicet retributionis, quam fidelis DEI miniſter expectat, Matth. V, 12. merces veſtra copioſa in cœlis, Dan. XII, 3. 4. *D. Boiſac. M. G. p. 125.*

Conjugium

Memorabile ſanè veterum Germanorum inſtitutum fuit, uxori ducendæ boves junctos, frenatum Equum, & ſcutum cum frameâ gladioq; mittere dotis nomine, ut uxor (ait Tacitus) venire ſe laborum periculorumq; ſociam his incipientis matrimonii auſpiciis admoneretur, idem in pace, idem in præliis paſſuram, auſuramq;. Laborem enim juncti boves, bellum paratus Eqvus, & data arma denunciabant. *Pier. Valer. l. c. Cap. XXII. p. 38 a.* Sirac. XXVI, 9. Βοοζύγιον σαλευόμενον, *jugum boum motum eſt uxor mala*, h. e. ut vulgò exponunt conjugium viri cum malâ muliere eſt inſtar boum diſcordium ſub uno jugo, qui in diverſa feruntur, ac proinde multa movent, nihil promovent. Aſt quia voces Græcæ non ſignificant jugum boum in diverſa tendentium, ſed qui ſimpliciter moventur, & cum tali jugo non conjugium confertur, ſed mala uxor, ſuſpicatur *Bochart. Hieroz. p. 408.* Sirach. Ebraicè ſcriptum fuiſſe, מוט צמד הבקר, quod Siracides reddiderit βοοζύγιον σαλευόμενον, quia מוט verbum idem eſt, quod σαλεύεσθαι, etiam in Græcâ verſione Codicis Ebræi. Enim verò cum nomen מוט pro jugo aliquoties occurrat, putat laudatus *Bochartus* verba ſic exponenda: *jugum paris boum eſt mala uxor.* Senſus eſt: viro malam uxorem tam eſſe gravem, quam jugum boum collo impoſitum. *Cyprian. l. c. p. 357.*

Æneus candens.

In bovem æneum candentem ſeu taurum Phalaridis conjecti ſunt, *Antipa*

testis fidelis, *Eustachius* Romanus nobilissimus cum *sociis*. vid. *Baron. in Not. ad Martyrolog. Rom. p. 227. D. Joh. Geog. Dorschem in septenario Admirandorum JESU CHRISTI, in Satirâ de suppliciis tormentisq; quibus Gentiles Sanctos mortem intulerunt. p. 294.*

Mutus Thomas Aquinas.

Ezechiel bovem Cap. I. 10. Nominatum Cherubinum apellat C. X. 14. Hoc emblema Scholastici fecere Thomæ Aquinatis, qui primum *bos mutus* est appellatus à commilitonibus, ob silentium, quo instar discipuli Pythagorici totos dies meditabundus transegit, posteà ob vitæ sanctimoniam Angelicus, tandem ob doctrinæ excellentiam Doctor Angelicus. Epigraphen addidêre: INDUET IN CHERUBIM. Rectius iconem faciemus servorum DEI, & ministrorum verbi, qui non boves muti, sed voce indefessâ cum Jesaiâ clamant ad homines, propter malitiam & calamitates imminentes, qui in hac vita gravissimo crucis, laboris, sudoris & sangvinis jugo depressi, olim in Cœlis Cherubinorum agilitatem, claritatem gloriam æquabunt. *Cyprian. l. c. p. 364.* Bos vocatur & כרוב *Cherub*, & *Cherub* arare. *Id. ib. p. 334.* Hunc Thomum Aquinatem dixisse aliquid contra fidem, aut bonos mores, est impossibile, inquit *S. Majolus D. C. Coll. 4. p. 134.*

Grandis Judæis in epulas cessurus.

§. 1.

Per Behemoth Job. 40. 10. seq. Judæi intelligunt grandem illum *bovem* sylvestrem intra hexaëmeron creationis conditum olim beatis Judæis in epulas cessurum. Sicuti & per Leviathan v. 20. seq. & XLI. 1. seq. magnum intelligunt *piscem*, beatis olim cum bove apponendum. R. Elias insuper addit *Avem* miræ magnitudinis, quam appellari dicit *Bar Juchne* in lib. Thisbi. Quanquam verò recentiores Judæos ejus commenti similiumve pudeat, undè allegorice omnia exponunt (specimen de ranâ, quæ magnitudine æquarit pagum sexaginta domorum, & tamen deglutita sit ab hydro, & hic rursus à corvo, qui tandem consederit in arbore, cujus magnitudinem lectori expendendam relinquit R. Barbar Chain *Bava Bathra*, ubi verò recentiores per ranam intelligunt Physicam, per serpentem Astronomiam, per corvum Theologiam, per arborem deniq; legem, *B. Scherzer. Trifol. Orient. p. 165.*) tamen primos talium fabularum inventores & architectos ita non satis excusari censemus.

§. 2.

Potuit quidem fieri, ut non omnia seriò ab illis afferrentur vel intelligerentur κατ' ἀλήθειαν, tamen pleraque eos propriè accepisse, vel saltem eâ intentione plebi credulæ propinasse, ut propriè caperent, apparet. Nam 1) sæpius αὐτο-

ἀυτοψίαν vel certam relationem urgent, quod non opus est in parabolis. Sic Rabbinus iste, qui corvum magnum deglutita rana in stupendam arborem avolantem viderat, subjicit: *Non credidissem, nisi ipse locum vidissem.* 2) Solent occurrere tacitis objectionibus & fabulas suas ab ἀτοπία vindicare. 3) Fabulis suis nullum addunt ἐπιμυθιον, quæ & sæpè ita comparatæ, ut nullum admittere queant. *B. D. Pfeiff. D. V. Cap. III. Lib. XLIV. p. 520. G. C. Kirchmaier de campis Elysiis & Gentilium Paradiso §. 26.* Conf. Tit *Judæorum convivium in A. B. T. II. p. 1220. seq.*

Atri coloris

Qui ignem mingeret Anno 1646. in inferiori Pannoniâ sub igneo Chasmate visus. *Fincelius l. V. de Mirac. ap. M. G. Michaël. in Gaff. p. 398.*

Assatur in Imperio & Regno Sveciæ.

In inaugurationibus imperialibus integrum bovem assant, cujus particula Mensæ Imperiali, reliqvum populo liberè auferendum conceditur. Rem integram, quia lectu non injucunda ex *Diar. Europ. P. I. p. 919.* huc transcribimus: diesen Tag ward zu Franckfurt der auf die Käyserl. Krönung zu braten gewidmete Ochse mit vergüldeten Hörnern/ und mit gelben/weissen und schwartzen Tuche bedecket/ von etlichen Fleischers Knechten durch die fürnehmste Gassen der Stadt herum geführet/ selbige Nacht noch geschlachtet/ und des folgenden Tages altem Brauche nach also gantz ohn Eingeweide an einen höltzernen Balcken/ den zwo Personen vermittelst zweyer Räder herum kehren kunnten/ angesteckt und veste gemachet/ da er denn in der auf dem Römer-Platze von Brettern hiezu bereiteten Küchen biß auf bestimmten 22. Tag Julii bey langsamen Feyer gebraten/ auch mit allerhand Feder-Vieh gespicket worden.

§. 2.

Et si Lectori nostro grave non est, eandem ex *Thuldeno* repetimus *ad An. MDCLIIX.* Juvencum altilem Senatus Francofordiensis habebat, non grandi corporatura, sed pingvi admodum, qui, ut Lyrici utar verbo, qua notam duxit, niveus videri, cætera fulvus, ante diem tertium Kalendas sextiles per urbem spectaculo ductus est, cornua ejus & mentum, & bifidæ ungulæ auro tenui circumposito fulgebant: Operimento fulgentissimo ad Romanum pertinente Regem & luteo, nigro, alboq; coloribus destincto instratus erat: Sertum viride ac florulentum ex lilionarcissis, Tulipas dicunt, omni colorum varietate vernantibus, inter cornua & aures, circum frontem & caput serpebat. Quatuor eum antecibant Germanicæ Lyræ fidicines, duo tibiis canentes, multitudo ingens puerorum & mulierum sequebatur, quæ coronati ad victimam juvenci breve gaudium

commiserans, de se mutato nomine querebatur: Ducere in bonis dies suos hominem, & in puncto ad inferna descendere. Destinatus rei Coquinariæ juvencus ad Culinam ut venit, à duobus lanijs, qui mappis albentibus præcincti erant, excipitur. Detrahitur ei stragulum, vittæ, serti & verbenarum solvuntur, nec superest quicquam, nisi ut frontem supina securi pulsatus, humi procumbat, juguletur, lingva evulsa careat; Id ubi factum est, tractorio sublatus fune & trabe suspenditur, pelle ad mentum & ungulas inauratas exuitur, ventre aperitur, visceribus intestinisq; exemptis aqua pura eluitur; Hoc Laniorum opus fuit; Ubi cum coci accepere, querna & quadrata trabe induitur, collum & caput fune alligantur, reliqvum corpus ferreis cuspidibus per cava ad id comparata immissis constipatur. Versatur in tertium diem rotabili machina trabs & supposita sartagine liqvamen, non flamma sed prunis affo expressum recipitur. Simile in Regno Svediæ observatur, & tempore Inaugurationis Caroli Gustavi bos ferarum & avitilium vario exquisitoq; genere fartus, ac per dies aliquot ad prunas subjectas per Culinariæ rei ministros versatus populo spectanti in prædam cessit. Thuldan. ad An. MDCLIV. ap. *D. Beeman. Not. Dignit. Illustr. Diss. 5. C. I. §. 8. p. 117. 118.*

Singulari prognostico emtus.

Alle Jahr wird in Persien ein Calender/ mit Nahmen Tacuim, verkaufft/ welches eigentlich Ephemerides sind/ und die Länge und Breite der Planeten/ deren Conjunction und Opposition, und dergleichen in sich halten; dieser Tacuim ist voller Weissagung vom Krieg/ Kranckheiten und Theurungen/ er weiset/ wann es gut sey neue Kleider anziehen/ Ader lassen/ purgiren/ reisen ꝛc. Andere/ welche gern wissen wollten/ ob ihr Fürnehmen werde von statten gehen oder nicht/ gehen zu einen Doctor über das Gesetz/ und bitten/ er wolle das Buch/ Alcoran, auffschlagen/ und ihnen sagen/ was sie für einen Ausgang zu hoffen hätten; Dieser Doctor sagt/ weiß nicht was für unbekannte Worte/ so das gemeine Volck nicht verstehet/ und machet das Buch auf/ findet er sobald ein Gebot/ so etwas bejahet/ sagt er/ das Fürnehmen werde einen guten Ausgang haben/ kommt er aber im Auffschlagen auf ein Gebot/ so verneinet/ muß man von der Sache ablassen/ und dieselbe nicht weiter verfolgen; Auf solche Weise urtheilen sie sehr übel von zukünfftigen Dingen/ wie einsmahls einem Gärtner/ Ismael genandt/ so bey den PP. Capucinern in Diensten war/ begegnete; Er wollte wissen/ ob er bey dem Ochsen/ den er kauffen wollte/ würde Profit haben/ und gieng nach dem Mulha, denselben darüber Rath zu fragen; Der Mulha versicherte ihn/ daß er bey diesem Kauff grossen Vortheil und Nutzen haben würde; Aber der gekauffte Ochs starb den dritten Tag hernach/ so den Gärtner sehr betrübte. *Tavernier* Oriental. Reise-Beschr. *Lib. IV. C. XIV. p. 271. a.*

San-

Sanctus.

In regno Var, in India majori, omnes habitatores sunt idololatræ, multiq; eorum adorant bovem, ut rem sanctam, nec ullum occidunt. Qvum autem bos aliquis moritur, perungunt domos suas adipe ejus. *Marcus Paulus Venetus de Region. Oriental. Lib. III. Cap. XXIV. p. m. 143.* In Regno Maabar boves adorant, & cum ad bella procedunt, deferunt secum pilos bovis sylvestris, eosque ligant ad crines equorum suorum quibus insident: pedites verò ad scuta, & crines suos pilos illos ligant, credentes se in bello tutos esse ab omni periculo; Nam bovem Sylvestrem magnæ sanctitatis esse affirmant. *Id. ib. Cap XXIX. p. 148.* In regno Lac boves adorant, & cum magnâ reverentiâ perungunt se ungvento, quod de ossibus bovinis contritis faciunt. *Cap. XXX. p. 150.*

Triturans, Deut. XXV, 4.

§. 1.

Duplex modus erat triturandi boum opera. 1) *Bobus plaustrum trahentibus super spicas.* 2) *Grex ipse boum in aream inducebatur*, qui pedibus immediatè, & unguis frumentum excuteret. Utrumque modum indicat *Varro de Re Rustica Lib. I. Cap. LII.* & *Columella de re Rustica Lib. I. Cap. XXI.* qui tamen ad hunc usum bobus equos præfert; verum equorum apud Ebræos vix ullus erat usus. Utrumque habemus in Scripturâ, maximè quidem per plaustrum, Es. XXV, 10. & XXIIX, 27. & XLI, 15. & Amos. I, 3. interdum tamen unguis & pedibus, Esa. XXVIII, 28. & Mich. IV, 13. Et hæc triturandi ratio etiamnum in aliqua Hispaniæ regione esse fertur, in Canariæ insulis, nec non in Asiâ. Idem à Tartaris, circa Volgæ ostia usurpari asserit *Olearius*, testis αὐτόπτης, idemque ἀξιοπιστότατος. *Moscovitici & Persici itineris Lib. IV.* ut è diversis hic observavit Polus. *B. Calov. Supplend. in h. l. p. 1317. & antea p. 606.*

§. 2.

Quatuor modis grana veteres excusserunt vel extriverunt. *Primò* virgis & baculis, qui flagella vulgò appellantur, Jud. VI, 11. Ruth. II, 17. postero tempore debiliora semina ne attererentur, tantum baculis excutiebantur, Es. XXIIX, 27. *Secundò* tribulo facto ex tabula lapidibus aut ferro asperata, quæ imposito auriga aut pondere gravi, trahebatur jumentis junctis, Esaiæ l. c. 2. Sam. XXIV, 22. quod rusticanum instrumentum adhibebatur inter suppliciorum genera, quibus homines excruciati necabantur, 2. Sam. XII, 31. 1. Paral. XX, 3. Es. XLI, 15. Amos I, 3. *Tertiò* plaustri onerati atq; jumentis circumacti rotis, Esa. XXIIX, 27. 28. *Quartò* boum unguis, Jer. L, 11. Os. X, 11. Deut. XXV, 4. *D. Cyprian. in Fruct. p. 340.*

Mendi-

Mendicans.

Von dem bekandten Philosopho, Pythagorâ, erzehlet C.Rhodiginus L.A. Lib. XIX. Cap. VII. und aus ihm Balth. Bonifacius Hist. Ludd. Lib. I. Cap. I. daß derselbe einen Hirten habe ermahnet/ seinen Ochsen von der Saat abzutreiben/damit er mit Treten und Fressen sie nicht beschädige; Und als ihn der Hirte ausgelachet/ habe Pythagoras dem Ochsen selbst etwas heimlich in ein Ohr gesaget/ worauf er alsbald von der Saat gewichen/niemals wieder dazu kommen/ auch ferner nicht ackern wollen/ sondern in der Stadt von Hause zu Hause gleichsam betteln gangen. Was für Mittel dieser Mann bey solchen Handel gebrauchet/ wollen wir uns unbekümmert lassen; natürlich ists nicht zugangen. Unterdessen wird doch gleichwohl ein vernünfftiger Mensch den Geist GOttes sich eher erregen lassen/ als jene Bestie einen unreinen Geist ꝛc. Conf. Es. I, 3. *B. Geier. Temp. & Æetern. P. II. p. 687.*

Loquens.

Anno Urbis Romæ 292. bos mugitu in sermonem humanum conversо, novitate monstri audientium animos exterruit *Val. Max. Lib. I. Cap. VI. §. 5. p. 17.*

BOVIS

Fimus, Ezech. IV, 12. 15.

§. 1.

Fimo arefacto pro lignis utuntur Ægyptii (*Della Vale P. I. p. 94. a.*) Tartari, (*Olear. Itin. Pers. p. 575.*) Frisii. (*Erasmus Adag. Chil. II. Cent. II. C. XIII. p. 393.*) Ad quem usum respexit DEus, Ez. l. c. ubi symbolice repræsentaturus rerum inopiam, quam passuri erant incaptivitate Babylonicâ Israëlitæ tantam, ut immundis etiam cibis se polluturi essent, jubet Prophetam v. 12 panem subcinericium hordeaceum comedere, & stercoribus humanis (quibus miseri homines quandoq; loco lignorum utuntur) coquere in oculis Israëlitarum. Quod cum Prophetæ grave admodum & abominabile videretur, DEus illius precibus flexus, concessit, ut humano bubulum substitueret v. 15. q. d. Tanta erit & pecoris & ligni egestas, ut ex oleto ignem facturi sint, sicut quædam gentes ex boum egestu. Utentur stercore humano siccato ad coquendos panes; ut rustici pro ligno utuntur vel stercore boum, vel cespite. *Polus in h. l. p. 1025.* Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam eis, qui bubulum stercus furto sustulissent. Huc allusit *Aristophanes in Equitibus:* τοῖς βολίτοις ἠτρέμουν, Bubulis stercoribus victus. *Erasm. l. c.*

§. 2.

Memorabile est, quod refert *Philippus Baldæus de Idololatriâ Coromandelensium*

sium, Malabaricorum & Zeylonensium Cap. XVII. iis gentibus magno in pretio esse cinerem è vaccino stercore præparatum, quo singulis diebus frontem, humeros atque pectus, Sacerdotes etiam totum corpus inungunt, eoque purgari se à sordibus credunt; Mulieres, quæ munditiæ studiosiores aliis videri volunt, ædes ac fontes sacro hoc cinere lavare, ipsum Regem Calecuti, antequam cibum capit, & sacram ædem petit, pretiosa ista aquâ uti. Hæc citatus Autor conjicit Diaboli fraude ab istis barbaris gentibus recepta, ad æmulationem purgationis Judaicæ per Vaccæ rufæ cinerem. *L. Cyprian. l. c. p. 363.*

BOVI

Juvenis scortator similis, Prov. VII, 22.

§. 1.

Juvenis imprudens, scortationi sese devovens, Bovi similis est ad mactationem abducto *l. c.* Nam 1) *adultem*, est quasi lanio, eviscerans vires, crumenam scortatoris, & sangvineis se suumq; procum culpis maculans. 2) *Scortator* ipse instar agni cœcus est, nescius, quo ducatur. 3) *Vincula*, quibus implicatur, sunt mulierum illecebræ, & sermo captiosus ad moram tractus, ut eo juvenis illigetur. 4) *Mactatio* fit corporis sæpè (nam adulteria cædes sequuntur), animæ verò semper: quam stolidus scortator non protinus intelligit. agnorum stoliditatem imitatus, de quibus scribit *Columella Lib. VI. Cap. III.* quod post vulpes luposq; aliquando abeant, eos pro matribus habentes. *Botsac. ap. M. Baum. in Anal. Allegor. p. 478.*

§. 2.

Ne verò longius fortè pœnam abesse arbitretur lascivus, ait Salomo eundem juvenem, *post fœminam euntem*, פִּתְאֹם *subito devenire ad lanienam, instar bovis*, i. e. sicut bos alioquin indomitus & ferox, si præviam videat vaccam, facilè deduci potest à lanione ad laniarium, ubi cum vaccâ se potiturum opinatur, inopinò ac subitò in capite clavam experitur ac concidit: ita quoq; juvenis, alioquin ferox & inobsequens, facilè tamen obsequitur huic meretricis disciplinæ pernitiosæ, & quandò hanc sequens meras sibi promittit delicias, *inopinò ac subitò* laniatur vel à Zelotypo marito, vel magistratu, vel Satanâ, DEI carnifice. Item, sicut bos, cum ducitur ad lanienam, promptè sequitur, quandoquidem opinatur se duci ad pascua: ita quoq; stupidus hic juvenis, quando lautas sperat epulas, carnisq; satietatem impuram, promptè quidem sequitur, sed nescit, hoc modo subitam sibi imminere lanienam ac mortem, tam civilem (h. e. famæ ac facultatum decrementum), quam spiritualem, (amissionem nempè gratiæ,) corporalem ac æternam. Facit huc illud *Diogenis apud Laërtium*, qui videns Ὀλυμπιονίκην (victorem in Olympiis) in scortum oculos frequenter defigentem,

En, ajebat, Martium illum arietem, quomodò à vili puellâ τραχηλίζεται, obtorto collo trahatur. *B. Geierus in h. l. p. 334.*

BOVEM

Aut vitulum, in duas partes dissecandi ritus, in percutiendis fœderibus adhibitus.

Indigitatur hoc Jerem. XXXIV, 18, 19. Tradam homines istos &c. Cujus vestigia jam occurrunt Gen. XV, 9. 10. ubi jubetur Abraham vitulam triennem, capram triennem, & arietem triennem per medium dissecare, & partes singulas singulis ex adverso opponere. Ut v. 17. *Lampas ignis inter segmenta illa transiit*, i. e. DEUS O. M. per typum illum significatus, qui cum Abrahamo pepigit fœdus, ut habetur *v. seq.* Idem feciisse *canis dissecto* Bœotos & Macedonas notum: Græci verò antiquissimi, jam Trojanis temporibus, simili ritu fœdera confirmarunt, ut de Agamemnone & Achille *Lib. II.* deq; Legatis Græcorum, & Antenore Trajano *Lib. V.* narrat *Dictys Cretensis.* Sed hostia illa pro bove seu vitulo *porcus* fuit. *Suidas* simile quid de Molossis refert, quos, inter jurandum *bovem* in frustula discindentes fœdera ferire consveviisse, refert. Quo pertinere videri possit, quod in *Toxari* memorat *Lucianus*, apud Scythas, si quis ab alio potentiore læsus est, eum, *Bovis* immolati tergori insidentem, carnes frustulatim concisas & igne tostas prætereuntibus offerre. Ex quibus quotquot comedunt, & bovis tergus dextro pede calcant, se illi pro viribus adfuturos pollicentur. Sed & aliqua ex parte simile est, quod legitur 1. Sam. XI, 7. Saulem audito incolarum Jabes-Galaad periculo, Spiritu DEI correptum, *par boum* membratim laceraisse, & eorum particulas quaquaversum ad Israelitas misisse, minis additis, fore ut sic fieret illorum bobus, qui se sequi abnuissent. Quæ boum discerpta membra eos tum non minus affecerunt, quam olim affecerant duodecim pellicis partes, quas Levita miserat per omnes Israëlis tribus, Judic. XIX, 29. *Hofm. L. U. in h. v. p. 568.*

BOVES XII.

Lavacrum æneum sustinentes, 2. Chron. IV, 4.

Ante fores templi ad abluendas ingredientium manus lavacrum aheneum Boves 12. sustinebant, qui quidem frontibus tantum extabant, terga & posteriora occultabant. Per boves eô gestu hieroglyphicè factos, Gregorius Pastores Ecclesiarum intelligit, quorum aperta, & in propatulo opera cernimus, sed quæ ipsi clam faciant sentiantve, DEI judicium, non nostrum esse debet, id enim ait sibi velle, quod eorum lateant posteriora. *Joh. Pier. Valerian. l. c.*

In triumphis immolati.

Et quidem cornua inaurata præferentes. Hinc *Virgil. 10. Æn.* Et statuam

ante

ante aras aurata fronte Juvencum Cadentem. Ovidius indutam cornibus aurum victimam appellat:

—— ; blandis indutæ cornibus aurum
Conciderant ictæ nivea cervice juvencæ:

quas Juvenalis frontem coruscare dixit, propter scilicet cornua aurata. Atque hîc etiam mos Græcis fuit usurpatus. Nam & Homericus ille Nestor, Minervæ rem divinam facturus, accersiri jubet Laërcem aurificem, ut Bovis cornibus aurum circumfunderet, priusquam ad solenne epulum iretur. *Salm. P.I. T.LVII. p.303.*

Et quidem non reluctantes.

Observatum quoq; fuit sacrificantibus, ut quæ,
Hostibus à domitis Hostia nomen habet,

adducta sisteretur nihil reluctans: alioquin amovenda, si quando scilicet discussa fugit ab ara Taurus, ut est apud Lucanum, nihil enim invitum Diis offerendum. *Id. ib.*

Non immolandi, qui à Sacerdotibus non signati.

Sacerdotes Ægyptii boves, qui rei divinæ idoneos, & qui pro victimis ritè cædi possent, anteà diligenter spectabant, probatisq; notam adponebant: cum capitis pœna plecteretur, qui bovem non à Sacerdote anteà probatum, & ut Herodotus loquitur, ἀσήμαντον, immolasset. *P. Victor. Var. Lect. Lib. XIV. Cap. IV. p.346.*

Nongenti singulis septimanis Londini mactantur.

Zu London in Engelland werden ohngefehr gefunden 350000. Seelen/ und sind 1576. und 1586. und also 10. Jahr nacheinander alle Wochen 900. Ochsen von den Stadt-Metzgern geschlachtet worden/ ohne was die vom Lande hinein gebracht haben. H.A. von Ziegler Tägl. Schau-Platz der Zeit/ 2. Sept. n. 2. p. 1067.

BOUM

Genus utilissimum.

Apud Eusebium *Prep. Evang. Lib. IX.* narrat Artapanus Nacherotem Ægyptium cum à Mose quæreret, ecquid hominibus valdè esset utile? hunc boum genus respondisse, qui terram arant. *Petrus Dan. Huetius Demonstrat. Evangel. Propos. IV. Cap. IV. §. 4. p.120.*

BOBUS

Hungaria, Italiæ & parti Germaniæ superioris prospicit; Marchiæ, Silesiæ, Saxoniæ, Polonia; Dani macilentos Boves suos in Belgium transmittunt impin-

 gvandos.

gvandos. Estq; celebre in Germania Forum Boarium Butstadiæ in Thuringiâ. *D. Becm. H. O. P. I. Cap. X. §. 6. p. 424.*

BOTTIFANGA

In Omni scibili versatus.

Elegans & festivum ab *Apulejo* in Hippiâ producitur exemplum, qui præter eximiam artium omnium ingenuarum cognitionem, omnium opificiorum erat callentissimus. Nam quæ secum habebat omnia sua manu confecerat, & vestes & calceos & annulum, & signaculum in gemma faberrimum. Simile, imò majus in Julio Cæsare Bottifanga exemplum proposuit *Erythræus Pinacoth. II. n. 17.* qui præter singularem in omnibus artibus liberalibus peritiam, femoralia, thoraces sibi ipse formabat, suebatq;, omni instrumento Musico non canebat solum egregiè, sed & illa melius, quam quivis alius artifex conficiebat: penicillo pictores, acu pingendo Arachnen ipsam provocabat, ut mulierculis, quæ artem illam profitebantur, pudorem incuteret. *Dan. Georg. Morhof. Polyhist. Literar. Lib. I. Cap. I. p. 2.*

BRACHIUM

Fortissimum DEI.

Ein gewapneter Mann aus der Wolcke führet ein blosses Schwerdt/ mit dem Sinnspruch:

FACIT POTENTIAM IN BRACHIO SUO.

Wann Menschen wüten fast/ und heben ein Gefechte
Mit blinden Rasen an/ zu wider allem Rechte;
Ist GOtt gerüstet noch/ der kan den tollen Schwarm
Zerstreuen mächtiglich mit seinem starcken Arm!

Bl. Schirmer/ *in Emblem.* CHristus comparatur cum brachio. vid. *M. Baum. Anal. Allegor. p. 511. seq.*

Fortissimum Richardi.

Richardus (Hibernus) Strigbuliæ & Pembrochiæ Comes, vir infracto animo, & projectissimis brachiis, Strongbow cognominatus, quod arcu intensissimo uteretur, & nihil levi brachio ageret. *Lansius pro Brit. p. 551.*

Dextrum Regi Gall. morte Ducis de Conty fuit ablatum.

Henricus III. König in Franckreich sagte: Er wäre durch den Tod Henrici I. Printzen von Conde, seines rechten Arms beraubet worden. Ziegler/ *l. c. 5. Mart. n. 3. p. 222.*

BRA-

BRACHIA

Militum notata.

In Militibus planè ſolenne fuiſſe, ut eorum brachia ſtigmate notarentur, Accurſius notat ap. *Salm. P. II. T. II. p. 99.*

BRAMINI

Quaſi Abramini, ab Abrahamo oriundi, ut Poſtellus judicat ap. *D. G. Morhof Polyhiſt. Literar. Cap. X. p 91. & Cap. XIII. p. 127. D. Danh. de Eccleſiâ Æthiopicâ Cap. I. §. 3.* Bramines quaſi Brachmanes. *Voët. D. S. P. V. p. 195. Tavernier. Hod. Or. T. II. Lib. III. Cap. III. p. 157. a.*

Mortem hominis ſtatuerunt natalem.

Brachmanum, qui Indorum Philoſophi ſunt, placitum fuiſſe legimus: Vitam præſentem credi oportere, veluti conceptum vitalem: Mortem vero, egreſſum ad veram felicemq; iis vitam, qui rectè fuerant Philoſophia imbuti. *Salm. P. II. T. I. p. 1. 9. a. D. Joach. Hildebrand. de Vitâ æternâ ex lumine naturæ oſtenſa. S. I. C. I. §. 10. p. 9. & de Nazaritiis Veterum Sacris & Profan. Cap. XIII. p. 83.* Quid hæc vita? velut formamur in utero, & præparemur ad illam æternam. *Lipſius Cent. V. Miſcell. Epiſt. LXXXVI.*

BRANDENBURGUM

Unde?

Georgius Sabinus (pro Schulero ita dictus; Judicarunt enim Poëtæ iſtius temporis nomen exile Schuleri, quod Scholaſticum ſeu Diſcipulum noſtrate lingvâ ſonat, tanto Poëtâ indignum eſſe. Lemnii hoc eſt eâ de re diſtichon:

Diceris ingenii propriâ virtute Sabinus,
Alter de Patriâ Gente Sabinus eras.

D. Beem. N. D. p. 121.) in Hodœporico ſuo ita:

Italiam quando digreſſus ab urbe petebam,
A Duce quæ Brenno condita nomen habet.

Brenneburgum enim à veteribus appellata eſt, ſed vulgus Brandeburgum pronunciat; Burgum verò ſignificat propugnaculum, ἀπὸ τῆς πύργου. Et Brennus idem nomen eſt apud Germanos, quod Galeatius, ut veteres illæ cantiones teſtantur, quæ in Theodoricum Regem Gothorum extant. Significat igitur Brenniburgum, Equitum ſeu Galeatorum urbem. *Matthiæ Quadii Geograph. Enarrat. Lib. IV. Cap. IX. p. 466.*

BRANDENBURGICUM
Sceptrum pro Columna.

Quidam hoc Sceptrum pro Columnâ acceperunt. Ipſe Pontifex, Martinus V. Columnius gente, conſpectum Sceptrum in Electore Brandenb. Inſignibus columnam eſſe exiſtimavit, & obiter in diplomate conjugium inter Filiam Regis Polon. & Fridericum Marchionem Brandenb. concernente, Marchiones Brandenb. Agnatos ſuos nominavit. Eadem hæc cum Auguſtâ Domo Brandenb. credita cognatio impulit tres illos celeberrimos Romæ tunc degentes Columnios, Cardinalem, Archiepiſcopum & Conteſtabilem Regni Neapolitani, ut Sereniſſimo Marchioni Chriſtiano Ernesto, rariora Italiæ luſtranti, præ reliquis Romæ ſingularem amorem exhiberent; Sed erroneam hanc Familiæ Brandenb. à Columniis deductionem operosè & ſatis ſolidè confutarunt *Rentſchius* & *Wegenſeius*. Notat autem Sceptrum hoc Regium (σύμβολον βασιλικὸν, vid. *Wolff. L. 31. Cent. XV. p. 874. b. & T. II. Cap. XVI. p. 971. a.*) in medio clypei Brandenb. præcelſam illam Dignitatem, quâ Domus Brandenb. cluit, generoſaq; virtutis honorem, quo aliis inclytis & illuſtribus familiis præſtat, propter res præclarè geſtas, & multijuga officia S. R. Imp. & S. Cæſareæ Majeſtati fideliſſimè præſtita. Vereamur ergò Sceptrum hoc auguſtum, verè nunc Regium, & REGI noſtro Potentiſſimo FRIDERICO III divino annuente Numine in manus traditum, imò magis ipſum REGEM SCEPTRIGERUM, rerum Germanicarum firmiſſimum præſidium &c. *M. Joh. Georg. Raſerus Diſſ. Acad. de Sceptris Principum Cap. IV. §. 10. p. 53. 54.* Sceptrum autem à parte Regis porrigentis clementiſſimum ſiſtit animum; à parte ſubditi tangentis debitam poſtulat ſubjectionem ac fidelitatem. Hinc *Virgam Clementiæ* vocat *Petrus de Andlo Lib. II. de Imp. Rom. ap. Raſer. lx. Cap. V. §. ult. p. 71.*

BRANDENBURGICI
Electoris Regiones amplæ

Der Churfürſt zu Brandenburg (Ihro Königl. Maj. in Preuſſen) können 200. Meilen in Dero Landen reiſen / und dürffen keine Nacht in eines andern Herrn Gebiete logiren. *Dn.* Gottfr. *Zennerus in Novellis Mundi Dotti & Curioſi An. 1694. menſ. April. p. 476 9. Excell. Ludovicus de auſpicio Regum Cap. V. §. 2. p. 164.* Memini (inquit *Severinus de Monzambano de ſtatu Imperii Germanici Cap. II. §. 7. p. 49.*) cum nuper ex Germaniâ reverſus Patavii in conventu quodam, cui aliquot Marchiones ex Italiâ & Galliâ intererant, narrarem, laudatum Principem (Electorem Brandeburgenſem) ducenta milliaria Germanica in longitudinem poſſe conficere per ſuam ditionem, ut noctu in alieno territorio di-

ver-

versari necessum non haberet (nam ea uno & altero in loco per intermedia territoria interrumpitur), ulcerosq; præsentium commune peregrinantibus vitium mihi in pingere. Et periclitabatur fides mea apud nostrates, quos nescio quam ægrè natale solum abs se dimittit; ni veteranus aliquis militum tribunus, qui diu in Germaniâ stipendia fecerat, & quem in istius Principis Aulâ quondam agnoveram, subsidio dictis meis venisset. Nam erubescebant nonnulli, apud nos & in Galliâ multos Marcellonum titulo superbos incedere, qui vix ducenta jugera agri possiderent. Usq; adeò ignorabant, toto cœlo Germanos Marggravios à nostratibus Marthesis differre.

BRASILIANI

Carent Fide, Lege, Rege.

Apud Brasilianos trium ex Alphabeto elementorum F L R nullus est usus, minimè absurdâ quorundam animadversione, factum id esse divinitus, eò quod FIDE, LEGE, REGE careant, nam nulla Reipublicæ species apud Brasilianos reperitur, sed domesticum tantum imperium agnoscunt. *Lerius, Schröterus ex iisque L. Tellerus in Horn. p. 487. Petrus du Val Geograph. Univers. P. I. p. 172. Everhardus Gvernerus Happelius Thesaur. Exot. p. 112.* Cum tamen ex his monosyllabis (Lex; Rex; Grex) omnis Respublica constet. Benè *Reusnerus in Ænig.*

Lex Regina, Magistratus *Rex*, *Grex* populus
Si benè habent, tunc & publica res bene habet.
Lex ceu *Rex* mutus; *Rex* ceu *Lex* viva gubernat,
Grex Legi & Regi paret utrique volens.

Carolus M. gladium semper sibi strictum præferri jussit, his insignitum literis: D. P. C. A. D. C. H. e. Decem Præceptorum Custos, A Deo Coronatus. *D. Deutschman de Terrestribus Elohim §. 27.*

BRENNUS

Germanorum Dux vocatus, non uti alias fertur, ab incendere vel brennen, sed à Brynn vel Brenn, quod Galeam denotavit. Sim. Schardius in opere Script. German. fol. 442. voce Brynn seu Brenn ap. Nob. Dn. *Joh. Frid. Rhetium Instit. Juris Publici Lib. I. Tit. II. §. 17. p. 63.*

BRENTII

Laus.

Brentius excitatissimus ille in scripturis dextrè explicandis, ut illum Franzius de Interp. Script. p. 649. vocat. *D. Meisner. de Sepult. Mariæ S. II. §. 2.* Conf. *D. D. Lascheri Brentius Orthodoxus Singulari Diss. Witteb. An. 1694. à M. Joh. Ealth. Beyschlagio defensus.*

BREST

BREST.

Portus totius Galliæ optimus & adeò ſecurus, ut appelletur *la Chambre*, quia naves in eo quieſcunt, ac ſi eſſent intra Cameram, eſtq; capax navium maximarum, etiamſi decem mille Tonnarum ſint. *D. Becman. H. O. P. I. Cap. III. p. 46.* Sicuti & Anconitanus portus propter capacitatem ſitumq; natura & opere veterum tutiſſimus, inter primos & pulcherrimos orbis terrarum commemorandus, quis enim neſcit hoc vulgatiſſimum? Unus Petrus in *Româ*: Una turris in *Cremonâ*: unus portus *in Anconâ. Lanſ. contr. Ital. p. 786. Becm. l. c. p. 51. Myrſterus Coſmogr. Lib. II. Cap. 129. p. 298. M. Joh. Bonicius de Turribus* §. 7. *Wolff. L. M. T. II. Cent. 16. p. 143. b.*

BREVE

Pontificis de Coronatione Regis Pruſſiæ.

Ad Regem Galliæ Papa ita:

CLEMENS PAPA XI.

CHARISSIME IN CHRISTO FILI NOSTER SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM!

Etſi nobis perſvaſum ſit, Majeſtatem tuam nullo modo probare conſilium, deterrimo in Chriſtiana Republica exemplo, à Friderico Marchione Brandenburgienſi ſuſceptum, dum regium nomen publicè uſurpare præſumſit, in eo tamen, quod factum hujusmodi Apoſtolicarum ſanctionum diſpoſitioni contrarium, & hujus ſanctæ ſedis auctoritati injurioſum eſſe dignoſcitur, ex quo ſcilicet ſacra regalis dignitas ab homine Acatholico non ſine Eccleſiæ contemtu aſſumitur, & quidem Marchio ſe Regem dicere non dubitat ejus partis Pruſſiæ, quæ ad militarem Teutonicorum ordinem, antiquo jure pertinet, nos rem ſilentio præterire non poſſumus, ne muneri noſtro deeſſe videamur. Quod itaq; à perſpecta animi tui magnitudine alienum eſſe ſatis ſuperq; coguoſcimus, ab hoc, ut, noſtro quoq; hortatu, temperare velis, expetimus, ne videlicet regios honores illi tribuas, qui illorum numero nimis incautè ſe junxit, quos increpat ſimul & reprobat ſermo ille divinus: Ipſi regnaverunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognovi. Senſus autem ſuper hac re noſtros venerabilis frater Philipp. Anton. Archiepiſcopus Athenarum noſtro nomine fuſius explicabit Majeſtati tuæ, cui felicitatum uberem copiam à DEO precamur, & Apoſtolicam benedictionem amantiſſimè impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. April. 1701. Pontificatus noſtri anno primo.

Ulliſſes Joh. Arch. Theodoſiæ.

Sed literas haſce inconcinnas & intempeſtivas ſatis ſecundum ſingula verba refu-

refutavit *Excell. Dn. Joh. Petr. Ludovicus*, im Päbſtlichen Unfug wider die Krone Preußen/ *Cap. IV. p. 87. ſeq.*

BREVITAS
In Sermone.

§. 1.

Sermonem commendat gravitas & brevitas: ut enim moneta illa optima, quæ pretii plurimum habet in parvâ mole, ſic ſermo, qui in brevitate multos ſenſus. *Joh. Hieron. Imhof. in Singularibus Politicis Rat. Statu XVII. §. 1. p. 224.*

Non quæ mole gravant ſemper ſunt commoda: namq́;
Gemmula grata magis, quam magno pondere ferrum.
Quicquid præcipies, eſto brevis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantq́; fideles.

Horat. de Art. Poët. Et *Auſonius in Paulino:*

Eſt etenim comis brevitas, ſic fama renatum
Pythagoram docuiſſe refert, qvum multa loquaces
Ambiguis fererent verbis, contra omnia ſolùm
EST, reſpondebat, vel NON: ô certa loquendi
Regula: nam brevius nihil eſt, nec plenius iſtis,
Quæ firmata probant, aut infirmata reclinant.

Terent. in Andriâ:

Quin tu uno verbo dic, quid eſt, quod me velis.

Præſtantia ſermonis in brevitate conſiſtit, dicunt Arabes, ap. *Joh. Henr. Hotting. in Hiſt. Orient. Lib. II. Cap. VI. p. 520.* Et ſententia gravis Veteris Rabbini: Omnis homo doceat diſcipulum ſuum in viâ brevi ap. *Boiſac. in Mor. Ged. p. 126.*

§. 2.

Brevitas parit locutioni gratiam, *cap. definimus XXI. in fin. cauſ. XIIX. Qu. II.* longeq́; melior eſt prolixitate. *Barth. Socin. Conſ. LXI. n. 6. vol. 1.* Verba ſuperflua & inania ſolent ſtomachari prudentes. *Rol. à Valle, Conſil. XXXIX. n. 2. Lib. II. & Conſil. LXI. in princip. Lib. III.* prolixitas enim confundit ingenium hominis fragile, *l. ampliorem XXXIX. §. 1. C. de appellat.* tædium generat animis auditorum, *§. quibus 2. Conſtit. de nov. cod. faciend.* neq́; aliquod ſuffragium conferunt. *Conſt. de emend. Cod. Dom. Juſtin.* Penè nihil immenſum bonum, *Novell. 3. in princ.* Hinc unusquisq́; abſtinere debet à ſuperfluis, *l. breviter 1. ff. de offic. præfect. prætor.* cum fruſtra fiat per plura, quod poteſt fieri per pauciora, ut in *l. 1. ff. quod met. cauſ.* ap. *D. Auguſtin. Barboſam Theſaur. Loc. Comm. Jurisprud. Lib. II. Cap. XXIII. Axiom. IV. p. 88. b.* Stultum eſt quærere gloriam ex ſermonum foliis magis quam ex radice rationis, *ibid. p. 89.* Samiorum Legatis lon-

gâ usis oratione Spartani responderunt: Priorum obliti sumus: eamq; ob rem posteriora non intellexeimus. *Plut. Apophr. Lacon. p. 405.* Cavendum tamen, ne *brevitas degeneret in obscuritatem*, sed ut prudentia adhibeatur, quemadmodum de Menelao canit *Homerus Iliad. III. v. 215.*

Παῦρα μὲν ἀλλὰ μαλὰ λιγέως ἐπὶ δ' πολύμυθος

ἦδ' ἀγαμαρτοεπὴς i. e. Pauca quidem (dixit) verum cum prudentia: quia non garrulus erat, nec in verbis peccans. Sic Sophocles: βραχεῖ λόγῳ δὲ πολλὰ πρόσεστ' σοφὰ i. e. Brevi orationi multa inest sapientia. *L. Job. Mülmannus Comment. in Cap. XII. Jos. p. 483.*

BRIGITTÆ
Revelationes

Ab omnibus Pontificiis approbatæ sunt, accedente Bulla Canonizationis Bonifacii IX. & Martini V. ut habetur in Rev. Brig. edit. Lubec. an. 1492. cum approbat. de Turrecrem. & Bullis P. R. *Hermannus Conringius Discurss. in Novenam Antonianam Cap. XXVIII. §. 1. p. 292. seq. Rossæus Tot. Orb. Relig. Divis. 10. p. 397. 402.* Laurent. Beyerlinck tamen *Theat. Vit. Hum. Tom. VI. Lib. XVI. p. 327.* de autoritate harum revelationum videtur dubitare, de his, inquit, nonnulli ambigunt, quo illas in pretio haberi oporteat. Vid. *Delrium L. IV. Disquis. Magic. L. Andr. Glauchium Ex. Th. de Verbo otioso § 53. p. 81. 82.*

BRITANNORUM
Fœminæ quinque olim nupserunt viris.

Julius Cæsar in Commentariis Lib. V. Britanniæ, quæ nunc Anglia dicitur, incolas in more habuisse refert, ut una fœmina quinque viris nuberet. *Seb. Mynsterus l. c. Lib. II. Cap. XV. p. 56.* Cujusmodi fœditas de nulla gente in historiis priscis legitur, inquit *Guevara Horol. Princip. Lib. II. Cap. IV. p. 248. & in Epist. de Matrimonialium Sacrorum ritibus p. 154.* Sed & apud Persas Medosq; mulier, quæ paucioribus quinq; viris nupsisset, agrestis habebatur, & sordida. *Alex. ab Alex. G. D. Lib. I. Cap. XXIV. p. 41. a.* Et apud *Theod. Siculum Biblioth. Hist. Lib. V. Cap. XVII. p. 284.* una fœmina tribus, aut quatuor viris inservit. vid. & *J. Boëmus Aubanus de mor. leg. & rit. omn. gent. Lib. II. Cap. V. p. 92. Majolus D. C. Coll. III. p. 300. Beyerl. T. II. Lib. III. p. 391.*

BRIXIA
Veneri solummodo addicta, Ejusq; Inscriptio.

D. M.
QUI. ME. VOLENT.

VALE-

VALETE. MATRONÆ. MATRESQUE. FAMILIAS.
VIXI. ET. ULTRA. VITAM. NIHIL. CREDIDI.
ME. VENERI. ALUMNÆ. ADDIXI.
QUOS. POTUI. PELLEXI. PHILTRIS. ET. ASTU.
VIRO. HUMATO.

Chytræus Delic. Itin. p. 253.

BRUCTERORUM
Mons.

In medio Germaniæ noſtræ eſt *Jugum Hercinium*, flexuoſis ambagibus varias ejus provincias permeat, communem tamen cum Sudetis originem ab Alpibus accipiens. Hoc ſcire refert Germaniæ montes ac Silvas, licet diverſis appellentur nominibus, ab Alpibus tamen omnes incipere, ac poſtea ſemper continuo quaſi tractu hinc indè diſcurrere, rurſusq; in ſe ipſos reflecti, ac magna ex parte ad Montana Bohemiæ, & Sylvam illam concurrere. *Bilib. Pirckheimer. Explic. Gam. in Opp. f. 108.* Pars ejus Principatui Anhaltino ac Halberſtadienſi, & Ducatui Brunſvicenſi adſita tenax priſci nominis der Hartz / ſalutatur, cujus iterum pars eminentior *Mons Bructerus*, der Blockers & Brockersberg / à Bructeris ita dictus, & conventibus Sagarum famoſus. Quod autem Sagæ ad ſolennia ſua conventicula, in montem hunc, quæ Sabbata vocant, transportari queant, & nonnunquam realiter quoque transferantur, probari poteſt ex transportationis Sagarum *poſſibilitate*, ejusdemque *actualitate*. Poſſibilitatem hoc argumento ſtabilimus:

Quicquid non excedit vires Diaboli, illud ab eo fieri poſſe probabile eſt.

Atqui corporalis Sagarum ad conventicula ſua Sabbatica translatio non excedit vires Diaboli. E.

Minorem probat *Thomas P. I. Summ. Q. 100. art. 3.* ex eo, quod Spiritibus completis omnia corporalia obediant, quoad motum localem. Diabolus verò eſt talis. Ergò. Deinde quoque ex paritate Angelorum bonorum & malorum eandem nos confirmare poſſumus. Nam ſi Angeli boni eâ præditi ſunt virtute, ut corpora de loco in locum transferre poſſint, nil impedit, quo minus & Diabolis ea computat poteſtas in Sagarum corpora transportanta. Atqui verum eſt prius. Ergo. Major conſtat, quia Diaboli & Angeli boni non differunt ratione eſſentiæ, ſed ratione accidentalis bonitatis, atque malitiæ. Quicunque verò in eſſentiâ conveniunt, illi etiam in naturali potentiâ, eſſentiam conſequente, conveniunt. Minor vel ex ſolo Habacuci exemplo patet, qui capillo in Babylonem ad Danielem translatus eſt ab Angelo Dan. XIV, 35. Act. IIX, 39. ubi Philippus à

Spiritu DEI velocitate ſtupenda translatus eſt in Azotum. Sed objicit Ulricus Molitor malè ab Angelis ad Dæmones argumentari, eò quod Angelorum hâc in re longe major ſit vis & robur, quam Dæmonum. Sed Reſp. mera verba ſunt, dicit quidem, ſed non probat; Communis Theologorum Schola docet, retinuiſſe Diabolos, quæ naturæ erant dotes, amiſiſſe, quæ gratiæ. Sed, eſtne quæſo poteſtas movendi corpora, donum gratiæ? Minime. Accedit, quod ipſo actu Dæmones elevarint corpora, vel mille teſtium probante *αὐτοψίᾳ*. Ubi verò actus, ibi non poteſt quoque non eſſe potentia. Sequitur ipſius translationis *Actualitas*, quæ probari poteſt

I. *Ab Experientia teſtificatione.*

Q. Experientia teſtificatur, illud temerè negatur.

Atqui Sagas nonnunquam verè ad conventicula ſua transportari, experientia teſtificatur. E.

Major in aperto eſt. Minor probari poteſt exemplis & hiſtoriis, paſſim obviis.

II. *Ex corpomli Sagarum ad alia remotiſſima loca translatione.*

Q. minoris voluptatis ergo in remotiſſima verè transferuntur loca, illos magis probabile eſt transportari quoque ad ſua Sabbata, longe majoribus gaudiis referta.

Atqui de Sagis ac Magis verum prius. E. & poſterius.

Majoris fundamentum ſuppeditat maxima illa Logica: Quod affirmatur de Minore, multo magis affirmandum eſt de majore. Sivè, ut alii efferunt: Si id ineſt, quod minus veroſimile eſt, etiam illud ineſt, quod magis vero ſimile eſt. Major nota eſt ex Experientiâ, quæ teſtatur, Sagas in diſſitis ſæpius convenire locis, ut ibi ſua conferant conſilia, aliisque noceant & voluptatibus fruantur. Quæ tamen omnia nihil æſtimanda ad ſolennia illa conventicula in *monte Bructerorum* & alibi. Exempla videantur ap. *Godfr. Vogtium in Deliciis Phyſicis p. 239. ſeq. Barthol. Anborn. Magiolog. P. II. Cap. VII. p. 614. ſeq.*

III. *Ex unanimi Sagarum confeſſione.*

Q. unanimiter omnes confitentur Sagæ, illud probabile eſt verè accidiſſe.

Atqui corporalem nonnunquam ad ſua Sabbata translationem unanimiter omnes confitentur Sagæ. E.

Vid. *Vogt. l. c. p. 242.*

IV. *Ex aliorum Sagas concomitantium, reali deductione & reverſione.* Si enim alii, Sagas concomitantes, beneficio unguenti à Diabolo verè in diſſita deducti fuerunt loca, & per aliquot milliaria deinceps reverterunt, ſequitur, quod nec illud de Magis ſit negandum. Atqui verum eſt prius. E. & poſterius. Exempla videantur l. c. & ap. *Caſp. Schottum Phyſ. Curioſ. Cap. XXIII. p. 67. ſeq. Majol. l. c.*

l. c. Coll. III. p. 288. seq. 293. seq. Francisci Lussii Exercit. Discurs. VI. p. 664. seq. M. Ad. Erdman. Mirum Diss. de Conventu Sagarum ad sua Sabbata an. 82. Wittebbab. Voët. D. S. P. III. p. 579. seq. &c. Zwinger. p. 1526.

OBJECTIONES.

I.

Q. intra istud tempus, quo longius abesse dicuntur, suis tamen locis fixi verè tenentur, & ne pedem quidem, vel extra lectum, vel extra limen movent, illi verè & corporaliter non sunt transportati.

Atqui Sagæ intra istud tempus, quo longius abesse dicuntur, suis locis fixæ tenentur. E.

Resp. 1) Lim. Maj. ex parte prædicati h. m. Q. intra istud tempus &c. illi verè & realiter, scilicet eo tempore, quo in lectis fixi, non sunt transportati. Atque sic conceditur totum argumentum. Nam uti transvectionem quandoque phantasticè fieri, concedimus; Ita eam semper esse talem negamus. 2) Quod si verò Minorem universaliter enuncient, oppido ea falsa est, cum contrarium ex antecedentibus pateat. 3) Adde, quod adhuc *κρινόμενον* sit, utrum illæ Sagæ, quæ, dum longius abesse creditæ sunt, & tamen suis in lectis immotæ jacuerunt, fuerint phantasticæ, an veræ? Qui enim fieri nequeat, ut Diabolus in locum absentis Sagæ aliam personam substituat, quæ quoad formam & cæteros actus absentis vicem sustineat? Exempla exhibet *Remigius Lib. I. Damonol. Cap. XII. Carpzov. P. I. Prax. Crim. Q. XLIIX. n. 59. Anborn. l. c.*

OBJECTIO II.

Q. contra naturam corporis est, asserendum non est.

Atqui corpora Sagarum gravia brevi momento multa millia passuum percurrere, contra naturam corporis est. Ergò.

Minorem probant, quia corpora illa aut *naturaliter* moventur, aut *violenter*. Sed neutro modo: quia respirare nequeunt paulo concitatius currentes, & sic multo minus per aërem raptæ Sagæ: Sine respiratione verò vita esse non potest.

Resp. 1) Committitur fallacia ignorationis Elenchi. Non enim quærimus: An brevi momento Sagæ tam longum possint conficere iter? Sed an verè & realiter transportentur à Satanâ? Hoc affirmamus, non illud. 2) Dist. inter *breve* aliquod *temporis spatium*, & inter *breve momentum*. Dicimus si non momento, brevi tamen temporis spatio emetiri aliquot passuum millia Sagas posse adjuvante Diabolo. Idque ut credamus & dicamus, inducit nos velocissimus stellarum vastissimarum motus. Accedunt exempla Eliæ, Philippi & alia, quin & ipsius Salvatoris. 3) Et finge, illo motu Sagas seu dementari, seu affici instar eorum, qui lipothymia & ecstasi correpti satis diu Spiritu carent, propterea tamen anima non statim ipsos reliquit. Inhibita tantum respiratio est, non prorsus sublata. Vid.

omninò *Vogtius l. c.* Ne verò nescias, cur Diabolus mancipia illa sua in loca remotiora transferat, & junctim convenire urgeat, causæ præcipuæ sunt, recensente *Balduino Cas. Const. p. 738.* 1) ut fœdus cum Diabolo redintegrent. 2) ut à Diabolo denuo nocendi potestatem accipiant, 3) ut malefactorum suorum rationes Diabolo reddant. 4) ut scelerati parentes Diabolo liberos suos impiè offerant. 5) ut deniq; istis in conventibus testentur, quantâ alacritate Diabolo serviant. Conf. *M. Joh.* Gottlieb Hardt/ *Diss. Physico-Historica de Strigiportio An. 1680, Lips. hab.*

Bruder Studium.

Johannes Fridericus Elector Saxoniæ è captivitate redux, Jenæ coronam Studiosorum blandius contuens, subridenti vultu ad Joh. Frid. filium dixit: Daß ist Bruder studium, *D. Cass. Sagittarius in Hist. Joh. Frid. Elect. Sax. §. 25. p. 64.*

In S. BRUNONIS
Effigiem Carthusiensium Patriarchæ,

Non fucati levi minio te ludit imago,
Nil fictum lepida hæc forma, nil artis habet,
Adspicit, ac spirat: sed cauta modestia motum
Supprimit, & circum lumina ferre vetat,
Rumperet ore sonos etiam; sed sancta silendi
Regula, composito non sinit ore loqvi.

Em. Thesaurus Inscript. p. 451.

BRUNSVIGA.

Brunsvicum à Brunone Saxonum Duce Conditore nomen trahens, graves Ducum obsidiones antehac sustinuit, sed tandem majore vi victa insvetas jugo cervices submisit Rudolpho Augusto d. 12. Junii Anno

RVDoLpho BrVnsVICVM

patet, paret. *M. Frid. Hildebr. Syn. Hist. Univers. p. 258. & Comp. Geogr. Cluver. Dec. 15. §. 5. p. 82.* Nomen habet à Brunone, & à sinu excurrentis fluminis, quem Saxones sua lingva Wieck appellant, & pars urbis hodiè etiam vócatur Der alte Wieck. Arcem in eâ condidit *Tanquardus*, frater Brunonis, quæ Danqvarrode vocatur. Civitatem hanc auxit *Henricus Auceps*, & ea pars vocatur *civitas* nova. Quintam partem urbis, quæ à Sylvâ nomen habet, *Henricus Leo* addidit. Templum primum ibi conditum est à Brunone & Tanquardo, quod est ad D. Jacobum. *Cranzius ap. D. Matth. in Theat. H. T. P. p. 865. b.*

BROW-

BROWNISTÆ

Unde?

Sic dicti à Brownio, Ludimagistro primum Soutwarkiæ, dein Pastore Islingtoni propè Londinum, qui, ut istud h. l. ὀδὺ πάρεργον inspergam ex *Hornii Hist. Eccles. Period. 3. art. 2. p. 531.* cum frequenter pulsaret uxorem suam, reprehensus propterea respondisse fertur, se non verberare eam, ut uxorem suam, verum ut nefariam & maledictam vetulam. *M. Joh. Mæbius, Problem. Hist. de Plateariâ Dierum denominatione Cap. III. §. 2.* Paradoxa quædam, aut incommodè, vel saltem obscurè dicta *Thomæ Browne Medici* Angli in libro, cui nomen dedit *Religionis Medici* exhibet. *D. Hartnaccius Continuat. Hist. Eccles. Micræli Art. 10. p. 1632.*

BRUTA

An aliquit rationis habent, dum opera faciunt similia operibus rationis humanæ?

§. 1.

Magna est Brutorum quorundam sagacitas, & multarum præstantium virtutum in iisdem simulacra apparent non obscura; Quis enim non Apum miretur sollertiam, & in constituendâ sua politiâ miram dexteritatem atq; industriam? Quis Formicarum non prædicet in colligendis granis inimitabilem laborem? Quis Turturum & Collumbarum castitatem atq; concordiam? Quis aranei denique, animalculi hominibus maxime exosi, in texenda & sarcienda sua tela non commendet admirabilem sagacitatem & sollicitudinem? Non igitur mirum, si qui opinantur, ex parte τῷ λόγῳ χρῆσθαι ejusmodi animalcula. Respondemus igitur: Bruta, ut ut artificiosa edant & inimitabilia opera, nequaquam tamen de intellectu participare illo, quem Hominum generi divina providentia attribuit. Stat enim immota illa divisio, animalium aliud rationale est, aliud irrationale: Rationale ut Homo, irrationale, ut Bruta omnia.

§. 2.

Opera verò ista Brutorum non rationis, sed naturæ ipsius sunt effectus.

I. Quia causas ignorant, cur ita agant.

II. Quia aliter agere non possunt, quam ut à naturâ suâ moventur, & impelluntur; Formicæ siquidem non possunt non colligere grana tempore messis: Araneus non potest non (plenilunii præsertim tempore, texere & suspendere in aëre suam telam. Quod si rationis hi essent effectus, utiq; & aliter agere possent. Regula: Rationi sivè intellectui necessario famulatur voluntatis electio. Ejusmodi autem voluntate destituuntur Bruta, cum (ut modo dictum est) penes illa non sit

ali-

aliter agere, quam ut impelluntur à suâ natura. Nulla igitur rationis particula propriè illis tribui potest. *G. Bachmanus Exercit. Philos. Cent. 1. Q. 8.* Objiciat hic forte aliquis, brutorum quædam humanam proferre vocem: sed dicendum propriè, locutionem eam non dici, quia non intelligunt quæ pronunciant, sed assvetudine quadam id agunt. *Cæl. Rhod. L. A. l. XXIX. c. XIV. p. 606.*

§. 3.

Mox tamen objicies resono frendere rugitu
Et mox angusta dare murmura voce leonem:
Cornigeros mugire boves, asinosq; rudentes
Audiri: hæc doctâ mentes aperire loquelâ.
Hæc perturbati per certa pathemata motus,
Mœroris, famis, atq; sitis, flagrandis & iræ,
Lætitiæ aut tristis dant signa doloris, amoris,
Confusasq; notas animi: *sed verba negamus.*
Sic matutino renovat cita carmina Sole
Aligerum genus insidens per devia dumis:
Nam quod vel binos, ternosve idiomata junctim
Fundere ab ore putes, concentibus aëra mille
Dum feriunt, & mille modis cava guttura voces
In varias sinuant, ut ab his didicisse magistris
Cinthius Aonias artes credatur Apollo:
Sunt sine mente soni, sunt signa carentia lingvis,
Unicus est una cantus repetitus in hora
Sæpius, & mutæ vocis labor irritus idem.
Unus homo vitæ pulchro moderamina rectæ
Exprimit eloquio.

Goil. Sal. Barbasius Hebdom. 2. Lib. II. p. 157. 158.

§. 4.

Sicut ex diversis animatorum effectibus nullo modo consequitur, inanimatis inesse rationem aliquam, e. g. ignis admotus stipulis, eas accendit, admotus lapidi, salvum relinquit: Magnes admotus ferro illud attrahit, reliqua non appetit; quæ diversitas operationis non ex rationis aliqua analogiâ oritur, sed ex solâ rerum dispositione, cujus auctor est creator DEus; ita nec animalibus rationem tribuere possumus, quod pro diversitate objectorum diversas actiones edunt, ac si prævià ratiocinatione id fiat. Error autem hic communis ex eo natus esse videtur, quod homines multa peragunt, non quà ratione, sed qua sensu pollent, concurrente tamen interdum ratione. Vulgus igitur perversè judicans ex similitudine affectuum similes causas colligit, & bestiam, relicto lapide, carnem vel

gramen

gramen appetentem ratiocinante facultate præditam esse, autumat. Hinc & Justinianus & JCti brutis jus aliquod naturæ competere dicunt. *pr. Inst. de J. N. G. & C. Lib. 1. §. 3. ff. de Just. & Jur. ap. Robert. Scharrockium de officiis secundum Jus Naturæ Cap. I. p. 75. 76.*

§. 5.

Palliant quidam affirmativam partim ex *Scripturâ*, partim ex *naturâ*. Ex scripturâ producunt locum Job. XXXVIII, 36. *Quis dedit gallo intelligentiam?* Verum enim verò, gallus hic involavit in versionem vulgatam. Textus Ebræus ita habet:

מִי־שָׂת בַּטֻּחוֹת חָכְמָה אוֹ מִי־נָתַן לַשֶּׂכְוִי בִינָה

i. e. *Quis posuit in præcordiis sapientiam, aut quis dedit intellectui intelligentiam?* ubi συνάφεια textus requirit, ut de intellectu hominis שכוי accipiatur. Præcessit enim טחות, cui convenienter admodum & harmonicè substituitur שכוי: Svadent deindè hoc ipsum voces בינה & חכמה, חכמה enim est sapientia, id est, certa rei cujusque & accurata cognitio, Scientia latinè, & חכם est rei cujusq; peritus: בינה verò redditur intelligentia, prudentia, quæ oritur ex חכמה, cum ope scientiæ facultatem assequeris de rebus dijudicandi, & rem ex re (ut Ebræi inquiunt דבר מתוך דבר) percipiendi: quâ facultate qui præditus est נבון appellatur, i. e. intelligens, intellectu seu intelligentiâ præditus, ut notat *doctissimus Mercerus ad Cap. I. Proverb.* quæ omnia nostram juvabunt sententiam. Denique nullibi שכוי in Scripturâ significat *gallum*. Conf. *Joh. Steinbachii Gallicinium in verbis CHRISTI Marc. XIII, 35 fundatum, ad mentem Æliani conformatum p. 20.*

§. 6.

Ex naturâ varia objiciunt: Quod in bruta cadant virtutes sic apud *Lucret. Lib. III.* equus dicitur *fortis*, & in illo *Mimi ap. Capitolinum*, Maximo Imperatori, qui propter robur & magnitudinem corporis occidi se non posse putabat, objecto:

Leo fortis est & occiditur,
Tigris fortis est & occiditur,
Cave multos, si singulos non times.

Apud *Ælianum Lib. V. de natura animalium Cap. XI.* apes dicuntur odio habere à recenti Venere venientes. Item equus Regis Scytharum opertæ admissus matri, post faciem detectam præcipitem se dedit. Cameli pullus ob idem factum Camelarium interemit, ut habest *Aristoteles in Historia Animalium*. Objiciunt porrò docilitatem, prudentiam, syllogizationem; Sic de Vulpeculâ referunt, quod aquæ glaciatæ admoveat aurem, ac talem formet soritem:

Quod ſtrepit movetur: Quod movetur fixum non eſt: Quod fixum non eſt, cedit: Ergò ſubmergar, ſi hac ire pergam.

§. 7.

Verum ad Objectiones has & ſimiles removendas, diſtingvimus inter *virtutem veram & umbram*, ſeu *tenuem imaginem virtutis*, inter *virtutem ſpecificè & generaliter conſideratam*, inter *habitum verum* ex προαιρέσει liberè proficiſcentem, & *aſſvefactionem quandam* metu pœnæ, vel alioqui phantaſiæ bonitate & præſtantiâ ſuſceptam. Item inter *prudentiam naturalem, ſenſualem & intellectualem.* 1) Brutis non convenit definitio rationis. 2) Quia eſt ſpecifica hominis forma. 3) Quia brutis non competit operatio rationis propria, voluntas ſcilicet & intellectus, ſed appetitus tantum ſenſitivus & phantaſia. 4) Quia brutis denegantur accidentia propria & inſeparabilia rationis, nempè riſibilitas, inceſſus erectus, loquela, conſultare cum electione mediorum, & aliorum cum aliis collatione. 5) Quia animalium ſolus homo ſapientiæ eſt capax; ſolus homo habet delectum boni & mali, & rerum divinarum cognitionem &c. *M. Adam Sprenglerus in Miſ. tellaneis Q. XIII. p. 147. ſeq.* Conf. Tit. *Animalia ratione melius utuntur homine.*

Peccati pœnam an incurrere poſſunt?

Vid. Tit. Animalia quæ hominem lethaliter læſerunt, an jure juſto occidantur? & Appar. Bibl. Tom. III. in Tit. Ninive, p. 848.

Rident quomodo?

Non propriè, ſed umbraticè. *C. Schottus Phyſ. Curioſ. Lib. VII. p. 761. ſeq.* Riſus ex admiratione proficiſcitur: Admiratio verò propter cognitionem adjunctam ſolius rationis eſt opus. Quâ quia deſtituuntur bruta, ideò non rident. *Bachman. l. c. Q. LXVI.*

Somniant.

Bruta ſomniare docet *Ariſtoteles 4. de hiſt. Anim. Cap. X.* Somniare, inquit, non ſolum homines, ſed etiam equos, & canes, & boves, palam eſt, atque etiam oves & capras, denique genus omne quadrupedum: declarant id canes ſuo latratu, quem per quietem agunt. *Joh. Magirus Phyſiol. Peripat. Lib. VI. C. XIV. p. 597.* Theocritus dixit *Idyll. 21. v. 44. 45.* ἐν ὕπνοις πάσας ὠὰν ἄγρας μανεύει, in ſomniis omnis canis oſſam auguratur ap. *L. Cyprian. in Franz. P. I. Cap. II. p. 52.*

Futuras tempeſtates anne præſagire poſſunt?

Virgilius *Lib. I. Georg.* tempeſtatum quædam ſumit prognoſtica ab aviùm quarundam tum volatu, tum gemitu. Ac corvorum clariorem & ingeminatam vocem ſerenitatis ait eſſe præſagium. Rurſus autem altiſſimum Grvum volatum

tum pluvias ait portendere. Plinius quoque scribit, boves cœlum olfactantes seq; lambantes contra pilum pluvias præsagire. Unde Cicero:

Mollipedesq; boves spectantes limina cœli
Naribus humiferum duxêre ex aëre succum.

Et certè absurdum foret, intelligentiam quandam tribuere brutis animalibus. Idipsum enim negat Virgilius, cum inquit 1. *Georg.*

Haud equidem credo, quia sit divinius illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia major.

Habent enim bruta sentiendi tantum & imaginandi, non autem intelligendi potentiam. Respondemus igitur, esse in brutis ἐμφάσεις sive impetus quosdam naturales: quos in aliis obscuriores, in aliis verò illustriores esse voluit DEus suo consilio, nobis ignoto, quibus bruta sibi præsentiunt, nobis verò præsagiunt res ejusmodi, qui cadere videntur sub intellectum. Ejusmodi verò impetus variari dicimus ab atris variè affecti qualitatibus. Hic enim modo crassior est, modo purior. Unde brutorum quoque temperamenta variari veritati non est absimile. Hanc ergo temperamentorum mutationem naturales etiam sequuntur impetus nunc excitatiores, nunc remissiores &c. Quod idem Virgilius affirmat, inquiens:

Verum ubi tempestas, & cœli mobilis humor,
Densat, erant quæ rara modo, & quæ densa relaxat
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,
Concipiunt: hinc avium concentus, in agris
Et lætæ pecudes, & ovantes gutture corvi.

Atque hinc ex Anseribus, ex Anatibus & mergis, subinde se in lacum mersantibus venturæ pluviæ conjecturam facimus, duce experientiâ. Cujus tempestatis etiam cornicum gemitum frequentem, & in litore discursationem prognosticon facit Virgilius, inquiens:

Tum Cornix plena pluviam vocat improba voce.

Concludimus igitur: nullam quidem rationis particulam inesse brutis: veruntamen ex aëre variè mutato varias illa assumere tum voces, tum corporis gestus & motus. *Bachman. l. c. Cent. III. Q. LIII.*

BRUTORUM

Summa lex est utile; Homo autem major, & ad majora natus, quam ut sit utilitatis mancipium. *M. Marcus Fronius in Eccur præferat aliud, aliud animo definet DEus Opt. Max. §. 7.*

Honor incompetens.

§. 1.

Es hat Herr Matthias Hunold eine Disputation de Honore Brutis non competente sub Præsidio L. Joh. Schmidii zu Leipzig 1686. gehalten. In dieser Disputation werden erstlich benahmt/ die Thiere/ denen man göttliche Ehre erzeiget/ und wird angemercket/ daß die Fliegen von den Acananen/ die Crocodillen von denen Copriten/ die Schildkröten von den Troglodite/ die Fische von denen Syrern/ die Habichte von denen Tentyriten/ die Störche von den Thebanern/ die Fledermäuse von denen Mexicanern/ die Ochsen/ Hunde/ Katzen/ &c. von denen Egyptiern/ die Pferde von denen Virginiern &c. als Götter geehret.

§. 2.

Darnach geschicht Meldung derer Thiere/ denen man menschliche Ehre zuförderst im Leben/ und hernach auch im Absterben erwiesen. Also hatten die Nubier einen Hund zum Könige: und die Perser liessen sich ehemahls von einem Hahn regieren. Cajus Caligula machte sein Pferd zum Römischen Raths-Herrn. Die Könige von Siam haben vielmahl einen weissen Elephanten an ihrem Hofe gehabt/ welcher als ein Fürst in einen stattlichen Zimmer gewohnet/ köstlich bekleidet/ auffs beste tractiret/ mit herrlichen Pomp und Trabanten versehen/ und von ihrer Majestät zum öfftern besuchet/ und aus lauter güldenen und silbernen Gefässen gespeiset und getränckt worden.

§. 3.

Wann bey denen Egyptiern ein Habicht/ Katze/ oder ander Thier starb/ pflegten sie selbige nicht nur zu würtzen/ köstlich anzukleiden/ sondern auch gantz ansehnlich zu begraben. Zu Rom ward einemahls ein Rabe/ der gewohnet war den Käyser und das Volck zu grüssen/ erschlagen/ darauf ward der/ so die That verübet/ am Leben gestraffet/ der Rabe aber von zwey Mohren prächtiglich auf einer Senffte/ unter dem Begleit alles Volcks/ zum Scheiterhauffen getragen. Es ist was bekandtes/ wie Alexander M. seine Trauer über sein Pferd Bucephalum mercken lassen/ massen er es nicht allein prächtig begraben/ sondern ihm auch zu Ehren in Indien eine Stadt auffgebauet.

§. 4.

Und so wäre es mir leicht darzuthun/ daß auch noch heute unter denen Christen mancher mehr über seinen verreckten Hund/ als verstorbene Ehe-Frau traure/ recht auf den Schlag/ was dorten Cneus Domitius dem L. Crasso, und dieser jenem vorgeworffen. Der Redner Hortensius und L. Crassus liebten einen Fisch so hoch/ daß sie um einen gestorbenen Meer-Aal öffentlich ge-

traur-

trauret. Als nun zu einer Zeit Cneus Domitius in öffentlicher Raths-Versamlung diese unmäßige Trauer seinem Collegen/ dem L. Crasso, vorwarff/ und sagte: **Du/ L. Crasse, traurest um deinen Meer-Aal!** Antwortet ihm Crassus hinwieder: **Du hingegen/** Domiti, **betrauerst gar nicht deine drey Weiber.** *B. D. Nagel de Luctu Parentum Lib. I. Cap. II. p. 11. seq.*

BRUTUS

Adulter.

M. Bruti vitam à Plut. descriptam Franciscus I. Gallorum Rex inter epulas, prælegente anagnoste, attentus audiebat, & heroicum in libertate Reip. vindicanda animum, multis verbis commendabat. Regi astipulantibus cæteris, QUIDAM Latinæ lingvæ simul & Historiæ imperitus, Magnum quidem virum, sed magnum quoq; adulterum, inquit, laudatis. Admirantibus novitatem cunctis, Ovidii versum ex Epistolis protulit, ubi ait:

Obrutus insanis esset adulter aquis.

Vocandi casu O Brutus à Poëta scriptum esse contendens. Sic Henricus Stephanus in Epigrammatibus:

Regis apud mensam Francisci, mentio Bruti
Crebra est, per varios & repetita dies.
Tunc quidam, ah Brutus, Brutus, famosus adulter,
Dignusne est epulas semper inire tuas?
Unde probet mœchum quærenti: rettulit illud:
Obrutus insanis esset adulter aquis.

Zwingerus Theat. Vit. Hum. Vol. IV. Lib. I. p. 1099. a.

BRUXELLÆ

Macellum Christianorum.

Propter rigorem Inquisitionis olim Hispanicæ & tyrannidem Ducis de Albâ Jacobus Præpositus Bruxellas vocat Macellum Christianorum, ap. *Saldenum in Ot. Theol. Lib. II. Exercit. X. §. 7. p. 414.* Sicuti Hispani in genere Lutheranorum vocantur lanii à *Tungerlario Prompt. Evang. P. III. p. 591.*

BRUXILLI

Philosophi septem memorabilia.

Pharasmenes *Lib. XX. de libertate deorum*, quorum Cicero de naturâ deorum meinit; eo tempore, quo Galli Romam occuparunt, & capitolium obsederunt, venisse cum illis Philosophum refert, Bruxillum nomine, eumq; Gallis Italiâ expulsis, apud Camillum Romæ mansisse: Et quoniam ea tempestate Roma-

ni Philosophis carebant, magno in honore illum fuisse ab universis Romanis habitum, adeò ut primus ille exterorum fuerit, cui viventi statua fuit in Curiâ posita. Solebant enim Romani statuas civibus etiamnum viventibus, peregrinis non nisi defunctis ponere. Is Bruxillus cum annos tres & decem supra centum vixerit, & ex iis sexaginta quinq; in ipsâ urbe Româ domicilium habuerit, præter alia, septem ex illius vita memorabilia referuntur.

I. Quod sexaginta annis nemo unquam Romanus illum pedem portâ efferre viderit. Antiquitus enim parvo sapientes habebantur in pretio, qui cum sapientia excellerent, vitam non amarent solitariam.

II. Quod annis sexaginta nemo unum ex ipso verbum audivit otiosum. Multum enim autoritatem hominum supervacanea minuit garrulitas.

III. Quod toto illo temporis spatio nunquam visus est horam ullam perdere. Nullum enim in Sapiente gravius delictum, quam si momentum temporis perdidisse videatur.

IV. Quod toto illo tempore nullo unquam crimine fuerit notatus. Quod quidem non vulgaris est excellentiæ; Rari enim sunt longevi, qui non sint infamiâ aliquâ notati.

V. Quod omni illo tempore nemini molestiæ vel querelæ caussam præbuerit, quod non minoris, quam superius illud, laudis est. Etenim monstrum quasi quoddam naturæ vir ille potest dici, qui sic vitam egit, ut molestia & dolore neminem afficeret.

VI. Quod tres aut quatuor nonnunquam annos ita exegit, ut nunquam templis excederet, quo facto vitæ sanctitatem puritatemq; declaravit. Non enim satis est vitiis carere hominem virtutis amantem, sed hominum eidem improborum commercia fugienda sunt.

VII. Quod frequentius cum diis, quam cum hominibus colloquebatur. *Grev. H. P. l. I, c. V. p. 19. 20.* Tandem cum moriturus à Senatu frequenti visitaretur, & deploraretur, subjunxit: Ergo mihi hodiè vitam exordiri videor. *Radau Orat. Ext. P. II. Cap. VII. Quæst. II. p. 303.*

BUBO

Avis funebris, & maxime obominata.

— — Volucris venturi nuncia luctus
Infelix bubo dirum mortalibus omen.

Ovid. L. V. Metam. Hæc avis publicis auspiciis abominabilis hebita fuit, noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu; quæ si in urbibus, aut omninò in lucè viseretur, dirum præbuit ostentum.

O mi-

O miseram avem!

Certe miseram, & non tam proprio, quam Poëtarum carminibus infamem! Detur illi philomelæ vox, flebit dulcius: nunc naturæ paret suæ: nos naturam ipsam, superstitionibus, ut pareat, cogere delirando nitimur. *Heidf. Cap. VI. p. 127. 128.* Tristis hujus & multarum aspectus, & lugubris cantus, at uterq; naturalis, non sic canunt, ut vobis aliquid nuncient, sed quia carnere aliter non norunt. *Fr. Petrarcha de R. U. F. Lib. II. Dial. 90. p. 556.*

BUCCINA

Qualis, quâ DEus populum in Sinâ convocabat? Exod. XIX, 13.

Et cum cœperit clangere buccinâ l. c. in Ebr. *cum protraxerit buccina*, vel *sonus erit prolixior*. Joel. II, 5. Contrarium sensum reddunt Chald. & LXX. *cum sublimatus fuerit*, seu *cessaverit*. Buccinam hanc etsi plerique *angelicam*, cum Chald. & LXX. faciant, *angelo* scil. *aërem collidente*, ut sonum ederet: Nonnulli tamen propriè intelligunt de *sono cornu*, seu *buccinâ*, quo populus à Mose moveri debuit, ut accederet ad montem, quod præfert *Rivetus*; Judæi somniant adhibitum cornu arietis, qui loco Isaaci immolatus fuit. Sed à DEO ipso signum datum fuisse, & quidem per buccinam *angelicam*, probabilius est, ac majestati revelationis convenientius, & haud obscure indigitatur vers. 16. eadem buccinâ, utpote ad cujus auditum timuisse populus ac Moses ipsum de loco castrorum eduxisse refertur vers. 17. Præco DEI convocabat non populum tantum, sed ipsum etiam Mosen, ejusq; vocationis signum erat sonus buccinæ. *B. Calov. in h. l. p. 392. b.*

DEI, 1. Thess. IV, 13.

Veniet CHristus ad judicium α) ἐν κελεύσματι. Κέλευσμα propriè est clamor nauticus, quo ad labores nautæ excitantur, ut uno veluti concentu remos adducant; metaphoricè de quavis exhortatione ad rem alacriter peragendam, usurpatur. Hinc *Syrus* & *Vulgatus* habent: *cum jussu seu mandato*. Beza: Cum hortationis clamore, quo scil. mortui surgere, & coram DEO atq; judice suo comparere jubebuntur. β) ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου. Quod hic Paulus φωνὴν ἀρχαγγέλου, CHristus Matth. XXIV, 31. φωνὴν μεγάλην vocat. Est autem φωνὴ ἀρχαγγέλου sonus, quem primarius aliquis Angelus (v. g. Michael, qui Judæ v. 9. expressè ἀρχάγγελος dicitur) validissima aëris collisione efformabit. Summa hujus vocis, juxta Theophilactum fortè hæc erit: Ἕτοιμος πεῖτα πάντας παρέστω ὁ κριτής. Nimirum uti primum, sic & alterum CHRISTI adventum Archangelus annunciabit. γ) καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ. Videtur hîc esse ἓν διὰ δυοῖν,

pro

pro ἐν Φωνῇ Ἀρχαγγέλου διὰ τῆς Θεοῦ σάλπιγγος, quod Matthæus Cap. XXIV, 31. dixit μετὰ σάλπιγγος Φωνῆς μεγάλης. Sic Φωναὶ καὶ σάλπιγγες memorantur Exod. XIX, 13. Nam ut tempore legis promulgandæ auditus est sonus tubæ vehemens váldè, Exod. XIX, 16. 19. ita quoq; extremo judicio ingens sonitus & penetrabilis clangor in aëre ministerio Angelorum excitabitur. Quia ergò posterius est explanatio prioris, tuba DEI (σάλπιγξ τοῦ Θεοῦ) vox ista Archangeli erit, quæ *Tuba* dicitur, cum propter evidentiam eminentiamq; soni, qualis in Tubâ clangente major, quam alio ullo organo, tum propter convenientiam, quia in convocando populo, non Ebræi tantum, Num. X, 2. seq. sed & Græci & Romani usi sunt classico. Ad id exemplum, cum DEUS homines convocat, dicitur id facere per *tubam*, Es. XXVII, 13. Jerem. IV, 5. VI. v. 1. LI. v. 27. Os. V, 8. Joel. II, 1. Zach. IX, 14. Et in Apocalypsi, quoties DEUS peculiaria vult exercere judicia, Angelis suæ tribuuntur tubæ. Unde hanc tubam Paulus ultimam (ἐσχάτην) vocat 1. Cor. XV, 52. quia scilicet ab eâ ultimi in hoc mundo celebrandi judicii divini erit initium. Ea porrò in nostro textu non simpliciter *Tuba*, sed cum addito, *tuba DEI*, σάλπιγξ τοῦ Θεοῦ, vocatur, propter summam excellentiam. Nimirum DEus operâ & ministerio Angelorum istum tubæ sonitum in aëre excitabit. Hinc eadem tuba, seu vox, quæ per tubam indicatur, modò CHRISTI, ceu *causæ Principalis* Joh. V, 25. modò Angelorum, velut *causæ ministerialis* Matth. XXIV, 31. esse dicitur. *Excell. D. D. Joh. Olearius in Perip. Epist. Exercit. LII. Pos. IV. p. 463.*

BUCENTAURUS
Venetorum.

Inter octies millenas naves, quæ Venetiis in armamentario, quod in medio canalis dividit, est quædam Bucentaurus dicta, omnium pulcherrima, ad Ducem Venetorum spectans, exterius & interius auro obducta, præterquam ea parte, qua intra aqvas occultatur: in summitate est in rotunditatem tabulata. In prora est locus editus instar tribunalis, vel sellæ regiæ, sessioni Ducis destinatus. In puppi visuntur duæ statuæ aureæ, quarum una Ducem Scanderbegum: altera justitiam refert: ab omni latere sunt sedilia. Solet autem Dux Venetus quotannis die Ascensionis CHristi, cum præcipuis nonnullis Senatoribus in hac navi cum magno triumpho usq; ad portum quendam juxta propugnaculum *à Lio vechi*. Quo in loco Dux pretioso annulo in mare projecto sibi despondet mare, sive homagium in recognitionem supremi dominii accipit. *Web. Art. Discurrend. Font. 23. Ex. 5. f. 177. 178.*

Unde?

Dicta Bucentaurus à *Bu*, quod magnum aliquid significat, & à *Centauro*, anti-

antiquo navium insigni. Alii *Ducentaurum* appellatam volunt, quasi ducentorum hominum navigium capax, sive à *Duce*, quo ille publicè vehitur.

Quando cœpit?

Institutio hujus machinæ primum facta fertur anno reparatæ salutis MCCCXI. Alii altius originem indagant, nempe Ann. MCLXXVII. in adventu Imperatoris Federici Ænobarbi, seu, Barbarossæ, cum ille, pro componenda Pace cum Pontifice Alexandro III. Senatusque Venetias accessit. Hic Imperator Pontificem odio Vatiniano insectatus, abire Roma, Venetiasq; petere tanquam ad asylum tutum coëgit. Indeque in Venetos classem Duce Ottone filio immisit, qui à Venetis debellatus, captus, & ad Patrem remissus ab eo impetravit, ut Venetias concederet de pace acturus, quod feliciter factum, Pontifexque in integrum restitutus pietate & virtute Venetorum. Quibus, ut Pontifex paria faceret, præter plurima alia privilegia Veneto Senatui concessa, gratulabundus Principi annulum porrexit aureum, dicens: Ziane Dux accipe, & me authore hoc mare tibi Venetiæque armis obnoxium desponsato, quod tu & futuri Principes quotannis stato die in perpetuum servabitis, ut omnis posteritas memoriâ repetitâ intelligat, maris possessionem patriâ virtute ac navali disciplinâ vestram esse jure belli quandoque factam atque *ut uxorem viro*, ita illud desponsationis annuæ munere vestro subjacere Imperio. Hocque factum ferunt solenni Die Ascensionis Domini: Ideo quotannis hæc celebritas eodem die magno hominum & Principum concursu concelebratur. Princeps enim cum Principum Legatis, Senatuque purpuratò, vectus Bucentauro, annulum aureum à Patriarcha consecratum, è puppi in undas projicit (aqua lustrali prius solenni ritu in mare profusa) dicens: Desponsamus te Mare in signum veri, perpetuique Imperii. Adhæc serta florea Principi, Senatuique Veneto boni ominis & lætitiæ gratia impertiuntur. *D. Beckman. H. O. P. II. Cap. XII. p. 771. 772. L. Feller. in Horn. Orb. Imp. p. 159. seq. Anhorn. Magiolog. P. II. Cap. IV. §. 6. p. 320. 321. D. Jac.* Spon / *Hodœpor. Lib. I. p. 16. b. Laurentius Polymath. Lib. I. Diff. II. p. 4. seq.* Adsunt autem urinatores, qui in profundum maris desiliunt, & annulum illum iterum quærunt. *Matth. Faber in Auct. Op. Conc. Trip.*

In hunc Ritum Oceanus per Anagrammata sic loquitur:

Cur sibi despondet *mare* Venetus? hincne quod ille
Credat quod pretio fœderis hujus *emat?*
Aut quod ei populo *meus* sint spectacula ritus?
Vel quod ab hoc valdè conjugis instar *amet?*
Hoc si, cur renovat sponsalia quolibet anno?
Mene putat læsi fœderis esse ream?

* * * * *

Seu: Dux Venetus cornu semper gerit, unde? marita
Conjugii socio perfida facta suo.
Atque licet repetat Sposalia quolibet anno,
Communis tamen hæc fœmina semper erit.

Diadema enim Ducis Veneti *Il Corno* dicitur. Hinc:

In terris Unicornu quoque vivit, & istud
Adspecto Veneto Principe nemo negat.

Franciscus Stativs in Or. & Lus. Veriz. Epigr. LXXXIX. p. 21. & Epigr. CCLII. & CCLIV. p. 54. 55. Ad hunc coëmendi ritum respexisse videtur Virgilius, ita Augustum alloquens:

—— —— —— Tibi serviat ultima Thule,
Teque sibi generum Thetis emat omnibus undis.

1. Georg. v. 30. 31. Salm. in Panc. P. I. Tit. LVI. p. 294. Frid. Taubman. in h. l. p. 111.

Alia causa.

Barth. Gradonico Duce Venetiis, cum aquæ omnes & stagna ita subito excrevissent, ut omnes de salute desperarent, proditum est memoriæ, noctu intempesta occurrisse cuidam Piscatori tres humana specie, qui navigium ingressi magnis precibus ab eo contenderent, ut sese incolumes ex eo turbine servaret. Ille vero acceptâ conditione, in litus sic eos deduxit, ut tandem quiescente tempestate, aquisque decedentibus præmium vecturæ acceperit à D. Marco annulum suum, quem Principi offerret, assereretque sua ope præcipuè à se Divoque Nicolao & Georgio servatam esse urbem. Id cum piscator manè ad Ducem profectus enarrasset, certæque rei indicium annulum protulisset: tunc Dux piscatorem præ gaudio complexus, & annuo stipendio viventem donavit, & rei monimentum perpetuum posteris esse voluit. *Egnatius Lib. I. Cap. VI. Fulgosius ibid. & Sabellicus Lib. II. Decadis II. ap. Zvinger. Th. V. H. Vol. V. Lib. IV. p. 1348. a. & p. 1405. b.*

BUFO

Sangvinis inhibet fluxum.

Es erzehlet Gesnerus beym Jonstono in Thavmatographia, classe X. C. III. art. III. es habe der Sächsische Hertzog/ Friederich/ eine Kröte mit einem höltzernen Brat-Spieß durchstochen/ im Schatten fleißig gedörret/ in Leinwand gewickelt/ denenjenigen/ so mit dem Leibes-Blutfluß beschweret/ so lange in den Händen zu halten/ gegeben/ biß sie darinnen erwarmet/ und also sey der Blut-Fluß gestillet worden. *Joh. Ad. Weber. Discurs. Curios. LII. Observ. III. p. 1186.*

BUFO-

BUFONIS

Et mustelæ mirabilis antipathia.

Quoties bufo (ut *Delrio Lib. I. Disquisit. Cap. III. Q. IV.* aliique naturæ scrutatores commemorant) intra certæ distantiæ spatium mustelam offendit, tergo ad saxum aut arborem obverso, primisque innixus pedibus, & faucibus late diductis, infortunatam bestiolam expectat in prædam. Tum igitur mustela, latentis antipathiæ necessitatem sentiens, & quasi fascinata maleficio, cum imminentis sibi exitii nullum reperiat effugium; anxie huc illuc discurrit, nec sine tristi questu, & lugubris planctûs multo murmure. Tandem sui ipsius miserata, ut cito finem inveniat malo, in hiantis bufonis os incurrit, & quo potest conatu magis magisque se immergit, donec tota cesserit in escam fœdi heluonis, *Id. Art. Convers. Reg. VII. S. XLVII. p. 396.*

Et Araneæ.

Vid. Tit. Aranea. Erasmus, & ex eodem Schenckius Observat. VII. Lib. Observat. CXV. ap. *Web. Disc. Curios. l. c.* Historiam de pauperculo sene, quem Episcopus quidam invenerat amarè flentem super viso fœdo bufone vid. ap. *Lightfoot in Erubbim seu Miscellaneis Cap. XLV. p. 222.* Bufonites, seu lapis in capite bufonis inventus veneno resistit, idque extrahit. *Gaffarel. Curios. Inaud. C. V. §. 7. p. 95.* licet alii de hoc dubitent ap. *L. Cyprian. in Franz. P. I. Cap. XXVII. pag. 535.*

C. C. C.

C. litera Chamiero fatalis.

Montauban urbs Galliæ, quam Reformati frustra obsidente milite Regio A. 1562. 1573. 1621. fortiter defenderunt. At tandem post Pacem Nemausensem A. 1629. in persona Richelii Cardinalis Regi dediderunt. Daniel Chamierus, celebris Reformatorum Doctor hic docuit, eâque die, quam fatalem sibi prædixerat, obiit, stratus globo tormentario obsidentium litera C. signato. *D. Beeman. H. O. T. P. I. C. VI. S. I. §. 17. p. 176.*

C. C. C.

Romani tres solum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse Imperii gravitatem ac nomen sustinere. *Cic. contr. Rull. Luc. Annæus Florus Rer. Rom. Lib. I. Cap. XVI. p. 52.*

C. tria Pontificiorum.

Pontificii docent per indulgentias auro vel argento comparatas plenariam peccatorum indulgentiam, & remissionem ab omni eorum pœnâ contingere, ut loquitur Pontifex in Bullâ Jubilæi A. 1600. Idoneitas in suscipiente, ait *Keysersb. de micis f. 43.* requirit tria C. Contritionem, Confessionem & Contributionem. Meliorem ergo divitis, quam pauperis hoc in passu esse conditionem, non sine causâ dixit *Lombardus l. IV. Distinct. 45. q. 3.* quod dives facilè contributione suâ possit juvari, & celeriorem consequi absolutionem; Pauperes enim, quia non habent, ut in Taxâ pœnitentiariâ dicitur, ideò non possunt consolari. *D. Joh. Gerhard. Decad. Disp. Theol. de labefact. Gloriæ DEI per Corruptelas Pontif. Disp. I. §. 33. & omninò D. Andr.* Kühnen / *Discretus Catholicus Autocatacritus c. 10. p. 110. 111.* Hinc Prov. XIII, 8. כֹּפֶר נֶפֶשׁ אִישׁ עָשְׁרוֹ Redemtio animæ viri sunt divitiæ ejus; Quo loco & Christiani primorum seculorum utebantur apologiæ loco, quando in persecutionibus adversantium pecuniis placabant rabiem, uti videre est ap. Baronium ejusq; Epitomatores ad An. C. 205. *B. Geier. in h. l. p. 645. 646.*

Falsa.

Quæcunq; de vivacitate trium illorum C. Cornicis, Cervi & Corvi traduntur pro fabulosis meris agnoscit Plinius, vid. Tit. *Animalium Ætas.*

CABADES

§. 1.

i. e. glorioſus, Persarum Rex, quia legem tulerat, ne adulteria sine violentia facta punirentur, Persæ ei regnum ademerunt, eumque in carcerem conjecerunt. Cum autem ejus conjux aditum ad eum peteret, tandem custos carceris eâ conditione promisit se aditum concessurum esse, si secum concumberet. Illa marito hoc significat, qui spe liberationis jubet uxorem voluntati custodis parere. Quod cum faceret. mulier posteà familiariter intromissa, virum tandem liberavit, indutum muliebri veste: Qui cum evasisset, adjutus ab amicis regnum recuperavit, & fratrem, qui biennio regnaverat, interfecit. Cum hoc Cabade diu Anastasius bellum per Duces gessit, quod posteà Justini tempore finitum est. Ideò autem hujus Cabadæ mentionem hîc feci, quia & nostro tempore simili pacto mulier virum liberare conata est. Cum Gonzaga Mediolani Præses esset, Caroli V. Imperatoris tempore, in vicinâ quadam urbe Præfectus Hispanus virum nobilem conjecerat in carcerem. Uxor captivi magna pecunia redimere maritum conata est. Ea pecunia accepta Hispanus promittit ita se redditurum esse virum, si illa noctem promitteret. Refert mulier postulata Hispani ad mari-

tum

tum, qui assentitur: Illa promittit Hispano. Postridiè cum maritum peteret, reddit Hispanus, sed prius interfectum: Illa misera calamitatem & suam & viri exponit Gonzagæ Præsidi, qui mox Hispanum prehendi jubet, & primum mulieri omnes facultates Hispani addicit, deindè eum capitali supplicio affici jubet. Hoc exemplum justi judicis memoria dignum est, & pœnæ ostendunt iram DEI adversus utrumq;, & eum, qui admisit adulterium, & eum, qui fecit. *Phil. Melanchr. in Chron. Carion. Lib. III. p. 535.* *Theatrum Diabolorum* im Jüren Teuffel/ *p. 305.*

§. 2.

Contrarium exemplum habet *Jacobus Salianus de Amore DEI Lib. VI.* sequentibus: zu Ascalon in Idumæâ war ein Kauffmann durch Schiffbruch verunglücket/ und von seinen Gläubigern inhaftiret/ biß daß er bezahlete/ alles was er schuldig war. Dieser hatte ein sehr schönes/ aber auch dabey recht ehrliches Weib/ welche ihren Ehegatten in der Noth nicht lassen wollte. Sie erhielt so viel/ daß sie ihren Manne/ die Speisen/ welche sie zuweilen erbeten hatte/ bringen/ und ihn damit erqvicken möchte/ damit er nicht hungers sterbe. Solches nahm ein reicher/ aber dabey sehr unkeuscher Herr in derselben Stadt in acht/ und erbot sich gegen das Weib/ daß wo sie seines Willens leben wollte/ so wolle er ihres Mannes gantze Schuld bezahlen. Allein wie solches das Weib ihrem gefangenen Manne entdeckte/ wurden sie beyderseits schlüßig/ lieber förterhin Noth/ und auch miteinander den Tod auszustehen/ als sich durch solche Schande an GOtt zuversündigen. Diese ihre Resolution höreten ein gefangener See-Räuber/ der in wenig Tagen vom Leben zum Tode sollte gebracht werden/ den erbarmeten diese arme Leute/ und eröffnete ihnen/ wie er an einem Orte noch einen gewissen Schatz an Gelde vergraben hätte/ den sollten sie heben/ den Mann davor erledigen/ und seiner dabey gedencken. Solches geschahe/ das Weib holete das angewiesene Geld mit Freuden/ erledigte ihren Mann/ behielte einen guten Uberschuß/ davon sie einige zeitlang zusammen leben/ und etwas vor sich bringen kunten. Solchergestalt genossen diese Leute ihre Eheliche Treue und Beständigkeit. *Pfeiff. Nupt. p. 255. 256.*

CABBALA

§. 1.

Est doctrina arcana, quâ ex literis, vocibus, punctis & accentibus Hebraicis mysteria quædam eliciuntur. Est autem duplex: Practica & Theoretica. Practica est ars magica seu Diabolica, quâ Judæi miracula, seu potius miranda quædam efficere conantur; Agit enim de Diabolis pellendis, vel per literas aliquas, vel collo appensas, vel pronunciatas. Cabbala autem Theoretica est acu-

ta inventio, quâ ex literis transpositis, vel in numerum resolutis, aliisve modis mutatis, vel ex vocibus, punctis &c. mysteria quædam eliciuntur. Quod Pontificiorum in Ecclesiâ sunt *traditiones*, id in Judæorum Synagogâ est *Cabala*, קַבָּלָה quæ vox itidem *traditionem* (Mosi à DEO in monte traditam), vel potius correlatum ejus *acceptionem* (proprie enim traditionem sonat מסרה) significat, à קִבֵּל accepit, recepit manibus vel animo. Plura qui cupit adeat *B. Glass. Philol. Sacr. Lib. II. P. I. Tr. 2. S. 3. Art. 7. p. 389. seq. Voët. D. S. P. III. p. 226. seq. Zwinger. Th. V. II. Vol. V. Lib. IV. p. 1312. Bartbol. Anborn. Magiolog. P. II. Cap. IV. §. 7. p. 321. seq. D. Calov. Bibl. Illustr. ad Matth. Eduard. Leigh. Crit. Sacr. P. I. p. 206. a. & omninò D. Joh. Nicol. Jacobi Tract. Philol. Hist. Theol. de Vulneribus Christi P. I. Cap. II. §. 12. f. 61. seq.*

§. 2.

Sequens adjecisse non pigebit. Sp. S. Gen XLIX, 10. ita: וְלוֹ יִקְהַת עַמִּים *& ipsi adhærebunt gentes.* Vox יקהת bis in Scriptura occurrit & significat obedientiam & congregationem, hîc scil. & Prov. XXX, 17. *Oculus qui illudit Patri & contemnit* ליקהת *obedientiam matris.* R. D. K. in Lexico more suo ingeniosè appositeq; redd. משמעת וקבול המצוה obedientiam & receptionem mandati, ut sit sensus h. l. *ipsi obtemperabunt populi, ut exequantur imperata.* Hæc vox aliquando Schickardo doctissimo Ebræorum, prout ipse de se testatur *in de Happeruschim Bechinath*, libro utilissimo, à converso quodam Judæo celebri olim in Poloniâ Rabbino Marpurgi postea baptizato, Christiano Pauli, per IV. Populorum nomina Juden/ Christen/ Heyden und Türcken/ fuit explicata, quæ Cabala pulchrè & insigniter adgubernatur dictioni N. T. eâ ratione quâ alias Cabbalistæ vocem ADAM exponunt per מרה דם אפר h. e. quod constet pulvere, sangvine & bile. Similia reperiuntur apud Latinos v. g. M. O. R. S. cujus literæ has voces continent: *Mors Omnium Rerum Supremum.* Item ille Romanorum literæ: S. P. Q. R. quæ *Senatum, Populum, Que, Romanum* propriè significant, variè semper explicatæ sunt à Sibyllâ quadam: *Serva Populum Quem Redemisti.* A venerabili Beda: *Stultus Populus Quærit Romam.* A quibusdam hodie per jocum de Papâ Romano per interrogationem: *Sancte Pater Quid Rides?* & retrogradam responsionem: *Rideo Quod Papa Sum.* Quæ Cabbalæ species dicitur *Notzricon. M. Adam Spenglerus in Miscellaneis Them. III. p. 26. 27.*

CABALLACUM

Cavallaticum vocatur præstatio avenæ pro caballis. *Car. du Fresne in Glossar. T. I. p. 665.* Caballos autem intelligere videtur Hieronymus majores equos, sicuti mannos accipimus minores: Caballos, inquit, cernam equis cedere. *Cæl. Rhodig. L. A. Lib. XXI. Cap. XXX. p. m. 62.*

CA-

CABALLATIO

Apud Spartanos inter sævissimas execrationes fuit ἱπποτροφία, quam caballationem recentiores vocant, i. e. equorum enutritio (*Cæl. l. c. Cap. XXIV. p. 50.*) eò, quod magno staret impendio & homines svavi captu ad perniciem duceret. *Alex. ab Alex. Gen. Dier. Lib. III. Cap. XXII. p. 165. b.*

CADAVER

Corpus Christi vocari nequit.

Quidam corpus Christi in triduo mortis cadaver appellavêre. Sed perperam, cum id tantum cadaver dicendum sit, quod ex causis cum internis, tum externis necessariò sequatur corruptio, quam Christus, utpote in quo Deitatis plenitudo σωματικῶς habitat, non viderit, Psal. XVI, 10. Act. II, 27. unde non πτῶμα, cui Latinum cadaver, quasi *caro data vermibus*, sed σῶμα ἀνθρώπου vocatur, Joh. XIX, 38. *D. Joh. Meisner. Exercit. Th. in Matth. c. XXIV, 28.* Corpus enim mortuum per absentiam animæ: Cadaver verò insuper per habitum corruptionis constituitur. *D. Scherz. Syst. Def. Lib. XIX. p. 552.* Unde & sangvis in effusione non computruit, sed in resurrectione ad corpus recollectus fuit, vid. 1. Petr. I, 18. 19. *Id. ib. Lib. IIX. §. 28. p. 241.* Nullum corpus, quamdiu in hypostasi suæ personæ manet, cadaver est. At corpus Christi per triduum mortis mansit in suæ personæ hypostasi. E. *D. Val. Velthem. Dec. Disp. Th. IX. Contr. XXVII. §. 11. p. 213. 214. D. Joh. Ern. Gerhard. Diss. Th. de Relig. Rit. Eccles. Moscovit. C. IV.*

Nec corpus hominis.

Taceo, quod hoc vocabulum ne quidem corporibus reliquorum hominum, communi naturæ consvetudine prognatorum, conveniat, sed brutorum proprium sit, quippè quorum corpora in illa, ex quibus conflata sunt, elementa plenariè resolvuntur, ac evanescunt, ut adeò *Isidorus Lib. XI. Orig. Cap. III.* non incommodè dixerit: Omnis mortuus aut funus est, aut cadaver: Funus est, si sepeliatur, cadaver est, si it. sepultum jacet. *D. Calovius Disp. Th. de Fluxu Sangvinis & Aquæ Christi latenti §. 38.* Quid si quis quærat, quid homo post mortem? certum quod non sit homo, & tamen est aliquid quoad partes duas, anima non moritur, & licet corpus resolvatur, non tamen devenit ad tantam resolutionem, quod omninò nihil sit, & quod in non-Ens cedat, anima sempermanet, ut quid divinum, homo deficit, quantum ad esse tantum; vel ita: Homo mortuus non planè dicitur consumptus, quia magis dormiens, quam moriens. *August. Sermon. XLIIX. ad fratr. p. 23. edit. Paris. 1516. & lib. de grat. nov. Testam. ad Honor. Cap. XXXII. ap. Ben. Reichard. in Paneg. Georg. Wilh. El. Brand. p. 87.* Dicitur tamen

de

de impiis, ut Jesabele, 2. Reg. IX, 39. Pharaone, Ezech. XXIX, 5. c. XXXII, 5. *Cell Prompt. Bibl. in v.* Nas.

CADIX

Seu Caliz, Insula, urbs ac Portus prope Fretum Gibraltar; Hanc urbem Carolus V. unam è tribus clavibus Imperii sui dicere solitus fuit. D. *Beeman. H.O.T. P. I. C. V. §. 11. p. 133.* Insignis olim fuit fano Herculis, qui Geryonem tricorporem, Regem hujus Insulæ, ut est in fabulis, interfecit; Veteribus fuêre Gades, & ultra eas vix quisquam Veterum est progressus, undè remotæ Gades dicuntur ab *Horat. Od. II. Lib. II. M. Frid. Hildebr. Compend. Geogr. Cluver. Dec. IX. §. 8. p. 41.*

CADUCEUS

Pacis insigne apud Græcos, in ligno recto utrinq; duos continens serpentes implexos invicem, *Cæl. L. A. L. XXI. C. XVI. p. 26.* D. *G. Schubart. de Morib. Gentium circa fœdera §. 29. p. 39.* an forsan originem debet Aaronis virgæ coram Pharaone, & servis ejus in colubrum versæ? *Grot. ad Exod. 7, 10. in Op. Angl. T. I. p. 477.* Mercurius postquam cum Apolline, quem furto pecoris huic concrediti maximè offenderat, in gratiam redierat, lyram Apollini donavit, hic verò illi virgam, cujus vis esset, ut, si inter dissidentes poneretur, facilè pax fieret. Mercurius experimentum facturus, virgam inter angves duos acerrimè pugnantes conjecit, qui repentè abstinuerunt à pugna, undè virga Mercurii geminis posteà angvibus circumvolutis fuit insignita. Hæc illa ipsa virga est, quæ *Caduceus Mercurii* appellatur, qua animas ab inferis revocare, somnum quibus vellet immittere, & præcipuè dissidia componere credebatur. Hinc quemadmodum per *Fetiales* bella indicere, ita per *Caduceatores* eàdem finire, receptum erat. *Rev. D. M. Paul. Stockman. in Elucidario Deorum Dearumq; gentilium p. 174. 175.*

Tum virgam capit, hâc animas ille evocat orcâ
Pallentes; alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos adimitque. — —

Virgil. Æn. Lib. IV. v. 242. Et *Horat. Lib. I. Carm. X. v. 17.*

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, virgâq; levem coërces
Aureâ turbam. *Hofman. Lex. Un. in. b. v. p. 620.*

L. CÆLIUS RHODIGINUS

J. Cæsaris Scaligeri fuit Præceptor, & ejus Liber Lectionum Antiquarum titulo non immeritò Cornu Copiæ vocari debet. D. *Dan. Georg. Morhof. Polyhist. Literar. Cap. XXI. p. 249.* Vossius autem *Lib. de Orig. & Progr. Idol. Cap. LXXXIV. p. 1184.* rectè observat hoc actum Rhodigino passim, ut dissimulatis

Scri-

Scriptoribus, unde sua hausisset, non alius, quam ipse testis laudaretur. *Dn. Balth. Stolbergius de Angariis Veterum Cap. III. §. 1.*

CÆSAR

Scribit suos Commentarios.

Quæ modo fulmineum vibrabat dextera ferrum
Pacatos calamos sangvinolenta regit.
Scribit dextra eadem calamo, quæ gesserat ense,
Hoste vetustatem deficiente ferit.
Nulla tuæ, Cæsar, celebratæ gloria dextræ,
Aut ferro, aut calamo, si caruisset, erat.

Hinc in Symbolis *Pandini* imago C. Julii Cæsaris insistit mundi globo, atque altera quidem manu gladium, altera verò librum tenet, cum hâc inscriptione:

EX UTROQUE CÆSAR!

Quæ enim Cæsar interdiu armatus gerebat, ea noctu togatus purissimo dicendi genere conscribebat. Huc pertinet pulchellum illud epigramma:

Fert fluvium tranans sua Commentaria Cæsar;
Nec sua, ne pereant, ipse perire timet.

D. *Matth. Theat. Hist. Th. Pr. p. 328.*

Per mare innatans Commentarios gerit.

Horrida felici rumpis freta pectore Cæsar;
Librum læva regit, dextra flagellat aquas.
Dum mare Cæsareæ formidat verbera dextræ,
Currit in offenso tuta sinistra libro,
Dextra fit remus; tu remex; navita, navis:
Vela chlamys; malus læva; volumen opes.
Ibitis illæsæ metuenda per æquora merces,
Naufraga non poterit tanta perire ratis.

Emman. Thesaurus Inscript. p. 72.

Augustus.

Præsagiente monumento, ex Cæsare æsar factus est, h. e. in communem locum abiit. *D. J. F. Mayer. Diss. Th. de Præsagiis mortis §. 2. p. 9.*

Roman. cur invictissimus?

Vocatur ita, quia Imperium Romanum nullus Regum ante diem novissimum evellere & exstirpare penitus poterit. D. *Christ. Matthiæ. Th. Hist. Pr. p. 399. 400.*

Secundus ab Imperatore.

Cæsar dicitur, qui designatus jam est Imperator, quique Imperium quidem administrat, sed ad Augusti seu Imperatoris nutum. Hodiè Cæsarem Regem Romanum appellamus: Ut Ferdinandus vivente Carolo V. erat Cæsar, Carolus Imperator. Sic Maximilianus vivente Ferdinando erat Cæsar: Ferdinandus Imperator &c. *Joh. Borcholt. Comment. Feudor. C. 5. p. 82.*

Cæsarea Majestas.

Est serra, per se iners, & inutile instrumentum, nisi trahatur à Papâ. *Wolff. Lect. Mem. Cent. XV. p. 876. a.*

Cæsi ex utero matris.

Scipio Africanus defuncta matre, quod excisus utero in diem venerat, primus Romanorum Cæsar dictus fuit *Jul. Solinus Polybist. cap. IV. p. 164.* Lycham ex utero matris cæsum scribit *Virgilius*; Edoardum quoque VI. Anglorum Regem ex utero matris cæsum ferunt. Et legibus nostris cautum est, ne mulier prægnans mortua humetur, antequam partus ei excisus fuerit, qui contra fecerit, spem animantis cum ipsâ gravidâ peremisse videtur, *Lib. II. de mortuo inferendo.* Ibi dicitur id esse ex lege Regia, cui Gorgias quidam occasionem præbuisse videtur, qui ex defunctæ mulieris utero in ipso rogo decidisse scribitur. *Valer. Max. L. X. de miraculis. Borcholt. l. c.* Plura exempla exhibet Harsdörff. im Schau-Platz Lust- und Lehr-reicher Geschichte/ *P. VI. C. p. CXXXIV. p. 120. seq.*

CÆSARUM

Nemo unquam tormenti ictu periit.

Carolus V. Cæsar, anno 1555. Mulcassem à Barbarussa ejectum in Tunetanum Regnum restituturus, expugnata jam Guleta, justo prælio cum barbaris, Alfonsi Vastii, penes quem eo die imperium militare erat, monitu, decertare statuit. Tum Vastius ad Cæsarem: Ergo æqvum est, inquit, ut qui toti propè terrarum orbi imperas, ei parere condiscas, quem gravi cum onere, pudoreque hoc die tanti exercitus ducem, abdicato Imperatoris nomine, esse voluisti. Itaque jure meo jam utor, jubeoque, ut hinc abscedas ad mediam aciem, ubi sunt vexilla, ne fortuitò incidentis pilæ casu, universa communis fortunæ salus, unius hominis periculo, inexpiabile subeat discrimen. Ad id subridens Cæsar, & ne id timeret, subdens, quando Augustorum Cæsarum nemo unquam tormenti violentia concidisset, confestim ad signa se contulit. *Jovius Lib. XXXIV. Hist. ap. Zwinger. Vol. VII. Lib. III. p. 1764.*

CALAIS

CALAIS

Seu Caletum in Galliâ, Cujus urbis portum *Gallie Portum* appellare consveverunt Angliæ Reges, quo quamdiu potirentur, tamdiu gestare sese è cingulo *Claves Gallia* dictitabant. D. *Beeman. l. c. Cap. III. p. 46.*

CALAMITAS

Ab amicâ DEI provenit manu, ergo ferenda.

§. 1.

Amarissimum fructum fert absynthium, radicem tamen habet dulcissimam, præsertim id, quod in Ponto nascitur, teste *Plinio Lib. XXVII. Cap. VII.* Itaque licet paupertas, morbus &c. acerbos tibi fructus gignat, scito tamen eos à dulcissimâ prodire radice, scilicet à paternâ DEI manu. Indicaturus hoc DEus Judæis ob peccata puniendis porrexit Ezechieli librum scriptum intus & foris, in quo scriptæ erant lamentationes, carmen & væ i. e. minæ gravis castigationis, Ezech. II. qui tamen liber, cum ex mandato DEI comestus à Propheta esset, factus est in ore ejus, ut mel, dulcis, Cap. III.

§. 2.

Unde hæc dulcedo ex libro tam funesto, nil aliud continente, præter lamentationes & væ? A manu DEI, quæ porrexit librum istum, ut ait *Isidorus, Clarius* & alii. Dulces enim fiunt labores, dum à manu DEI provenire cogitantur; quâ de causâ etiam lapides Stephano dulces fuerunt, craticula Laurentio, carbones Tiburtio &c. quod & Christus exemplo suo firmavit, quando Petro passionem ipsius impedire conanti, dixit: Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? Joh. XVIII. q. d. calix bonus & acceptabilis est, quem porrigit Pater Filio, cur igitur non bibam illum? *Matth. Faber, Auctar. Op. Cont. Trip. Part. I. p. 648. seq.*

§. 3.

Carolus IX. Francorum Rex, dum in Regem ungeretur, anxia erat mater, ne per ætatem (nam vix annum decimum excesserat) non esset sufficiens ceremoniis, quæ tam solenni actu adhibentur, sufferendis, At, Feram, inquit, ille, nec recusabo hunc laborem, quoties se regna offerent. Potuit hic puerulus laborem hunc pro terreno regno capessendo sine molestiâ sustinere, & non possit homo maturus pati aliquid amplius pro cœlesti regno? O nos delicatos! O infantes! Weil alles Creutz von der Liebe GOttes kommt/ und wie ein Wasser die Krafft der Mineralien/ welche es in seinen Gängen berühret in sich hat/ also die Liebe GOttes mit sich führet/ darüm sollen wir es mit Freuden annehmen. *Scriv. SS. P. II. Conc. X. §. 1. p. 700.*

Omnibus communis.

Nemo est in hoc mundo, qui ærumnis vacet, si verò iis vacet, inter filios hominum numerandus non est, scitè & eleganter dicunt Persæ ap. *Henning. Henningi Mubammed. Prec. Prec. 9. p. 440. Hottinger. Hist. Orient. L. II. C. VI. p. 513.*

Orare docet.

§. 1.

Tubæ sonitus tum demum efformatur, quando flatus per contractas angustissimi canalis fauces est, progressus. Unde lemma: *Angustis sonitum!* Hinc disces, supplices hominum voces tantundem in cœlum spargi, quantum intra calamitatum angustias compressi fuerint. *Picinell. Mund. Symbol. T. II. Lib. XXII. Cap. XIX. n. 180. p. 230.* Aliquot chordæ, in fasciculum colligatæ, ac cytharæ cuidam vicinæ, epigraphen tenent: *Non nisi extensæ!* Ita homines mundani supplices suas ad DEum voces nunquam edunt, nisi in lecto distenti, aut calamitatum violentia torti. *Id. Lib. XXIII. Cap. II. n. 10. p. 235. Non percussa silent*, P. Aloysius Novarinus musicis fidium instrumentis inscripsit. *Ib. n. 11.* Organi patentis folles, justo Saxorum pondere prægravati, epigraphen tenent: *Sub pondere melos! Ib. Cap. VI. n. 36. p. 237.* Chordæ supra testudinem vocem edunt tanto acutiorem, quanto majore violentia intensæ fuerint. Undè lemma: *Intensiores acutius! Ib. Cap. VIII. n. 59. p. 241.* Organi harmonicè pulsati ictus applices homini rebus adversis exercito, cum lemmate: *Multo fit plausus ab ictu.* Idem in malleum lotorium licet referre: *Candor ab ictu.* Vel: *Verbere purgat.* Quid si referas idem in hominem impatientem, dicasq; : *multo fit clamor ab ictu. Pexenfeld. Apparat. Erud. c. C. p. 853.*

§. 2.

Von dem Senffkorn schreiben die Naturkündiger / daß es nicht besser wachse / und nicht fruchtbarer sey / als wann es mit Füssen getreten wird / nach dem Lateinischen Vers:

Pulchrior ut crescat, teritur crocus, ô furor ingens,
Lætior ut possis surgere nolle premi.

Dergleichen Art auch der Wegerich oder Wegebreit-Wurtzel / welche desto hefftiger an den Wegen wächset / weil sie offt mit Füssen getreten wird / dahero auch dieses Gewächse bey den Lateinern den Namen erhalten hat; Also wird die Wein-Rebe im Anfange des Frühlings sehr beschnitten / angebunden / und gleichsam unfreundlich gehalten / nicht ohne Nutzen / weil sie desto besser darauf zu wachsen pfleget. Dieses alles bildet uns den Zustand der Gläubigen und Frommen in dieser Welt gar artig vor / dieselben lässet GOtt

gedruckt/ untertreten/ beschnidten/ gezwungen und verächtlich gehalten werden/ auff daß sie desto glücklicher auffkommen/ und sich hervor nehmen mögen. Scriv. Christl. Haushalt. *Dom. Jubil. p. 687. ap.* D. Joh. Chr. Gerstäcker im Vorrath schöner Gleichnisse/ *p. 225.* Camerarius bildet vor den Oel-Baum/ von welchem die groben Aeste abgehauen werden/ an deren Staat schöne neue Schößlinge hervor sprossen/ mit der Beyschrifft:

TANTO UBERIUS,
oder
CONCUSSIO FIRMAT!
Hau ab die groben Spän der Sünden/
Willt du der Tugend Schößling finden!

Welches er also erkläret: Theophrastus schreibet Lib. III. Cap. XL. von Ursachen der Pflantzen/ daß der Oel-Baum/ so ihm die alte untaugliche Aeste abgehauen werden/ wegen seiner angebohrnen Feiste/ und überflüßigen Saffts/ neue Schößling und Zweige hervor sprosse/ und auf solche Weise fruchtbarer und schöner werde; Also sollen auch wir das Untaugliche und Unfruchtbare an uns/ das ist/ Sünde und Laster austilgen/ damit wir reichere Früchte der Tugend überkommen mögen. Dn. Gottfr. Embl. Tugend- und Laster-Platz/ *Emblem. LXXVII. p. 944.*

§. 3.

Gleichwie in einem Kieselstein ein Fünclein Feuer verborgen lieget/ und todt ist/ und nimmermehr heraus kommt/ wanns nicht durch den Stahl herausgeschlagen würde: Also wird das Fünclein des Gebets und Glaubens nimmermehr leuchten/ oder aus dem harten und steinigten Hertzen hervorkommen/ wanns GOtt durch den Stahl des Creutzes nicht heraus schlägt/ Es. XXVI, 16. *Arndt Postil. P. III. p. 424.* Druckt gleich die Drucker-Presse/ so wird doch dadurch eine schöne Schrifft befördert/ nach dem Emblemate: Eine Drucker-Presse: Premat, dum imprimat! Also drückt das Creutz fromme Christen/ so gewinnet Christus eine schöne Gestalt in ihnen/ Gal. IV, 19. Je hefftiger die Winde auf den Myrrhen-Baum losstürmen/ je hefftiger fleußt sein Safft/ nach dem Lemmate: Concussa uberior! Cant. IV, 16. Also Christen/ je hefftiger sie die Creutz-Winde anstürmen/ iemehr Gebet/ Gedult/ Andacht fleußt aus denselben. D. Gerstäck. *l. c. p. 205. 206.*

CALAMITATES
Modice ferendæ.

§. 1.

Calamitates casusq; humanos modicè ferre, id verò est prudentium, dice-

bat Macrinus Imp. ad exercitum ap. *Herodianum Hist. de Imperio post Marcum Lib. IV. p. 145.* Decet viros fortes atq; moderatos optima quidem optare, sed ferre quæcunq; incidant, dicebat Alexander ad milites ap. *eund. l. VI p. 175.*

§. 2.

Das ist kein Wunder / wenn das Licht / oder die Fackel brennet / wann es stille ist / sondern wann der Wind gehet / und Regen giebet: Also findet man bey guten Tagen wohl viel Christen / so nicht zu verwundern / sondern das ist Wunder / wann im Creutz / Elend und Verfolgung fromme Christen standhafftig bleiben / daß sie dem Wahl-Spruch Printz Wilhelms von Oranien gemäß sagen können:

MEDIIS TRANQUILLUS IN UNDIS!
Mitten in der Fluth /
Hab ich guten Muth!

Die Nachtigalen / welche Columbus in der Insel Hispaniola hörete / schlugen auch des Winters / darüber er sich verwunderte: Also ists auch freylich ein Wunder / wann Christen / wie sie doch thun sollen / mitten im Creutz-Winter frölich sind. Dn. Gerstäck. *l. c. p. 218. 223.*

Erudiunt.

Et modestiores reddunt. *Isocratis Socialis s. de Pace p. 417.* Quantum calamitatibus boni proficiant, infinitis locis Patres ostendere. Vid. *Tob. Pfanneri Syst. Theol. Gentilis Puriorum Cap. IIX. §. 13. p. 241. seq.* Bonorum adversitas non est reprobatio, sed virtutis probatio. C. adversitas 48. caus. 7. Quæst. 1. ap. *Barbosam Thesaur. LL. CC. Jurispr. L. I. C. XXXII. p. 41. a.*

Τιμωρίας.

Tribulatio & *πιμωρία* est respectu carnis, & *δοκιμασία* respectu Spiritus; *πιμωρία* tamen non irati vindicis, sed ut Medici aut Patris, ut sit quasi *Διὰ παιδὸς βοήθεια*, auxilium per castigationem. *Ursin. Quæst. Bibl. Lib. IV. Cap. XIIX. p. 295. 296.* Cum Corripimur à Domino, magis est admonitionis, quam damnationis, medicinæ, quam supplicii, correctionis, quam pœnæ. Chrysost. Hom. XXIIX. in 1. Cor. ap. D. G. *Mœbium in Admirandâ DEI Vindictâ, quam propter Davidis peccatum sustinuerunt Israëlitæ Diss. II. Cap. III. §. 25. n. 4.* Vid. Tit. Afflictiones paternæ castigationes.

CALAMITATUM

Quot genera?

Publicarum calamitatum quatuor sacræ enumerant pandectæ, gladium, famem, bestias, pestem 2. Sam. XXIV, 13. Ezech. XIV, 21. Et Jerem. XV, 2. 3. inter qua-

quatuor משפחות etiam שבי captivitas enumeratur. D. *Joh. Harm. Misler. Diſp. Inaug. de Martyrio §. 5. p. 3.* Non malè alioquin cum *Cardano de Varietate Lib. IIX. Cap. XLV.* Septem calamitatum genera communia enumeres: Terræ motum, inundationem, Ventum, Animalia, Peſtem, Bellum, Famem. *Voët. D. S. P. IV. de Judiciis DEI p. 94. 292.*

CALCANEUM
Diaboli, Gen III, 15. vitæ finis.

§. 1.

Momordit Calcaneum capitis, proin non parcit etiam calcaneis membrorum. Morſus ejus ſunt internæ tentationes, & externæ perſecutiones, imo internæ & externæ ad peccandum ſollicitationes. Omnium verò maximè has ſuas fraudulentas machinationes intentat piis, ſub finem vitæ, ne ipſi aufugiant, & ad libertatem cœli tranſferantur. Uti in vitâ reliquâ non uno duntaxat tentationum genere, ſed multi formi nocendi aſtutiâ, uti *Auguſtinus* loquitur, *Lib. XIX. C. D. Cap. XXIII.* homines ſolet adoriri, aliis enim cupiditatem inſatiabilem immittit, ut opibus ſuis, tanquam compedibus illigatos, à viâ veritatis abducat: alios inflammat iræ ſtimulis, ut ad nocendum potius intentos, à DEI contemplatione detorqueat, alios immoderatis libidinibus immergit, ut voluptati & corpori ſervientes, ad virtutem reſpicere non poſſint; aliis verò inſpirat invidiam, ut ſuis ipſi tormentis occupati, nihil cogitent aliud, niſi eorum, quos oderint, felicitatem; alios inflammat ambitionibus, quos pios viderit, vanis implicat religionibus, ut impios faciat: Ita quoque circa vitæ finem pro diverſitate objectorum, diverſa ejaculatur tela! Eruditos ſollicitat ad veræ fidei abnegationem, bonos ad præſumptionem: malos ad deſperationem: infirmos ad impatientiam: divites ad nimiam circa terrena curam: pauperes ad diffidentiam: Unde quidam ex veteribus per *calcaneum cui ſerpens infernalis dicitur inſidiaturus*, intelligunt *vitæ finem*, circa quem ille hominem gravius oppugnat.

§. 2.

Diabolus, ſcribit *Iſidorus Lib. III. Sent. Cap. V.* quamvis in tota vita hominem prævaricari cupiat, amplius tamen in fine molitur decipere. Hinc eſt, quod ſerpenti dictum: *Tu inſidiaberis calcaneo ejus.* Quia nimirum hominem, quem in curſu præteritæ vitæ non decepit, noviſſimis ſupplantare diſponit, proindè quamvis ſit juſtus, nunquam neceſſe eſt, ut in hac vitâ ſit ſecurus, ſed ſemper humilis caveat, ſemperq; ne in fine corruat, ſollicitus perhorreſcat. Hæc Iſodorus ap. *M. Bauman. Anal. Typ. p. 236.*

CAL-

CALCEUS

Thomæ oſculandus propoſitus.

Dignus audiri h. l. *Eraſmus in libello de modo orandi:* In oſtentandis, ait, Sanctorum reliquiis, quantum in plerisque locis ſuperſtitionis eſt? In Angliâ offerunt oſculandum calceum Divi Thomæ, Archiepiſcopi Cantuarienſis, qui fortè calceus eſt alicujus latronis, & ut ſit, quid ineptius, quam adorare calceum hominis? Vidi ipſe cum oſtentarent linteola lacera, quibus vir ille dicitur abſterſiſſe mucum narium, Abbatem ac cæteros, qui adſtebant, aperto ſcriniolo venerabundos procidere ad genua, ac manibus etiam ſublatis adorationem geſtu repræſentare. Erat meçum Joh. Cochelus, cui hæc indigna videbantur. Hæc Eraſmus ap. D. *Joach. Hildebrand. Sacr. Antiquit. de Precibus Veterum Chriſtianorum C. XVI. p. 25. 26.*

Lipſii magni æſtimatus.

Jener Schuhflicker/der ſich CONSERVATOREM CALCEITATIS nañte/ rühmete: Ich habe dem vortrefflichen Mann Lipſius ſeine Schuhe gemachet/ und habe ſeine Leiſt noch im Sack/ den ich nicht wollte für 1000. Cronen geben/und hoffte/ er werde noch dermahleins für ein Heiligthum verehret werden. **Philander von Sittwald Sat. Geſch.** *P. IV. Viſ. I. p. 538.*

Ne ſupra pedem.

Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα, Ne ultra pedem calceus i. e. ne majora viribus ſuſcipias. Aut ne magnificentius te geras, quam pro tuâ ratione. *Eraſm. Adag. Chil. II. Cent. V. C. XLVI. p. 492.*

CALCEI

Traditio, qualis ritus? Ruth. IV, 7.

§. 1.

Hoc autem olim in Iſrael (obtinebat) *in redemtione & permutatione ad ſtabiliendam omnem rem, ut detraheret vir calceum ſuum, & daret proximo ſuo, & hæc erat teſtificatio in Iſrael.* Quæritur: Qualis hic ritus fuerit? Exprimi legem ſacram de renunciatione fratriæ multi cenſent, quibus præivit *Joſephus Antiq. L. V. Cap. XI.* qui & ritum exſpuendi in faciem huic hiſtoriæ adſperſit. Conf. de iſto ritu *Seldenus Ux. Ebr. p. 67. Wagenſeil. in Sota p. 663. Joh. Buxtorff. Syn. Jud. C. XLI. de Jure Leviratus; & quomodo Judaicæ mulieres à Leviris ſuis ſeparentur p. 649. ſeq.*

§. 2.

Manifeſtè hoc innuit hic verſus; & totus contextus agit non de *renunciatione perſonæ*, ſed *de acquiſitione rei.* Non itaq; hæc excalceatio ſpectabat ad

pœnam,

pœnam, ut Devt. XXV, 9. sed in contractus solennitatem & firmamentum, uti apud nos *clavium traditio, pedum positio* (unde apud I C. *possessio*, quod multarum rerum possessio adeatur pedum positione & calcatione) ut adeò hæc calcei traditio esset Symbolica, qua alteri dominium cedebatur, & jus adeundæ possessionis dabatur, q. d. En trado tibi calceum, quo hactenus calcavi (aut certè jus habeo calcandi) agrum illum, quem nunc tibi cedo, ut eum calces. Hinc calceamenti porrectionem ad subjectionem referunt Psalm. CVIII, 9. *B. D. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. II. L. LXV. p. 361. 362.*

CALCEI
In Scripturâ varii.

Dantur in Scripturâ I. *Calcei Evangelici* Ephes. VI, 15. ἑτοιμασίαν τῆς εἰρήνης, *non ratione prædicationis*, ita ut omnibus prædicare liceat, sed ratione Confessionis & sanctæ conversationis, ut omnes in Evangelio dignè ambulent. II. Calcei Justitiæ CHRISTI, in quibus incedimus, Ezech. XVI, 10. III. *Calcei potestatis*, Psalm. LX, 10. & Ps. CIIX, 10. IV. *Calcei superbiæ*, Es. III, 10. V. *Calcei Paschales Judæorum*, Exod. XII, 11. VI. *Calcei traditæ possessionis*, Devt. XXV, 9. Ruth. IV, 8. *M. Baum. Anal. Allegor. p. 285. seq.*

Mosis, Exod. III, 5.
§. 1.

Calcei Sacerdotum Ægyptiacorum fuêre papyracei; Athenienſium alibi; Phœnicum linei; Mosis straminei. Quâ autem de causa DEus jusserit eos exui, commiaiscuntur passim auctores, sed pleraque vana & falsa. Dicere enim calceamenta Mosis fuisse straminea, aut ex junco, aut sparto, quales etiam fuerunt calcei Pastorum Ægyptiorum, inter quos Moses numerari poterat, & rusticorum apud Hispanos, & alibi, de quibus *Plinius H. N. Lib. XIX. Cap. II p. 348.* ideoq; deponendos fuisse, ne forte igne, quem Moses accedebat, consumerentur, plane ridiculum est. Nec magis probare possum ingeniosum illud inventum, quod lepidissimus quidam, etsi doctissimus, ut eum vocat *Balduinus de Calceo Antiquo Cap. III.* pro concione effutiit, calceos sc Mosis ex eodem junco compactos fuisse, ex quo posteà Christi corona spinea facta est; ideoque jussisse DEum Mosi, ut calceos exueret, quod indignum videretur, servum pedibus calcare, quo ipsius Dominus aliquando esset coronandus. Spinosum sanè plus satis hoc commentum. Scriptura nos melius edocet; ob insignem nempe loci istius sanctitatem DEus voluit id fieri. Exsertis enim verbis utrique tam Mosi, quam Josuæ dicitur: quia terra istius loci, in quo stas, sancta est. Non quod terra illa sanctior fuerit cæteris partibus terræ, est enim totius terræ una eademq; materia, ejusdem dignitatis, cum eundem DEum habeat Creatorem & Dominum Psal. XXIV. sed sancta

dicitur terra illa, ob singularem præsentiam DEI, qui sanctissimus est, & qui in illis locis se manifestans, sanctitatem suam certis quibusdam operibus voluit declarare, ut non nisi cum timore & sanctitate homines illum accederent: eodem planè modo, quo Tabernaculum & Templum, & sacra vasa, & Sacerdotes, & Sabbatha, & Novilunia, & olim, qvum templum adhuc illæsum steterat: ut ne hodie quidem ulli permissum sit, per locum illum, in quo olim sanctissimum illud ædificium steterat, ambulare cum calceis, aut baculo, aut pecunia, aut caput ibi detegere, aut sereare, spuere &c. quæ stante æde à Magistris vetita erant. Conf. *Anton. Bynæum de Calceis Hebr. Lib. II. Cap. II. ap. Zimmerm. Floril. Phil. Hist. P. I. p. 187. 188.*

§. 2.

Calcei deponendi, quandò ad DEum accessuri sumus, quod Mosi præcipitur *l. c.* quemadmodum enim olim jure suo cedentes, exuebant calceos, & unà cum calceis jus suum tradebant alteri, quod constat ex libro Ruth. IV, 7. ita ad DEum appropinquaturi exuamus veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, Ephes. IV, 22. jus peccati Diabolo reddentes, resurgentes à somno peccati, & in novitate vitæ ambulantes, Rom. XIII. *B. D. Frid. Balduin. in Ἐπιφάνιον. Homil. in Evang. Fest. Pasch. p. 372.* Hoc jussu voluit DEus præsentiæ suæ majestate majorem reverentiam in animo Mosis & Josuæ excitare. Nam calceamenta metaphoricè significant terrenam cogitationem & conversationem cum mundanis negotiis, quæ negligere & seponere decet eo tempore, quo in contubernio DEI versantes res sacras peragimus. At hodiè κακοζηλία est superstitiosa apud Turcas & Saracenos, qui templa suis idolis consecrata, nonnisi ad fores relictis calceis ingrediuntur. *L. Job. Mülmannus in Cap. V. Jos. p. 191.*

Apostolorum.

Apostolis præcepit Christus, ne calceamentum pedibus inducerent, Luc. X, 4. quod ita interpretatur Adamantius, ut ipsorum pedes, qui ad annunciandam felicissimæ vitæ perpetuitatem properabant, omni carerent mortalitatis indicio. Nam & Moses, cum exiret Ægypto, calceamenta ex mortuis pellibus induxerat: quibus veluti quadam mortalitate constrictus erat. Cum verò cœpit per virtutem proficere, & ad montem DEI conscendere, ibique immortalibus ministrare mysteriis: tunc ei præcipitur, ut lora calceamenti solvat: quia locus, in quo consisteret, sanctus esset; hoc est, ut indicia mortalitatis, quæ in pelliceis calceis designatur, abjiceret. *Joh. Pier. Valer. Lib. XV. Hierogl. ap. Salm. P. I. T. XLIV. p. 174.* Angelius sub Valente Constantinopolitanus Episcopus, vitam egit Apostolicam, nunquam calceis usus, unaque tunica contentus (ἀνυπόδετος καὶ μονοχίτων) dicti Evangelici observator. *Suidas in v. Angelius p. 14. 15.*

M. Au-

M. Aurelii Imp. laceri ac rupti.

Ita enim ipſe de ſeipſo in Epiſtolâ ad Siciliæ Regem de ærumnis, quas in juventute ambo exantlarant: Illo tempore Templum ingredi non potui, quod calceos haberem ruptos; quis tunc putaſſet fore tempus illud, quo curru triumphali (urbem) inveherer, & humeris portarer alienis? *Goev. H. P. Lib. I. C. XVII. p. 62.* Sic & præ paupertate Vitellius, antequam fuerat Cæſar, ex aure matris Sextiliæ detractum unionem, pignoravit ad itineris impenſas. *Lerinus Hulſius in Icon. Caſarum p. 158.*

Sacerdotibus Hiſpanicis nulli.

Unicum hoc exemplum de inopiâ priſcorum Hiſpanorum teſtari poterit: Legione in Templo Maximo ob anguſtiam rei familiaris Templi miniſtros nudos inceſſiſſe, (tam rude ſeculum, tantâ rerum neceſſariarum inopia inter Hiſpanos erat) Regem Ferdinandum M. verò cum id vidiſſet, annuos reditus ad comparandos calceos deſignaſſe. *Marian. Lib. IX. Hiſt. Hſp. Cap. VI. ap.* D. *Becm. Not. Dign. Illuſtr. Diſſ. XII. Cap. II. §. 3. p. 329.* Quemadmodum & Sacerdotes Maronitarum inter Turcas in ipsâ Miſſæ celebratione nudipedes, quos Hier. Dandinus è Soc. Jeſ. juſſit, ut calceati ſacra facerent. *Acta Erud. Lipſ. A. 1685. m. Jun. p. 285.* Paupertatis certè indicium ſunt calcei vel laceri, vel nulli, ut Eſ. XX, 24. 2. Paral. XXIIX, 15. Luc. XV, 22. *Geier. de Ebr. L. Cap. XV. §. 2. p. 304. M. Joh. Ad.* König *Diſſ. Phil. de Ritu portandi calceos ex Matth. III, 11. S. II. §. 5.*

Rari pretii.

Thereſia Petri Riarii Cardinalis amica calceis margaritarum tegumento inſignibus uſa. *Wolff. L. M. T. I. Cap. XV. p. 763. a.* Gvalterus quidam Eliſabethæ Reginæ Angliæ aulicus, crepidas geſtavit 6600. aureis æſtimatas, prout ſe legiſſe meminit *Weber. Art. Converſ. R. XII. p. 760. & Art. Diſcur. Font. XXIV. Ex. XIIX. p. 203.*

Purpurei ſignum Imperii.

Alexius Commenus Græcorum Imperator, Johannem filium ſingulari amore complectens, dedit ei purpureos calceos Imperii indices, atque hâc ceremoniâ Juvenem Imperio deſtinavit, & Imperatorem appellandum curavit. *Web. A. C. Coroll. III. p. 761.*

Tempeſtate exuti, ne macularentur, & veſte tecti.

Der Geſandte von Mengrelien zu Conſtantinopel am Türckiſchen Hofe/ als es regnete/ zog ſeine Schuhe aus/ nahm ſie in die Hand/ und bedeckte ſie mit dem Kleide/ daß ſie nicht garſtig wurden/ wollte alſo lieber mit bloſſen Füſſen nacher Hauſe gehen. *Tavernier. Hod. Orient. Lib. III. Cap. X. p. 142. a.*

Plumbei in fugâ exuti.

Viriati latrones centum, calceos gestabant plumbeos, & cum fugiendum esset, eos exuebant. *Gav. H. P. Lib. II. Cap. XXXIIX. p. 424. 425.*

Apud Ebræos variis in casibus detracti.

1) In Loco sancto Exod. III, 5. 2) In mœrore & luctu Ezech. XXIV, 17. 23. 3) In pœnitentia & precibus. 4) In Festo Expiationis. 5) In Cœnâ. 6) Ob libidinem. 7) In contractibus Ruth. IV, 7. 8. 8) In efferendo mortuos. 9) In Cœlibatu, & 10) in Leviratu, de quo Devt. XXV, 9. Vid. de his omnibus *B. D. Pfeiff. Exercit. Bibl. p. 152. in Coron. Pos. III. Buxtorff. Cap. XLI. p. 652. seq.*

Quomodò induendi & exuendi.

Calceum dexterum primo loco inducere debet Judæus, sinistrum verò postremo: sed sinistri corrigia primò nectenda est, deindè ad dexteram devenitur. Cujus calcei ita compositi sunt, ut corrigiis careant, ille sinistrum primum calceare debet, ut pius ille Rabbi Jochanan & docuit, & præcepit. Quando calcei exuuntur, semper sinister primus est exuendus, sive corrigias habeat, sive non; idq; ideò quia semper dexteræ major est honor habendus; quod si verò calceum dextrum prius exueret, nudus dextero pedi insistere cogeretur, dum occupatus est in sinistro, quod in magnam dextero pedi cederet ignominiam. *Buxtorff. Syn. Jud. Cap. VIII. p. 152. 153.* Augustus Imp. lævum sibi calceum præpostèrè inductum animadvertit, quâ die seditione militari propè afflictus est. *Plin. L. II. C. VII. ap. Bernegger. Observat. Miscell. XI. p. 71.*

Sicyonii

Pro re parum virilis animi indice, usurpantur. Hinc de Lysiæ Oratione Socrates: Si mihi, inquit, Sicyonios attulisses calceos, non uterer, quamvis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles. *Joh. Buno in Cluver. Intr. in Un. Geogr. Lib. IV. Cap. VII. p. 399.*

In deserto incorrupti Devt. VIII, 4.

§. 1.

Israëlitis ex Ægypto proficiscentibus, in viâ præcipuè tria admiranda se obtulerunt. *Primum* admirandum fuit, *Vestium suarum integritas*, ita enim Moses *l. c.* שמלתך לא בלתה מעליך *Vestimentum tuum nequaquam vetemvit super te*, h. e. totis quadraginta annis duraverunt vestes, quas ex Ægypto secum attulerant Israëlitæ. Advertit R. Salomo *in Commentario ad h. l.* Nubes gloriæ limarunt & dealbarunt eas (vestes) tanquam speciem suppellectilium dealbatarum. Adde parvi illorum (liberi) sicut creverunt, sic crevit vestis illorum cum illis, tanquam vestis testudinis, quæ crescit cum illâ.

§. 2.

§. 2.

Alterum admirandum fuit *pedum illæsio.* Ita Cancellarius DEI Moses *l.c.* ורגלך לא בצקה זה ארבעים שנה / *nec pes tuus intumuit jam quadraginta annis.* Lutherus: Deine Füsse sind nicht geschwollen diese viertzig Jahr. Tametsi horridum, asperumq;, per quod pergebant, fuerit desertum; pedes tamen ipsorum, Domino mirabiliter conservante, illæsi identidem permanserunt. Ubi circa vocem בצקה duas observant docti explicationes: altera, pes tuus non fuit conspersus scilicet luto. בצק conspersio. Ea autem fit, si pes sit discalceatus. Sensus erit: Nunquam defuerunt tibi calcei, & per consequens nunquam pedes tui conspersi luto, aut collutulati fuerunt. Altera explicatio est: pes tuus non intumuit. Ita *Vulgatus, Lutherus, Gerundinensis, Cajetanus,* alii. Quid enim notius, quam quod in itinere pedes intumescant? R. Salomo: non inflatus est sicut massa, ad morem eorum qui discalceati incedunt, quorum pedes intumescunt.

§. 3.

Tertium admirandum fuit *Nubes*, quæ non minus interdiu, quam noctu apparebat, qua DEus per signum visibile gloriam suam singularem, eamq; gratiosissimam præsentiam Israelitis conspici dabat, quæ ipsis nunquam non adesset, ipsosq; in omni rectâ viâ, ne declinarent, stupendum in modum, duceret. *B. L. Valentinus Friderici de Columnâ ignis ac nubis in proam. Gieseberrus Deuteron. Harmon. p. 367. 368.*

Majoris quam Evangelium æstimati.

Adalbertus, der ander Bischoff in Prag/ ließ sich einsten eine Meile von Buntzel bey dem Dorffe Neratovice über die Elbe setzen/ und weil er kein Fahr-Geld hatte/ so wollte er den Leuten zur Danckbarkeit das Evangelium von Christo predigen: es war ihnen aber damit nicht gedienet/ sondern sie nöhtigten den heiligen Mann/ daß er ihnen die Schue von den Füssen geben muste; dessentwegen verfluchte Adalbertus die Gegend / daß die Einwohner biß an den jüngsten Tag Mangel am Brodte haben sollten: Es ist auch so erfolget/ und wenn sie gleich was auffschütten wollen/ so verdirbet es/ ehe die neue Erndte herann kommt! *Cl. Hübner Hist. Pol. Tom. IV. Lib. I. p. 42.*

CALCEIS

Papæ imago CHristi impingitur.

Osculationem pedum Pontificis pleriq; inde defendunt, quod in iis ipsis sandaliis signum crucifixi Christi depictum sit. En tibi pios Catholicos homines, qui imaginem Christi calceis impingunt, & non alio, quam infimo abjectissimoq; loco dignam judicant. *Wolff. l. c. Cap. XV. p. 817. b.*

Puellarum amatoria Symbola inſculpta.

Puellæ olim ſubter calceos ſeu cothurnos ſuos, aureos clavos geſtare ſolebant, in quorum capitellis verba, aut Symbola amatoria inſculpta erant, quæ arenæ impreſſa ab Amaſiis, pone veſtigia ſequentibus, ſtudiosè legebantur. *Clemens Alexandr. in c. VII. Cant. ap. Engelgr. in Cœleſt. Panth. P. II p. 90. & Luc. Ev. Dom. 4. Adv. §. 1. p 57.* Et idem *Clem. Alex. Lib. II. Pædag. Cap. XI.* Multæ, inquit, fœminarum ſoleis quoq; amatorias ſalutationes imprimunt, ut vel per terram numerosè incedentes meretriceos Spiritus in inceſſu inſculpant. Caſtæ autem ſponſæ in ſuperiori parte calcei Symbola hæc geſtabant, vel in parte ſubjecta calcei, addebant ſoleis clavos, cum iis formis inſignes, quas in ſigillis exſtare videmus. Et hinc arbitror natum loquendi modum, cum ex veſtigiis alicujus dicantur flores erumpere. Sic dicitur quoque ap. Perſ. Quicquid calcaveris, hoc roſa fiat: Quia forte clavis inſcripta fuit roſa. *M. Radau Ornt. Ext. P. II Cap. VI. Q. I. p. 274. Uſſin. Queſt. Bibl. Lib. III. Cap. II. p. 135.* In veteri Daniâ fuerunt, qui Hiſtorias & acta majorum, vel domuum parietibus inſcribi, vel aulæis intexi, vel ligno inſculpi curarunt, quemadmodum & literæ amatoriæ ligno ſunt inſculptæ, teſte bacillo amatorio, cujus ectypon à *Wormio L. V.* exhibetur, id quod ex *Bartholini Antiquit. Dan. L. I.* referunt *Collectores Act. Erud. Lipſ. 1689. Decemb. p. 632. M. Henr. Bonick. Diſſ. H. St. de Ἀβίβλοις ſeu Eruditis ſine Libris Cap. II. §. 21.*

Romanorum Lunulæ appoſitæ.

Apud veteres Romanos Nobilium mos erat, in nigris calceamentis lunulas ex fibulis eburneis adornatas ferre, ut antiquitatem generis retro ab Arcadibus ductam (qui ſe Proſelenos, ſeu ante lunam ortos dicebant) publico hoc ſigno à Numâ inſtituto profiterentur. Unde *Juvenal. Sat. 7.*

Et NOBILIS & generóſus
Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Becman. N. D. I. Diſſ. XI. Cap. II. §. 14. p. 304. Caſalius de Profan. Rom. Rit. Cap. XIX. p. 106. Alex. ab Alex. Lib. V. Cap. XIIX. p. 284. a. M. Pexenfeld. A. E. Cap. XXXIIX. p. 177. Quanquam & dici poſſet, Romanos in calceis Lunulas geſtaſſe, ſeu ad commonendam Fortunæ varietatem, & in conſtantiam: ſivè, quod probabilius eſt, ad Centenarii numeri notam, h. e. C. literam hujus numeri primariam ſignificandam, quod initio Patricii Senatores Centum fuerint. *Salm. in Panc. P. I T. XLIV. p. 172. Botſac. Mor. Ged. p. 556.* Plutarchus *Queſt. Rom. Q. LXXIX.* multas hujus moris rationes affert, quas quisque evolvere poteſt in *Roſini Antiq. Rom. p. 593. M. Joh. Ad. König / Diſſ. cit. S. II. §. 1. M. Chriſt. Gott. Biumberg / Diſſ. Philol. de* שבישים & שהרוניים *ex Eſ. III, 18. Cap. III. Aſſert. 3. 4. ſeq.*

Altiſſi-

Altissimis Persarum mulieres usæ.

Persarum Veneres (mulieres) non aliter atque nunc Italæ altissimis soleis utebantur, ut regali adspectu essent. Id verò Cyrum amicis suis suo quoq; exemplo permisisse docet Xenophon. IIX. Pæd. *C. Barthius Advers. Lib. XXXV. C. XI. p. 1607.* Ex Romanorum fœminis, multæ eosdem cum viris calceos gestare consveverunt. *Ælian. V. H. Lib. VII. Cap. XI. p. 127. Drexel. in Trimegist. Christ. L. III. Cap. V. § 1. p. 627. seq.* De calceis, soleis, sandaliis fenestratis, perforatis, deauratisque, frequenter in usu habitis Græcis & Romanis, præsertim fœminis vid. *Simon Abbes Gabbema in Petron. p. 192. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 570.* B. Balduin. *de Calceo Antiquo Cap. XXIV.* agit de calceis albis, argenteis, cæruleis, æreis, fenestratis, ferreis, gemmatis, junceis, laneis, ligneis, linteis, lunatis, luteis, nigris, papyraceis, plumbeis, purpureis, rostratis, sericis, stramineis, uncinatis &c. Lutherus sagte einmahl/ daß der Barfüsser Mönche Panteffel wären gemachet von dem Holtze des verfluchten Feigenbaums/ davon Christus im Evangelio sagte: Verdammt seyst du/ daß du von nun an und nimmermehr keine Frucht mehr tragest/ *in Colloq. Mensal. Cap. XXXIII. p. 314. a.* Conf. cum hoc *Wolff. T. II. C. XVI. p. 446. b.* De calceorum origine vid. *Anton. Bynæus de Calceis Ebræorum in Act. Erud. Lipsi. An. 1684. m. Febr. p. 68. seq.* Tertullianus calceos immundissimam pedum tutelam appellat ap. *Philip. Caroli in Antiquit. Oeconomicis Lib. IV. Cap. X. p. 116.*

Cum Calceis puerperæ sepeliendæ.

In libro Minhagim Judæi ita: Wenn man findet einen Entleibeten/ so thut man ihn zu Kefura (Grab)/ wie man ihn findet/ ohne tachrichrin (Sterbe-Kleider)/ man läßt ihm auch die Schuh an: Also auch eine Kindbetterin/ oder der zu tode gefallen wäre. Vide hic superstitionem etiam Christianis passim receptam de calceis puerperæ sepeliendæ induendis. D. *Geier. de Ebræor. Luctu C. V. §. 10. p. 64.*

CALCEATUS

CHRISTUS an incesserit?

Quæstiones utrum *calceatus* in his terris incesserit Salvator? an *discalceatus?* ventilatæ cum curâ, ita ut prius asseruerit inter cæteros Chrysostomus ac Augustinus, posterius autem Abulensis, Dionysius Carthusianus, Bonaventura ac Lyranus, meminit *Heinsius Aristar. Cap. III. f. 744.* Eandem quæstionem tractat etiam *Sopranes in Davide dig. 1. f. 378.* ubi calceatum incessisse Christum dubitare non debere ait, utut non constet de tegumenti genere. *Geierus l. c. C. XV. §. 1. f. 303.* Humanitatem esse calceamentum Deitatis, *Basilius* dicit *ap. Theodoret.*

doret. Dial. I. ex Psalmo LX, p. 116. *In Idumeam extendit calceum suum:* Calceus verò Divinitatis est caro à DEO gestata, per quam versatus est inter homines. *B. D. Bossac. Gymnas. Christolog. Domest. Disp. XX. §. 2. p. 230.* Conf. & *Francisci* in der Just. Schaub. *P. III. Convers. II. p. 562. seq.*

Discalceati cur incedunt Franciscani?

Ob mandatum scilicet Mosi factum Exod. III, 5. *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Sed ritus hic fuit externus, isque singularis, Mosi peculiariter mandatus: ideòque mera est superstitio, & κακοζηλία, cum religio in eo collocatur, ut nudatis pedibus, aut fenestratis calceis incedatur. Nusquam id præceptum; & cum Franciscani in eo præterea *meritum* collocant, impii omninò sunt in Christum; Notum est distichon:

Cordula nodosa, pes nudus, cappa dolosa;
Hæc tria nudipedes ducunt ad tartara fratres.

Rectius ad *nudipedalia sacra Ethnicorum*, qui Apollinis templum, Solino teste, Lib. XV. nudipedes ingressi sunt, & ad *veterum hæreticorum discalceatorum vel nudipedum* institutum apud Hieron. & Philastr. aut ad *Turcarum superstitionem* nudis pedibus sacra sua visitantium, ceremoniam istam reduces. *D. Calov. Bibl. Illustr. ad Exod. I, c. p. 331. a.* Conf. Tit. Crepidæ Franciscanorum.

CALCITRARE

Contra stimulum, Act. IX, 5.

§. 1.

Dominus Paulo in viâ apparens dicit: Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. *Durum tibi adversus stimulos calcitrare.* Hic quæritur, an hoc pro Ebræorum adagio sit habendum? Sanè locutus tunc est Dominus Ebraicè, ut Act. XXVI, 14. disertè scriptum est. Sed Phrasis hæc πρὸς κέντρα λακτίζειν non in codice sacro tantum qui Acta Apostolorum inscribitur, sed in diversis τοῦ ἔξω scriptis reperitur. *Euripides Bacch. v. 794.*

— — — Θυμούμενος
Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ,

Ira percitus contra stimulos calcitrarem, cum mortalis sim, in DEum. *Idem in Peliasi apud Stobæum Serm. III. n. 28.* πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου. Contra stimulos ne calcitres in eos, qui potestatem in te habent.

§. 2.

Æschylus Prometh. v. 322.

Οὐκοῦν ἐμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ
Πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, ὀργῶν ὅπη
Τραχὺς μόναρχος, ὃς δ' ὑπεύθυνος, κρατεῖ.

Non,

Non, si me magistro uti velis, adversus stimulos membrum extendes, si videas, quod Rex asper, nec legibus obnoxius, imperium teneat. *Pindarus Pyth. Od. II.*

— — πρὶ κέντρον δέ τοι
Λακτίζειν πέλεται
Ὀλισθηρὸς ὁμιλος.

Contra stimulum calcitrare est lubrica via. Et manifestè inter proverbia referunt Zenobius & Diogenianus: quorum ille Euripidem & Æschylum & laudat.

§ 3.

Alluserunt & Scriptores Latini: & inter alios *Terentius Phorm. I. 2. 4.* ubi scribit, Insciitiam esse, adversum stimulum calces scilicet jactare; Quoniam igitur tot Scriptores Græci phrasin, πρὸς κέντρα λακτίζειν, usurparunt, non pro adagio Ebræorum proprio, sed pro adagio Græcis cum Ebræis communi illa habenda videtur. *Johannes Vorstius Distribe de Adagiis N. T. Cap. XII. p. 67. 68.*

CALCULUS

Albus, Apocalyps. II, 17.

§. 1.

Est signum victoriæ, nam ejusmodi calculum refert Arethas consveviſſe dari athletis in theatro decertantibus. Unde calculus duo apud veteres significabat, 1) victoriam, cujus erat Symbolum. 2) Erat Symbolum absolutionis & condemnationis. Absolutionis, cum erat candidus; Condemnationis, quandò niger, teste *Ovidio Lib. XV. Metam.*

Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpâ.

Anton. Cregut. Revelat. Arcan. C. II. p. 122. M. Greg. Mich. in seq. Gaffarell. Curios. Inaud. p. 12. Glass. Phil. Sacr. Lib. V. Tr. I. Cap. XII. p. 399. M. Steph. Andr. Mizlerus de Nota Cressa §. 24. 25. seq. D. Wilhelm. Salden. in Ot. Theol. Exercit. IIX. p. 167.

§. 2.

Vincenti dabo, inquit textus l. c. *edere de manna abscondito, & dabo illi ψῆφον λευκὴν* (suffragii) *calculum album & ἐπὶ τὴν ψῆφον super illo calculo Nomen novum scriptum, quod nemo novit, nisi qui accipit.* Nomina τῶν Νικοφόρων publicis tabulis inscribebantur, novaq; addebantur, ut dicerentur Callinici, Paradoxi, Pythionici &c. De his *Meursius in Athen. Attic. Lib. I. Cap. VIII. Neander in Aristologia Pindarica. p. 24.* Mutatio nominum communis fuit illis, quibus vel nova dignitas insignis, vel status felicitas accidit: Mutabant *servi* manumissi,

momento turbinis exit

Marcus Dama. *Persius Sat. V.*

Et qui adoptabantur, quinq; Romanâ civitate donabantur ut est ap. *Alex. ab Alex. G. D. Lib. IV. Cap. X.* Evecti ad summos honores, ut Gen. XLI 45. 2. Reg. XXIII, 34. & XXIV, 17. &c. Sic Persarum Reges. *Brissonius ex Ctesiâ & Justino l. Lib. I. de Regn. Pers.* Sic hodiè Abyssini cum imperio novum nomen adsciscunt. Denique qui in Deorum numerum referebantur, mortale nomen amittebant. Solent enim mortuis consecratis nomina immutari; credo, ne quis putet eos homines fuisse. Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est; & Leda, Nemesis; & Circe, Marica, & Ino, postquam se præcipitavit, Leucothea materq; matura &c. *Lactant. Lib. I. Cap. XXI.* Hinc superstitio Judæorum, qui ægris periculosè decumbentibus mutant nomina, ut & decretum DEI, si quod infaustum sit, mitetur, de quo *περὶ Θεῷ* in Tit. Nominum mutatio.

§. 3.

Itaque novi nominis impositio novam designat dignitatem, novumq; statum, Es. LVI, 5. & LXII, 3. & LXV, 15. atq; alibi. Promittit ergò *Arbiterbene* noster vincentibus *Nicolaitarum* illecebras, pro eo quod *Idolothyta* spreverint, non *Mazam* in Prytaneo, sed Manna cœleste; non repositum in Arcâ fœderis, sed absconditum penes DEum, ubi corrumpi nequit, Exod. XVI. Deiudè, quod voluptates illas vagasq; libidines vicerint, *Calculum* suffragii *candidum*, victoriæ testem, & summorum bonorum indicem, Matth. X, 32. Apoc. I, 5. Joh. XVII, 24. Apoc. VII, 14. & XIV, 4. *Novumq;* adeò *Nomen*, quod quale sit, nemo possit intelligere, nisi qui accepit; Nam neque oculus vidit, neq; auris audivit, nec in cor hominis descendit, ut ex 1. Corinth. II. *Andreas Cæsar ap. Ursin. in Q. Bibl. Lib. III. Cap. III. p. 139. 140.*

§. 4.

Potest etiam sic aptè explicari, ut *calculus* ille sit sententia CHRISTI absolutoria, qua fideles ab omni accusatione Diaboli ejusq; minis penitus absolvit: Fuit enim calculus *candidus* signum olim absolutionis. Quod autem *Nomen* dicitur *ipsi* inscriptum, innuit: quia cum sententia absolutoria simul erit conjuncta beatissima illa dignitatum collatio, qua omnes insigni & novo nomine vocandi sumus *Reges ac Sacerdotes*. Et respicit CHristus, his verbis iterum ad consvetudinem illam, quâ calculis inscribebant nomina Candidatorum alicujus dignitatis, & urnæ immittebant: cujus postmodum calculus sorte factâ primò producebatur, is munus designatum capessebat. Dicitur autem nomen *ignotum*, quia in extremo die demum calculum illum Christus apertè producet, & nomine magnifico coronabit electos, ut explicant Cæsarienses, Rupertus, Albertus, Beda. Lyranus verò per *calculum candidum*, gloriam resuscitati corporis intelligit.

Vid.

Vid. *Hoë Comment. in b. l. P. I. p. 255. D. Phil. Müllerus, de Nomine in Cœlo scripto ex Luc. X. 20. Cap. IV. Quæst. VIII. p. 134.* Quomodo quidam ex h. l. *Lapidem Philosophicum* probare voluerit vid. in Tit. Alchymistæ. Secundum *Pererium* tria hæc denotantur optatissima bona: Per *Manna* ineffabilis felicitatis dulcedo: per *calculum* ejusdem spes & pretium: per *nomen* famæ & gloriæ claritas. *B. Calov. in b. l. p. 1748. b.* Conf. & *D. Seb. Schmidii Diss. de Vasiculo Viventium ex 1. Sam. XXV. 29. Membr. I. §. 3. seq.*

Vesperi in pharetram missus, si dies bonus, sin secus, ater.

Apud Scythas illa tenuit consvetudo, quemadmodum narrat Philarchus, ut vesperi priusquam somnum caperent, calculum in pharetram mitterent, candidum, si dies citra molestiam abiisset, unionem, si egregie felix, sin secus, atrum. Demum ubi quis de vitâ decederet, ejus pharetram proferebant: in quâ si plures candidos calculos reperissent, felicem pronunciabant, contra, si plures nigros. *C. S. Schurzfleisch de Die Antiquorum §. 3.* Persius:

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.

Hujus superstitionis meminit *Plinius Lib. VII. Cap. XL. p. 118. 119.* Vana, inquiens, mortalitas, & ad circumscribendam se ipsam, ingeniosa. Computat more Thraciæ gentis, quæ calculos colore distinctos, pro experimento cujusque diei in urnâ condit, ac supremo die, separatos dinumerat, atque ita de unoquoque pronunciat. Quid quod iste calculi candore illo laudatus dies, originem mali habuit? Plutarchus in vitâ Periclis historiam refert ab his non abhorrentem, quam fortassis non ab re fuerit hic adscribere: Universam multitudinem partitus in octo partes sortibus utebatur, & cui contigisset alba faba huic cæteris pugnantibus permittebat in conviviis atque otio agere, quapropter etiam ajunt, eos, quibus res aliquæ svaviter succedunt, λευκὴν ἡμέραν ἔχειν, ἀπὸ τῆς λευκῆς κυάμου προσαγορεύειν, eum diem album vocare, nimirum ab albâ fabâ. *Ernst. Ad. Chil. I. Cent. V. Cap. LIV. p. 177.*

CALCULUS

Per urinam emissus contra calculi dolores.

Recepta enim est apud Naturæ Consultos sententia: Unde malum exortum, inibi remedium adnatum, ut calculus, qui per urinam emittitur, præsentissimum adversus ejus dolores remedium esse fertur. *Gaffarel. Curios. Inaud. Cap. V. §. 7. p. 96. & Cap. VII. § 9. p. 154.* Calculum hunc non penitus virtutis Bazaharicæ esse expertem, ac se comperisse pestis tempore tali lapide cum sudores, tum urinam probè expelli testatur Bontius ap. *L. Cyprian, in Hist. An. Franz. P. I. C. XXXII. p. 490.*

CALENDÆ
Januariæ.

§. 1.

Solennes hæ erant & olim verbis bonis lætisque nuncupandis. Iis enim totum annum fauſtum ominabantur, & feliciſſima quæque precabantur. Affirmat id *Plinius N. H. Lib. XXIX. Cap. II. p. 499.* Primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem fauſtum ominamur. *Ovid. L. I. Faſt.*

At cur læta tuis dicuntur verba Calendis,
Et damus alternas, accipimusque preces?

Senes enim & Juvenes promiſcui ſexus noctu diſcurrebant, & annum fauſtum felicemque præ foribus divitum precabantur. Inde & eſt, quod in totâ Græciâ, ac omnibus ferè Italiæ urbibus diluculo Calendis Januariis pueri ad nobilium ædes accedentes quibusdam rythmis eos ſalutabant, & felicem annum iis vovebant, ut ex Paulo Marſo obſervat *Hoſpinian. de Feſt. Cap. IIX. f. 55. b.*

§. 2.

Qui mos deindè ad Germanos fluxit, nec adhuc hodiè obſolevit; Calendis enim Januariis inferiores ſuperioribus, & hi illis fortunatum annum, & optima quæque precantur. Unde *Joh. Majorki* ad omnes Chriſtianos gravis eſt εὐφώνως:

Ut pia vota ſonat nato de Virgine Chriſto
Cantorum ſuperâ fuſus ab arce Chorus:
Sic date nunc anni fauſtas in limine voces,
Non eſt id furiis carmen amorq́; DEI:
Proſper eat, redeatque piis hic cœtibus annus,
Sit cum pace foris, ſit ſine lite domi.
Annus erit felix, ſi rebus in omnibus anni
Principium, medium, metaque Chriſtus erit.

Et ſibi privatim vovet à DEO quilibet novæ vitæ augmentum. Sic ſapiens ethnicus *Seneca Ep. LXXXIIX.* Annum novum ego fauſtum, & felicem reddo bonis cogitationibus, & animi magnitudine. Sic verò ſapientiſſimus Chriſtianus *P. Meliſſus L. VII. Melet. Eleg. I.*

Quis non plaudit ovans, ſolitus celebrare quotannis
Chriſti natalem gaudia noſtra diem,
Ex quo per niveas Jani provecta Calendas
Incrementa anni ſurgere fauſta videt?
Sic utinam vitâ nobis meliore renaſci
Detur, & augmentum ſumere more novo!

§. 3.

§. 3.

Beneficia quippe à DEO in nos veteri hoc, & præteritis annis benigniſſimè collata gratis mentibus & animis agnoſcenda, & cum *Auguſtino T. IX. l. Soliloquiorum Cap. XIII.* devote exclamandum: Gratia tua ſemper, & miſericordia prævenerunt me: de multis namque, & magnis periculis ſæpè liberaſti me, liberator meus: quando erravi, ad vitam reduxiſti me; quando ignoravi, docuiſti me; quando peccavi, corripuiſti me: quando fui triſtis, conſolatus es me: quando cecidi, erexſti me: quando ſteti, tenuiſti me: quando ivi, deduxiſti me: quando clamavi, exaudiſti me! Hæc & multa alia beneficia feciſti mihi DOMINE DEUS meus, vita animæ meæ! Effice quæſo, dulce mihi ſit, de his ſemper loqui, ſemper cogitare, ſemper tibi gratias agere. Da hoc novo anno, & deinceps quoque cor, quod te cogiter; animum, qui te diligat; mentem, quæ te recolat; intellectum, qui te intelligat; rationem, quæ tibi ſemper ſummo delectabili fortiter adhæreat. *Ibid. Cap. I.* Cum cogito te, adſis mihi; cum ſuſpiro, audies me; cum fluctuo, gubernes me; cum eo per viam ſeculi latam, ne deſeras me, cum eodem ex *T. I Lib. VI. Confeſſ. Cap. IV. M. Andr. Wilkius* Εορτοχρόφ. *P. I. p. 91. 92. 96. M. Heinr. Bauman. Diſſ. Hiſt. Philol. de Calendis Januariis Cap. I. §. 8.*

Sed cur primi Chriſtiani annum ſuum à *Calendis Januariis*, non verò ab alio menſe, fuerunt auſpicati?

Hic *Baronius in Martyrol.* reſpondet, factum id ideò, quia Chriſtus his fermè diebus natus mundo tenebris affuſo illuxerit. Verum cauſa à Baronio aſſignata non eſt vero conſona, qua ducti Chriſtiani ſuum à *Calendis Januariis* incepere annum. Nam Chriſtum huſce diebus in lucem fuiſſe editum, nulla ratione evincet Baronius. Verior igitur eſt ratio, quam & nos amplectimur, quæ dicit, Chriſtianos ſub Imperatoribus Ethnicis adhuc degentes Romanum ſeu Julianum Calendarium, ut omnium optimè ordinatum, idemque anni cum gentilibus principium retinuiſſe, ne in civilibus à gentilium inſtitutis abhorrere, adeoque vix ac ne vix quidem plantatam Eccleſiam turbare viderentur. Atque ſic cum gentilium Calendis per annos ferè 1600. Chriſtiani annum ſuum inchoarunt, donec tandem Gregorius XIII. Papa A. C. 1582. novo Calendario introducto, novum anni terminum primo 10. diebus priorem introduxerit. *Baum. l. c. Cap III. §. 3.*

CALENDARIUM
Gregorianum.

De Calendario Julii Cæſaris non poſſum non quin adjiciam elegantiſſi-

mum dicterium Josephi Scaligeri, inquientis: Triumphos Cæsaris Vetustas abolevit: sed hoc Calendario institituto idem Cæsar de Vetustate triumphat. De hoc Calendario emendando Gregorius XIII. dicto anno curam suscepit, quanquam ille non primus fuerit, sed ante illum Nicephorus Gregoras, & Samus Argyrus, Joh. de Sacro-Busto, & alii fuerint. Item in aliquibus Conciliis, ut Constantiensi, Tridentino de hac re jam actum fuerit. Donec tandem, verba sunt *Calvisii in Elench. Calend. Gregor. Cap. V.* Pontifex Gregorius XIII. ille Calendarifex, ut eum vocat *Heerbrandus Theol. Tubingensis in Disp. de Calendario Gregoriano Anno 1584. hab. §. 179. ap. Voët. D. S. P. III. p. 1323.* animum ad emendationem Calendarii instituendam adjiceret, qui Astronomos, quos novit celeberrimos Christophorum Clavium, Jesuitam Bambergensem, & Medicum Italum Aloysium Lilium &c. Romam evocavit, Collegium eorundem instituit, & decennio integro congregatos magnis sumtibus aluit, qui omni curâ & industriâ elaborarent, ut Calendarium institui posset quam maximè emendatum, quod nec contra Canones de Paschate ritè celebrando sancitos peccaret, nec temporis diuturnitate vitium faceret. *M. Val. Friderici Diss. de Anno §. 61. 63.*

Unde ortum?

Owen. de stylo novo:

Urbs veterum cultrix rerumque inimica novarum,
Imposuit fastos cur sibi Roma novos?
Resp. Autor;
Ex *fastu* Romæ sunt orta recentia *festa*,
Quæ duo post *fastos* & genuêre novos,

Fr. Stat. in Or. & Lus. Verit. p. 52.

Ergò à Protestantibus non receptum.

§. 1.

Suberat enim fucus, & non tam Calendarii mutatio, quam mutandæ Religionis occasio quærebatur; Et quis non videt pugnare illam introductionem cum suspensione jurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ vigore Transactionis Passaviensis de A. C. 1552. Imperii Proceribus competit, & per eam, si admitteretur, auctoritatem Imperii Romani magnoperè diminutum iri, ut Serenissimus Elector Saxoniæ Augustus graviter olim censuit (teste *D. Arum. de Jur. publ. Vol. I. disc. 52. n. 71. Wolff. L. M. Cent. 16. p. 1003. a.*) Pontifici non est Jus illud ferias condendi atq; mutandi; Hoc quippe negotium, utpote politicum, non spectat ad Papam, sed ad Imperatorem & Status Imperii. Julius Cæsar operâ Sosigenis Mathematici eam ad rem usus Calendarium confecit; Augustus post civile bellum illud correxit. Constantinus M. tempus Paschatos constituit; Carolus M. qux-

quædam correxit. Merito igitur ipsorum in Imperio Romano Successoribus hoc fuisset relinquendum, sed hæc novi Calendarii intensione nihil aliud quæsitum fuit, quam ut paulatim autoritas Papalis iterum invalesceret. *D. Joh. Gerh. Homil. Sacr. P. I. p. 317.* Ergò cum juxta Philosophorum regulam: Negatâ causâ negetur effectus, Feriarum institutionem, ut Majestati propriam *Lib. IV. C. du Fresne* Papæ propter odium dominationis conflictæ, & veritatis morem, summo Jure denegamus. *D. Heinr. Linck Jam Circa Religionis Dissidium modernum in Germania recepta Cap. III. §. 8.*

§. 2.

Fiebat insuper introductio hæc contra Pacificationem Religiosam & Recessum Imperii de An. C. 1552. & 55. §. Nachdem aber &c. in verb. das ein ieder Theil bey seinen Ceremonien/ Ordnungen/ Herkommen richtig gelassen werden soll. *D. Daniel. Käyser/ Hist. Juris Part. III. de Jure Canonico in fin.* Incorrectam hanc correctionem *Henr. Buntingius, in Chronologiâ* rejicit ex causis 17. gravissimis, ubi in duodecimâ inquit: Si papa relicto Calendario, in quo nulla salus hominum consistit, Ecclesiæ & aulæ Romanæ abusus, hæreses, Idololatrias, Sodomias, adulteria & scortationes correxisset, utiliora & magis necessaria egisset; Sed impleri oportuit illud Dan. VII. de antichristo: Mutabit leges & tempora. *Wolff. l. c. p. 1011. a.* Si à doctrinâ & moribus incepisset, fecisset rectius; Sed istic altum silentium, de quo Vernste Poëta ait:

Jam diu Ephemerides correxit Papa, nefandam
Doctrinam & vitam ut corrigat ecquis erit?

D. Christ. Matthia Th. Hist. Th. Pr. p. 418. Voët. D. S. P. II. p. 303. & P. III. p. 350. seq. Vid. omninò Judicium D. Georg. Mylii ap. *Dedekenn. Vol. Conf. I. P. III. in Append. Lib. II. M. II. S. VI. p. 1058. seq.*

A Turcis, Armenis, Livonis rejectum.

Tolerant Turcæ quosvis cujuscunque Religionis Christianos. Summopere verò Pontificis Romani fastum execrantur, cujus κακοζήλειαν ἡμερολογίαν, (cum eam Hieremias Byzantinus Patriarcha Superioribus annis recepisset) statim irati abrogaverunt, & Hieremiam Patriarcham extractum nocturno tempore, catenâ collo injectâ, per urbis vias duxerunt, ludibriisque affectum, & bonis omnibus exutum, tandem post durum carcerem A. 1584. in Rhodum Insulam exulatum miserunt. Cum Superioribus annis Papa Gregorius suum Calendarium Armenis missâ Legatione obtrudere, & velut oviculis pastore carentibus, jugum Pontificium imponere niteretur, Armenii consilio cum Orientalibus Patriarchis communicato, per literas Gregorio responderunt, non ipsos exsistere sine capite, siquidem indè à Constantino M. & Regis Teridatæ temporibus, in

hunc

hunc usque diem Catholicum ſemper habuerint Archiepiſcopum, neque in vetere ipſorum Calendario culpari quid poſſe, cum contra vitiis & erroribus Gregorianum ſcateat, mero ambitionis impulſu conflatum. *D. Philip. Nicolai Comment. de Regno Chriſti §. 29. 36. Mucrel. Hiſt. Eccleſ. Lib. III. S. II. Q. IV. p. 637. Edit. Hartn.* Anno 1585. in Livoniâ ſeditio ob eam cauſam exorta, quod Rex Poloniæ Stephanus incolis in Rigâ metropoli novum Calendarium injungere ſatagebat. *D. D.* Käyſer *l. c. Conf. Micrelius Hiſt. Eccleſ. Lib. III. S. II. Q. XXXIX. p. 712. 713. Edit. Hartn.*

Certo modo potuit recipi.

Si quis Princeps hoc antiquato Romano-Juliano ſubditis ſuis Evangelicis præſcribat, ex cauſis merè civilibus, vel absq; ullo erga Pontificem Rom. ut univerſalem Chriſti vicarium, obſequio, ſervandum, nos exiſtimamus re in ſe & abſolutè conſiderata, ſubditos iſtos non pœnæ ſolum metu, ſed & propter conſcientiam teneri; Et hæc eſt conſtans noſtra & noſtrum omnium hodiè in Electorali Palatinatu Fratrum Theologorum Reformatorum ſententia, inquit *D. Ludovicus Fabritius διαλέξει primâ de Catecheſios Heidelbergenſis quæſt. 80.* Cum quo multi noſtratium Theologorum conſentiunt, vid. *Hutterus LL. CC. p. 904.* Et multæ Eccleſiæ γνησίως Lutheranæ Calendarium illud Gregorianum haud inviti aſſumſerunt, nunquam idcirco à ſociis fidei increpati. Et recens eſt exemplum, quod Argentoratenſis cœtus orbi expoſuit, vel hoc facto, quod Faſtos, quos appellant Gregorianos recipere non detrectaverit, obſequium ſuum Regi absque aliorum criminatione oſtendens. Vid. omninò *D. Joh. Frid. Mayer, de novâ Reformatorum Heidelbergenſium methodo infeſtandi Lutheranos p. 26. - 41.* Recentiſſimum & omnibus nunc notum eſt, Faſtos hoſce Gregorianos, licet nævis ſuis non careant, communi conſenſu à Proteſtantibus eſſe receptos, ad vitanda ſcilicet in negotiationibus incommoda & diverſitatem Feſtorum &c. Denn ob zwar Clavius und ſeine Adhærenten alle Künſte angewandt ihre Gregorianiſche Rechnung zubeſchönen/und dem zu Folge einen neuen Cyclum erdacht/ſo durch 29. Buchſtaben den Computum Epactarum Gregorianum in einen überaus groſſen Periodo fürſtellet/ der in 300 Seculis, und alſo in dreymal hundert tauſend Jahren/ dieſelbe erſt auff ihre vorige Stelle wieder bringet/ ſo befindet ſich jedoch/ daß dieſer neue eingeführte Cyclus Epactarum, ſammt denen Aureis Numeris mit den wahren Aſtronomiſchen Calculo nicht zutreffen will/ indem er ſo weit verfehlet/ daß in 2180. Seculis, der Neumond in den Ort des Vollmondes zuſtehen kömt/ und alſo der Irrthum unerträglich wird/ denn obzwar dieſes eine ſo lange Zeit in ſich faſſet (da ob der Erdboden ſo lange dauren werde/ bey vielen gezweiffelt wird) ſo müſſen jedoch die Aſtronomi in dem Fall

nach

nach keinem Untergang der Welt ihre Rechnung einrichten / sondern den Spruch / Psalm 72/17. daß die Sonne immer und ewig bleiben werde / mit nichten in ein kurtzes Leolam verändern; daß aber dem nicht gegenstehend das Corpus Evangelium zu Regenspurg diesen Schluß gemachet / daß 10. Tage in dem Julianischen Calender sollen ausgelassen werden / um denen Gregorianern gleich zu kommen / und im übrigen die Fest- und Oster-Rechnungen nach den Astronomischen Calculo ihre Einrichtung haben müssen / solches wird ohne Zweiffel nur von einem Interims-Vergleich zuverstehen seyn / biß so lange ein besseret Cyclus, und mehr richtiger Weg von denen Mathematicis wird ausgefunden werden seyn. Hamb. wöchentl. Curiöser Zeit-Vertreiber *An. 1700, N, 4. p. 28, 29. seq. vid. & Novelle* aus der gelehrten und Curiösen Welt / *An. 1692, mens. Jun, p. 534. seq.*

CALENDARIO
Persæ comparant uxorem.

Persas uxorem comparere Calendario, cujusmodi in singulos annos usus esse potest, refert *Olear. Hodæp. p. 602. ap. D. Pfeiffer. Diss. Philol. V, de Alisbiis & Sunnitis §. 15. p. 107.*

In CALENDARIO
DEI nullus ætatis respectus.

Gregorius Nazianz. κατ' ἐξοχὴν Theologus dictus: Filii, nolite decipi. Non definitur mors certo ætatis tempore. Idem feretrum hodie senem, cras elegantem adolescentem, perendie virum robustum, dein virginem aut vetulam effert, *Orat. contr. dilat. baptismi.* Audi Senecam; Mors, inquit ille, tam juveni ob oculos esse debet, quam seni, non enim citamur ex censu, *Lib. I. Epist. 12.* In tabulis quidem censualibus annorum ratio haberi, singulorum ætas annotari, & juxta cujusvis ætatem census exigi solebat, verum mors non ex hujusmodi tabulis nos citat, sed ex DEI albo, in quo omnes ævi nostri dies nullo discrimine dudum ante consignati, quam ullus eorum existeret, Ps. CXXXIX, 16. In DEI enim Calendario nullus ætatis respectus, nulla juvenum à senibus distinctio reperitur; Dum utero excludimur

Prorepunt juncto vitaq; morsque pede.

Rectè iterum Seneca: Juniores? quid refert? Non dinumerantur anni. *D. Hildebrand. in arte benè moriendi C. I. §. 15. p. 10. 11.*

CALENDARIA
Germanorum, Gallorum, Italorum.

Vix ulla in Christiano orbe gens est, quæ Astrologorum præsagiis tam sit

addicta, scribit *Zwingerus in Theatr. Vit. Hum. Vol. V. Lib. III. p. 1273 1274.* quam sunt Germani. Attestantur huic rei Calendaria, quæ à Mathematicis quotannis lingvâ vernaculâ exhibentur, & in rusticorum quoque gratiam notis Sanctorum plus quam hieroglyphicis, exornantur. In agriculturâ, in contractibus consulunt Ephemerides. Ex Calendarii arbitrio secant venam, vomunt, ablactant, oculis medentur, ungves præsecant, comam tondent, excernunt denique alii melancholica, alii pituitosa alii biliosa: vanissimâ persvasione & credulitate, quasi infelices dies ex Chaldæorum observatione evitari possint, aut immutari. Quorum insania vel hoc argumento potest deprehendi, quod cum in universali temporum constitutione ipsa experientia sæpissimè refellantur, audeant tamen de particularibus eventibus magno supercilio magnas nugas profundere. Mendacia privata vulgo infamia habentur, & pœnis etiam coercentur. Publica verò istorum etiam præmiis coluntur. Tantum potest inveteratus error: inde fortassis primum exortus, quod cum Matheseos restauratio à Germanis cœperit, Sophistæ ambitiosi artem pulcherrimam vulgi annuo ludibrio prostituerint, ne otiosam philosophiam habere viderentur. Cæterum Galli quoque, ne non Germanorum germani esse videantur, hanc superstitionem jampridem amplexi sunt, tanto successu, ut Nostradami Prognosticis oracularibus (ὡς ἔπος εἰπεῖν) plus tribuant delicatuli quidam, quam Prophetarum vaticiniis. De Italia dicere nil attinet, quæ non secus ac Ægyptus, *πολλὰ φέρει μεμιγμένα ἐσθλὰ καὶ λυγρά.*

CALIPHA

Seu Caliphas, Califfus est ab Hebr. *Chalaph*, mutare, innovari &c. & *Cheleph*, *ἀντί*, vice. Ut Caliphas sit Vicarius: Nomen apud Arabes augustissimum, ac quatuor tantum primis Muhammedis successoribus proprie tributum, Abubecro nempè, Omaro, Othmano, Alī; Quasi Muhammedis locum in terrâ tenentibus. *D. Beeman. N. D. I. Diss. II. Cap. III. §. 3. p. 56.*

Turcarum Papâ.

Posteà nomen hoc ad sacrum Ordinem translatum fuisse, exemplo sunt Caliphæ Babylonii seu Bagdadenses; De horum uno suo tempore *Benjamin Tudelensis Itinerar. p. 63.* Hic (Calipha) Muhammedanorum Religionis Antistes est, ipsique omnes Muhammed. Reges fasces submittunt: iis enim eodem modo præest, quo Papa Christianis. *Id. ib. p. 57.*

CALIX

Helenæ.

Minervæ templum habet Lindos insulæ Rhodiorum, in quo Helena sacravit calicem ex electro. *Plin. H. N. l. 33. c. 4. p. 587.*

Veri

Veri Imperatoris.

Scribit Julius Capitolinus, Verum Imperatorem inter alium luxuriæ apparatum, calicem habuisse crystallinum, nomine volucrem ex ejus equi nomine, quem dilexit. *Cæl. Rhod. L. A. Lib. XXVII. Cap. XXVII. p. 482.* scilicet cavari gemmas ad pocula luxuria vetus est; Et cum calix argenteus divino cultui satis esset, aureus humano usui parum sit; nisi pretium faciente periculo, gemmæ etiam, peregrino artificio, excaventur, quibus bibat infelix homuncio; & polluta mendaciis atque spurcitiis labra, jucundius applicet, res & potui incommoda, voluptatem interpellante metu, & apparatui operosa, & custodiæ difficilis, & saluti anceps, & venenis apertissima. Verum namque est illud Poëtæ: Nulla aconita bibuntur Fictilibus: tunc illa time, cum pocula sumes Gemmata. *Franc. Petrarcha de Remed. utriusq; Fortunæ Lib. I. Dial. XXXIIX. p. 125.*

Ex Amethysto ebrietati resistit.

Mentiti sunt id Magi, fueruntque qui crederent, ut hoc sponsore sobrietatis, intrepidi biberent. Perfide quidem Magi atque impudenter, ut plurima; stulte credulum vulgus, ut omnia. Fortè ideò, ut cum gestu bibentis delectetur visus, atque hinc illinc sensibus delinitis, ambitiosior, lætiorque sit ebrietas. *Id. ib. p. 126. 127.*

Triplex.

1) Lætidis vel lætitiæ, Psal. XXIII, 5. 2) tristitiæ, Psal. CXVI, 13. 3) Mortis, Marc. XIV, 36. *Hackspan. in Marc. XIV, 36. p. 246.* quem omninò vide, ut & *M. Baum. Anal. Allegor. p. 196. seq.*

Crucis à Christo piis præbibitur.

§. 1.

Johannem II. Lusitaniæ Regem legimus invisisse quendam Consiliariorum ex morbo decumbentem. Cumque videret Rex hominem à potu medicato abhorrere, prælibavit ipse, ut bibendo subsequeretur ægrotus: Ita Christum præbibentem, imo edulcantem crucis poculum, quis non alacri animo, citraq; contractionem, bibendo subsequeretur? *Abr. Scultetus Idea Conc. in Hist. Pass. p. 275.* Hinc *August. in Cap. XIIX. Job.* Prior bibit de calice crucis sanus medicus, ne de eo dubitaret bibere homo ægrotus. *J. D. Ernestus Prodromo Apanthismatum Historico-Theologico-Moralium Cap. XI. p. 63. 64* Laudent alii Falerna Cretica, Belnensia, aut quæcunque alia vina, eaque ad usum in doliis condant: ego certè nihil aliud desidero, quam ut mihi unicam guttam omnibus, qui mihi restant, vitæ meæ diebus, è calice hoc degustare liceat. *Guevara Epist. ad Fridericum Enriques p. 62.*

§. 2.

Calix eſt crux, Matth. XX, 23. I. *Jucunditatis*, ratione α) *appellationis*. Non enim appellatur ingens aliquod vas, ſed calix. Conf. Joh. XVI, 15. Pſ. XXX, 6. it. LV, 22. it. XCVII, 10. Eſ. XXVII, 7. Cap. LIV, 7. ſeq. Sap. III, 5. 1. Pet. V, 10. Eſ. LX, 2. Tob. III, 22. β) *Proportionis*, unicuique enim ſuum aſſignatur dimenſum, Sap. XI, 12. Jer. XXX, 11. Act. IX, 16. 1. Cor. X, 13. Pſ. CIII, 13. it. CXVIII, 18. Jer. XLII, 42. Hoſ. XI, 9. Eſt calix II. *dignitatis*, quia α) *à DEO datus*, 1. Sam. II, 6. ſeq. Pſ. LXVIII. 20. Eſ. XLV, 7. Thren. III, 37. ſeq. Sir. XI, 14. Job. XXI, 21. Cap. XIX, 9. 21. Dan. VII, 7. Jon. II, 4. Joh. XIX, 11. β) *à Chriſto conſecratus*, Matth. XXVI, 37. Luc. XXII, 44. γ) *Certiſſimâ ſpe permutationis oblatus*; Pſalm. CXVI, 6. Ihr aber werdet nach dieſer Zeit &c. III. Calix *charitatis*. Poculum hoc nobis meritò charum, quia *à charâ manu*, Prov. III, 12. Pſ. XXXIV, 20. Pſ. LXIX, 5. Sir. II, 1. 1. Tim. V, 12. 1. Petr. IV, 16. Ebr. XII, 5. IV. Calix *neceſſitatis*, Job. V, 7. Matth. XVI, 14. 2. Tim. III, 12. gern wollt die Welt auch ſelig ſeyn &c. V. Calix *hilaritatis*, Rom. V, 3. 1. Petr. IV, 14. Act. V, 41. *Binckius, Melliſic. p. 392.*

§. 3.

Crux eſt calix Domini, Pſalm. LXXV, 9. I. *Ob propinantem* qui DEus, in hujus manu calix eſt α) *ob præparationem*. DEus enim præparat crucem ſuis, præſciendo & permittendo ſc. cum ſine ejus voluntate nihil nobis accidere poſſit, Matth. X, 28. β) *ob impletionem*. Etenim crucis calicem implet Dominus unicuique piorum, & cruci metam ac terminum conſtituit. γ) *moderationem*, de quâ 1. Cor. X, 13. δ) *ob exemplum præbitionis*, Matth. XX, 22. paſſionis, Matth. XXVI, 39. Joh. XVIII, 11. & amicæ ſocietatis. Ad calicis enim ſui communionem CHRISTUS nos invitat, tanquam imagini ipſius conformandos, Rom. VIII, 29. & convictores, qui eodem calice utuntur, 2. Sam. XII, 3. eadem cum ipſo patiuntur, Luc. XXIV, 26. 1. Petr. IV, 17. ſeq. II. *Ob ſocios combibentes*, qui omnes ſancti, 2. Tim. III, 12. Act. XIV, 22. Tob. XII, 13. III. *Ob materiam, ex quâ impletur*. Hæc eſt vinum mixtum, ex triſtitiâ & ſolatio, Pſ. LX, 5. Hunc calicem noſtris ſaccis imponit cœleſtis Joſeph (ut Gen. XLIV, 2.) timorem incutit, & amorem fraternum occulit. *Borſac. Alleg. p. 791. Baum. Anal. Alleg. f. 1056.*

§. 4.

Calix hic omninò hauriendus cum gratiis, quia poculum Regis, & Patris eſt. Magnus honor cum Rege bibere eodem poculo! Invitavit Macedonum aliquandò Alexander novem millia, habitusq; omnibus is eſt honor, ut de eo poculo biberent, ex quo Rex propinaſſet. *Arrianus Lib. VII. de Reb. Geſt. Alex.* Veſpaſianus Aviæ Tertullæ, ſub quâ educatus fuerat, memoriam tantoperè dilexit, ut ſolennibus ac feſtis diebus poculo quoq; ejus argenteo potare perſeveraverit.

raverit. *Svet. in Vespas. post pr.* Nos bibere renuemus, unde prius Rex & Pater?

—— —— Quid, vita, rependam
Pro vita tibi, CHRISTE, mea? nisi forte salutis
Accipiam calicem, quo te mea dextra propinet,
Ut sacro mortis prætiosæ proluar haustu.

Paulin. in Natal. Felic. IX. ex Psalm. CXVI, 13. ap. Ursin. in Theol. Symbol. Cap. CX. p. 132. Conf. Tit. *Bibacitatis incusantur Germani §. 1. in fine.*

Benedictus in Sacrâ Cœnâ.

Καὶ εὐχαριστήσας, & cum gratias egisset 1. Cor. XI, 23. pro quo Matthæus & Marcus habent εὐλογήσας, cum benedixisset. Unde Paulus appellat *Poculum benedictionis*, cui benedicimus, ut vetus Interpres reddit, 1. Cor. X, 16. rectius, quod benedicimus. Quod *Chrysostomus* sic interpretatur: Quod cum gratiarum actione sumimus: *Oecumenius*: ὁ εὐλογοῦντες καταρτίζομεν quod benedicentes præparamus sive adornamus. Theophylactus: Calix benedictionis, inquit, id est Eucharistiæ. A Justino Martyre Apolog. 2. panis cœnæ vocatur cibus sanctificatus & *benedictus*: Sicut à Cypriano *calix benedictus*. *D. Balth. Menzerus T. VII. Diss. Giess. XIX. §. 27. 28. p. 475. D. Pelarg. in H. St. Pass. p. 183.*

Vitæ, calix mortis.

Qui VITÆ solet esse CALIX, fit denique MORTIS
Ille CALIX: mortis fit comes alma salus.

Henricum VII. quem Lucelburgium nominant, egregiè fortem, ac bonum Imperatorem fuisse memorant historiæ: in quo non solum vis ingenii, & præstantia quædam, & excelsi animi magnitudo, sed rei quoque bellicæ peritia, & corporis quædam firmitas ac robur, ad militiæ labores tolerandos: tum verò sapientia, & justitia, & in omni vitâ moderatio, cum eximia pietate, & religione erga DEum conjuncta, eminuit: ut verè esset suo seculo Princeps orbis terræ, & salutis, mentisque publicæ. Is igitur qvum religiosissimus esset Imperator: qui omnia qui ad cultum divinum pertinent, diligenter pertractaret, & tanquam relegeret: neque solum sacris, & rebus divinis studiosè vacaret, sed & sacratissimorum Christianæ communitatis mysteriorum, singulis ferè diebus, præsertim feriatis, participem se fieri vellet: In obsidione Florentiæ urbis in Hetruriâ, nefariè ita necatus est, sacro pane, & calice, à Bernardino quodam monacho (nefandum dictu) lethali imbuto veneno: ex quo qvum statim ægrotare cœpisset, neque tunc invalescente morbo Pisis reduci vellet, sed in servitio DEI se esse ostenderet: nihil aliud, quam hoc ipsum, quod in Symbolo est, respondit: CALICEM VITÆ DEDISTI MIHI IN MORTEM. *Nic. Reusner. Symb. Cæs. Rom. German.*

Symb. XXIX. p. 239 240. Negant quidem Italici quidam Scriptores Henricum VII. à monacho fuisse intoxicatum, sed verissimum esse probat *Wolffius L. M. Cent. XIV. p 527 b.* Horrendum ac flagitiosissimum delictum, quod ne per somnium quidem dabile cogitaremus, inquit *Excell. D. Stryke Tr. de Jure Sensuum D ff. VI. Cap. IV. n. 32.* Versus ita habet:

Concidit à monacho, qui mystica libra ministrat;
Pro vitâ mortem toxica sæva dedit.

Micræl. Hist. Eccles. Lib. III. S. I. p. 544. Edit. Haren.

Ad textram ponendus, Corpus Domini ad sinistram.

In Conventu Noviomagensi A. C. 1017. sub Henrico II. Imp. statutum fuit, ut Corpus Dominicum ad sinistram, & Calix ad dextram Sacerdotis poneretur in Missâ. *Gesner. de Concil. p. 436.*

Toxicatus post consecrationem lavari nequit.

Victor III. Papa itidem venenato calice extinctus, *Wolff. l. c. Cent. 12. p. 455. a.* Gothofredo Duci Lotharingiæ communicaturo Subdiaconus toxicum in calicem misit, quem cum post consecrationem levare vellet, nec posset, Princeps à Domino causam facti inquisiturus, ad orationem posternitur, statimq; toxicator à Dæmone arripitur. *Dn. Nic. Christoph. Lynckerus in de eo, quod circa Sacram Cœnam, justum est. Cap II, p. 19.*

Romano Imperatori semel, Regi Galliæ bis conceditur.

Romanorum Imperator semel in vitâ suâ, nimirum, quando coronatur: Rex Galliæ verò per Privilegium, à Clemente VI. concessum, bis in vitâ suâ, videlicet tempore unctionis in Regem, & in Articulo mortis, potest sub utraq; specie communicare Ita præter alios testatur *Eligius Bassæus in floribus Theologiæ Practicæ Verbo Communio n. 50. ap. Web, Art. Disc. Font. 22. Ex. 2, p. 171.* De Caroli V. Imp. Coronatione ad Bononiam A. C. 1530, agens Henr. Cornelius Agrippa ita scribit: Pontifex Imperatori Sacro-Sanctissimum Dominici Corporis Sacramentum in aliâ minori hostia propriis manibus ministravit. Quod cum ille devotissimâ reverentiâ accepisset, surgens Pontificem in maxillâ osculatur, rursusque recumbens in genua, è manibus Diaconi Cardinalis *vinum* quod vocant, *reverentiæ* recepit, prægustante sibi Caurensi Episcopo. Ludovici XIV. moderni Gallorum-Francorum Regis inaugurationem A. C. 1654. peractam ubi Christianus Adolphus Thuldenus describit, inter alia: sub finem sacri, ait, ad cœleste epulum Rex progreditur. Præsto sunt è vestigio Pares, & coronam capiti ejus exemtam reverenter attollunt. Coronâ sublatâ in genua demissus Rex cœlesti mensæ

pius

pius advolvitur, sumit Christum sub *utraq; specie*, quod non solet, nisi à Sacerdotibus fieri: Sed in Regum Galliæ consecratione, iis etiam non sine privilegio, conceditur. *D. Casp. à Lilien Diss. Sacr. Philol. Hist. Theol. IX. de Regum Gallo-Francorum Prærogativâ circa Dominicum Calicem p. 128. seq.*

Caballo propinatus.

Capitaneus iste Pragensis vel suo exemplo comprobavit, quod nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur, in persecutione Hussitarum benedictum Calicem manibus Sacerdotis in templo administrantis ereptum Caballo suo propinavit, adjectâ hâc verborum impiissimâ Contumeliâ: Jam etiam Caballus meus est sub utrâque. *D. Joh. Frid. Mayerus, de Communione Regis Galliæ sub utraque §. 1. p. 5. 6.*

A me transeat, Matth. XXVI, 39.

H. e. ut D. *Gerhard. in Harm. Pass. p. 1758.* παρελθέτω Si aliâ ratione, atque alio quodam medio opus Redemtionis perfici, pro peccatis hominum satisfieri, & salus mundi procurari potest, quam per acerbissimam illam passionem, & ignominiosissimam meam mortem, auferat calicem istum. Quia vero novit DEO omnia, quæ vult, possibilia esse, mox subinfert, omnia possibilia sunt tibi, auferat poculum à me hoc; Stante aut decernente DEI voluntate, seu decreto immutabili, calicis ablatio impossibilis erat. Hinc addit salutis humanæ sitientissimus JEsus: Veruntamen non sicut ego &c. D. Winckelman. *Diss Giess. T. I. Diss. XIII. th. LXIII. p. 521.* Statuimus, inquit, Christi humanam voluntatem relatam simpliciter ad objectum, h. e. tormenta, cruciatus, judicium irati DEI, mortem, refugisse illud naturaliter, sed rursus intentam in consilium Patris, & fructum passionis & mortis, conjunctam fuisse cum omni subjectione ad voluntatem Patris. Res sic habet (sunt verba *B. Danhaueri in Hodosoph. Phænom. IIX. p. 687.* Christus in agone suo duo ostendit: primum θέλημα, quid vellet naturaliter sub conditione, si per decreti rationem fieri posset? quod, quia fieri non potuit, voluntas fuit inefficax. 2) θέλησιν, quid actu velit, nimirum bibere calicem, & ex felleo quasi melleum facere, quia ita Patri visum est. Et hæc voluntas fuit & *Victimatoria*, quia sic naturale desiderium Patri per obedientiam in victimam dedit, & *triumphatoria*, quia illum ipsum oblatum naturæ horrorem pervicit. *B. D. Joh. Andr. Quenstedt, de Deprecatione Calicis Christi Cap. II. §. 2.* Conf. *D. Christ. Kortholt Diss. Theol. de Passione Christi Salvatoris quoad ejus in vita & spontanea fuerit? §. 18. p. 22.*

CALICIS

Natalis.

Dies Viridium apud Veteres vocatur *Natalis Calicis*. Sicut Natalis dicitur dies,

dies, quo nati ſumus ad hanc vitam: Ita Natalis Calicis κατ' ἀναλογίαν fuerit dies, quo natus eſt calix vitæ, continens vivificum ſangvinem Chriſti, h. e. quo inſtitutum eſt, & quaſi vitam cepit Venerabile Evchariſtiæ Sacramentum. D. *Joach. Hildebrand. de Natalitiis Veterum Sacris & profanis Cap. XIII. p. 88. 89.*

CALICES

Aurei.

Platina in Sylveſtro ſcribit, aureos & argenteos calices à Conſtantino donatos eſſe ad Evchariſtiam. Bonifacii dictum notabile: Olim erant aurei Sacerdotes, & lignei calices; nunc aurei calices, & lignei Sacerdotes. *Matth. Martinius Lex. Philol. in h. v.*

Bohemorum.

Diejenigen/ welche zu Johann Huſſens Zeiten beyderley Geſtalt im Abendmahl defendirten/ nahmen den Kelch zu ihrem Symbolo, und lieſſen ihn allenthalben an die Häuſer mahlen/ daß man auch damahls den Verß gemachet hat:

Tot pingit calices Bohemorum terra per urbes,
Ut credas Bacchi numina ſola coli.

Cl. Hübner, Hiſt. Polit. P. I. Lib. V. p. 950.

CALICUM

Remiges.

Κυλίκων ἐρέται, dicti ita, qui aſſiduè perpotarent, vinum pro remo ducentes. Ita Dionyſius cognomento æreus ap. *Athenæum Lib. X. in Elegiis:*

Κάντινες οἶνον ἄγοντις ἐν ἐρεσσίᾳ Διονύσῳ
Συμποσίῳ ναῦται ἠδὲ κυλίκων ἐρέται. i. e.
Si qui vina trahunt in remigio tibi Bache
Potandi nautæ, remigium calicum.

Ingens poculum quaſi ſinus eſt; In hoc trahunt, non remis, ſed lingua, neque raro faciunt naufragium jacturâ qvum pecuniæ, tum mentis. *Erasm. Adag. Chil. IV. Cent. VII. Cap. XLI. p. 959.*

CALVITIES.

§. I.

Extat Niciæ cujusdam perelegans tetraſtichon, quo ridetur, neſcio quis, tingendi capilli affectator ſummus, qui dum ei rei nimium ſtudet effectum ſit, ut vitiatâ cute defluxerint crines omninò, nec ullo medicamento ſuccreverint amplius:

plius: propterea, turpiter nudato capite *ovum factum esse totum.* Versus ipsos habet *Cœlius Rhodiginus Lect. Antiq. Lib. XXIX. Cap. X. p. m. 596.* quorum hæc summa: Caput inficiens quidam capillos destruxit ipsos, & quamvis perhirsutus foret, ovum tamen est factus totus, proindè exclamavit infector, tonsorem nil amplius succidere, nec albam comam, neq; item nigrefactam:

§. 2.

Calvitii deformitatem Julius Cæsar iniquissimè tulit. *Sveton. p. m. 73.* Julia Augusti Cæsaris filia maturè canos habere cœperat. Subitus autem Cæsaris interventus oppressit comptrices, filiæ canos sublegentes, deprehensis super vestes earum pilis, quos evulserant: Id dissimulavit Augustus, & aliis sermonibus extracto tempore, tandem induxit ætatis mentionem. Hâc occasione rogavit filiam, utrum post aliquot annos cana esse mallet, quam calva? Quumq; illa respondisset: Ego, Pater, cana esse mallem. Cur ergò, inquit, istæ te calvam ante tempus student facere? *Emsm, Lib. IV. Apophr. ex Macrob. Lib. XII. Cap. V. Saturn.*

§. 3.

Bene dictum! Canitiem enim nemo aspernetur, nec quenquam mutati coloris pœniteat. Nam quis tam corrupto sensu, tamq; obliquo potest esse judicio, ut non candidorum calathos liliorum, quam nigrantium carbonum cistas aspicere, seque, si transformandus sit, cygno similem malit esse, quam corvo. *Fr. Petrarcha de R. U. F. Lib. II. Dial. LXXXIII. p. 534.* Tiberio præter aliam deformitatem etiam nudus capillo vertex pudori fuit. *Tacit. Lib. IV. Annal. C. LVII.* Domitianus calvitio ita offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii joco vel jurgio objectaretur. *D. Christ. Matthia, Th. Hist, Th. Pr. p. 539.* Siciliæ tyrannus Agathocles cum caput ei paulatim defluentibus capillis denudaretur, pudore ductus, myrteâ coronâ crinem obtexit, quæ quasi velum erat, & tegmen calvitiei, sicut *Ælianus* tradit *V. H. Cap. IV. Lib. XI. p. m. 172.*

§. 4.

Arbiter ita:

Quod solum formæ decus est, cecidère capilli;
Vernantesque comas tristis abegit hiems.

Germanus calvus pro prodigio habetur, ap. *Janum Huartum in Scrutin. Ingeniorum Cap. XI. p. 312.*

Nunc umbrâ nudata suâ, jam tempora mœrent,
Arcaque attritis ridet adusta pilis.
O fallax natura DEûm: quæ prima dedisti
Ætati nostræ gaudia, prima rapis,

Et *Tibullus Lib. I. Eleg. IIX.*

Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos,
Sæpeque mutatas diſpoſuiſſe comas?
Vellere cum cupies albos à ſtirpe capillos,
A ſpeculo rugas increpitante tibi. Ergò
Eventum formæ diſce timere tuæ.

Propert. Lib. III. Eleg. ult. Inverte corpus tuum, atque inſpice, quale ſit, ubi ſenuerit, quale ſit, ubi morbidum fuerit. *M Antoninus Imp. Vit. Propr. Lib. IIX. §. 21. p. 74.* Rixas per quam facetas R. Joſuæ, Korchæ filii, cum Eunucho quodam, dum hic illi calvitiem, iſte Evnucho evirationem exprobat, exhibet *Wagenſeil. in Sotæ Cap. IX. p. 1033.*

§. 5.

Calvities optimi hominis indicium, niſi morbus gallicus illius ſit initium, inquit *Zinegref. Apophth. P. II. p. 51. D. Conr. Tiburt. Rango de Capillamentis Cap. IV. §. 6. p. 66.* Calvitii encomium elegantiſſimè ſcripſit Syneſius Cyrenenſis, & Hugobaldus Monachus Elvonenſis, Ord. S. Benedicti, qui claruit A. C. 880. Carolo II. Imperatori cognomento Calvo dicavit Eclogam de Calvis, centum triginta ſex verſibus conſtantem, qui omnes cum ſingulis eorum dictionibus à literâ C. incipiunt; Et quoniam illa, tum antiquitatem, tum ingenium Auctoris refert, propoſitumque titulum laboriosè pertractat, digna eſſe videtur, quæ hic ſubjiciatur, omiſſis omittendis.

Proœmium, in quo invitantur Camœnæ, ad perſolvendas laudes Calvorum.

Carmina clariſonæ calvis cantate Camœnæ;
Comere condigno conabor carmine calvos,
Contra cirroſi crines confundere colli.
Cantica concelebrent callentes clara Camœnæ.
Collaudent calvos, concludant crimine cunctos
Carpere conantes calvos. Criſpante cachinno;
Conſcendat cœli calvorum cauſa cacumen.
Conticeant cuncti concreto crine comati.
Conſona conjunctim cantentur carmina calvis.

Quod calvities veluti quodam præſagio futurorum quibusdam provenire videatur:

Carmina clariſonæ calvis cantate Camœnæ.
Cum creſcit calvi capitis cervice corona,
Conſortem cleri conſignat confore calvum.
Capturum claram CHRISTO cedente coronam:
Ceu crines capitis, convellens crimina cordis.

Corde

Corde Creatorem conſpectat, corpore cœlum,
Cœlicolas cives cupiens contingere cultu.
Crimina cum curis contemnat cuncta caducis.
Cœli conſenſum concentum cœlicolarum
Concipiens cupidè, collaudat cuncta creantem.

Calvos Cantores, Abbates, Doctores, Epiſcopos & Sacerdotes eſſe:

Carmina clariſonæ calvis cantate Camœnæ.
Conjubilant calvi celſo clamore canori,
Continuantque choro caſtas cantare choreas,
Conformes capiti, concordi corpore cuncti,
Complicitas cleri contendunt condere caulas:
Correpto cornu cœleſtia claſſica clangunt.
Conficiunt charum Chriſti cognomine chriſma:
Conſociant Chriſto conſperſos chriſmate cœtus.
Conſaturant Chriſti convivas carne, cruore.

Calvos Cœnobitas, Pſalmiſtas, Poëtas, ac medicinæ peritos eſſe:

Carmina clariſonæ calvis cantate Camœnæ.
Complures calvi cogunt caſtiſſima caſtra,
Cœlica certatim celebrantes cantica Chriſto.
Corpore crine carent, colluſtrant culmina cœli,
Cor caſtum curant, cohibent curare caduca.
Conſcribunt chartas, concinnant carmina clara.
Conculcant carnem, concludunt corde calorem
Conſtantem, caſtum; communi currere curſu
Contendunt celeres, cœlique capeſſere culmen.
Comperies calvos columen conferre cerebro,
Comperies calvos capitis curare catarrhos.
Cardiaci calvi curantur, colica ceſſat.

Calvos eſſe bellatores, ſeu Belli Duces, imò & Reges:

Carmina clariſonæ calvis cantate Camœnæ.
Conducunt calvi cuneos certamine claros,
Compugnant calvi criſtati caſſide coni,
Contorquent calvi celeres cum cæde catervas,
Comprendunt cirros, contundunt calce comatos,
Cuſpide confodiunt: capulo conciſa coruſco
Colla cadunt: celebrant calvi clamore celeuma.

Conregnant calvi: conſcendunt culmina clari,
Conſpicui, compti, celsâ cervice corona.

D. J. A. Weber. in Art. Converſ. Reg. XII. p. 763. ſeq.

CALVUS

Obtrectator.

Calvus in agricolam fundens convitia, rurſus
Talia ab agricolâ verba remiſſa capit:
Opprobriis nolo tecum certare, capillos
Laudo tuos, ſed quod deſeruêre caput.

Sal. Kuſel. in Hor. Succiſ. p. 203.

CALUMNIÆ

Ara.

Calumnia & Impudentia apud Athenienſes ſuas habuerunt Aras, ut teſtis eſt *Theophraſtus ap. Diogenianum*: Ita verò efficta Calumnia fuit ab Apelle. In dextra quidem ſedet vir permagnos habens aures, quales fermè Midæ feruntur: manum longè ille protendit accedenti Calumniæ: circum ipſum verò ſunt mulieres duæ Ignorantia & ſuſpicio. Ex adverſo Calumnia, mulier ornata & pulchra, ſed aſpectu ardens & in iram & rabiem concita: lævâ facem accenſam præferens, dextrâ adoleſcentem quendam per capillos trahere videbatur, qui manus ambas ad cœlum tendebat, ſuperosque obteſtabatur; præcedebat vir pallidus, impurus, acutè intuens, his propemodum ſimilis, qui longiori morbo ſunt confecti. Hunc, Invidiam vel Livorem, facilè cognoſcas conjecturâ. Pone duæ erant aliæ mulieres, Calumniam dirigentes & adornantes: altera quidem Inſidiæ, altera verò Deceptio, vel Fallacia, ſeu Fraus: à tergo ſequebatur *Pœnitentia*, pullas lacerasque veſtes induta, quæ retrò caput inflectens, flens ac lugens, pudore venientem veritatem excipere videbatur. *Hofm. L. U. in h. v. p. 658.*

CALUMNIATOR

Eſt imponens, augens, manifeſtans in mala vertens.

Voët. D. S. P. IV. p. 707. Eſt canis, ericius marinus, ſcarabæus & hirudo, porcus, leo & hyena. *Drexel. in Orbis Phaëtonte, ſeu univerſis vitiis linguæ C. XI'II. §. 1. p. 957. ſeq. Cap. XXXII. §. 1. p. 1014. ſeq.* Comparatur cum Culicibus, Salamandrâ, Spinis, Sagittariis, Scorpionibus, Serpentibus &c. vid. omninò *M. Bauman. Anal. Allegor. p. 467. ſeq.*

CA-

CALUMNIANDO

Quæstum facientes. *Isocrtis Trapeziticus p. 877.*

CALUMNIATORES

Tres comitantur Diaboli.

Philander von Sittwald schreibet p. 532. also: Freylich / wie ein weiser / frommer Mann unlängst gesagt / so ist es wahr / daß bey einer Lästerung drey Teuffel sitzen. Dann dem Lästerer selbst sitzt der Teuffel auf der Zungen: und der die Lästerung mit Kützeln anhöret / dem sitzt der Teuffel in den Ohren; dem aber / der sie zu Schaden des Nechsten / ohne Erkundigung der Wahrheit / glaubet / den sitzt der Teuffel in den Hertzen. *Zeiler. Miscell. p. 199.* Calumniator tribus personis eâdem operâ nocet: delato, quam injuriâ afficit: auditori, quem veritate privat: & sibi ipsi, dum conscientiam graviter sauciat. *Glass. Rhetor. Sacr. Tr. I. Cap. XIV. p. 440.* Es ließ einer den Tod mahlen / und dazu schreiben:

NEMINI PARCO.
Ich sag es ohne Scheu /
Für mir ist niemand frey!

Das ziehen die Gelehrten auf eine schmäh-süchtige Zunge / die schonet niemand. Weil das wilde Schwein mit den hauenden Zähnen den grösten Schaden thut / so schreibt einer dazu:

DENTE TIMETUR.
Mit dem Zahn
Es furcht einjagen kan!

Die Schmach-süchtigen haben Dentem Theoninum &c. *D. Misand. Cr. des Sl. p. 612.*

Nihili faciendi.

Horum non est alia conditio, quam culicis illius, qui memorante Lockmanno, in fabulis Arabicis, cornu Tauri insedit quidem turgidus, sed quâvis plumâ levior, num ei oneri esset, & se levari expeteret, suscitatus, hoc responsi tulit: O tu, non animadverti, in quem descenderis, neque scio, cui noceas. Tantundem scilicet illorum virtuti, & famæ inde infertur damni, quantum molestiæ & oneris conciliat robustissimo tauro summæ levitatis animalculum, culex *Fischmuth. in Epist. Diss. ex Psal. XL, 7. seq. annexâ.* Entweder hat dir dein Verleumder etwas Wahrhafftiges / oder etwas Falsches vorgeworffen; Ists etwas Wahrhafftiges / so hat er dir gewiesen / was du ändern sollt; Ists etwas Falsches / so hat er dir gewiesen / was du fliehen und meiden solt; Also wirst du

allezeit durch die Verleumbdung entweder besser / oder behutsamer. Entweder ist die Schmach / womit du beleget worden / gerecht / oder ungerecht; Ist sie gerecht / so verfluche die Ursache derselben / das ist / deine eigene Schuld; Ist sie ungerecht / so tröste dich mit deinen guten Gewissen. Entweder ist derjenige / der dich beleidiget hat / fromm / oder gottloß; Ist er fromm / so hat er dich nicht beleidiget / weil die Frommen niemand beleidigen; Ist er aber gottloß / so bist du auch von ihm nicht beleidiget worden / weil laudari est, homini displicuisse malo. Wann dich einer beleidiget / so achte es nicht / alsdenn wird die Beleidigung schlechten Nachdruck haben. Zween fürtreffliche Siege werden gefunden / wann nemlich durch Gedult die Unbilligkeit / und durch die Wohlthat die Ubelthat überwindet. *Weber, Discurs. Curios. XXXV. p. 588.*

Scriptorum semper inveniuntur.

§. 1.

Hartmannus Mantzius, in des Heil. Römischen Reichs Leid und Freud / in der Zuschrifft am 17. Blat / saget: Daß niemand noch lemahlen etwas geschrieben habe / das allen gefallen / oder für der Splitter Gericht / und schnöden Vorurtheil / wäre befreyet gewesen / welchen / nach Salustii stylo, ad reprehendenda aliena dicta, aut facta, ardet animus; Anderer Leute Werck und Reden zu tadlen / das Hertz und Gemüth gleichsam brennet;

Nichts gefalle allen / ohn allein
Kräfftge Suppen / mürbe Kuchen / und guter Wein /

§. 2.

Hieronymus klaget schon vor 1200. Jahren / præfat. in Chron. Eusebii, daß für dem Gewäsch der Spötter niemand befreyet sey / als der nie was geschrieben. Julius Cæsar Scaliger bezeiget / in Epist. II. ad. Joh. Alesmium, impressa, procurante Dousa An. 1600. so lang er unter einen angemasten frembden Nahmen geschrieben / hab männiglich / mit sonderbahren Lob nach ihm gefor schet; So bald er aber zu seiner Arbeit sich bekandt / hat er des Neidhardts giftigen Schlangenstich erdulden müssen. Justus Lipsius fraget Cent. singul. ad Ital. & Hisp. Epist. XXVIII. unter andern: wer hat solche Weißheit / oder Glück / daß er allen könne gefallen / und alle mit loben ihm beypflichten? Ita *Dn. Manz. ap. Mart. Zeiler. in Miscellan. p. 336.*

CALUMNIATORUM
Symbolum, Emblema.

Plutarchus *in Lib. de Silentibus Pythia Oraculis* perhibet, in Orco (quod ædificium à Cypselo tyranno consecratum fuit) inter templi istius anathemata exstitisse Palmam æneam: ad cujus radices insculptæ videbantur plurimæ Ranæ

&

& Natrices, quos hydros nominant. Quo typo existimat *Hadrianus Junius Emblem. 9.* indicari eos, qui invidis lingvis, & exitiali maledicentiæ veneno armati, probos ac integros viros non obliquâ, ut sæpe fieri solet, sed rectâ viâ ac ratione ad honores, & dignitates tendentes evertere, & omnibus bonis exuere tentant. Attamen frustra! Nam innocentia ac virtute suâ freti & muniti invidorum morsus, & calumniatorum obtrectationes facilè spernunt atq; retundunt, & tantundem curant, quantum latratum canis, ut est in proverbio. Palma enim ardua primæque nobilitatis arbor frondibus nunquam vidua, homines ad magna tendentes aptissimè exprimit. Ad cujus radices Ranæ plurimæ odiosa sua coaxatione omnibus molestæ, calumniatoris mores optimè repræsentant; & Hydri, nullis serpentibus veneno inferiores, si Plinio credimus, virulentos invidorum sibilos designant. *Conradus Rittershusius* ita:

Quantum Palmæ Hydri possunt Ranæque nocere:
Tantundem invidiæ virus obesse probis.

Salm. in Panc. P. II. T. I. p. 61. 62.

— Canis Lunam allatrans,

Cum lemmate: OS TUUM ABUNDAT MALITIA.

Der Affterreder Mund speyt von sich lose Rede/
Zu richten an Gezänck und ungegründte Vhede:
Ein Narr verletzt sich selbst und stümpffet seinen Zahn/
Daß er empfinden muß/ wie bößlich er gethan!

M. Mich. Schirmer/ *in Emblematibus.* Vid. Tit. Canis.

Nullus in ore tibi dens est, vel si quis in illo
Est tamen erosus vermibus & putridus.
Allatras; ut cum nequeas mordere parumper,
Latratu ostendas, te tamen esse carnem.

(In calumniam inermem *Sal. Kusel. in Hor. Succis. p. 199.*)

Emunctorium.

Die Lichtputze verdunckelt zwar das Licht ein wenig/ aber sie machet es desto heller/ und sie beschwärtzet sich: Also die Verläumder verdunckeln zwar eines Menschen ehrlichen Nahmen/ aber sie machen/ daß seine Tugend desto heller scheinet/ und sie hingegen einen bösen Nahmen davon tragen.

ILLUSTRAT, DUM VEXAT,
Durch verdunckeln
Macht sies funckeln!

M. J. C. Gerstäcker/ im Vorrath schöner Gleichnisse/ *p. 1355.* Calumniare audacter, nihil hæret! erat Symbolum Bogislai V. Ducis Pomeraniæ.

Apel-

Apellis pictura.

Wie der berühmte Kunst-Mahler Apelles aus Neid / von Antipholo, einen andern Mahler/wie auch etlichen Hoff-Schrantzen/ bey dem Ptolomeo, Könige in Egypten heimlich und unschuldig angegeben ward/ als wäre er ihm treuloß/ und hätte neben Theodoro, dem Haupt-Mann zu Tyro, (den er doch nie gesehen) wider ihn Auffruhr angerichtet/ die es auch dahin brachten/ daß Apelles ins Gefängniß geleget wurde. Nachdem er aber nunmehr wieder loß gelassen/ und seine Unschuld an Tag kommen war/ sich aber mündlich nicht verantworten kunnte/ thäte ers durch seine Kunst/ und mahlete folgendes Gemählde/ oder **Sinnbild**/ nemlich: Er stellete auf einer Tafel vor/ einen **König**/ auf einen schönen **Königlichen Thron** sitzend/ der anzusehen war gleich einem andern Midas, mit weitgeöffneten **Ohren**/ damit er denen Verleumdern gerne zuhörete. Hinter ihm stunde Ignorantia, die Jungfer (oder Fräulein) **Unwissenheit**/ dieweil der König so bald der Lügen ohne Erkündigung des gewissen Grundes geglaubet; Vor dem **König** stund Suspicio, **der Argwohn**/ dem er die Hand both/ anzuzeigen/ daß er aus blossen Muthmassen den Verklagten verdammte; zum **Könige** trat Frau Calumnia, oder *Madam* **Verleumdung**/ in gestalt **eines sehr schönen Weibes**/ die hatte in einer Hand eine **brennende Fackel**/ damit sie leichtlich das Zorn-Feuer anzuzünden vermochte/ nebst Feuer-strahlenden Augen: In der **andern und rechten Hand** schleppete sie **einen Jüngling**/ der einen wohlverdienten und unschuldigen Manne gleich sahe/ und Innocens oder Innocencia **Unschuld** hiesse/ mit den Haaren vor des **Königs-Thron**/ und verhetzte mit allerhand falscher Aufflage den König wider ihn. Diesen folgete auff den Fusse nach Schwester Invidia, **Miß- oder Ab-Gunst**/ anzudeuten/daß ihm bey dem Könige diß Unglück aus blossen Neid sey zugerichtet. Hinter dieser kam deßgleichen/ Madamoiselle Fraus, **Lügen und Betrug**. Denn die Verläumder bringen ihre Lügen für mit scheinbaren Worten/ damit zubetriegen. Auf der Seiten stund Tristitia, **die Traurigkeit**/ anzuzeigen/ wie wehe es thue/ wann einer fälschlich angeklaget werde/ und sich nicht darff verantworten. Endlich und von ferne sahe man eine **Jungfrau** heraus schleichen/ mit einen weissen/und verhülleten Angesichte/ welches Veritas, oder **die Warheit** seyn sollte/ welche doch endlich **die Unschuld** am Tag bringet/ und die Verläumder zu Schanden machet. Gar zu letzt zog hernach Pœnitentia, **die Reue**/ die nicht aussen bleibet/ doch offt langsam kommt/ wann der Unschuldige schon in grosse Gefahr gerathen ist: massen die Reue diejenigen/ welche so liederlicher Weise ihren Neben-Christen richten/ und verurtheilen/ nach erkandter Unschuld pfleget zu vergesellen; Als nun Apelles gedachte Tafel ver-

verfertiget hatte/stellete er sie vor des Königs Gemach/und gieng davon. Das heist ja nun recht: die Verläumdung mit lebendigen Farben abgemahlet; Und mangelt nichts/ als die Obschrifft/ welche (wenn mans kurtz fassen/ und einen König bilden wollte/ vor welchen eine stoltze und Hochmühtige Weibs-Person erschien/so einen Jüngling bey den Haaren herbey schleppete) also darbey stehen könnte:

SIC PATITUR JUSTUS!
Wann die obsiegt
Der Gerechte liegt!
Oder:
Wann die Verläumdung will mit Lug und Trug obsiegen/
So muß die Unschuld selbst mit ihren Rechte liegen/
Und wider Billigkeit gedruckt zum Füssen liegen!

Gottfreunds *Emblematischer* Tugend- und Laster-Platz / *Emblem. XII. p. 103. seq.* Oder man kan Sinnbilds-weise vorstellen den Schwerdt-Fisch/ von den Lateinern Ensis oder Gladius, zu Deutsch aber Schwerdt-Fisch genennet/ der mit seinen langen und einem Schwerdt-gleichen Schnabel/ alle andere Fische/ die ihm begegnen/ schlägt/ verwundet/ durchhauet/ und endlich auffrist/ dazu die gelehrte Feder setzet:

OBVIA QUÆQUE SECAT.
Uber diese Klingen
Muß ein ieder springen!

Ita calumniator Psalm. LIX, 8. *Id. ibid. Embl. XIII. p. 115.* Andere bilden vor das Thier Hyäna/ welches nach Menschen-Fleisch überaus begierig ist/ also daß es auch der Todten-Gräber nicht verschonet/ wo es denen lebendigen Menschen nicht mag beykommen/ worbey man setzen kan:

NEC VIVO, NEC PARCO SEPULTO.
Du magst leben oder nicht/
Bleibst du doch nicht ungericht!

*****

Die Hyäne fällt im Grimm/ Leut und Vieh an auf der Strassen/
Kan der Todten Gräber auch/ nimmer unersuchet lassen.
Also fällt ein Neidharts-Kind/ fromme Leut mit lästern an/
Wetzt an ihnen auch im Grab seinen giftigen Theons-Zahn!

Der Püffel-Ochse hat eine so scharffe Zunge/ daß alles/ was er damit anrühret/ blutrünstig gemachet wird/ als ob es mit einen Messer verletzet wäre! Hierbey kan man schreiben:

SINE FERRO LINGVA CRUENTAT.
Dieſe Zung kan Wunden ſchmeißen
Ohne Stahl und ohne Eiſen!

Ita omninò Lingva maledica, & detractoria, tametſi phyſicè ſpectata tantum ſit carnea, inſtar ferri tamen vulnerat, & ad ipſam oſſium medullam penetrat, inquit *Picinellus ap. eund. Embl. XV. p. 141.*

CALUMNIANDUS
Nullus.

Die Frantzoſen ſagen: Qui veut qu'on diſe bien de luy, il faut, qu'il diſe bien d'autruy, wer da will/ daß man von ihm Gutes rede/der thue dergleichen erſt von andern; Und rathen die Italiäner: Chi voul dir mal d'altruy, penſi prima dilui, daß/ wer da wolle einen andern tadeln/ der ſolle bevor wohl zu ſehen/ obs auch vor ſeiner Thüre rein ſey? Maſſen dem Blinden nicht wohl anſtehet/ die Lahmen zu verlachen/ wie das Frantzöſiſche Sprichwort lautet: Il ne faut pas, que les avengles ſe mocquent des bien leux. *Ch. G. Beſſel* in der Schmiede des politiſchen Glücks/ *Cap. XVII. p. 66. 67.* Rabbini dicunt: Omnes qui deſcendunt in gehennam, aſcendere poſſunt, exceptis tribus: Rem habens cum uxore, pudore afficiens ſocium ſuum publicè, & appellans ſocium cognomine turpi. Benè *Bernhardus:* Quanto ſtudio reprehendis alienam vitam, tanto ſtudio emenda teipſum: Si vis detrahere, tuis peccatis detrahe: Quando alium mordes, tua peccata redargue.

Verleumder/ Ehren-Dieb und Leute Schänder
Sind leider itzo voll faſt alle Länder/
Die nur läſtern aller Orten/
Bald mit Schrifften/ bald mit Worten/
Ihr Böſen! Drum laſt ab mit Paßqvilliren/
Der Teuffel wird euch ſonſt zur Höllen führen!

Dn. Dexel. in Theat. Curioſ. Tit. LXXXIII. p. 639.

CALX

Mortuis addita, quia ſæpius aquâ lota (vid. *D. Dan. Sennert. Inſtit. Med. Lib. V. P. II. S. II. Cap. IIX. p. 1283.*) exſiccat absque ullâ mordacitate. *Galenus Lib. IX. de ſimp. medic. facult. ap. Kirchman. de Funeribus Romanorum Lib. I. Cap. IIX. p. 42. 43.* ubi adducuntur exempla; Conſtat manus, aliasque corporis mortui partes exſiccari, & ita à corruptione ſervari; ſi calx viva arcæ ferali injiciatur. *Mich. Watſonius Union. Sapient. S. III. P. II. Cap. V. §. 12. p. 454.* Notatu vero dignum eſt, quod de Maximuliano I. Imp. referunt Hiſtorici, qui teſta-

mento

mento cavit, ut corpus suum sine ullâ exenteratione humo mandarent, & loco aromatum vivam calcem adhibetent, ut corpus putredine natum, eâ quoque consumente materiâ citius in terram suam reverteretur. *D. J. Hildebrand. in Arte benè moriendi Cap. II. §. 24. p. 18. 19. Erasm. Francisci* Ehre der verblichenen alten Heyden/ Jüden und Christen/ *Convers. IV. p. 94.*

Affusâ aquâ.

Exardescens, cum lemmate; Accenditur, ut exstingvatur, de homine bibace. *Pexenfeld. Apparat. Erud. Cap. C. p. 854.*

CAMELUS

Vid. *Apparat. Bibl. Tom. I. p. 434. seq.*

CAMELI

Vetusti bajulant pelles Juvenum.

Incedebant aliquandò Moses & Aaron, & post hos Nadab & Abihu, toto Israële subsequente. Tum Nadab ad fratrem conversus: *Quandonam tandem*, inquit, *erit, ut morientur bi vetuli, & nobis Regimen populi imdant?* At DEUS de his dixit: *Quis scit, quis quem sit sepulturus?* R. Papa: Hoc est, quod vulgo dici solet: Plurimi Cameli vetusti bajulant pelles Juvenum. *Joh. Cochius è Sanhedrin p. 207. ap. M. Petr. Michaël. in Nupt. p. 198.* Germani dicunt: Man trägt so balde eine Kalbes-Haut zu Marckte/ als eine Küh-Haut!

Homines.

Arabum est provetbium: *Homines sunt ut Cameli quorum ne quidem centesimus quisq; est dromas;* quo docent, rarum esse virum gratum & acceptum DEO; aut paucos esse, qui mundum hunc seriò contemnant, & futurum avidè exspectent. *L. Joh. Cyprian. in H. A. Franz. P. I. Cap. IV. N. XIV. p. 133.*

Ingens, fœdum animal, gibbo deforme, Camelus,
Et collo colubrum totus & ore refert.
Bajulus est, quo per steriles mercator eremos,
Asia, divitias fert opulenta tuas.
Obsita quæ cœno est, avido bibit ore paludem,
Nec bibit illimem, ni pede turbet, aquam.
Scilicet in vitrea timet is se cernere lympha:
Territus à vultu nam fugit ipse suo.
Jam cur tam sibi charus homo, quem crimina fœdant;
Quo tamen haud monstrum turpius esse potest?

*** ***

Das grosse grasse Thier mit seiner Buckel-Ranzen/
Das/ so an Maul als Hals/ der Schlangen-Art nachschlägt/
Darf/ ob dem Kauffmanns-Gut/ mit stolzen Tritten schwantzen/
Weil es von Asia/ den rarsten Reichthum trägt.
Wann nun der Durst das Vieh auffreitzet/ daß es sauff/
So rührt es vor den Mist mit breiten Strampffen an.
Was treibt wohl ein Cameel kein Wasser hell zu trincken?
Es schaut dieselbe Flut/ für einen Spiegel/ an.
Und sieht ein heßlichs Thier von Grund her auf sich wincken/
Von dem es keinen Blick/ für Abscheu/ dulden kan.
Wie ist ein Sünder denn in seinen Schlamm verliebt/
Da uns die Erde doch kein grössers Unthier giebt?

P. Abr. à S. Clara, im Huy und Pfuy *in b. v. p. 129.*

Patientiam præfigurant.

Ein Cameel/ wann es die herum liegende Waaren desto besser auffzuladen niederkniet/ und sich willig darmit belasten lässet/ kan darzu geschrieben werden:

LUBENS AD ONUS.

Die schwere Last/
Wird gantz geduldig auffgefaßt!

Eben dergleichen kan auch gesaget werden von dem Esel/ ob derselbe schon ein verächtlich Thier ist/ dennoch setzen ihm die Gelehrten als ein Bild der Gedult/ der alle Last gern und willig sich auffliegen lässet/ und solche geduldig trägt/ mit den Beyworten:

GESTAT SINE MURMURE PONDUS.

Ohne Murren er die Last;
Freudig allezeit auffffaßt!

Oder/ wie ein anderer darzu setzen wollte:

FORTIS ET PATIENS.

Geduldig er trägt/
Was man ihm aufflegt!

Der Camerarius will die Gedult gar vorstellen durch einen Ochsen/ welcher vor dem Opffer-Altar und hinter ihm ein Pflug stehet/ und darbey:

AD UTRUMQUE.

Ich schicke mich zu beyden/
Zur Arbeit und zum Leiden!

Die

Die Erklärung machet er also:

Der Ochs beqvemet sich das Joch am Horn zu tragen/
Und stellt sich willig ein/ wenn man ihn todt will schlagen:
Die GOtt-ergebne Schaar/ verhält sich gleicher Weiß/
Und duldet Noth und Tod zu ihres Heylands Preiß!

Dn. Gottfr. Emblem. Tugend- und Laster-Platz/ *Emblem. LXXXIX. p. 1082. seq.* Der gelehrte Schirmer in seinen Sinnbildern/ stellet einen zur Erden gebückten Cameel/ der sich beladen läßt/ vor/ mit dem Sinnspruch:

TANTUM, QUANTUM.

Wer mit Verstand begabt/ der handelt sein Geschäffte/
Und fährt vermessentlich nicht über seine Kräffte.
Was ihm GOtt leget auf/ läßt er ihm ieder Zeit
Zu thun befohlen seyn mit Unverdrossenheit!

Malè audiunt apud Judæos.

Juxta Cabalistas *μετεμψύχωσιν* Pythagoream asserentes, uti anima ejus, qui rem habuit cum masculo, migrat in leporem, quia is scilicet in coitu modò marem agit, modò fœmellam: ita qui rem habuerit cum alterius uxore, ejus anima migrat in Camelum, quoniam David ait: Cantabo Domino. כי גמל עלי Psalm. XIII. v. ult. i. e. quod liberavit animam meam de Camelo. *Cyprian. p. 136.*

Arabum divitiæ.

Patriarcharum olim opes partim in camelis numerabantur, Gen. XII, 16. C. XXX, 44. Cap. XXXII, 7. &c. Job primò tria millia, deindè sex millia camelorum possedit, C. I. 3. XLII, 12. Teste *Leone Africano Lib. IX.* hodieque Arabes divitias Principum suorum ac Nobilium, à numero Camelorum æstimant, & qui inter illos possident camelos, heriliter ac libere vivunt, utpote cum quibus indesertis agere possunt, ad quæ propter aridítatem, nec Reges, nec Principes pervenire valent. *Busbeckius, Epist. III.* judicat, duas res Turcis maximam utilitatem afferre, ex terrâ nascentibus orizam, ex jumentis camelos, svadetque Principibus, ut de iis in Europâ progenerandis curam suscipiant. *Id. p. 140.* Ebræis dicitur גְּמַל Es. XXI, 7. à גָּמַל retribuit, reddidit, rependit; nam hoc animal servitium egregium præstans in itineribus & in gestandis oneribus, abundè recompensat victum, quem herus ipsi submínistrat. *Eduard. Leigh Crit. Sacr. P. I. p. 34. a.*

CAMELORUM

Festum.

Muhammetanorum impietas camelum, quem in sacrificiis gentilium fuisse

non legas, victimam fecit. Nam cum Persæ pærsvasi sint, Abrahamum loco filii sui Ismaëlis, quem pro Isaaco substituunt, non agnum, ut Turcæ putant, sed Camelum sacrificasse, in memoriam singulis annis, festo Paschatos suo, fœminam cameiam, per triduum floribus ornatam, solenni pompâ circumducunt, ex eâ pilos evellunt, & quasi sanctos asservant; deindè lance transfixam cultris lacerant, partes avidè rapiunt & comedunt. Quod *Cameli Festum*, post Samuelem Purchasium ab *Aldrovando* citatum *p. 370.* copiosè descripserunt *Della Valle Part. II. p. 61. Tavernier. P. I. p. 180.* Turcæ verò magno numero quotannis peregrinationem religiosam suscipiunt Mecham, ad sepulchrum Muhammetis; in quo itinere camelus tentorium pretiosum, ab Imperatore Turcarum missum, ad sepulchrum tegendum gestans, ab omni onere portando inposterum liberatur. Quod ante annum eò missum erat, refertur, ac ejus discerpti veluti sacræ particulæ, inter primores viros distribuuntur. *Della Valle P. I. p. 98.* Camelum, quod Alcoranum tergo portaverit sanctum, ex eâ peregrinatione reducem, Turcæ accurrentes osculis excipiunt, pilos ejus evellunt, sudorem axillarum extergunt, eoq; oculos & faciem suam perfricant, tandem mactati carnes, in minutissimas partes concisas, tanquam sacras epulas edunt, ut narrat *Camerar. Horar. Subcis. Cent. III. Cap. XII. ex Georgii Dousæ Epist. de Itinere suo Constantinopolitano p. 72.*

CAMERA

Charitatis.

Regulariter Clerico & Monacho uxorem ducere non licet, nisi in Cameram charitatis. *C. I. X. de Cleric. Conjug. Vid. Tract. vocatus Bonus Mulier, seu Centuria Juridica Practica de Mulieribus vel uxoribus §. 20.*

Obscura.

Quæris in obscurâ camerâ cur cuncta videntur
Perversa? in tenebris talia facta patras.
Ad Mathematicum Mercurium per *Cameram obscuram* observantem:
Mercuriumin tenebris conaris cernere, quare?
Semper * in obscuris quost minimum est sequimur,
** l. 9. ff. de R. I. Fr. Statius Ot. & Lus. Verit. p. 20. & 49.*

Pecuniarum Turcicarum.

Camera est in Regiâ Turcicâ, ubi multæ pecuniæ servantur, cum hoc titulo: Pecuniæ Rustani (Vezirii primarii) diligentiâ acquisitæ. *Augerius Gislenius Busbeckius Legat. Turc. Epist. 1. p. 54.*

Brivatum, portus Brest.

Portus totius Galliæ optimus, & adeò securus, ut appelletur *la Chambre*; quia

quia naves in eo quiescunt, ac si essent intra Cameram, estque capax navium maximarum, etiamsi decem mille Tonnarum sint. *D. Becman. H. O. T. P. I. C. III. p. 46.* Sicuti & Anconitanus portus propter capacitatem situmq; natura & opere veterum, tutissimus, inter primos & pulcherrimos orbis terrarum commemorandus, quis enim nescit hoc vulgatissimum? Unus Petrus in *Româ:* Una Turris in *Cremonâ,* & unus Portus in *Anconâ. Lansius contr. Ital. p. 786. Münsterus Cosmogr. Lib. II. Cap. CXX. p. 298. M. Joh. Bonitius de Turribus §. 7. Wolff. L. M. T. II. Cap. XVI. p. 143.*

CAMINECIA
s. Kaminiec,

Clavis Regni Polonici, & fortissimum propugnaculum, sed à Turcis occupata A. 1672. Osmanes Imperator Turcicus tempori Belli Chocimensis eam à monte vicino prospectans, cum munitiorem, quam sperarat, vidisset, & unus ex astantibus, interroganti, à quo fuisset munita; A DEO munitam, ob loci naturam mirabilem, dixisset: Respondisse fertur: *Img; Deus eam ipse expugnet.* Et ad alia minus valida loca se convertit. *Becm. l. c. p. 223.* Bey den letzten Friedens-Schluß mit den Türcken ist aber diese Vestung wieder an die Pohlen kommen/ da denn bey derselben Einräumung und Einweihung der dasigen Cathedral-Kirchen sich dieses Wunder zugetragen/ daß ein auf den Kirchhoff stehender dürrer Apffelbaum/ die Nacht nach der Kirchen Einweihung geblühet/ als wenn es Frühling wäre/ welche zu ungewöhnlicher Zeit blühende/ oder Fruchtbringende Pflantzen und Bäume/ allezeit was sonderbahres vorher bedeutet/ exempla habet **Hamb. wöchentl. Curiöser Zeit-Vertreiber/** *An. 1700. N. 1. p. 6. 7.*

CAMPANÆ
Baptizantur.

Papistæ Campanas, ex institutô Johannis XIII. Sec. X. baptizant. *B. Scherzer. Syst. Def. L. XIV. p. 348.* Hic enim primus campanam Lateranensis Ecclesiæ baptizavit, & Johannis nomine vocavit A. C. 968. *Ursin. Epit. Hist. Eccles. p. 127. Quensted. Antiq. Bibl. P. I. Cap. IV. S. II. n. 8. p. 364. & Cap. IX. n. 2. p. 804. Arndius Lex. Antiq. Eccles. p. 800.* Adhibentur & Susceptores seu Propatres, qui restim, quo alligatæ sunt, tenent, & ad ea, qua à Suffraganeo interrogantur, Amen subjungere coguntur. Der Hertzog und Hertzogin von Orleans haben zu Pariß bey der Tauffung einer grossen Glocke von der Kirchen St. Eustachii zu Gevattern gestanden. *Relations-Courir An. 1700. N. 18. de 30. Jan.*

Multa

Multa efficiunt miranda.

§. 1.

Hæ campanæ baptizatæ tam ſanctæ ſunt, ut ſi Eccleſia, vel populis aliquis, ſub anathemate eſt, ſignum eis dare, magnum ſit piaculum. *Wolff. L. M. T. I. Cent. 13. p. 475. 476. & T. II. Cap. XVI. p. 594. ſeq.* Certa nomina hujus vel illius Sancti illis imponunt, nim. ut ſint immunes à poteſtate Satanæ, terreant & propulſent ſuâ compulſatione dæmones, & coërceant poteſtates, juxta verſiculum, qui Buzbaci in Weteraviâ Campanæ inciſus:

Eſt mea vox bam, bam, potens diſpellere Satan.

Dieteric. Anal. Evang. P. I. p. 57.

En ego Campana, nunquam denuncio vana,
Laudo DEUM verum, plebem voco, fulmina frango:
Vox mea, vox vitæ, voco vos ad ſacra: venite,
Sanctos collaudo, tonitru fugo, funera claudo.

Et alius de eisdem:

Funera plango, fulgura frango, Sabbatha pango,
Excito lentos, diſſipo ventos, paco cruentos.

Albertus Molnarus Anal. Ænigmat. p. 107. Campanæ Annebergenſi ANNÆ appellatæ, hæc impreſſa Scriptura:

Quæ potes imminenſum Anna tu flectere Jovem,
Pelle mala, & morbos contorque, fulmina pelle.

D. Georg. Gözius de Cultu Annæ in Miſniam invecto theſ. 3. §. 2. p. 15. Thomas Neageorgius de quâdam Numburgenſi campanâ *in libro de Regno Papiſtico* ſic canit:

Vidi ego Numburgi quondam in Regione Toringâ
Campanam, de ſe titulo quæ talia magno
Jactabat: Dicor MARIA (in baptiſmate nomen
Scilicet inditum erat) confringo tonitrua pulſu
Pello nociva, fugoque eadem cacodæmonas omnes.

M. Nic. Eggere/ Diſſ. Hiſt. de Campanarum Materiâ & Formâ §. 83. 86. ſeq. Joh. Georg. Seldius, Paſtor & Inſpector olim Havelbergenſis, in additamentis ad Sacrum Sermonem de Campanis. M. Steph. Andreas Mixler de Campanis per tot.

§. 2.

Campanis hiſce & lamias impediri, nonnulli credunt, quo minus huc illud per aërem ferri queant. *Calov. Mataol. Papiſt. in Præf.* Æris quippè uſum in ſacris vim habere non modicam olim creditum. Ideò Sacerdotes *æreis cultris* utebantur, ut ex *Non. Marcello* diſcimus; & *Ovid. in Metam. Lib. VII.* Medea *falcem aneam* attribuit. Idem in *Faſtis Lib. IV. æris tinnitu* inferorum umbras in

ſacris

ſacris Lemuralibus ab anu expelli dixit. *Alexander* quoque *Aphrodiſæus in ſuis Problem.* ait. Æris ſono malos Spiritus depelli, eamque ob rem in Lunæ defectu æra moveri ſolita fuiſſe in more poſitum: quemadmodum etiam *Livius*, *Ovidius*, *Lucanus*, alii, deficiente & quaſi laborante Lunâ *ære* concuti, ſcriptum reliquêre, annotante *Cœlio Rhod. Antiq. Lect. Lib. XIX. Cap. X.* Inter Chriſtianos etiam eſſe, qui æris tinnitu Dæmones fugari credant, docet *Polydorus Virgilius de Invent. Rerum Lib. VI. Cap. XII.* Unde cum ventorum aut grandinis injuria timetur (ab his enim, Dæmonum operâ, vineis, arboribus, frugibusque calamitas non rarò invehitur) campanæ plurimis in locis pulſari ſolent: an quod campanarum, utpote divino cultui conſecratarum, ſtrepitu illi terreantur? an quod *æris* ſonus, aërem maximè diverberans, ſcindens & confringens, tempeſtatum, ventorumque vim diſſipet? Vid. *Hier. Magium de Tintinnabulis Cap. XIV.* Sed ſunt iſta ſuperſtitioni affinia. *D. Hofman. Lex. Un. T. I. in v. Æs p. 93.*

Stulte quid aëris in turribus æra fatigas,
Intonat ætherei cum domus alta poli?
Ut rerum natura poteſt non arte repelli:
Sic quoque non cœli tollitur ære fragor.

Sal. Kuſel. in Hor. Succiſ. p. 163. De idololatrico hoc campanarum baptizatarum & conſecratarum uſu, ut & de cæteris conſecrationibus Papiſticis vid. *Recuſationem Concil. Trid. ab Electoribus, Principibus & Ordinibus Imperii Proteſtantibus publicatam, Editionis Anni 1597. Gabr. Carterii in Octav. p. 175. ſeq. 168. ſeq.* Ipſe Maximilianus Imp. de hoc abſu conquéſtus ap. *M. Joach. Hildebr, de Priſca Eccleſiæ Sacris publicis Cap. III. in fin. Conf. Balduin. in Cap. IV. prior. ad Tim. Q. V. p. 269. ſeq. Brochmand. Syſt. Th. T. II. Art. XIIX. Cap. IX. Q. X. p. 39. Polanus Synt. Th. Lib. IX. Cap. XXI. p. 1027.*

Fatales & ex ſeipſis pulſantes.

§. 1.

Eſt illa miraculoſa Avilenſis in Hiſpaniâ, quæ per aliquot menſes antequam aliquid adverſi in Chriſtianâ Republicâ contingat ex ſeipsâ, nemine impellente, pulſatur. *P. Euſ. Nerenbergius Hiſt. Nat. de Mirac. Lib. I. Cap. IIX.* Hoc Æs in in turri quâdam colli impoſitum pendet circuitu ad 10. ulnas complexum ſuâ ſponte, i. e. nullis hominum manibus, nullo vento, nullo terræ motu, alteriusve ſub aſpectum cadentis rei impulſu ſonat: rarò tamen: ſemper aliquid magni portendere obſervatum. Id ajunt factum paulo antequam *Sebaſtianus* Luſitaniæ Rex expeditionem in Africam ſuſcepiſſet; Cum *Alphonſus* Rex Arragoniæ Neapolitanum Regnum occupaſſet; Sub *Caroli V.* exceſſum; In periculoſo

Philippi II. Regis morbo: In morte *Annæ* Reginæ: Et Anno 1610. à 13. Junii ad 24. sonitus, de die in diem, per intervalla auditus. *Georg. Stengelius de monstris Cap. VI. §. 9. ap. M. Greg. Michaël. N. in Gaff. p. 217. 218.*

§. 2.

Die Glocken/ so die Türcken von den Glocken-Thurm/ auf der rechten Hand des Vorhofes des Tempels Salomonis/ genommen/ und an heimliche Orte verborgen/ werden nach eines gewissen Mönches Prophezeyung/ wann die Christen wieder Jerusalem einnehmen werden/ von sich selbst anfangen zu läuten. **Otto Friederich von der Gröben/ Brandenb. Adel. Pilger**/ *Cap. XIII. p. 139.* Campanarum hunc sonum, quæ in templo Salomonis fuerunt, ad exagitanda figmenta Monachorum ex Oriente secum attulisse, apud *Joh. Bocatium* ingeniosè fingit *Monachus quidam*, cum campanarum usus recens inventus in Templo Salomonis nullus fuerit. *D. Mich. Sirinius Diss. Acad. Theor. Pract. de Lachrymis JEsu Christi Salvatoris Mundi Cap. III. p. 133.*

§. 3.

Als im Jahr 1062. in Flandern ein unerträglicher Hunger war/ und viel Leute sich aus dem Lande begaben/ Brodt zu suchen/ hat sichs im August-Monat zu Oldenburg begeben/ daß des Morgens vor der Stadt eine Person/ welche selbige Nacht Hungers gesterben war/ gefunden wurde. Als man nun dieselbe beerdigte/ und der Priester Godebret nicht zulassen wollte/ daß man die Glocken darbey anziehen sollte/ aus Ursachen/ weil es ein unbekandter Mensch wäre/ soll sichs zugetragen haben/ daß die Glocken von sich selbsten zu läuten angefangen/ und dem Todten/ welches die Lebendigen nicht thun wollten/ den letzten Ehren-Dienst geleistet. Ist dieses also/ wie es denn nichts unmügliches/ so siehet man/ wie GOtt ein genaues Auge auf die Seinigen schlage/ und dasjenige genau kenne/ daß kein Mensch kennen will. Denn der feste Grund GOttes bestehet/ und hat diesen Siegel: Der HErr kennet die Seinen/ 2. Tim. II, 19. Es sterbe einer auch gleich in der eussersten Fremde/ ist er nur seinem GOtt bekandt/ so hat es keine Noth mit ihm; Denn die Erde ist des HErrn/ und was drinnen ist/ der Erdboden/ und was darauf wohnet/ Psalm. XXIV, 1. *M. J. D.* Ernst Bild. H. *P. III. S. II. C. IX. p. 158. 189.* Anno 1636. läuteten die Glocken zu Husum in Hollstein/ in Ditmarsen/ von 5. biß 8. Uhr Abends von sich selbst/ ohne Anrührung einiger Person. Gottfr. Schultz/ *Chron. Lub. p. 450.* Die Glocke zu Valilla im Königreich Arragonien/ welche der Heil. Bischoff Paulinus giessen lassen/ und darinn geschmeltzet worden/ einer aus den 30. Silberlingen/ um welche der verrätherische Judas den Welt-Heyland verkaufft/ pflegt allemahl sich selbst ohn einige Hand-Anlegung zu läuten/ so offt der Christenheit

ein

ein sonderes Unheil zunahet/ wie denn solches geschehen Anno 1527. da die Stadt Rom spoliret worden. Anno 1564. wie so grosse und allgemeine Pest entstanden. Anno 1601. wie die Königin in Arragonien gefangen worden; auch dazumahl wie Carolus V. und die Königin Anna seines Sohnes Philippi Gemahlin/ mit Tode abgangen/ scheinet also/ daß durch Göttliche Wirckung zuweilen der Glocken-Giesser Arbeit einen wahrsagerischen Geist in sich habe. Ita *P. Abmb. à S. Clam*, im Etwas für Alle/ *Cap. VII. p. 77. 78.* Wenceslaus III. König in Böhmen/ kunte keine Glocke hören/ und wann er in eine Stadt kam/ so ward alsobald das Läuten verboten. *Cl. Hübner. Hist. Pol. Tom. IV. Lib. I. p. 73.*

Ob seditiones pulsu prohibitæ.

Campanarum sonitu abutuntur, qui ad seditiones excitandas, civilesque motus, & rebelliones ciendas eis utuntur. Quomodo memoriæ traditum, Gandavenses (Flandriæ populus est bellicosus, & natalibus Caroli V. Cæsaris cunisque nobilis) ut ad seditiones nonnihil proclives erant; solitos majoris Campanæ, quam habebant, & Rolandi nomine etiamnum appellant, cives suos ad arma & rebellionem convocare. Quo factum, ut Carolus V. Cæsar rebellione eorundem compressâ, etiam Campanam illam ægrè passus fuerit, integram manere, sed penitus jusserit comminui, tanquam infame tantarum rebellionum instrumentum; Verum optimatum patrocinio servatam ferunt: hâc tamen lege, ne deinceps pensilis maneret, sed horarum duntaxat indiculo deserviret, & in pœnam, notabile fragmentum circum oram, quo omnis alternati pulsus spes præcideretur, & non nisi rauco murmure personaret, evelleretur, quod & accidit, uti Campana ipsa rebellionis avitæ monumentum superstes, docet. Ex Annalibus Flandricis *Weberus in Art. Convers. Reg. XII. p. 768.* Montis pessulani (*Montpellier*) cives, quam magistratus regios, convocato per sonitum campanæ populo, per seditionem occidissent, multavit Rex potestate pulsandi Campanas, atque id jus transtulit, ad Academiam. *Joh. Buno Introd in Cluver. Geograph. Lib. II. Cap. XV. p. 147.* Anno 1283. wurden die Glocken wiederum in Böhmen geläutet/ welches Otto Longus von Brandenburg/ aus Furcht eines Auffruhrs bißhero nicht verstattet hatte. *Hübner. l. c. p. 89.*

Florentinorum.

Florentini peculiarem Campanam MARTINELLÆ titulo celebrem sumserunt, quæ integrum mensem, priusquam Exercitus in hostem pergeret, pulsaretur, adeoque hostibus ad defensionem tempus suppeteret. Tanta Virtus NB. id temporis in Viris istis conspiciebatur, ut quod nostro ævo hostem in cavum opprimere in laude reputatur, id tum temporis ignominiæ fraudisque haberetur.

Eadem Campana Exercitum comitabatur, ad ejusque pulsum tam excubiæ disponebantur, quam reliqua militiæ munia componebantur. *Nic. Machiavellus Hist. Florent. Lib. II. p. 67.* Præmonet Florentinorum Integritas, prænones omnium ac portentorum gravitas. Tam fidum est summum Numen, *ut non faciat verbum, nisi prius revelaverit secretum*, Amos III, 8. ut videat Homo, audiatque prius, quàm sentiat. Longe aliter mundus, in quem quadantenus quadrare dixeris *Philippi* Burgundi *Emblema*, in quo ignitabulum cum silice ex quo ignis percussu silicis elicitur, cum *Lemmate:*

ANTE. FERIT. QVAM. FLAMMA. MICAT.

Sed tela prævisa minus nocent, impavidum feriunt ruinæ. *Mich. l. c. p. 220.*

Quænam omnium maxima?

Erfurtensis Campana, fusa A. C. 1497. omnium est maxima, dedicata honori Glorioſæ Virginis Mariæ, à quo & nomen obtinet vocaturq; GLORIOSA. Totam descriptionem hujus campanæ ex Kircheri Musurgia exhibet *Weber. Art. Disc. Font. 45. Ex. 14. p. 408. seq. Stepner. de Sacris Christ. Publicis Cap. II. §. 119. p. 305.* Sed ex Epistola P. Ferdinandi Verbist Soc. Jes. Pequini in China & alium quendam Patrem datâ, liquet, in dicta urbe Pequinensi campanam reperiri, quæ Erfordiensi sit multo & mole & pondere grandior. *Web. A. C. R. 12. p. 762. Heidfeld. S. T. II. Cap. II. p. 80.* De Antorffiensi, cujus sonus per aliquot milliaria auditur *Zeiler. Misc. p. 179.* An der Czarischen Residentz in Moscau soll in der Erden eine Glocke liegen / welche 12. hundert Centner wieget / und durch keine Macht kan auffgehänget werden. *Novellæ Mundi Curiosi An. 1696. mens. Aug. p. 1847.* Teste Salomone Stepnero in Inscriptionibus Lipsiensibus Campana, quæ ab ipsis nuncupatum *Senatoria*, hanc habet inscriptionem: Laudate Deum in cymbalis benè sonantibus!

Campanæ quando cœperunt?

Quod Campanæ circa An. 400. à Paulino Episcopo Nolano repertæ fuerint, ut Pancirollo placuit (hinc Campanæ, quia in Campaniâ inventæ. Nolæ à locô, in quo primum factæ) Henr. Salmuth haud arridet, cum earum usus jam anteà apud gentes viguerit; Dicit itaque verius esse, virum illum sanctissimum Gentilium sacrorum abusum correxisse, & ad pia munia transtulisse, ut nimirum ejus strepitu excirí possent semotius habitantes ad conciones, precationesque. *P. II. Tit 9. p. 158. 159. Casal. de Vet. Sacr. Christ. Rit. P. III. Cap. XLIII. p. 259. seq. & omnino Matthæus Larroquanus, Adverſ. Sacr. Lib. II. Cap. XXXVI. p. 355. seq.* Horologii usum, & Mosis temporibus fuisse, testatur *Josephus 3. Antiq. ap. Polydor. Vergil. de Rer. Inventor. Lib. III. Cap. 18. p. 289. Conf. D. Zimmerm. Anal. m. 1. Cap. XIII. p. 19. 20. Laurent. Polymath. Lib. I. Diss. 15. p. 33. Sim.*

Ma-

Majolus Dier. Canic. Col. 19. p. 611. seq. Arnd. Lex. Antiq. Eccles. p. 1091. M. Joh. Gottfr. Lauc/ in Quæst. an Turrium & Campanarum usus DEO placeat? p. 15.

Apud Turcas nullæ.

Muhammedani, pertinacissimo Christianorum odio, campanarum usum abhorrent, quod *Cl. Leusdenius Prof. Ultrajectl.* fieri ait, ob stragem, quam ad sonum campanæ à Christianis passi sunt. *Henning. Henningi Mahammedan. Precante Precat. 2. p. 19. Hoornbeck Summ. Controvers. Lib. I. p. 145. Busbeck. Leg. Turc. Ep. 3. p. 214.* Vivâ ergo præconum voce, Muhammedis exemplum secuti, suos ad preces & sacra peragenda, quinquies ex summis turriculis, quas fanis adstruxêre, quotidiè convocant. *D. Pfeiffer. Diss. Phil. 5. Cap. II. Th. 19. p. 111.* Sicuti & in Ecclesiâ Orientali prorsus Campanarum usus ignotus fuit, in quâ populus, percussis malleo tabulis ligneis, ad preces & officia divina, convocari solebat. *Car. du Fresne Gloss. Tom. I. p. 710.* Apud Turcas non nisi speciali privilegio indulgentur, quale est, quod Maronitæ habent in monte Libano. Et in Japotna pago Serviæ Horologium auditur: Ac rursus aliud Philippopoli Macedoniæ. *D. Beeman. II. O. T. P. I. Cap. IX. S. 4. §. 7. p. 406.* Ast in privatis ædibus ab horologiis minimè abhorrent. *Pfeiffer l. c.* In Türckey sind keine Glocken/ aber in Persien werden dieselbe denen Christen gestattet/ und sind solche in den Armenischen Kirchen/ welche die Mittel haben/ sie aus Teutschland bringen zu lassen. *Joh. Bapt. Tavernier. Hodœpor. Orient. Lib. I. Cap. III. p. 13. b.*

In meridie pulsandæ.

Calixtus III. P. R. A. 1455. Turcam oppugnaturus, instituit, ut campanæ in meridie pulsarentur, & omnes ad preces adversus Turcam fundendas, & numos conferendos admorentur. *Micræl. Hist. Eccles. l. III. S. I. p. 552. Ed. Haren.*

Inter res sacras non referuntur,

Etiam ubi baptizantur, ut in Galliâ judicatum refert ex Mornacio *Wissenbach ad Instit. Diss. 9. §. 10. np. D. Joh. Strauchium ad Univers. Jus. Justinianium privat. Diss. V. §. 5. p. 71.* Quakeri Campanas rident, easque rem nullius momenti, nec ullâ scriptione dignam censent. *M. N.* Eggers/ *l. c. §. 3.* Die Kirche S. Proculi zu Bologne, hat ein Epitaphium eines Proculi, so von der Glocken S. Proculi, welche auf ihn gefallen/ erschlagen worden:

Si procul à Proculo Proculi campana fuisset,
Jam procul à Proculo Proculus ipse foret.

D. Jac. Spon/ *Hodœpor. Lib. I. p. 14. b.*

CAMPANARUM

Antiqua Inscriptio:

Dum trahor, AUDITE: voco vos, ad Sacra VENITE.

Hildebr. l. c. Denn die Glocken sind bey uns an Statt der Jüdischen Posaunen/ unsere Hertzen dadurch auffzumuntern. *Alex. Rossæus Tot. Orb. Relig. p. 569.* Germanis Campana dicitur Klocke vel Glocke/ à Græc. κλάζω & κλώζω, clango. Sed fortè propius est Klocke vel Glocke/ à klingen/ sicut Glück à gelingen/ Schelle à schallen/ sonare. *Matth. Martinius in h. v.*

Die Glocke des Gebets anrühren/
Und nicht das Hertz zur Andacht führen/
Macht ein Gebrumm. Stellt dieses ein;
Soll sich ihr Schall im Himmel regen/
So muß der Glaube Hand anlegen/
Auffmerckſamkeit der Schwengel seyn.

P. à S. Clarâ, l. c. Anno 1707. den 15. Nov. bekamen die Lutherischen Einwohner ihre neue Glocke/ welche gar wohl gerathen/ und auf welcher folgende Reime gar deutlich zu lesen waren:

Als der Mostowiter Grimm und Macht
Die Stadt Lissa hat in Brand gebracht/
Anno 1707. den 29. Julii,
Bin auch ich damahls zerflossen/
Aber mich hat nun gegossen
Christian Demminger in Ligniz.
Jtzo wird mein heller Klang
Wiederum die Lufft durchdringen/
Und an allen Orten klingen/
Wenn man wird den Kirchen-Gang
Zu dem Gottesdienst andeuten/
Oder auch zu Grabe läuten.
Laß/ O GOtt/ auch das Gebeht/
Deines Volcks/ zur Glocke werden/
Wenn in allerley Beschwerden
Man zu dir um Hülffe fleht/
Daß der Thon gen Himmel steige/
Und dein Ohr sich zu uns neige!

Curieuse Europäische Zeitungs/ *Correspondence de An. 1707. 17. Novembr. N. 189.*

Ænigma.

Est intra cœlos, intra mihi mansio terras,
Non cœlum tango, non quoque tango solum.
Constringor vinclis, concludor robore duro
Ut nullâ mutem conditione locum.
Os mihi semper hiat, petulanter & exero lingvam,
Nec nisi cum cogunt verbera multa loquor.
Cum loquor, assiduis repleo clamoribus aures,
Verbera cum cessant, tum quoque cesso loqui.
Non ulli noceo clamoribus, hortor iniquos,
Contrito quærant corde salutis iter.

Nic. Reusn. in Ænigm. Var. p. 218.

Glocken-Spiele.

In Niederland belustigen sich die Einwohner sehr mit der Glocken-Music; wann man nahe an Amsterdam kommet/bewillkommen einen die fast ohn unterlaß allda spielende Glocken-Spiele. Diese Kunst ist 1481. zu Alost am ersten/ und zwar von einen Menschen/ so nicht am besten bey Verstande gewesen/ erfunden worden. Man soll aber nirgends eine solche Lieblichkeit als zu Antorff auf den Thurm der St. Marien Kirchen von 68. grossen und kleinen Glocken hören/ also daß man sich nicht gnug verwundern kan/ sonderlich weil das Werck von eines Menschen Hände und Füsse regieret wird. Zu Brüssel ist ein schön Glocken-Spiel auf dem Thurm des Thors am Königl. Pallaste/ zu Valencin ist nicht nur eines/ sondern derer unterschiedliche/ und die besten nach einiger Meynung in gantz Niederland. Ehe die Uhr schlägt/ wird ein Psalm oder bekandtes Lied mit einen solchen Wercke gespielet. So hat man auch in Hamburg und Lübeck etliche dergleichen schöne Glocken-Spiele zu hören. *Novella citata loc. cit.* In des Reichs Tzina sehr grossen Stadt Nanking, ist ein so grosser fürtrefflicher gebauter und höchst-wundersamer Thurm von Porcellan/ welcher mit viel tausend silbernen/ wohlklingenden Glöcklein behangen ist: wann nun der Wind darein gehet/ so giebet es so einen Klang/ daß man fast ertauben möchte. *Ibid.*

CAMPIONES

Sub initium sexti seculi Gundobadus inter alias leges, quas Burgundionibus præscripsit, instituit, ut in publicâ contentione de Veritate Religionis inter orthodoxos & heterodoxos lis dirimeretur, & veritas indagaretur Judicio DEI, h. e. singulari certamine, quod *Campum* vocabant, & ad quod deligebantur

ſinguli cauſæ Patroni, dicti *Campiones*; Vel igne, ferro, aquâ ac calidis, quæ illæſis manibus tractabant. Sed Agobardus, Archiepiſcopus Lugdunenſis, merito jure duobus ſingularibus diſcurſibus iſtud inſtitutum perſtringit, monſtrans, DEum, licet innocentes favore ſæpè proſequatur, non tamen in favorem ipſorum ſemper edere miracula, ſed eum permittere ſæpius, ut ſontes deportent victoriam. *D. Gebhard. Theod. Meierus Ex. Th. de Religione, ejusq; differentiis §. 32.* Campion porrò curſum vocabant non rectum, nec ſimplicem, ſed flexiones habentem, quas vocant *καμπάς*. *Cæl. Rhod. L. A. Lib. XXI. Cap. XXXI. p. 65.*

CAMPUS
Sceleratus

Appellatur proxime portam Collinam, in quo Virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerunt, defoſſæ ſunt. *Sigonius, Gronovius in Lib. IIX. Cap. XI. Livii p. 618.* Sic & ſceleratus Vicus vocatus, in quo Tullia amens, agitantibus furiis ſororis ac Viri, per Patris corpus carpentum egiſſe fertur, partemque ſangvinis ac cædis paternæ cruento vehiculo contaminata ipſa, reſperſaque tuliſſe ad penates ſuos, virique ſui. *Livius Lib. I. Cap. XLIIX. p. 86. 87.*

CAMPO

Comparatur Scriptura, *M. Baum. Anal. Alleg. p. 25.* Eccleſia *p. 865.* Gentiles *p. 927.*

CANAL

Was eine Meer-Enge ſey / will ich nicht weitläufftig inquiriren; Genug iſt es / daß dadurch der Cours des Meers zwiſchen zweyen Ländern bemercket werde / welcher zwey groſſe Meer zuſammen verknüpffet. Gleichwie nun auf den groſſen wilden Rund verſchiedene ſind / ſo bemercket man doch nur 3. ſonderbahre Arten; Einige vereinigen das Welt-Meer mit dem Welt-Meer / wie die Magellaniſche Meer-Enge / einige das Welt-Meer mit einem Meer-Buſem / wie die Gaditaniſche See bey Cadix, einige einen Meer-Buſem mit den andern / wie der Helleſpontus bey denen Dardanellen. Doch weilen ſie in denen 4. Welt-Theilen ziemlich Zahlreich / als übergehe ich ſelbe / und bemercke nur den Canal zwiſchen Groß-Britannien und Franckreich / jenſeits fänget er bey Dovre, diſſeits bey Calais, allwo die diſtance nicht viel über 3. Meilen beträget / an / und vereiniget das groſſe Welt-Meer mit den Teutſchen Meer / oder Nord-See: Man nennet vorgedachte See-Hafen die Häupter / und erſtrecket ſich die gantze Länge auf 96. Meilen. Im übrigen iſt dieſer Canal nicht wenig berühmt / wegen der darinnen vorgefallenen See-Actionen, da-

von

von die jüngsten/ so Anno 1672. 1692. vorgegangen/ annoch in stischen Andencken/ beruhen. *Autor Relat. Europ. N. 58. An. 1702. p. 485. 486.*

CANCELLARIUS

Non salvatur.

Partem non habent in futuro seculo, inquiunt Judæi: Scriba, Cancellarius, Medicorum optimus, & Judex Civitatis, atque hariolus, ædituus & coqvus. *J. b. Saubertus Palestin Theol. Disp. I. §. 22. p. 21.*

Unde?

Cancellarii dicti sunt non à cancellando, quod est actis concellatim lineis literas obducere, ut quidem Budæus, & Turnebus existimant, sed à cancellis, quòd intra secreta cancellorum septis & fenestratis januis clausa res civiles tractarent. Qui & quales olim fuerint exhibent *D. Fessel. Adverss. Sacr. Lib. I. Cap. I. p. 2. Machanem præfat. in Sveton. Viros Illustr. D. Tenzelius Dial. Menstr. An. 1689. p. 372. 373.* allwo der Thür-Schliesser des Schweidnitzischen Rathhauses Cantzler genennet wird. Conf. *Barth. Lib. L. Cap. I. & Cap. V. p. 2339. Car. du Fresne Gloss. T. I. p. 733. seq.* *Novelle* aus der gelehrten und Curiösen Welt/ *An. 1692. mens. Nov. p. 1082. seq.* Cancellarium Arabes vocant אלמבץ צאחב habentem sigillum. *Crellius Prompt. Bibl. in v.* Fingerring. Erat enim illius munus atque officium, ut literis Principis, quibus aut donum aliquod, aut honorem magistratumque concedebat, cereum illius sigillum adponeret. Atque sic in omnes Judices aliquam autoritatem habuit, ut videri possit, fuisse etiam ejus potestatis cognoscere, qua fide, qua integritate & justitia inferiores Judices in officio versarentur. *Proceres Chartarum* & olim appellati, quos hodie *Secretarios Regis* vocamus. *Salm. l. c. P. I, T. II. p. 15. & T. LIIX. p. 316.*

ARCHI-CANCELLARII

In Imperio nostro sunt tres Electores Ecclesiastici.

Cum enim Germanicum Imperium tres potissimum partes complecteretur, Germaniam, Italiam, & eam Galliæ partem, quæ Arelatense regnum vocatur, & in hisce tribus partibus multi essent magnique Principes, multique ipsorum Cancellarii, delecti fuere tres Reverendissimi Electores Ecclesiastici, qui summam in his dignitatem obtinerent, atque Archi-Cancellarii nominarentur. Moguntinus quidem Episcopus Germaniæ, tanquam partis omnium maximæ ac Imperatori maximè propriæ: Colonienſis, Italiæ: Trevirensis Arelatensis Regni. *Senar. Rer. Mogunt. Lib. I. Cap. XXX.* Sed Colonienſis ac Trevirensis Ar-

chi-Cancellariatus nunc si non planè nulli, certè otiosi sunt. *D. Beeman. N. D. I. Diss. XV. Cap. I. §. 7. p. 400. 401.* Versus sunt noti:

Moguntinensis, Trevirensis, Colonienſis,
Quilibet Imperii sit Canceliarius horum.
Inde Palatinus Dapifer, Sax portitor ensis,
Marchio præpositus Cameræ, pincerna Bohemus.

M. Frid. Hildebr. Comp. Geogr. Cluver. Dec. XV. §. 2. p. 73.

CANCER
Cruciger.

Xaverius, Indiarum ille Apostolus, crucem in mare prolapsam, à Cancro iterum obtinuit. O fidum & religiosum cancrum! *M. Mich. in Gaff. N. V. p. 22.*

CANCRI
Quando optimi?

§. 1.

Etliche wollen beybringen/ daß/ wann man gute Krebse essen wollte/ man hierzu die Monate sonder R. erwehlen müste; Allein andere wollen/ daß man nicht sowohl/ daß R. im Monat/ als das Licht des Mondes zu consideriren habe: Denn wann es warm/ als zur Sommer-Zeit/ im Wasser ist/ auch über das der Mond sein volles Licht hat/ so findet man diese geharnischte Wasser-Treter am besten/ zum Schnabelliren/ aptiret. Hingegen bey den neuen Licht/ und gegen das erste Viertel des Mondes/ werden sie ohne viel Fleisch gesunden; wie davon Plinius Lib. IX. Cap. XXXI. von denen Krebsen und Meer-Schnecken nicht ungleich judiciret hat/ daß diese Fisch-Arten im Winter Schaden leiden/ gegen das Früh-Jahr/ Sommer und Herbst aber voll Fleisch werden/ und zwar destomehr/ im Voll-Mond/ wegen seines nächtlichen warmen Scheines (Omnia ejus generis hyeme læduntur, autumno & vere pingvescunt, & plenilunio magis, quia nocte sidus tepido fulgore mitificat, *p. m. 160.*)

§. 2.

Die Erfahrung bezeuget dieses: Allein der Modus, wie solches zugehe/ ist bey denen Naturalisten nicht einerley. Einige geben vor/ die Fett- und Felligkeit komme daher/ daß die Krebse bey vollem Lichte besser sehen könnten/ theils ihre Nahrung auffzusuchen/ theils ihren Feinden zu entgehen/ dahero sie zu solcher Zeit/ mit besserer Sicherheit/ mehr können essen/ als sonsten/ und also auch besser zunehmen; Denn diese Wasser-Bürger sind eine Art von denen

nen Amphibiis, ſo auch wohl des Nachtes auf dem Lande fouragiren/ am Tage aber Still-Lager halten; welche Lebens-Art auch die Natur denen Schild-Kröten/ und See-Kühen im Meer/ mitgetheilet/ als die gleichfalls zur Nacht-Zeit die Tieffe abandoniren/ und eine Land-Promenade ablegen; wie denn auch die ſchlüpffrige Aale / bey ſpäter Nacht/ ihre Waſſer-Wohnung quittiren/ und ihre grüne Feld-Tafel halten. Nur meine ich (doch ohne der Herren Naturaliſten Præjudiz) daß es daher komme/ daß ſie/ bey vollem Mond/ ſo voll-leibig ſind / weilen der Mond / mit denen humoribus, und mit denen / ſo im Waſſer ihren Auffenthalt haben / eine verborgene Correſpondence und Compaſſion tragen. Ita *Autor Relat. Europ. An. 1703. N. 45. 46. p. 345. 353.* Conf. *Apparat. Noſtr. Bibl. Tom. II. in Tit. Luna efficax in hæc inferiora p. 1369. ſeq.*

§. 3.

Æſopo olim nepotum omnium gurgiti maximo, tam ſvares ac jucundi fuêre cancri, ut ab urbe Româ in Iſtriam navigaverit, ubi eorum copiam naſci audierat: ſed cum in Iſtriam veniſſet, & multo grandiores ac meliores in Africâ gigni intellexiſſet, repentè portu ſolvit, & Africam petiit, ut grandioribus cancris ſe exſaturaret. At ſi Æſopus reſciſcere potuiſſet, Auſtriæ aliquot amnes prægrandibus cancris ſcatere; totam vero Marchiam Brandenburgenſem prodigiosè & abundantiſſimè plenam eſſe: momento temporis, procul dubio, valedixiſſet Africæ, & in Germaniam noſtram advolaſſet. *Lanſius pro Germaniâ p. 71.*

Lapideſcentes.

§. 1.

In quodam tractu Imperii Sinenſis, teſte *Martino Martinio in Atlante Sinico*, reperiuntur cancri, qui ubi aquâ relictâ aërem ſubierint, ſtatim retentâ antiquâ figurâ, in duriſſimum lapidem convertuntur. Cujus ea eſt ratio, quod omnia illa, quæ ex ſalino conſtituuntur temperamento, intra aquam, diſſipatis ſalinis corpuſculis, mollia ſint, extra verò ſiccitate aëris condenſati, in lapideam maſſam transformentur: quod omnibus lapideſcentibus commune eſt.

§. 2.

Ratio verò cur id aliis alibi degentibus cancris non eveniat, ea aſſignanda eſt, quod locus in quo hujusmodi cancri reperiuntur, lapidifico ſucco, vel vapore non abundet; hujus enim ſucci ſeu vaporis facultate, quicquid humiditate affectum fuerit, in lapidem convertitur. Neq; ſolum in Chinâ, ſed etiam in noſtrorum fluminum, mariſq; ripis inveniuntur quandoque cancri in lapidem converſi: vix enim quidquam eſt, quod ubi in lapidificum inciderit vaporem, in lapidem non convertatur. Vid. *Athan. Kircheri Itin. Hetruſcum Lib. V. Mundi Subterran. Cap. de Conchylibus ap. D. J. A. Weber. in Art. Converſ. Reg. XII. p. 769.*

§. 3.

Terrestres & cancri sunt in Insulâ Thomæ similes marinis. Quare omnicolam Cancrum possumus indicare. Quippè in mari, in aquis dulcibus, in terrâ stabulatur. In saxis Lanarum (tractus est hic agri Vastensis) ad pagum, qui Cohors dicitur, saxeos multos vidimus: procul à mari plurimum, à Garumna triginta circiter millibus passuum. In cœlo etiam mendaces Græci posuere. Nulla igitur vacat regio; quandoquidem quoque fruuntur terrestres: nos autem illis fruimur ab igni. *Scalig. de Subtil. Ex. CXCVI. Cap. IX. p. 638.* De cancris variorum generum agit & *Exim. Francisci* in der lust. Schaub. *P. II. Conv. V. p. 1103. seq.*

Terrestres.

De his ita *Lerius Cap. XI. in fin.* Habet quoque, inquit Americana regio Cancros terrestres, qui turmatim ad maris littus & palustria loca conveniunt; si quis ad ea loca accedat, hac illac fugientes videat. In truncos arborum rádicesque se recipiunt, è quibus extrahi tuto non possunt: digitos quippè & manus comprimentium forcipibus comprimunt. Marinis longè sunt maciores; & quia juniperas redolent radices, palato minimè grati. *Salm. l. c. P. II. T. I. p. 31. Conf. omnino Francisci* Lust-Schaub. *P. II. Cap. V. p. 1107. seq.*

CANCRORUM

Viscera inversa.

Notare placet Cancri, Astaci, Gammari, Squillæ & aliorum crustaceorum retronatatilium partes & viscera respectu aliorum animalium aut inversa aut opposita videri. Nam hepar, stomachus, uterus supra, cor infra scilicet imo dorso contiguum collocatur. *L. Job. Cyprian. in H. St. Anim. Franz. P. I. C. II. p. 16.*

Magnitudo.

In den mari aspero, welches zwischen den festen Lande Africa, und der grossen Insul Madagascar lieget/ gibt es so ungeheure Krebse/ welche die Menschen/ so sie nur ertappen/ verschlingen/ dessen ein jämmerlich Exempel Linschott erzehlet. Als ein Schiff von Goa nach Portugal gefahren/ hätte es an einer solchen Insul/ St. Petro genandt/ Schiffbruch gelitten/ davon sich das Volck alles an solche Insul reteriret gehabt/ und ein klein Schifflein von den Stücken des grossen gebauet/ währender solcher Zeit wären sie von denen grossen Krebsen hefftig angefeindet worden/ die/ was sie von Menschen ertappet/ gleich auffgefressen hätten/ deßhalben die Portugiesen wider solche Kneiper Wachten ausstellen/ sich auch recht verbollwercken müssen. *Novellæ Mundi Curiosi An. 1693. mens. Jul. p. 1962.*

CAN-

CANDELÆ

Cur in fanis Ethnicorum?

Die Heyden baueten faſt alle ihre Tempel finſter/ damit derer ſterbliche Augen ihrer Götter Heiligthümer nicht entheiligen könnten/ und daher kommet der Gebrauch der Lichter und Ampeln/ ſo man darinnen anzündete/ *D. Jac. Spon/ Reiſe-Beſchr. P. I. Lib. II. p. 22. a.*

Perennes.

Judæi ab Expiationis Feſto domum repetentes quidam cereorum ſuorum reliquias ſumunt, & iis feſtum à profeſto domi ſeparant, ut in Sabbatho aſſolent: Sunt qui eos in Schola per totum annum relinquant, & certis temporibus accendant. Quidam ſanctitate conſpicui candelam perennem in Schola diu noctuq; per totum annum ardentem habent, quæ propterea נר תמיד *Ner Tamid* appelatur. Seſe invicem diſcedentes his verbis proſequuntur: Creator in bonum annum tranſcribat & obſignet te. *Buxtorff. Syn. Jud. Cap. XXVI. p. 536.*

Accenſæ pro defunctorum animabus.

Qui pietatis exceſſu laborant, duos habent cereos, alterum pro corpore, alterum pro animâ: & hic illo & paulò major & carior eſt. Cereusque animæ נר נשמה ab illis vocatur. Et anima vocatur נֵר *Lucerna* Prov. XX, 27. ideoq; cereus iſte expiationem facit pro animâ. Hinc & pro animabus defunctorum Parentum Cereos tales accendunt: quia illorum revocationi & refocillatione inſerviunt. Si cujus Candela extingvatur, pro infauſto habent omine. *Id. ib. Cap. XXV. p. 517.*

Ardentes, Luc. XII, 35. ſeq.

Quidam externo hoc ritu ad hunc habitum comparato ineptiunt. Aut enim adhuc corpore ſani, arreptâ cereâ candela, in Eccleſiæ congregatione, templa circumire ſolent, aut jam morituri accenſam candelam in manibus geſtant, exiſtimantes ſe his operibus ſatisfacere admonitioni CHRISTI, & ſe probè ad adventum ejus paratos eſſe. Sed ſimpliciter obſervandum, (licet quidam præcinctura lumborum pro coërcitione corporis à voluptatibus, & geſtationem ardentium tædarum pro exemplo bonorum operum interpretentur) quod CHriſtus moneat hoc loco Apoſtolos ſuos ſimilitudinibus à ſervorum officio & mercede ductis, ut officium ſuum diligenter adminiſtrent. Etenim hic eſt habitus fidelium ſervorum, qui expectant Dominum ſuum noctu a convivio, aut nuptiis rediturum: præcingunt ſeſe tunica ſua, & geſtant ardentes tædas in manibus ſuis, nec præſcribunt Domino tempus redeundi, ſed ipſi vigiles & ſolliciti expe-

ctant domi adventum ejus, ut cum pulsaverit fores, confestim aperiant ei, & tæda sua præluceant. Ac si quidem advenerit Dominus in primâ vigiliâ, & invenerit servum vigilantem, agnoscet officium servi, & vicissim alio officio compensabit. Si verò advenerit in secundâ aut tertiâ vigiliâ (noctes enim à veteribus in vigilias distributæ fuerunt) & invenerit servum vigilanter expectantem, ibi tum tanto gratius est officium, quando tardior est adventus, & jam nihil aliud reliquum est, quam quod Dominus talem, tanquam diligentem & vigilantem servum nullo non beneficiorum genere prosequatur. *B. Brentius, Homil. CIX. in b. l. p. 218. b.*

CANDELARUM
Consecratio.

Superstitiosam candelarum, sive Cereorum consecrationem Zosimo Rom. Episcopo 43. acceptam referunt Pontificii. Quanquam *Baronius T. V. Annal. f. 573.* antiquiorem Cereorum usum ex Prudentio asserat. Vid. omninò *D. Geier. de Superstit. C. III. §. 18. Dieteric. An. Ev. P. III. p. 122. 123. M. Andr. Wirkius* Ἐοεζχαφ. *P. I. p. 169. Matth. Larroquanus Advers. Sacr. Lib. II. C. XXXV. p. 350. seq.* Alii Pontificii originem in gentilium Saturnalibus quærunt, utpote quorum usum superstitiosum sacris ritibus expiatum, & in Ecclesiam introductum scribunt. Effectus hisce candelis planè incredibiles impiè assignant, quos *Neageorgius Lib. IV. Regni Papistici seq.* complexus versiculis est, meritoque hoc nomine Pontificios exagitat:

Mira est candelis illis & magna potestas;
Nam tempestates creduntur tollere diras
Accensæ, simul & sedare tonitrua cœli,
Dæmonas atque malos arcere, horrendaque noctis
Spectra, atque infaustæ mala grandinis atque pruinæ;
Quam facilè hi possunt omnes sedare tumultus
Et cœli & terræ pelagique: ut credere Christo
Nil sit opus, veroque DEO committere cuncta.

D. Andr. Olearius Diss. Sol. de Lumine Gentium ex Luc. II, 32. in proem. D. Joach. Hildebrand. de Diebus Festis p. 44. 45.

Vicem præstantes muscæ.

Quod alii Autores de Muscis lucentibus, quæ in Caribum Insulis, seu Antillis habentur, dicunt, confirmat *P. du Tertre Ordinis Prædicatorum Hist. Antillarum à Gallis inhabitarum Gen. Vol. 2. Parisiis apud Th. Jolly.* Fusci illi coloris sunt, & interdiu, cum lumen suum abscondunt, pro muscis communibus habentur. Nocte verò appropinquante tantum vibrant luminis, ut stellulas etiam per

agros

agros transcursitantes referant. In colæ eas capiunt, quo luminis loco in domibus suis iisdem uti queant. Autor enim asserit, Clericos adhibere eas, cum ex Breviario suo orarent, eosque tam facilè unâ lucente muscâ officio fungi posse, quam unâ accensâ candelâ. Quò verò capi hæ muscæ possint, nulla re amplius opus est, quam ut sub vespertinum tempus candelam vel titionem lucentem ad fenestram apponant. Captæ non nisi quindecim dies aut tres summum septimanas vivunt. Lumen ipsorum debile redditur, cum morbo afficiuntur, extingvitur verò omninò, si moriuntur. *Le Journal des Scavans An. 1667. Ephemer. 8. p. 101. 102.*

CANDIDATUS

Ministerii prius examinandus, quam ad concionem probatoriam admittendus.

Quod Examen Ordinandorum instituatur, postquam ad concionem probatoriam admissus & præsentatus est Candidatus, merito displicet *Gerhardo* §. *169.* debebat Examen esse primum, ob sequentes rationes: 1) Quia præsentatio ac nominatio præsupponit idoneitatem personæ. 2) Si Examen præmitteretur præsentationi, rectius cognosci ac discerni posset, cui Ecclesiæ aut officio præficiendus sit Candidatus. 3) Quia jam præsentatus est, non potest facilè sine summâ ignominiâ repelli. Hæ rationes *Gerhardi.* Et sanè si Candidatus sit adeò ignarus, ut debeat differri ejus Ordinatio, cum maximo incommodo conjuncta esset illa dilatio, quia diu vacare Ecclesia nequit. Quod verò vulgo post præsentationem examinentur, id valdè incommodum esse existimo, sicut incommodum esset, si Candidatus petens gradum ante examen ad Disputationem Inauguralem admitteretur. *D. Joh. Brunnemann. Jur. Eccles. Lib. I. Cap. V. §. 23. p. 66.*

CANDIDATI

Qui?

J. Lipsius Elect. Lib. I. Cap. XIII. demonstrat, Romanis in vestitu placitum quondam colorem album, sive, quia is, ut Plato vult, lætitiæ proprius & deorum (niveo enim spectabiles candore, ut deorum venerabantur filios. *Cæl. Rhod. L. A. Lib. XXIV. Cap. XXVI. p. 272.*) Sivè potius agrestis illa & prima gens spretis accersitis coloribus, lanæ nativum retinuit, i. e. album. Sed Petitores non contenti insito lanæ colore cretam addebant in vestem, ut candesceret, imò splenderet. Ideò Polybius λαμπρὰν dicere maluit Petitorum togam, quàm λευκὴν: & Latinè commodè eam dixerimus splendentem. Hâc ergo nota Petitores honorum à vulgo discreti, & κατ' ἐξοχὴν dicti *Candidati. Joh. Schildius*

in

in Suet. p. 33. Colore hoc vestis significabant, se puros animos ad obeunda munia ad justificandas causas adferre, nec sua commoda, sed Reipubl. bonum spectaturos. *Drexel. in Daniele Cap. XXIV. §. 1. p. 838. M. Georg. Henr. Gazius de Candidatis Veterum §. 2. seq. Guil. Stuckius Antiq. Convivial. Lib. II. C. XXVI. p. 237. b. 238. Geier. in Cohel. Cap. X, 17. p. 411.*

CANDOR
Illæsus.

Pabst Clemens der Achte/ hat eine gläserne Kugel/ so mit der durchstrahlenden Sonne auf ein weisses Papier gerichtet/ mahlen/ und auf güldene Schau-Pfennige prägen lassen/ mit dieser Beyschrifft:

CANDOR ILLÆSUS!

Die Sonne kan mit ihren Kertzen
Mein Alabaster nicht beschwärtzen!

Was wird hierdurch anders angezeiget/ als daß gleichwie die Sonnenstrahlen die weisse Farbe des Papiers nicht verkehren noch beschwärtzen/ also auch die Hitze der betrüglichen Welt ein auffrichtiges Gemüthe nicht verkehren/ noch beschwärtzen könne. Sintemalen die Tugend der wahren Auffrichtigkeit Jünglinge in Engel/ Jungfrauen in Himmlische Gratien/ und Sclaven in Könige verwandeln kan. *J. C. Hallmann/ Parent. p. 226.* Von einem Könige in Ungarn und Böhmen wird gedacht/ daß Er zu seinem Sinnbilde einen Spiegel geführet/ welcher in einem also genandten Futteral verwahret gewesen/ mit überschriebenen Worten: Undique illæsus! Ein Schwan auf der Wasser bey finsterer Nacht: Sinnspruch:

CANDOR ILLÆSUS!

Ob schon ein frommer schwebt in Creutz und Trübsals-Zeiten/
Läst er sich darum doch zum Bösen nicht verleiten/
Auffrichtig bleibt sein Sinn/ auch weiß und rein sein Kleid/
Dieweil er Abscheu trägt vor Ungerechtigkeit.

M. Mich. Schirmer/ *in Emblematibus.* Constantia Sfortia Ducissa, ut suum serenum candorem inter conjugales curas testaretur, Cygnum in aquis natantem, & desuper tres vespertiliones suo volatu quasi tenebras minitantes pro Symbolo habuit. Lemma:

CANDOR ILLÆSUS.

Rad. Or. Ext. p. 256. Es lassen die Gelehrten einen rechten runden Globum terræ, oder Erdkugel mahlen/ die in der Lufft frey hänget und schreiben dazu:

ANGULUS OMNIS ABEST.

Hier ist lauter Licht/
Und kein Winckel nicht!

Dem

Deuten dieses auf einen auffrichtigen Menschen/ wie der Nathanael/ Joh. I. 47. war/ so daß auch ein iedweder sich solcher Auffrichtigkeit befleissen soll. Einerley Meynung hat ein schöner runder Kürbiß/ dabey stehet:

ABSQUE NODIS ET RUGIS.

Uberall glatt!

Auffrichtige Leute sind einem Crystallinen Glasse gleich/ darinnen eine Rose verborgen liegt/ und doch gesehen wird/ indem auch sie das innerste des Hertzens so an Tag legen/ daß es wie in einem Spiegel von iedermann kan gesehen werden. Bey einer Feder/ die etwas mit der Hand auffs Papier schrebet/ stehet:

PROMIT INTIMA CORDIS.

Was in dem Hertzen lag/
Sie bringet an den Tag!

Daher Augustinus: Manus servit imperanti cordi, easdem literas facit & cor & manus. Eben so wollen sie/ daß das Gemüthe und die Rede einerley bey den Menschen seyn soll. *Rev. Dn. Misand. Cr. d. Fl. p. 1703.*

CANI
Mahomedis.

Mahomed tàm distinctè, & ad ungvem à suis descriptus, & expressus fuit, ut ne quidem canos capillos omitterent, sed numerarent, illum canos habuisse quatuordecim. *Hoornbeck. Summ. Controvers. Lib. III. p. 87.*

Ludovici Regis Hungariæ.

In Ludovico Rege Hungariæ, qui ante DIeM natVs dicitur, tria in sinistrum fati omen rapiebantur, præmatura adolescentia, barba annos anteveniens, & in XIIX. ætatis anno subnascentes cani. Ante diem autem natus dicitur, quia natus est sine epidermide, seu cute exteriore, quam Medici corpori tenello plurimis fomentis obduxerunt, imò in suo medio per spinam secto atque exenterato infantem, quoad bestiæ calor refervesceret, reposuerunt, mox in alium, qui ad hunc usum cæsus præsto erat, & exinde in alium immisêre, donec manans supernè cruor cutem induere occiperet. Idem Ludovicus vix bimus coronatus (in quâ coronatione & lachrymas emisit non auspicato omine), anno XIV. barbatus, anno XV. maritatus & anno XXI. denatus est. *Lansius conser. Hungar. p. 637.* In cruento enim adversus Solimannum prælio ad Mohazium, lutulenti amnis altiorem ripam superare conatus, cum reflexis habenis, equoque resupinato in profundiorem limum incidisset, degravantium armorum pondere,

& equi colluctatione preſſus miſerabiliter periit. Fertur ipſe Solimannus, barbariſſimus Imperator, cum Budam veniſſet, Ludovici hujus imaginem contemplatus illachrymaſſe, eò quod Rex in florente illâ ætate pravorum conſultorum impulſu in tam apertum exitium præcipitem ſe dediſſet. *Feller. in Horn. O. Imp. p. 147. D. Beem. H. O. T. P. II. C. IX. p. 712.*

Henrici IV. Regis Galliæ.

Hic anno 35. canis adſperſus fuit, de quibus dicere ſolitus fuit: Ventum adverſitatum hos ſibi aſſlaſſe. *D. Beem. H. O. P. II. Cap. III. p. 501.* Benè *Martialis Lib. VI. Epigr. LXX.* Infantes ſumus, & ſenes videmur.

CANITIES

Duplex.

Lutherus *in Gen. p. 628.* ſcribit, duplicem eſſe canitiem, unam *ætatis*, alteram *tribulationis*. Ideò monet Salomo Eccleſ. XI. Lætare ergo juvenis in adoleſcentiâ tuâ, & lætum ſit cor tuum per tempus juventutis tuæ, & ſubdit Germanicè: Hebe nicht frühe an dich zu plagen: In negotiis wird es ſich ſelbſt wohl lehren. Hinc Jacob in reſponſione ſuâ Gen. XLVII. innuit: Senem ſe eſſe, non tam annorum, quam malorum multitudine, quæ multo magis enecet, quam annorum numerus. Pharao enim ex venerandâ canitie, & omnium virium Jacobi imbecillitate, majorem multò ætatem animo præconceperat. *D. Chriſt. Chemnitius Coll. Theol. in Gen. Diſſ. X. C. XLVII. Q. I.*

Capitis corona.

Canities capitis corona eſt. Euripides ap. Stobæum: *ἀϊδίμοι δὲ πράτους κάρα πολιὸν πράφανώσας, Canam vero coronis caput coronatum.* Quomodo enim Lex, inquit, *Plut.* diadema & coronam, ſic *Canitiem* natura honoratum præcipuæ dignitatis ſymbolum imponit. *Hofm. L. U. in h. v. p. 686.*

Plus eſt, quam ſenectus.

Nam ut in פרקי אבות Cap. V. ſcribitur: Filius ſexaginta annorum ad ſenectutem, filius ſeptuaginta annorum ad canitiem pervenit; Poſteà fit יָשִׁישׁ decrepitus. *Buxtorff. Lex. Heb. Chald. in v.* שׂוּב *p. 781.* Canities ſenectutis pruina *Ariſtotelis Lib. V. An. Cap. IV.* Nix capitis *Prudentio præf. Cathem. v. 27. ac. Tob. Magir. Polymnem. p. 516.* Hinc Leontius Epiſcopus canos ſuos tangens: Hâc nive, inquit, ſolutâ, multum erit luti.

Amygdalus, Cohel. XII, 5.

וְיָנֵאץ הַשָּׁקֵד *Et florebit amygdalus*, h. e. antequam cani, inſtar florum

in

in capite alborum, progerminent copiosè. Nimirum sicut amygdalus candidos in summitate producit flores, ac proin longissimè se spectandam exhibet: ita quoque cum *intempestivi funduntur vertice cani*, suprema hominis pars albescit, adeò, ut albo quodam velamento caput sæpè videatur obductum, haud aliter, quam sæpè videmus arbores florentes candido velut amictu undique obvolutas. Amygdali verò mentionem facit propterea, quia שָׁקֵד à *vigilando* (שָׁקַד) habens nomen, ad florendum evigilat citius præ arboribus aliis, Jerem. I, 11. seq. nam, ut *Plinius* habet *Lib. XVI. Cap. XXV.* Amygdalus hyeme concipit exoriente Aquilâ, floret primo omnium mense Januario, Martio verò pomum maturat. Sic cani quoque opinione citius emergunt, præsertim apud eos, qui lascivâ juventute attraxerunt, sibi hunc aliosque capillorum morbos. Hac ergo ratione amygdalo arbori comparabitur caput, floribus autem pili canescentes, subindè magis & hîc & illic prorumpentes. *B. Geier, in h. l. p. 457.* Repentinæ canitiei exempla inter alios exhibent *Beyerl. Th. Vit. Hum. T. II. L. III p. 66. Schottus Phys. Curios. Lib. III. Cap. XVI. §. 2. f. 419. 420. Majol. D. C. Coll. IV. p. 122. Wolff. L. M. Cap. XVI. p. 489. b. Nob.* Ziegler im täglichen Schau-Platz der Zeit/ *18. Jan. n. 2. p. 40. &c.*

CANITIEI
Repentinæ exempla.
§. 1.

Hæc non sunt infrequentia. Accidit Ludovico Bavariæ Duci unâ nocte, postquam Mariam Brabantinam occidi jussisset, ob falsam suspicionem, dormiens enim ex visione horrendâ subitò incanuit, Centur. Magdeb. XIII. p. 675. ap. *Joh. Jac. Ortbon.* im Tugend-St. und Laster-M. *f. 1236. Nob.* Ziegl. im tägl. Schau-Platz der Zeit/ *18. Jan. n. 2, p. 40. Wolff. Lect. Mem. ac Recond. Tom. II. Cent. XVI. p. 489. b.* Ac prætereà, ut refert *Scaliger. in Exercit. CCCXII. p. 1006.* cum Franciscus Gonzaga, Mantuæ Princeps, affinem suum, conjurationis suspectum, in turri portæ Cæsareæ, ad quæstionem aut supplicium servari jussisset, nunciatum est manè, totum repente canum factum, unde misericordiâ motus, veniam dedit. *Ursin. Quæst. Bibl. Lib. VI. Cap. XVI. p. 476. D. Dan. Sennertus Instit. Med. Lib. II. Part. III. Sect. I. Cap. X. p. 336. b.*

§. 2.

Aulicus quidam apud Carolum IV. unâ nocte incanuit. *M. Francisci Parent. XI. p. 208.* Nec indigna memoratu est historia, quam sibi olim à Francisco Dilphō, Cæsareæ Majestatis ad Serenissimum Angliæ Regem tum temporis Oratore, narratam scribit *Hadrian. Junius in Tract. de C ma Cap. X.* Ea sic habet:

Hiſpanus nomine Didacus ſive Diegus Oſorius, nobiliſſima familia ortus, aulicæ puellæ amore captus, communicato prius cum eâ conſilio, in patulo & frondoſo, intra regii horti ſepta, loco abſconderat ſe. Interim fortuitò catelli melitæi latratu prodita colloquii fides comprehenſus, carcerique incluſus, quod capitale fuerat illic deprehendi, dictatâ ultimâ ſententiâ ita inhorruit totus, ut nox una juvenem eundem & ſenem incanum viderit. Quo ſpectaculo motus Carcerarius, delato ad Ferdinandum Regem Catholicum prodigioſæ rei indicio, effecit, ut, capitalis legis rigore in benignitatem converſo, Rex illum abſolverit, dictitans, pœnarum ſatis dediſſe, qui præmaturam ſenectutem cum juventæ flore commutaſſet. Similem hiſtoriam audivi à quodam fide digniſſimo: qui mihi pro certo adfirmabat, quendam fabrum in Haſſiâ, cum nocturno itinere à Cacodæmone ſæviſſimè habitus eſſet ad auroram usque, una nocte canitiem ſpectabilem contraxiſſe metu. *Henr. Salmuth. in Panciroll. Part. II. Tit. XI. p. 241. Laurent. Beyerlinck. Th. Vit. Hum. Tom. II. Lib. III. p. 66.* Conf. & *Engelgrav. Cæl. Empyr. P. II. Dom. IV. p. Epiph. §. 3. p. 171. & Cæleſt. Panth. P. II. p. 68.*

§. 3.

Apulejus *Metam. Lib. V. n. 35. p. 162.* introducit adoleſcentem ætate mediâ, candenti canitie lucidum. In Albaniâ caneſcunt pueri. *Plin. N. H. Lib. VII. Cap. II. p. 106. Nic. Remigius Demonol. Lib. I. Cap. VI. p. 46. A. Gellius Noct. Attic. Lib. IX. Cap. IV. p. 278.* Canitiem habent auſpicium capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. *Solinus Polyhiſt. Cap. XXV. p. 232.* Celtarum pueri è primo vitæ ortu plerumque cani ſunt: ætate verò provectis in paternum eis colorem capilli transformantur. *Diod. Sic. Biblioth. Hiſt. Lib. V. Cap. XXXII. p. 293.* Apud Cteſiam legitur, quasdam fœminas Indicas ſemel parere, natosque canos illicò fieri. Eſſe rurſum gentem alteram, quæ in juventâ ſit cana, nigreſcat in ſenectute, ultra ævi noſtri terminos perennantem. *Sol. l. c. Cap. LXV. p. 342.*

§. 4.

De puero Galbæ Imp. famulante, & repentè caneſcente. *Em. Theſaurus Inſcript. p. 83.* ita:

Dum ſacra jejuno deſignat vulnera cultro,
Ante coronatum Galba cruentus ebur.
Aureus argento mutatus canuit infans:
Intempeſtivâ diriguitque nive.
Infelix Roma es: Galbæ ſi liqueris enſem,
Te manet arcano cana ſenecta pede.

De Numa Pompilio legitur, quod canus ſit natus. *Cælius Rhodig. A. L. Lib. XXIV. Cap. V. p. m. 227.* Conf. *C. Schottum Phyſ. Curioſ. Lib. III. Cap. XVI.*

§. 5.

§. 2. p. 419. 420. Sim. Majolum Dier. Canic. Coll. IV. p. 122. & in hoc Opere *Tit. Cincinnus.*

Findere me nulli possunt, præcidere multi;
Sed sum versicolor, canus quandoque futurus,
Malo manere niger, minus ultima fata timebo.

Cur alii aliis quandoque citius canescunt?

Discipulus quærit majorem ætate Magistrum,
Cur mihi canities, & tibi nulla venit?
Ille refert asinus matris canescit in alvo,
Dicitur, humorem forsitan ejus habes.
Et te respondet quærens, venerande Magister,
Nequitia est forsan, quod vetat esse senem.

Sal. Kusel. in Hor. Succis. p. 227.

CANIS

In Paradiso.

Turcæ Canem septem dormientium, & Asinum Ezræ in Paradisum admittunt. Ita enim: Non est in Paradiso canis, nec asinus præter canem in spelunca dormientium, & asinum Ezræ, quem vita privavit, eidemque restituit DEus. *Ahmed Ebn Yusef ap. Eduard. Pocockium Not. Miscell. Cap. VII. p. 285.*

Pastorum Hieroglyphicum,

Quod semper scilicet debeant latrare, hominumque vitia incessere, *Joh. Pier. Valerian. Hierogl. Lib. V. Cap. I. & II. p. 57. 58.* Canes quippè à canendo, quod noctu in custodia, & venando signum dent. *J. B. Casalius de Vet. Ægypt. Rit. Lib. I. Cap. XXI. p. 40.* Pastores vocantur Præcones, quasi Præcanes, quod ante canant, & annuncient, quid faciendum. *Jos. Laurentius Polymath. Lib. I. Diss. XXXII. p. 62.* Pastores negligentes cum lemmate: Dum Vigiles dormiunt, vel: Contieuêre canes ex *Ovid. Lib. IV. Fast.* sistit *D. Phil. Picinellus Mund. Symbol. P. I. Lib. V. Cap. XXXIIX. n. 588. p. 415. Mich. Bauman. Anal. Typ. p. 1165. seq. & Anal. Allegor. p. 946. seq.* Canibus & comparantur hostes Christi, *p. 725.* Gentiles, *p. 925.*

Quis, gallus quis, servus quis omnium lautissimè pascuntur?

Canus lanii, gallus molitoris, & servus hospitis seu cauponis. *Joh. Textor in Sylloge p. 21.*

Magis æstimatur apud Russos, quam homo.

Oderbornius *in Epist. ad Chytræum* meminit: In statutis, seu legibus scriptis Moscovitarum hoc quoq; sancitum est: Homicidam, nisi in ipso facto deprehensus sit, quinq; florenis vitam redimere posse. Homini autem qui alterius canem ceciderit, mulctam decem florenorum irrogandam esse. *D. Joh. Ernest. Gerhard. Diss. Th. de Religione Ritibusq; Eccles. Moscovit. Cap. VIII.*

Osculatus.

Si quis canem præsumserit involare (furari), jubemus, ut convictus coram omni populo, posteriora ipsius (canis) osculetur, Burgundionum erat lex ap. *P. Hachenberg, de G. M. Diss. 6. §. 15. p. 220.*

Crucifixus.

Diabolus in illusionem & despectum crucis Christi, Ethnicos instigavit, ut canes, tanquam impurissima animalia, crucifigerent, & certò crederent, salubberrimum hoc ipsis esse remedium *D. G. Mœbius, Disq. de Crucis supplicio Veteribus Hebræis non inusitato Cap. I. §. 26.*

Petrus Canisius.

Memorabilis est historia, quæ cum Petro Canisio Jesuitâ, cum Abbatissâ, cognomento Catellâ, Moguntiæ An. 1557. accidit; à quâ cum lauto hospitio, caninâ cœnâ & appetitione, *Cœl. L. A. Lib. XXV. Cap. IX. p. 303.* exceptus esset, postquam poculis exhilarati sunt, ex communi canis cognomine amicitiâ contractâ, caninas nuptias celebrarunt, *Wolff L. M. T. II. Cap. XXVI. p. 709. a.*

Franciscus Dandulus.

Hic Venetorum ad Clementem V. Pontif. erat Legatus, & quia ad sedandam Pontificis iram, catena ferrea collo injecta, diu ad ejus mensam prostratus jacuerat, postea illi Canis cognomen inter suos fuit. *Zwingerus Vol. 7. Lib. III. p. 1830. b. Francisci Lufft-Kreiß p. 274.*

Græcè κύων,

Quod nomen Amasium significat, qui blanditiis demulcere amicam solet, nec facilè se avelli ab eâ sinit. *Selden. Ot. Th. Ex. 7. §. 2. p. 127.* Ebræis כְּרֵב, quod sit quasi cor, aut totus cor. *Dieteric. Antiq. Bibl. p. 435.* Si canis Corinnæ Poëtriæ, Ovidii Amasiæ, fures ab amantibus dignoscebat; Illis ferus, his tacitus. Latratu fures, excepit mutus amantes. Sic Domino simul, & Dominæ placui. *Thesaurus Inscript. p. 168.*

Rex.

Æthiopum gens canem habuit Regem, de cujus motibus, quidnam imperitet,

ritet, augurantur. *Solin. Cap. XLIII. p. m. 285.* Persæ aliquando Gallum. Cajus Caligula unum equorum suorum, *Incitatum* nomine, Romanum Consulem declaravit. Ostenus I. Svecorum Rex Canem *Soër* nomine Regem Norwegis præfecit. *L. Job. Schmidt. Diss. Hist. Mor. de Honore Brutis non competente §. XI.*

Nobilis Polonus.

Anno 1633. war in Pohlen ein gottloser Edelmann / Nahmens Albrecht Perekonsky / dieser versündigte sich offtmals an dem lieben GOtt / und verstieß die armen Leute. GOtt / welcher gerecht ist / und kein gottloß Wesen leiden kan / ließ zu / daß er in einen schwartzen grossen Hunde verwandelt ward. Er stand bey dem Aaß / und fraß einem natürlichen Hunde gleich / davon / hatte doch dabey menschlichen Verstand und vernünfftige Sprache. Hieraus siehet man / wie GOtt zu zeiten ein Ding zulässet. Er ist und heisset wunderbar. Gottfried Schultze / *Histor. Chronic. ad hunc annum p. 404. 405.*

Aëre victitans.

Das West-Indianische Thier / welches die Spanier Perillo legero, oder das hurtige Hündgen nennen / verlanget immer frische Lufft / weil es sonst keine ande Speise brauchet. *M. Casp. Neuman / Parent. p. 296.*

Redit ad vomitum, 2. Petr. II, 22.

§ 1.

Duo *b. l.* sunt adagia propter se posita, quorum una eademque est sententia; quæque ibidem & diserte παροιμία appellantur. Verba Apostoli sic habent: *Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. Καὶ, Ὑς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. Accidit illis, quod vero proverbio dicitur, Canis reversus ad vomitum suum. Et, Sus lota ad volutabrum cœni:* Subaudi, *ἐπιστρέψασα, reversa.* Utriusque adagii quæ sit sententia, minimè obscurum est; videlicet, quod falsi Doctores atq; impostores, quos pluribus verbis describerat, ad antiqvum & ad pristina flagitia redeant; quomodo canis, quod ipse vomuit, resorbet, & sus cum lota est, se rursus in cœnum provolvit.

§. 2.

Sed Adagiorum istorum unde arcessenda origo est? Ab Ebræis sine dubio. Hi quippè primi istiusmodi verba concinnarunt; ut cum significare vellent, ad pristinas sordes ac flagitia aliquem redire, dicerent, *canem ad suum vomitum* & suem lotam ad volutabrum cœni redire. Et duorum adagiorum prius quidem in ipsis sacris literis, ipsis verbis Ebraicis consignatum visitur. Nimirum Prov. XXVI, 11. verba sic habent: כְּכֶלֶב שָׁב עַל־קֵאוֹ כְּסִיל שׁוֹנֶה בְּאִוַּלְתּוֹ *Ut canis redit ad vomitum suum: ita stultus iterat stultitiam suam.* Apparet hic integra

integra quædam comparatio πρόταση & ἀπόδοσις constans. At S. Petrus in Epistola, ubi παροιμίαν & adagium se afferre ait, solam πρότασιν habet; ut ne voculam quidem comparativum ὡς, aut similem, præmittat.

§. 3.

Et sanè moris ita est in omnibus lingvis, ut, cum adagia usurpantur, non integræ comparationes, πρότασιν & ἀπόδοσιν constantes, fiant, sed ἀπόδοσις ferè subaudienda relinquatur. Ita Græci cum hominem avarum, quiq; omnia sui commodi causa facit, notare voluerunt, non integram comparationem fecerunt hoc modo; ὅτως ὁμοιός ἐστι τῷ Ἀσπενδίῳ κιθαριστῇ, *Hic similis est Asspendio citharœdo:* vel, ut *Zenobius* ferè habet: καθάπερ ὁ Ἀσπένδιος κιθαριστὴς ᾄδειν ἄριστος ἔξω φέρει, πάσας δὲ ἐν τῷ ὀργάνῳ· ὅτως ὁ φιλοχρήματος ᾄδειν τὸν πάλαι ἔνεκεν οἰκονομεῖ, ἔλκει δὲ ἐφ' ἑαυτὸν πάντα. *Quemadmodum Asspendius citharœdus non exterius, sed tantum intus canit: ita homo avarus nihil propter alios agit, sed omnia ad se trahit.* Non, inquam, integras istiusmodi comparationes fecerunt Græci; sed dixerunt modò: Ἀσπένδιος κιθαριστὴς, *Asspendius Citharœdus;* vel additis quibusdam, quæ tamen non nisi ad πρότασιν pertinent, Ἀσπένδιος κιθαριστὴς ᾄδειν ἄριστος ἔξω φέρει, πάσας δὲ ἐν τῷ ὀργάνῳ. *Asspendius citharœdus omnia intus canit.*

§. 4.

Sed ut ad adagium Ebraicum redeamus, eodem fere modo, quo S. Petrus, i.e. concisè, protulit illud R. Abba, filius Cahanæ, ut est in *Vajikra Rabba Sect. XVI.* Verba hujus recensentur ibi sic: חוזרת לתוכיה Reversus est Tobias ad Tobiam (i. e. ad ingenium rediit) quemadmodum dicitur; Sicut canis revertitur ad vomitum suum. Additur & in eodem in Leviticum Commentario, R. Josuam, filium Levi dixisse: Reversus est stultus ad viam stultitiæ suæ, quemadmodum dicitur, stultus iterat stultitiam suam. In quibus ex Proverbiis Salomonis citantur illa altera, quæ comparationis ex iisdem Proverbiis citatæ ἀπόδοσις & pars posterior sunt. *Joh. Vorstius Diatrib. de Adagiis N. T. Cap. IV. p. 24. seq.* Conf. *Geier. in Proverb. cit. loc. p. 1392.*

Agrippa ater.

Vid. Tit. *C. Agrippa an magus?* Sic & Canis ater Crescentio, Pontificis in Concilio Tridentino legato apparens, talem incussit metum, ut nullo remedio ab illo liberari potuerit. *D. Wilhelm Saldenus in Ot. Theol. Lib. III. Exercit. VI. §. 21. p. 317.*

Magno honore sepultus.

Als ein grosser denen Englischen Docken nicht ungleich / und auf das Wild wohl abgerichteter Hund unvermuthet verreckete / war bey denen Vo-

gulzoiern

gultzoiern (einem Heydnischen / und dem Rußischen Monarchen unterworffenen Volcke) alsbald ein scheußliches Lamentiren und Schreyen zu hören / einer beklagte diese / jener eine andere Tugend an diesem Hunde / welche sie schwerlich bey andern würden antreffen / endlich bestätigten sie ihn gleich einem Menschen zur Erde / legten ihm ein darzu verfertigtes Holtz unter das Haupt / damit er sanfft liegen möchte / und baueten nachmals ein à part Häußlein auff sein Grab / daß sie an Tag legten / wie hoch sie diesen erstarreten Hund / wegen seiner grossen Meriten / und im Leben ihnen erwiesenen treuen Dienste / æstimierten; Und dieses soll eine uhralte Gewohnheit seyn / bey den Einwohnern / einen nützlich gewesenen Hund nach seinem Tode mit dergleichen Dienste zubeehren / *Dn. Adam.* Brand in Beschreib. der Chinischen Reise / *p. 37. 38.* Wann ein Hund stirbet / bescheeren sich die Egyptier samt und sonders. *Al. Rossau, T. O. R. S. II. p. 116.*

Moribundis impositus.

Die Gauren von denen alten Persianern herstammend / legen dem Sterbenden einen kleinen Hund auf die Brust / und wann sie sehen / daß ihm die Seel will ausfahren / halten sie des Hundes Maul auf des Sterbenden Mund / und lassen ihn in solcher Positur zweymal pelen / als wollten sie gleichsam die Seel dieses Menschen in den Hund auffangen / welcher sie hernach / wie sie sagen / in die Hände des Engels / so bestellet ist dieselbe auffzunehmen / liefern werde; dahero wann ein Hund stirbt / tragen sie ihn vor die Stadt / und beten zu GOtt über dieses Aas / gleich als wann durch ihr Gebet die Seele dieses Thiers nach dem Tode einige Glückseligkeit zu hoffen hätte. *Tavernier. Hod. Orient, Lib. IV. Cap. VIII. p. 192. b.*

Lambendo bibens.

Forte sitim cupiens æstate levare molossus,
In medio summas flumine lambit aquas.
Hoc spectatores fatuus videt inter asellus,
Atque canem verbis taliter alloquitur:
Juscula ne tecum mihi sumere fortè liceret,
Pingvia forberes, & mihi macra dares!

Conf. Apparat. Bibl. Tom. II. in Tit. *Gideonis militum delectus p. 539.*

Sublato crure urinam reddens.

Cur pede sublato canis uno mingat? in omni
Arte magistrandus fortè rogatus ait;
Ex conjecturis patet hoc, si scire velitis,
Velamenta pedum quo minus imbre riget.

Sal. Kusel. Hor. Succis. p. 253.

Caudâ blandiens.

Ein Hund wedelt mit dem Schwantze / und will sich zu einen stachlichten Meerschweine gesellen. Sinnspruch: Mache dich nicht mit Gewaltigen zu gemein!

Du solt dich nicht gemein mit einem ieden machen /
Daß du nicht Angst bekommst / und dir vergeh das Lachen;
Und zancke nicht mit dem / der mit Gewalt und Macht
Viel / die sich gleichen dir / hat unter sich gebracht!

M. Schirmer / *in Emblemat.*

CANIS

Nomen inter convitia est, in omnibus fermè linguis, vocantur eo Diogenes &c.

Propter Cynismum: Aristogiton propter audaciam: Hecuba, propter dicacitatem & mordacitatem; κυνὸς ὄμματ' ἔχων, oculos habens caninos, Homero impudens est. *Ursin. Anal. Sacr. Lib. I. Cap. IIX. p. 10. Mich. Bauman. Anal. Typ. p. 339.* Melanthius ad Ulyssem: ô qualia locutus est canis hic moriturus. *Homer. Odyss. XVII. p. m. 132. a.* Ulysses ad Melanchonem jurgatricem & meretricem: ô canis! Dicam Telemacho, quæcunque locuta es, ut te membratim incidat. *Id Od. Lib. XIIX. p. 142. b.* Et Penelope ad eandem: O nimis audax canis impudens, magnum ausa facinus. *Ib. Lib. XIX. p. 145. b.* Diogenes Aristippum *catellum regium* solebat dicere, quod Dionysio assentaretur. Et cum aliquando hic ei per opprobrium dixisset: Si tu posses uti Regibus, non cogereris crudis vesci oleribus, respondisse scribitur Diogenes Aristippo: Si tu posses vivere cotentus oleribus, non esses canis regius. *Joachimus à Beust Orthod. Enarrat. Evang. in Dom. III. Advent. p. 50.* Latini cane pejus & angve aliquid odisse dicunt; Germanorum Hundes-Kopff / Hunds-Maß / it. ein karger Hund / ein Hündischer Mensch notum; Concordat Scriptura, quando Goliath dicit: Numquid canis ego sum? 1 Sam. XVII, 43. David: Canem mortuum persequeris? Cap. XXIV, 15. Vid. *Danhauer. Herm. Sacr. S. I. A. XIV. §. 9. p 278.* Mephiboseth: Respexisti super canem mortuum, 2. Sam. IX, 8. &c. *Bakius Pisc. P. II. s. 6. Bochartus Hieroz. Lib. II. Cap. LVI. p. 685.* Inde fortè originem habet convitii illa apud Gallos vox, *canaille*, & apud Italos *canaglia*, notantes, quam Latini dicunt, fecem populi ac terræ filios, quasi caninam prosapiam. Lubecenses teste *Mebomio in Epist. de Cynopboriâ*, eodem respicientes, plebem infimam, per contumeliam vulgo vocant, de Teven-Kinder / caniculanum Liberos. *L. Cyprian. in H. A. F. P. I. Cap. XXI. N. 12. p. 451. 452.* Hoc convitio

vitio etiam ſpurii, & inhoneſtè progenati notabantur. *Feſſelius Adverſ. Sacr. Lib. II. Cap. XVII. p. 138. 186.*

Chriſtiani à Judæis vocantur.

Judæi Chriſtianos appellant כְּלָבִים Canes. *D. Helvicus Diſp. XI. T. IV. Gieſſ. §. X. p. 264. Joh. Lightfoot T. II. Opp. P. I. S. L. p. 31. & Hor. Hebr. & Talm. in Matth. Cap. XV, 26. p. 333.* Ita enim in *Midr. Till. fol. 6. 3.* אומות עולם נמשלו ככלבים Nationes mundi (i. e. Ethnici) aſſimilantur canibus. *D. Calov. Bibl. Illuſtr. ad Matth. c. XV, 26. p. 319. a.* Ipſimet impudentiſſimi; Ita enim in Talmude legitur: Tres impudentes ſunt: Judæus inter homines: Canis inter animalia: Gallus inter aves. *D. Pfeiff. in Exam. Abarbanel. in Obad. p. 34.* Paulus expreſſe illos iterum vocat Canes, Philip. III, 2. *Lightfoot in h. l. p. 106.*

A Turcis.

Ita & Turcæ Chriſtianos canum titulo inſignire ſolent. *M. Paulus Pater de Inſignibus Turcicis S. II. §. 23. p. 77.* Ludovicum Romanum his verbis compellarunt: Canis Chriſtiane, cane natus. *Dieteric. A. B. p. 438.*

Turcæ à Perſis.

Perſæ Turcas vocant Seckſünnos, Hunde / cum canes in levandis minoribus meatibus, ut Rabbini loqvuntur, juxta ipſos imitentur. *Bochart. Hieroz. L. II. Cap. LV. p. 676. M. G. A. Hamberger. juajurand. Davidis ex 1. Sam. XXV, 22. p. 12.* In opprobrium Abubecri obſcœnè dicunt: Teſticuli canini ſint ſuper os Abubecri, Omaris & Hanifæ. *Henning. Henningi Mubam. Prec. Pr. II. p. 30.* Et hinc ſe Turcis reddunt exoſiſſimos; Ita ut Ruſtanus Turca ad *Busbeck. Ep. III. p. 190. 191.* dixerit: Nos magis averſamur Perſas, magisque profanos habemus, quam Chriſtianos. *D. Pfeiff. Diſſ. Philol. V. Cap. III. Th. I. p. 112. 116. L. Feller. in Horn. p. 423. 424. Danh. in Eccleſ. Mubammed. p. 40.* Der Muphti, oder Türckiſche Patriarch / und oberſter Biſchoff / hat dieſes Urtheil gefället: Es ſey GOtt angenehmer und wohlgefälliger / daß man nur einen Perſianer / wegen ſeiner Religion umbringet / oder wohl ſich für einen Mahometiſten ausgiebet / denn ſo einer 70. der Mahometiſchen Religion widerwärtige Chriſten hinrichtet und erwürget; wie denn auch dahin zielet / was Urſinus in ſeinem Bericht von der Religion p. 18 anführet: Mahomet habe pflegen zu ſagen: Wer einen Chriſten verfolget / der wird ihn zum Widerſacher haben am jüngſten Gericht. Und wiederum: Wer einen Chriſten beleidiget / der thut mirs ſelbſt. *D. Joh. Olearius* im Türcken-Fall / *Cap. III. Tit. V. §. 12. p. 141. H. Hennings l. c. Pr. III. p. 61. Hoornbeck Summ. Controverſ. Lib. I. p. 188. Hottinger.*

Hist. Orient. Lib. II. Cap. VII. §. 19. p. 589. seq. Everb. Gvern. Happel. Thesaur. Exot. p. 2. Conf. Muhammedis Testamentum, sive Pacta cum Christianis in Oriente inita, à M. Joh. Fabricio olim editum, & à M. Gottfr. Webero An. 1683. Berolini recusum.

Rabulæ.

Rabulæ à cordatis JCtis appellantur Canes Curiarum. *D. Georg. Schwendendö-ffer Orat. Parental. Bened. Carpzov. p. 87.* Canes lambentes tribunalia Senatus, ut Cicero dixit ap. *Salm. P. II. T. II. p. 97.*

Papa.

D. Joh. Draconites *Comment. in Evang. p. 238.* Anti-Christum Papam tartareum vocat Canem, adversus Evangelium latrantem, forsitan ex *Seneca Hercule furente Act. III.*

Lutherani.

Ja wir Lutheraner werden von denen Papisten Hunde genennet; Im Jahr 1534. hat ein Pfaffe zu Londen/ Namens Cook, eine Predigt gethan/ und für der Gemeine öffentlich gesagt: Man sollte für diejenigen/ so um des Evangelii willen hingerichtet würden/ GOtt nicht mehr bitten/ und anruffen/ als man für einen Hund pflegt zu thun. *M. Jac. Dan.* Ernst Bilder-Haus. *P. III. Concl. V. Div. II. Cap. XIV. p. 167.*

Homines mundani.

Arabes dicunt: Mundus est cadaver, & qui appetunt, canes sunt. *Hotting. H. O. Lib. II. Cap. VI. p. 515. M. Michaël. in Gaff. N. 32. p. 179.*

CANIS

Pretium, Devt. XXIII, 18.

Ne inferto mercedem scorti, aut pretium (כֶּלֶב / LXX. κυνὸς) canis in domum Domini. Hîc ut & Apoc. XXII, 15. nomine canis metaphoricè intelligitur puer meritorius (qui alias κατ' ἀντίφρασιν in Sacris קָדֵשׁ dicitur), ob impudentiam ac libidinem; & pretium canis, i. e. quod datum est cani, h. e. puero meritorio, pro nefario concubitu. Hujusmodi Cynædi sivè pathici non pauci erant in Israël, ut videre est 1. Reg. XIV, 24. Cap. XXII, 47. 2. Reg. XXIII, 6. *D. Pfeiff. D. V. Cap. II. L. XCIX. p. 438. Henr. Giesebertus Deuteron. Harmon. Cap. XXIII. v. 255. p. 1105. Wilh. Zepperus Explan. LL. Mos. Lib. Cap. XIIX. p. 456.* D. Gvil. Saldenus in Ot. Th. autem refutatis rationibus, pro puero meritorio adductis, ad eorum sententiam, qui verba Mosaicæ legis propriè accipiunt,

cipiunt, accedit, rationes vide in *Actis Erud. Lipſ. An. 1684. m. Nov. p. 519. ſeq. & apud ipſum Autorem Ex. VII. §. 9. p. 136. ſeq. Conf. & omnino D. Joh. Spencerus de Leg. Hebr. Rit. Lib. II. Cap. XXIII. S. II. p. 415. ſeq. Bochartus l. c. p. 690. ſeq. Rev. Dn. Adami D. B. N. T. P. III. p. 312. ſeq.* Canis enim Symbolum vilitatis eſt, ut R. Aben-Ezra loquitur. Inde כלב *Idiota*, vilis ut canis, Thalmudicis dicitur. *Glaſſius Philol. Sacr. Lib. V. Tr. I. Cap. XI. p. 327.*

Dorſum.

Der Diſtrict im Ober-Rheiniſchen Creyße / ſo zwiſchen der Nave, dem Rhein / und der Moſel lieget / wird der **Hundsrück** genennet / welches etliche Scribenten falſch Dorſum Canis geben / und der gelehrte Joſeph. Scaliger ad Auſon. von dem gemeinen Mann ſich darinnen verführen laſſen / eigentlich aber Hunnorum tractus, der **Hunnen Rück** geſchrieben werden ſoll / weiln der Gegend die Hunnen unterm Attila ſich finden laſſen. *Novella* aus der Gelehrten und Curiöſen Welt / *An. 1692. menſ. Sept. p. 829.*

Epitaphium Romæ.

Quod potui, poſui tibi, fida catella, ſepulchrum,
Digna magis cœli munere, quam tumuli.

Item.

Candenti è lapide hæc tibi convenit urna: fuiſti
Candida tota pilo, candida tota fide.
Si cœlum, ut quondam, canibus patet; haud tua terras
Incendet, ſed vor ſtella perenne dabit.

Titæ catellæ blandiſſ.

Antonius Theobaldæus.

Parve canis, tibi parva domus, ut corpore parvus
Et brevis eſt tumulus, & breve carmen habes.

Textor in Syllogo p. 22.

Nomen honorificum.

Inter dignitates enim ſummas à ſcriptoribus ætatis mediæ, relatum fuit, nomine Chan ſive Chanis, quod Perſis, Turcis, Tartarisque Principem ſignificat, in canem monſtroſa nominis mutatione transformato. Vid. omninò *du Freſne l. c. T. I. p. 676. M. Joh. Reiskius in Epiſt. ad Dn. Chriſt. Franc. Paullini. D. Tenzel. in Diſſ. Menſtr. An. 1689. p. 692. 695. & Tit. Cham ſeu Chan.*

CANEM

Ferre ſumma olim ignominia.

§. 1.

Camerar. H. S. C. II. c. XCV. Dn. Michaëlis in Gaff. In dedicat. not. præf. Fellerus in Horn. p. 141. Lanſ. contr. Germ. p. 891. Hermannus Palatinus Rheni, & Arnoldus Archiepiſcopus Moguntinus, cum decem Comitibus & Magnatibus, ejusdem facti ſociis, ad mandatum Friderici Barbaroſſæ ob violatam ſe abſente pacem (*Joh. Cluverus Epit. Hiſt. Lib. IX. p. 497.*) canem, per integrum milliare Germanicum ex ſuo territorio in aliud, ferre coacti ſunt. *Nob.* Ziegler/ im Täglichen Schauplatz der Zeit *m. Jun. p. 2.* Reliqui autem Nobiles, eidem pœnæ obnoxii, ſequebantur ferentes ſcabellum, in quo reſidere poſſet Princeps, ſi vel laſſus ex via aut onere cuperet, reſpirandi gratiâ, quieſcere. *Wolff. L. M. T. I. Cap. XII. p. 310. b. du Freſne p. 746. 747. T. III. p. 786. ſeq.* Exemplum admodum recens videre licet ap. *Dn. C. F. Paullini* Zeit-Kürtzende erbauliche Luſt/ *T. III. Cap. CIII. b. p. 665. 666.* In dem Mandat des Türckiſchen Käyſers/ welches er unterm 30. Sept. An. 1697 in Belgrad nach erlittener groſſen Niederlage in Ungarn durch den Chriſtlichen Käyſer/ nacher Conſtantinopel hat ausfertigen laſſen/ lautet der 6te Artickul alſo: 30. Baſſen aus denen Provintzien ſollen ohne Purpur mit ihren Turbanten von ſchwartzleinen und nur einfachen Tuch/ vorher in Juden- und Eſels-Blut getuncket/ erſcheinen/ ein ieder von denſelben ſoll einen Hund hinter ſich gebunden/ und keinen Säbel haben: An deſſen Stelle aber einen Cameel-Schweif/ der biß an den Boden hange/ und den Koth an ſich ziehe/ anlegen. Europäiſche *Fama An. 1697. N. 97. p. 796.* Wann bey denen Gauren iemand geſündiget/ muß er für ſeine Abſolution in des Cazi (ihres Prieſters) Hauß ſich gantz nackend ausziehen/ und bindet man ihm an die rechte Zehe einen kleinen Hund/ den er in des Cazi Hauß überall mit ſich herum ſchleppet/ und dieſes bald einen gantzen Tag/ bald mehr/ oder weniger/ nachdem die begangene Sünde iſt. *Tavernier. H. O. T. I. Lib. IV. Cap. VIII. p. 192. a.*

§. 2.

Antiqua hujus dedecoris exſtant veſtigia; *Homerus* enim *Odyſſ. Lib. XI. p. m. 91. b.* de Hercule apud inferos: Olim me huc miſit, ut canem ducerem; Non enim aliud exiſtimabat hoc mihi gravius eſſe certamen. *Selden. l. c. §. 12. p. 139. ſeq.* wann der König in Perſien befiehlet/ iemanden denen Hunden vorzuwerffen/ ſo iſt es dem gantzen Geſchlechte die allergröſte Schande. *Tavern. l. c. Cap. XIIX. p. 219. b.* Et cum cane ſepeliri ignominioſiſſimum. *D. M. Zimmerman. Anal. m. l. Cap. XXIX. p. 36.* (Quanquam apud Græcos ignominiâ caruerit.

caruerit. Lethargus, ſcribit *Cœl. Rhod. Lib. XVII. Cap. XXVIII.* Rhod. Hypomenis, cum Domino ſepultus dicitur. Nec apud Danos & Sveones inglorium. Aſvitus Biornonis filius morbo conſumptus cum cane ac equo terreno mandatur antro. *Saxo Hiſt. Dan. Lib. V. p. 91. Sorø 1644.* Cui adſtipulatur Epiſcopus Skalholtenſis M. Brynolphus, Eqvum ait, veteres Danorum Heroës ac Proceres tanquam Bellatoris inſigne, canem ſeu venatoris unâ ſecum condi volebant, ut quibus in vita rebus ac ſtudiis ſe oblectaſſent, iisdem in morte comitati deponerentur, aut etiam in altera vita ex illis uſum expectabant. Viva autem hæcce animalia eſſe ſepulta credo. Hæc in ſuis Conjectaneis *Brynolphus Svenonius ap. Cl. Stephanium in Notis Sax. p. 125.* Argumenta hæc & ſimilia eſſe poſſunt noluiſſe à fidis ſuis comitibus Græcos, Sveones, Danosq; neq; in tumulo ſegregari. *M. Mich. in Gaff. in Dedic.*)

§. 3.

Sic & arietem levare, ſuperſtitionis aut inhoneſti ludicri ſpecies fuit apud Anglos ap. *du Freſne T. I. p. 322.* Quemadmodum & Felim (qui apud Ægyptios, Turcas & Arabes ſummo proſequitur honore (*Paullini l. c. C. XLVI. p. 319.*) ſecundum exemplum Mahomedis, cui ſic felis fuit in deliciis, ut cum in menſa ſuper manicam ejus obdormiviſſet, atque eum tempus ad rem ſacram vocaret in templum, abſcindere ſibi manicam maluerit, quam feli ſomnum turbare. *Busbeck. L. T. Ep. 3. p. 178. Salm. in Panc. P. II. Tom. I. p. 34. Lichtfoot Erubbim ſive Miſcell. Cap. LV. p. 228.*) portare, ignominiæ fuit indicium. *Rittersbuſ. ad Gunther. p. 100.* Imò in Poloniâ mendacii retractationem publici latratu canino adjuncto fieri conſveviſſe, teſtatur *Cromerus Hiſt. Polon. Cap. XV. ap. M. Chriſt. Gödick / Diſſ. Philoſ. de Hominibus à brutis enecatis Cap. II. §. 7. Paullini T. II. Cap. XCV. p. 522.*

Itidem meretricem.

In militiâ Perſica pœna levitatis & inconſtantiæ in deſertore, redeunte ad partes priores, maxima fuit, geſtare nudam meretricem. *Phil. Melancht. in Chron. Car. Lib. IV. p. 903. n. 15.* Artaxerxes, Arbacem quendam Medum, qui in conflictu ad Cyrum transfugerat, mox ipſo perempto, ad regios ſe receperat, ita punivit, ut cogeret eum, nudum, humeris impoſitum, equitantis modo, per integrum diem, ſcortum circumferre. *Plutarch. in Artaxerxe p. 1018. D. Chriſt. Matthiæ T. H. T. P. p. 281. 931.* quod idem, ac portare canem, pulchrè enim canis & meretrix copulantur, quia utrumq; animal pronum ad libidinem. *Hieron. in C. LXVI. Eſ. ap. Otton.* im Tug. und Laſt. *P. I. p. 470.* Hinc non illepidè Germani meretricem vocare ſolent eine Fſchaule/ aut Zule; Et in dictione *catillare* Placiades etiam Propertium quendam; Catillata (tractâ à catulis metaphorâ) geris

vadi-

vadimonia, publicum prostibulum. Sic *Horat. l. Od. 5.* Suburanas canes dixit meretrices, quæ in Suburâ, loco urbis Romæ, prostabant ac merebant. *Festelius l. c.*

Canem cave, ostiis adscriptum.

Ut sibi caverent, qui domum ingredi vellent, inscriptum erat januæ longis literis: CAVE CANEM. Non solum enim vivus canis accubare solebat, sed etiam sculpi, vel januæ appingi cum istâ inscriptione. Ita Petronius Arbiter in Trimalcionis domo. Ad sinistram intrantibus, non longe ab ostiarii cella, canis ingens catenâ vinctus, in pariete erat pictus, superque (quadratâ literâ) scriptum: CAVE! CAVE CANEM! *Salm. P. I. T. XXIII. p. 79.*

In hoc oppido non relinquam,

Dixit Valerius Aurelianus Imp. cum Tyanam urbem in Cappodociâ oppugnabat; Sed cum posteà milites eversionem urbis exposcerent, respondit iis: Canem, inquit, negavi in hac urbe me relicturum: canes omnes occidite. *D. Matthiæ l. c. p. 638. b. Nic. Reusner Symb. Cæs. Rom. Ital. p. 150.*

CANES

Excubitores Regis.

Der König in Monomotapa hat stets 200. Hunde zu seiner Leibwache. Gottf. Schultze/ *Cosmogr. p. 270*

Defensores & percussorum proditores.

§. 1.

Dominos æqualiter canes omnes diligunt, sicut exemplis palam factum est. In Epiro Domini percussorem in cœtu agnitum latratu canis prodidit. Jasone Lycio interfecto canis ipsius aspernatus cibum inedia obiit. Lysimachi Regis canis flammis se injecit, accenso Domini rogo, & pariter igni absumtus est. Garamantum Regem ducenti canes ab exilio reduxerunt præliati adversus resistentes. Colofonii & Castabalenses canibus in bella productis primas acies instruebant. Appio Junio, Publico Silio Consulibus, damnatum Dominum canis cum abigi non posset comitatus in carcerem mox percussum ululatu prosecutus est. Cumque ex miseratione populi Romani potestas ei cibi fieret, ad os defuncti escam tulit. Ultimo abjectum in Tiberim Cadaver adnatans sustentare conatus est. Canes soli nomina sua recognoscunt, itinerum meminerunt, Ægyptii canes è Nilo nunquam nisi currentes lambitant, dum à Crocodilis insidias cavent. *Julius Solinus Pol. Cap. XXV. p. 233. seq.* De canum fidelitate erga heros vid. *Julius Cæsar Scaliger de Subtilitate Exercit. CCII. Cap. VI. p. 652. seq. Casp. Schot-*

Sibotius Phyſ. Curioſ. L. IIX. C. XLX. §. 3. p. 830. ſeq. Joh. Pier. Valer. Hierogl. L. V. C. X. p. 60. 61.

§. 2.

Ore minus diverſa, minus diverſa colore,
Indole quam varia prædita turba canum.
Hic ſequitur lepores, ferus involat alter in urſos.
Ille domum, timidas iſte tuetur oves.
Hanc anates fugiunt, pavet hunc abſcondita perdix.
Hic natat, obſtantes & pede frangit aquas.
Ad Domini nutum varias ille exhibet artes.
Stat, canit, & ſaltat, quodque jubetur, agit.
Hæc homines docuêre canem. Cur rurſus ab illo
Non homo conſtantem diſcit habere fidem.

*** ***

So mannichfaltig Farb- und Schnautzen ſind an Hunden/
So unterſchiedlich ſind ſie ſo an Art als Muth.
Der beugt den Haaſen vor/ der reißt den Bären Wunden/
Der wachet vor der Thür/ der iſt den Schaafen gut/
Der dient zur Erdten-Jagt/ der geht dem Rebhun nach/
Der ſchwimmt durch ſchnellen Fluß/ als gieng er durch den Bach.
Ein andrer macht viel Luſt durch Künſt und Gauckeleyen/
Steht Schildwacht/ zahlt die Zech/ ſpricht laut und ſchläget an/
Macht Volten als ein Roß/ den Herren zu erfreuen/
Und thut/ nach deſſen Winck/ was man begehren kan/
Ihr Menſchen ſtellt euch doch zur Schul/ bey Hunden/ ein/
Und lernt/ wo ſonſten nichts/ doch treu den Menſchen ſeyn.

P. à S. Clara l. c. in hoc Tit. Conf. & *Dn.* Ernſt Confect-Tafel/ *Cent. I. Cap. LXVII. §. 8. p. 399.*

Victoriam præſagientes.

Cum ad Valentinum in Belgio exercitui Franciſci Galli Imp. Caroli V. exercitus oppoſitus eſſet, paſſus circiter 500. accidit, ut Canes caſtrenſes ſæpius extra caſtra procurrerent, tandem etiam infeſtis dentibus concurrerent. In eâ pugnâ Canes Cæſareani Gallicanos in fugam conjecêre, quâ victoriâ Cæſarianus miles eventum conjecit, ac animus eidem mirificè crevit. *Cl. Piccarius Decad. III. Obſ. Cap. V. p. 151. ap. M. G. Mich. in. Gaff. in Dedicat.* Gallis Novariam obſiden-

sidentibus, Canes Gallorum, relictis castris, magno agmine Novariam ingressi, Helvetiorum excubias agentium crura lambere, caudis blanditer adulari, submissisque auribus singulis applaudere cœperunt, tanquam Helvetii jam ipsorum essent Domini: Ea res Helvetiis certam videbatur de Gallis victoriam polliceri. Non multo post Helvetii (erant autem peditum ad novem millia) urbe egressi, ad Gallorum fortissima castra profecti sunt, unà cum illis proficiscente Maximiliano Sforcia, Mediolanensium Duce, quem tamen ad urbem redire vel invitum compulerunt, ne ab hostibus interimeretur. Ubi ad Gallos diversis itineribus ventum est, tanto impetu Helvetii undique eos oppugnarunt, ut (quod dictu propè incredibile videatur) cæsis, fugatisque omnibus, sesqui horæ spatio & memorabile prælium, & gravissimum bellum confecerint. Ceciderunt eo prælio ad octo millia Gallorum omnis generis, ex Helvetiis mille trecenti Ita tum Maximilianus Mediolanum obtinuit. *Laurent. Surius Commont. Rer. in Orb. gest. ad Ann. 1513. p. m. 69.*

In bello adjutores.

In Provinciâ Gingvi canes adeò fortes esse, ut Leonem invadere & sistere possint, *M. P. Venetus* docet *Hist. Orient. Lib. II. Cap. XLIX. p. m. 107.* Colophonios & Cabasthalenses canum habuisse cohortes, quæ primæ dimicarent in acie, nunquam detrectantes pugnam, testatur *Solinus Cap. XX. Plinius N. H. L. VIII. C. XL.* Idem asserit de Cimbris. Canibus usos ad pugnam in præliis Magnetes, narrat *Ælianus Lib. VII. Cap. XXXVIII.* Apud Alanos Baltici maris accolas, canes patriam defendisse, & sic ad pugnandum iisdem aciem instructam refert *Adam Bremensis Lib. de Daniâ in Republ. Daniæ p. 15. 16.* Septentrionibus adjutorio fuisse canes, scribit *Olaus M. Lib. XI. Cap. XII.* Qui non minus equi Moscovitarum, quam Persici equi Camelos horrent. His, *inquit*, canes saltu & morsu, prout assveti, naribus equorum insidiantur, quò evenit, ut ii formidine subito se in posteriores pedes erigentes equidem abjiciant illicò interimendum vel captivandum. Idem autor narrat, Heinricum VIII. Angliæ Regem Carolo V. Imp. contra Galliæ Regem cum 400. militibus, totidem canes auxiliatores misisse, *Lib. XVII. Cap. VII. Camerar. C. J. C. XXIV. M. Micb. l. c.*

Rhodii Christianos præ Turcis noscentes.

In Insulâ Rhodo ante expugnationem erant canes, qui Christianos præ Turcis agnoscebant, & hos infestabant, illos autem illæsos dimittebant. *Wolff. Cent. XI. p. 216. b.* Canes Catheorum etiam Leonibus metuendos scribit *Strabo XV. M. P. Venetus de Reg. Orient. Lib. III. Cap. XLIX. p. 65.*

Venatici Amadæi Sabaudiæ Ducis.

Amadæus Sabaudiæ Dux, à quibusdam Oratoribus, qui aderant, interro-

gatus, an etiam haberet canes venaticos? annuit, & ut posterâ die redirent edixit. Cum verò jam adessent, Amadæus è pergulâ à latere ædium ingentem mendicorum multitudinem eis ostendit unà discumbentium; Atque hi sunt, inquit, canes mei, quos alo quotidiè, quibusque cœlestem gloriam me venaturum spero, *Lycosth. Apopht. p. 222. Weidner. Apopht. p. 440. H. Engelgrav. Cæl. Empyr. P. II. p. 435. seq.*

Muti.

In Insula Hispaniolâ novi Orbis omnes prorsus canes neque latrare scisse, neque potuisse, quin etiam percussos non clamare, nec gemitum edere tradit *Oviedus Summ. Hist. Cap. XXVI. & Lib. XII. Cap. V. ap. Majol. D. C. Coll. VII. p. 230. conf. & Jul. Cæs. Scaliger. de Subtilit. Exercit. CII. Cap. III. p. 649.*

CANUM

Caro in deliciis.

In dem Königreich Asem, in Indien/ halten sie mehr auf das Hunde-Fleisch/ als auf alle andere Speisen/ es ist das niedlichste Gerücht in allen Mahlzeiten/ und wird in ieder Stadt des Reichs alle Monat ein Marckt gehalten/ allwo nichts anders als Hunde/ so man von allen Orten herzuführet/ verkaufft werden. *Tavernier. l. c. T. II. Lib. III. Cap. XVII. p. 184. b.*

Latratus adversus Lunam Hieroglyphicum Invidiæ.

Es kan der helle und klare Mond/ welchen ein Hund auf der Erden anbellet/ demselben aber nichts schaden kan/ und darüber selbst heischer wird/ gebildet/ und die Worte aus dem Virgilio darzu gesetzet werden:

FRUSTRA SÆVIT CANUM LATRATUS IN AURAS,

Was so hoch ist gestellt/
Das wird umsonst bebellt.

Oder:

Der/ den der Himmel hat erhoben/
Verachtet aller Hunde Toben!

Wie nun der Mond nichts achtet/ ob ihn gleich die Hunde anbellen: Also kan man dem Neide nicht weher thun/ als wenn man seines Bellens/ als eines tollen Hundes nicht achtet. Alciatus erkläret dieses Sinnbild folgendes Inhalts:

Wenn daß der Hund den Mond bey Nachtes-Zeit erblicket/
Bedüncket ihn/ er seh' (weil er ein Bildniß schaut)/

Auch einen Hund darinn / und fängt gleich überlaut
Ihn zu bebellen an. Die Stimme wird verzücket/
Und durch den Wind verweht / Diana höret nicht/
Sie eilet immerfort / biß sie die Reiß' verricht.

Mit welchem Gemählde wir erinnert werden / die nichts-würdige Stichel- und Stocher-Reden der Menschen gäntzlich zu verachten / und uns vielmehr gratuliren / daß der Neid etwas an uns findet / das er beneiden und anfeinden kan. *Dn.* Gottfreunds (*seu Dexelii*) Emblematischer Tugend- und Laster-Platz / *Emblem. X. p. 85. seq.*

CANIBUS

Inesse animam dicunt Turcæ.

Singulare exemplum consiliorum Constantinopoli sub Achmade Imp. de Canibus agitatorum exhibet *Thom. Schmidt. Epist. de Mor. Turc. p. 68. seq.* sæviente peste, Imperator & Bassæ pro Sagacitate eorum Canes, quotquot Constantinopoli erant, universa strage delendos voluisse; Sed dispicuisse Muftio, quem in hâc re gravissima consuluerant, crudelem sententiam, illumque pronuntiasse, id minimè licere, hoc argumento momentoso suam determinationem firmantem: *Singulis Canibus inesse Animam.* Verum planè constabat, urbem à tanto Canum numero male habitam esse. Quid ergo in tanta animi perplexitate agendum erat; Ab hac sævitia tandem abhorrescentes, prius illud decretum de internecione refixerunt; De transportandis in Asiam consulitur; dictum, factum, coacti erant per totam urbem Canes, supra quinquaginta millia, uti narrant, quos Scutarim, aliaque loca contigua vehunt. Erga eos, licet non jam in conspectu, & coram oculis, retinetur idem affectus, de iis eadem, si non major, sollicitudo; quotidiè panes in eorum alimentum mittuntur. Sed tandem harum expensarum & laboris pertæsi, ac verentes, ne ab eorum scabie pestis iterum grassaretur, inviti & reluctante quasi animo ad Insulas, quæ Constantinopoli obversantur, ablegant, ubi tandem fame enecti erant, ne miserandis ululatibus teneræ ipsorum aures offenderentur. At, ni fallor, ab illo tempore iis repleta est urbs, ut si recensiti essent iterum, fortasse major numerus, quam iste, quem supra memoravi, reperiretur. *D. Beeman. H. O. P. II. Cap. X. p. 745.*

A CANIBUS

Hispanorum quomodò lacerati & devorati sint Indi?

Vid. in Apparat. Bibl. Tom. IV. p. 1065. seq.

CANI-

CANIBUS

Puniti.

Dagobert, König in Franckreich / hatte Gesandten abgefertiget zu dem Könige der Wenden / daß sie gewisse Waaren / so von dessen Volck waren geraubet worden / zurück hohlen sollen ; Als nun der Barbar sich heraus ließ / **Er wünsche gar sehr mit dem Könige** Dogobert **in Freundschafft zu** treten / antwortete der Principal unter den Gesandten: **Catholische Christen und Hunde könnten zu keiner Freundschafft mit einander kommen.** Worauff jener mit sittsamen Gemüthe versetzet: **So schicket demnach GOtt uns an statt der Hunde unter euch / wann ihr euch als ungehorsame Knechte gegen denselben erweiset.** Ist eine denckwürdige Antwort / und müssen denn solche unartige Christen / so von unglaubigen Völckern geplaget werden / gedencken an die Wort / Jeremiæ Cap. XV, 3. **Ich will sie mit Hunden heimsuchen / die sie schleiffen sollen.** *Dn.* **Ernst Bild. H.** *P. III. p. 551.*

CANONES

Apostolici & Clementis supposititii.

Obtrusi sunt Ecclesiæ IIX. libri constitutionum Apostolicarum, à Clemente (Pauli discipulo Phil. IV, 3.) collectarum, & quinque Epistolæ. Quin & canones Apostolorum, de quorum numero nondum consenserunt Pontificii, & ritus superstitiosi Missam seu sacrificium, ceu vocant, offerendi sancto viro, temerario ausu, adscribuntur. Tu, si Canones Apostolorum, ex vetustis & catholicis codibus descriptos, desideras, impende quæso tantum temporis huic negocio, & quære illos in *Cent. Magd. 1. Lib. II. Cap. XI.* Illi sane libri, quicunque nomine Clementis extant, ipso Bellarmino teste, sunt suspectæ fidei: quales etiam sunt liturgiæ, seu libri de ritu Missæ celebrandæ, nomine Jacobi, Petri, Marci & Æthiopum confícti, & multi alii, Apostolorum apocrypha. *Micral. Hist. Eccles. Lib. II. S. I. Q. XXII. p. 246. Ed. Hartn. E. Geierus de Ebræorum Luctu Cap. I. §. 6. p. 9. D. Calov. Bibl. Illustr. ad Exod. Cap. XX, 11. p. 416. a.*

Differunt à Decretis.

Canones sunt statuta Conciliorum: Decreta Pontificum: Dicta Sanctorum. Dicitur & *Canon* annua pensio: Inde Canonicarius, exactor annuorum canonum. *Id. ib. Lib. II. S. II. p. 456.*

CANONICI
Regulares, Seculares.

Originem Canonicorum quod attinet *Thomas Aquinas* eam refert ad Apoſtolos; alii ad Urbanum I. qui vixit A. 230. nonnulli ad Auguſtinum, cui Regulam etiam ſuam adſcribant. Hanc cum luxu perditi pederentim incipe-rent negligere, circa annum 1477. *Seculares* nomine & re dicti ſunt: reli-quis, qui propius ad regulam accederent, nomen *Regularium Canonicorum* retinentibus. Hinc *Alb. Cranzius Lib. IV. metrop. Cap. 1.* Interpretemur vo-cabulum. Si canon eſt regula, Canonici ſunt regulares. Quid fiet de Ca-nonico Seculari, niſi ut regularis ſit irregularis, aut irregularis ſine regula, mon-ſtrum ſine exemplo, canonicus ſine canone? *Canoniſſæ regulares* ſtatim Ca-nonicis adjunctæ fuerunt. Nam jucundior erat reddenda ſocietas, & jugum monaſticum ſvavius ex monachorum & monacharum cohabitatione fiebat. *Id. Lib. III. S. I. p. 610.* Et ſic quanto liberiores ſunt Canonici, tantò licenti-us in plurima debachantur vitia, nec una uni ſufficit muliercula, niſi reten-tam in domo habeat ut uxorem, concubinas verò & adoleſcentulas, quarum non eſt numerus. *Dn. Rodericus, Epiſcopus Zamorenſis, Caſtellanus & Referendarius Papæ Pauli II. in Theologiâ in Speculo Humanæ Vitæ Lib. II. Cap. XIX. p. 305.*

CANONICÆ HORÆ
Papiſtarum.

Hæ exindè tales dicuntur, quod per Canones Eccleſiæ ad preces funden-das determinatæ ſint. *Azor. Inſtit. Mor. T. I. Lib. X. Cap. I.* licet alii exindè di-ctas velint, quod præcipuè Canonici ad has horas adſtringantur, & quoad hos quoque has preces tantum publicas eſſe, non quoad illos, qui ſine obligatione his horis interſunt, *Layman. Theol. Mor. Lib. IV. Tr. I. Cap. II. n. 1.* Unde & Canonicum has horas omittentem dupliciter peccare aſſerunt ap. *Excell. D. Stry-kium in Brunnem. Jus Eccleſ. Lib. I. Cap. VI. m. 6. p. 211.* Horarum autem ha-rum ſeptem numerant, ſingulisque ſuas preculas adſignant, ut *matutina*, quæ ſolis ortum præcedit: *prima*, quæ ab aurorâ ad horam die tertiam ſe extendit; *tertiâ*, ab hora tertiâ, usque ad ſextam; *Sexta*, quæ ab hora ſextâ incipit, & ad nonam usque durat; *Nona*, ab hora nonâ usque ad duodecimam; *Veſperæ*, quæ in Solis occaſum incidit; & denique *Completorium*, quæ ſolis occaſum excipit. Verſiculis ſequentibus cujusque ſenſus adumbratur:

Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat
Prima replet ſputis: dat cauſam *Tertia* mortis,

Sexta

Sextæ cruci nectit: latus ejus *Nonæ* bipertit:
Vesperæ deponit: tumulo *Completæ* reponit.
B. Balduin. Cas. Const. Lib. II. Cap. VII. Cas. XII. p. 254.

Undè probantur?

Distributionem hanc probant ex Psal. CXIX, 164. ubi David: *Septies in die laudem tibi dixi.* Insulsissimè autem Papa Pelagius septem horarum Canonicarum fundamentum quæsivit ex Proverb. XXIV, 16. *Justus septies cadit* &c. nempè quia justus quotidie septies labatur, ideoque precum subsidio toties eundem esse erigendum. *L. Job. Thilo Medull. Theol. p. 732.*

Refutantur.

Locus ex Prov. XXIV, 16. non agit de lapsu in peccata, sed in miserias & calamitates. *Thilo p. 730. 731.* Cadere hìc non notat lapsum moris, sed casum sortis. *D. Pfeiff. D. V. in b. l. Cent. III. L. LXXXIX. p. 644. Conf. omninò B. Geier. in h. l. p. 1287. 1288.* Et etsi non negemus, veteres habuisse certas precandi horas, afferunt enim Papistæ multa Patrum testimonia, qui horas illas observarint, ut Hieronymum, Basilium, Chrysostomum, quos *Eccius in Enchirid. de Orat. & Hor. Canon.* citat, nullam tamen hic conservat necessitatem, neque homines in conscientiis observatione istarum horarum obstringebant, neque solis Sacerdotibus, aut aliis Clericis officium precandi illis horis injungebant, quæ omnia in Papata fiunt: neque etiam in publicis cœtibus Ecclesiarum omnium horarum illarum fuit conformitas, sed ecclesia semper libertatem habuit his de rebus statuendi, unde magnum olim discrimen circa has horas in Ecclesiis fuisse, testatur *Socrates Lib. V. H. E. Cap. XXII. Balduin. l. c. p. 255.* Horæ hæ Canonicæ non omnibus Patribus fuêre notæ, nec eo fine modoque, ut in Papatu fieri consvevit, observatæ, ac proindè conscientias precantium obligare non possunt. Majorum pia fuit intentio, an respondeat eventus hodiernus, & annon hîc præcipuè operis operati exemplum, res ipsa loqvitur. Magis dubitari poterat, si tanta horarum Canonicarum necessitas, an per Vicarios expediri possint; periculum enim non leve subest, Vicarios solos cœlo recipiendos exclusis Principalibus; Soli enim illi hoc necessarium munus subierunt. *Stryk. l. c. p. 212.* Horarum harum idololatriam, superstitionem, errores, hypocrisin, ignorantiam, absurditatem pluribus perstringit *Voëtius D. S. P. III. p. 1056. seq. D. Phil. Buchius Diss. Th. de Ceremoniis Eccles. Cap. IV. §. 19. p. 87.*

CANONICUM JUS

Ambitione magis, quam necessitate in lucem productum, (quod Jus

Cynus

Cynus Pistoriensis plenum erroribus esse profiteri non erubuit) in Scholis & Curiis nostris retinemus, haudquaquam in gratiam Papæ Romani, veluti ab ipso profectum: sed quia jam usu, & consvetudine nostrum est, uti & studia Philosophica sunt, quorum contemplatione tamen Platoni, Aristoteli, Ciceroni, & cæteris antesignanis minimè homagium, aut obsequium debemus. *Lanssius contr. Ital. p. 811. Danhauer. Th. Conf. T. I. P. II. S. II. Dial. III. Art. VI. Q. XI. p. 949.* Utile est Jus Canonicum ad Theologiam Thetico-Polemicam; Multi enim sunt tituli, quibus testimonio Catholico verum confirmatur, & error refutatur, quâ de re videri potest *Joh. Hallerus in Excerptis ex Jur. Can.* Sic de rebus Ecclesiasticis, ut Jure Patronatus, de Clericis, Episcopis, Excommunicatione, sepulturâ, aut similibus textus è corpore Canonico allegatus, suâ autoritate non destituitur; Interim cum grano salis legendum. *M. Joh. Cammerhof. Encycloped. Isagog. Cap. II. Membr. IV. Can. 1. 2. p. 35. P. Hachenberg. de German. Med. Diss. VI. §. 19. p. 229. 230. L. Christoph. Coriarius Diss. Inaug. de Jure Restituendæ Famæ Coroll. 16. 17.* Peccatum in Sp. S. committit, Jus Canonicum qui non observat. *Decret. P. II. Causs. XXV. Q. I. c. violatores.* Est enim Canon seu Regula, quâ homines ex Statutis Summorum Pontificum, & Conciliorum Ecclesiæ, diriguntur ad rectam vivendi normam, & finem beatitudinis æternæ, definiente ita *Mich. Pexenfeld. Appar. Erudit. Cap. LXXVI. p. 566. Vid. omninò Micralius Hist. Eccles. Lib. III. S. I. Q. I. p. 475. Edit. Haren.*

CANONICIS
Monasterien sibus
§. I.

Moribundis caput suillum apponitur, illisque acclamatur, pœnitentiam nunc esse agendam, nisi porcorum more mori velint. *Limnæus Lib. IIX. P. I. Cap. I. n. 30.* Notatu ibidem digna sunt verba *Joh. Gorop. Becani:* Non equidem, inquit, suilli capitis concionem derideo, sed mallem ut mox in principio, dum in Canonicorum Collegium cooptantur, cum porcis illis prandium parari, ut diligenter caverent, ut tam lutulento & immundo animali perpetuò comparandi viderentur. Benè *Chrysostomus in Psal. LXXXIV.* Sicut bruta vixerunt, sicut bruta pereunt. Vid. *Hackspan. in Psal. XLIX, 21. p. 213. seq.* Similiter pereunt, sed non similiter puniuntur. *Salvian. Lib. III. contr. Avarit. p. 122. & Rittershus. in h. l. p. 513. Francisc. ab Husen Annot. ad R. Isaac Abrabanel. Comment. in Hos. Cap. IV. p. 235. 236. Drexel. in Daniele Cap. XII. §. 1. p. 804.*

— — qui

— — qui pecudum ritu terrena secuti
Neglexere DEUM, pecudum quoque corpora justo
Judicio induere.

Palingen. Zod. Vit. Lib. VI. in Virg. p. 160.

§. 2.

Bey denen Tunqvinern müssen die Verbrecher / so um Vergebung bitten / einen Busch von Kräutern in dem Munde haben / zum Zeichen / daß sie durch unordentliches Leben / und übles Verhalten / denen unvernünfftigen Thieren gleich worden. *Tavernier T. III. Lib. IV. Cap. XI. p. 90. b.* Jener elfferige Prælat hing ungerathenen Mönchen zur Pœnitenz ein von Bley gegossenes Schwein um den Hals / womit sie so lang sich schleppen musten / biß sichere Hoffnung zur Besserung da war. *D. Paullini* Zeit-kürtz. erbaul. Lust. *T. III. Cap. CLXV. p. 1052.*

CANONIZATIO

Papistica quid?

Reservatum Pontificiæ Majestatis est Sanctorum canonizatio, seu Apotheosis, planè similis Juri Dignitates conferendi in Regalibus Politicis, & tanto quidem major, quod non humana dignitas conferatur, sed Divinæ Aulæ Proceres creentur, quæ oculatissimi Monzambani phrasis est *de St. Imp. Germ. Cap. IIX. ap. D. Beeman. Not. Dign. Illust. Diss. XII. C. II. §. 8. p. 359.*

Est duplex.

Nam *Bellarminus Lib. I. de Sanct. beat. Cap. IIX.* Notandum est, inquit, duobus modis posse aliquem canonizari: uno modo *particulariter*, ita, ut solum in unâ provinciâ habeatur Sanctus, & colatur pro sancto: Alio modo *generaliter*, ita ut in tota Ecclesiâ habeatur pro sancto, nec ulli liceat de ejus sanctitate dubitare. Primo modo canonizare poterat quilibet etiam Episcopus: Secundo modo canonizare, i. e. ita, ut in tota Ecclesiâ sancti habeantur, communis sententia est, pertinere ad Summum Pontificem. *M. Jac. Reneccius Panopl. T. IV. Cap. VI. p. 38. Micrel. Hist. Eccles. L. II. S. II. Q. XIIX. p. 382. Edit. Harm.* Hujus proprium est, per aueam Canonizationis scalam in cœlum inferre. *D. Gazius de Cultu Josephi Parentis Christi To. II. §. 3. p. 17.*

Quomodo petenda?

Oportet Procuratorem Apotheoseos coram Throno Pontificio petere talem N. in numerum Sanctorum recipi, idque ter iterare: Cui primo respondetur, in genua procumbendum esse, ac divinum auxilium in re tam gravi & seria Pontifici exorandum. Quo peracto, & petitione iteratâ iterum respondetur,

Spiritus S. opem impensius invocandam esse; Deinde tertio facta petitione respondetur affore jam tempus petitioni ejus satisfaciendi, & Pontifex in Throno sedens tergemina infulatus mitra librum tenente Cardinali primo Episcopo, allucentibus illi utrimque Cereis, de N. in Divos relato sententiam exaudientibus omnibus recitat. Mox postulatur & decernitur Apostolicum Diploma super Apotheosi. Inde invocatur: Ora pro nobis Sancte N. *Beem. l. c. p. 360.*

Fiat?

Fieri solet à Papa aut motu proprio, aut ad instantiam Magnorum Principum, nec sine magnis sumtibus. Narrat *Camdenus in Britanniâ suâ p. 131.* Henricum VII. Regem Angliæ sanctas Henrici VI virtutes tantoperè admiratum fuisse, ut cum Julio II. Pontif. Rom. egerit, de illo inter Divos referendo. Sed (addit) quo minus hoc fieret, in causa erat Pontificis avaritia, qui pro Regis Apotheosi nimis magnam pecuniæ vim exegit, ut videretur non Principis sanctitati, sed auro honores illos delaturus. D. *Quer sted de Sepult. Vet. C. XIII. p. 158. L. J. Mich. Langius in Diss. Theol. ad Wagenseilium de Fabulis Mohammedicis Cap. I. §. 13. p. 30. 31.*

Cur fiat?

Verba Christi Matth. V, 15. Non abscondi debet lucerna sub modio, sed poni super candelabro &c. ex Eugenii Papæ explicatione hunc habent sensum mysticum: Sanctos esse in Divorum numerum adscribendos, & canonizandos, ut adorentur. *B. Glassius Phil. Sacr. Lib. II. P. I. Tr. II. S. III. p. 388. 389.*

Quis omnium primus canonizatus?

Primus, cui honor hic exhibitus, Germanus fuit, S. Suitbertus seu Svibertus, Episcopus Verdensis, quem Leo III. An. 803. prid. Non. Sept. Verdæ solenniter investivit. *Beem. l. c. D. Joh. Frid. Maye-. Diss. Select. Disp. V. §. 3. p. 149. D. Botsac. Mor. Ged. p 947. Weberus Discurs. Curios. XXIX. p. 475.* ponit annum 710.

Papa hâc in re & fallit & fallitur.

Meritò hîc quis dicere posset: Ego si Pontifex essem, prius mihi constare deberet, hos vel illos esse Sanctos, deindè eos canonizarem; Sicut olim Sotus de Festo immaculatæ Conceptionis Mariæ dixit: Ego, si Pontifex essem, prius definivissem sententiam (Pontifex enim noluit dirimere sententiam illam: An B. Virgo Maria fuerit concepta absque peccato originali, nec ne?) quam instituissem hoc Festum, ap. *Hackspan. in Eccles. IX, 1. p. 493. Conf. Innocentius Gentiletus Exam. Concil. Trid. Lib. II. Sess. V. §. 2. p. 54.* Integræ nationes in judicio de Sanctis deceptæ apud Pontificios. *D. Joh. Georg. Dorscheus Syllog. Vindic. ad Bellarm. Allegat. ex Exod. Mos. Part. II. Diss. V. ad C. IV. §. 7. p. 85. seq.*

CANO-

CANONIZATI

Damnati.

Sunt procul dubio non pauci in terris canonizati, in cœlis nusquam martyres futuri, inquit *Th. Browne in Relig. Medici P. I. S. XXV. p. 163.* Et multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehennâ, Hieronymi est effatum, epist. LXXXIV. ap. *Wolff. L. M. T. I. Cent. IV. p. 95. b.* S. Martini tempore quidam devotè cultus apparuit, & confessus est, se in inferno cruciari ob crebra perpetrata latrocinia. *Beyerlinck. Th. Vit. Hum. T. II. Lib. III. p. 68. D. Joach. Hildebr. Sacror. Antiq. de Precibus Vet. Christ. Cap. XVI. p. 24. Wolff. C. XV. p. 763. a. Zwinger. Vol. VII. Lib. VI. p. 2026. b.* Sed nihil differt, ait Canus, Diabolum colas, an hominem condemnatum ap. *Amesium Bellarm. Enervat. T. II. L. VI. C. I. p. 200.* Non male his sequens Epitaphium pones:

Es liegt ein Heiliger in dieser Todten-Bahr/
Doch nur dem Nahmen nach/ nicht aber nach der That;
Denn wer auf dieser Welt ihn nur gekennet hat/
Wird sagen/ daß er stets ein rechter Teuffel war.

Halman. Epitaph. p. 227.

Latrones, Sicarii &c.

Apud Pontif. multi latrones, vel sicarii, vel pernicios issimi hæretici religiosè culti exempla habet *D. Joh. Conr.* Sittig/ *Diss. Inaug. de Funere Papatui parato §. 25. p. 30. seq.* Hermannum Ferrariensem in Sanctorum numerum relatum Bonifacius IIX. inde exemit, ejusque cadaver, jam ante 30. annos humatum è sepulchro eruit, & concremari mandavit. *D. Joh. Affelman. Synt. Exercit. Acad. P. I. Diss. XXV. Cap. II. §. 7. p. 686. seq. §. 15. p. 691. Jos. Arnd. Lex. Antiq. Eccles. p. 854.* Alexander III. Summus Pontifex conqueritur, quod aliquis ebrius occisus, tanquam Sanctus veneratus fuerit ap. *Joh. Bapt. Casalium de Veteribus Sacris Christ. Ritibus P. III. Cap. LXIX. p. 358.* Et Gvilelmina Boëmia præstigiatrix diu ut sancta culta. *D. Joh. Frid. Mayer. D. S. de Persecutione Quietistarum p. 399. 400.* Jacobus Clemens Henrici Tertii Regis Galliæ, Balthasar Gerardus Wilhelmi Principis Auriaci parricidæ, & Jesuita Garnettus proditionis pulverariæ an. 1605. in Angliâ conscius canonizati. *Nob.* Ziegler im täglichen Schauplatz der Zeit/ *27. Aug. n. 2. p. 1035. Voëtius D. S. P. III. p. 397. 413. 528.* plures exhibentur *p. 513. seq. de Sanctis quibusdam Chimaericis, & de Sanctis non Sanctis, Ex-Sanctis, quasi Sanctis.* Vid & *M. Jac. Wellerus, Diss. de Pudenda Pontif. Idololatriâ sub presid. D. Wilh. Lyseri An. 1631. Jen. hab. §. 85. p. 58. 59.* Non hi sancti de veteribus mihi dubium movent, dicebat Bessarion Cardina-

lis ap. *Lanf. contr. Ital. p. 807. Matth. Bernegger. Obſervat. Miſcell. 1. p. 4.* Vid. omninò *Anton. Creguetus Revelat. Arcan. Cap. IV. p. 223. ſeq.* Lazarus, cujus Scriptura Luc XVI, 20. meminit, ab illis canonizatus, de quo tamen ipſi Pontificii Scriptores dubitant, an unquam in rerum naturâ fuerit. *D. Miſand. D. B. N. T. P. I. p. 92.* Latro converſus etiam canonizatus (cœlo clarus, i. e. Divis adſcriptus, *Carol. du Freſne Gloſſ. T. I. p. 674.*) & feſtum ejus 25. Martii celebratur, & nomine Dimæ nonnulla ſacella ei dicata reperiuntur. *Voët. l. c. p. 411.* Omnes hæ Canonizationes ineptiſſimæ; Quam enim ſanctitatem homo homini tribuere poteſt? *M. Joh. Andr.* Gleich/ *Diſſ. Hiſt. qua Idolum Pontificiorum deſtruitur b. e. Magnus, quem vocant, Chriſtophorus §. 1.* De earum incertitudine, imò futilitate vide ſis *B. Scherzer. Anti-Bellarm. p. 446. ſeq. D. Joh. Guil. Baier. Collat. Doctrin. Pontif. & Proteſtantium Diſp. 23. Th. & antithef. 16. D. Joh. Olear. Syn. Error. Pontif. Diſp. 13. §. 76. p. 37. Voët. p. 387. ſeq.* Quomodo Pontificii canonizationem B. Lutheri nobis impingant, vid. ap. *Stepner. de Sacris Chriſt. Publ. c. I. §. 50. p. 130. & Cap. II. §. 107. p. 279.*

Papa non canonizatur.

Pontifex Rom. utut innumeros ferè homines Sanctorum catalogo inſcribat, nunquam tamen poſt fata canonizatur; Vivus ergò adorationem exigit. *D. J. F. Mayer. de oſculatione Pedum Pontif. Rom. Cap. 1. §. 5.* Sicuti nobiles titulo Doctoris nobilitari nolunt, ne videantur avitam nobilitatem in dubium trahere: Sic & Papæ aſpernantur titulum Sancti per canonizationem tribuendum. Papa jam tum ſanctus eſt, aut præſumendus, ſedet enim in ſede Sanctâ Apoſtolicâ; tenet etiam loca Sanctorum, Eccleſiam Sanctam regit &c. *Voët. p. 411.*

CANONIZATIO,

Seu Apotheoſis Romanorum gentilium.

Solebant & Romani homines de Republ. bene meritos creare filios DEI, ſeu ut ipſi loquebantur, referre inter Divos, his quidem ceremoniis & ritibus, quos *Herodianus in vitâ Antonini* refert: Imago defuncto quam ſimillima ponebatur in veſtibulo regiæ ſuper lectum eburneum. Circa lectum à lævâ quidem Senatus, à dextrâ autem Nobiles Matroniæ lugubribus veſtibus ſedebant, accedentibus interim Medicis, & inſpectum velut ægrum deterius ſe habere ſubindè pronunciantibus. Deindè poſt ſeptem dies, ubi jam viſus eſt obiiſſe diem, deferebatur lectus extra urbem in campum Martium, & ponebatur in tabernaculum aridis fomitibus impletum. Quò poſtquam aromata & ſuffimenta omnis generis effuſa erant, adequitaverunt circa tabernaculum univerſi equeſtris ordinis, ſua quadam lege & motu: circumacti item ſunt currus, inſeſſi purpuratis rectori-

ctoribus. His per actis, succendebatur tabernaculum, & simul cum subjecto igni emittebatur è fastigio tabernaculi aquila, quæ in cœlum credita est defuncti animam deferre. Hoc erat studium, hi ritus & ceremoniæ, quibus Romani sentiebant se Principes suos in Deorum numerum referre, quos etiam posteà ut deos colebant. *Brentius Hom. 8. in Cap. I. Job. p. 62. Kipping. Antiq. Rom. Lib. II. C. VIII. in Coroll. p. 499. seq. M. Andr. Beyerus additam. ad Selden. Cap. III. Proleg. p. 161. seq. Casalius de Profan. Rom. Rit. P. II. Cap. I. p. 54. seq. Alex. ab Alex. G. D. Lib. VI. Cap. IV. p. 326. a. Godesc. Stewechium, ad Veget. Lib. II. in Prolog. p. 89. Voss. de Idolol. Lib. III. Cap. XVII. p. 804. Kirchman. de Fun. Rom. L. IV. C. XIII. p. 421. seq. Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. XIX. C. IV. p. 229. Nic. Caussin. Polyb. Symb. lib. VI. cap. XX. p. 404.*

CANONIZAT
Et Diabolus.

Obiter notetur, & Diabolum suos suasque canonizare; Doctissimus enim Jesuita *Bisselius in Dec. II. Ruin. Illustr. p. 277.* Nos, inquit, annis abhinc quinque supra viginti sagam novimus aniculam: quam plurimorum licet scelerum ream, ac Satanici concubitus damnatam, Satanas tamen Divam facere conatus est. Eam enim postquam sub Augusti mensis exordium carnifex, funestrangulatam, in cineres incendio redegit: nocte proxima mulieribus, eorundem criminum participibus, Lucifer infernalis exhibuit eam cum radiis circum caput, admirabilique totius corporis splendore gloriosam. Id agebat, ut illam & Deam & cœli compotem esse mulierculis probaret confœdustis (ita dicebant prisci pro fœderatis, ut est apud *Festum*) ejus, quo minus formidarent. *B. D. Val. Alberti Diss. de Sagis Cap. II. §. 43.*

CARNIFEX
3000. homines intra octiduum decapitans.

Was für eine Tyranney Don Fridericus Toletanus, des Hertzogen von Alba (ἀνθρώπου ἀπανθρώπου. *Hildebr. Syn. Hist. Un. Per. 10. §. 3. p. 243.* Phalaridis illius ac Syllæ Hispanici. *Lansius contr. Hispan. p. 430.*) Sohn / An. 1573. zu Harlem in Holland verübt / davon ist Meteranus in seiner Niederländischen Historie zu lesen. - Es sagt gleichwohl Petrus Cornelius, ein Hispanier / in Historia di Fiandra Lib. V. p. 96. daß nur den Wallonen und Engelländern / deren mehr als drey tausend gewesen / die Köpffe innerhalb 8. Tagen / durch einen einigen Scharffrichter abgeschlagen worden; Und sie so freudig an den Tod / als zu einen Panqvet / gegangen seyn. *Zeiler. Miscell. p. 480.*

A Romanis olim foro & cœlo excluſus.

Carnifex ſervos in crucem trahebat, nec prætereà quicquam ſupplicio-rum exigebat. Erat autem homo capitis diminuti & infamis. Hinc *Cic. pro C. Rab.* Sed, inquit, morereturprius acerbiſimâ morte millies Gracchus, quam in ejus concione carnifex conſiſteret, quem non modo foro, ſed etiam cœ-lo hoc ac ſpiritu cenſoriæ Leges, ac urbis domicilio carere voluerunt. *D. Pfeiff. Antiq. Sacr. Dec. II. Poſ. IV. §. 1. p. 42. D. Joh. Nic. Jacobi Tr. Philol. Hiſt. Theol. de Vulneribus CHRISTI P. II. Cap. XII. §. 8. p. 813.* Arminiani illos & à S. Cœnâ excludunt *D. Scherz. Syſt. Def. p. 401. M. Paul. Stockman in Elucidario Hæreſium p. 77. M. Joh. Severinus* Weiße/ *Disquiſ. de Admittendis ad Sacrum Cœnam Memb. II. Conſect. II. §. 9.*

Sed infames non ſunt.

§ 1.

Honeſtos quippè, nec raro magni nominis & autoritatis Viros hoc mu-neris inter plurimas gentes obiiſſe conſtat. Sic Samuelem Prophetam Aga-gum Regem, in fruſta coram Domino concidiſſe, 1. Sam. XV, 33. Sic Levitas Moſis juſſu per caſtra vagatos multa millia ſcortatorum & idololatrarum per-emiſſe, Exod XXXII, 26. Ita legibus Ebræorum nobiliſſimos quosque, ſi teſtes capitalium ſcelerum conſtituti, eosdem carnifices egiſſe, non modo honeſtum, ſed etiam neceſſarium fuit, Deut. XIII, 9. *Pfeiff. l. c. B. D. Nagel LL. CC. Hebr. Rabb. Talm. in v. Carnifex.* Et adhuc in Angliâ extremum pietatis officium ha-betur, ſi quis Parentum, fratrum, propinquorum, condemnatorum carnifi-cem agit, iisque de trabe humili pendentibus, gulam frangit. *Bodinus L. III. de Rep. C. IIX.* Veteribus Germanorum Sacerdotibus hoc muneris ſubire, nequaquam fuit ignominioſum, ſed potius honorificum duxerunt. Et hodiè in quadam Imperii urbe (Reutlinga eſt) gladium extare, *Camerarius Cent. I. Op. Subciſ. Cap. LXXVI.* recenſet, rubigine propemodum exeſum, quo olim coa-ctus fuit is, qui poſtremus in Senatum accitus fuerat, ſupplicium de ſontibus ſumere. Abyſſini ac Perſæ promiſcue pro re natâ ipſi talia exſeqvuntur. *Lanſ. contr. Germ. p. 902. Beyerlinck. T. II. L. III p. 101.* Sicuti & longa in celebri urbe Germaniæ conſvetudo fuit, ut Carnifex etiam honeſtiſſimorum corpora ſepelie-rit ap. *D. Botſac. in M. G. Tit. Conſvetudo p. m. 263. a.* Carnifices ergo (apud He-bræos הַכֹּהֲנֹת הַזֶּה miniſtros cœtus Judicialis dicti, Buxtorffio teſte in de Ab-brev. Hebr. epiſt. dedicat. *cit. M. W. D. Schœpffio de Flagellatione Apoſtolorum ex Act. V, 40. 41. §. 8.*) infames habendi non ſunt. Vid. *Dedeken. in Append. Vol. 2. Conſil. Th. p. 243. Pruckner. Queſt. Illuſtr. Cent. III. Q. XX. p. 114. D. Stryk. in Brunnem. Jus Eccleſ. Lib. I. Cap. VI. m. 4 p. 197. 198. M. Sim. Frid. Frenzel.*

zel. Diss. Pol. de Judice & Syndico Q. VII. Henr. Giesebert. Deuteronom. Harmon. Cap. XIII. p. 540. 541. & Cap. XVII. p. 711. Tob. Magir. Polymnem. p. 518. Apud priscos Germanos splendidi officialis nomen erat Carnifex. *P. Hachenberg. de Germ. Med. Diss. I. §. 10. p. 9.* Et in Insulâ Zeilan Carnifices tantæ sunt autoritatis, ut cum præcipuis Nobilibus sæpissime cum Rege versentur. *D. Missand. D. B. N. T. P. II. p. 111.*

§. 2.

Lansius *comer. Germ. p. 872.* ita: Et ille pagus apud Francos meos, in quo veteri consvetudine maritus nuperrimus furi cruciario laqueum innectit, & signo dato confestim omnes loci cives, & inprimis quatuor Sculteti, operam conferunt (hoc vocant hujen) furemque de annosâ & mutilatâ (cui nomen der Knüpffels-Baum) quercu suspendunt; Ferè ad exemplum Balduini XII. Flandriæ Comitis, qui XI. Nobilibus, quod tres mercatores spoliassent, atque contrucidassent, in palatium vocatis & in tabulam collocatis, laqueos singulis injici mandaverat, & posteà ipsemet suis manibus subtractâ tabulâ illis gulam fregerat. *M. Georg. Gœzius Diss. II. de Vindice Sanguinis, seu Redemtore Ebræorum §. 11. D. Mich. Piccartus Comment. in Aristot. Polit. Lib. VI. Cap. IIX. p. 940.*

Cur autem malè apud nos audiunt?

Causas reddit *Zepperus Lib. V. de Il. Mosaic. Cap. VII.* quod nempè isti carnifices & lictores ab initio facinorosi, & scelerati fuerint, quemadmodum adhuc hodie pleriqúe illorum turpiter & scelerate vivunt; Quod ad sordidissima quæque officia hodie à magistratibus adhibeantur, quibus etiam eo audaciæ & proterviæ progrediuntur, ut omnem simul modestiam & honestatem cum pietate exuant. Verum hæ cum rationes non ipsum ministerium & officium, quod Justitiæ attribuunt, tangant, sed potius ex accidente, & aliundè adveniant, sequitur, officium & ministerium, quod Justitiæ deferunt & attribuunt, non ipsos, sed ipsos potius officium commaculare. D. **Liebenthal** / *Coll. Pol. Ex. XII. Q. XII. p. 315.* Imò dicit *Zepperus l. c. p. 710.* lictores (qui à ligandis captivis & reis ita dicti sunt, *Pompon. Letus de Magist. Rom. Lib. I. Cap. II. p. 249. A. Gellius N. A. Lib. XII. Cap. III. p. 375.* seu dicitur lictor, quasi legis ictor, eo quod ad ejus officium spectat ferire, quem lex judicat feriendum. *Joh. Saresberiensis Policrat. Lib. IV. Cap. II. p. 180.* Non autem de lino, ob album filum de lino, quod insigne circum caput habuerint. *Joh. Faes de Vulner. Christi §. 203. M. Joh. Ernst. Büttner Disp. Hist. de Civitate Romanâ Virgidemiis exemtâ Art. 2. §. 2.)* & carnifices male nunc audire ex Papisticâ quadam irregularitate, quæ secundum ipsos quidem, ex quovis contrahitur homicidio; adeò, ut tam juste nemo alterum occidere queat, quin aliquid labis & noxæ inde contrahat,

trahat, quo minus ad Sacrum Ministerium queat promoveri: cum tamen Levitæ, aurei vituli cultores, in deserto mactarent, & Moses hoc supplicio manus eos suas Jehovæ consecrasse pronunciet, nedum ut à ministerio hâc de causâ arcerentur, Exod. XXXII, 28. 31. Et Ambrosius ex Prætore Mediolanensi, qui jus dixerat, & sententias tulerat, sine dubio criminales etiam, Episcopus designatus est. Non igitur dixerim valde bonam illam consvetudinem, quæ anteà in Saxoniâ; multisque insuper aliis locis Germaniæ adhuc hodie obtinet, ut si carnifex primo ictu aberret, repente promiscua in illum multitudo irruat. Hâc enim propositâ licentiâ, multa enormia existere necesse est. Et refert ex Lubecæ historia Justinus Goblerus uno die 5. lictores in carnificinâ à populo esse obrutos. Huic sanctioni sapientissimè obviam ivit *Carol. V. in Constit. de Capitul. Jud. Art. 97.* præcipiens: Facto post sententiam definitivam bacillo judicis, cumque lictor reum ad locum supplicii trahit, Prætor palam ac publicè exclamari, denunciarique, adeoque Magistratus atq; Potestatis nomine, sub capitali pœnâ, juberi faciat, lictorem nullâ ex parte remorari, aut impediri, etiamsi casus in eventu fuerit, nullas illi violentas manus injici. *Keckerman. Curs. Philos. Disp. 32. q. VI. p. 639. Dedeken. l. c. S. II. p. 35. seq. & in Append. p. 243.* Sic & hodiè die Leinweber/ Schäfer/ Barbierer/ Müller/ Zöllner/ Pfeiffer/ Trommeter/ Bader/ pro sordidis non censentur, quoniam honoratiorum tribuum sunt capaces, per *Ordinat. Pol. de anno 1577. Tit. 38. §. 1. Dn. de Rhetz. Instit. Jur. Publ. Lib. I. T. XIX. §. 22. p. 291. Danhaur. Theol. Const. T. I. P. II. S. II. Dial. 3. Art. 4. Q. VII. p. 723. 724. L. Christoph. Coriarius Diss. Inaug. de Jure restituendæ Famæ §. 33. p. 52.*

Multos in cœlum ducunt.

Die Lebens-Straffe ist vielmahls ein äusserlich Mittel/ dienend zur Bekehrung der Unbußfertigen/ und die in ihren unerkandten Sünden dahin wandeln/ welche auch darinne sterben würden/ wann sie nicht auf den Richt-Platz kämen/ und durch die Hände des Nachrichters ihnen die Thür in die andere Welt eröffnet würde. Dieses erkandte der Graff von Derby/ als er vor etlichen Jahren zu Bolton in Engelland hingerichtet wurde/ denn er bediente sich gegen dem Geistlichen/ welcher ihm beystunde/ dieser Worte: **Saget eurem Bruder/ daß ich es für eine grosse Gnade GOttes halte/ daß ich anhero gebracht worden bin. Denn ich hätte mitten in der Schlacht sterben können/ und also keine Mittel gehabt/ meine Sünde zubedencken/ und mit GOTT Friede zu machen.** *Joh. Merick Trauer-Schaub. Cap. XLVIII. p. 992.* Es war denckwürdig daß er just auf dem Platz/ da er vor diesem einen Haupt-Mann um den Halß gebracht/ enthauptet wurde; Also führets die Göttliche Gerechtigkeit wunder-

derlich) / und misset uns eben mit dem Maasse / damit wir andern messen. *M. Joh. Dan. Ernst / Bilder-Haus. P. III. Concl. I. Cap. XIX. p. 24.* Non temerè ergò sapiens quidam dixit, servatâ proportione, plures è patibulo, quam è lecto ad cœlum adscendere.

Veneficas tondent.

Carnifices, ex singulari sive superstitione, sive conjecturâ, in plerisque Germaniæ locis, veneficas torquendas tondent, arbitrantes, cacodæmonem, perversissimum divinarum actionum æmulatorem, in crinibus, vel capillis residere; iisdem verò detonsis recedere, quemadmodum Spiritus DEI Simsonem comâ orbatum deseruerit, Judic. XVI, 20. *D. Sam. Reyherus, in Rob. Scharrock. de Officiis secundum Jus naturæ Cap. XI. de Habitu Crinis, p. 469.*

CARNIFICUM

Gladius

Tremere dicitur, si quis facinorosorum è medio tollendus. Lavaterus Lib. de Spectris Part. I. Cap. XVII. ap. *Gaffarell. Curios. Inaud. P. II. §. 7. pag. 66.*

CARNIFICIBUS

An omnia adjudicanda, quæ gladio tangere possunt, in loco ubi Αὐτοχειρία commissa?

Carnifices aliquibus in locis id juris sibi arrogant, ut, quando quis sibi ipsi vitam ademit, ac *αὐτόχειρ* factus est, omnia eo in loco ubi propricidium commissum, quæ ipsi stantes juxta cadaver infra, supra, sursum ac deorsum in circumferentia gladio tangere possunt, sibi ceu lucrum aliquod certissimum vindicent. Sed male; Nulla enim juris ratio adest, quæ idipsum evincat. Si bonorum jactura *αὐτόχειρ* afficiendus, certè non carnifici, sed Magistratui illa adjudicanda. Nisi ergo contraria consvetudine aliud introductum, carnifici hoc jus nequaquam concedendum. *Dn. Carpzov. Pr. Crim. P. I. Q. II. n. 32.* ubi idem præjudicio confirmavit. *D. Sam. Stryck. de Jure Sensuum Diss. VII. Cap. III. §. 38. p. 429.*

CARO

Tartarorum sub ephippio macerata.

Die Tartern legen das Pferde-Fleisch zwischen dem Sattel und das

Pferd / darauf sie reiten/ auf solche Weise wird von der Bewegung und Hitze das Fleisch mürbe/ und halb gekocht/ und also essen sie es. *Tavernier H. O. Lib. I. Cap. II. p. 7. a.* Modum videre licebit ap. *Ennm. Francisci* Iust. Schau-Bühn. *P. II. p. 150. seq.* Nomades, ac insolens Hunnorum feritas nec semicrudas aspernata carnes est. Sarmatis quippè, Vandalis, ac innumeris aliis, equorum & vulpium carnes solatio sunt. *Cæl. Rhod. A. L. Lib. XXIIX. Cap. II. p. 497.*

Cur à Papistis prohibetur?

Rationem hujus prohibitionis hanc reddunt, quod carnes propter adipem & pingvedinem suam renes incendant, & carnis incitent appetitum. *Dn. Chrisst.* Wildvogel *in de eo, quod justum est circa Tempus Quadragesimale, Cap. II. §. 4.* In consessu nono Synodi Toletanæ Octavæ A. C. 671. habitæ prohibetur, ne quis sine inevitabili necessitate atque fragilitate, & evidenti langvore seu impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ carne vescatur, nisi à Sacerdote ei sit permissum. Rationes sunt: 1) Quia dies quadragesimæ totius anni sunt decimæ, quæ jure DEO consecrentur. 2) Quia Christus jejunando dies quadraginta expiavit peccata generis humani. 3) Quia par est, ut homo formatus ex quatuor elementis, propter transgressionem Decalogi, quater decies affligatur. Ecce quam firmas rationes doctrina Dæmoniorum de interdicto ciborum habeat, 1. Tim. IV. *D. Sal. Gesnerus de Concil. p. 327.* Christianos non esse, qui carnibus vescuntur in Quadragesimâ dicit *Bellarm. Lib. II. de B. O. Cap. IX.* Hinc A. 1538. Tholosanus quidam adolescens Nobilis, literarum studiosus, Lutetiæ fuit exustus, ob solum esum carnium. *Wolff. L. M. T. II. Cent. XVI. p. 437. a. Joh. Joach. Homborg. Diss. de Quadragesimâ §. 31.* Erasm. in Epist. ad Episc. Basil. de interdict. esu carn. ita: Veluti parricida, pene dixerim, rapitur ad supplicium, qui pro piscium carnibus gustarit carnes suillas. Et ibidem: Gustavit aliquis carnes, clamant omnes, ô cœlum! ô terra! ô maria Neptuni! Nutat Ecclesiæ status, inundant hæretici! ap. *D. Frid. Ulric. Calixt. Diss. Th. de Jejunio §. 47.* Utile esse hoc jejunium ad satisfaciendum DEO, & merendum beneficia DEI temporalia pariter, & spiritualia itidem asserit *Bellarm. l. c. Cap. XI.* ad expiãnda peccata *Azorius Instit. Mor. Lib. VII. Cap. XIV. 3.* Idquè rectè doceri, ac ex Scriptis Proph. & Apost. constare ait *Andr. Fabric. Harm. fol. 496.* verba habentur ap. *Gerhard. L. C. T. IV. p. 991. M. Sal. Stepner. de Sacro Christ. Publicis Cap. III. §. 168. p. 424. 425.*

Prohibetur & tamen adhibetur.

Jejunia se fovere simulant, sed egregiè mentiuntur, dum intereà conquisitis undequaque piscium (quod probè notat *Pontanus*, indeque è XII. Pisci-

bus

bus CXCV. fercula præparari posse memorat, *Progymn. Lat. XL. p. 1055. 1056.* imò eandem rem, seu caro, seu pisces sint, Germanicè, Italicè, Hungaricè, Polonicè, Bohemicè coquere se posse ait, ad quod alter sibi Gulam Hispanicam, Italicam aut Gallicam dari optat *l. c. ap. Stepner.*) ovorumque lautitiis, pigros ventres distendunt, temnentes publicè, quas privatim avidè carpunt. An. 1567. in Antwerpiensi incendio, quo per noctem Minoritarum correptum fuerat cœnobium, dilapsis illicò & dispersis Fratribus sanctis, non solum gallinæ assæ, & capones, verum alia etiam jejunii tempore vetita esculenta in mensis ab accurente vulgo sunt deprehensa, atque ex ipsis cellis quædam nudæ mulieres protractæ, & ad Auriacum perductæ, cum tamen proxime præteritâ Dominicâ carnes gustare tali quadragesimali tempore, veluti mortale peccatum è publico suggestu proclamasset Monachus, uti videre est, in *continuatione Germanicâ Sleidani Lib. III. p. 77. Franciscus Wörgerus in Historiâ Hamelensi contra Mart. Sboockium Cap. XII. p. 91.* Als des berühmten Grafen Capliers, Käyserlichen General Feldzeugmeisters/im vorigen Frantzösischen Kriege/Gemahlin/ einst in einem Lutherischen Orte des Melanchthonis Bildniß sahe/hat gesagt: Dieser hat sich gantz mager geglaubet/ und sie hat sich vielleicht gantz dicke gefastet/ sagte ein ander. *Dn. Zenneri Novelle* der Curiösen Welt/ *Anno 1696. mens. Maji, p. 1521.*

Suntne pisces?

In piscium esu Papistæ omnium jejunii sui rationem collocant, quæritur ergò, anne & pisces sint caro? Resp. Utique! Apostolus certè iis carnem disertè tribuit 1. Cor. XV, 38. Non omnis eadem caro, inquiens, sed alia quidem humana, alia pecudum, alia piscium. *Calixt. l. c. §. 50.* conf. & Levit. XI, 11. Plura dabit Tit. Piscis. Sic & Judæi inter piscem & carnem discrimen statuunt, *Buxtorff. in Syn. Jud. Cap. XII. p. 253.* nec mensæ simul apponunt, scribuntque cum, qui hoc fecerit, leprosum fieri ap. *eund. Cap. XXXIII. p. 598.*

Sacra nunquam fœtorem passa.

Inter decem miracula templi Hierosolymitani Caro sacra nunquam fœtorem, vel vermes passa, nec extinxerunt pluviæ ignem Altaris, nec prævaluit ventus columnæ fumi. *Lichtfoot. Hor. Hebr. & Talmud. Centur. Chorograph. Matthæo præmissa Cap. XXI. p. 186.*

Suilla cur prohibita?

Carnem suillam, quæ secundum omnes Medicos ex numero præstantissimorum ciborum, (*Cœlius L. A. Lib. XXV. Cap. XXVI. p. 339. seq. D. Zimmerm. Florileg. Philol. Hist. P. II. p. 636.*) & cui, juxta Plin. quinquaginta prope sapores,

qvum cæteris animantibus singuli modò sint. *Cæl. l. c. p.340.*) DEus prohibuit, & quidem non tantum carnis esum, verum etiam cadaveris contactum Levit. II, 7. Devt. XIV, 8. Cur? Quatuor potissimum hujus prohibitionis adduci solent causæ. 1) Ne amantissimi horti & agri referti oleis, aromatibus, vitibus, in illis locis per hanc bestiam funditus delerentur & perderentur. *Heidfeld. Cap. IX. p. 192. 193. Morneus de V. R. C. Cap. XXVI, p.470.* 2) Ne augescerent morbi in Judæis, qui alias erant proni ad lepram, *Goffarel. Curios. Inaud. P. I. C. I. §.3. p.17. Cuneus Lib. II. Cap. XXIV. de R. H. p.322. D. J. Frid. Mayer. Eclog. Evang. ad Dom. XIV. p. Trin. q. II. Laurent. Polym. Lib. I. Diss. XXIV. p.47.* Perspicuè ergo hoc ipso indicat, salutem corporis nostri sibi curæ esse. Quod si verò curat corpus nostrum, rem tam evanidam, quando magis curam aget animarum nostrarum, adeòque vitæ nostræ cœlestis. *Venerandus in tumulo Brentius in Cap. XI. Levit. p. 63. b.* 3) ut ex abstinentiâ à carnibus suillis magis eluceret pietas & obedientia Judæorum, & reverentia erga DEum, quemadmodum Adami obedientiam prohibitione ligni scientiæ boni & mali probavit. *B. D. Balduin. in 1. Tim. IV. Q. IV. p. m. 268.* 4) Quartam causam recitat *Lactantius Lib. IV. de Verâ Sap. Cap. XVII.* his verbis: Eodem spectat etiam carnis suillæ interdictio, à quâ cum eos abstinere DEus jussit, id potissimum voluit intelligi, ut se à peccatis atq; immunditiis abstinerent; est enim lutulentum hoc animal & immundum &c. (quanquam immunditiem non considerati, exemplo gallinarum demonstrant Judæi, quæ in sterquiliniis victum quærunt, ap. *Th Bartholinum de morbis Biblicis Cap. VIII. p. 43. 44.*) interdixit ergò, ne porcinâ carne uterentur, i. e. ne vitam porcorum imitarentur. *Frantz. H. A. Cap. XVI. pag. 174. seq. & Cyprian. in eund. P. I. Cap. III. N. XI. XII. XIII. p. 60. 61. 62. & C. XV. N. VII. p. 403. Giesebert. Deuteron. Harm. Cap. XIV. n. 50. p. 572. seq.* Discriminis & prohibitionis hujus ratio fuit Typica, Legalis & Physica, ut ostendit *Gerhard. de LL. Forens. & Cerem. §. 23. Conf. D. B. Bebelius Hist. Eccles. Noach. Art. 5. §. 4. p. 41. Dieteric. Antiq. Bibl. ex Psalm. 50. 10. 11. p. 420. Val. Henr. Voglerus ad Cap. XI. Levit. p. 101. seq. Joh. Andr. Danzius de Animalibus esu interdictis Cap. III. §. 3. p. 37. seq. D. Joh. Spencerus de Leg. Hebr. Ritualibus, earumque Rationibus Lib. I. Cap. V. S. II. p. 80. seq.*

Tempore Messiæ erit licita.

Notatu dignum, quod in lib. *Mekorchaim* legitur: Temporibus Messiæ cessaturum esse interdictum suillarum carnium. Nullam ergo causam habent Judæi, cur tantopere abominentur Christianos ob esum porcinæ carnis, cum ipsis constet, temporibus Messiæ abrogatum iri illud interdictum, vicissim Christianis constet, Messiam venisse, & re ipsâ hanc legem abrogasse. Procul dubio autem desum-

desumtum illud est è *R. Mose Nadar Schan*, qui allegante *Galatino sup. Gen XLI.* scribit: In diebus Messiæ OMNIA animalia fore licita, prohibita autem fuisse olim à DEo eam ob causam, ut probaretur obedientia populi sui. *D. Christoph. Helvicus Tom. IV. Giess. Diss. 9. §. 17. p. 205.* Finis legis Christus jam venit, cuncta legis obscura reserans: ideò omnia jam suis benedictionibus sunt reddita, finitâ jam lege: nec ad solemnitates ciborum est redeundum, quas & certa imperaverat causa, & jam sustulit libertas Evangelica, quod tamen intelligendum cum lege frugalitatis & continentiæ. *Tertull. in Epist. de cibis Judaicis.* Ex quibus promptum est judicare, quid de prohibitione ciborum sub Papatu sentiendum sit, ubi certi quidam cibi statis temporibus ac diebus sub comminationæ iræ DEI, & æternæ damnationis interdicti à Romanis Pontificibus fuerunt. Quæ prohibitio nihil aliud, nisi quidam à Christianismo ad Judaismum regressus, imò ipsius Anti-Christi doctrina, 1. Tim. IV. *B. D. Ægid. Hunnius in Cap. IV. ad Rom. p. m. 474.* Gentilitatem sapit, apud gentes enim abstinentiam à certis ciborum generibus, religionis causa, usitatam fuisse, plurimis leges ap. *B. D. Calov. Diss. de Jejunio Christi in Deserto S. III. §. 20. p. 117.*

Embryonum in cibum versa.

Gnostici liberorum procreationi impedimenta injecerunt, si quæ tamen fœmina concepisset, detractum fœtum in mortario contuderunt, & admixtis aromatibus consumserunt, dicentes: Hoc perfectum esse Pascha, *Micræl. L. II. S. I. Q XXXVI.* additâ prece: Gratias agimus, ô DEus, quod à Principe concupiscentiæ delusi minimè fuerimus. *Ursin. An. Sacr. Libr. II. Cap. XXVII. p. 150. M. Eberh. Rud.* Roth / *de Nicolaitis ex Apoc. II, 15. c. IV. §. 3.* Quemadmodum Antediluviani, Berosо autore ap. *Micræl. Lib. I. S. I. Q. XI.* carnem humanam, & abortus procuratos in edulium præpararunt. Judæorum in Ægypto, Cyrene & Cypro tanta fuit seditio, ut quadringenta hominum millia tanta immanitate trucidarint, ut carnes interfectorum comederint, & cruore eorum facies suas pinxerint. *Pappus Epit. Hist. Eccles. p. 110.* Unter ihren Obristen Andrea, zu den Zeiten des Trajani, haben die Jüden viel tausend vom Volcke ermordet / dero Fleisch gefressen / ihre Häute getragen / und mit ihren noch blutenden Darmen sich umgürtet. *Alex. Rossæus Tot. Orb. Relig. Divis. I. p. 48.*

Vitulina prohibita.

Valens Imp. legem per Orientem dedit, ne quis vitulorum carnibus vesceretur, utilitati agrorum providens. *Ursin. Quæst. Bibl. Lib. VI. C. VIII. p. 455. Cæl. Rhod. L. A. Lib. XXIIX. Cap. II. p. 497. & omninò Berneggerus Observat. Miscell. XXXIII. p. 228. 229.*

CARO

CARO

Est frenanda.

Dem alten Adam muß man nicht seinen Willen lassen / sondern dasjenige / was er gerne hätte / und schon zu haben vermeinet / dennoch mit Fleiß ihm wiederum aus den Zähnen rücken; wie also eines Abtes der Petrus Damianus (in Spec. magn. exempl. 78. p. 42.) gedencket / daß ihm eine gewaltige Lust nach einer Lamprete ankommen sey / welche er auch um ein ziemlich Stück Geldes einkauffen lassen. Als nun selbige auffs beste zugerichtet / itzt auf den Tisch gesetzet wird / und zugleich ein Bettler vor der Thür um das Beste von des Abtes Tafel inständig anhält / siehe / so bekommt der Abt ein Nachdencken / ob dieses Begehren auch wohl was sonderliches möge in sich haben? Entschleußt sich demnach alsobald / dis theure hoch-verlangte Special-Bißlein dem Armen miteinander zu übersenden. Welcher Sieg über das eigne Lecker-Maul auch so wohl abgelauffen / daß der Bettler mit samt der Schüssel sich zusehens in die Höhe gen Himmel zugeschwungen / anzudeuten / daß dieses der HErr JEsus / als ihm selbsten gegeben / und zugleich als eine Betäubung des alten Adams / gar sonderlich ihm habe gefallen lassen; Wir haben alle Tage Gelegenheit / solchen Sieg über unser lüstern Fleisch zu erlangen: Wohl dem / der sich in Zeitlichen mäßiget / und in Essen / Trincken / Kleidung / Ehre / Ergötzung und andern Dingen sein selbst Meister ist / gewiß es wird ihn nicht gereuen. *B. Geier. Temp. & Ætern. P. II. p. 78.* Derhalben wann dir ein unordentlicher Appetit zusetzet / und du lieber mit Ant. Caracalla, bey Anblick der entblößten Stieff-Mutter / quam vellem, si liceret! sprächest: **O wie gerne wollte ich / wann ich dürffte!** so laß dir ja nicht dein Fleisch zureden mit derselben Julia: Si libet, licet; **Willst du / so darffst du!** sondern erinnere dich **des Creutzigens** / Gal. V, 24. also daß du selbst deinem unbändigen Fleische mit Gewalt Nägel einschlägest / und also dich mit hercischen Muth betäuben und zäumen mögest. *Id. ib. p. 360.*

Est piger asinus.

Caro nostra est piger & refractarius asellus, cui camus & frenum debetur, Prov. XVI, 3. qui paleis, non hordeo pascendus, si recalcitrare pergat, ut ait *Hilarion Eremita.* Hunc asellum si Spiritu subigere, & CHRISTO adducere volumus, Satan & mundus nos interpellant: *quid facis, quod asinum solvere paras?* Cur illi molestus esse pergis? Satis superque temporis ante mortem adhuc superit, ut ad CHRISTUM convertaris; permitte prius carni tuæ, ut concupiscentiis suis liberè indulgeat & sine freno vagetur &c. Sed noverimus *huic asello*

suc-

ſaccos imponendos h. e. ipſum eſſe coercendum, & per quotidianam mortificationem ſubigendum, ut Spiritui obſequatur, & CHRISTO adducatur, ſatana & mundo fruſtrà obſtrepentibus, ſicut diſcipuli in aſinæ & pulli ſolutione fecerunt: quemadmodum enim illi non deterrentur contradictione & increpatione adverſantium, quo minus aſinam & pullum ſolvant: ſed reſpondent, quod juſſi erant, & faciunt, ad quod miſſi erant; Ita quoque in viâ mandatorum divinorum, in operibus noſtræ vocationis, in mortificatione carnis, in ſancto erga CHRISTUM obſequio, ſtrenuè progrediamur, nec deterreri nos patiamur, etiamſi variæ nobis objiciantur remoræ, varia obſtacula & avocamenta; ſuccedit enim felix & exoptatus eventus &c. *D. Gerhard. Harm. Evang. Continuat. Cap. CXLIV. p. 103. a. ap. M. Baum. in Anal. Allegor. p. 408.*

Et Sangvis, Epheſ. VI, 12.

Σὰρξ καὶ αἷμα phraſi Scripturæ totum Hominem, ut in ſe eſt, & DEO, ſeu divinæ vitæ opponitur, deſignant, Matth. XVI, 17. Gal. I, 16. Eſtque hæc locutio Judæorum Magiſtris perquam familiaris, qui cum hominem ſignificare volunt, utuntur tali periphraſi בשר ודם, *Caro & Sangvis.* Sic in Gemara Codic. Berachos Cap. V. parabola de divite epulone, Luc. XVI, ita incipit: משל למלך בשר ודם שעשת סעודה גדולה i. e Parabola Regis Carnis & Sangvinis (h. e. Hominis divitis) qui fecit convivium magnum. Huc pertinet illud Syracidis Cap. XIV, 9. γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος, ἡ μὲν πλάττει ἐπέρχεται δὲ γενεά. *Excell. D. Joh. Olearius Poſ. Philol. in Epiſt. Dom. Exercit. XLIIX. Poſ. III. p. 429.*

Regnum DEI non poſſidebunt, 1. Cor. XV, 51.

Nequaquam hîc ſermo eſt de ipsâ corporis humani ſubſtantiâ, in ſe conſiderata, cum in præcedentibus reſtitutionem illius abundè confirmaverit Apoſtolus, ſed uſitata Scripturæ phraſi, denotatur homo carnalibus infirmitatibus ſubjectus, & à vitioſa carnis prurigine nondum liberatus. Quamdiu enim hîc vivimus, cum carne nobis luctandum eſt, quoniam illa ſemper concupiſcit adverſus Spiritum, Gal. V, 17. ideoque vocamur σαρκικοὶ, vel carnales, venundati ſub peccatum, Rom. VII, 14. Hunc genuinum Apoſtoli ſenſum eſſe, patet ex immediatè ſequentibus, ἡ δὲ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ, *neque corruptio incorruptelam poſſidebit.* Hæc enim verba ſunt ἐξηγητικὰ priorum. Quarè nihil aliud innuitur, quam hominem carnalem, infirmum & corruptibilem non iri repertum in beatiſſimo cœlorum regno, ſed corpora fore glorioſa, à carnalibus affectibus liberata, ſtolâ juſtitiæ induta, & omnis corruptibilitatis expertia. Hanc interpretationem confirmat *B. Auguſtin. Lib. II. contr. Adverſ.*

verſ. Cap. VI. ita ſcribens: Paulus aut carnis & ſangvinis nomine corruptionem carnis ſignificavit, quæ in reſurrectione non erit: aut carnem & ſangvinem ad omnes illecebras ſecularium voluptatum carnes & ſangvini deditas retulit, quibus regnum DEI non poſſidetur. *B. D. Meisnerus Philoſ. Sobr. Tom. I. Sect. III. Cap. II. Queſt. III. p. 737.*

Fœnum, Eſ. XL, 6.

Eſt fœnum caro ſacra nos docet pagina, nempè
Subditur hæc falci Mors quoque ſæva tuæ.
At caro ſi fœnum eſt; numquid, qui quærit in illa
Delicias, brutum jure vocandus erit?

***

Sind Fleiſch und Heu nicht eins: wie uns die Bibel lehret.
Das Heu iſt falb und dürr/ vor war es friſch und grün.
Die Sichel hat dem Graß ſo Safft als Farb zerſtöret.
Der Tod legt alles Fleiſch mit ſcharffer Sichel hin.
Sucht iemand Fleiſches-Luſt: Und iſt das Fleiſch nur Heu:
So folgt/ wer jene ſucht/ daß der auch viehiſch ſey.

P. Abrah. à S. Clara, in Huy und Pfuy der Welt/ *in voc. Pratum.*

CARNIS

Eſus an ante diluvium?

Q. utrum Protoplaſti ſolis è terrâ ſponte natis, an verò etiam carnibus uſi fuerint? *D. Joh. Heinr. Hottingerus in Hiſt. Creat. q. 95. p. 307.* recenſet primò rationes affirmantium, quod ſolis è terrâ natis fuerint uſi, nempè, quia α) in donatione divinâ Gen. I, 28. 29. nulla conceſſi eſus carnium fit mentio. β) eſus carnium demum poſt diluvium permiſſus legitur Gen. IX. γ) communionem vitalis animæ ante multiplicationem in nihilum redigere, crudelitatis fuiſſet. δ) quia, quo ſimplicior fuit victus ratio, eò convenientior fuit ſtatui primo, eoque accomodatior vitæ naturaliter extendendæ. Deinde negantium argumenta proponit: 1) quod Deus uſum carnium nuſpiam prohibuit, 2) quod Judæi, etſi exactiſſimi præceptorum divinorum computatores, hujus tamen negativi præcepti, de non edendâ carne, nec volam habent, nec veſtigium. 3) quia homini conceſſit dominium in omnia animalia. Quorſum vero dominiū, ſi nullus concedatur uſus? (vid. omninò *Dn. C. Röhrenſee/ Diſſ. Mor. de Cede Hominis in Hominem* §. 7. *M. N. C. Remlingius de Domino Hominis in creaturas inferiores* §. 12. *ſeq.*) Tandem addit

addit suam *ἐπίκρισιν*: 1) Nulla dari potest ratio, quæ edendi licentiam, aut facultatem tollat. Dominium quippe Adamo concessum fuit in animalia non minus terræ & maris, quam in herbas & arborum fruges. 2) Abstinuisse tamen aliquò usque valde est verisimile, tum, ut ne individuorum singularium mactatione, ipsa aboleretur species; tum, quod natura loci facilius *λαχανοφαγίαν* admittere videretur, quam *κρεοφαγίαν*. 3) *Natura* tamen *arbitrio* hoc tribuendum, non *religionis exercitio*, quod frustra & absque ratione prætendit Corn. à Lap. aliique, qui jejunio, ab Ecclesia Romana, rigidâ nimis lege, imposito, fulcrum hîc quærunt. *M. Enoch Zobel Def. Orthod. de statu primi Hom. S. II. §. 23. p. 21.* Conf. *Erochmand. Art. IX. Cap. I. S. 7. p. 120 b. Chemnit. in Gen. Diss. 3. Cap. IX. Q. I. Selden. de Jure Nat. & Gent. Lib. VII. Cap. I. p. 829. Voss. de Idolol. Lib. III. Cap. LXV. p. 1074. seq. Aslacus Phys. Mosaic. in Gen. I, 29. Probl. 13. p. 285. 286. Tob. Pfanner. Syst. Theol. Gentil. Purior. Cap. VII. §. 9. p. 202. R. Men. Ben. Isra. el Conciliat. in Gen. Q. IX. p. 16.* Non est prætermittendum Jac. Capellum, Coccejum, Bochartum, Heideggerum, qui carnium esum antediluvianum adstruunt existimare locum Gen. I, 29. à dissentientibus oppositum suæ sententiæ non obstare, imò potius eundem rectè intellectum continere. Vertunt enim Textum Hebræum hac ratione: Ecce do vobis omnem herbam semen facientem, quæ est in totâ terrâ & omnem arborem, quæ habet fructum arboreum semen facientem, vobis erit ad comedendum, imò etiam omnem bestiam agri, & omnem alitem cœli, & omne, quod se movet in terrâ, in quo est anima viva, cum omni olere herbaceo in cibum, ap. *L. Cyprian. in Franz. H. A. P. I. Cap. III. p. 64.*

Quando cœpit apud gentes?

Asclepiades Cyprius in Commentario, quem scripsit de Cypro ac Phœnice, vivente Pygmalione, narravit, cœpisse mortales vesci: quamvis summo studio ipse novo huic cibo, ac *σαρκοφαγίᾳ* restiteri:, ut sceleri alicui ac nefario facto, usus atrocibus suppliciis in eos, qui primi hoc tentarunt, nec tamen gustatâ jam svavitate carnis ostendit homines indè absterreri pœnis ullis potuisse. *Petrus Victorius Variarum & Antiq. Lectionum Lib. XII. Cap. XII. p. 296. Cœl. Rhod. L. A. Lib. XXILX. Cap. II. p. 494. seq. Matth. Dresserus Isag. Hist. Part. I. Millen. 3. p. 198. 199.*

Esu & Christus & Apostoli abstinuerunt.

Consentinus Vincentius, Minimorum Provincialis, probare est conatus, Christum & Apostolos à carnibus abstinuisse, scilicet, ut Capucini Ordinis caput faceret, sed refellitur ab ipso Cornelio in proæm. min. Proph. ap. *Ursin. Quæst. Bibl. Lib. IV. Cap. VII. p. 214. 346.* Sicuti & idipsum de Jacobo & Matthæo probare nititur *Casalius de Veter. Sacr. Christian. Rit. P. III. Cap. LXIII. p. 319.* Vid.

& D. Joh. Frid. Mayerus in de Petri Apoſtoli Conjugio in Proœm. Apud Cartuſianos cimices nulli, quia carnibus abſtinent, inquit Cardanus, ſed refellitur à *Scaligero de Subtil. Exercit. CCXLVI. Cap. V. p. 757.*

Et Nazaræi.

Vel ut aliqui legunt apud Epiphanium, Naſachæi, abſtinebant à ſacrificiis, & fundendo animalium ſangvine (ſicuti & Saturniani apud *Papum Epit. Hiſt. Eccleſ. p. 202.*) adeoque nullâ carne veſcebantur, librosque illos Legis, qui extant, inque quibus Sacrificia commemorantur, dicebant eſſe fictos. *Micral. S. E. Lib. I. S. II. Q. 61.* Heinricus III. Imp. An. 1053. quosdam hæreticos, inter alia pravi erroris dogmata cum Manichæis omnis eſum animalis exſecrantes, conſenſu cunctorum, ne hæretica ſecta latius ſerperet, Goslariæ in patibulis ſuſpendi juſſit. *D. Caſp. Sagittarius in Hiſt. Goslariæ Cap. III. §. 20. Wolff. L. M. T. I. Cent. XI. p. 222. b.* Κρεοφαγίας originem & antiquitatem oſtendit *Strauch. Dub. Hiſt. Sect. 6. Poſ.*

Humanæ dulcedo.

Miram humanæ carnis eſſe dulcedinem, vel è ſequenti patebit exemplo: *Hector Boëtius Lib. XIIX. Hiſt. Scot.* inquit, captum fuiſſe latronem Scotum, & cum Conjuge, omniqueſamiliâ vivum combuſtum, qui adoleſcentes domum ſuam allectos eſitare, & quibus tenerior erat ætas, meliorque corporis habitudo, in ſummis delitiis habere, ſolitus fuerit: Uni puellæ ejus, nondum annum natæ, parſum fuiſſe; quæ vix duodecimum ætatis attigit, cum in paterno ſcelere deprehenſa, ut viva defoderetur, damnata, cum ad ſupplicium duceretur, omnibus exſecrantibus, torvo & taurino cum adſpectu: Quid, inquit, deſpuitis, credite, ſi experimento conſtaret, quam grata palato ſit caro humana, qui à liberorum eſu ſe contineret, inveniretur nemo. *Urſin. A. S. Lib. I. Cap. XLII. p. 60.* Ita perpetrati criminis impœnitens viva terra obruta eſt. *Zwinger. Th. V. H. Vol. VI. Lib. III. p. 1599.* Berchtoldus V. Dux Zæringenſis carnium humanarum ita fuit avidus, ut etiam ſervos ſuos occidi, & ſibi coqui mandaverit. *Lanſ. contr. German. p. 918.* Unus ex Paraquarenſibus A. 1637. Sororem, Conjugem, matrem cum omnibus liberis devoravit. *E. G. Happelius Theſaur. Exot. p. 114. vid. omnino Emſm. Franciſci* im Geſchicht- Kunſt- und Sitten- Spiegel / *Lib. II. Cap. XXV. p. 628.* Viri in Inſulâ Zipangri carnes humanas libentius edunt, dicentes illas cæteris carnibus eſſe meliores. *M. Paulus Venetus de Reg. Orient. Lib. III. Cap VII. p. 132.* Bello, quod Maximilianus I. Imp. cum Helvetiis A. C. 1499. geſſit, cum cæſi homines in locis ſylveſtribus non ſepelirentur, ſed à lupis devorarentur, tanta voluptas humanæ carnis vorandæ in lu-

pis

pis orta est, ut tam diurno, quam nocturno tempore pagos invaderent, & homines lacerarent. Ad eos exscindendos mandatum fuit, ut lupo apparente campanæ signum daretur, & communibus armis interficerentur. *D. Matthiæ l. c. p. 1025.*

CARNES

Elixæ, an assæ magis nutriunt?

Observatum ex Physicis: Elixa intus fieri sicciora, & inde nutrimenti minoris, quam sint assa, in quîs humidum gehuinum intus obseptum contineatur. Quod in illis evaporet, quoniam meatus laxet elixans calor, quo argumento etiam inalbescit jus. *Cæl. l. c. Lib. XXVIII. Cap. II. p. 496.* Germ. Caro assa dicitur Braten à πρᾶθειν, quod morę Doriço esset pro πρήθειν, urere. *M. Martin. Lex. Philol. in v. Assum.*

Semicoctæ in deliciis.

Carnibus semicoctis, quod iis plus succi inesse putant, delectantur Scoti pariter ac Angli. *Joh. Buno Introd. in Cluver. Geogr. Lib. II. Cap. XXIV. p. 189.*

Sine CARNIBUS

Non est lætitia.

Devt. XIV, 26. Et comedes ibi coram Domino. Inde jactatum apud Talmudicos proverbium: אין שמחה בלא בשר / Non est lætitia sine carnibus. Quo volebant significare, nullum est verum gaudium, quod non fieret cum Domino. *Fagius ad h. l. in O. A. p. 1230. & Grotius p. 1233.*

CARNIBUS

Hominum an in extremo necessitatis casu vesci licitum?

§. 1.

St. C. hic est. 1) Quæritur de carnibus hominum violentâ potius, quam naturali morte extinctorum, in bello præsertim. Quantum differant illæ carnes, etiam quoad vim nutriendi corpus, exponant Physici. 2) Q. de eo, qui citra naturæ abominationem & horrorem tali cibo frui potest. Si quis enim naturæ vim inferre velit, is ab *δυσχερείας* crimine haud propè abest. Sed tum sane intolerabilem famem hujusmodi cibi optimum oportet esse condimentum. 3) non Qv. an cuilibet id liceat; sed an illi, qui extremâ cruciatur inediâ, & aliis mediis conservandi vitam prorsus destituitur.

§. 2.

Nos cum Moralistis nonnullis à *Laymanno* laudatis *Lib. III. Sect. IV. §. 3.*

quibus & *B. Meisnerus Phil. Sobr. P. III. S. I. Cap. V. Q. III.* subscribit, licitum id esse probamus 1) Quia præceptum juris naturalis est, ut vitam suam quilibet tueatur: is verò seipsum perimit, qui extrema fame laborans cibo oblato non utitur, quo uti potest. 2) Quia moderamini inculpatæ tutelæ locus relinquitur in extremo vitæ periculo, ut impune invasor occidi possit: quanto magis hominis ab alio occisi, in extremo necessitatis casu, carnibus vesci licebit. Plures rationes collegerunt *Laymannus & Meisnerus ll. cit.*

§. 3.

Negativam amplectitur *Azorius Instit. Moral. p. 597.* cum aliis, quos *Laymannus* allegat *d. l.* Rationes, quibus negativa ipsius fulcitur, sunt I. quia præceptum juris naturalis est: ne carnibus humanis vescaris. Indè censet totam hujus controversiæ difficultatem in eo sitam esse, utrum præceptum juris naturalis (hocne, quod urget, an alterum pro affirmativa supra adductum) sit arctioris & strictioris vinculi, quos scilicet nos obliget, altero posthabito. II. quia cadaveribus mortuorum, & eorum quoque, qui in bello perierunt, jura sepulturæ tribuenda sunt. Ad I. resp. 1) illud esse τὸ κεινόμενον. 2) confundit jus naturale cum naturæ instinctu & appetitu. Huic enim, non illi, adversatur esus humanarum carnium, & quidem non simpliciter (quod experientia testatur) sed vel extra casum necessitatis, vel ratione certi subjecti. Ad II. resp. extra casum necessitatis omninò illud humanitatis & Christianæ caritatis officium vitâ defunctis exhibendum esse; sed in casu necessitatis præstat sepelire hominis carnem in ventre, quam in terræ gremio. Gregorii de Valentia rationes examinat Meisnerus l. c. *D. Heinr. Bauman. Diss. Eth. de Temperantiâ Quæst. III.* Si homo fame aut morbo difficili laboret, licitum est tunc ipsi ad depellendam famen, aut morbum, ut contra *Victoriam*, *Azorium*, aliosque ex *Cajetano*, *Abulensi*, *Lessio ac Navarro* notat *Laymannus*, carnibus uti humanis aut adipe hominis, vel medicamentis ex carnibus istis confectis. *M. Joh. Jac. Müller, Instit. Ethic. Positiv. Polem. P. II. Cap. X. §. 2. p. 107.* Conf. cum his *D. J. A. Osiander Th. Cas. P. II. Cap. VII. p. 1367. seq.*

CARNEVAL

Vid. Tit. Bacchanalia.

CAROLUS

Quid? Unde?

Carolus sive CARL significat virum fortem & bellicosum, & sic derivatur à radice Germanicâ KERL. Sunt etiam qui derivant à radice Latinâ, quod etiamnum frequentissimum est. *J. C. Scaliger de Subtil. Exercit. CCLXVI. p. 808.*

CARL

CARL prisca vox est, quâ robusti, fortesque viri designabantur. Id enim est *Carlmann*, quod *Andreas*. Alii à radice Hebræâ, nempè à קרא i. e. invocavit, & אל / DEus, ut Carolus idem sit, atque invocator vel cultor DEI. *D. Chr. Matthiæ l. c. p. 813. 1034. D. J. C. Becman. de Jure Idiomatis Cap. II. § 5. p. 68.*

Crassus Imp.

§. 1.

Nachdem er abgesetzet / gerieth in solches Elend / daß er hätte Hunger sterben müssen / wann ihm nicht Ludpertus, Ertz-Bischeff zu Maintz / Nahrung und Herberge geschaffet hätte. Heinrich Anshelm von Ziegler / Tägl. Schau-Platz der Zeit / *12. Jan. N. 1. p. 27.* Regino de eo ita scribit. Carolus (Crassus) inquit, corpore & animo cœpit ægrotare, mense itaque Novembr. A. C. 887. Tiburias venit, ibique conventum generalem convocat: cernentes optimates regni, non modò vires corporis, sed etiam animi sensus ab eo diffugere, *Arnulphum* filium *Carolomanni*, ultrò in regnum attrahunt, & subitò facta conspiratione ab Imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt, ita ut tridui spatio vix aliquis remaneret, qui ei saltem officia humanitatis impenderet, adeò ut de victu etiam ferè desperaret, nisi *Luidpertus*, Episcopus Tiburiensis (ubi in comitiis hæc fiebant) ipsi de victu prospexisset, *Arnulphus* etiam ejus Aulam suppeditatis sumtibus sustentasset. Erat res spectaculo digna, & æstimationis humanæ sortis rerum varietate miranda. Hæc *Regino*.

§. 2.

Premislaus, ein vertriebener Hertzog aus Böhmen / ist in solche Armuth gerathen / daß er im Jahr 1198. zu Regenspurg / da man eine Kirche bauete / damit er das arme Leben erhielte / in eines Taglöhners Gestalt / sich zu den Baumeister vermietet / und den gantzen Tag die Steine auf die Mauren gezogen. *M.* Boreg / Böm. Chron. *P. I. p. 192.* Landgraf Albrecht in Thüringen / zugenamt der Unartige / ist endlich so arm worden / daß ihn die Erffurter um GOttes willen auffgenommen und ernehret. Er starb Anno 1314. in eusserster Verachtung / als die Buben auf der Gassen ihn vielmahl mit Fingern ausgewiesen / und verlachet hatten. Becher. Thüring. Chron. *p. 331. 332.* Im Jahr 1404. ist Hertzog Philippus, der Kühne in Burgund gestorben / welcher eine so grosse und schreckliche Schulden-Last auf sich hatte / daß seine Wittwe sich aller beweglichen Güter / und fahrender Haabe / verzeihen müssen / und dessen zur Anzeigung die Gürtel / Beutel und Schlüssel / nach öffentlicher Gewohnheit / auf sein Grab geleget. *Zeiler. Epist. P. II. Ep. 509. p. 707.* Frau Isabella / König Christian / des Andern in Dennemarck Gemahlin / und Käyser Carol des V. Schwester / hatte an Gelde drey-

hundert mahl tausend Gülden Braut-Schatzes gehabt/ sie ist aber hernach mit ihrem Herrn in ein langwieriges Elend gerathen/ darinnen sie um alle das Ihre kommen/ daß/als sie im Jahr 1526. in Flandern in einen Garten gestorben/ sie mehr nicht/ denn drey hundert Holländische Gülden an baaren Gelde hinterlassen. Man hat ihr zu Gent diese Grabschrifft auffgerichtet:

En ego Danorum trillis Regina sepulchro
Ganda tuo capior, terra benigna vale!

Maria Medices, Königin in Franckreich/ der Groß-Hertzog von Florentz war ihr leiblicher Vater/ Heinrich IV. der mächtige König in Franckreich/ war ihr Ehe-Gemahl/ Ludwig der XIII. König in Franckreich war ihr Sohn/ der König in Spanien ihr Tochter-Mann/ der König in Engelland ihr Eidam; gleichwohl ists mit ihr so weit gekommen/ daß unter ihren grössesten Freunden und Bluts-Verwandten in gantz Europa niemand gewesen/ der sich ihrer in der Noth annehmen wollen/ wann nicht die Jesuiter und Patres zu Cölln das Beste bey ihr gethan/ so würde sie vor ihren Ende Mangel an Brodt gehabt haben. Sie ist daselbst im Jahr 1642. gestorben. Auf solche Weise ist es unzählich andern ergangen/ und sagt Lutherus dannenhero Tom. V. p. 1030. **Der Könige und Fürsten achtet GOtt/ wie die Kinder des Karten-Spiels.** *Dn.* **Ernst Confect-Tafel/** *Cent. I. Cap. C. §. 5. p. 648. seq.*

§. 3.

Agnoscamus igitur in persona *Caroli Crassi*, *primum*, verum esse dictum *Menandri: Felicibus omnes sunt cognati, sed nulla fides unquam miseros elegit amicos. Deindè*, quod fortuna plerumque eos, quos multis beneficiis ornavit, ad duriorem quendam casum reservet. Nam sicut *anteà secunda fortuna*, rebus, ultra quam posset, affluentibus, tot tantaque Imperii regna, sine laborum sudoribus & certaminibus *Carolus Crassus* attraxerat, omniumque regnorum avitorum Monarcha & Dominus factus, ita ut post *Carolum Magnum*, majestate, potestate, divitiis, nulli Regum Francorum videretur esse postponendus: *ita* nunc *adversa*, veluti in ostentatione fragilitatis humanæ deficiens, quæ fortuna cumulaverat, cuncta inhonestè in momento abstulit, quæ prospero arridens successu, quondam gloriosè attulerat.

§. 4.

Rectè itaque exclamat *Oedipus* apud *Senecam* in Tragœd.

Quisquam ne gaudet regno: O fallax bonum,
Quantum malorum fronte quod blanda tegit:
Ut alia ventos semper excipiant juga,
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta,

Quam-

Quamvis quieti verberant fluctus maris:
Imperia sic excelsa fortunæ objacent.

Quò pertinet & illud *Pausaniæ* latinè relatum *in Messeniciis Lib. IV.* Hominum alacritatem plerumque in rebus gerendis nihilo verò minus fatum, quam calculos fluviorum limus obruit. Rectè ergò *Plautus in Truculento* scribit: Actutum fortunæ solent mutarier: varia vita est. Nos divitem eum meminimus, atque iste pauperes nos, vertit sese rota vicissim. *D. Matth. T. H. T. P. p. 852.*

Magnus Imp.

A Pontifice Romano, adoratus. *Barthius Adversf. Lib. XLVII. Cap. IV. p. 2192.* Valdè delectatus libris S. Augustini, præcipue iis, quos de Civitate DEI inscripsit. *Herman. Conring. de Antiquit. Acad. Supplem. XL. pag. 323.*

Quæ insignia sepulchro affigi voluit?

Carolus Magnus cum in extremo mortis articulo constitutus, à suis rogaretur, quænam insignia sepulchro affigi vellet? Respondit: Sola Mortis insignia sculpantur, hæc enim est Regina illa potens, quæ omnes meas victorias in nihilum redegit, & de me ipso victore triumphum agit, hâc adscriptione: Sola mors omnia æquat. *Gregor. Turon. Lib. Hist. ap. M. Kadan, Onus. Ext. Part. II. Cap. Q. II. p. 310.*

Quos Principes adamavit?

Carolo Magno placebant illi Principes, qui essent Augusti Imperio, Pericles judicio, Alexandri bello. Idem dicere solebat: Optimus ille Princeps, cui nomen *Adamus*, cognomen *Abrahamus*, i. e. qui laboriosus ut *Adam*, pius ut *Abraham. Id. ib. p. 453.*

Ejus Symbolum.

Caroli Magni Rom. Imp. Christianissimi, Christianissimum hoc fuit Symbolum: CHRISTUS REGNAT: CHRISTUS VINCIT: CHRISTUS IMPERAT: Ex veteri dicto, ut opinor, sic immutatum, quod est apud Alanum: NUMUS VINCIT, NUMUS REGNAT, NUMUS IMPERAT UNIVERSIS. Quo equidem Symbolo summus ille, & maximus Cæsar confessus est: Se non, nisi in Christo gloriari: à quo Regnum est: à quo victoria est: à quo Imperium est. Malè enim regnat, qui sine Christo regnat: malè vincit, qui sine Christo vincit: malè imperat, qui sine Christo imperat. Siquidem Christus omnia nobis est, secundum Ambrosium: fortis, ut Bernhardus loquitur, auxiliarius, fidelis consiliarius, efficax Patronus: cujus providentia omnia Regna constituuntur.

SI CHRISTUS REGNAT, SI VINCIT, siq; TRIUMPHAT?
(& IMPERAT: idem)

Sit Præses Regni, Præses & ipse mei.

*** ***

Frustra vincere, & imperare frustra,
Aut regnare ferunt in orbe Numum,
Triumphareque: nota vox notha hæc est.
CRristus Maximus Optimusque vincit:
Christus Maximus Optimusque regnat;
Christus imperat, & triumphat unus:
Christus victor, & Imperator, & Rex
Cunctorum dominantium supremus:
Cum quo vincere, & imperare qui vult,
Aut regnare, beatus is triumphat.

Reusner Symb. Cæs. Rom. Germ. Classf. III. Symb. I. p. 1. 2. In agone, His oculis meis videbo DEum meum, extensisque brachiis dixisse perhibetur: His brachiis amplectar meum CHRISTUM. *M. Joh. Tungerlar. Prompt. Evang. Part. III. p. 141.*

Annulus.

Carolus M. annulo signatorio gladii capulo utebatur. *Rad. l. c. p. 273.* Conf. Tit. Annulus Caroli M. magicus.

IV. Imp. prodigus.

Caroli IV. Imp. perversitate Regnum Arelatense, quod Otto I. Imperio incorporaverat in perpetuum, ob unius solennis prandii præparati acceptionem in Ludovicum Andegavensem translatum fuit. *Wolff. Cent. X. p. 203.* Maximilianus I. pestem Imperii illum appellare solitus fuit. Promoturus filium suum Wenceslaum cuilibet Electorum 100000. flor. promisit. Cumque solvendo non esset, iisdem telonia maximè ad Rhenum oppignoravit, quæ in hunc usque diem extorquere ipsis Imperatores potuerunt. Quippè Electores antequam Imperatorem novum admittant, jurare eum cogunt, ratum habiturum omnes donationes ac concessiones antecessorum suorum. Carolo IV. successit Wenceslaus, cognomine Ignavus, qui veteres Caligulas, Nerones, aliaque portenta pessimis moribus, ac tyrannide suâ renovavit. Princeps profligatissimæ vitæ, & alter secculi sui Galienus, Imperii curam adeò neglexit, ut tandem cum nullis admonitionibus corrigeretur, Electores ipsum velut indignum & noxium deponerent, omnesque Imperii Ordines ab ejus fide & obedientia absolverent. *Georg.*

org. Hornius Orb. Imp. de Imp. Rom. Germ. Per. 3. p. 84. Als dieser Wenceslaus vom Reiche verstossen / schreibet Aventinus, Er habe solches nicht hoch geachtet / sondern gesagt / er sey wohl zu frieden / wann man ihn nur Jährlich vier Wagen voll Frantzösischen Weins gen Prag brächte / und er solchen auszutrincken hätte; Als er auch gehört / daß ihm ein Schloß abgebrandt / hat er gesagt / wann nur der Keller mit Wein unversehrt / wollte er es wohl verschmertzen. *Dieteric. Antiq. Bibl. p. 708.*

V. Imp.

Sui temporis miraculum naturæ dicebatur, de quo Ehrenberg *de Fœderibus* ita:

Carole mortales dubitant homo sisne DEusve?
Sunt tua sceptra hominis, sed tua facta DEI.

Quemadmodum olim ipsemet Delphicus Apollo de Alexandro, utrum DEum, an hominem eum salutaret, dubitavit, referente id *Themistocle in Orat. 4.* Nec dissimile hæsitationis istiusmodi exemplum videas ap. Auson. Epigr. 7. de Matre Augusti.

Ante omnes alias felix tamen hoc ego dicor;
Sive Deum peperi fœmina, sive virum.

Salm. P. II. T. II. p. 67. 68. Et Pisis in summo Templo hæc legitur Inscriptio:

Marthiæ Regis posita heic sunt ossa, probant quem
Fata fuisse hominem, facta fuisse DEum.

Chytræus Delit. Itin. p. 229. Huëtius Demonstr. Evang. Propos. III. §. 18. p. 54.

Sabinus Carolum V. hoc Epigrammate celebravit:

Dive quibus cœlo te, Carole, laudibus æquem?
Carole, non ipso, quem regis, orbe minor.
Cæsare quo major, validisque potentior armis
Nullus ab Augusti tempore sceptra tulit.

Osculatur pedes Pontificis.

Cum alia in Vaticano extant Diabolicæ Servi Servorum insolentiæ & superbiæ monumenta, tum imprimis Caroli V. Invictiss. Imp. quod ad posteritatis execrationem potius, quam felicem memoriam in Castello S. Angeli marmori incisum est:

E Lybiâ advenit Romanas victor ad arces,
Cæsar & in niveis aureus ivit equis.
Ille triumphavit, sed tu plus, Paule, triumphas,
Victor namque tuis oscula dat pedibus.

Georg. Kirchbusius Diss. Hist. Philol. de Osculis S. III. p. 12. Als dieser Käyser zu Bononien den 5. Nov. Anno 1529. vom Pabst gesalbet / ist an diesem Tage die Brücke zu Bononien eingefallen / anzudeuten / daß dieses der letzte Käyser seyn würde / welcher des Pabsts Füsse küssen / und die Crone von Päbstlicher Hand empfangen würde. *Nob.* Ziegler / *l. c. 24. Febr. n. 6. p. 180. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 707.* Quanquam & jam olim coronationem Pontificiam spreverint, & insuper habuerint Ludovicus Bavarus, aliique Imp. Vid. *M. Jac. Reichius Diss. Polit. de Coronatione Regiâ § 5.*

Pœnitentiâ ductus, quod Joh. Frid. Elect. Sax. aggressus.

Dicere enim solitus fuit: Hunc si reliquissem, qualis fuerat, mansissem & ego, qualis eram. *Wolff. C. XVI. p. 515. 516.* Hätte ich den bleiben lassen / wer er gewesen / so wäre ich auch blieben / wer ich gewesen! *Luther. Colloq. Mensal. Cap. I. p. 7. b. Thomas Stybarus in vitâ Joh. Frid. Elect. ap. Autorem Tubæ Pacis occentæ Scioppiano Belli Sacri Classico p. 146.* Pœnitentiâ etiam ductus, quod Regnum deposuerit; Denn als der Cardinal Granvellanus zu Philippo II. König in Hispanien sagte: Heute ists eben jährig / daß der Herr Vater Carolus abgedancket hat / da soll Philippus geantwortet haben: Und eben heute ists jährig / daß ihm solches gereuet hat. Recenset *Strada Dec. I. Lib. I.* sed addit: Hoc forte an ideò dixit Philippus, quia non putaret in Parente laudandum, quod imitandum sibi non statuisset. Neque in Commentariis super eo secessu vestigium ullum ejusmodi pœnitentiæ compertum fuisse dicit: nec decuisse etiam vivam adeò Magnanimitatis imaginem posteris exponi pœnitentiæ panno obvolutam. *Rev. Dn. M. Petr. Michaëlis in Nupt. p. 146.*

Lutherum effodi non vult.

Carolus V. Wittebergam ingressus, cum in Templo Arcis sepulchrum Lutheri conspexisset, & Episcopus Atrebatensis ei astans petivisset, Lutheri corpus effodi, & comburi tanquam hæretici; Respondit Cæsar: Non gero bellum cum mortuis. *Wolff. l. c. p. 665. b.* Sinite ipsum quiescere, usque ad diem judicii omnium. *D. Casp. Sagittarius in Hist. Joh. Frid. Elect. Sax. §. 21. p. 53.*

Terram Matrem osculatus.

Carolus V. cum Lareduni in Callaicis appulisset, terramque attigisset, prostratus ei osculum fixit, & Salve, ajebat, mihi optatissima mater: nudus ex utero matris exivi, nudus ad te, tanquam alteram matrem redeo: & quod unum possum, pro tam multis in mè meritis corpusculum hoc & ossa mea do dedicoque. *Lans. pro Hispan. p. 212.* Vix pedem verò navi extulerat, cum navis tempestate

peſtate ingenti oborta disjiceretur, quaſi non amplius Cæſarem vectura fortunamque ejus. *D. Beem. H. O. T. P. II. C. I. §. 7. p. 452.*

Vivus exequias celebravit.

Apparatum funus, & mortuale Sacrum mœſto Monachorum cantu peractum placidam Carolo requiem implorantium, eandemque canentibus immiſtus in ſe expectabat, donec Sacerdoti Miſſifico propior factus facem accenſam quam geſtabat, ei traderet: Poſtea ut erat bella fluxaque opertus veſte humi procubuit, renovatisque omnium, qui aderant, lachrymis, quaſi depoſitus, ſuprema lamentatione deploratus fuit. Sed proluſit ita vicinæ morti & altera ab exequiis die febri correptus, eaque paulatim excedente conſumtus fuit d. 21. Sept. A. 1558. *Id. ib. p. 453. Engelgrav. Cæl. Empyr. P. I. p. 535. ſeq. Picinill. Mund. Symbol. P. I. L. IV. C. XXV. n. 331. p. 293.*

Propter juſtificationem per fidem Papæis exoſus.

Huic Carolo, quod veritatem de gratuitâ Juſtificatione per fidem in Chriſtum amplexus fuerat, & hâc in re cum Lutheranis fecerat, non ſolum Papa ipſi exequias celebrare noluit, ſed & Inquiſitores Hiſpani (quos *R. Menaſſeh ben Iſraël* vocat crudeles, *de Reſurrect. Mort. L. I. C. II. §. 2. p. 17.*) ob hanc ipſam ſententiam oſſa ejus effodienda & comburenda cenſuerunt. *D. Henric.* Freiesleben/ *Diquiſ. Synod. VI. in Form. Concord. §. 16. D. Georg. Calixt.* GOttes zwiefache Bundes-Lade/ *§. 197. p. 213. ſeq. D. J. A. Oſiand. Theol. Caſſit. P. V. C. III. p. 613.* Conſtantino Pontio, qui Carolo V. à Sacris Confeſſionibus fuerat, eique poſt Regni & Imperii abdicationem ſemper adhæſerat, eandem ob cauſam vi Inquiſitionis in ſqualido carcere expirandum fuit. Freiesleben/ *l. c.*

CAROLI
V. Titulus.

Ampliſſimus hic eſt m. ſ. Carolus Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus: Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Aragonum, Legionum, Utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, Indiarumque & Terræ Firmæ, Maris Oceani: Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ & Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Crániæ, Limburgiæ, Lutzemburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neo-

patriæ & Wirtembergiæ: Comes Habspurgi, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Barcinonis, Arthois & Burgundiæ: Palatinus Comes Henegoiæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritaniæ & Zutphaniæ: Landgravius Elsatiæ, Marchio Burgoiæ, Oristani, Gotiani, ac S. Romani Imperii Princeps in Svevia, Catalonia, Asturia &c. Dominus Frisiæ, Vandalicorum, Portenojæ, Biscaiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ. Hos citandos duximus, quia differentiis aliquod variant, quæ præsentem Rerum Statum non uno modo concernunt, inquit *D. Becman. N. D. I. Diss. III. C. I. §. 1. pag. 62.*

Sceptrum.

Ita dicitur ab Athenæo, οἶνον κριθινὸν ὕδωρ hordeacea aqua. De Vino hoc hordeaceo haud ineleganter *Adr. Jun. in enigmat.*

Nomine sum vini non digna, vicem tamen hujus
Impleo, dum cerebri victrix percello cavernas:
Illud Sol radians, me Mulciber excoquit: amne
Gignor, alitque Ceres, madefactis farris acervis.

ap. *Heidf. Cap. XXI. p. 430.*

Vituperata.

Iniqvus huic potui est *Plinius N. H. Lib. XIV. Cap. XXII. p. 253.* quando de Zytho, seu Cerevisia ita exclamat: Hei mirâ vitiorum solertiâ inventum est, quemadmodum aqua quoque inebriaret! Et alius:

Qui

Qui docuit crasso Cererem confundere succo,
Huic iratus erat Bacchus & ipsa Ceres.
Nam Pelusiaci qui laudat munera Zythi,
Illi nec cerebrum, nec caput esse potest.

Eoban. Hessus:

Lenibus & nervis, cerebroque hic noxius humor,
Sæpe etiam lepræ semina fœda jacit.

Petr. Pagan.

Cervisiam Zytopœe coquens, potusque πολήτης,
Quem raro læta fronte Poëta bibit.
Abjicias lupulum lædentem claustra cerebri,
Agresti linquas hordea cocta gregi.
Undas anseribus: doctæ tua dona phalanges
Bacche bibant; posthac fac Zytopœe merum.

ap. *Text. l. c. p. 25.* Poëta quidam Anglicus ita:

Nescio quod Stygiæ monstrum conforme paludi
Cervisiam plerique vocant, nil spissius illâ,
Dum bibitur, nil clarius est dum mingitur, unde
Constat, quod multas feces in ventre relinquat.

*** ***

Der dicke Gersten-Safft/ den man sonst nennet Bier/
Bedünckt mich/ gleiche sich dem schwartzen Styx-Pfuhl schier/
Im Trincken ist es trüb/ im Wasser-lassen klar/
Die Hefen bleiben so im Leibe gantz und gar.

Erasm. Francisci lust. Schau-B. *P. I. p. 132.* Centum abhinc annis, à quo tempore cerevisiæ usus in Angliâ obtinere cœpit, incolarum vita brevior est. *Le Journal des Sçavans An. 1667. Ephemer. X. 13. Jun. p. 140.*

Laudata.

Etsi Julianus epigrammate quodam, quo cervisiam vocat οἶνον ἀπὸ κριθῆς, vinum ex hordeo nominat, eandem exagitet; & verum sit, vinum esse potum præstantiorem, quam est Cervisia; tamen experientia testatur, & hunc potum satis commodum esse, ac populos, qui eo utuntur, robore pulchritudine, corporisque bonâ constitutione iis, qui tantum vinum bibunt, vix cedere. *D. Dan. Sennert. Instit. Med. Lib. IV. P. I. Cap. IV. p. 859.* Præter nutriendi facultatem, quam ex hordeo, aut tritico nanciscitur, etiam medicamentosam facultatem ex lupulo salictario obtinet. Quapropter iis, qui eâ

modicè utuntur, vires corporis auget. Quod verum esse, septentrionalium locorum incolæ abundè testantur, quos robustissimos esse constat. Nec ita facilè ut vinum, lædit nervos, nec articulorum dolores, nec alia vitia, quæ vini potionem comitantur, creat. Medicamentosam vim à lupulo habent omnes cerevisiæ admodum amaræ, adeò ut urinam etiam moveant, & aliquid bilis etiam per alvum educant. *Leonhard. Fuchsius Instit. Med. Lib. II. S. II. C. XI. p. 320.* Perfectiorem itaque gustum, mentemque saniorem precamur Italis, qui cerevisiam capitali odio, & sic persequntur, ut eam à suis doliis & cellis vinariis gravi indicta pœna proscripserint. *Broihana*, cerevisiæ species, quæ à Hanoverano quodam nomen habet, sequenti laudatur disticho:

Grandia si fuerint toto convivia cœlo,
Broihanam superis Jupiter ipse daret.

Lans. pro Germ. p. 66. 67.

Qualis esse debet?

Non sit acetosa hæc cerevisia, sed benè clara,
De validis sit cocta granis, satis ac veterata.
De quâ potetur stomachus, non inde gravetur.

Opus Schola Salernitana de Conservandâ Valetudine Cap. XVII. XVIII. pag. 39. seq.

Steinaviensis.

Conradus, ein Hertzog zu Steinau in Schlesien / wurde zum Bischoff in Saltzburg erwehlet und beruffen; da er vernahm daß zu Saltzburg kein Bier / sondern eitel Wein wäre / kehrete er wieder in sein Vaterland / und Hertzogthum in Schlesien / und sagte: Se malle carere Episcopatu, quam Cerevisia Steinaviensi. *Christ. Nicolai* JEsus-Freude / *P. III. p. 227. Buno ad Cluver. Geogr. Lib. III. Cap. XIII. p. 239.*

Ne acescat.

Daß ein Bier nicht sauer werde / muß man zwo oder drey Hände voll klein geschnidtene Bertram-Wurtzel nehmen; ingleichen eine gute Hand voll Tausend Gülden-Kraut / so ebener massen klein geschnidten / hernach solches in ein sauberes leinen Säcklein thun / und ins Bier hencken. Oder man nehme ein heisses Gersten-Brod / lege nach und nach ein warmes Stücklein davon über den Spund / und lasse es allemahl erkalten. Ein Bier / das nach dem Fasse schmecket / läßt sich wieder zurechte bringen / so man eine Hand voll Weitzen-Körner in ein Säcklein ins Faß hänckt. *Zeilerus Cent. III. Quæst. Q. LXXIV. ap. Emsm. Francisci* lust. Schau-Bühne / *P. II. Convers. I. p. 142.*

Cere-

Cerevisiarii Fontes.

Intra Sudetes ad Silesiorum fines in angulo Occidentali Lusatiam versus sunt *Fontes*, quos Accolæ *Cerevisiarios* vocant, ob colorem & gustum Cervisiæ Secundariæ. *Schwenckfeld. de Fossil. Siles. p. 357. ap. D. Beem. H. O. P. I. C. III. pag. 100.*

Non CERTANDUM

Cum potentioribus.

Pygmæi Herculem adoriuntur. Emblema: VOLUNT, NON VALENT. *Thesaur. Inscript. p. 268.*

CERTUM

Non est certum, in quo non sit aliquid dubii, dicunt Ebræi ap. *M. Joh. Frid.* Stapeln/ *Exercit. Philol. de Vocula Man ex Exod. XVI, 15. §. 22.*

CERVA

Apud Turcas non interficitur.

Unicam hic liceat brevissimè referre fabulam, quam ipse ante annum, & quod excurrit, Vindebonæ ex ore Turcæ alicujus non infimæ sortis ex comitatu præsentis tum Imperii Turcici Magni Ablegati per Interpretem audivi, inquit *M. Gottfr. Emsmi Diatrib. Geograph. Histor. de SS. Apostolorum Evangelizantium Peregrinationibus §. 30. p. 50.* Hic inter alia narrabat: Turcas aliquam habere legem, quæ omnibus venatoribus interdicit in venatione cervam enecare. Addebat rationem, illam scilicet oriri ex singulari veneratione erga Magnum illum Prophetam JESUM, filium Virginis Mariæ, quia cum in infantiâ suâ cum Matre suâ ex Bethlehem in Ægyptum fugeret, in hac autem celerrima fugâ omni prorsus destitutus cibi ac potûs copiâ, à cervâ aliquâ ex DEI providentia comitante non solum ipse, sed Maria & Joseph lacte ejus quotidiè largissimè nutriebantur, & propter animalculi hujus CHRISTO Domino olim exhibitum beneficium, addebat, omnia specici hujus animalia in hunc usque diem apud nos non interficiuntur, sed honorificè conservantur.

CERVÆ

Comparatum Ecclesia 1) ob vivacitatem, 2) puritatem, 3) fœcunditatem. Vid. *Baum. in Anal. Allegor. p. 368.*

CERVUS

Peccatoris typus.

Cervus unico propinquante cane in fugam agitur; Lemma potest esse: NON REDDUNT CORNUA TUTUM! (Hinc *Cervinus Vir*, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis, quam viribus, vid. omninò *Ensm. Adag. Chil. II. Cent. VII. Cap. XXXVI. p. 541.*) Peccator, tametsi armis undique munitus, in corde tamen timorem assiduo lancinantem circumfert. David nondum peccatis atrocibus illis infectus, facinora magnanimo leone digna patravit; ubi peccaverat, mox timidus evasit cervus, & medios etiam militum cuneos trepidavit; ab Absalonis enim, proprii filii sui conspectu, fugam formidine plenissimam arripuit, qui anteà Goliathos & leones prostravit. *L. Cyprian. in Franz. P. I. Cap. XV. Monl. II. p. 400.* Comparantur & Pii cum cervis. Vid. *Baum. Anal. Alleg. p. 779. seq.*

Tentati, solatiumque anhelantis.

Eine Hindin fänget mit lechzenden Munde bey auffgehender Sonne den Thau von der Morgenröthe. Sinnspruch:

Mit Angst erstickt/
Von Trost erquickt.

Wer lang in tiesser Angst nach Trost gelechzet hat/
Da nirgend als bey GOtt zu finden Heil und Rath/
Der hat bey süssem Schein der neuen Gnaden-Sonne/
Nachdem er Trost erschnappt/ empfunden neue Wonne.

M. Schirmer *in Emblemat.*

In cassum laborantis.

Ein Kind auf einem Hirsch sitzend rennet mit einem Wurff-Pfeil einem Vogel nach. Sinnspruch:

INSEQUOR, NON ASSEQUOR!

Nachgejagt und nichts erjagt!

Durch kindisch Thun und Furcht kan nimmer man erjagen/
Was man zu haben wünscht. Man muß es kühnlich wagen
Und fahren mit Verstand/ mit Witz und Muth gewagt/
Wird manch erwünschtes Glück erworben und erjagt.

Id. ibid.

Curioſi.

Curioſitas novitatum eſt inſtrumentum Diaboli ad animas occidendas. Sunt enim curioſi homines ſilveſtribus cervis ſimiles, qui cum ſimpliciſſimi, omnem mirantur & ſtupent novitatem, & ita in equum vel bubulum accedentem ad ſe reſpiciunt, ut hominem appropinquantem & ſagittis ſe impetentem non advertant. Ita curioſæ mentes, cum circa quasdam novitates inutiles, ſed ſibi admirabiles occupantur, jaculo erroris vel elationis, vel alterius peccati à Diabolo feriuntur, 1. Tim. VI, 20. *profanas vocum novitates devita.* Sic curioſi fuerunt Athenienſes, Actor. XVII. 21. ad nihil aliud vacantes, niſi ad dicendum, aut audiendum aliquid novi. *Geminianus Lib. V. Cap. XXXIV. ap. Cyprian. p. 401.*

Cruciani.

— — Excutis unum?
Mox gravius portabis onus!

Ni peterent noſtram venantum ſpicula cædem,
Quam bona ſors cervo, vitaque longa, foret!
Nunc etenim ſylvas, nunc florida prata, pererro.
Flumina nunc trano, nunc juga celſa peto.
Langveo. Dictamno me recreo. Subdolus angvis
Me ferit? hauſta cito toxica pellit aqva.
Cornibus exonero (ſunt hæc mea pondera) frontem.
Quæ redeant ramo ſemper at aucta novo.
Mortales tolerate crucem, nec ponite veſtram:
Excuſſam gravius nam ſequeretur onus.

*** ***

Dünckt das eine dich zu ſchwer?
Trags/, ſonſt kommt ein ſchwerers her!
Wie in den beſten Stand / wie bey ſo langen Leben
Stünd' ich nicht / wann nur nicht der Jäger Birſch-Rohr wär!
Bald kan ich mich Holtz-ein / bald frey zu Feld begeben:
Ich ſchwimm durch breite Flüß / ſetz über Berg daher.
Mit *Dictam* lab ich mich. Wann mich die Schlange trifft /
So wird ein Waſſer-Trunck mein ſchleunigs Gegengifft!
Ich werffe vom Gehirn die hochgeſtiegne Stangen:
Weil End und Morchen mir zu überläſtig ſind.

Doch

Doch kommt ein neuer Kolb dafür hervorgegangen/
So/ daß ich immer mehr an mir der Lasten find.
Ihr Menschen tragt doch gern/ was ihr itzt auffgefast/
Sonst folgt dem kleinen Creutz bald eine gröſsre Last.

P. Abr. à S. Clara im Huy und Pfuy/ *in h. voc. p. 131.*

Julii Cæsaris.

Cervus hic cum in Sylvanactensi Saltu à canibus agitatus, in Regias, Caroli VII. Francorum Regis venantis manus, incidisset vivus; inventus est hoc titulo circa collum insignitus: Hoc CÆSAR ME DONAVIT. *Ricc. Hist. Franc. Lib. III.* Lemma: *Gerit iste Nomen Cæsaris, Cor non gerit.* In degeneres. Creditum est, hunc à Julio Cæsare fuisse manu missum, & quatuordecim secula superasse: Si fas est credere. *Thesaurus Inscript. p. 168.*

Alexandri.

Quem magnanimus ille Regnorum venator captum servavit, & suo nomine collari inscripto, restituit Sylvæ, hoc potest exhibere Lemma: Hostem Duci vicisse Magnanimo est satis! Alexander M. cervis torqves plurimis innexuit, qui post annum centesimum capti, nec dum senii indicium præferebant. *Solinus Polybist. Cap. XXXI. p. 246.*

Cypariſſi.

Quem cum puer adeò dilexisset, ut cornua illi, collumque non modo floribus, sed infulis, ac monilibus ornaret; mox à se inter dumos incautius peremptum cernens, insolabili dolore confectus est. Lemma: QUI ME PEREMIT, HUNC SUUS PERIMIT DOLOR. Nihil felicius, quam nihil minus amare.

In fugâ.

Fugax Cervus à Dianæ Nymphis indagine impeditus, omni spe fugæ præclusâ, ad Canum exitium cornibus ferocit. Lemma: Formido desperata fit tandem FUROR!

Cervâ Dianæ.

Albicolor, floribus redimita, & conspersa; quæ in Aulide pro Virgine Iphigeniâ immolata fuit, hoc gerit Lemma: MORS COROLLAS INTER ET FLORES LATET. Insidiosa hostium munera!

Telephi.

Mysorum Regis, Herculis Filii, qui ab Avo silvestribus beluis expositus, Altricis illius (Cervæ quam nutricem & alumnus in cursu æquavit, educatur.

Lem-

Lemma: NECEM PARENS MIHI ATTULIT, VITAM FERÆ. Plerisque humanius est exoticum, quam Patrium solum aut Themistocli.

Camillæ.

Volscorum Reginæ, quæ Infantula cum Patre, patrio Regno ejecta, & Dianæ dicata, eandem cum Telepho Feræ charitatem experta, Cervæ pernicitatem & Dianæ strenuitatem consecuta est. *Virg. 11. Æn.* Lemma: LEONIS ILLI COR ERIT, CERVÆ PEDES. Cœlica vis naturam superat.

Sylviæ.

Latinorum Regis Filiæ quam venantis Ascanii Canes dilacerarunt. Lemma: ORIGO BELLI BELUA, ET PACIS FUI. Nam ex Cervæ cæde Bellum Latinorum cum Æneâ: Ex bello Conjugium Æneæ cum Sylviâ; perpetuumque Fœdus est ortum. Sic sæpissimè adversa juvant; & in melius Fata vertuntur. *Thes. l. c. p. 152. 168. 169.*

CERVI & CERVÆ
In oblectamentis

Habebantur splendidioris fortunæ hominibus, scribit *Jac. Geusius P. I. Exercit. p. 63.* Virgines cervos & cervas in oblectamentum suum alebant, sicut nostri seculi Virgines nobiliores catellos fovent. *D. Zimmerm. Floril. Philol. Hist. P. I. p. 218.* eò quod in pilis & toto filo corporis aliquid habeant, quod mirè placeat. Unde veteres cervos, hinnulos ferasque alias congeneres aluerunt non solùm summo studio, sed & lavare & pectere, sertisque ornare aut torquibus & monilibus, consveverant passim, id quod ex Virgilio, Ovidio, Silio Italico aliisque autoribus demonstrat *Bochartus Hieroz. T. II. Lib. III. Cap. XXIII.* Cyclops ad Galateam ap. *Theocritum Idyll.* Alo tibi undecim hinnulos, torquatos omnes. *Zimm. p. 281. 282.* In Scotiâ Cervorum tantam tradunt reperiri multitudinem, ut in unâ venatione publicâ 1000. & 1500. capiantur & jugulenter. *Buno ad Cluv. Geogr. Lib. II. Cap. XXIV. p. 188.*

Ita & uxor, Prov. V, 19.

Cerva amorum & caprea gratiæ, scilicet sit tibi uxor juventutis tuæ. Maritus debet eandem amare, blande tractare, atque cunctas in eâ delicias suas quærere, quomodo alias Magnates hinnulos cervasque in palatiis suis cicuratas, in deliciis habere solent, iisdemque se oblectare. Talis amœna cerva fuit illa Sertorii, quæ aures caputque ipsius lambens fatorum responsa ipsi deferre credebatur ab Hispanis. *Val. Max. Lib. I. Cap. II. p. 10.* Cum Lemmate: *Plerumque melior Consul est indoctior* ap. *Thesaur. Inscript. p. 170.* Hujus-

modi manſveta atque à teneris cicurata cerva tibi quoque ſit tua uxor, quam propterea juvenculam duci vult Plutarchus, ut ſcilicet eo facilius inſtar cervæ teneræ ciciurari atque in mariti mores tranſire diſcat. *B. Geierus in h. l. p. 237. Glaſſ. Rhet. S. Tr. I. Cap. XI. p. 323.* Inde eſt, quod in Ebræorum matrimoniis etiam nunc Sponſa à Sponſo vocatur cerva, ut liqvet ex eorum Rituali, quod latinum fecit Genebrardus. *Cyprian. l. c. p. 399.*

CERVARUM

Et hinnulorum effigies in ſepulchris Turcicis.

In Serviâ erant in cœmeterio erectæ in palos aut longurios pleræque cervorum, & hinnulorum, & ſimilium ferarum de ligno dedolatæ effigies: cumque cauſam quæreremus, ajebant maritos, vel Patres eo monumento voluiſſe teſtari Conjugum, aut filiarum in obeundis domeſticis officiis celeritatem, & diligentiam; Erant item ad plura ſepulcra appenſæ comæ, quas mulieres, aut puellæ in funere neceſſariorum luctûs indicium poſuerant. *Aug. Gislen. Busbeckius Legat. Turc. Epiſt. I. p. 34.* Conf. Tit. Coma Berenices conſecrata.

Sitis, Pſalm. XLII, 4.

§. 1.

Quemadmodum cervus glocitat ad fontes aquarum &c. In Ebræo eſt תערוג, quo cervi vocem propria deſignari volunt Ebræi, quam ſingulari nomine neſciunt exprimere Græci ac Latini. Nam Virgilius cervos *rudere*, Oppianus in Halieuticis & Hieronymus in Job. XXXIX, 3. *rugire*, Xenophon *clamare*, Euſtathius & Ælianus *balare* dixerunt. Glocitando verbo, quod alias gallinis appropriatur, uſus eſt *Auctor Poëmatis de philomelâ*, & in verſione ſuâ adhibuit Junius. Lutherus generalem vocem, *clamat*, retinuit: Germanis Cervi dicuntur Gloßen / cum libidinis œſtro perciti circa diem Ægidii clamant. *Gmba p. 39.* Alii interpretes alium cervi affectum, aut geſtum expreſſerunt; Symmachus *feſtinat*; Græci, Hieron., Vulgatus, Chaldæus, Arabs *appetit* vel *deſiderat*. Occurrit eadem vox Ebræa adhuc ſemel Joël I, 20. *Etiam agri beſtiæ* (Silveſtres) *ad te* תערוג *clamant, quia exaruerunt alvei aquarum.* Ex quibus verbis alludentibus procul dubio ad verba Davidis colligitur, ערג *ang* eſſe anhelationem, vel vocem anhelantis & æſtuantis ex magnâ ſitu.

§. 2.

Cauſas ob quas præ aliis feris anhelet aquas cervus, tres attulit Kimchius; *Primam*, quia in arida loca, utpotè maximè ſolitaria, ſæpè metu hominum & ferarum cogitur ſecedere. *Secundam*, quia cum ſerpentum eſu incaleſcit, aquas quærit, ut refrigeretur. Idem putarunt è Græcis *Chryſoſtomus*, *Theodo-*

retus,

retus, è Latinis *Augustinus*, *Arnobius*, *Hieronymus* vel *Beda* verius. Conf. *Bosium de cruce Triumphante Lib. VI. Cap. XI. p. 605.* *Tertiam*, ut à venatorum & canum insectatione in profundis aquarum alveis se liberet, aut saltim ut longo cursu fessus se recreet. Ad aquam ex venatione cervo excitatam sitim, & expetitam recreationem, respexit David, persecutionibus hostium lassus, viribusque deficiens. Vid. *Geier. Funebr. P. I. Conc. V. p. 105.*

§. 3.

Quod mediam causam attinet, etsi cervos serpentibus pasci etiam perhibeant Xenophon apud Scriptores Geoponicos, Theophrastus, Plutarchus, Ælianus, Josephus, Lucretius, Lucanus, Martialis, Nicander, Plinius, Oppianus, aliique à *Bochartо* adducti *Hieroz. P. I. p. 885. seq.* tamen à nemine in nostris regionibus rem observatam, imò experientiæ adversam attestantur *Rollenhagen* in **wahrhafftigen Lügen** / *Cap. X. p. 92. Sperling Zoolog. p. 219. Voigt Delic. Phys. p. 325. Müller. Θηρολογ. Bibl. p. 271. Dn. à Hobberg. Georg. Curios. P. II. p. 608.* nihilominus antipathiam cervi & serpentis, ex fide veterani venatoris asserverat *Gnbap. 218.* Cancrorum comestionem à Franzio ex *Aristot. Lib. IX. Hist. Cap. VI. Plin. Lib. VIII. Cap. XXVII. Oppian. Cyneg. Lib. II. v. 284.* additam, credit veteres secutus *Sachsius Gammarolog. p. 437.* exsibilat itidem *Rollenhagen p. 94.* Capras verò serpentum esu valde delectari, in locis montanis pluries observasse dicitur, *Mich. Bohemus ap. Sachsium l. c. p. 464. L. Joh. Cyprianus Cont. in Hist. An. Franzii P. I. Cap. XV. p. 394.*

Partus difficilis Psalm. XXIX, 9.

§. 1.

DEUS l. c. dicitur perficere cervos. *Vox Domini* (h. e. tonitru) יחולל *cervas.* Quæ verba variè exponuntur, vel ob diversam acceptationem verbi Ebræi, vel ob aliquam, quam de cervis adjiciunt interpretes, proprietatem. Vatablus, Muis & alii explicant: Tonitru parturire facit cervas indebito tempore, i. e. ut abortiant præ nimio metu. Ita tonante cœlo abortum faciunt oves seorsim a grege vagatæ juxta *Aristot. Lib. IX. Hist. An. Cap. IV. & Plin. Lib. IIX. Cap. XLVII.* ac conchæ juxta eundem *Lib. IX. Cap. XXXV. Ammian. Lib. XXIII. Cap. XXXII. Marbodæum Lib. de Lapid. pretios. Cap. LXI.* Et humanorum abortuum causam existere aliquando tonitrua, compertum est. *Alii* reddunt: *Vox Domini facit, ut instar parturientis valdè angantur cervæ*, ingenti scilicet metu consternatæ. Hieronymus, Genebrardus ac Bochart. *coll. 891.* volunt, partum cervarum tonitru juvari, quippè quæ alias ob angustiam matricis partum habeant difficillimum, metu autem consternatæ ob paviditatem suam tanto enitantur facilius. Nam etiam apud mulieres terror partum accelerat. Hinc

Arabs Interpres de uxore Phineis dicit 1. Sam. IV, 19 *Dolores partus eam invasérunt præ vehementia timoris.* Alias de cervarum difficili partu, quem esu herbæ Seseli ipsæ sibi facilitent, referunt *Cicero Lib. II. de Nat. Deor. Plin Lib. VIII. Cap. XXXII.* Conf. *Dioscorid. Lib. III. Cap. LIII. Gmba Elaphograph. p. 40.*

§. 2.

Franzius ad explicandum textum Psalmi nos remittit ad Jobi cap. XXXIX, 4. 5. 6. 7. quorum etiam sensum reddit. Juxta *D. Sebast. Schmidium in Comment.* DEI ibi loquentis sententia hæc est: *Num nosti* (notitia practica, i. e. nosti efficere) *tempus, quo concipiunt rupicapræ?* (num) *concipere cervarum servas vel custodis?* (h. e. curasne & facis, ut tempus concipiendi suum constanter observent) v. 5. *Numeras tine menses*, (quos) *complent*, *& nosti tempus partus earum?* (i. e. num tu ille es, qui definis menses, quos cervæ uterum gestantes observant, & facis, ut accurate numerum teneant, quasi & ipsæ numerare possent) v. 6. *Incurvant sese, fœtus suos diffindendo se edunt*, dolores suos emittunt, (i. e. vix incurvant se ad partum 1. Sam. IV, 19. cum statim quasi diffindentes se eum excludere incipiunt, & dum vix viam diffissione pararunt, statim omnes dolores emittunt cum fœtu, ut post emissionem fœtus dolores multos non sentiant: quo referri potest, quod Plinius Lib. VIII. Cap. XXXII. addit, cervas mox à partu duabus herbis pasci, quæ *aros* & *seselis* appellantur; Conf. *Albert. M. de Animal. Lib. VIII. Tract. II. Cap. I.*) v. 7. *valent eorum pulli, crescunt* (*brevi tempore*) *in frumento* (in quod à matribus ad pascendum educuntur) *exeunt & non redeunt sibi*, (matres suas citius, quam aliorum animalium pulli deserunt, nec ad eas redeunt). Quod si ergò ex his locus Psalmi lucem capere debet, dicendum erit, tonitru partum cervarum faciliorem effici, immaturum fœtum communiter non excuti. Est verò perficiendi etiam notio, ad exprimendum יחולל nimis generalis *Cyprianus l. c. p. 396. Geier. in h. l. p. m. 481. Bochartus Hieroz. Lib. III. Cap. XVII. p. 891. Crellius Prompt. Bibl. in v.* Hinden/ *p. m. 496.*

§. 3.

Cerva fulminum fragore partum suum enititur: Emblema:

TERROR JUVAT.

Homines divino terrore perculsi, ad sanctos virtutum partus proferendos incitantur. Quo pertinet Es. XXVI, 18. juxta Versionem Græcam: *Propter timorem tuum, Domine, in utero accepimus, & parturivimus, & peperimus spiritum salutis tuæ. Augustinus in Psalm. CXLVII.* Territi præcavemus, præcaventes securi erimus. *Cypr. p. 399.*

Cornua.

§. 1.

Quotannis veris initio, cornua Cervos deponere, pingves & benè paſtos primos omnium, tardius & quandoque circa medium Aprilem debiles & macilentos, poſt Ariſtotelem Zoologi tam veteres, quam recentes conſtanter tradiderunt. In dubium vocavit annuum eum recidivatum *Voſſius Lib. III. de Idol. Cap. LVII.* inque partes ſuas traxit *Godofred. Voigtium in Deliciis Phyſicis Cap. IX. Sect. II. Queſt. I. p. 320. Queſt. II. p. 942.* Nihilominus infallibiliter veram communem ſententiam pronunciat *Redi p. 154.* & in eadem perſiterunt *Joh. Andreas Graba in Elaphographiâ, ſive Cervi deſcriptione Phyſico-Medico-Chymicâ Jenæ editæ An. 1667. p. 73. Dn. ab Hobberg Georg. Curioſ. Part. II. p. 607.*

§. 2.

Cornua ſua cervos ex invidiâ quadam ergo homines defodere, vel occultare qui ſcripſerunt, nugas vendidiſſe teſtatur *Redi*, per multos annos Magnum Ducem Hetruriæ in venationibus ſecutus *p. 143.* Eadem non pelli tantum capitis, ut vulgò ferè omnes ajunt, ſed tam firmiter duabus eminentiis è cranio in quatuor transverſorum digitorum altitudinem prodeuntibus affixa ſunt, ut ab iis citra fracturam cranii avelli nequeant, ſed ſerra, vel aliquo inſtrumento alio acuto ſeparari oporteat, utut tempore maturitatis ſponte decidant. Vid. *Redi p. 155. Joh. Ludov. Hanneman. in Addendis ad Ephemer. Natur. Curioſ. Germ. Dec. II. An. 5. p. 476.*

§. 3.

Per octo vel decem dies, ex quo cornua matura deciderunt, protuberare incipiunt nova, tenera & piloſa, nec piloſa eſſe deſinunt anteà, quam ſatis creverint, & jam plane indurata ſint, id quod trium ferè menſium ſpatio accidit, quo tempore cervus fricare illa ad truncos arborum & ſentium incipit, & pellem, qua teguntur panniculamentorum inſtar exuit; & ut plurimum cervi omnes circa finem Junii, vel medium Julii, cornua dura, & pilis nudata obtinent. Tanta moles ramorum, brevi tempore quotannis renaſcitur & creſcit, ex copioſo ſangvinis affluxu, in vaſis plurimis per cornua cervorum diſcurrentibus, quæ vaſa cum induratis jam cornibus, & ipſa induruerunt & evanuerunt, fit, ut deficiente nutrimento ſangvineo cornua decidant.

§. 4.

Helmontii judicio *in Tract. de Lithiaſi Cap. I. n. 13.* cornu cervinum eſt partim de materiâ oſſeâ, partim de materiâ ligneâ, & propterea ſpinas ac ra-

mos æmulatur, deciditque annuatim ob proprietatem frondium & partis ligneæ retentam. Addit *Zvelferus Pharmacop. Reform. p. 805. & Gruba p. 34.* ex sangvine, cum dispergi amplius non potest, putrefacto vermiculos nasci, qui radices cornuum continuò rodentes, ac à bregmate separantes pruritum excitent ac titillationem, ob quam cervi cornua arboribus affricent, atque delapsum facilitent; interdum eadem ramis arborum implicata avellant. Conf. *Christ. Francisci Paullini Cynograph. p. 170.* Soli etiam ex animantibus cervi cornua quotannis decidere, scripsit *Aristot. Lib. II. Hist. An. Cap. VII. Plinius Lib. IIX. Cap. XXXII.* Aliqui, inter quos *Voigtius p. 342.* putant, alces ac capreolos malè excludi, quos verò, qui hodiè inprimis alcem novimus, cervino generi annumerare licebit cum *Peyero de Ruminant. p. 33. Cyprian. l. c. p. 388. seq.*

Lachrymæ.

§. 1.

Quandoquidem nemo *Scaligero* lachrymam cervi exactiùs descripsit, *de Subtilitat. adv. Cardanum Exercit. CXII. p. 422.* placuit ipsamet ejusdem verba hic apponere. Ante centesimum, *inquit*, annum in Cervo nulla est lachruma: post eam ætatem accrescit, ad oculi canthum, ipsis ossibus, atque in os protuberans concrescit, eâ duritiâ, quâ cornu superet, qua parte prominet, rotunda est, insigni nitore, coloris fulvi, non sine vestigiis arteriorum, venularum, tanta levitate, ut penè tactum effugiat. Ita enim sese subtrahit, ut propemodum seipsam movere videatur. Adversus venena remedium præstantissimum. Peste correptis datur cum vini momento, unde tantus cietur sudor, ut penè totum solvi corpus credas. Qvum hæc in circulis aliquandò recitarem, unus ex his qui è Legatorum comitatu rerum Asiaticarum cognitionem profitebatur, negabat ad cervum quicquam attinere; sed esse verè lapidem. Ego illi postridiè ostendi, quâ parte ex osse fuisset avulsa; Hanc solimannus olim dono dederat Samblancardo triçrarchæ: at ego posteà, ejus filii Bernhardi munificentiam expertus sum.

§. 2.

Hactenus *Scaliger*; quibus adjiciendum est, quod Scribonius Largus de Lapide Bezoardico Cap. CLXIII. scribit; Cervis Siciliæ in angulo oculi, qui nares versus vergit, nasci sordes, quas Venatores contra omne oculorum virus & pharmaca deleteria in Cincto (quod capitis involucrum est) deferant. Has sordes *Joh. Langius* testatur, semet ex patulis infra cervorum oculos foraminibus eruisse, & in folio papyri involucro benè oleñtes per septennium illibatas servasse, *Epist. Medicinal. Lib. II. Ep. XXIV.* Hisce lachrymis lapi-

lapidem Bezoardicum natales debere quidam tradiderunt, ſed aliam ejus lapidis eſſe generationem, eundemque eximi ex hirci quodam genere, cervi magnitudine & agilitate ferè ſimili, pluribus probat *Henr. Salmuth. in Pancirol. P. II. Tit. III. p. 117. ſeq.*

CEUTA

Seu Septa ad Fretum Gibraltar Hiſpanis acceſſit vi Articuli II. Pacificationis Hiſpano-Portugallicæ An. 1648. Et ſane Hiſpanorum totiusque Europæ intereſt à partibus iſtis Mauros arceri. Nam ſi eas tenerent, non tantum communem cum Hiſpanis clavem maris mediterranei ob adſitum Fretum Gibraltar haberent, ſed ipſa Hiſpania ab invaſionibus eorum haud tuta foret: Quemadmodum cum antiquis temporibus eam occuparent, ratio in eo unice recubuit, quod per Ceutam apertum aditum inveniſſent. Fertur etiam Imperator Turcicus ſingulari Legatione circa An. 1650. Regi Hiſpaniæ S. Sepulchrum ſine aliquâ compenſatione obtuliſſe, ac præterea Regnum aliquod Africanum ſimul conjugio Fœminæ iſtius illuſtris cum Johanne Auſtriaco, quam Equites Melitenſes An. 1645 ceperant; Sed abnuit Generoſus Hiſpanus potiorem rem Chriſtianam quavis amicitia cum infideli ducens. *D. Beeman. H. O. P. II. Cap. I. p. 439.*

CHAM, CHAN

Tartarorum, Turcarum & Perſarum Titulus.

CHAMI nomen Tartaris illud eſt, quod Perſis *Schach*, & Turcis *Sultan*. Quid ſignificet, accipe è *Matthia à Michou* viro in hiſce talibus non leviter verſato, *Sarmat. Aſia Lib. I. Cap. VIII.* Imperator eorum dicitur ULU CHAM, quod ſonat Magnus Dominus, ſive Magnus Imperator, ULU enim Magnus, CHAM vero Dominus & Imperator eſt. Quod vidêre Scriptores medii ævi nonnulli & *Magnum Canem* appellarunt Vid. Tit. *Canis Nomen honoriſicum*. Hinc *Chambalu* Regia, ut putatur, Tartarorum ſedes. Malunt tamen Eruditi CHAN, quam CHAM dici, cum CHAN apud Turcas & Perſas etiam in uſu ſit. Talis erat CHAN, ſeu Præfectus Provinciæ Schirwan ap. *Olear. Itiner. Perſ.* CHAN Schamachiæ &c. *D. Beeman. Not. Dign. Diſſ. II. Cap. III. §. 5. p. 58. 59.*

CHAMÆLEON

Wird nicht von der Lufft genähret / ſondern entweder von den Thau / oder von Mücken / und andern herumfliegenden Gezieſer unterhalten / wie man auch an dem Americaniſchen Thiere Haud, oder Perillo ligero (welches wir Teutſchen Faulheit / oder Trägheit nennen) / dergleichen ſchon erfahren hat.

hat. *Emſm. Franciſci* Lufft-Kreyß / *Diſcurſ. II. p. 457. D. Jac.* Spon / *Hod. Lib. III. p. 76. a.* Es hat einen Magen und kleinen Darm / welcher nicht nöthig ſeyn würde / wann es von der Lufft lebete. *Paullini l. c. T. III. Cap. XXX. p. 818. ſeq.* Es iſt aber diß Thier eigentlich eine Art von Eidexen / und wird gemeiniglich gefunden bey denen Mauren / und bey alten verfallenen Häuſern. Daß es ſeine Farben verändere nach dem Cörper / welcher bey ihm geleget wird / bekräfftigen viele Scribenten / welches der bekandte Frantzoſe Scipion du Pleix, ſeiner ſcheinenden Haut zuſchreibet / welche gleichwie ein Spiegel die Farben der nechſten Cörper repræſentiret / doch unterſchiedlich / nachdem die Reflexion des Lichtes ſich ereignet. Es müſſe aber ſolches zu præſtiren ein heller Tag und Sonnenſchein ſeyn / wie er ſolches aus eigner Erfahrung könne beweiſen. Was aber ſein Leben und Nahrung / ſo er von der Lufft eintzig empfangen ſoll / belanget / ſo iſt ſolches / aus vorangeführten Urſachen / eine lautere Phantaſie und Erfindung der Poeten. Denn die Natur thut nichts umſonſt / oder ohne einigen gewiſſen Endzweck / daß er aber / in Mangel anderer Nahrung / ſich eine Zeitlang von der Lufft / nach Art der Spinnen / erhalten könne / wollen wir zugeben. Die Chimiſten / oder vielmehr Alchimiſten / deuten unter dem Bilde des Chamæleons auch eines von ihren geheimeſten ihrer groſſen Kunſt an / wiewohl man die Alchimiſten / welche ohne Grund in dieſem Wercke arbeiten / wohl ſelbſt Chamæleons nennen mag / weil ſie ſich mit nichts / als vieler Hoffnungs-Luſt ſpeiſen / und von ihrer Mühe nichts als Wind erndten. *Autor Relat. Europ. An. 1701. N. XXI. Q. XLI. p. 161. 162.*

VITA MEA VENTUS.

Ich muß nur vom Winde leben /
Nichts kan mir ſonſt Nahrung geben!

Dadurch wird abgebildet die Nichtigkeit des Ehrgeitzes; Dannenhero Statius, wann er ſeine Ehrſüchtige Affecten rund heraus bekennet zu ſingen pflegte:

— — Nos otia vitæ
Solamur cantu, ventoſaque gaudia famæ
Quærimus.

Wir pflegen unſre Zeit mit Loben zu beſingen /
Und ſuchen unſre Luſt in Wind-flüchtigen Dingen!

D. G. Dexelius in Delic. Emblem. Embl. LXI. p. 503. 504.

CHÆ-

CHÆREMON

Cum uxore vivus in cœlum sublatus.

Sub persecutione Decii Imp. totæ multitudines Christianorum in solitudines, & montes profugerunt, ibique oberrarunt, & fame, siti, frigore ac morbis interierunt, & à feris bestiis alii absumti, alii à latronibus barbaris capti & abducti sunt. Inter quos CHÆREMON, Episcopus Nilopoleos, grandævus, & ætate propè exactâ, unà cum uxore suâ ad montem Arabiæ confugiens, nusquam apparuisse legitur: & licet fratres aliquoties eum cum uxore quærerent, tamen neque ipsos, neque corpora ipsorum, uspiam reperiisse. Unde quidam conjectarunt, eos vivos in cœlum sublatos esse. *D. Pappus Epit. Hist. Eccles. p. 130.*

CHAOS

Primum quid? Gen. I, 1. 2.

§. 1.

Istud est rudis illa materia, & primorum corporum Seminarium, *ex nihilo negativo* productum. Istud Chaos fuit globus ex tribus corporibus primis Cœlo, Aqua (cujus appendix erat aër, tanquam Elementum Symbolicum) & Terrâ, locis nondum distinctis, sed adhuc confusis, ita, ut Terra gravissimum Elementum in centro aquarum, quas (cum aëre intercluso) iterum ambivit Cœlum, undique constitueretur conglomeratum. Vid. *D. Joh. Musæum de Creatione* §. 26. *Diss. Theol. p. 140. seq.* Hæc sententia placet etiam *B. Asselmanno T. I. fol. 425.* Gerhardo & communiter omnibus fermè Theologis. Quem confusum, exque tot nominatis corporibus compactum globum CHAOS communiter appellant; & ex istis verbis Mosaicis probant: *In principio creavit DEUS Cœlum & Terram; Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi, & Spiritus DOMINI incubabat superficiei aquarum*, Gen. I, 1. 2. quasi dicat, in primo Creationis & temporis momento DEUS istam corporum primorum, etiamsi nondum digestorum aut segregatorum confusam congeriem, nempè Cœli, Terræ & Aquæ (cum appendicula aëris, quia tenebrarum mentio fit super faciem abyssi) creavit. Vid. *Calov. Bibl. Illustr. h. l.*

§. 2.

Dixi autem *Semina*, i. e. Cœli, Terræ, Aquæ; quia nullum horum corporum tum distinctum fuit. Quare per προλῆψιν hîc Cœli, Terræ & Aquæ mentionem fieri existimamus, quoad esse scilicet distinctum, non quoad

esse actuale. Actu enim cœlum & terra erat in isto Chaos, sed confusè, ut elementa in mixto. Conf. adhuc *Calov. l. c.* Et hoc Chaos *immediate ex nihilo*, seu immediatâ creatione productum *in Principio*, Gen. I, 1. i. e. in primo creationis & temporis momento (quod ante primum triduum distinctionis præcessit) conditum fuit. *B. D. Scherzer. System. Defin. L. III. §. 10. p. 90.* Nec quicquam Omnipotentiæ DEI propterea decedit: est enim DEUS agens liberrimum, Psalm. CXV, 3. CXXXV, 7. quod autem profluit ex libertate agendi, non est impotentiæ, sed omnipotentiæ potius. Omnipotentia certè DEI non est periclitata exindè, quod hominem prius creavit imperfectum, & corpus ejus formavit ex limo, antequam eidem inspirabat animam. Neque hoc ipso impugnatur articulus fidei de creatione mundi ex nihilo. Dist. enim inter *creationem mediatam & immediatam*; Fecit DEus omnia ex nihilo, alia quidem *immediatè* (ut Angelos & animam) alia verò *mediatè* scil. mediante chao. *Damasc. Lib. II. de Orthod. Fid. Cap. ap. M. Ott. Ursin. in Quæst. Theol. Vexat. Q. XIX. p. 44.*

§. 3.

Dieser erste und unförmliche Klumpen kan auch abgebildet werden unter dem Sinnbild eines rohen Saamens/ daraus etwas kan gezeuget und auffgebracht werden/ mit dem Lemmate:

IN SEMINE FRUCTUS!
In mir verborgen liegt/
Was man für Früchte kriegt!

Unter dem Sinnbild einer Eisen-Lüppen/ daraus man allerhand Eisenwerck und Instrumenta kan schmieden und verfertigen/ mit der Beyschrifft:

ARS PERFICIT!
Des Künstlers Hand
Bringt mich zum Stand!

Ja es kan gar schön abgebildet werden unter dem Bilde eines Eyes/ mit der Beyschrifft:

AD FORMAS VARIAS APTUM.
Was siehst du hier? ein rohes Ey;
Doch nutzt man mich zu allerley!

HINC OMNE PRINCIPIUM!
Vel:
OMNIA { DE / EX } NIHILO.
Was nur ans Tage-Licht gekommen/
Hieraus den Ursprung hat genommen!

RUDIS

RUDIS INDIGESTAq; MOLES.

Nichts als Finsterniß und Grauß/
Aus den Klumpen sieht heraus!

Rev. D. Seiffart. Biblia in Imaginibus P. I. p. 28. seq.

CHARACTER
Papistarum indelebilis,

§. 1.

Bellarminus *Lib. II, de Sacram. Cap. XIX.* Catholicorum sententiam de Charactere aliquot propositionibus complectitur: quas ordine percensebo. 1) Signum aliquod Spirituale animæ inprimitur in quibusdam Sacramentis, quod character appellatur. 2) Character non est relatio; sed absoluta qualitas. 3) Character tria habet officia: aptum facere ad cultum divinum, configurare Christo, & distingvere ab aliis. 4) Character Sacramentalis in solâ animâ est, tanquam subjecto. 5) Character indelebilis est. 6) Tria solum Sacramenta imprimunt Characterem, *Baptismus, confirmatio, Ordo.* 7.) Nec Circumcisio, nec ullum Sacramentum veteris Legis imprimebat characterem in animâ. 8) Nullus in Christo character fuit creatus.

§. 2.

Verum enim verò in sacro codice de isto charactere altum est silentium. Cardinalis quidem pro suâ opinione tuenda quædam testimonia adducit: at perperam. Illa enim loqvuntur aut de Spiritu Sancto, quo pii sunt obsignati, Ephes. II, 13. & IV. 30, aut de ipso Christo, qui dicitur signum, Es. VII, 11. aut de Evangelio, cujus vexillum se erecturum esse, affirmavit Jehova, ut ad illud cursum suum dirigere tam Judæi, quam gentes, & ad portum salutis appellere possent. Cæterum ratiunculæ, quas Bellarminus intexit, non sunt dignæ, quæ cum examinentur, tum refutentur. Principio enim licet DEUS, suam nobis non infundat gratiam; tamen aliquid internum tribuit, puta Spiritum Sanctum, qui in cordibus nostris habitat, & clamat Abba, Pater, Gal. IV, 6. Deindè adulti baptizati sine fide aliquid accipiunt Sacramentale, nimirum quoad substantiam, non autem quoad efficaciam. Ad hæc homo semel tantum baptizatur, non, quia accepit characterem eum, quem Pontificii pingunt ac fingunt; Sed propter alias causas: quarum etiam hæc una est, quam *Joh. Ferus in Joh. Cap. III.* commemorat. Sicut inquit, homo semel tantum nasci potest: sic semel tantum baptizari. *M. Jac. Reneccius Panopl. Tom. IV. Cap. XV. p. 182.*

§. 3.

Character hic est nota Antichristi ; Antichristus enim daturus erat suis asseclis characterem in manu dextra, aut in frontibus suis, Apoc. XIII, 16. Jam verò hoc facit Papa Romanus. Duplex hic nominatur character. *Prior* est, quem dat suis gregalibus in *manu dextrâ*. Iste character datur 1) *Sacerdotibus:* Estque chrisma Pontificum, & *character indelebilis*, qui aliis Sacerdotibus, aliisque personis consecratis imponitur. Qui itâque vult conferri sibi potestatem aptandi Missas, earumque celebratione nundinandi ac negociandi, & certo statoque precio vendendi merita Missarum : aliasque ejus farinæ merces : is hanc vendendi facultatem prius non consequitur, quam in manu dextrâ suâ bestiæ characterem accipiat, id est, nisi execrabile chrisma (nefandis exorcismis, incantationibus magicis, & plus quam Ethnicis superstitionibus apparatum) inungatur manu, & sic imprimatur ei indelebilis ille character, atque insuper in manum dextram tradatur ei poculum Apocalypseos, hisce abominandis verbis : *Accipe potestatem sacrificandi DEO & celebrandi Missas pro vivis & defunctis nomine Domini.* Sic ergò impresso characterе adscribitur sacrificulus intimis negotiatoribus magnæ Babylonis, ut ex arbitrio possit nundinatione Missarum, aliisque fictitiis verbis negotiari, Apoc. XIII, 17. 2. Petr. II, 3.

§. 4.

2) Laicis : qui enim participes optant esse Præbendarum, aut quorumcunque beneficiorum, imò regnorum, Principatuum &c. hæc illis non conferuntur, nisi manu dextrâ secundum formulam præscriptam, certisque verbis conceptam jurent in Articulos Ecclesiæ Romanæ. Quo quidem juramento fidelitatis & obedientiæ dextrâ manu præstito, obligat sibi bestia, Romanus Papa Cæsares, Reges, Præsules, pusillos, magnos, liberos & servos, Apoc. XIII, 16.

§. 5.

Posterior est, quem dat suis asseclis in frontibus suis : hoc est chrisma illud, quod illinitur in fronte divitibus & pauperibus, magnis & pusillis, liberis & servis, & quidem in altero Pontificio Sacramento, quod Confirmationis appellant. Unde *Canon Concilii Tridentini* hoc de characterе est : Si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, confirmatione & ordinatione non imprimi characterem in anima, id est, signum quoddam spirituale & indelebile, unde ea iterari non possunt, anathema sit. *Renec. l. c. Cap. IX. p. 115. Franciscus de Roye Jur. Can. Instit. Lib. II. T. VII. p. 163.* Concedo, ut characterem hunc Papa imprimat, ignorante CHRISTO, sitque hoc ipso Sacerdos eo consecratus, non tam CHRISTI, quam Papæ perpetuus servus & captivus. *B. Lutherus Tom. II. Jen. de Captivitate Babylon. in fin. p. 299.* Hos initiari sancit, rasura

capitis

capitis, unctione digitorum & veſte longa, fingens indelebilem characterem ſeſe cordibus imprimere, qui potius eſt character ille beſtiæ in Apocalypſi. *Id. ibid. de Arrogandâ Miſſâ f. 486. b.* Sic & baptiſmo falsò tribuunt, ac ſi per eundem character quidam indelebilis imprimeretur, & ſpiritualis quædam, quæ matrimonium impediat, cognatio contraheretur. Quas nugas, cum nec ſecum, nec cum Scripturis conveniant, omnique fundamento deſtituantur, recitare eſt confutare. *B. Scherzer. Syſt. Def. Lib. XIV. §. 22. p. 372. Chemnit. Exam. Conc. Trid. P. II. de characlere p. m. 45. ſeq. D. Val. Alberti Intereſſe Relig. Artic. VIII. p. 393. ſeq.* Character hic eſt inutilis, tam apud DEum, qui charactere hoc, ad nos diſcernendos, non indiget; quam apud vel inter homines tam in hâc vitâ, quia putatur eſſe Spiritualis, qui ſenſus noſtros fugit, quam in vita futura, quia ibi nec beati, nec damnati hoc charactere ad diſcretionem opus habebunt. Quicquid enim characteri huic tribuitur, ad gratiam ſanctificantem revocari poteſt. *D. Barthold.* Holtzfuß / *Diſſ. Th. de Sacramentis in Genere §. 20. p. 51.*

CHARACTERES
Magici.

Hos multi adhibent adverſus fulgura & tempeſtates. *Gaffarell. Curioſ. Inaud. p. 145.* morbos, *B. Chemnit. Loc. Th. P. II. p. 53. a.* peſtem, *D. Phil. Müllerus de Nom. in Cœl. Script. ex Luc. X, 20. C. I. S. I. §. 49. p. 28.* ut nullo modo vinciri vel ligari poſſint, *Car. du Freſne Gloſſ. T. II. p. 311.* &c. Sed benè ejusmodi remedia in Jure Canonico, laquei & inſidiæ antiqui hoſtis, vocantur, quibus perfidus ille genus humanum decipere nititur. Solent quidem ſuperſtitioſorum remediorum Patroni ad experientiam confugere, ob quam DEUM per talia remedia ægrotis ſuccurrere credunt: Verum, nil inde ſolatii, cum negari nequeat, Satanam, ſicut aliquando DEO permittente morbos inferre, ita quoque eodem permittente per ſuperſtitioſa remedia morbos abigere, aut dolores lenire poſſe. *Petr. Gregor. Tholoſ. Synt. Jur. Lib. XXXIV. Cap. XVII. pr.* ubi plura exempla hujus rei legi poterunt. Vid. omninò *D. Stryk. in Brunnem. Jus Eccleſ. L. I. C. VI. m. 7. p. 225. 226. & Titulus: Amuleta. M. Val. Erneſtus Laſcherus Diſquiſit. Antiquaria de Talismanibus §. 20. Theatrum Diabolorum* im Zauber-Teuffel / *p. 183. ſeq.* Diabolum & ſuis Characteres imprimere habet *Anborn. Magiolog. P. II. C. II. §. 5. p. 265.*

Ducis de Montmuth.

Ein merckwürdiges Exempel ſolcher zauberiſchen Buchſtaben hat man an einer vornehmen Perſon vor etlichen Jahren erlebet / indem der be-

kannte Hertzog von Montmuth in Engelland sich dahin verleiten lassen/ durch Carmina magica, oder Spels, wie sie auf Englisch genannt werden/ sonderliche Dinge in seiner Entreprise und der Bataille auszurichten/ indem er unter andern Sachen deraleichen Buch bey sich gehabt/ wie er unter dem Busch/ wohin er sich versteckt hatte/ herausgezogen worden; Wie fatal unterdessen der Ausgang gewesen/ zeiget die Execution, da dieser Jacobus, von dem Könige Jacobo, auf Jacobi Tag enthauptet ward. **Hamb. wochentl. Curiös. Zeit-Vertreiber** / *An. 1700. N. 17. p. 135.*

Episcopi Monasteriensis.

Merckwürdig ist es ebenfalls/ daß/ als der Bischeff von Münster Anno 1672. Gröningen belagert/ und viel Bomben vergeblich einwerffen lassen/ eine so sehr groß/ gelöschet/ und wie man sie auffgemachet/ auf einer kupfferen Platen folgende Buchstaben gestochen gefunden:

Pater & Principium, Sapientia Filius un Spiritus & Sancti & Siranus mto. BCDEMCEINUS DC. DC. DDNE OPE HOPRTGCHNAP. Amen.

Einige hurtige Geister vermeinten diese Characteres zu entziffern/ sie waren aber nichts anders als zauberische Beschwerungen/ wie aus Wieri Buche von der Gauckeley und Beschwerungen der bösen Geister zu ersehen ist. *E. G. Happel.* **Kern-Chron.** *ad ann. cit. mens. August. p. 38. 39.*

CHARITAS

Margarita illa pretiosa, Matth. XIII, 45.

August. tr. V. in Ep. Joh. quærit, cur negotiator ille Evangelicus, qui plures inquirebat margaritas, inventâ unâ pretiosâ contentus, emerit eam, Matth. XIII, 46. & respondet: Hæc est charitas, sine quâ nihil tibi prodest, quodcunque habueris, quam si solam habeas, sufficit tibi. Verum undè sufficit? Ad hoc respondet Clemens Papa in Ep. ad Jacobum: quia omne bonum, si in vobis fuerit charitas, vos facere docebit. Velut frugi apicula per omnes virtutum flores circumvolat, earumque succum melleum in amantis animam comportat.

Dux & Regina omnium Virtutum.

§. 1.

Origines in cit. Matth. XIII. locum scribit: margaritas conchis inclusas ducem unum instar apum habere, cæteris grandiorem, qui totum agmen ducit: Eo capto, inquit, ferunt nullo negotio capi huic subditum agmen, quippè nulla

nulla jam ſubſiſtente ex toto grege, ſed unaquaque, ceu loro vinctâ, ſequente gregis Ducem. Ita prorſus charitas Dux & Regina omnium virtutum eſt, quâ habitâ, nullo negotio ſeqvuntur, & comparantur omnes virtutes: Ea deſideratâ, nulla verè poſſidetur aut acquiritur, cum eâ ditiſſimi, ſine eâ pauperrimi ſimus; Undè Apoſtolus: Si lingvis hominum &c. 1. Corinth. XIII. E contra qui eam habet, omnia habet, quia ut ibidem ait: charitas patiens eſt, benigna eſt &c. Optimè & ſuccinctè *Auguſt. Serm. XXXIX. de Temp.* Charitas in adverſitatibus tolerat, in proſperitatibus temperat, in duris paſſionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutiſſima, in hoſpitalitate latiſſima, inter veros fratres lætiſſima, inter falſos patientiſſima, in Abel per ſacrificium grata, in Noâ per diluvium ſecura, in Abrahæ peregrinationibus fideliſſima, in Moſe inter injurias leniſſima, in David tribulationibus manſvetiſſima, in tribus pueris blandos ignes innocenter expectat, in Maccabæis fortes ignes fortiter ſuffert, caſta in Suſanna erga Virum, in Hannâ poſt virum, in Mariâ præter virum, libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Chriſtianis ad confitendum, divina in Chriſto ad ignoſcendum. Ita Auguſt. ap. *Matth. Fabrum in A. O. C. Tripart.*

§. 2.

Charitas Magiſtra quaſi & Regina chori, in omnes partes & occaſiones officioſa, perindè ut Symphoniæ Magiſter, nunc aſcendentes juvat, nunc levat deſcendentes, colliſionem diſſonantiarum quartæ, ſecundæ, ſextæ ſvavibus aut conſonis; aut ſemitoniis attemperat: ita illa noſtra virtutum Theologicarum princeps, quemlibet ſuo loco relinquit, limites officiorum nec invadit, nec movet, nec ſuſpiciosè ſimplicium innocentiam arguit, nèc ſiniſtrè alienamentem interpretatur, nec livorem ſuum aliorum fortunâ paſcit: nec incenditur criminantium maledictis, provocata injuriam non molitur, labentes erigit, dolentes ſolatur, errantes ducit, laborantes confirmat, duros heroicâ animi προθυμία tolerat, benè de univerſis meretur. *B. Danh. Homil. Academ. II. p. 70.*

Incipit à ſeipsâ.

Charitas benè ordinata incipit à ſeipsâ, *l. qui ſervandarum 14. ff. de præſcript. verbis, l. Præſes 6. C. de ſervit. & aqua* (ubi Imperat. crudelem vocat, qui rivos aliò derivat, cum agros ſuos ſiti ſinat emarceſcere). Charitas quidem in alium fluit, ſed in ſe tandem quaſi refluit ac revocatur: nam ut ſphæra in ſe revolvitur: ita adfectus veluti per circularem amoris motum in ſe reflectitur. Et quorſum ſunt illa proverbia? Proximus ſum egomet mihi: unusquisque eſt nihil aliud, quam mens ſua: Amicus eſt alter ego: unus animus omninò non ſapit, qui ſibi non ſapit. Tunica pallio propior: Interula magis ſtringit, quam tunica: das Hemde iſt mir näher/ als der Rock. Charitas ordinata amat ſe

plus

plus in ungve pedis, quam adversarium in vertice capitis, (*Balthas Conf.* CCCXII.) Mille sunt alia loca, quæ palam arguunt maximam dilectionis flammam in ipsis præcordiis naturæ quasi prunam sub cineribus scintillare. Primum hunc sui amorem cuivis animanti natura dedit, ratio svasit, Philosophia, quæ est rationis norma, approbavit, verba *Cisii Lib. IX. Spec. moral. Cap. VIII. ap. Val. Arithmæum Vestat. Feudal. Diss. X. non procul ab init.* Conf. & *Augustinus Barbosa Thesaur. Loc. Comm. Jurispr. Lib. III. Cap. XVII. p. 109.* Naturalis nimirum ratio dictitat, ut quisque seipsum quam maximè amet, & ut *Seneca* ait, concilietur saluti suæ, quidque & quæ juvant, illa petat, læsura formidet. Quod veteres ideò Prima naturæ, *Grotius* primum officium vocat, ut se quis conservet in naturæ statu, pellatque contraria *J. B. & P. Lib. XI. §. 1. n. 1. Puffend. de J. N. & G. Lib. XI. Cap. III. §. 14. Excell. D. D. Joh. Christoph. Beeman. Diss. de Ordine Cap. II. §. 1. p. 24.* Vid. & Tit. *Amor sui ipsius.* Licet necessitati alienæ subvenire amor proximo debitus, & cognatio naturalis requirat, exceptio tamen accedit, nisi pari necessitate ipsi premamur. Ideò quinque illæ virgines prudentes, piè crudeles erant, quæ sociabus suis licet ad dispendium æternæ salutis usque egentibus oleum denegabant ne fortè non sufficiat nobis & vobis, Matth. XXV, 9. Et Paulus Corinthiis benificentiam commendans, *non ut alii*, inquit, *sit remissio, vobis autem tribulatio*, 2. Cor. VIII, 13. Qui auxilium fœderato promisit, excusabitur, quamdiu ipse domi periclitatur, in quantum copiis opus habet. *Grot. II. XVI. 27. 2. ap. Beem. l. c.*

Ordo sacer.

Charitas ordo sacer in communione Romanâ à Joh. de Dieu institutus, ad ægrotis inserviendum. *Spond.* A. C. 1520. à Paulo V. confirmatus. An. C. 1617. *Charitas Christiana*, Ordo, ab Henrico III. Franciæ & Poloniæ Rege institutus, in usum militum, in bellis mutilatorum: sed Rege morte prævento, executione caruit. Lemma debebat esse *Pour avoir fidellement servi* Charitas *S. Virg. Ordo*, à Guidone, Domino Joinvillæ, institutus, à Bonifacio VIII. & Clemente VI. confirmatus. Huic Parisiis locus obtigit, ubi ædes olim Judæi cujusdam, qui hostiam scalpello perfoderat A. C 1290. *Hofm. L. U. in b. v. p. 823.*

Radios habet triplices.

Gleichwie die Sonne / also hat auch die Liebe dreyerley Strahlen / der erste Strahl ist directus, oder eine gleiche Ausstrahlung; der andere reflexus, oder eine Wiederstrahlung / und der dritte refractus, oder eine Durchstrahlung. Vermittelst dergleichen Liebes Ausstrahlung liebet eine vernünfftige Seele den Höchsten GOtt / vermittelst der Wiederstrahlung sich selbst / und

und vermittelst der Durchstrahlung den Nechsten. *D. Weber. Discurs. Curios. XXXV. p. 576.*

Semper expenditur, nunquam plenè persolvitur.

Charitatis ea est natura, satietatem ut nesciat, sed dum semper fruitur dilectis, magis magisque inflammatur dilectis, iisque bene facit, quod insinuans charitatis alumnus Paulus dicebat: Nemini quicquam debeatis, præter mutuum amorem Rom. XIII, 8. In hoc genere debere, bonum est & laudabile. Nam circa pecunias eos laudamus, qui nihil debent: circa dilectionem verò eos, qui nunquam non debent, beatos judicamus. Et quod illic ingratitudini, hîc gratitudini tribuitur. *Heidf. Cap. XXIII. p. 512.*

Non expectat preces.

§. 1.

Maximilianus I. Imp. inter alia & hoc usus Symbolo: *Charitas non expectat preces hominis egentis:* sed ubi necessitatem videt, ante preces opitulatur, & auxilium fert. Nam secundum *Mimum:* Benignus etiam dandi causam cogitat; Et, ut *Pacuvius* ait apud *Nonium:* Munificus nemo putatur, nisi volens. Neque enim decet, ut Isocrates loquitur: τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαρίζεσθαι. Hinc scitè Euripides:

Si quis beneficium vult alteri dare,
Id gratius fit, sponte qvum dat: nam datum
Lentè, morosque, haud habet jam gratiam.

§. 2.

Seneca: Nihil carius emitur, quam quod precibus emitur. Undè Fabius Verrúcosus beneficium ab homine duro asperè datum, *panem lapidosum* vocabat: quem esurienti accipere, necesse sit esse acerbum. Et *Cicero in Verr. IV.*

Malo (*inquit*) emere, quam rogare.

Molestum verbum est, onerosum, & demisso vultu dicendum, ROGO. *Seneca de Beneficentiâ Lib. II. Cap. II. p. 391.* Quò etiam non ineptè accommodantur *Lucilii* versus à *Lactantio* citati, *Lib. VI. Cap. V.*

Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honori:
Hostem esse, atque inimicum hominum, morumque malorum:
Contra defensorem hominum, morumque bonorum
Magnificare hos, his benè velle, his vivere amicum:
Commoda præterea patriæ sibi prima putare:
Deinde parentum, tertia jam, postremaque nostra.

Nic. Reusner. Cas. Rom. Germ. Symbol. XXXIIX p. 286. 287.

CHARITATIS

Familia.

Nomen, quod ſibi nefariæ veterum Gnoſticorum ſectæ reliquiæ quibusdam in locis, ſumunt. Poſtquam enim à Simone Mágo Gnoſtici prodiêre, quorum inter alia dogmata furoris plena illud inprimis fuit: *Liberè omnia agenda eſſe, nullum in ullo timorem habentibus. Irenæus Lib. I. Cap. I.* Infamem hanc hæreſin, ſub Gratiano Imperatore A. C. 381. amplexi ſunt in Hiſpaniis Priſcillianus, ejusque aſſeclæ: intermortuam poſtmodum reſuſcitarunt ex Anabaptiſtis illi, qui ſe *Spirituales* dicebant, vulgò *Libertini* vocati: Cujus nefariæ ſectæ reliquiæ adhuc eſſe dicuntur, in quibusdam locis, apud ſceleſtos quosdam homines, qui *Charitatis Familiam* ſeſe vocitare conſvevêre. *Hofm. L. U. in hac voce. pag. 823.*

Raritas.

§. 1.

Die Engelländer ſagen Sprichworts-weiſe recht: So kalt als die Chriſtliche Liebe/ wann ſie die Kälte eines Dinges beſchreiben wollen. *Beſſel.* Schmiede des Polit. Glücks/ *p. 47.* Periclitatur caſtitas in delitiis, Humilitas in divitiis, Pietas in negotiis, Veritas in multiloquio, Charitas in hoc mundo. *Bernh. in quod. Serm.* Man ſollte billich alles mit dem Mantel der Chriſtlichen Liebe zudecken; Allein dieſelbe hat entweder keinen Mantel/ oder er muß ziemlich zurissen und durchſichtig ſeyn/ weiln ſie ſich ſelbſt nicht drunter erwärmen kan/ ſondern faſt gantz erfrohren iſt; Der Mantel der Chriſtlichen Liebe iſt demjenigen gleich/ dem die Juſtitien-Statua auf der Fontaine zu Florentz gehabt hat; derſelbige war gantz zerriſſen; Drum als einſt der Groß-Hertzog mit einen fremden Abgeſandten da vorüber fuhre/ und der Groß-Hertzog ſagte: Der Mantel der Juſtitz auf der Fontaine wäre ſehr zerriſſen/ hat der Abgeſandte angehoben: Man könnte ihr nicht wohl einen neuen machen laſſen/ denn ſie ſtünde zu hoch/ daß man nicht zu ihr kommen konnte; das hieß ſapienti ſat! Vielleicht wird es zu Florentz eine Beſchaffenheit gehabt haben mit der Gerechtigkeits-Handhabung/ wie in der Haupt-Stadt in Thüringen/ da hat eine Frau geſagt: Wir hun dryerley Racht by uns/ wir hun das Kyſerliche Racht/ das Stodt-Racht/ und guter Frünge Racht/ und das letzte wäre das beſte/ hat ſie gemeinet/ es iſt auch nichts neues/ denn es ein dictum eſt: Plus valet favor in Judice, quam lex in codice; deßhalben jener gebeten/ man ſolle ihm doch das rechte Recht wiederfahren laſſen. *Novellæ Mundi Doctiſ & Curioſi An. 1694. menſ. Febr. p. 4604. ſeq.*

§. 2.

§. 2.

Es haben die Persianer unterschiedliche Zeichen der Liebe und Ehrerbietung/ so sie einander beweisen/ darunter ist denckwürdig diejenige/ welche Petrus della Valle im zweyten Theil der Reise-Beschr. am 118. Blat a. vermeldet: Wer bey dem Könige Audienz hat/ muß ihm den rechten Fuß dreymahl küssen/ dieser dreymahl wiederhohlte Kuß/ und daß sie dreymahl um den König herum gehen/ bedeutet/ daß derjenige/ der es thut/ alles Unglück/ so dem Könige begegnen möchte/ auf sich nehmen wolle/ welches eine Ceremonie einer sehr grossen Liebe und Ehrerbietung/ und allein gegen Fürsten oder andere/ so man hertzlich liebet/ gebräuchlich ist. Sie pflegen auch absonderlich nur bloß mit der Hand um derjenigen Person/ die sie ehren wollen/ ihrem Kopff zufahren/ und diese Worte dabey zu sprechen: **Alles Ubel/ und alle deine Widerwärtigkeit komme über meinen Kopff!** und sind der gäntzlichen Meinung/ daß dieser Wunsch die Krafft habe/ daß es also geschehen werde; dannenhero es/ wem solche Ehre wiederfähret/ für ein Kennzeichen einer überaus grossen Liebe gehalten wird.

§. 3.

Das ist nun ein Grosses bey diesen barbarischen und ungläubigen Völckern/ daß einer des andern Unglück aus Liebe sich auf seinen eigenen Kopff wünschet. Bey uns Christen höret man vielfältig das Gegenspiel. Denn an Statt dessen/ daß mancher sich eines andern Unglücks aus Christlicher Liebe sollte theilhafftig machen/ so wünschet er ihm lieber alle Teuffel mit allem Unheil auf dem Kopff/ und sind gar wenige/ welche bedencken/ was der Apostel saget/ Rom. XII, 14. **Segnet und fluchet nicht.** Imgleichen was unser sanfftmüthiger Heyland spricht: Liebet eure Feinde/ segnet/ die euch fluchen/ thut wohl denen/ die euch hassen/ bittet für die/ so euch beleidigen oder verfolgen/ Matth. V, 43. Ich stehe auch in denen Gedancken/ es werde angezogener Wunsch bey denen Persianern leichter geredet/ als im Werck erfüllet werden.

§. 4.

Wer aber ein unvergleichliches Exempel verlanget desjenigen/ welcher eines andern Unheil würcklich auf sich genommen/ und auf seinen Schultern getragen hat/ der betrachte das allerbitterste Leiden des HErrn JEsu. **Derselbe trug unsere Kranckheit/ und lud auf sich unsere Schmertzen/ der ist um unsere Missethat willen verwundet/ und um unsier Sünde willen zuschlagen/ die Straffe lieget auf ihn/ und durch seine Wunden sind wir geheilet/** Esa. LIII, 4. Wer hat iemals/ weil die Welt gestanden/ ein dergleichen für-

fürtreffliches Liebes-Exempel gehöret? *M. J. Dan.* Ernst Bilder-Haus. *P. III. Concl. V. S. III. C. LXIX. p. 419.*

CHARUM

Quicquid, carum non est.

Quicquid charum, quamvis carum, si pulchrum, carum non est: neque nimio constitisse dicendum, quod animo arridet, dicebat Habu Henon Rex Fessanus, postquam Collegium magnificentissimum extruxerat *Herman. Conringius de Antiquit. Academ. Diss. 1. p. 38.* Käyser Ferdinandus I. führete seine Gemahlin Annam, Uladislai, Königs in Ungarn Tochter/ allemahl auf der Reise mit sich; Als ihm nun ein Cammer-Herr solches einst wiederrieth/ mit Vorwenden der vielen Unkosten/ sagte er: Was? sollte ein Printz keine Unkosten auf seine Gemahlin wenden? *Nob.* Ziegler Tägl. Schauplatz/ *25. Jul. n. 6. p. 885.*

CHARTA

Loqvax

Cum Hispani literas Indis ad aliquem perferendas darent, non potuerunt miselli illi barbari cogitando assequi, qua ratione charta illa nigrô distincta eloqui posset: cujus rei talem ex *Benzone Lib. II. Hist. Nov. Orb. Cap. XVII.* recenset historiam Gomara: Mittebat, ait, Hispanus quidam ad amicum duodecim Hutias (id est *Cuniculos* Indiæ occidentalis peculiares) assos, ne æstu corrumperentur. Indum, qui deferebat, diutius morantem in itinere fames corripit: tres Hutias absumit: revertitur, literas ab amico illo ad Herum refert: Quibus ille de novem Hutiis ad se missis gratias amico agebat. Hispanus perlectis literis irascitur servo, ille duodecim reddidisse se affirmat: sed cum indicio Epistolæ proderetur, rubore perfusus verum aperit, & suos eâ de re populares commonefacit, ut sibi *à foliis & charis ejusmodi loquacibus* caverent. Nec dispar est, quod de Brasilienssibus scribit *Joh. Lerius Burgundus Navigat. Brasil. Cap. VI.* quod chartas atris notis distinctas conspicientes, præstigias esse rati sint, de quibus plura ap. *Majol. D. C. Coll. 23. p. 766.*

Donationis.

Exstat ap. *Browerum p. 222.* Charta, uti loqui olim soliti, *Donationis*, quâ Ludovicus Rex Pii filius Rudolpho monacho & Confessori suo, concessit censum, & Regios colonos, & eorum omnium utilitatem, cupitque fructum ad cæteros item transire Scholasticos. *Herm. Conring. l. c. Supplem. XLIII. p. 336.*

Nuptia-

Nuptialis.

Bulla Calixti II. PP. an. 1120. in Bullario Cluniacensi p. 39. Porrò Presbyteris Parochialium Ecclesiarum S. Mariæ, & S. Odonis Cluniacensium *Nuptiales Chartas* faciendi licentiam indulgemus, i. e. matrimonii Sacramentum impertiendi. *Car. du Fresne Gloss. P. I. p. 954.*

A Turcis honorata.

Turcæ multum honoris deferunt Chartæ, quod in eâ DEI nomen scribatur, itaque chartulam nullam humi jacere patiũntur, & si in aliquam incidunt, subitò attollunt, rimæque alicui aut foramini indunt, ne pedibus proteratur; In quo fortasse nihil est hactenus, quod reprehendas, sed audi reliqua. Supremi Judicii tempore, cum Mahumedes suos sectatores ex iis locis, ubi pro admissis criminibus pœnas dant, in cœlum vocabit, ut sempitèrnæ beatitudinis participes faciat: alia ad illam via nulla patebit, quam per ingentem ferream cratem igne, fervefactam & candentem, per quam nudis pedibus incedendum erit, quo dolore tu cogita, & tibi ob oculos pone gallum gallinaceum, per prunas subsultim currentem; Ecce verò hic (mirabile dictu) charta illa omnis, quam ita ab iis à contumeliâ pedum asservatam diximus, improvisa aderit, seque eorum soleis substernet, magno futura auxilio, quo minus noxam candentis ferri sentiant, tantum erit meritum vindicatæ ab injuriâ chartæ. *Busbeckius Leg. Tur. Ep. I. p. 50. 51.* Altera hujus honoris causa est, quia Alcoranus in eâ scriptus. *Lipsius Mon. & Ex. Pol. Mon. II. § 5. p. 25.*

XEIPOTONIA

Quinque in casibus usurpata.

Χειροτονία seu impositio manus à Patriarchis, Prophetis, Christo & Apostolis, referente *B. D. Joh. Gerhard. Loc. Theol. Tom. IV. p. 1173.* in quinque Casibus usurpata legitur, 1) in benedictione, Marc. X, 16. 2) cum Sacerdotes victimam adducunt ad altare, Levit. III, 2 3) Si quem voluerunt miraculosè curare, Marc. XIV, 18. 4) Quando conferri debuit Spiritus S. Act. VIII, 17. 5) Si quis administerium ordinandus, Num. XXVII, 18. Act. XIII, 3. 1. Tim. V, 22. Adhibetur tamen etiam in administratione baptismi, exemplo Christi benedicentis infantibus sibi oblatis, Matth. XIX, 13. & Ananiæ imponentis manus Paulo baptizando, Act. IX, 17. Hinc Gregorius Magnus in Sacramentario scribit: Imponit etiam manum Presbyter in frontibus eorum. *L. Andr. Christoph. Schubartus Diss. Inaug. de Ritibus Primitivæ Ecclesiæ Baptismalibus §. 34.* Significat autem hæc ceremonia (*B. Gerhard. de Baptismo §. 167.*) infantem cœlestis benedictionis participem reddi, & à morbo peccati originalis liberari, Spi-

ritu S. donari, & ad ſanctum miniſterium DEO præſtandum ex mundo ſegregari. *L. Matth. Zimmerman. Diſſ. Hiſtor. Theol. ad illud Tertull. Fiunt, non naſcuntur Chriſtiani S. II. §. 82. p. 60.* Cum ergò impoſitio manuum actus merè ſit Miniſterialis, anne probandum, quod in multis locis Patrini inſimul cum Paſtore baptizante infanti baptizando imponant manus? Quanquam poſſet dici, cum manus opis ferendæ ſit hieroglyphicum & nunc vulgo, & apud veteres uſurpatum illud τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν, *manum admovere*, quoties operam noſtram alicui negotio adjutricem adjicimus; Unde ap. *Maronem Palinurus ad Æneam* clamat:

Da dextram miſero & tecum me tolle per undas.

patrinos hâc ipsâ impoſitione, paternis ſeſe obligare officiis, & arctiſſimâ pietatis neceſſitudine & nato & parentibus conjungi, propemodumque affines fieri. ita *Joh. Pier. Valer. Hierogl. L. XXXV. C. XIV. p. 426.* Sed ex impoſitione manuum cum Papiſtis confirmationem conficere velle, violentum ſanè eſt. Vid. *Dank. Myſterioſoph. p. 521. Dan. Chamier. Panſtrat. L. IV. C. XI. ap. Zimmerm. l. c. Brochmand. Syſt. Theol. Tom. II. Art. XXXV. Dub. II. p. 434.* Conf. Tit. Manuum impoſitio.

CHELIDONIA

Cœcatis pullis hac lumina mater hirundo
(Plinius ut ſcripſit) quamvis ſint eruta, reddit.

Ita enim *Plin. Lib XXV. Cap. VIII. p. 461.* Animalia quoque invenere herbas, inprimisque Chelidoniam. Hac enim hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt viſum, ut quidam volunt, etiam erutis oculis. Ejusdem meminit etiam *Lib. VIII. Cap. XXVII. p. 138.* Excrementa enim & feces hirundinum oculos oblædunt, & cœcitatem pariunt, idque eis potiſſimum accidit ab excrementis matrum. Sed *Cornel. Celſus Lib. VI. Cap. VI.* fabulam putat, per parentes oculos herbâ reſtitui, qui per ſe ſaneſcant. Vid. *Opus Schola Salernitana Cap. LXXI. Polyd. Vergil. de Rer. Invent. Lib. I. Cap. XXI. p. 90. Alexand. Sardus de Rer. Invent. Lib. I. Cap. XI. p. 9. M. Jac. Thomaſius de Hibernaculis Hirundinum Part. Pmtl. §. 60.* Dicitur ita quod ſub adventum hirundinum floreat. *M. Mart. in h. v.*

CHERUBIM

Seu Angeli illi Gen. III, 24. quamdiu cuſtodiverunt Paradiſum?

Lutherus cenſet cuſtodiam hanc Paradiſi manſiſſe usque ad diluvium, ut extaret certum memoriale apud omnem poſteritatem tam miſeri & calamitoſi lapſus, uti poſteà locus Sodomorum. *D. Pfeiff. D. V. C. I. Lib. X. p. 35.*

Quo

Quo instrumento?

§. 1.

Cherubim isti in viâ habuerunt non ferrum, quo arcerent accessuros sed לַהַט flammam versatilem Gen. III, 24. *Marinus in voce* להט *p. 343.* Moses eleganter dixit per translationem de laminâ positâ & fulgenti, quod ut flamma splendeat; dum vibratur. Fuit ergo להט flamma, qualis est fulguris, quæ incerta est, & præstringit oculos, & habuit fulgur formam gladii, qui assiduè vibratur, uti dicitur Act. II. *Divisas apparuisse linguas instar ignis.* In hunc modum Angeli isti semper immiserunt flammas, quæ in omnes partes agerentur, ne quis accederet, & sic servata Paradisi custodia usque ad diluvium, ut esset memoriale calamitosi cibi, sicut voluptatis lacus Sodomorum, & statua Salis inobedientiæ. *M. G. Michaël. in Giff. p. 91. Conf. omninò M. Joh.* Fromme/ *Diss. Philol. de Cherubim & Gladio flammante ex Gen. III. 24. §. 8.* Cherubinis hisce emblema apponi potest: *Discite justitiam moniti. Non datur reditus. Pexenf. A. E. Cap. XCIX. p. 835.*

§. 2.

Diese von GOTT vor den Eingang des Paradieß-Gartens gestellte Cherubim können gar schön vorgestellet werden unter dem Simbilde einer Schildwache/ so ein grosser Herr vor sein Schloß/ oder einen andern Ort stellet/ damit sie den Anlauff und Eingang der Leute verwehre und abhalte/ mit der Beyschrifft:

PROHIBET ACCESSUM.
Sie ist und stehet da/
Daß niemand kommt zu nah!
Oder:
Die Thüre wird mit Fleiß bewacht/
Ein ieder nehme sich in acht!

Unter dem Bilde der Schildwache des Königs Salomonis/ die alle Schwerdter halten/ und geschickt sind zu streiten/ Cant. III, 7. mit der Beyschrifft:

ET VIGIL ET PUGIL.
Eine rechte Schildwach ist/
Wohl mundirt und wohl gerüst!
Oder:
Zu Wachen/ zu Streiten/ zu Kämpffen und Fechten/
Stehn unsere flinckernde Schwerdter zur Rechten!

Picinellus schreibt (*T. II. Mund. Symbol. Lib. XXII. §. 58. p. 213.*) zu diesen blossen hauenden Schwerdt des Cherubim die schöne Worte;

Secat

SECAT ET URIT.
Es schneid't und brennt/
Wer drauff zurennt!

Und ist nur Schade/ daß er es auf sein fabelhafftiges Fegfeuer deutet. *D. Seiffart. Bibl. in Imaginibus P. I. p. 375. seq.*

Super cur DEUS sedere dicitur, non super Seraphim?

Quærit *Tostatus Abulensis Q. XIX. in Exod. XXV*: Cur DEUS sedere dicatur non super Seraphim, sed super Cherubim? Ad hanc quæstionem rejectis verbis *Tostati* respondet *Ribera*, qui Cherub à Scientiâ derivat, ut significetur, ait, DEUM esse sapientissimum, & omnem scientiam etiam altissimorum Spirituum longe superare, & summâ sapientiâ atque providentia disponere res hominum merito dicitur sedere super Cherubim ap. *Mich. l. c. pag. 86.* Sed hâc conjecturâ non opus esse dicit *Calov. Bibl. Illustr. ad Genes. III, 23. pag. 252.*

Propitiatorii, Exod. XXV, 18.

Christoph. Wittichius Cherubinis illis symbolicè ait exprimi duplicis generis creaturas, Angelos nempe & homines, ubi impositi arcæ se mutuo adspexisse dicuntur, innuique Angelos cum hominibus in CHRISTO, amico quasi vinculo, consociari, & arcanis salutis nostræ flagrantissimo animo studioque inhiare. *Acta Erud. Lips. An. 1682. m. Nov. p. 527. 528.*

CHILIASTÆ

§. 1.

Non admittenda præcox Chiliastarum resurrectio, martyrum & Sanctorum, quibus in his terris mille annorum triumphum ante ultimum rerum finem decernunt. Quod nihil aliud est, quam medio in certamine triumphum cogitare, & debitam cœlo lauream intempestivè in terris præcerpere; & in exilio ipso patriæ bona & commoda prægustare velle. *D. Franciscus Burmannus Synops. Theol. Lib. VIII. Cap. XXII. §. 4. p. 607.*

§. 2.

Pugnat hæc doctrina 1) *cum Symbolo Apostolico*, Niceno, Athanasiano, quæ omnia non nisi unum CHRISTI adventum adhuc residuum, qui judicio vivorum & mortuorum destinatus est, admittunt. 2) *cum Articulo de Peccato & primi Hominis lapsu.* Protoplastos enim præcipiti illo, miserabilique casu calamitatem in his terris perpetuam sibi posterisque suis attraxisse, sacræ literæ testan-

testantur, Gen. III, 16. 17. 18. 19. 23. 24. Job. VII, 1. Joh. XIV, 22. At verò dissentientes florentissimum vitæ statum, cædes & vindictam hostium, amplissimum regnum, victorias & triumphos, perennemque & refertissimam in his terris felicitatem sibi promittunt, imo reparationem Paradisi. 3) *cum conditione & proprietate regni Christi.* Illud enim non est de hoc mundo, Joh. XVIII, 36. At nonne de hoc mundo foret, si ipse sic visibiliter in hâc terrâ cum piis esset conversaturus &c.? Destruit hoc dogma 4) *articulum de Ecclesiâ*, illa enim in hoc mundo non est perfectè sancta, aut prorsus omnis labis expers, idque ex imperfectâ hominis renovatione potissimum efficitur, Gal. V, 24. Rom. VII, 14. 1. Cor. XIII, 9. &c. At illi aliquem in terris cœtum exposcunt, qui cum cœlitibus Angelisque paria faciat, simillimumque consortium constituat. 5) *de cruce & calamitate*, Matth. X, 38. Luc. IX, 23. Marc. IIX, 34. Matth. XVI, 24. 2. Tim. III, 12. 1. Cor. II, 6. 6) Pugnat *cum simultaneâ omnium hominum resurrectione.* Scriptura enim testatur in secundo Christi adventu omnes homines tam impios, quam pios, uno eodemq; tempore, imò horâ & momento resurrecturos, Joh. V, 28. *Venit hora* &c. 1. Cor. XV, 24. *B. D. Georg. Mœbius, Theol. Canon. Diss. XV. Can. CCXVI. p. 378.* 7) cum descriptione ἁρπαγῆς & raptus, 1. Thess. IV, 17. Nam si in descensione Christi de cœlo, mortui resuscitati, & vivi reliqui rapientur *in nubibus* in occursum Domini *in aëra*, & sic semper cum Domino erunt, ut docet Paulus; ergò in illâ descensione Christus non descendet in terram, ut in hac cum piis regnum terrenum instituat. *B. D. Justus Fewerbornius Giess. Diss. Tom. VII. Diss. XIII. in Append. §. 3. seq. Dn. D. Joh. Georg. Neuman Diss. Anti-Chiliasticâ I. §. 18. p. 34. seq.* ubi sicuti & in seq. Disputationibus in hanc rem plura, ad quæ Benevolum Lectorem remitto.

§. 3.

Sed objiciunt locum Apoc. XX, 4. 5. 6. 7. ubi aliquoties repetitur, *Sanctos regnaturos cum Christo mille annis.* Resp. mille illi anni à Constantino numerandi, cujus Imperio ligatus Satan, tyrannide ejus impeditâ, quam in Christianos exercuerat per Imperatores Ethnicos, aliosque magistratus, insuper clausa idolorum templa, & judicata est, & triumphavit religio Christiana, non tantum Ecclesiastico, sed & politico judicio ad an. 1316. Johannem scil. XXII., *Voëtius Diss. Sel. P. II. p. 1255. de Regno millenario, quod destructum p. 1260. seq.* Parens in Comment. sup. h. l. initium mille istorum annorum sumit ab anno Domini 73. & excurrere contendit ad annum Domini 1073. quo anno Gregorius VII. Hildebrandus dictus, inauditâ tyrannide Papatum invasit. *B. D. Brochmand. Syst. Theolog. Tom. I. Art. XVII. Cap. VIII. Q. IV. p. 401. A.*

§. 4.

Mille isti anni vel per Synechdochen speciei pro genere, vel per Ebraismum hic notant tempus infinitum, atque adeò æternitatem. Vita enim beata, quam vivunt animæ piorum, est *æterna*, Matth. XXV. v. ult. Unde Paulus 1. Thess. IV, 17. docet, quod πάντοτε, *semper* simus cum Domino futuri. Hujus Ebraismi, quo τὸ *mille* notat numerum magnum & infinitum, exempla alia vide, si libet, Exod. XX, 6. 1. Sam. XIIX, 7. 1. Reg. XIX, 18. Psalm. CXLIV, 13. Rom. XI, 4. Dan. VII, 10. Apoc. V, 11. 1. Cor. IV, 15. Sensus igitur est, quod animæ bipenni percussorum vixerint, & regnarint cum CHRISTO *mille annis*, i. e. *perpetuò* & *æternum*. Aliter enim sumuntur *mille anni* v. 4. quam v. 3. tametsi & illic respectus involvatur ad istos mille annos, quibus Satanas dicitur ligatus, ne scilicet *universales* persecutiones excitare possit. *Initium* verò constricti Satanæ quo anno numerandum sit, non adeò est in propatulo. Meminerimus, hîc esse modestè agendum; *visiones enim cæstes ex eventu demum plenissimè cognoscuntur*. Perpendamus & hîc, quod dicitur Apoc. XIII, 18. *Fewerborn. l. c. §. 22. p. 299.*

§. 5.

Quod ignoratio finis seculi sit confutatio Chiliasmi ex Marc. XIII, 31-36. adversus hodiernos Chiliasmi, quem vocant, subtilissimi Patronos disputat *D. Christoph.* Sontag *An. 1698. Altorff.* Regnat cum Christo *mille annis*. An in his terris? Nego; quia infertur aliquid textui, quod non habet; Sensus itaque est: Intra hanc Chiliada, & dum illa in regno Gratiæ decurrit, jam vixisse animas illorum, & cum CHRISTO regnasse, neque ex glorioso hoc statu unquam decessuras esse. Qui enim regnant cum Christo, nunquam egredientur foras, Apoc. III, 12. Joh. VI, 37. Sed regnabunt in secula seculorum, Apoc. XXII, 5. *D. Neuman Diss. cit. II. §. 13. p. 40.* Conf. & *B. D. Baierus de Errore Chiliastarum Cap. III. §. 2. seq. D. Mengering Inform. Conse. Dom. XXV. p. Trin. Q. IV. p. 1099. seq. & Q. VII. p. 1105. seq. D. Joh. Bartholdus Niemeierus Diss. Theol. de Symbolo Apostolico §. 128. seq.*

CHINENSES

Dicunt se duos habere oculos, Europæos unum, & quod hominum est reliqvum, planè cæcutire. *Petrus du Val Geogr. Univers. T. I. p. 374. Gottfr.* Schultz / *Cosmogr. p. 254.* Sed an phrasis illa Sinis unquam usitata fuerit, equidem nescio, inquit *Dn. Andreas Müllerus Propositus olim Berolinensis Disquis. Geograph. & Histor. de Chamjâ p. 111. b.* Græci verò sic locuti sunt: Nempe διπλοῦς ἐμμασιν ἐραν. Dicitur etiam Διπλᾶν ἐχῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

De

De tempore Constantini M. Imperat. dicitur, quod tunc duo fuerint OCULI Imperii Romani, videlicet LEX & RELIGIO, juxta Epigramma *Oweni* venustissimum:

LEX & RELIGIO junxerunt fœdera: pravas
Hæc hominum mentes comprimit, illa manus.

D. Matth. T. H. T. P. p. 667. b. Episcoporum unus in Concilio Constantiensi Joh. Hus ad revocationem persvasurus, dicebat, bonum esse & licitum, quicquid de Concilii sententiâ faceret, ita quidem, ut cum Concilio dicente: quod unum tantum haberet oculum, etsi haberet duos, ita esse, confitendum foret, mox tamen allatis ab Husso exceptionibus cedens, non valde bonum attulisse se exemplum confitebatur. *Excell. D. D. J. Fr. Mayer. in Concordiâ Joh. Hus & Martini Lutheri §. 8.*

Rectius dicuntur Sinenses.

Et Sina illorum Regio; Lusitani primi omnium, quod sibilum exprimere non possent Chinos vocarunt, & hinc vitiosa appellatio Chinarum *ἀπὸ τῦ* Sinarum, aut Tzinarum, in omnem Europam propagata est. *Jos. Scaliger Isagog. Chronol. Canonum Lib. III. ap. Lans. Relat. de Principatu inter Provincias Europæ p. 4.*

CHIROMANTIA

Non probatur ex Exod. XIII, 9.

Chiromantici ex verbis Exod. XIII, 9. *& erit tibi in signum super manum tuam, & in memoriam inter oculos tuos*, suam vanitatem confirmare conantur; Dari scilicet signa in manu hominis, ex quibus futura possint prædici, quorsum etiam allegant locum Job. XXXVII, 7. Verum Chiromanticis hinc nihil accedit. Nam 1) agit DEUS h. l. de signo rei præteritæ. At Chiromantia in signis rerum futurarum occupata est. 2) Loquitur textus de Judæis, non verò quibusvis hominibus. At verò signa & lineæ sunt in omnium manibus. *Theod. Hackspan. Not. Philol. Theol. in Exod. XIII, 9. p 344.*

Nec ex Job. XXXVII, 7.

Ἐν χειρὶ πάντος ἀνθρώπου κατασφραγίζει, ἵνα γνῷ πᾶς ἄνθρωπος τὴν ἑαυτῦ δύναμιν, *qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua*; Quæ verba à Goclenio, aliisque Chiromanticæ artis Magistris ad Chiromantiam trahuntur. At vero argumentantur illi non è textu, sed versionibus, iisque malis. Textus ita fluit: *In manu omnes homines recludet* i. e. imbre effuso (continuat enim præcedentem sermonem) ab omni ruris opere eos intercludet; ut noverint omnes homines opus (nempe rusticum) esse ipsius, i. e.

in ipsius arbitrio ac potestate. Verbum enim חָתַם sæpè est cohibere, inhibere Job. IX, 7. Dan. IX, 24. Cant. IV, 12. *D. Calov. Bibl. Illustr. ad h. l. p. 917.* Chiromantia non ars est, sed artis ludibrium, superstitiosorum hominum inventum, quæ proindè in Scripturâ Sacrâ locum habere nullum potest. Certè Chiromantæ neque è Script. S. neque è ratione fundamentum ullum promere queunt, cur lineamenta manuum significent hominis fata? Hinc *Petrus B. Winstrupius Epigr. Lib. III. p. 638.* ad Chiromanticum:

In manibus propriis non est mea sorsque, salusque:
In manibus Domini sorsque, salusque mea!

Dieteric. Antiq. Bibl. in h. l. p. 411. seq. Instant 1) Cui ergo usui essent illa lineamenta? DEUS & natura nihil faciunt frustra. Resp. Neque sunt frustra; Faciunt enim ad faciliorem tum complicationem, tum dilatationem manuum. *G. Bachman. Exercit. Philos. Cent. II. q. XC.* 2) Prædictionibus respondet eventus. Resp. Idem ajunt omnes deliræ aniculæ de superstitiosis suis medicaminibus &c. Sc. fatuorum fatua fata. Diabolus efficax est in filiis incredulitatis. Interim quod de Astrologis B. Lutherus ait, idem usurpare licet de Chiromantis, similes eos esse infelicibus illis venatoribus, qui quotidiè venantur, & quotannis capiunt. Felices prædictiones studiosissimè memorant, sexcentos errores tacent. Sensus itaque dicti quam optimè ita declaratur: In manu (suâ DEUS) omnes homines concluſit (omnes quasi uno pugillo conclusos tenet) ut sciat omnes homines operis sui i. e. quos ipse fecit, nemo ejus scientiam effugere potest, cum omnes in manu suâ teneat. *D. Pfeiff. D. V. Cent. III. L. XLII. p. 514. seq. L. Joh. Thilo Med. Theol. p. 499. seq. M. Andr. Mylius Diss. Grammatico-Theol. an. 1636. Regiomont. hab. Q. III.*

Non penitus rejicienda.

§. 1.

Physiognomia & Chiromantia non simpliciter rejicienda, sed permittenda, si scilicet conjectet non de eventibus, quæ pendent ex libero hominis arbitrio, sed qui naturam insequuntur, non apodixin promittat, sed intra terminos probabilitatis se contineat, non de futuris harioletur, sed de proclivitate, dispositione & inclinatione *D. Joh. Ad. Osiander Theol. Cas. P. II. p. 884. D. Balduin. Cas. Conse. Lib. III. C. VI. C. VI. p. 802.* Non desunt, qui pretiosum à vili, abusum Chiromantiæ ab usu distingvendum moneant, quod nos de Physiognomiâ facile largimur, non idem de strictè sic vocatâ Chiromantiâ, cujus omnis usus esse in abusu nobis (ignoscite fasso) videtur. *Pfeiff l. c.* Quæstionem: Utrum ex facie hominis de animi inclinatione judicium ferre liceat? Diss. Phys. tractat *M. Joh. Müllerus an. 76. Witteb.* & affirmative respondet.

§. 2.

§. 2.

Dubium non est antiquam admodum hanc artem & in Oriente natam esse, ubi insanum illud Astrologiæ studium fervebat. Cum enim deprehendissent cœli in hæc inferiora vim, reliquum erat, ut inferiorum cum superioribus convenientiam scrutarentur. Priscum enim illud: *Inferius est sicut superius*; Igitur hominem parvum mundum statuentes, singulas ejus partes ad cœlestia, ut sic dicam lineamenta revocarunt. Unde nata illa disciplina, quam Græci Φυσιογνωμίαν appellantes, in Μετωποσκοπίαν, Οφθαλμοσκοπίαν & χειρομαντείαν distribuerunt: quæ omnes longo tempore aut planè amissæ, aut miserè à circulatoribus quibusdam corruptæ sunt, ut non immeritò Physiognomicum Systema inter desiderata utilissima referat *Keckermannus Lib. IV. Phys. Cap. I. ap. Hofm. L. U. in h. v. p. 836.*

CHIROGRAPHUM

Pro obligatione, aut reatu, ob patrata peccata, accipitur, cujus deletio, & in cruce affixio est plenaria pro peccatis satisfactio, in cruce à Christo facta, & verâ fide applicata. Vid. omninô *B. Glass. Rhetor. Sacr. Tr. I. Cap. XII. p. 400. seq. D. Isaac Faustius Diss. Th. de Chirographo quod adversus nos erat ad Col. II, 14. An. 1670. Argentorat. hab. Conf. Calov. l. c. ad h. l. p. 825. seq.*

Ab Angelo Carolo M. datum.

Sanctus Gillius Gallus pro Carolo M. impetravit remissionem alicujus peccati maximi apud DEUM: qui in hujus rei testimonium Angelum suum cum Chirographo misit. Ita hi homines non veriti sunt, DEUM atque Sanctos ludere, dum illum Chirographis, hos vero intercessionibus sententiam suam approbare, & promovere dicerent, Principes terræ dementantes, & multum inde auri extrahentes. *Wolff. L. M. Cent. XV. p. 820. a. b.*

Bonzorum ethnicorum.

Bonzi ethnici, inquit Franciscus Xaverius in Epistolis Japanicis, Sacerdotes, non negant (ut hodiè Papistæ faciunt) sed ingenuè fatentur, se animas è pœnis, & inferni cruciatibus eripere non posse: sed tantum hac de causa ab ipsis doceri, ne sibi ad vitam sustentandam necessaria desint. Idem Sacerdotes populo persvadent, quod qui multum in eos conferat in hac vitâ, decuplum in alterâ recipiat: & ita ingentem pecuniam colligunt, & pro certitudine hujus promissi, *Chirographum* etiam dantibus impertiunt. Pauperes quia nihil dare possint, pejoris esse conditionis. *Id. ib. Cent. XVI. p. 561. a. b.*

Lex eſt.

Lex eſt Chirographum 1) *Manu noſtra ſcriptum* h. e. naturæ noſtræ inſculptum; Rom. II, 14. 2) Conſcientiæ noſtræ *ſigillo munitum*, Rom. II, 15. 3) *obligatione firmatum*, *vel* obedientiæ plenæ, *vel* pœnæ, Devt. XXVII, 26. *aut* poſtulat opera, *aut* flagra, velut Præfecti Pharaonis flagellabant Iſraelitas, non facientes opera ſicut prius, Exod. V, 14. (Talis Præfectus Lex eſt, quia cum adhuc ſub lege cuſtodiremur, opera ſicut prius, h. e. perfectam obedientiam, quæ in ſtatu integritatis poſſibilis fuiſſet, à nobis exigit; Eam autem ubi præſtare non poſſumus, flagella maledictionis nobis intentat, Devt. XXVII. v. ult.) 4) *à CHRISTO ſublatum*. Nam ſangvine ſuo expunxit quoad maledictionem & rigorem, Gal. III, 13. Cap. V, 18. ſigillum illud conſcientiæ revulſit, cum ipſe præſtitit obedientiam, ut cor noſtrum nos non poſſit damnare, Rom. III, 1. 1 Joh. III, 20. Signaculum Spiritus Sancti reddens, Epheſ. V, 3. 2. Tim. II, 19. obligationem plenam ipſe perfecit, 2. Cor. V. è medio ſuſtulit hoc Chirographum: medium enim erat inter DEUM & homines. Ergò mediator DEI & hominum factus eſt CHRISTUS, 1. Tim. II, 5. hos dividebat Chirographum Eſ. LIX, 2. CHRISTUS conjunxit, Epheſ. II, 14. quandò ſi blatum Chirographum cruci affixit, Col. II, 14. *M. Baum. Anal. Allegor. f. 116.*

CHIROTHECÆ

Padulets.

In der Stadt Dürheim/ auſſer der Biſchöfflichen Kirchen/ ſtracks bey der Thür/ lieat einer/ Nahmens Padulet, begraben/ ſo einen Handſchue gehabt haben ſolle/ in welchen/ wann er gegriffen/ ſo viel Geldes/ als er bedurfft/ herausgezogen/ davon er die Kirche habe erbauen laſſen/ Er ſey auf dem Grabe mit ſeinem Handſchue in der lincken Hand/ und ſein Geiſt zwiſchen den Fäuſten zu ſehen. *D. Matth. Zimmerman. Anal. Miſcell. Menſtr. c. LL. p. 55. ſeq.*

Magni pretii.

Gallus quidam in unius anni Chirotecas expendit 400. coronatos. *Lanſ. contr. Imol. p. 795.* Der Gouverneur zu Oudenarden/ ehe die Frantzoſen in Flandern/ vermöge des getroffenen Friedens zwiſchen Spanien und Franckreich/ Anno 1660. ausgezogen/ federte von fremden Gütern/ nemlich von denen 134. Dörffern im Lande von Aelſt/ eilff tauſend/ und von der Gegend Ninove/ Cortrick acht tauſend/ und alſo insgeſamt neunzehn tauſend Gülden/ und zwar zu einen Paar Handſchuh/ die er dafür wollte machen laſſen. *Zeiler. Miſcell. p. 191.*

Poni-

Pontificibus indutæ.

Pontificibus sub Coronationis actu chirothecæ induuntur, in signum relinendi manus à corruptelâ munerum, & furti puras. *D. Joh. Meisnerus de Sepulturâ Mariæ S. I. §. 2.*

Traditionibus adhibitæ.

Observavit *Gryphiander in de Weichbildu Saxonicu Cap. LXIV.* apud Saxones olim Chirothecas donationibus, traditionibus, & cessionibus rerum immobilium fuisse adhibitas. Idemmet signum in legendâ hæreditate à Conradino jamjam decollando usurpatum. In ferali quippè jam pegmate constitutus Conradinus, projectâ chirotheca, fidei ac pietatis pignore, cum dextram tradere non posset, Jacobum Arragoniæ Regem, suæque mortis vindicem instituit. Est enim Chirotheca nil aliud, quam Symbolum manus. Atque hinc etiam Imperatores & Reges Germaniæ Chirothecas olim suas ad stabiliendam pacem & actiones, quibus interesse non poterant, solebant mittere. Ex *Camerar. Hor. Succ. Cent. I. Cap. XXV. & Cent. II. Cap. XLVI. Fellerus in Horn. Orb. Imp. Animad. 21. p. 59. D. Stryk. de Jure Sensuum Diss. VII. Cap. I. §. 46. p. 401.*

CHOREÆ

An licitæ?

Primitivæ Ecclesiæ Doctores contra choreas, quæ nuptialium conviviorum solent esse appendices, admodum duras sententias proferunt. Ex recentioribus multi scriptores choreas detestantur. Gvilielmus Lugdunens. choream sic definit: quod sit circulus, cujus centrum est Diabolus. Fridericus III. Imp. referente Æneâ Sylvio, solebat dicere: se malle febricitare, quam saltare. Ita & Calvinus, P. Martyr, Aretius, Gvaltherus. Vœtius *D. S. P. IV. p. 325. seq.* choreas planè rejiciunt. Sed toto genere vitiosas, illicitas & profanas omnes omninò esse choreas, Christiano quovis indignas, id cum veritatis jactura nobis dici videtur, quod ut ostendamus hæc nectimus argumenta.

I. Eccles. 3. 4. legitur: Tempus est lugendi, & tempus est saltandi. Hinc colligo: Si quoddam datur tempus saltandi, sequitur non indiscrete omnes choreas esse prohibitas. Si enim nulla concessa saltatio, nullum etiam erit saltandi tempus. At ipso Spiritu Sancto dicente, datur quoddam saltandi tempus: Ergo datur etiam quædam saltatio Christiano concessa. Ergo non omnis illicita.

II. Quod per se adiaphorum est, & indifferens, id non simpliciter inhonestum

neſtum & damnandum. Atqui ſaltatio eſt res adiaphora, neque enim præcepta, neque prohibita in Scripturis. Ergò &c.

III. Lætitia & delectatio Juvenibus non eſt prohibita, ſed conceſſa, imò quaſi etiam præcepta Eccleſ. XI, 9. Lætare Juvenis in adoleſcentiâ tuâ &c. Hinc infero: Quodcunque maximè facit ad lætitiam juvenilem, id, ſi per ſe non ſit malum & indifferens, vi dicti allegati conceſſum eſt. Atqui ſaltationes, quæ per ſe ſunt adiaphoræ, ad lætitiam juvenilem maximè faciunt. Ergò. Reſpectus tamen in choreis habendus eſt, 1) Perſonarum, 2) Ætatis, 3) Status, 4) Temporis, 5) Loci, 6) Finis, 7) Denique modi, de quibus omnibus vid. Judicium *D. Balthaſ. Meisneri & D. Joh. Gerhardi ap. Dedekenn. Vol. II. Conſil. S. XV. p. 368. ſeq. D. Joh. Ad. Oſiand. Theol. Caſ. P. II. C. XV. p. 1507. ſeq. D. Franciſc.* Köhne/ *Diſſ. Pol. de Conſervatione Rerum publ. th. XVII. §. 4. p. 40. Zeiler. Miſc. p. 386. M. Petr. Mich. in Nupt. p. 584. D. Mengering. Inſt. Conſc. Dom. XX. p. Trin. Q. VII. p. 948.* (So lang die Erbarkeit bey dem Spielmann ſitzt/ und die Zucht mit herum laufft/ mögen ſie nimmer verdam̃t werden. *P. Abrah. à S. Clara* Jm Etwas für Alle/ *Cap. XX. p. 180.*)

In V. T. fuêre ſolitariæ, non ſociæ.

Choreæ ſaltantium in S. S. *ſolitariæ* fuêre, non *ſociæ*, harum enim in tota S. S. ne unicum quidem exemplum reperitur. Eſt noſtra ſententia SALTARE (ſive ſolus ſis, ſive alium, ſeu marem, ſeu fœminam, ſeu puellam', ſeu uxorem, ſeu nubilem, ſeu minorennem manuducas) res per ſe indifferens eſt. Eſt & tempus lugendi, eſt & tempus ſaltandi, utrumque conceſſum Eccleſ. III, 4. ſaltem nullibi in Script. S. prohibitum. Sicut autem actio omnis indifferens, ſic & chorea ex circumſtantiis: Quis, quid, ubi? &c. venit æſtimanda. Non improbamus choreas honeſtæ recreationis ergo præſentibus matronis, ac viris honoratis factas. Sed ſit modus in rebus! Deteſtamur choreas cum meretriculis &c. *D. Joach. Hildebrand. Lib. de Nupt. Vet. Chriſt. Vid. omninò B. D. Calovium in Bibl. Illuſtr. ad Exod. Cap. XV, 20. p. 381. a.*

Mortalium, der Todten-Tantz/ Lacedæmoniorum.

Priſcis temporibus *choream mortalium* ſenes decrepiti, qui jam alterum pedem in ſepulchro habebant, ſic repræſentabant, canentes: *Videte, quid ſimus: eritis quod ſumus: fuimus quod eſtis:* i. e. Juvenes fiunt ſenes, & tandem implacabilis mors venit, & vitæ filum abrumpit, neque datur ad præteritam ætatem regreſſus. Hunc eſſe vitæ humanæ ſtatum, & hoc fatum, res

ipſa

ipsa clamat, tacentibus etiam, & jacentibus ejusmodi cantoribus. Ergo: *Quid sis, quid fueris, quid eris, semper mediteris.* Sic etiam fuit alia

Chorea & chorus

Constabat is triplici serie atque orbe: Senum, Puerorum, Juvenum. Senum hæc erat cantio:

Nos fuimus olim strenui juvenculi.

Deindè Puerorum hæc erat:

Præstantiores nos futuri olim sumus.

Postremò Juvenum hæc erat:

Et nos sumus: vel experire, si velis.

Hunc Chorum instituit apud Lacedæmonios Tyrtæus juxta triplex ætatum discrimen. *Heidf. Sphing. Th. Phil. C. XXXIX. p. 760. 761.*

Bernensium & Basiliensium.

Si Philosophia est perpetua mortis meditatio, rectè Bernenses & BASILIENSES olim *choream mortuorum* in publicis cœmiteriis exhibuêre, & nuper renovarunt? *Valent. Arithmæus Feudal. Velitat. Diss. II. Coroll. III.*

Alexandri III. Scotorum Regis.

Anno 1284. cum Alexander III. Scotorum Rex secundas celebraret nuptias, & cum Regina Sponsa sua choreas duceret, sequentibus ipsum multis Nobilibus, Viris & fœminis saltantibus, Mortis imago, qualiter pingitur exsangvis, & sine carne, pone illos, malo omine, insequi etiam saltans visa est. *Hector Boëthius Lib. XIII. ap. Wolff. L. M. Cent. XII. p. 457. a.*

Tonitrui tempore.

Wann es bey denen in Comanien und Circassien donnert/ so gehet ein jeder ausserhalb des Dorffs/ und die jungen Leute von beyderley Geschlechte fangen an zu tantzen und zu springen/ in Gegenwart der Alten/ welche sich niedersetzen; dafern einer vom Donner erschlagen wird/ begraben sie ihn prächtig/ und halten ihn für einen Heiligen/ als welchen eine grosse Gnade von GOtt wiederfahren. Trifft es aber eins ihrer Häuser/ und weder Mann/ noch Weib/ weder Kinder/ noch Thiere verletzet/ so darff das gantze Haus/ ein Jahr lang nichts thun/ als tantzen und springen. Man schicket alsobald in alle Länder/und lässet einen weissen Bock suchen/den stärcksten den man finden kan/ und dieser Bock wird von dem Dorffe/ in welches das Wetter geschlagen/ ernähret/ und hoch verehret/ biß ein ander Ort vom Donner getroffen wird/ alle diejenige aus diesem Hause gehen von einem Dorff zum andern/ nebst ihren Freunden und Verwandten/ sie

gehen aber nicht hinein/ sondern bleiben herauſſen / tantzen und ſpringen/ und alsdenn bringet ihnen ein ieder etwas/ davon ſie ſich erhalten können/ letztlich wird der Bock angebetet ꝛc. *Tavernier H. O. Lib. III. Cap. XII. p. 146. 147.*

Semper continuatæ.

§. 1.

Der berühmte Baſeliſche Medicus, Felix Platerus, erzehlet Lib. I. Obſervat. Medic. f. 87. daß in ſeiner Kindheit eine Dienſt-Magd in beſagter Stadt/ mit einer erſchrecklichen Tantz-Sucht behafftet geweſen ſey / welche zum Rupff/ in Eſchemer Vorſtadt/ zu tantzen von Stadt-Knechten geführet worden; Dieſer Tantz hat einen gantzen Monat Tag und Nacht gewähret/ ohnangeſehen ſie die Fußſohlen abgetantzet hatte; Und ob ſie ſchon zu Zeiten gegeſſen / und vom Schlaff getrieben niederſitzen muſte/ hat doch ihr Leib immerdar gehüpffet / biß daß ſie an Kräfften alſo abgemattet / nicht mehr ſtehen können; Endlich aber vom Tantzen abgelaſſen / im Spital geführet/ daſelbſt erqvickt/ und wieder zu recht worden.. Man hat dieſe Tantz-Sucht/ welche vor Zeiten gar gemein geweſen/ den St. Veits-Tantz genennet/ weil S. Veit von ſeinem Vater übel geſchlagen/ daß er die Götzen-Bilder verachtet / ſich doch nicht wollen bewegen laſſen; deßhalben er ihn mit mancherley lieblicher kurtzweiliger Muſic und Täntzen / mit jungen Töchtern / zur Abgötterey zu bereden/ſich unterſtanden. *M. Joh. Dan.* Ernſt Bilder-Hauſ. *P. III. Concl. V. Diviſ. III. Cap. XLVI. p. 379. ſeq.*

§. 2.

Multi in Germaniâ & agro Leodienſi An. 1374. à Dæmonibus obſeſſi choreis in plateis & in Eccleſiis vacabant. *Car. du Freſne in Gloſſ. T. I. pag. 972.* Quomodo in pago quodam Magdeburgenſi, Kolbeck dicto, 18. Viri & 15. fœminæ, qui in ipſis Nativitatis Chriſti Vigiliis ſaltarunt, per totum annum choreas duxerint, habet *Andr. Hondorff. Prompt. Exempl. P. I. 143. b. 284. a. it. Theatrum Diabolorum* im Tantz-Teuffel / *p. 228. b.*

§. 3.

S. Viti chorea appellatur, quia ejus ope ægros liberari ſuperſtitioſè creditum eſt. Simulatum hunc eſſe affectum à quibusdam eleemoſynas majores colligendi gratia, compertum eſt: ſubeſſe quoque vim interdum ſuperiorem, & à Dæmone talia, DEO permittente, proficiſci, credibile eſt. Impoſſibile tamen etiam non eſt, à naturali cauſa hoc ſymptoma provenire, & facilius hoc credet, qui ea legit, quæ de tarantulæ morſu ſcribit *Matthiolus in Lib. II. Dioſc. C. LVII.* in hunc modum: Icti à tarantulis alii perpetuò canunt, alii rident, alii plorant, alii clamitant &c. Hoc itaque ſi demorſis à tarantula accidit: non abſur-

dum

dum est; *Viti choream*, quæ non parvam cum hoc affectu similitudinem habere videtur, etiam à naturali causa ortum habere posse: cum satis constet, quam diversa symptomata, diversa desideria, variasque imaginationis corruptiones inducat atra bilis, pro diversa ipsius, corporisque ægri constitutione. *D. D. Sennertus Instit. Med. Lib. II. P. III. S. I. Cap. VII. p. 325. & S. II. Cap. IV. p. 430. seq.*

Dæmoniacæ & Medicæ.

§. I.

In Provinciâ Arcladam in China non sunt Medici, sicut nec in Canidu & Carajam: Sed qvum quis infirmatur, convocant magos seu idolorum ministros, & illis exponit ægrotus morbum suum. Tunc magi choream agunt, instrumenta quædam sonant, & in honorem Deorum suorum magnos reboant cantus, donec tandem unus ex eis in choreâ saltantibus & ludentibus, à dæmone corripiatur. Tunc chorea relicta arreptitium in terrâ jacentem consulunt, ex qua causa id morbi illi acciderit, quidque pro ipsius liberatione sit agendum. Ad dæmon per arreptitium respondet: Quia id vel illud fecit: aut quia hunc vel illum offendit DEum, ideò in hunc incidit morbum. Tunc magi orant ut DEus illi noxam illam remittat, promittentes ægrotum illum, si convaluerit, de sangvine suo proprio sacrificium oblaturum. Quod si Dæmoni videatur infirmum tali laborare morbo, ut hinc liberari non possit, respondere solet: Iste tam graviter DEum illum offendit, ut per nulla sacrificia placari possit. Et si à morbo convaliturus sit, jubet ut tot arietes, nigra habentes capita, offerat: tot etiam ac tales paret potiones, tot ad se convocet magos, totidemque magas, per quorum manus sacrificium offeratur, & tum placetur illi DEus. Quo audito consangvinei ejus citò curant illa fieri, quæ dæmon jussit: occidunt arietes & sangvinem ipsorum in cœlum spargunt, convocatique magi cum sagis suis accendunt luminaria magna, & domum totam thurificando suffumigant, sed & fumum de lignis aloes faciunt, atque jus carnium in aëra spargunt unà cum potione de aromatibus confecta. Quibus omnibus ritè peractis in choreâ rursum saltant in honorem illius idoli, quod infirmo putatur propitium factum, cantant & horribiliter vocibus suis stridٍent. His factis interrogant rursum arreptitium, num per hæc idolum sit placatum. Si respondet Non, confestim parant se ad implendum aliud ejus mandatum. Si autem respondet sibi satisfactum, phanatici & incantatores sedent ad mensam & carnes idolo immolatas comedunt cum magnâ lætitiâ, & bibunt confectiones, quas in dæmonum sacrificio libaverunt, & finito prandio quisque ad sua redit. Et qvum æger ex divinâ providentiâ sic morbum evaserit, & incolumitati restitutus fuerit, id cœci homines

non vero DEO, ſed dæmoni gratum ferunt. *Marcus Paulus Venetus de Region. Oriental. Lib. II. Cap. XLI. p. 100. 101.*

§. 2.

Apud Indos in regno Dragojam talis eſt conſvetudo: quando quis graviter infirmatur, propinqui & conſangvinei ejus convocant magos & incantatores, illosque interrogant, an ægrotus ſit ſanitatem recuperaturus? Et illi reſpondent id quod dæmonum ſuggeſtionibus didicerunt. Si dixerint infirmum non poſſe liberari, quin illa ægritudine intereat, adſunt qui infirmo os concludunt, ne reſpirare poſſit, atque ſic occidunt priusquam ab infirmitate extingvatur, & carnes ejus incidunt, coquunt atque devorant, & id potiſſimum faciunt propinqui & conſangvinei infirmi ſimul congregati. Ajunt enim ſi carnes illius putreſcerent, converterentur in vermes, & illi tandem famę morerentur, de quo defuncti anima graviſſimas paſſura eſſet pœnas. Porrò oſſa in cavernis montium ſepeliunt, ne ab homine vel beſtiâ attingantur. *Id. Lib. III. Cap. XVII. p. 139.*

Virginum & mulierum propriæ.

Weil die Keyten ohne Muſicanten nicht viel geachtet werden / ſo können der Weiber ihre Füſſe weniger ſtille ſtehen / als eine auffgezogene Uhr / wann ſich die Spiel-Leut rühren; Sie führen ſich auf / als wollten ſie mit den Füſſen Arabiſch ſchreiben; der beſte Poet kan nicht erkennen / ob ihre Füſſe Jambi oder ſpondæi ſeyn; die Kleider fliegen wie ein Segel auf einen Schiff / daß alſo aus den leichten Fuß-Geſimms leicht zu erkennen / was für ein freches Gebäue darauff ſtehe. *P. Abmb. à S. Clara l. c.*

Erunt & in futuro ſeculo ſecundum quosdam Patres, Scholaſticos & Papiſtas.

Quæſt: An beati in cœlo choreas acturi? ex profeſſo examinat *Guilielmus Pariſienſis de Univerſo Part. II. Cap. XLIII.* ac variis adductis argumentis reſpondet Negativè. Ait tamen quæſtionem hanc aggravare ex parte, & difficiliorem facere Sermones ſapientum, qui præceſſerunt in gente Chriſtianorum, qui hoc evidenter ſcripſiſſe inveniuntur, quorum claſſis, affirmativam, tenentium, & ſanctorum Patrum & Theologorum locupletiſſima eſt, ſacrarum literarum & Eccleſiæ teſtimonio ſtabilita. Theodoretus putat, Paulum in tertium cœlum raptum vidiſſe Sanctorum choreas & gaudia, numerorum ac modulatam hymnorum cœleſtium vocem audiviſſe. *M. Sebaſt. Kirchmeier, Triſol. Exeget. de raptu Pauli in tertium cœlum Cap. II. §. 3. p. 28.* Probant hanc ſententiam ex Mal. IV, 2. ſalietis ſicut vituli de armento. Si enim ad præſentiam DEI deſcendentis in Sinâ montes exultaverunt, ut arietes & colles ſicut agni ovium

Pſalm.

Psalm. CXIV, 4. quem de vero, & reali motu, in signum quasi lætitiæ, & gratulabundæ admirationis, intelligi sine inconvenientia posse, atque adeò debere, observant Lorinus, Cornelius, haud mirum videbitur, si cœlicolæ, quibus DEus præsentiam suam declarat corporaliter præ gaudio, præcinentibus citharœdis Angelis, exultent, ita *Engelgraff. Cæl. Empyr. P. II. p. 607. seq.* Sed nugas has Scholasticorum refellit. *D. Georg. Mœbius, Theol. Canon. Lib. XXX. Can. CCXXIIX. p. 392. seq.* Conf. Tit. *Citharæ materiales an in cœlo?*

Et secundum Judæos.

Ita enim in Talmud in *libro Danait. Distinct. quæ incipit Bischloschbu Pemkim:* Dixit R. Elieser, futurum esse, ut DEus sanctus faciat chorum circulaneum justis in Paradiso, & ipse erit stans in medio, & singuli ostendent eum digitis, sicut dictum est Es. XXV, 9. Ecce DEus noster iste, expectavimus illum, exultabimus & gaudebimus in salute ejus. *Raymundus Martini Pug. Fid. P. III. Distinct. III. Cap. VI. §. 12. p. 733. & G. C. Kirchmayer, de Campis Elysiis & gentilium paradiso §. 23.*

Inter Proselytos choream ducet Antoninus Imperator.

R. Judah ille sanctus enim Antonino Philosopho, sive Marco Aurelio Imp. gratiam iniit, & multæ inter ipsos dissertationes apud Judæorum scripta passim occurrunt. Imò Imperatorem Proselytum fuisse affirmant, & cum Proselyti Justitiæ, inquiunt, seculo futuro venerint Antoninus choream ducturus est. *Lichtfoot. Parerg. de Excid. Urbis Hierosol. Sect. VII. p. 145. Conf. Buxtorff. Syn. Jud. Cap. IV. p. 116. seq.*

CHRISTINA

Regnum in Carolum Gustavum, Principem Palatinum Upsaliæ die 6. Jun. Anno 1654. transfert.

Hactenus has tenuit sedes animosa LEÆNA,
Nunc LEO magnanimus sed loca cessa tenet.

*** ***

Cedant mortales, quotquot prior extulit ætas
Laudibus ob largas munificasque manus.
Nil donis æquale Tuis CHRISTINA dederunt;
Exuperas veteres, exuperasque novos.

Non auri cumulus, non eſt argentea tanti
Maſſa, nec Eoum quas mare premit opes.
QUÆ populos, QUÆ Regna dedit, ternasque CORONAS
Summa dare in terris quæ potuêre, dedit.

Sam. Liber Baro de Puffendorff de Rebus Geſtis Caroli Guſtavi, Regis Svecia Lib. I. p. 6. in delineatione Coronationis Actus &c.

ChrIſtIna aDMIrabILIs.

Hæ geminæ voculæ continent in ſe numerum Anni 1655. quo Chriſtina, Sveciæ Regina, ad partes Catholicorum tranſiit. *M. Pexenfeld. Appar. Erudit. Cap. LIII. p. 293.* Horum quippè Religionem poſt regnum abdicatum Oeniponte publicè ſuſcepit, aſſumto etiam more in mutatione Religionis nunc ſolito ab Alexandro VII. Chriſtinæ Alexandræ nomine, non tamen ſine indignatione Svediæ Ordinum, de quo vid. *D. D. Becman. H St. Orb. Terr. P. II. Cap. VI. §. 4. p. 630. 631.* At è contrario Catholicorum ſummo cum applauſu, quorum inter alia, ingenioſa hæc extiterunt elogia, alterum de tranſitu ejus, alterum de ingreſſu in Urbem Romam. Autor amborum Eman. Theſaurus. Exhibita fuerunt Arcu Triumphali, cum illa Turinum Sabaudorum ingrederetur, habenturque in *Inſcript. Berolin. Ed. fol. 94. ſeq.*

Adamantinum depange Clavum
Turinorum Auguſta
Diemque memorabilem
Æternis infige faſtis,
CHRISTIANA ALEXANDRA
Svecorum, Gothorum, Vandalorum,
Regina ter Auguſta
Triumphale hoc ingreſſa limen
Tria Regna in Triumphum rapuit
A ſe abdicando:
Magno Alexandro Major Alexandra,
Ille aliena occupans Regna
Cœleſtium Regnorum deſperatione flevit:
Hæc cœleſtia ut acquireret,
Abjecit ſua.

At alterum tale eſt:

Phœnicem viſere quisquis avet,
Huc eat:
Hanc molli in Arabiâ nidulari

Fabula

Fabula eſt.
In Sveciâ naſcitur.
Regnante Claudio Romæ viſam
Ne credas:
Alexandro Septimo auſpicante
Romam primum adventavit.
Unam eſſe tandem qui putat,
Malè computat.
Regnantum, Sapientum, Bellatorum,
Viraginum Phœnix,
Quadruplex & unica eſt Phœnix
CHRITIANA ALEXANDRA
Magni Guſtavi Filia.

Conf. *Franciſci* Iuſt. Schau-B. *P. I. p. 187. ſeq.* Als ſie zu Loretto dem berühmten Marien-Bilde Cron und Scepter verehret hatte/ ſo ward nachfolgender Verß gemachet/ mit welchen aber die Königin ſelbſt nicht iſt zu frieden geweſen:

Hanc Tibi ſacravit ſpretam Regina Coronam,
In cœlo tribuas ut meliore frui.

Cl. Hübner. Hiſt. Polit. Tom. III. Lib. II. p. 1035. Fertur enim Regina verbum *ſpretam* indignè tuliſſe; Neque enim vel unquam ſe contemſiſſe coronam, vel S. Virgini Rem à ſe ſpretam donaturam fuiſſe. Sigism. von Bircken/ in Itinerario Marchionis Chriſtiani Erneſti Cap. IIX. ap. *D. Beeman. in Notit. Dignit. Illuſtr. Diſſ. V. Cap. IV. §. 2. p. 145.* Chriſtina, quaſi Chriſmate uncta. Ita ineptè quidam ap. *L. A. Rechenberg. de Ineptiis Clericorum Rom. literariis §. 15.* De Chriſtina hac Admirabili legantur *Novellæ Mundi Docti & Curioſi An. 1692. menſ. Maj. p. 398. ſeq. 402.*

CHRISTOPHORUS

In Papatu cultus.

Preces ad illum ſunt ſequentes: 1) Chriſtophore Sancte, virtutes ſunt tibi tantæ, qui de mane vident, nocturno tempore rident. 2) Chriſtophori ſancti ſpeciem quicunque tuetur, iſta nempe die non morte malâ morietur. 3) Chriſtophorum videas, poſtea tutus eas, *D. Niſand. Corn. Cop. P. I. p. 899.* In alio hymno ita:

Elegans ſtaturâ mente elegantior,
Viſu fulgens, corde vibrans, & capillis rutilans,

Ore

Ore Christum, corde Christum, Christophorus intonat,
M. G. Mich. in Gaff. p. 243.

Est Homericus Utis.

Nec unquam in rerum natura fuit. *D. Danhauer. in Fato flagelli Turcici Theor. 2. §. 2. M. Joh. Andr.* Gleich / *Diss. Hist. quâ Idolum Pontificiorum destructum, h. e. Magnus quem vocant, Christophorus per tot &c. D. Joh. Georg. Dorscheus Sylloge Vindiciarum ad Bellarm. Allegat. ex Exod. Mos. Part. I. Diss. III. ad Cap. III. §. 7. p. 84.*

Cur fictus & pictus?

§. 1.

Villa Vincentius Lib. III. Cap. VII. de Rat. Stud. Theol. spricht/ daß das Gemählde S. Christoph. von einigen frommen Vätern deßwegen ersonnen sey/ damit es einen Evangelischen Prediger recht abbilde/ welcher indem er Christum auffnimmt/ herum träget/ und männiglichen zeiget/ in allerley Gefahr und Noth kommt/ doch erhalten wird/ unter der tröstlichen Hoffnung/ daß ihm alles bittere/ wo nicht in diesem/ doch jenem Leben werde versüsset werden/wie dessen der blühende und fruchtbringende Stock(so er auf Befehl Christi/ den er in Gestalt eines Knabens/ durchs Wasser getragen hatte) in die Erde stecken muste/ der des Morgens die schönsten Palmen-Früchte trug/ eine unfehlbahre Anzeigung ist. *Paullini l. c. T. II. Cap. CCXIII. p. 584.* Conf. *Rev. D. M. Job. Georg. Willii Expedirten* Leich-Prediger / *p. 274. seq.*

§. 2.

Ista piæ mentis formam tibi monstrat imago,
Quæ CHRISTUM verâ cum pietate colit.
Nam velut in mediis incedit fluctibus Heros,
Qui non magnum humero, sed grave gestat onus.
Sic & multa pios discrimina oportet adire,
Qui verbum portant maxime CHRISTE tuum.
Omnia destituunt justos solatia, nemo
Auxilium tristi tempore ferre solet.
Tu quoque deseruisse tuos ô CHRISTE videris,
Sunt etiam qui te posse juvare negent.
Hoc est cur pueri sis pictus imagine, namque
Convenit infirmis ista figura magis.
Tu quoque lapsantes interdum deprimis ipse,
Irasci quoties te sibi velle putant.

Sustен-

Sustentat tamen, & præbet solatia verbum,
Ergo arbor gressus arida facta regit.
Hæc tamen in florem rursus sese induet arbor,
Reddet enim justis præmia digna DEUS.
Ille senex lumen qui præfert doctor habendus,
Errantem ut monitis ritè gubernet, erit.

Ita in imaginem Christophori olim cecinit *Philip. Melanchthon. Epigrammat. Lib. I.*

§. 3.

Tu quis es? Ingenuè CHRISTUM profitentis imago,
Cui nomen puer hic, quem fero, dulce dedit.
Quis puer hic? CHRISTUS. Quæ moles tanta Gigantis,
Exigui pueri qvum leve portet onus?
Omnibus in speciem parvus puer iste videtur,
Quo tamen est toto majus in orbe nihil.
Hinc opus est animis ut sint & corpore fortes,
Qui CHRISTUM populi ferre per ora volunt.
Cur tamen ingrediens tumidi per marmora Ponti
Arboreâ infestas mole repellis aquas?
Per mare, quod calco, perversum intellige mundum,
Ille animis præbet sæva pericla piis.
Arbore nil aliud nisi sanctum intellige verbum,
Rebus in adversis quod pia corda regit.
Hoc etenim instructi ruimus per saxa, per ignes,
Qui CHRISTI meritum grande docemus opus.
Dic tamen hoc etiam, quid pendens mantica tergo,
Quid sibi cum liquido pisce, placenta velit?
Certa piis nunquam desunt alimenta Ministris,
Quique DEO fidunt, servat, alitque DEUS.
Porrò quis insignis canâ procul ille senectâ,
Prævius accensâ qui face monstrat iter?
Fax præmissa refert ventura Oracula CHRISTI,
Significat vates qui cecinère, senex.
Huc ades, ô hospes, tuque ô puer optime CHRISTE,
Mecum habita, tecum vivere sola salus.

Hofm. L. U. in b. v. p. 847.

§. 4.

Christophorus denotat Ecclesiæ præconem, qui magnus esse debet & grandi corpore, h. e. magnanimus perinde ac fortis. Gestat puerum h. e. Salvatoris nostri circumfert doctrinam. Describi ac delineari consvevit in mediis aquis, ubi simul ingentes belluæ ipsi insidias struunt; quo pericula Sacerdotum ac Ecclesiæ hostes indicarunt; Panis quem in perâ secum circumfert, specialem DEI ac certissimam erga concionatores denotat providentiam. Senex qui in littore cum lychno præcedens pingitur, Scripturam S. adumbrare debet, quæ lumine proprio concionatoribus justam aperit viam. Vid. *Nicol. Selnec. P. III. Exam. Ordinand. de Lege moral. p. 30.* Verè talem exstitisse martyrem putat *Serarius Litan. II. p. 84. Bouldocus Lib. I. de Ecclesiâ ante legem. Cap. IX. p. 53.* Christophori hujus dentem molarem, qui pugno major fuit, se vidisse testatur *Ludovicus Vives ad August. Lib. XV. de Civ. DEI Cap. IX.* Jacob. Biderman. *L. I. Epigram. LXXXIX.* Sequenti huic parentat carmine:

Limina Christophorus stellatæ viderat aulæ
Grandior, ad vastam limina parva domum.
(Nam brevis angustos arctabat janua postes,
Nec similis Magni porta Gigantis erat);
Territus ergò, Poli caperet me regia, dixit,
Janua mensuræ si foret apta meæ.
Utendum ingenio est; humerotenus altior exsto,
Perque humiles cervix non subit alta fores,
Iste aliquis, strictoque caput divellite ferro,
Vertice transiri porta minore potest.
Protinus excelsa caput à cervice resectum est;
Magnaque Christophorus jam minor astra subit.
Ingenium in multo quid quæris turba cerebro?
Plus sapit abjecto Christophorus cerebro.

§. 5.

In hunc usque diem Christophorus ille martyr fuisse creditur, cujus auxilium Pontificii sequentibus implorant verbis: O Gloriose Martyr Christophore, sis memor nostri ad DEUM omni horâ, & tuere sine morâ, corpus, sensum & honorem conserva, qui cœli florem meruisti hîc portare, intra ulnas ultra mare, nos per tantam dignitatem, fac vitare pravitatem, & amare toto corde DEUM verâ laude, voto, præ cunctis mundanis istis, & ut post mundi hujus tristis blandimenta, te præsente perducamur ad cœli regnum *Chemnit. Exam. Conc. Trid. de Invocat. Sanct. p. 582.* Citari merentur verba *Apologiæ August.*

Auguſt. Conf. ex Artic. IX. de Invocat. Sanct. in Lib. Symb. p. 230. Chriſtophorum pinxit aliquis vir prudens, ut ſignificaret per allegoriam, magnum oportere robur animi eſſe in his, qui ferrent CHRISTUM; h. e. qui docerent Evangelium, aut confiterentur, quia neceſſe ſit ſubire maxima pericula. Deinde ſtolidi Monachi apud populum docuerunt invocare Chriſtophorum, quaſi talis polyphemus aliquando extitiſſet, hinc ex Pontificiis aliqui nobiscum ſentire coguntur. *Villa Vincentius* inquit: Dubium animi eſt, picturam hanc à S. Patribus in hunc uſum propriè excogitatum, ut Evangelii præconem adumbret, qui dum CHRISTUM extollit, & circumfert viſendum, cognoſcendumque omnibus, periclitatur in procellis & fluctibus hujus mundi, ſuſtentatus tamen ſpe jucundiſſimorum fructuum impoſterum, & vel poſt hanc vitam ſuſcipiendorum, quos baculus ſupernè virens & florens promittit, *Lib. III. de Ratione Studii Theol. Cap. VII.* conf. *Baronius in Martyr. XXV. Julii. Becanus Lib. de Invoc. Sanct. p. 113. M. Chriſtoph.* Schulz/ *Diſſ. Hiſt. de Judæo Immortali §. 7. ſeq.*

CHRYSOSTOMUS

Aurei Oris Doctor, & Chriſtianorum Demoſthenes vocatus. *Joſ. Arndius Lex. Antiq. Eccleſ. p. 976.* Diſcipuli eum nominarunt Os aureum, & æternarum artificem paginarum. *M. Zach. Henſel, de Certamine Archangeli Michaëlis cum Diabolo de Corpore Moſis §. 1.*

Aurea magnus habet verè Chryſoſtomus ora,
Eloquii torrens aureus inde fluit.
Aurea facundo qui flumina fundit ab ore,
Os ſacrum ex auro ſcilicet ille gerit.

*** ***

Nomen ab aurato traxit Chryſoſtomus ore!

Mariæ imaginem exoſculans.

Omnem impetravit eloquentiam, & ſcientiam, ejusque nativitas prædicta ab animâ in purgatorio, quæ & poſteà per ſedecim Miſſas ab eodem liberata, prout nugas has referunt Papiſtæ ap. *L. Joh. Walther* im Hiſtor. Spatzier-Gang/ *P. I. Cap. LIX. p. 153. ſeq.*

Scripta ejus qualia?

Magis declamatoria ſunt, quam *διδασκαλικὰ*. Quare interdum extra metas currit, ut in hyperbolis laudum vitæ monaſticæ. *D. Philip. Melanchth. Chron. Carion. Lib. III. p. 497.*

CHRYSOSTOMI
Hodiè qui?

Es ſind diejenigen/ die ihre Mäuler nur mit Golde zu überziehen gelernet haben/ und alles nach dem güldenen Linial richten; die die Beutel-Fülle zum ſünfften Element machen/ und derer Hände denen Wag-Schalen gleichen/ die ſich auf die Seite neigen/ da man am meiſten einleget. Qui ſolas exſtruere divitias curant, nihilque volunt inter homines melius credi, quam quod ipſi tenent. *Petron. Arbiter p. m. 82.*

CODEX
Evangeliorum ab Imperatoribus geſtatus.

Proſtat enim nummus aureus Baſilii Imp. ap. *Octav. Siradam*, in quo Evangeliorum codicem dextrâ, & globum crucigerum ſiniſtrâ geſtat. Alium idem deſcripſit aureum Conſtantini Pogonati, ubi Imperator *Codicem* perindè ſiniſtra ad pectus gerit, niſi volumen id ſit, ut in nummo Theophili aureo apud eundem deſcribitur. Certè Imperatores interdum cum *Evangeliorum Codicibus* effictos, tanquam conſtantis in fidem Chriſtianam animi argumento, conſtat. Scribit quippe Porphyrogenitus in Vitâ Avi, in quodam magni Palatii triclinio à Baſilio exædificato, quod Καισάριον appellabant, expreſſum opere Muſivo in throno ſedentem Imperatorem, operis conditorem, Conjugemque Eudoxiam, Imperatoriis indumentis amictos, & coronis redimitos cum communibus liberis, quorum maſculi τόμους ἐπιφερόμενοι conſpiciebantur τὰς θείας ἐντολὰς αἷς στοιχεῖν ἐπαιδεύοντο περιέχοντας, *libros divina præcepta, quibus ipſi inſiſtere docebantur, continentes:* fœminæ verò & ipſæ libros quosdam tenebant τόμους θείων ἐχόντας ὑφηγήσεις, *in quibus divinarum legum argumenta deſcripta erant.* Quaſi, *inquit Auctor*, in animo habuerit Artifex utramque progeniem ſacris literis initiatam & divinæ ſapientiæ participem eſſe, demonſtrare. Qui quidem libri non alii videntur fuiſſe, ab Evangeliorum codicibus, in quibus CHRISTI præcepta continentur. Narrat quoque *Autor Chronici Alexandrini*, Juſtinianum, excitatâ Victoriatorum ſeditione, in Circum progreſſum, ſediſſe in tribunali geſtantem manu ſanctum Evangelium *p. 780.* In manus ſcilicet ſumſerat Imperator *Evangelii Codicem*, quo forſan ſeditioſæ multitudini fidem faceret indultæ iis veniæ tactis ſacroſanctis Evangeliis, quæ Sacramentorum apud Chriſtianos formula ſolennis verbis his concepta jam olim fuit: Μὰ τὰς ἁγίας γραφὰς ταύτας καὶ τὸν Θεὸν τὸν λαλήσαντα δι' αὐτῶν, *Per Sanctas Scripturas iſtas, & DEum loquentem in iis &c. Hofman L. U. in h. v. 907.*

COECUS

COECUS

Nec inter vivos, nec inter mortuos censetur. *Christophorus Arnoldus in Wagenseil. Sot. p. 1154.*

Claudum bajulans.

De hoc *Alciatus* ita:

Loripedem sublatum humeris fert lumine captus,
Et socii hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter concors sic præstat uterque,
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

S. Majolus Dier. Canic. Coll. IX. p. 350. Conf. Tit. Anima, an corpus in peccando magis deliquit?

Oculatior vidente.

Alphonsi Aragonii temporibus, Agrigenti (quæ Siciliæ civitas est) vir cœcus fuit astutissimus, qui per Insulam proficiscens, sine ullo ductore, etiam videntes anteibat. Hic cum haberet quingentos aureos nummos, veritus ne sibi furto adimerentur, in agro eos defodit. Quod cum forte quidam vidisset, qui ei per baptismi sacra conjunctus erat, & haud longè ab eo loco habitabat, sequenti die effossam indè pecuninam abstulit. Cœcus post aliquot dies ad locum rediit, ut pecuniam quæreret. Quam cum non invenisset, conjectura assecutus est, propter vicinitatem nullum alium, quam vicinum, de quo dictum est, avertisse. Itaque rem dissimulat, atque post aliquot dies vicinum conveniens, sub jurisjurandi fide, ut melius tegeretur astus, ceu amico communicat, se aliàs pecuniam defodisse, & cum tantundem nunc etiam haberet, petere se amico consilium, deberetne simul cum alia defodere, aut seorsim eam apud se ab retinere? Amicus, qui hanc quoque cœci pecuniam, ut aliam, auferre cuperet, si asit, ut cum alia defoderet: & ne cœcus, si primam abesse pecuniam inveniisset, hanc, quam se habere nunc dicebat, illic deponere abstineret, primam illic, ut ante erat, reposuit. Cœcus illuc profectus, cum pecuniam inveniisset, arbitrareturque idquod erat, scilicet amicum haud longè ab eo loco abesse, exclamavit: Hac in re, amice, oculatior vidente cœcus fuit. *Fulgosus Lib. VII. Cap. III. ap. Zwinger. Vol. VII. Lib. II. p. 1720. b.*

§. 2.

Occulit argenti thesaurum cœcus in horto
Vicini auxilio consilioque sui.
Subtrahit hunc cœco vicinus nocte sequenti
Post biduum cœco furta patrata patent.

Vicinum subitò non vult astringere furti,
Sed primum verbis taliter alloquitur:
Duc ad thesaurum me hesternâ luce repostum,
Addam aliquid, monstrat sacculum & ære gravem.
Fur nummos iterum, subtraxerat unde, reponit,
Hinc cœcum adducit, congerat ut reliquum.
Quamprimum sentit nummos rediisse priores
Cœculus, hac ad se voce retractat eos:
Ite domum, vobis ibi non ærugo nocebit,
Non pluviæ, furis non inimica manus!

Sal. Kusel. in Hor. Succis. p. 173.

Luto curatus, Joh. IX, 6.

Prima luto debent nostræ primordia vitæ
Exque luto reficit langvida membra DEUS.
Viderat hoc cœcus, cujus reserantur ocelli,
Ut quoque discamus nos meminisse luti.

Fingebant & similia miracula Pagani, sed astantibus fucum fecerunt. Quæ enim de Vespasiano Imp. cœcum curante, narrat *Tacitus Lib. IV. Histor.* & *Svetonius Cap. VII.* adulationem sapiunt, ut hoc, quasi DEUS, signo æstimaretur. *Th. Bartholinus, Miscell. Med. de Morbis Biblicis Cap. XX. p. 75.*

Cœcitatem simulans.

In persecutione Christianorum sub Hunerico Vandalorum Rege, cum Episcopi celebres orthodoxi, Eugenius, Vindemialis & Longinus, virtutibus & donis sanationum clarerent: invidens eorum famæ & auctoritati, quam venerabantur omnes, Cyrola Arrianorum Episcopus, ne non & se celebrem facto aliquo mirando redderet, hominem conduxit quinquaginta aureis, qui innatam se prætereunte cœcitatem simulans, opem ejus in hanc sententiam implararet: Quæso te, beatissimè Cyrola, religionis nostræ antistes, ut respiciens cœcus exemplum gloriæ ac virtutis tuæ, meosque adaperias oculos. Accedit ad eum Cyrola hæreticus, fucum sibi successurum confidens: & admotis manibus ad oculos cœcum se mentientis, Secundum fidem, inquit, nostram, quâ rectè in DEum credimus, aperiantur oculi tui. Ad quæ verba dolor tantus oculos illius invasit, ut digitis vi comprimere eos, ne creparent, cogeretur. Prodita itaque ad omnes Cyrolæ compositâ fraude, hæresique damnata, precibus orthodoxorum Vindemialis, Longini & Eugenii, dolore liberatus fuit. *Gregorius Turonensis Lib. II. Cap. III. ap. Zwing. l. c. Lib. V. p. 1945. b.*

Homi-

Hominum miserrimus.

Diversos mundus miseros complectitur, inter quos cœcus primum fertur habere locum. Τὸ φῶς κάλλιστον Eccles. XI, 7. Vid. *D. Misand. Cornu Cop. P. I. p. 1246.* Peccatores omnes cœci. Conf. *Exgelgruv. Cæl. Empyr. P. I. p. 164. seq.* Miserrimè omninò vitam transigit, qui nobilissimo oculorum beneficio privatus. Quamvis enim interioribus animi dotibus non statim destituantur cœci, imò ingeniosiores haud ratò sint videntibus, cum tot objectis cœcorum meditationes non distrahantur, ac videntium; Attamen, cum haud pauca ex objectorum externorum contemplatione dependeant, quæ si oculos non adhibeas, cognosci distinctè non possint, vix absoluta cœcorum cognitio erit. Ut alia innumera in communi vitâ cœcis occurrentia mala reticeam, quæ miseram cœcorum reddunt conditionem. *D. Sam. Stryke de Jure Sensuum Diss. I. Cap. I. §. 4. p. 111.*

Nuptias contrahere potest.

§. 1.

Quod Sponsalia & matrimonium cœci contrahere possint, non adeò dubitandum videtur, & consentiunt in eo Dd. communiter per *L. LXXIII. ff. de Jur. dot. Baldus in L. etiam 9. ff. de adopt.* Consensu enim contrahuntur nuptiæ, *l. nuptias 30. ff. de R. I.* quo ipso nec cœcus destituitur, cum eum verbis manifestò satis declarare valeat: Nec movebit scrupulum, quod amoris sint incapaces cœci: Nam oculi sunt in amore Duces; nec ignoti ulla cupido; Cum ergò personam sibi matrimonio jungendam cernere non possint, nec sibi aliquam eligere, & in hanc consentire poterant, vel amore erga eam rapi. Facilè enim hic defectus suppleri poterit per cœci agnatos, aliosve, qui sponsam idoneam eligere, & postea à Cœco consensum elicere possint, qui ut-ut oculis amorem haurire nequeat, animo tamen, & naturali inclinatione satis amorem concipiet. Imò sufficit hic consensio in ipsam personam, licet ejus qualitates exactè non norit, cum & aliàs error qualitatis extrinsecæ matrimonio non sit impedimento, *c. un. cauf. 29. Quæst. 1.*

§. 2.

Nec vitiabitur matrimonium etiamsi cœco cœca, vel alio vitio laborans jungatur; modò cœco, quod futura conjux tali vitio laboret, reverà & cum omnibus circumstantiis expositum fuerit; quorsum spectat Epigramma illud relatum à *Cypræo de Sponsal. Cap. XIII. §. 69. n. 2.*

Uxorem claudus cœcam ducebat, uterque
Istius accepit commoda conjugii.

Cœca virum mulier claudum portavit, at ille
Portantis cœcum lumine rexit iter.
Mutua sic debet cum conjuge vetere conjux
Officia, & tali gaudet amore DEus.

Quamquam & magistratui incumbat providere, ne tales personæ jungantur matrimonio, quæ victum sibi parare haud valeant.

§. 3.

Sed hoc controversum est: An, si virgo vitio oculorum nullo laborans contraxerit sponsalia, posteà tamen visu privetur, Sponsus à talibus sponsalibus resilire possit? Dubitandi ratio in eo latitat, quod ob tales morbos supervenientes saltem repudium dare liceat, quibus cohabitatio impediatur, vel qui contagiosi sint, ut si sponsa fiat leprosa, luc Gallicâ laborans, Epileptica, paralytica &c. *Paul. Cyprœus de Sponsal. Cap. XIII. §. 65.* Verum etiam oculorum privationem ad dissolvenda sponsalia sufficere, utique dicendum putamus, per textum in *c. quemadmodum 25. princ. numer. 2. X. de Jurejur.* ubi non saltem ob morbum contagiosum, sed & ob insignem deformitatem ex oculorum amissione supervenientem, permittitur repudium: Verba sunt hæc: Quod si post hujusmodi juramentum mulier fieret non solum leprosa; sed etiam paralytica, vel oculos vel nasum amitteret, vel quicquam ei turpius eveniret, numquid vir eam teneretur ducere in uxorem? profectò ductam non posset dimittere. Sed numquid non ductam admittere teneretur? quamvis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.

§. 4.

Apparet exindè hanc Pontificis mentem esse: Vitium cœcitatis post nuptias contractas superveniens ad divortium non sufficere; nam & uxorem cœcam retinere debet maritus. *C. si uxorem 18. Cap. XXXII. Quæst. 5.* sufficere tamen ad repudium, seu sponsaliorum dissolutionem. Difficilius enim divortium, quam repudium permittitur; Et facilius matrimonium contrahendum impeditur, quam contractum dissolvitur. *Sebast. Medic. de Casib. fortuit. Part. II. Q VI. n. 32.* Nec desunt rationes pro hâc decisione Pontificiâ; Mutuus amor ac adfectus causa contrahendi matrimonii impellens est, atque mediis, quibus conservatur amor, ablatis, amor ipse deliquium patietur, & mutuis odiis potior, quam conjugali amori ista patebit via. Quippe mutui adjutorii loco nuptias ambiit sponsus, quod si ob amissos oculos nil auxilii superesse videat in futurâ uxore, omninò malè ipsi consuleretur, si invitus eam ducere compelleretur. Insuper cum Christianis non æquè facilis, ac quondam Judæis uxores dimittendi detur ansa, sed insolubile potius ipsis hoc vinculum esse debeat, cavendum omninò & proviclen-

videndum, ne matrimonium difficilem ſortiatur exitum, *C. Requiſtiſti X. de Sponſal.* Quotiescunque enim connubium ex certis cauſis prævideri poteſt infauſtum, & multis miſeriis ſubjectum, tunc ad conſummationem nuptiarum compellere contrahentes injuſtum eſt. *Mevius Part. VI. Deciſ. 226.* Monendus quidem ante omnia ſponſus eſt, ne ſponſam oculis privatam derelinquat, ſed matrimonium conſummet potius; Quod ſi verò admonitionibus eò deduci non poſſit, tandem repudium concedi poterit, præſertim alterâ parte conſentiente. *Carpzov. Jurispr. Eccleſ. Lib. II. Tit. X. Def. CLXXXI. Gerhard. Loc. Theol. de Conjug. §. 167.* Temporis tamen ſpatium quoddam expectandum eſſe, ut appareat, annon medicabilis ſit cœcitas, benè monet *Cyprœus l. c. Cap. XIII. §. 67. 68.*

§. 5.

Sed quid ſi alterum oculum ſaltem amiſerit ſponſa, an ſic reſilire ſponſo licebit? Videbatur hoc dicendum, cum Pontifex in *d. c. 25. X. de Jur. Jur.* ſi naſum poſt ſponſalia amiſerit ſponſa concedat repudium. Sed hoc puto non facilè admittendum: Multum enim intereſt oculum, an oculos amiſerit ſponſa: Hoc caſu planè inhabilis eſt, ad mutuum adjutorium marito præſtandum, non illo caſu: quia videndi facultatem in altero oculo ſalvam habet. Et certè major in fœminâ deformitas eſt, naſum quam oculum amiſiſſe: ut hinc durius cum ſponſo procedendum ſit, ut matrimonium conſummet. Quod ſi tamen conſtanter recuſet, & magnæ lites, infelixque matrimonium metuantur, repudium indulgent Dd. ob quamvis inſignem deformitatem, *Carpzov. l. c. Cyprœus l. c.* quorſum & amiſſio oculi referri poterit. *D. Stryk. l. c. Cap. II. §. 2. p. 117. ſeq.*

An Sacerdos eſſe poteſt?

§. 1.

Cœcus ad Sacerdotium adſpirare non poteſt. *Thomas Merckelbach in T. Conſil. Klock. Vol. II. Conſil. XCIV. n. 49.* quod quidem jure Veteris Teſtamenti adeò inculcatum, ut non ſolum cœcus, ſed & qui vitio oculorum notabili ſaltem laboraret, der ein Fell auf den Augen hat / oder ſcheel iſt / excluderetur, Levit. XXI, 18. 20. quod approbatum Jure Canonico, *Can. I. Diſt. L.* Conf. *Laym. Theol. Moral. Lib. I. Tract. V. Cap. VII.*

§. 2.

Si ad mores noſtros hæc examinamus; Certùm quidem eſt, eum qui viſu non privatus, ſed oculorum ſaltem aliquo vitio laborat, à Sacerdotio non repelli, cum nihil ipſi, quo minus debitè officium ſuum expedire poſſit, ſit impedimento. Quod ſi verò viſu planè privatus, adſpirare ad officium Sacerdotis non poterit,

terit, cum eidem debitè præesse non possit. *Flamin. Paris. de Resignat. Benef. Lib. V. Quæst. III. n. 21.* Si autem post susceptum Sacerdotium superveniat cœcitas, itidem inhabilis ad administrationem redditur, quanquam sic non planè ab officio repellatur, sed coadjutor vel substitutus ipsi dari soleat, ne afflicto addatur afflictio. *Bordon. Decis. Miscell. 228. n. 2.*

§. 3.

Quod si tamen non obstante cœcitate nihilominus cum utilitate Auditorum docere verbum DEI valeat, & alii Sacerdotes adsint, qui sacra sufficienter administrare possint, non repellendus ab officio, vel ipsi invito substitutus obtrudendus. Sic de Bedâ refertur, eum quamvis cœcus fuerit, tamen excellentissimum concionatorem, ac Doctissimum Sacræ Scripturæ interpretem fuisse. Simile exemplum de Didymo Alexandrino refert *Camerarius Horar. Subcis. P. I. Cap. XXXVII. in fin. Casp. Schottus, in Phys. Curios. Lib. III. Cap. XXXIII. §. 2.* Unicum adhuc ex eodem *Camemrio l. c.* ad stuporem usque admirandum huc transcribere libet: Nicasius de Werda Mechlinienſis licet ab anno tertio ætatis suæ oculis captus, & ob id etiam elementorum literarum penitus ignarus fuisset; tamen nihilominus in omni doctrina divinâ & humanâ adeò profecit, ut admirationi omnibus esset, & cum Lovanii gradum Magisterii accepisset, Scholis aliquamdiu Mechliniæ cum laude præesset, & Lovanii aliquanto post Licentiam in Theologiâ consecutus, cœcus quamvis Evangelium tamen publicè docuerit: Quin & post hæc gradum Doctoris utriusque Juris in Academiâ Coloniensi cum accepisset; in Gymnasio publicè itidem Jura cum stupore omnium docuit, atque libros utriusque Juris, quos nunquam viderat, & legerat, memoriter recitavit, donec Coloniæ Anno 1492. moreretur. *D. Stryk. l. c.* Plura exempla habet *Emsm. Francisci* in der lust. Schaub. *P. II. Conv. III. p. 675. seq. Harsdorffer* im Schauplatz lust- und lehrreicher Geschichte/ *P. VII. Cap. CLVI. §. 7. p. 209. seq. M. Henr. Bonick de Ἀβίβλοις sive Eruditis sine libris S. I. Cap. III. §. 51.* Cœcum utriusque luminibus orbatum ad Magistratum idcirco postulare non posse Ulpiano placet, quod insignia magistratus videre & revereri non possit, *lib. I. ff. de postulat. Phil. Caroli Antiquit. Polit. Lib. II. Cap. XI. p. 64.*

COECI

Et claudi Jebusæorum, 2. Sam. V, 6.

Non ingredieris huc nisi abstuleris cæcos & claudos dicentes: Non ingredietur David huc l. c. Sensus est, Jebusæi fidentes loco per irrisum dixêre, homines cœcos & claudos suffecturos repellendæ oppugnationi. Ita *Grotius, Abulensis*

lenſis & Semrius ac Cornel. à Lap. ad *Joſephum*, *Procopium* & *Theodoretum* provocans: Sed rectius *B. Lutherus*, *Oſiander*, *Vinarienſes* idola, quæ Jebuſæi, quaſi DEos tutelares in muris collocarant, cum *Burgenſi* intelligunt, quæ ita vocent, quod à Davide, ac Iſraëlitis pro cœcis & claudis haberentur, Pſalm. CXV, 5. ſeq. ac licet eo loco cenſeantur, repulſura tamen ſint Davidem cum ſuis. Quia additur: *quos odit anima Davidis* (non verò ut in vulgatâ habetur: *odientes animam Davidis*) & indè dicterium & ſtatutum ortum: *non ingredietur cæcus & claudus in domum*: h. e. nemo idololatricas ejusmodi imagines in domo ſua collocet, quia nihil in eis eſt, neque auxilii, neque præſidii. *B. Calov. in h. l. p. 761.*

COECOS

Quomodò DEUS creaſſe dicitur? Exod. IV, 11.

Quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcum? Hæc non magis DEO tribuuntur, *videntem* fecit per primævàm creationem, *omnia* enim *valde bona* condita ſunt, adeoque ſine ullo defectu, qui ad creationem referri non poteſt, Gen. I, 31. Sap. I, 21. *Cæcum* autem, *ſurdum & mutum* facit ob *transgreſſionem*; nam illa à peccato ſunt, juſtoque DEI judicio in naturâ deſtitutâ, non inſtituâ; quod contra *Materiarios*, vel qui in materiæ conditione tales defectus quærunt, quia DEus mutum & ſurdum feciſſe dicitur, obſervandum. Cum verò hic Angelus in rubo adhuc colloquium cum Moſe continuet, agnoſcamus, eundem illum hæc dixiſſe, qui per reparationem *omnia bene fecit*, & in diebus carnis ſuæ *ſurdos fecit audire, ac mutos loqui*, Marc. VII, 33. *Cal. in h. l. p. 338.*

COELIBES

Infames & inhonorati.

§. 1.

Apud Athenienſes feſto die quodam à mulieribus circum aram tracti cœlibes, cædebantur flagris, qua ex ignominia ad dandam liberis operam excitarentur. *D. Chriſt. Liebenthal/ Coll. Polit. Exercit. II Q. III. p. 35. D. Joh. Jonſton. de Feſtis Græc. Cap. VII. §. 42. p. 114.* Apud Maſſilienſes nullus Timuchi (Senatoris) dignitatem conſequitur, cui non ſunt liberi, aut cujus ſtirps inter cives non per tres ætates duravit. *Strabo Lib. IV. Geogr. ap. B. D. Nagel. Tr. de Luctu Parentum ſup. Fil. Lib. I. Cap. III. p. 36.* De pœnâ hodiernâ cœlibum in ditione Palatinus Odenwald/ Hageſtoltzen vocatorum vid. *Franciſcus* Röhne/ *Diſſ. Polit. de Conſervat. Rerumpubl. th. VI. §. 3. p. 16. Schönborn. Pol. Lib. I. Cap. VI.*

§. 2.

Sed qui sunt isti Hagenstoltzen? Ita vocantur in ditione Palatina Odenwald / qui excesserunt ætatis annum XXV. & cœlibatum fuêre professi. Hagen antiquissima vox est Germanorum, ab Hag & Hâgen / unde & behagen oritur. Hag / Hagen (indè hâglich & behâglich) est placere; nomen autem Hage septimentum notat. Hinc composita Hag-Büche / fraxinus, arbutus Hagedorn / Hagapffel spinetum, aut illius fructus, verbaque verhegen & umhâgen. Celticæ originis vocabulum existere, non tam ex antiquissimis nominibus (adductis à *Goldasto Haiminsfeldio Antiquit. Alamannicar. Tom. II. Part. I. p. 96.*) ut *Hago, Hagano, Hagestolt, Hagefried, Hagebald*, quam usu atque amplitudine *Gothorum* veterum cognosco. Hodieque Svevis usitatum est behagelick / ut nostratibus, behâglich. Stoltz nota vox; nec tamen eadem *Latina* derivatione, scil. à stolido, aut stulto (quanquam non absurdâ) sed *Gothorum* Stolt / stoltzera. Ut ideò sit Hagestoltz soli sibi placentiâ superbus, & suâ se superbia delectans ἀγαυός; Haben also (verba sunt *Schottelii in Misogamorum Jure*) die alten Teutschen solche Frauen-Feinde und Brautbassere mit diesen sonderlichen Nahmen allemahl nur Beschimpffung und auslachen verursachet. Vid. *Papia Poppæa Lex è ruderibus exposita, adversus* μισογάμους (Hagestoltzen) *vindicata à Georg. Casp. Kirchmaiero §. 17.*

§. 3.

Apud Spartanos Lycurgus cives suos præmiis invitavit, ut liberis darent operam. Qui enim tres procreaverat filios, is in præsidium nullum mittebatur ultra, qui quatuor, sivè ut *Ælianus* auctor est, quinque susceperat, omnium munerum vacationem consequebatur. Addit *Stobæus Serm. LXV.* puniisse insuper Spartanos ἀγαμίαν, ὀψιγαμίαν, κακογαμίαν, quod & *Plutarch. in Lysand.* confirmat, id est, animadvertisse in eos, qui planè non ducerent uxores; Deindè qui serò ducerent; Tertiò qui in ducendis uxoribus opum potius, quam augendorum civium rationem habuissent. Animadversionum genera fuêre hæc: Ne Juvenes Senibus cœlibibus loco cederent. Unde Juvenis quidam Dercylidæ Duci cumprimis claro adventanti de sede suâ cedere noluit, hâc causâ additâ: *Neque tu mihi, qui cessurus sit olim, sustulisti.* Arcebantur etiam tales à publicis ludis & Spectaculis, hyeme cogebantur nudi forum publicum inire, & carmen in seipsos probrosum canere, quo fatebantur, jure se plecti, quod cives Patriæ non subficerent. Apud Persas quoque post virtutem bellicam secunda habebatur multæ prolis esse parentem, ejus Rex quotannis muneracommittebat, ut adnotarunt Herod. Lib. I. Strab. XV. ap. *D. Mich. Piccartum Comment. in Aristot. Polit. Lib. II. Cap. IX. p. 271. seq.*

§. 4.

§. 4.

Athenienſium mos fuit, ut cum ſponſa domum duceretur, boni ominis cauſa, puer patrimus ac matrimus præiret, *Spinis coronatus ac glandibus*, qui vannum præferret, aut cunas panibus onuſtas, caneretque ſubindè: ἔφηγον κακὸν, ἔυρον ἄμεινον, *effugi malum, inveni bonum!*

Sint procul hinc curæ triſtes, & turpis egeſtas:
Pane domus ſcateat, lite vacetque thorus.

Sic *Suidas* & *Emſmus in Adagiis.* Mutatio in melius indicatur.

Sunt ſteriles ſpinæ & glandes in cœlibe vitâ:
Prole thorus cunas, tectaque pane replet.

Memini in Epitaphio Virginem ad beatam in morte commutationem transtuliſſe, hoc ſenſu:

Effugi glandesque ſuum ſpinasque malorum;
Nunc ſatior ſponſi pane beata mei.

J. H. Urſin. Arboret. Bibl. S. II. Cap. XV. §. 1. p. 231. 232.

Tanquam excommunicati.

R. David Kimchi in Cap. LVI. Eſa. ait, ſententiam eſſe antiquorum Judæorum, eum, qui non relinquit filium, eſſe tanquam excommunicatum à DEO, ap. *Ant. Cregutum Revelat. Arcan. Cap. III. p. 180.*

Ἄβιοι, vitâ carentes.

Homerus cœlibes Abios appellat, quaſi vitâ carentes, ap. *Beroaldum Orat. in Nupt. Mediol. p. 27. D. Dan. Claſen. de Orat. Gent. Lib. I. Cap. XIIX. p. 158.* Et Judæorum eſt proverbium: Vir ſine filiis eſt ſine vitâ. *Th. Goodwin. Moſ. & Aar. Lib. III. Cap. IV. p. 255. Pocockius in Not. Miſcell. Cap. VI. p. 150.* Cui non ſunt liberi, perindè eſt, ac ſi mortuus ſit. *P. Fagius in Op. Angl. T. I. p. 280.*

Indignè nati

Quid de illis igitur dicam, qui cœlibe vitâ
Contenti, dulces non curant gignere natos:
Sed ſteriles obeunt radicitus, & moriendo
Poſt cineres non ulla ſui monumenta relinquunt?
Hi peccant certè, &, ſi verum dicere fas eſt,
Naſcitur indignè per quem non naſcitur alter,
Indignè vivit, per quem non vivit & alter.

Palingen. Zod. Vit. Lib. IV. in Cancro p. 75.

Omne bonum, cœlebs, seſe communicat, indè
Si bonus es, cupies multiplicare bonos.

Franciſcus Statius in Or. & Luſ. Verit. Epigr. LXIV. p. 15.

In *cælo cœlebs* ſis & Deitatis imago,
Hîc *zelum* monſtres multiplicare bonos.

Id. ibid. Epigr. CCXV. p. 47. Ingeniosè ſibi viſus eſt Cajus cœlibes dicere, veluti cœlites, quod onere graviſſimo vacent, idque græco argumento, ἥβης enim eadem de cauſa affirmant. *Fabius Quinctilianus Inſtit. Orat. Lib. I. Cap. IX. p. m. 13. b.* Gravior *Muſonii* ap. *Stobæum* cenſura eſt *Serm. LXV.* Quisquis homines privat nuptiis, is abolet familiam, civitatem, & humanum genus totum, quod absque generatione non poteſt permanere. *Kirchmaier l. c. p. 23.*

Non habent partem in futuro ſeculo.

Rabbini in illo Gen. I, 28. פְּרוּ וּרְבוּ Fructificate & multiplicate, commune & generale præceptum omnibus hominibus poſitum eſſe contrahendi matrimonii implendique præceptum prolificandi, quod illi vocant מִצְוַת פְּרִיָה וּרְבִיָה; Ideò dicunt: Omnis qui non confirmat præceptum de proereandis liberis, illi non eſt pars in futuro ſeculo. Quod ego non ſimpliciter ab illis dictum puto, ſed in ſcortatores & contemtores ſtatus matrimonialis, de quibus & Scriptura pronunciat, quod non habeant partem in futuro ſeculo 1. Cor. VI. inquit *Fagius ad h. l. in Op. cit. p. 17.*

Sed Diabolis pœnam dabunt.

Maxima in vita & piiſſima cura eſt prudentibus filiorum procreatio; Et maximum infortunium, & impietas, ſine filiis aliquem ex hominibus excedere. Et pœnas iſte dat poſt mortem Dæmonibus. Punitio autem eſt hæc: Animam ejus, qui ſine filiis eſt, in corpus condemnari, quod neque viri, neque mulieris naturam habet; Quod quidem maledictum eſt ſub Sole. Ergò & Aſclepi, nemini, qui filiis caret, congratuleris. Sed contra miſereare infortunium, ſciens, qualis ipſum maneat pœna. Hæc *Trismegiſt. Serm. Univ. Lib. IX. ap. Nagel. l. c. Beſſaum Poſtill. P. II. p. 89.*

Non ſunt homines.

Spaſſim ap. RR. jactatæ ſententiæ: לא טוב אלא אשה / Nihil eſt bonum niſi mulier. It. כל מי שאין לו אשה איני אדם / Cuicunque non eſt uxor, non eſt homo. It. Quisquis habitat ſeu manet absque uxore, manet ſine bono, ſine gaudio, ſine benedictione, ſine habitatione, ſine lege, ſine muro, ſine pace. *Fagius l. c. p. 50. Münſterus ad Levit. XV, 16. p. 803.*

Non

Non litigant.

Varus Geminus, inter declamatores Augusti temporibus nequaquam postremus, probè dixisse fertur: *Qui non litigat, cælebs est.* Cui quidem adstipulatur illud, quod in sacris scibitur libris: Melius est habitare in loco deserto, quam cum uxore litigiosa. Ejus dictum ex Hieronymo citatur apud Volaterranum Lib. XX. Anthropologiæ. *Zwinger Vol. VI. Lib. I. p. 563. b.* Turcicus quidam Poëta ita:

Duo asini, una Carawana,
Duæ uxores, unum forum;

Hoc est: Duo asini tantum creant molestiæ, quantum totus comitatus; Et ubi duæ mulieres, ibi ob lites perpetuum est forum. *B. D. Pfeiffer. Diss. Philol. V. de Alischiis & Sunnitis th. XV. p. 107.* Conf. Apparat. Bibl. Tom. III. in Tit. *Mulier rixosa p. 613. seq.*

Parochi non tolerandi.

Merlini Prophetæ Angli (quem sine virili congressu procreatum fabulantur. *Huëtius D. E. T. II. Prop. IX. Cap. IX. §. 4. p. 693. Clasen. l. c. Lib. III. Cap. XIV. p. 646. Nic. Remigius Damonol. Lib. I. Cap. VI. p. 34.*) vaticinium de Cucullatorum nuptiis, & quomodo eventus huic responderit, postquam Latina Ecclesia in tres partes, Romanam Teutonicam, Augustanam & Reformatam divisa est, vid. ap. *Henr. Giesebert. Deuteron. Harmon. Cap. XXXIII. n. CXXII. p. 1542. 1543.* quarum multæ statuunt, nec quidem Parochum Ecclesiæ, moderatorem Episcopum, conjugio integris viribus aptum, cœlibem tolerandum: Unde mores invaluerunt sine dubio, quod in Brandenburgico nostro Electoratu cœlibes ad officia publica generaliter non promoveantur, sec. V. O. de 1573. vom Pfarr. §. 10. Und weil &c. Sicuti & apud Armenios nemini permittitur Sacerdotium assumere, qui uxorem non duxerit, ap. *Wolff. L. M. T. I. Cent. XIII. p. 457. a.* Apud Moscovitas nemo in Diaconum consecratur, nisi qui uxorem habuerit. *Id. T. II. Cap. XVI. p. 563. b. D. Joh. Ernest. Gerhard. Diss. Th. de Ritibus Eccles. Moscovit. Cap. XIX.* Pius II. Pontif. crebrò in ore habuisse legitur: Sacerdotibus magnâ ratione sublatas nuptias, majori restituendas videri. Imò & jam antè Concilio Basiliensi A. C. 1439. definitum: Non solum uxorem qui habuit sed & qui habeat, in Pontificem assumi posse: electusque tum Felix V. qui uxoratus erat. *Hofm. L. U. in h. v. 909.*

Monachi decimo octavo ætatis anno interrogati, an vellent cœlibes manere?

Synodus Toletana secunda, anno quinto Amalrici regis, celebrata Can. I. ita:

I. ita : Dehis, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio vel monachali posuit, pariter statuimus observandum, ut mox cum detonsi vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo Ecclesiæ sub Episcopali præsentia à præposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu, voluntas eorum de expetendo conjugio ab Episcopo perscrutetur : quibus si gratia castitatis (DEO inspirante) placuerit, & promissionem castimoniæ suæ, absque conjugali necessitate, responderint servaturos : hi tanquam appetitores arctissimæ viæ, levissimo Domini jugo subdantur ac primo subdiaconatus ministerium, probatione habita professionis suæ, à vigesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffensè vigesimum quintum annum ætatis suæ peregerint, ad Diaconatus officium (si scientes implere posse ab Episcopo comprobentur) promoveri debent. Cavendum tamen est his, ne quandò suæ sponsionis immemores, ad terrenas nuptias, aut abortivos concubitus ultra recurrant. Quod si fortè fecerint, ut sacrilegii rei, ab Ecclesiâ habeantur extranei. His autem, quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persvaserit, concessam ab Apostolo sententiam auferre non possumus, ita ut cum provectæ ætatis in conjugio positi, renunciaturos se pari consensu operibus carnis sponsonderint, ad sacros gradus adspirent. *B. Gesnerus Histor. Narrat. Omn. Concil. Cap. VI. p. 290.*

COELIBATUS
Impurus Monachorum.

Hunc *Petrus à Soto* dicit esse satisfactionem peccatorum maximam, & meritum vitæ æternæ ap. *B. D. Mart. Chemnit. Loc. Theol. P. II. p. 197. a.* Liberè scilicet vagari cupiunt, unius effugientes thorum, ut omnium fiant thorus, ut eleganter ludit *Angelus Politianus in Epigr. p. 331.* ex multis racemis videmiam facientes ; Connubisanctifugæ isti & clammeretricitegæ. Cœlibes omnes, minimè tamen cœlites.

Nam multi nolunt uxorem ducere, multas
Ut passim incestent, diversaque pabula carpant.

Palingen. Z. V. Lib. IV. in Cancro p. 76. Scilicet : πολλαὶ κυνὸς ἀρσενος εὐναι i. e. sunt carnis infinita cubicula mascli. *Erasm. Adag. Chil. II. Cent. X. C. XIIX. p. 600.* Clerici quippè Papæ non coguntur jurare, se velle caste vivere, sed tantum se nolle uxorem ducere. *Scherzer. in Anti-Bellarm. p. 409.* Continentiam vovent non à scortatione & libidinibus, sed tantum à Conjugio. *D. Balduin. C. C. Lib. II. Cap. VIII. Cas. XIV. p. 309. a. Lutber. Coll. Mens. Cap. XXXVI. p. 351. a.* Mystæ vafrique cuculli, quos castos decet esse, palam cum pellicibus,

vel

vel furtim cum pueris, matronis, virginibusque nocte dieque sudant. *Palingen. Lib. I.* Hinc SECTA JESUITARUM per Anagr. TUTE MARES VICIAS.

Non scortum, non tibi Conjux:
Dic Jesita mihi, quî Pater esse potes?

Et vicissim:

TU MATRES VICIAS, torosque sacros,
Antistes pie, virginesque sanctas.
Hoc qui martyrio fidem propagat,
Hoc qui consilio propagat orbem,
Is verè est Pater, & Pater beatus.
O tuam veneror beatitatem,
Amplectorque piam paternitatem,
Jesuita Patrum, Pater Supreme!

D. Balduin. Artic. Smalcald. Diss. XXI. de Votis monasticis §. 17. D. Conr. Tiburt. Rango Omt. de Dolis & Fraudibus Pseudo-Theologorum not. XLII. p. 41. Quadrat huc illud Franciſci impetratum à Gregorio IX. interdictum, de absolvendis suis sociis à curâ & familiaritate Monialium Clarissarum: Timeo, ajentis, ne dum DEUS nobis abstulit Uxores, Diabolus nobis procuraverit Sorores. *B. D. Danh. Hom. Acad. III. P. II. p. 355.*

Conjugio non præstat.

Sed antecellit matrimonium cœlibatui 1) Ratione divini eloquii Gen. II, 18. 2) Ratione Patrum testimonii. 3) Ratione adjutorii. 4) Ratione medii, Gen. IX, 1. 5) Ratione remedii, 1. Corinth. VII, 2. 9. 6) Ratione mysterii, Ephes. V, 29. *Renec. Panopl. T. IV. Cap. XXIV. p 363. D. J. A. Osiand. Th. Cas. P. V. Cap. I. p. 18. seq. D. Georg. Mœbius Th. Can. Diss. XIII. Can. CXCIII. p. 319. D. Johan. Frider. Mayerus in de Petri Apostoli Conjugio pag. 5. seq. C. Aslacus Phys. Mos. in Genes. II, 18. Problem. II. p. 390. seq. &c.*

COELIBATUS

Causa apud Papistas.

Causa Cœlibatus in Ecclesia Latinâ non manavit ex aliquo pietatis studio, sed ex adumbratâ quadam frugalitate, seu potius parsimonia, in bonis Ecclesiasticis administrándis & augendis, ut ex Canone à Pontifice Pelagio petito, constat, quo docetur à Syracusano populo in Sicilia, Episcopum quendam electum & creatum fuisse, qui uxorem & liberos haberet; Quam electionem Pelagius improbabat, quia Episcopum illum, cum tanta uxoris, liberorum-

rumque familia Ecclesiæ bona absumere posse, causaretur. Tandem tamen hanc electionem admittere compulsus est, eâ tamen lege & conditione, ut Episcopus sponderet futurum, ut neque ejus uxor, neque liberi, neque etiam alii domestici, de bonis Ecclesiæ quicquam subtraherent, utque quicquid in posterum acquireret, id Ecclesiæ acquisitum esse censeretur: nihilque liberis aliud relinqueret, quam quæ tum, cum primum electus fuisset, bona possidebat, quorumque idcircò inventarium conscriberetur. *Innocentius Gentiletus Exam. Concil. Trid. Lib. IV. Sess. XXIV. §. 4. p. 260. 261. D. Joh. Frid. Mayer. de Hæresi Papæ multum superstite §. 5. p. 32.* Privilegium tamen Cleri Ultrajectini, & Namurcensis à Pontifice & Imp. confirmatum, ex concubinâ natis relinquendi, quantum luberet, habet *Voëtius Disp. Sel. P. IV. p. 402.* Conf. Tit. Conjugium Clericis prohibitum.

Votum est ἄγαμον, ἀνύγαμον.

§. 1.

Est ἄγαμον. Ergo Conjugio præferri aut illud impedire nequit. Probamus antecedens indè, quia nec mandatum divinum, nec ullum exemplum, nec promissum afferri potest. Ergò ex fide esse nequit. Vid. *Gerhard. de Conjug. §. DV.* qui §. DVI. ad DXVI. argumenta contraria solvit. Idem votum est ἀνύγαμον, ratione *efficientis* (dum ante annos discretionis ab iis, qui sub patriâ potestate sunt constituti, desponsati, imò & conjugati, seducti, coacti, Sacerdotes & otiosi vovent); *materiæ* (dum voventur stulta, quæ DEO non placent, Eccles. V, 3. Stulta autem sunt ἀδύνατα, & extra potestatem nostram sita. Tale quid est continentia perpetua); *formæ* (pugnat enim cum libertate Christianâ, & Paulus de Virginibus, etiam continentiæ dono instructis, præceptum se habere negat, 1. Cor. VII, 25. neque cuiquam laqueum injicere voluit 35.); *finis* (qui non est à CHRISTO & Paulo assignatus, se pro peccatis satisfacere, sibique & aliis vitam æternam promereri); *effectus*, (est peremptoria abrenunciatio matrimonii ita, ut urgente flammâ potius scortari, quam conjugium contrahere liceat); *objecti* (non enim DEO soli, sed etiam Sanctis vovent. *Bellarmin. de Cultu Sanctorum Lib. III. Cap. IX. §. 2. Cajetanus in 22. Quæst. LXXXIIX. art. V. &c.*) & *adjuncti* (votarios enim istos hoc voto collocant in iners otium, abundantiam & panis saturitatem. Ad hæc dant vitia, quæ latissimè à §. DXVII. ad DXLVI. deduxit *B. Gerhardus.*

§. 2.

Quæ sunt extra nostram potestatem ea vovere non nisi stultè possumus, & si vovimus, servare non tenemur. *Atqui* perpetua continentia est extra nostram

ſtram poteſtatem. *Ergo.* Major eſt clara ex terminis, manifeſtâ ratione (quia ad impoſſibilia nemo tenetur) & ipſo Jure Canonico *cauſ. ſi publicis XXII. Queſt. IV.* Quod incautè voviſti, ne facias. *Stultus* ſit, qui ſanus voveat, & ſatur, ſe nunquam comeſturum per univerſam vitam: *Magis ſtultus*, qui id ſervandum ſvadeat: *Stultiſſimus* verò omnium, qui ſervet, ſeque inediâ perimat. Eodem modo cum caſtitatis voto eſt comparatum. Minor etiam liqvet. Nemo enim hominum in ſuâ manu habet, ut nec generetur in corpore ſuo ſemen; nec in nervum erumpat naturalis generandi inſtinctus. Undè ſcitè *B. Lutherus: Sicut non efficere potes, ut non ſis mas vel fœmina; ita in tua manu non habes abſtinere à conjugio.*

§. 3.

Fruſtra *excipiunt*, orandum eſſe DEUM, ut caſtitatis donum largiatur. Rectè enim reſpondit *Lutherus:* Cur non vovent perpetuam à cibo abſtinentiam, & orant DEUM, ut eos ſine cibo conſervet? Nonne etiam ſcriptum eſt: Quicquid petieritis in nomine meo, dabitur vobis? Quicquid hic reſponderint, etiam reſponderi contra caſtitatis votum à nobis poterit. Nimirum, uti nullibi habemus *promiſſionem divinam*, nos ſine ullo cibo totam vitam tranſacturos; ita nullibi tale *promiſſum* perpetuæ continentiæ habemus. Cur Jeſuitæ non vovent loqui omnibus lingvis inſtar Apoſtolorum? cum tamen *ſi ſecundum voluntatem ejus petimus, nos exaudiat DEUS*, 1. Joh. V, 14: Cur non vovent, ſe velle reſuſcitare mortuos? *B. D. Scherzer. Syſt. Def. Loc. XXVII. p. 826. ſeq.*

§. 4.

Dicunt porrò Paulum dicere: *Bonum eſſe mulierem non tangere*, 1. Cor. VII, 1. *Ergò malum erit eam tangere.* Reſp. Loquitur ita Apoſtolus, non quaſi malum ſit, uxorem non ducere, ſed quia tum temporis ob præſentem neceſſitatem, ut v. 26. loquitur, non expediebat; τὸ καλὸν ibidem non eſt idem ac honeſtum, alias uxorem ducere, inhoneſtum foret, contra expreſſum Apoſtoli textum: τίμιος ὁ γάμος, honorabile eſt conjugium, Ebr. XIII, 4. ſed idem eſt, ac utile & conducibile, in v. 35. vocatur *συμφέρον*, eoque in ſignificatu τὸ καλὸν etiam alibi uſurpatur, Pſalm. CXVIII, 8. Matth. XXVI, 24. Luc. X, 24. Aliàs Paulus ſtatim addit v. 2. *Propter fornicationem unuſquiſque habeat uxorem ſuam, & unaquæque virum ſuum.*

§. 5.

Eodem modo eos qui matrimonium contrahunt *tribulationem habere*, & eas, quæ non nubunt, *melius facere*, ſcribit, v. 28. 38. videlicet propter præ-

sentem necessitatem, propter metum persecutionum & periculorum, propter fugam & exilia, quibus illo tempore exposita erat Ecclesia. Præfertur ergò à Paulo cœlibatus conjugio, non quod esset meritum vitæ ac salutis æternæ, ut perperam exposuerunt aliqui, sed propter fines quosdam utiles, ut, quod cœlibes tempore persecutionis sunt ad toleranda exilia liberiores v.26. quod deliciæ conjugales in persecutionibus valdè breves sint, & transitoriæ, v.29. quodque cœlibes liberius vacare possunt rebus divinis, quam conjuges, qui sunt rebus domesticis implicati, v. 32. 33. *B. D. Balduin. Cas. Consc. Lib. IV. Cap. XIII. Cas. I. p. 1199.* Conf. *Georg. Calixti Tractatum de Conjugio Clericorum*, quo ostendit legem Pontificiam, quâ sacris Ministris conjugium interdicitur Sacræ Scripturæ, rectè rationi, & primævæ antiquitati adversari, commentumque Bellarmini, Baronii, aliorumque recentiorum, cœlibatum Sacerdotum esse constitutionem Apostolicam, ab ipsius Ecclesiæ incunabilis observatam, pluribus refellit. *D. Phil. Buchius, Diss. Theol. de Ceremoniis Ecclesiasticis Cap. IV. §. 18. p. 86.*

§. 6.

Lutherus & deducit hanc ideam per totum Decalogum, & ostendit, quomodò pugnet cum singulis præceptis. Contra 1) quia faciunt ex cœlibatu meritum vitæ æternæ. Contra 2) cum blasphemiâ nominis DEI, sicut in scripturis patefactum. Contra 3) faciunt inde cultum eximium per se &c. Contra 4). Quod contra voluntatem Parentum tale genus vitæ licet suscipere: juxta vulgatam *Hieronymi* sententiam: *Per calcatum perge patrem, sola in hoc genere pietas est, esse crudelem.* It. quod τὸ ἀνυπολαγῆτον Parentibus denegant, & ab illo officio absolvuntur. Contra 5) quod cum ex communi vitâ fugiant, simul vitent exercitia charitatis proximi. Contra 6) quod interim scortentur &c. Contra 7.) Vivunt in otio, abundantia, saturitate panis, sicut Ezechiel de Sodomis inquit. Contra 8) dicunt falsum testimonium contra conjugatos. Contra 9. & 10. dicunt ustionem non esse peccatum ap. *B. M. Chemnit. Loc. Theol. Part. II. p. 198. b. seq.*

In Cœlibatu nemo vivat & secundum Judæos.

Judæorum nemo conjugium repudiare debet, hinc istud initurus ex magistrorum præscripto 18. annos natus sit, necesse est, ille enim qui vigesimum jam implevit, nec tamen adhuc uxorem duxit, libidinis vitio jamjam coinquinatum esse censent. Sententiæ verò suæ fundamentum inde quærunt, quod quilibet soboli procreandæ operam dare obstrictus sit, vi mandati divini homini primo dati, Gen. I. fœtificate & augescite, & implete terram; cui proin-

proinde satisfeciſſe putatur is, qui unum filium, vel filiam procreaſſe gloriari poteſt; Contra cum facillimus ejus, qui jugum conjugale ſubire detrectat, in fornicationem lapſus ſit, neminem docent in cœlibatu vitam tranſigere debere. *R. Leo Mutinenſis de Ceremoniis & Conſuet. hodiè Judæos inter receptis, obſervatuque P. IV. C. II. §. 1. p. 110.*

COELIUS RHODIGINUS.

Voſſius *Lib. III. de Orig. & Progr. Idol. Cap. LXXXIV. p. 1184.* rectè obſervat, Auctori huic (qui Julii Cæſaris Scaligeri Præceptor fuit, & cujus liber, Lectionum Antiquarum titulo, non immeritò *Cornu Copiæ* vocari debet. *Dan. Georg. Morhof. Polyhiſt. Literar. Lib. I. Cap. XXI. p. 249.*) hoc actum paſſim, ut diſſimulatis ſcriptoribus, unde ſua hauſiſſet, non alius, quam ipſe teſtis laudaretur. *Dn. Balth. Stolberg. de Angariis Veterum Cap. III. § 1.* Sicuti & Antonius de Gvevara Epiſcopus Accitanus & Caroli V. Imp. Conſiliarius & Hiſtoricus in eo diſplicet *Dn. Emſmo Emnciſci*, quod multa quidem lectu digna attulerit, ſed fontes non indicarit, ex quibus iſta hauſerit, In der Ehre der verblichenen alten Heyden / Jüden und Christen / Converſat. I. p. 284. Plurimi volunt Horologium ipſius Principum eſſe confictum, & ſub perſona Marci Aurelii Imp. ideam quandam juſti ac perfecti Principis deſcribere voluiſſe. *Mart. Zeiler. in Miſcell. p. 462. Dn. Gottf. Zenner. in Novellis Mundi Docti & Curioſi A. 1696. menſ. Febr. p. 1259.* Vita illa M. Aurelii Antonini Gvevaræ, nihil Antonini habet, ſed tota eſt ſuppoſititia, ac genuinus Gvevaræ ipſius fœtus, qui turpiter os oblevit lectori, planè contra officium hominis candidi, maximè Epiſcopi. *Hofman. L. U. in v. Antoninus p. 248.*

COELUM

In Singulari & Plurali.

De voce οὐρανὸς notetur promiſcuè illam in SS. uſurpari, tam in *Singulari*, quam in *Plurali*; Sic de Angelis dicitur, quod & ſint ἐν οὐρανῷ, Matth. XXII, 30. & ἐν τοῖς οὐρανοῖς, Marc. XII, 25. Confer etiam Matth. VI, 9. cum Cap. XIIX, 10. Puocul dubio verò S. Scriptores reſpiciunt ad vocem Ebræam שמים / quæ cum Singularem non habeat, indè aliquandò pro *Plurali*, aliquandò pro *Singulari* uſurpatur. Idem accidit in voce מים / Matth. IIX, 32. ἐν τοῖς ὕδασιν, in aquis. *Excell. D. Joh. Olearius Poſit. Philol. Græc. Epiſt. Text. concern. Exercit. XLIII. Poſ. III. p. 383. Hackſpan. in Matth. Cap. XVI, 19. p. 106.* Derivationem exhibet *Gerard. Johan. Voſſius de Orig. & Progr. Idolol. Lib. II. Cap. XXXVII. p. 507.*

Vera Patria.

Qui extra Patriam peregrinantur desiderio tenentur redeundi in patriam, adeoque indicant se alterius terræ incolas esse; Sic Adad Idumæus licet in Ægypto à Rege bellissimè haberetur, instituit tamen: *Dimitte me, ut vadam in terram meam*, 1. Reg. XI, 21. Hebræi in captivitate &c. Dina rapta à Sichem, & inter Sichemitas vi detenta, licet blanditiis delineretur, semper tamen tristis erat, & ad domum Patris suspirabat, Gen. XXXIV, 26. Sic Christiani continuo gemant cum Davide: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est;! Et cum Apostolo: Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Cœlum veram civitatem ac patriam esse, ad quam in exilio hujus vitæ miserè errantibus contendendum sit, piè Gentiles etiam adverterunt. Vid. omninò *Tob. Pfannerus Syst. Theologiæ Gentilis puriorib. Cap. XXI §. 32. p. 482.*

Ergo suspiciendum.

Turcæ vocantur *Populus respectus*, quia Meccam orantes respiciunt omnes. *D. Georg. Mœbius Disq. Th. de Causis & mediis quæ Mahomedisticam Religionem partim introduxerunt, partim adhuc conservant C. I. §. 5. Hottinger. Hist. Orient. Lib. I Cap. I. p. 3. 4.* Christiani sint *populus respectus*, ac cœlum suspiciant, sicuti Martinus Turonensis Episcopus continuò cœlum aspexit, ac proinde *Cœlisuspex* nominatus. *Drexelius de Cœlo Lib. I. Cap. VII. §. 3. p. 319.* Os homini sublime dedit, ut DEUM & cœlestia videat & imitetur. Unde cum quæsitum esset à quodam Philosopho: Ad quid factus fuisset? Respondit, ut contempler cœlum & cœli numina. *Petrus Comestor. Scholast. Hist. in Cap. IX. Gen.* Hinc contemnamus perituri gaudia mundi; Atque expectemus mansuri gaudia cœli. *B. Dn. Joach. à Beust. in Enchirid. de Arte benè moriendi p. 86.* Wer den Himmel und dessen Glorie recht ansiehet/ und ihm zu Gemüthe führet/ dem kommt nichts schwer an/ dem ist das Feur ein Feyer-Abend/ dem seyn die Schmertzen lauter Schertzen/ dem ist das Hencken ein Schencken/ dem seynd die Formenten nur Complimenten/ dem seynd die Spieß gantz süß/ dem ist das Leyden ein Leyren/ dem ist die Last eine Lust ꝛc. Basilius Hom. de Baptism. ap. *P. Abrah. à S. Clara* im Etwas für Alle/ *Cap. LXXIX. p. 578.*

Non suspicitur.

De Daniele legimus Dan. VI. cum in captivitate Babylonicâ detentum ter in die apertis fenestris, non versus Babylonem, sed versus Jerusalem flexis genibus orasse: Sic nimirum & nos non ad terræ hujus carcerem, sed ad cœlestem Jerusalem aspicere & aspirare decet. At verò non omnes cum Danie-

Daniele cœlum cogitant & Jeruſalem, ſed in terrâ potius remanere deſiderant, cœlumque ſibi in terram ſtultè commutant. Quemadmodum & Judæi multi in Babylone jam domicilio poſito remanere, ſibique Principem nomine *Robe Higgilub* i. e. Principem exulum (ut Salianus refert) eligere, quam ad patriam terram redire maluerunt. Nam à regreſſu in terram ſanctam ac patriam detenti ſunt multi Hebræorum milleni, ſuorum amore prædiolorum ac domunculorum, quas in eo ſibi compararant exilio, præferentes paſſerem manu tentum, aquilæ in tecto ſedenti ; Eam enim ob cauſam remanſiſſe in Babylone multitudinem Judæorum inæſtimabilem ſcribit *Joſephus Lib. XI. Antiquit. Cap. I. & V.* Eadem deceptione retinent divitiæ ſuos plerumque poſſeſſores, huic mundi exilio affixos, ut modicum hoc, quod habent, regno cœlorum præferant. Scimus ex Num. XXXII. Rubenitas & Gaditas, quia pro ſuis, quibus abundabant, pecoribus, repererunt extra Jordanem paſcua ſibi commoda, reſignaſſe partem hæreditatis ſuæ, quam accepturi erant in terrâ promiſſionis, longe nobiliorem, paſcua igitur campeſtria ineſcarunt illos, ut meliora perderent, ut pecorum pabula eligerent, & terræ lacte & melle mananti renunciarent. Hinc *Gregorius Lib. XXVII. mor. Cap. X.* ait: Qui jumenta plurima poſſident, Jordanem tranſire refugiunt ap. *Matth. Fabrum in Op. Conc. Tripart.*

Sed qui ſerò ſapit, fruſtra ſapit, ocyus ergò
Pro ſe quisque DEO ſtudeat virtute placere,
Terrenisque bonis ſpretis cœleſtia quærat.

Palingen. Z. V. Lib. X. in Capricorno p. 294. Conf. Tit. Surſum Corda!

Credite qui terrena volunt, cœleſtia nolunt.
Nemo poteſt Dominis rectè ſervire duobus.
Candida quisquis amat, contemnat nigra neceſſe eſt.
Triſtatur tenebris, qui Solis lumine gaudet:
Et cui dulce placet, non delectatur amaro.
Qui ad terram accedit, cœlum fugit: æthera amare
Nemo poteſt niſi ſit terreno exutus amore.

Id. Lib. XII. in Piſcibus p. 361.

Spretum nec optatum.

Fuit Nobilis, apud *Jeremiam Drexelium Lib. de Cœlo Lib. I. Cap. VIII. §. 5. p. m. 324.* qui in convivio ſedens dixit: Si mihi DEus facultates meas ac voluptates eâ lege tranſcriberet, ut in annos mille meo arbitratu liceret iis frui, ego me hercle ſuum DEO cœlum non inviderem: vita mihi voluptuaria ad mille annos extenſa pro cœlo foret. Benè in hunc exclamat Autor: ô Agricolam!

lam! ô ſcrofipaſcum! Imò ô porcum & ſcrofam! Hujus *corpus*, per anagramma, fuit *porcus*. *Henric. Engelgrav. Luc. Evangel. Dominic. V. poſt Epiphan. pag. 127. Michael. Pexenfeld. Appam. Erud. Cap. LIII. pag. 292.* Die Menſchen ſind wie grobe und unverſtändige Leute / die ein künſtlich Gemählde nicht zu ſchätzen wiſſen; Sie ſind wie Bäuriſche Einwohner eines armſeligen Landes / welche meynen / es ſey nirgends beſſer zu leben / als in ihrem Vaterlande. König Waldemar III. in Dännemarck ſagte: wann der Pabſt die Religion wollte haben / ſo möchte er ſie immer hinnehmen / und er wollte auch GOtt ſeinen Himel wohl laſſen / wenn er ſeine Schlöſſer / Veſtungen und Palatia, die er erbauet hatte / nur behalten möchte! Ein reicher Mann in den Niederlanden / welcher einen angenehmen Garten hatte / und nunmehro ſterben ſollte / ließ ſich nochmals in denſelben tragen / expoſtulirte mit dem Tode / und ſprach: Warum er ihn der anmuthigen Garten-Luſt berauben wollte / da er doch niemals GOtt um den Himmel gebeten hätte / ſondern zu frieden wäre / wann er nur der Erden genieſſen könnte. Jener Kauffmann / als er einen Armen eine Allmoſen gab / und ihm derſelbige den Himmel dafür wünſchte / ſagte: Ja / aber ſo ſpät / als immer möglich. Scriv. S. S. P. *II. p. 175. 484. p. D. Chriſt.* Weidling / in der Orat. Schatz-Kammer / *P. II. p. 267. 268. M. Joh. Georg. Willii* Expediter Leichen-Prediger / *p. 37. 559.*

Terrenis, homines, terrena hæc linquite porcis:
Lætemur cœlo, placeant cœleſtia nobis.

Joh. Jac. Ottho im Tugend-Steg und Laſter-Weg / *p. 743.*

Ihr Menſchen überlaßt / was irrdiſch / den Erd-Säuen /
Uns Chriſten kan nur das / was Himmliſch iſt erfreuen!

Optandum & quærendum.

§. 1.

Cum, hîc peregrini ſimus, Gen. XLVII, 9. non habeamus πόλιν μένουσαν, Ebr. XIII, 14. vitaque nobis ſit tanquam ſtabulum *viatori*, non tanquam domicilium *habitatori*, deſiderabimus, non veluti κοσμοπολίται, ſed ut ἐπουρανοπολίται recipi in æterna tabernacula, Luc. XVI, 9. in tabernacula dilecta Pſalm. XXIV, 1. ubi, ut *Auguſtinus* loquitur, nulla eſt preſſura, ubi, quod deſideratur, capitur: hic ſuſpiratur, ibi gaudetur: hîc oratur, ibi laudatur: hic gemitur, illic exultatur. *B. D. Caſp. Fackius Diſſ. XX. Tom. IV. Gieſſ. p. 473.* Sint terrena in uſu, æterna in deſiderio. Occurrit hîc, quod *Camerarius Cent. III. Embl. XLIII.* ſubminiſtrat Emblema, Mannucodiata (ſeu *Manuccodiatæ*, i. e. avicula DEI) ſub ſereno cœlo volans, cum Lemmate:

NESCIT COMMERCIA TERRÆ!

Hæc

Hæc avis alta petit, & reliquarum avium sodalitium spernit, earumque contubernium deserit, ut rectè dixeris:

TERRÆ COMMERCIA NESCIT!
COELI CLIMATA QUÆRIT!

M. Dan. Grützman / *Diss. de Avibus Paradisiacis, & primario harum Rege An. 1688. Jen. hab. Salm. in Panc. P. II. T. I. p. 29. Tavernier. H. O. Tom. II. Lib. II. Cap. XII. p. 113. b. D. C. F. Paullini* Zeit-Kürtz. erbaul. Lust / *Tom. II. Cap. XCVI. p. 524. seq.* Terræ commercia nescit μετέωρος ψυχή, sublimis anima, fidelis anima, virtutis amatrix anima. Terræ commercia nescit: Mundi commercia nescit: impiorum commercia nescit: mundi lucra, stercora nescit, Phil. III, 8. ad cœlestia adspirat bona, ad cœlum anhelat, ad DEUM evolat. *M. G. Michaëlis in Gass. p. 444.*

TERRÆ COMMERCIA NESCIT!
Er will mit Erden Sachen
Sich nicht gemeine machen!

§. 2.

Der Hortensius Pallavicino, ein Jesuite/ schreibt zu diesem Vogel:

IMA DESPICIT, SUMMA TENET!
Was niedrig er verachtet/
Was hoch ist/ er betrachtet!

Es haben die Jesuiten / der damahls zu ihnen gefallenen Königin Christinen in Schweden/ als sie ihr Reich der Religion halben verlassen / einen solchen Vogel gemahlet/ und darzu geschrieben:

NON QUÆ SUPER TERRAM!
Ich suche was auf Erden
Nicht kan gefunden werden!

Es haben die Naturkündiger einen Fisch / den sie Callionymum, Leranoscopum, oder den Himmels-Seher nennen / von dem berichten sie / daß er die Augen oben auf dem Kopffe habe; Dahero er nothwendig mit demselben den Himmel ansehen müsse / zu diesen schreiben sie:

NIL PRÆTER COELUM!
Den Himmel in der Höhe
Ich bloß/ sonst nichts ansehe!
Oder:
AD SIDERA VULTUS!
Es ist mein Angesicht
Gen Himmel stets gericht!

Der Baptista Gvarinus läßt einen Circul mahlen / da der eine Theil im Centro stehet / der andere aber herum schweiffet / und schreibet darzu:

CIRCUIT, LOCO MANENS,
Auf einer Stätt er steht /
Und doch herümmer geht!

Dieses wird gezogen auf einen Menschen / der zwar in der Welt unter vielen Verrichtungen seyn muß / iedoch mit der Seele und dem Gemüthe steiff und feste im Himmel bey seinem GOtte ist. *Rev. D. Alisand.* in der Cr. des Fl. *p. 361. seq.* Conf. Tit. Absum, ubi quiesco.

§. 3.

Græcis Homo dicitur ἄνθρωπος (ἄνω sursum, τρέπων vertens ὄπα faciem) i. e. suspiciens, & in altum oculos attollens; quo nomine admonetur, quemadmodum erecto vultu cœlum intuetur, sic mente semper id contemplari debere, unaque rectorem ejus & præsidem. Ac licet corpus adhuc in terris versetur, semper tamen ejus mens in amplis & magnificis porticibus, xystisque cœlestibus inambulare debet, ibique eximiis picturis, aliisque rebus dignissimis visu, ac rarissimis, oculos pascere. *Joh. Spineus de Tranquillitate Animi Lib. I. f. 22.* Cætera animantia pronâ facie, scribit Cardinalis *Joban. Bona de Psalmodiâ Cap. I. p. 53.* incurvantur in terram, quia ventris, in quem defluntur, solas sequuntur voluptates; Homo recto stat corpore, despicitque terras, ut qui erecto vultu intuetur cœlum, quæ sursum sunt quærere discat. *Silius Ital. Lib. XV. v. 84.*

Nonne vides hominum ut celsos ad sidera vultus
Sustulerit DEUS, ac sublimia finxerit ora:
Cum pecudes, volucrumque genus, formasq; ferarum
Segnem, atque obscœnam passim straviſſet in alvum.

Vid. *D. Matth. Zimmerman. Anal. Mens. Cap. X. p. 98. Jos. de Voisin Obs. in R. M. Pug. Fid. P. III. Dist. III Cap. XI. p. 798. Marcell. Palingen. Zod. Vit. Lib. II. in Tauro, non longè ab initio, p. m. 20.*

§. 4.

Erecta hæc figura homini data à DEO quadruplici de causa, 1) physicè, 2) politicè, 3) Ethicè, 4) Theologicè, & quidem α) propter ortum, β) propter progressum, γ) propter egressum, de quo omninò vid. *E. D. Deutschman. in Paradisiacâ Adami Theologiâ p. 194. Diereric. Antiq. Bibl. p. 775. Martin. Boheme Theol. Contemplat. Hom. P. I. Conc. IIX. p. 240. seq.*

§. 5.

Georgius Rollenhagen / im wahrhafftigen Lügen / *de Spiritualibus*

bus & Naturalibus Rebus Cap. XVI. concedit hominem erectum incedere quadrupedibus comparatum, negat autem solo hoc privilegio gaudere, cum omne avium genus similiter capita versus cœlum erecta gerat. *L. Job. Cyprianus Cont. Hist. Animal. Franzii P. I. Cap. II. p. 15.* Idem asserit *Laurenberg. Acerr. C. II. Hist. XL.* Uranops piscis est Græcis, cujus oculi supra caput siti rectà in cœlum semper erecti sunt, unde & illi nomen, & Latinus Interpres *cœli speculatorem* vertit. Hinc argutè *Galenus* ridet eos, qui existimant idcircò hominem erectum stare, ut cœlum promptè suspiciat. Nam illos hunc piscem nunquam vidisse ait, qui etiam invitus cœlum semper intueatur: hominem autem, si contemplari velit illud, collum retorquere necesse sit. Sed absit, ut Galeni nos impietas moveat, ut potius semper in corde nobis sit S. Pauli Colos. III. τὰ ἄνω φρονεῖτε.

Sursum oculos, ô mens, vani oblivisce mundi,
Te manet in cœlis non peritura domus.

Pier. Valerian. Collectan. Hierogl. ex vet. & neot. descr. Lib. II. p. 53.

Incubet his terris deses, cui terrea mens est,
Ad cœlum, melius qui sapit, ille redit.
Felices nimium! quorum semper æthera mentes
Sublatæ, cuncta hæc infera despiciunt.

Salm. in Panc. P. II. Tit. I. p. 53.

Pro se quisque DEO studeat virtute placere,
Terrenisque bonis spretis cœlestia quærat.

Palingen. in Capricorno p. 294.

§. 6.

Der Hoch-gelehrte Venetianische Edelmann Adriano Giustiniani, stellet in einem Sinnbilde ein geflügeltes Hertze vor/ welches sich nach der lieblich-strahlenden Sonne schwinget/ mit dieser Uberschrifft:

COELESTIA QUÆRIT!

Mein Ziel ist einzig und allein
Des Himmels sanffter Sonnenschein!

Was wird hierdurch anders angedeutet/ als daß die in dem sündlichen Cörper beklemmete Seele bey der Sonne des Lebens/ bey der Sonne der Gerechtigkeit die annehmlichste und sicherste Ruhstatt finden könne? Denn wo diese Sonne strahlet/ da können keine Ungewitter weder der Welt/ noch des Todes und Teuffels das menschliche Hertz erschrecken/ sondern es wird auch das schwartzeste Egypten in das lichteste Canaan verwandelt. *Joh. Christ. Talman/ Parent. p. 16.*

COELESTIA SPECTATO, HUMANA CONTEMNITO,

Erat Symbolum Wilhelmi F. Ernesti Luneburgens.

Suspice mens cœlos atque oblivisce terras,
Ulteriora manent, inferiora cadunt.

Laurent. Peccenstenius in Symbolis & Dictertis propriis & genuinis.

Zeuch JEsu! mir aus die Begier/
Aus der Zeit hinauf zu dir!
Daß ich an der Welt nicht klebe/
Sondern allzeit um dich schwebe.
Laß mich stets mehr Himmlisch werden/
Daß ich hasse Welt und Zeit:
Und ein Feind sey dieser Erden/
Daß mir ihre Herrlichkeit/
Ihre Zier und falsche Lust/
Sey ein lauter Stanck und Wust!
So werd ich mit Glaubens-Sinnen/
Dich/ mein wahres Gut/ gewinnen!

* * *

Der Himmel allein
Mein Sehnen soll seyn/
So leb ich/ so sterb ich
In JESU vergnüglich!

Dn. Gottfr. Dexelius in Deliciis Emblemat. p. 290.

Terra domus non est animis accommoda nostris,
Altius it nostræ conditionis honos.
Qui nimium terras amat, & mortalia tecta
Fallitur, est alio patria nostra loco.
Hic sumus extorres, alienaque regna tenemus,
Sub gravis exilii servitiique jugo.

B. Dn. Joach. à Beuß in Enchirid. de Arte benè moriendi p. 91.

§. 7.

COELESTIA SPECTATO!

Erat & Symbolum *D. Georgii Cœlestini* Præpositi Colonienſis ad Svevum in Marchia. Circa insignia sua, quæ fuerunt in galeâ & clypeo *Sol*, *Luna*, *Stellæ & Nubes* adductam Symbolicam epigraphen ponere consvevit, de quâ ita canit *M. Michael Haslobius*, Berlinensis:

Quod

Quod ſpretis aliis, tractas cæleſtia, rebus,
Fallor? an à cœlo nomen, ut omen habes?
Hinc etiam pingunt clypeum lucentia cœlo,
Cœlica qui tantum juſſa ſequenda doces.

Vide *Cæleſtini Hiſtor. Comit. Auguſtan. in fine Tomi I. & IV. & poſt init. III.* D. Balthaſar Mentzerus Prof. Marpurgenſis & Gieſſenſis ſuâ ſorte contentus vixit, coram DEO ſublimia coram mundo humilia ſectatus eſt, memor Symboli, quod ſemper uſurpavit:

Τανώτερα καλλίω,
SUPERNA OPTIMA.

D. Joh. Himmelius in Threnologiâ p. 36. Mentzeri Symbolum fuit:

τανώτερα καλλίω:
ἐχί τὰ τῆς γᾶιης, τὰ δ' ἄνω ζητεῖν φρονέοντι.

Id ſemper in mente, in ore, in calamo habebat. Superiora ergò aſſiduè, terrenis neglectis, quærebat, unicè cupiebat, optabat. Nunc accepit: Feliciter ergò deſiit eſſe noſter. *D. Meno Hanneckenius in Orat. Parentali.*

Mentzerus ſemper meditatus gaudia cœli,
Nunc tandem cœli gaudia lætus habet.
Scilicet hæc variis jactatur vita periclis:
Qui ſemper cœlum cogitat, ille ſapit.

M. Martinus Helvicus in epitaphio. Ipſe Mentzerus in Albis Symbolum ſuum hoc diſticho explicavit:

Mens, ſurſum ſpecta, terrenaque deſpice cuncta:
Surſum eſt, quod ſolum ritè beare poteſt,

D. Andreæ Wencelii Theol. Prof. ac Paſtoris Acad. & Eccl. Francofurti ad Viadrum Symbolum erat:

NIL PRÆTER COELUM DESIDERO

Nil præter cœlum deſidero: terra caducas
Tantum habet, æternas mens mea quærit opes.

Vid. *Geisleri Diſſ. de Symbolis*, & effigiem æneam D. Wencelii cum ſubſcriptione:

Fortis ut in medio moritur certamina miles:
In mediâ *cœlum* ſic quoque peſte *ſubis*.
Victus, Victor ovas, meritam poſcisque coronam,
WENCELI, *cœli floridioris amor*.

Valent. Arithmæus in Lamentis Poëticis p. 534. L. Georg. Weiſſius in Manipulo Symbolorum p. 7. 11. 12. 14.

§. 8.

Bey des löblichen Käysers Maximiliani Leichbegängnisse ward eine Medaille geschlagen / darauf eine Taube zu sehen / welche Cron und Scepter liegen ließ / und sich Himmel-an schwunge / mit der Beyschrifft:

DUM AD SUPEROS TRANSFEROR,
NIL HUMANA MOROR!
Dieweil ich nach den Himmel tracht /
Ich das / was menschlich ist / nicht acht!

Hermannus Hugo Lib. III Suspiriorum ita:

Tu mihi terra, DEUS, mihi tu mare, tu mihi cœlum,
Denique cuncta mihi es, Te sine cuncta nihil.
Meer / Erde / Himmel / und sonsten etwan ichts.
Bistu mir alles / GOtt / ohn dich ist alles nichts!

D. Willius l. c. p. 561. 564. Henricus der VI. König in Franckreich / ließ über seine Taffel das Bild einer Lerchen hängen / mit der Beyschrifft:

Sing' und sag' mir nur vom Himmel /
Schweig mir von den Welt-Getümmel!

Id. Part. II. p. 92.

Thronus & Thorus.

Nullum admittunt alium. *Halm. Parent. p. 292.*

Dicitur τὰ ἅγια pro sing. τὸ ἅγιον Hebr. IX, 12.

Tum eminentiæ causâ, tum ex linguæ Sanctæ usu; Sicut οἱ αἰῶνες mundus Hebr. I, 2. ἀνατολαὶ καὶ δυσμαὶ oriens & occidens, Matth. VIII, 6. τὰ ἱμάτια vestimentum, Matth. XXVI, 65. οἱ οὐρανοὶ cœlum Marc. XII, 25. coll. cum Matth. XXII, 30. τὰ σάββατα Sabbatum Matth. XII, 1. *D. Joh. Olear. Pos. Phil. in Epist. Dom. p. 191.* Himmel puto dici, quia ὁμαλὲν æquale, æquabiliter fornicatum appâret. οὐρανὸς dici videtur à luce, quæ Hebræis אור *Martin. in h. v.*

Pro DEO.

Vocant Rabbini DEum etiam Cœlum. *Buxtorff. Lex. Talm. p. 2440. D. Pfeiffer. in examine Abarbenel in Obadiam p. 15.* & quidem Eliâ teste in Thisbi, quia cœlum est sedes ejus. Et hinc putant nonnulli desumtos esse formulas loquendi in N. T. Matth. XXI, 25. Luc. XX, 4. Cap. XV, 18. cum quo ultimo loco *Buxtorff. l. c.* confert Medrasch Cohelet. Cap. IX, 12. ubi dicitur: Est qui peccat in terram ואינו חוטא בשמים / sed non peccat in cœlum, & est qui

peccat,

peccat in cœlum & non peccat in terram. *Pfeiff. Diff. Phil. VIII. de nominibus Dei Hebraicis Th. XXXI. p. 169.* Hinc Judæi ægrotos visitantes, precantur ipsis השמים cœlum misereatur tui, i. e. Deus. Sic & Chaldæis רחל שמיא ירחמו עליך est vir pius & religiosus. Imò & per cœlum jurare solebant, tract. Berachoth: השמים כן הוא / per cœlum ita est! Unde manavit ritus ille elevationis manuum ad cœlum in jure jurando usurpatus Gen. XIV, 22. Apoc. X, 5. Gentes hinc putarunt Judæos nubes, & cœli lumen adorare, ut ait Lucanus, cœlique summas advocare auriculas. *Simon Abbes Gabbema in Petron. p. 247. Gataker. in M. Anton. Lib. IV. p. 146. a. Gaffarel. Curios. Inaud. Lib. I. Cap. I. §. 3. p. 18. & M. G. Michaëlis in eund. n. 8. p. 33. seq.* R. Joses in פרקי אבות Cap. II. § 12. dicit: כל־מעשיך יהיו לשם שמים / Omnia tua opera fiant in nomine cœli i. e. DEI. Item: Qui faciunt præcepta, intentio ejus sit, ut faciat לשמו h. e. לשם שמים / in nomine cœli. Ponitur autem Cœlum pro ipso DEO in textu 1) Ebræo Psalm. LXXIII, 9. opponunt cœlo os suum, i. e. in DEUM blasphemant. 2) Chaldæo Dan. IV, 23. Ex hoc cognoveris, quod dominantur cœli, i. e. DEUS in cœlis. 3.) Græco, 1. Mac. III, 18. Simili modo loquitur N. T. Matth. XXI, 25. Luc. XX, 4. ubi Tremellius annotat, esse idiotismum Syrorum, cœlum poni pro DEO, & idem affirmat *Heinsius in Aristarch. S. p. 872.* Præterea Ethnici quoque Poëtæ antiquissimum Deorum dicunt Cœlum, ex quo postmodum Saturni, Dogana & Atalanta prodierint. *D. Müller. l. c. p. 39. 40. Glass. Phil. Sacr. Lib. V. Tr. I. Cap. III. p. 41. 42.*

Tertium. 2. Cor. XII, 3.

Quidam tertium hoc vocari cœlum existimant non *διαταχτικῶς, ratione numeri*, sed *ἐξοχικῶς, ratione perfectionis*, q. d. Cœlum perfectissimum, & sublimissimum. Sed hac ratione nihilominus præsupponitur, cœlum quoddam esse, quod non sit perfectissimum, sed tantummodò perfectum, quia Superlativus præsupponit positivum. Igitur sunt, qui tertium Cœlum vocari putant non ratione situs, vel *διαταχτικῶς*, sed respectu rerum nonnullarum aliarum, quæ in Scriptura etiam cœli nomine veniunt, & impropriè ita denominantur. Hoc sensu ergò, & in latiori significatione primum cœlum esset aër, unde volucres cœli dicuntur, Gen. I, 26. Psalm. VIII, 9. & alibi: secundum cœlum esset firmamentum continens Sphæras cœlestes Gen. I, 14. Cap. IX, 14. Tertium verò & propriè dictum cœlum esset sedes beatorum, & habitatio DEI, quæ alias vocatur Domus DEI, & porta cœli Gen. XXIIX, 17. & excelsum cœlorum Deut. XXVI, 15. Vid. hic *D. Joh. Winckelman. Disp. IV. Tom. I. Giess. §. 22. 23. p. 124. D. Bald. Comment. in 2. Ep. Cor. XII. p. 599. D. G. Mœbius Discuss. quarund. Quæst. Theol. Q. II. Apparatus Bibl. Tom. III. in Tit. Paulus Evangelium suum an in tertio addidicit cœlo? §. 2. seq. p. 1283. seq.*

Salve!

Salve! Terra vale!

Terra vale, discedo lubens hoc raptus ab orbe,
Qui mala perpetuo semina litis habet.
Nunc vehor ad cœli sedes, ubi corda piorum
Candidus æternâ pace serenat amor!

Ade! du schnöde Welt/
Du zanckest fort und fort/
Der Zanck mir nicht gefällt/
Ich lasse dir den Ort;
Der Himmel mir beliebet/
Der Liebe Ruhe giebet/
Ohn alle List/
Die ewig ist.

Heinricus Winclerus in libello, cui Titulus; Homo disce mori, An. 1593. edito. Joh. Leonh. Weidnerus Apophr. p. 128. Carolus Rex Siciliæ cum in ultimis esset, hæc locutus est: O vanas hominum cogitationes! Ah miseri! honoribus delectamur, & cœlum negligimus! Nondum cœpi vivere, & jam cogor vivendi finem facere. Eadem me necessitas involvit, quæ vilissimum mendicum. Vale, igitur, terra, vale! Sed ah, utinam liceat dicere: Salve cœlum! *Danhauer. Theol. Conscient. T. I. P. II. S. II. Dial. III. Art. II. p. 530. Zeiler. Miscell. p. 309. 310. Drexel. Prodr. Æternit. Cap. III. §. 26. p. 11.*

Inter & infernum datur medium.

Die Mahumetanischen Lehrer glauben/ daß diejenige/ die so viel guts/ als böses gethan/ und der Ausschlag nicht nach der Seite der guten/ noch der bösen Wercke ausschläget/ in den Ort Aaraf, oder Vorburg genannt/ bleiben sollen mit denen/ welche weder Gutes/ noch Böses gethan haben/ und dichten/ daß dieser Ort zwischen den Paradieß und der Hölle ist. *Happelius Thes. Exot. in Descript. Turc. p. 25.*

Non datur.

Es ist nur ein GOtt und Teuffel: Himmel und Hölle: Leib und Seel: Gesetz und Evangelium: Seeligkeit und Verdammniß. Non datur tertium. Hic non datur medium, nisi in Mediatore. **Philander von Sittewald**/ *P. I. Vis. VI. p. 329.*

Quater in N. T. apertum.

I. In Baptismo CHRISTI, Matth. III, 16.
II. In Oratione Petri, Act. X, 11.

III. In

III. In morte Stephani, Act. VII, 55.
IV. In devotione S. Johannis Apoc. XIX, 11. nisi & addere velis illud Apocal. IV, 1. Nota: Ita cœlum semper patebit 1) Baptisandis. 2) Orantibus. 3) Martyribus, seu CHRISTI Confessoribus. 4) Exulantibus & in devotione versantibus. *Möller. in Alv. Sacr. p. 77.*

CHOSROIS.

§. 1.

DEus ego sum, & in throno DEI consedi, Ezech. XXVIII, 2. ampullæ Regis Tyriorum, qui tandem ex astris delapsus pulvis evasit & merum NIHIL! ibid. v. 19. Ita verius est, quam quæ Pythia ex Phœbi tripode profatur, quod habet *P. Syrus in Mimis:*

Citò ignominia fit superbi gloria!

Hinc Flav. Julius Constans semper in ore habebat: *Felix insolens infelix!* Sic exemplo Chosroës:

In palatiis suis circa Persida
In laquearibus cœlum habens fabricatum
Ex quo tonitrua & fulmina, machinatique imbres,
Convivio exceptis Legatis, erumpebant ad stuporem.

Ut est apud *Tzezen Chiliad. III. v. 40. & seq.* Exusta est tandem hæc ignivoma cœli machina ab Imp. Heraclio, sacerque Persarum ignis extinctus, *ibid.* Ipse Cosroës, filii Sirois natu maximi, quem in designatione successoris præterierat, conspiratione oppressus, miserrimo fine superbiam luit, ut est ap. *Renecium in Comment. de Reg. Pers.* Nam collo & pedibus ferro oneratis detrusus & in tenebrosam domum, quam gazæ asservandæ construxerat, auroque vesci jussus est, tandem per XV. dies integros, omnium contumeliis exagitatus, alapis & pugnis cæsus, consputus, sagittisque confectus est. Proh! *quomodò cecidisti de cælo Lucifer!* Es. XIV, 12. 13. 14. Heus Superbe! (dicam cum Eunodio:)

Tu cœlum teneas, me terris linque quietum!

D. Ursinus Theol. Symbol. Cap. XXVI. p. 36. 37.

§. 2.

Nec absimilis fuit Constantinopolitanorum Impp. Sedes Augusta, in quâ Legatos solebant audire,

Quatuor eximiis circumvallata columnis,
Quas super ex liquido præfulgens cynthius auro,
Immodico similans convexi climata cœli,
Immortale caput, soliumque sedentis obumbrat,

ut depingit *Corippus Lib. III. in Justin. Min.*

Dominare tumidus ſpiritus altos gere,
Sequitur ſuperbos ultor à tergo DEus.

Alludit ad Cœlum Babylonicum Eſ. cap. XIV, 12. *Urſin. l. c. p. 133.*

Movetur, non terra.

Cœlum & cœleſtia corpora circa terrenum globum perpetuo moveri, hunc autem immobilem ſubſiſtere, nemo ferè in dubium vocavit ante Copernicum. *Henr. Voglerus Comment. de Rebus Naturalibus ac Medicis, quarum in Script. fit mentio ad Joſ. 10. p. 132 133.* Sed & anteà Pythagoras & Ariſtarchus Samius hujus ſententiæ fuêre autores. *M. Joach. Chriſt. Weſtphal. de Curioſo Novitatis Studio Cap. II. §. 7. Petr. Victor. Var. Lect. Lib. XXII. Cap. III. p. 585.* Inimitabili conatu Nicolaus Copernicus Boruſſus hoc dixit. *P. Hachenberg. de G. M. Diſſ. VI. de Studiis Veterum Germanorum §. 10. p. 210.* Quamvis Dominus Erhardus Weigelius *in Coſmolog. S. II. Cap. II.* dicat perindè eſſe, utrum hæc, an Copernicorum hypotheſis ſupponatur. Cœlo nempè & ſtellis omnibus quieſcentibus, terram ab occaſu in ortum cum terricolis converti: cum ſecundum eorum imaginationem nihilominus ſtante terrâ, cœlum ab ortu in occaſum ferri videatur, ſicuti navibus celerrimè prætervectis ad ortum, occaſum litora verſus recedere putantur. His aſſentitur Celebertimus *Sturmius in ſuâ Phyſicâ Eclectica Lib. I. Cap. III. ap. Joh. Paul. Möllerum Diſſ. Coſmolog. de Quantitate Dierum §. 8. ſeq. Conf. & M. Joh. Georg. Petri DEUS in Natura Admirandis repræſentatus p. 24. ſeq.* Sed cœlum, non terram moveri probant dicta Pſal. XIX, 7. Eccleſ. I, 5. Eſa. XXXIIX, 8. Job. XXXIV, 13. 2. Sam. XXII, 16. Pſal. XIIX, 16. Pſal. LXXXIX, 12. Pſal CII, 26. Eccleſ. I, 4. *D. Miſand. Del. Bibl. P. III. An. 1694. p. 804. ſeq.* Joſua hieß die Sonne ſtille ſtehen/ und nicht das Erdreich/ Joſ. X, 12. 13. *Luther. Colloq. Menſ. Cap. XXXVII. p. 383. a. Voët. D. S. P. I. p. 638. ſeq. & p. 869. 880.* Quomodo ex Cohel. I, 4. tum cœli motus, tum terræ quies ſtabiliri poſſit, legi poteſt apud *Jacobum du Boys de motu Solis p. 30. It. B. Calov. Tom. III. Syſtem. p. 1038. ſeq. cit. à B. Geiero Comment. in Coh. Cap. I, 4. p. 16.* Si luſus placeret præ ſeriis locum habere hîc poſſet originatio nominis ארץ *terræ*, quam aliqui ſic dictam opinantur à negativo אי *non*, & רוץ *currere*, quod non moveatur, uti videre eſt apud Waſerum ad Pſalm. CX. p. 87. ſeq. *Id. ibid.*

Et terra, quod milliaribus à ſe invicem diſtant?

Cœlum & terra diſtant milliaribus Germanicis 16338562. quod divinatur *B. Dn. D. Gerhard. Comment. in Gen. p. 22.* Clavius ita: Dividunt Mathematici orbem, ſeu ambitum terræ, æquè ac cœli in 360. gradus, ac deprehende-

runt

runt uni gradui in orbe terræ respondere 700. stadia, quæ multiplicata per 360. gradus, faciunt 252000. stadia, qui est numerus, & magnitudo totius ambitus terræ. Hæc stadia efficiunt milliaria Italica mille passuum, triginta & unum millia ac quingenta: Stadium enim continet 125. passus, estque octava pars milliaris. Iidem per Astrolabium, aliaque instrumenta docent concavam superficiem cœli octavi, sive firmamenti distare à terrâ octoginta millionibus milliarium: convexam verò superficiem distare à terrâ 160. millionibus. *Danh. Uran p. 174. & Homil. Academ. I. P. I. p. 22. & Homil. III. p. 83.* Scribunt nonnulli, quod tam altum sit cœlum, ut si plumbea mola è cœlo stellato descenderet, usque ad terram, vix in quingentis annis compleret descensum suum. *Bernuus* annotavit, Ptolomæum computasse distantiam terræ usque ad cœlum stellatum, & esse sexagies quinquies millena millia ducenta quinquaginta septem millia, & quingenta milliaria, h. e. *ter octoginta novem millium quingentorum, & quadraginta duorum annorum, ducentorum & quadraginta quinque dierum, computando pro quolibet die viginti milliaria.* Et addit: Si lapis molaris indè continuè posset cadere usque huc, ita ut omni die naturali caderet per 2400. milliaria, lapis tamen non posset terram attingere, nisi post 24. annos, & 222. dies. *D. Balth. Meisnerus Philos. Sobr. P. I. S. III. Q. VIII. p. 735.* Lapis molaris secundum Ptolemaicos ab octavæ sphæræ superficie descendens 90. annis indiget, antequam terram attingat, quamvis singulis horis ad ducenta milliaria descenderet, & hominem directè hinc ascendentem, ad eandem sphæram octavam, non perventurum ad ejus concavum intra bis mille annos, quamvis quotidiè 100. milliaria conficeret. *Gübert. Voët. S. D. P. I. p. 702. Conf. D. Misand. D. B. N. T. P. I. p. 534 seq.* Wann ein vom Himmel herunter fallender Stein / in iedweden Zeit-Blick (oder Minuten) eine Frantzösische Meile paßirte/ würde er vor Erreichung des Erdbodens/ sieben und dreyßig tausend vierhundert und drey und siebentzig Tage / samt fünffhundert und sieben und zwanzig Minuten dazu bedürffen / welches hundert und zwey Jahr machen. *Erasm. Francisci* Eröffnetes Lust-Hauß der Ober- und Nieder-Welt/ *Discurs. X. p. 235. & Disc. XIX. p. 958. seq.* ubi plurimæ in hanc rem opiniones.

An è loco primo aliquantum descenderit?

Hanc sententiam defendunt multi Viri Clarissimi, inter quos *Melanchthon. Lib. II. Phys. p. 106.* scribit: Solem hoc tempore propiorem esse terris, quam Ptolomæi tempore fuit, milliaribus germanicis 9976. ex quo infert naturæ senectutem, dicens: dubitari posse, utrum propter senectam mundi quasi delabatur sol, factus langvidior, paulatim labente naturâ rerum, an verò in hac senecta terræ, tanquam effœtæ, opus sit viciniore positu solis, eam foventis.

Verum enim verò opinionem hanc de cœli propiore ad terram accessu (quam *B. Kromayerus Theol. Pos. Pol. Art. XXII. th. 5. Resp. ad 6. p. 1190.* ab eccentricitate Solis mutatâ perperam intellectâ proficiscì ait) rejiciunt alii Philosophi eruditione præstantes, nec numero pauciores, è quibus *Scaliger Exercit. XCIX. p. 342.* Quæ, inquit, nonnulli prodere ausi sunt: Solis corpus longe propius nos esse, quam quantum ab antiquis scriptum sit: ita ut in ipsâ deferentis corpulentia locum mutasse videatur: vel ipsa scripta spongiis, vel ipsi Autores scuticis sunt castigandi. *M. Christoph. Schmderus Diss. Phys. de Natura Senio §. 14. Francisci l. c. p. 659. seq.*

Stellarum loco gentilium nominibus Biblicis insignitum.

Julius Schillerus Augustanus J. U. Doctor cœlum stellatum Christianorum An. 1627. edidit, Biblica nomina in locum profanorum substituit hac methodo: Duodecim signis Zodiaci totidem Apostolorum nomina imposuit. Astris septentrionalibus nomina ex Novo, meridionalibus è Testamento Vet. Planetis denique è Testamento utroque. Sed successu irrito. Vid. *Dn. Joh. Andr. Schmid in Arato Phænomenorum Scriptore §. 9.*

An animatum & intelligens?

Cajetanus ad verba Psalm. CXXXV. *Qui fecit cœlos in intellectum*, ita, hæc verba sic posse accipi, ut significetur, cœlos factos esse à DEO cum intellectu, h. e. intelligentes. Sed abusus est phrasi; nam ut notat *Ben. Pererius in Gen. Lib. II. Cap. I. Q. VII.* cœlos factos esse in intellectu, phrasi Hebræâ nonotat, esse à DEO factos summâ arte, ratione & intelligentiâ. *D. Joh. Christoph. Otto Exercit. Th. de gemitu Creaturæ non intelligentis ex Rom. IIX, 19. C. III. M. I. M. Andr. Bayer. Additam. ad Selden. Cap. III. Proleg. p. 50.* Eundem errorem errant & nonnulli Hebræorum Doctores. Vid. *Joh. Lomeierus Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. Cap. X. p. 82. Voët. D. S. P. I. p. 718.* Omnes stellæ atque orbes præditi sunt animâ, notitiâ atque sapientiâ, inquit *R. Moses Maimonides de Fundamentis Legis Cap. III. §. XI. p. 33.* Imò & sermones inter se miscere, atque se mutuo intelligere dicunt. Vid. *Goil. Vorstius in cit. loc. Maimonidis p. 34.* & Tit. Astra an rationalia? Non absurda tantum est hæc opinio, sed & impia & blasphema: cum ad multiplicem idololatriam occasionem præbuerit gentibus. Quam aliam enim ob causam Solem, & cæteras stellas adorarunt Ethnici, quam quia Numinis aliquid illis inesse crediderunt! *Georg. Backmannus Exercit. Philos. Cent. III. Q. XLVII.* Synodus Constantinopolitana quinta ita: Sí quis dicit Cœlum & Solem, & Lunam & Stellas & aquas, quæ supra cœlos sunt, animatas

matas quasdam esse & materiales virtutes, anathema sit, ap. *Gesnerum Hist. Enarrat Omn. Concil. p. 301.*

Urbs quadrangularis
Apoc. XXI, 16.

Hæc figura in quamcunque partem volvatur, sui similis est; Unde lemma: *Stat semper in recto. Picinell. Mund. Symbol. Tom. II. Lib. XXI. C. XV. n. 174. p. 198.* Hanc ob causam cœlo attribuitur figura quadrangularis, non circularis *i. e.* quia hæc motui potius & circumactioni, illa cubica verò immutabilitati & tranquillitati est accomodata. *Cluverus Dilut. Apocal. in h. l. p. 366.* Et dicitur hæc urbs *longa* ob durationem gaudiorum; *lata* ob extensionem eorum; *æqualis*, quia æqualia erunt vitæ æternæ gaudia, nunquam absorbenda, terminanda nunquam. *D. Botsac. Mor. Ged. f. 885.* Æternitatis enim statum nullus omninò motus attingit. *Joh. Saxiberiensis Policrat. Lib. II. Cap. XXII. p. 88.* Quanquam gentes Deos figura rotunda, utpotè omnium perfectissimâ, præ cæteris delectari crediderint. *D. Spencerus de Leg. Ebr. Rit. Earumqu. Rationibus Lib. II. Cap. XII. S. I. p. 310.* Arabes quadratum Saxum pro Numine venerabantur. *Saldenus de Diis Syris Synt. II. Cap. IV. p. 292.* Conf. huc lapidem quadratum, cui insidere veritas pingitur apud Ethnicos ap. *Th. I. ab Almeloveen Antiq. Sacr. Prof. p. 75.*

Argenteum, vitreum.

Scribunt *Paulus Jovius & Sabellicus Lib. XXIV. in Supplem. Hist.* cœlum quoddam argenteum ab Imperatore Ferdinando Constantinopolim Turco-Solimanno dono missum, & eam quidem machinam argenteam ab hominibus duodecim eò delatam, singulasque ejus partes tum in præsentia Solimanni ab artifice fuisse compositas, & rursum destructas, exhibito pariter libello, quo modus admirabilis illius Sphæræ in perpetuo motu asservandæ docebatur.

An ego sub multis tenebris, & nube silenti
Possim ex argento conflatum abscondere cœlum,
Quod Turcæ donum mittis Fernande tyranno?
Hic sese toto quædam mens corpore miscens
Irequies agitabat opus. Nam serior illos
Ocyor hos facili veheret licet orbita clivo;
Summa tamen secum constabat, & æmulus ordo
Sideribus, magnique vices æquabat olympi,
Solque suus trito nunquam de limite flectens,
Obliquas cœli metas, & signa secabat:

Hic menſis ſpatio magni ſoror altera Phœbi
Æternum replicabat iter, variisque refingens
Ora modis veram ſimulabat adultera lunam.

Guil. Saluſt. Barteſius Hebdomad. Lib. VI. p. 221. Cœlum vitreum habuit Sapor, Perſarum Rex, qui tempore Conſtantini Principis regnavit, throno quippè alto inſidens, pedibusque ſubjectam illam vitream cœli machinam habens, inſtar novitii cujusdam DEI contemplatur; Quo etiam nomine *Solis* & *Lunæ* fratrem ſe ſane quam inſolenter nominabat. *Salm. in Panc. Part. II. Tit. X. p. 228. 229.*

Σκηνὴ, Tentorium, Ebr. IX, 11.

Syrus locum hunc ita transfert: *Et ingreſſus eſt tabernaculum magnum, & perfectum, quod non factum eſt per manus.* Vide *Flacium P. I. Clav. p. 1187. It. in Gloſſ. Ordin. ad h. l. p. 1151. Glaſſ. G. S. Lib. III. T. VI. Cap. IX. p. 538. 540. nec non in Annot. Exeg. ad h. l. p. 895.* Diceretur autem in hoc ſenſu cœlum 1) σκηνὴ, quod DEus in eo, velut in tentorio ſanctam ſuam ſedem habeat. Quo nomine ſæpè in Sacris cœlum σκηνὴ dicitur, Luc. XVI, 9. Ebr. IIX, 2. Apoc. XIII, 6. XV, 5 XXI, 3. 2) σκηνὴ μείζων καὶ τελειοτέρα ratione tum *ſublimitatis*, quod in excelſis (ἐν ὑψίστοις), Luc. II, 14. tum *claritatis*, quod plenum lucis (φῶς ἀπρόσιτον) 1. Tim. VI, 16. tum *perpetuitatis*, quod æternum Eſ. LXVI, 1. 3) ἣν χειροποίητος, quod illud ἔπηξεν (more tentoriorum, quæ clavis attinentur, Gen. XXVI, 25. Exod. XXXIII, 7. Jud. IV, 11. 2. Sam. VI, 17. 1. Paral. XVI, 1.) ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, Ebr. IIX, 2. 4) οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, quia non, uti vetus tabernaculum ex lignis & pellibus, ex auro & argento, ex ære, & texturis quibusdam, ſed opus ſpirituale & Divinum eſt. *D. Joh. Olear. in Epiſt. Dom. Ex. XX. Poſ. III. p. 189.* Domui quomodò comparetur cœlum beatorum vid. ap. *Bauman. in Anal. Allegor. p. 1144. ſeq.*

COELI

Splendor ac beatorum gloria perfectiſſima.

Refert hâc de re *Auguſtinus in Epiſt. ad Cyrillum* viſionem quandam quam habuit; Cum enim S. Hieronymo in Palæſtinam ſcribere decreviſſet, & petere illius de æternâ beatitudine judicium, contigit hunc intereà exſpiraſſe, Auguſtino apparuiſſe, & verbis hujusmodi illum allocutum fuiſſe: Vide, ſi numerare potes ſtellas cœli, arenas & guttas maris, id namque facilius eſt, quam gloriam dicendo explicare. Eſt enim res tanta, quanta niſi ipſe vidiſſem, nunquam credidiſſem, & tam longe abeſt ab eo, quod ego videns cogitabam, ut omninò ſit quidpiam in infinitum majus. *D. Georg. Mœbius Med. Tö. ex Mieb.*

XXV,

XXV,34-40. Venite benedicti Patris mei Cap. II. §. 26. Præmia cœlestia tam magna sunt, ut non possint mensurari, tam multa, ut non possint numerari, tam copiosa, ut non possint terminari, tam pretiosa, ut non possint æstimari. *Bernhard. Lib. VII. Comp. Cap. XXXI.* Kein menschlich Hertz kan es nimmermehr hie auf Erden fassen / es muß gesparet werden in jenes Leben/ sonst würde ein Mensch für Freuden sterben. Luth. Tom. I. Isleb. p. 412. b. ap. *Rev. D. M. J. Georg. Willium* im *Expediten* Leichen-Prediger/ *p. 174.*

Gaudia superant omnes delicias terrestres.

R. Jacob in פרקי אבות dicit: יפה שעה אחת של קורת רוח בעולם הבא מכל חיי העולם הזה / eine Stunde der Ergötzlichkeit der Seelen im ewigen Leben / ist schöner und besser / denn alles Leben auf dieser Erden / Cap. IV. §. 17. Gleichwie diese Welt עולם עבורה eine Welt des Dienstes und der Arbeit genennet wird; Also ist jene hingegen עולם גמול eine Welt der Vergeltung / und des Lohns. Georg Heinrich Lehmann / *b. l. p. 277.*

Concentus Musicus.

Ex motu cœlestium orbium insignem harmoniam, & svavem concentum musicum cieri tanquam consonis factis sonis, lepidè quidem à Pythagoræis dictum est, sed non verè. Quos secuti *Plato in Timæo. Cic. II de nat. Deor. & in Lib. de univers. Macrob. P. I. Lib. II. de Somn. Scip.* Quod si quis pro Pythagoræorum somnio in scenam prodire jusserit illud Job. XXXIIX. *Concentum cœli quis dormire faciet?* abire jubebit correctior ex Hebræo codice versio, quæ autore Osiandro ita habet: *Lagenas cœli quis quiescere faciet?* h. e. interprete eodem: Poteritne quis nubibus (quæ sunt instar lagenarum) imperare, ut cessent pluvias fundere in terram. Quocirca sonum istum, ut illi nec audivêre, ita nec probavêre, somnium potius fabulosum judicat quivis mentis non impos. Ad gignendum enim sonum collisio duorum corporum requiritur, aërisque subita percussio. Sed ubi ista in cœlo? *D. Casp. Bartholinus Astrolog. Theorem. X. §. 2. n. 725. p. 46. 47.* Ad sonum requiritur aër, ut docet *Aristot. Lib. II. de An.* At regioni æthereæ aërem adimit *idem Arist.* quandoquidem aër elementum est, itaque nec soni generari poterunt in æthereâ regione: sed eodem modo Planetæ feruntur per suos orbes, quo navis per flumen tranquillum. Sine strepitu, sine sono, sed summo cum silentio movetur cœlum universum ab uno cardine ad alterum. Postremò, natura omnia sua opera ad usum aliquem dirigit, adeoque ad hominum in terrâ utilitatem. At concentus istius nullus est usus: quandoquidem à nemine percipitur. Vel igitur frustra excitaretur, & sine fine: vel (quod verisimilius est) nullus omnino in

cælo

cœlo excitatur concentus. *Bachmanus l. c. Q. XLIII. Conf. Da. Andreas Gruntzovius, Pastor Cremmensis Diss. de Harmonia Cœlorum Cap. IV. Vossius de Idolol. Lib. II. Cap. XII. p. 368. & Cap. XXXVII. p. 510. Campanella* unicè in votis habebat instrumentum, quo ille ridiculè sane concentus orbium cœlestium audiri posse existimabat. Spero etiam, inquit, sicuti stellas novas ocularia nova in lucem eruerunt, ita musicam cœlorum, quoniam omnis motus sonus est, propediem auriculare organum pandet, *Astrolog. Lib. VII. Cap. III.* Non audivimus hactenus, audiet fortassis aliquando quispiam Argivo illi Horatiano similis:

Qui se credebat miros audire Tragœdos,
In vacuo solus sessor plausorque theatro!

D. Dan. Georg. Morhof. de Paradoxu Sensuum Cap. III. Voët. l. c. p. 603.

Foramen.

§. 1.

Levate in excelsum oculos vestros, & videte, quis creavit hæc? Es. XL, 26. Fabellam Judaicam referunt *Petrus Alphonsus T. t. I. & Petr. Cluniacensis Lib. II. contr. Jud. Cap. V.* cujus ex R. Eleasare etiam *Galatinus* meminit *Lib. I. Arcan. Catbol. Verit. Cap. VII.* DEus, *inquiunt*, cum cœlum ornaret, & vermiculato stellarum emblemate exornaret, firmamentum non absolvit, sed in parte aquilonari magnum aliquod foramen reliquit, non defectus quidem viribus, quippè

— — immensa est finemque potentia Cœli

Non habet! sed singulari providentiæ consilio, ut si quis venientibus fortè seculis exsurgeret, DEum se, Deoque æqualem jactitans, dicere posset: Si DEUS es, ut ego, absolve, quod imperfectum reliqui? en tibi illud unicum in uno cœli angulo foramen, hoc exple, & colophonem impone tanto operi, & DEus esto! Nempe nemo DEus, nisi qui & Creator! Habet DEus testimonia, totum hoc, quod sumus, & in quo sumus, ait *Tertullianus I. adverss. Marcion. Cap. X.*

Si quis ait, DEus ipse ego sum, & tamen unicus haud sit
Hic mundum huic similem condens, Meus, inquiat, est hic!
Nec condat, dicatque modo, sed incolat idem.

Sic *Pythagoras*; *Justin. M. de Monarch.*

§. 2.

Recitari potest quoque Apologus hic illis, qui os in cœlum ponere, & DEO Creatori atrum dentem infigere non verentur: Qualis Alphonsus X. cujus blasphema vox fuit: *Se si creationi interfuisset, multa melius ordinaturum fuisse*,

(Vid.

(Vid. Tit. *Hominis in opificio quid desideravit Momus? §.4.*) cujus tamen post nonnullas admonitiones frustraneas tandem fulmine in ipso cubiculo regio paludamento & purpurâ combustis seriam egit pœnitudinem. Scita est apud *Philonem* fabella: DEum perfecto creationis opere Prophetam quempiam interrogasse, quid deesset mundo? istum verò respondisse: nihil omninò præter dignum Laudatorem: atque eâ de causâ Musas esse in mundum introductas, ut eo, quo par est studio, tantæ molis Architectum celebrarent, *de Plantat. Noa. Ursinus Theol. Symbol. Cap. XXVIII. p. 38. seq.*

Et Terræ commotio,
Hagg. II, 7.

Ipse Rabbi Salomo fatetur, cœlum & terram, & reliqua non concussione quadam, & ingenti hiatu naturæ, sed miraculis commovenda esse. Atque hoc factum & ante adventum nostri Christianorum, id est, veri Messiæ, & in illo, & post eundem passim legimus in profanis pariter atque sacris Scriptoribus. In cœlo nova admirabilis stella apparuit, & innumerabilis Angelorum phalanx nascente CHRISTO ab ipsis Judæis visa est. Terra commovebatur non solum portentis, quæ iisdem ferè temporibus toto orbe facta sunt, bobus scilicet loquentibus, serpentibus per aëra volantibus, pueris ex matrum uteris verba proclamantibus, fœminisque in masculinum sexum mutatis, ac Romæ ipso Nativitatis CHRISTI die fonte olei è terrâ abundè emanante, atque in Judæâ, de cujus terra specialiter Propheta loquitur, ingenti terræ motu facto, verùm ob victoriam quoque, quam Romani ubique terrarum obtinuerant. Tunc igitur terra & mare, h. e. maris Insulæ, & omnes gentes commotæ sunt, quandò edicto ab Augusto egresso, ut universus describeretur orbis, singuli in suam civitatem proficiscebantur. Et, si mystica interpretatio locum hîc invenit, cœlum motum dicitur, cum λέγω ἄσαρκω de throno Majestatis suæ in terram magno & innumerabili cum comitatu Angelorum descenderet; nec minus, cum dulcissima vox Patris è Cœlo lapsa audiretur: Tu es meus filius dilectus, in quo complacui, Marc. I, 11. & svavissima Evangelii buccina omnes terras percrebesceret, aridis hominum cordibus mirificè motis atque recreatis. Quæ omnia penetrantius declamitant è suggestu Ecclesiæ Patres. *B. D. Joh. Ben. Carpzov. Vol. Diss. Disput. XI. Cap. II. §. 1. p. 450. 451.*

COELO
Atque terræ mala sua narrant perperam nonnulli.

In *Plauti Mercatore* Charinus adolescens imitari se nolle dicit cæteros amatores, qui in comœdiis adversas suas res inducuntur narrare hisce creaturis.

Verba Poëtæ hæc sunt : Non ego idem facio, ut alios in comœdiis amantes vidi facere : qui aut nocti, aut diei, aut Soli, aut Lunæ miserias narrant suas, quas pol ego credo humanis querimoniis. Non tanti facere, quid velint, aut quid non velint. Medea etiam nutrix apud *Euripidem* in tragœdia hoc facit, malisque consternata, cum ipsâ solitudine loquitur ; versiculos ipsos, quibus oblectationem hanc suam sive potius solatium gravis doloris significavit, ita expressit. *Cicero in III. Quæst. Tuscul.* Cupido cepit miseram nunc me proloqui Cœlo atque terræ Medeæ miserias. *P. Victor. Var. Lect. Lib. IV. Cap. VII. p. 76. 77.*

In COELUM

Assumptus Episcopus cum Conjuge.

Memorabile fugientis Episcopi, & ex ipsâ fugâ cum uxore in cœlum subducti exemplum *Phil. Melanchthon. in Chron. Carionis* recenset: Chæremon, Bischeff zu Nicopoli, flohe mit einer grosser Anzahl Christen / unterm Käyser Valeriano, ins Elend; Als nun weder Er / noch sein Weib / Alters halben fortfliehen kunten / sind sie beyde / Chæremon und seine Frau) vom Hauffen der Flüchtigen weg gen Himmel genommen / womit damals GOTT ein herrlich Zeugniß seiner gnädigen Hülffe denen Flüchtigen zum Trost wollen erweisen. Eusebius *Lib. VI. H. E. Eccles. Cap. XLI.* memorat Chæremonem ad montana Arabiæ cum Conjuge secessisse, in fugâ amissum, & licet à fratribus studiosè quæreretur, nusquam repertum. Hinc puto famam Ascensionis ipsorum in cœlum natam. *D. Joach. Hildebrand. in de Arte benè moriendi Cap. IX. §. 12. p. 152.*

Immundus non ingreditur.

Nil etenim immundum patitur purissimus æther,
Nec pravi aut stulti cœlestia limina tangunt.

Palingen. Zod. Vit. p. 305.

In COELO

Omnium rerum satietas.

Non ita in hoc mundo, quo pluta possidemus, eò plura appetimus. Fuit quidam in aulâ Alphonsi Arragonum Regis, cum à Quæstore Regi deferrentur aureorum decem millia, forte præsens, dicebat: Eâ duntaxat summâ se divitem ac beatum fore. Cui Rex: Accipe, quantacunque ea est, & beatus esto. *Panormitan. Lib. IV. rerum ejus gest. Cap. II.* Stultitiam illius notare voluit Rex, cum pecunia, præsertim tantilla, minime beatum reddere queat.

queat. Econtra Gelon Syracusanus, cum Carthaginem subjugasset, & Siciliæ Regnum sibi tributarium fecisset, nec dum tamen se saturum esse sentiens, sibi ipsi indignatus, nudus in plateas exsiliens, regno se opibusque omnibus, quæ nunquam satiant, renunciare dixit. *Ælian. Lib. VI. V. H. Cap. XI.* Non ita erit in cœlo, sed satiabor, cum apparuerit gloria tua, inquit David Psalm. XVII, 15.

Amicos nostros inveniemus.

Cercidas ex Arcadiâ dixit se libenter mori, quod inventurum se speraret Pythagoram Philosophum; Hecatæum Historicum; Olympum Musicum; Homerum Poëtam. *Ælian. Lib. XIII. V. H. Cap. X. Cæl. Rhodigin. L. A. Lib. XXI. Cap. XLIV. p. 81.* Similiter & Socrates mori optabat, ut cum talibus viris conversari posset. Nos non aspirabimus, ut videamus Christum Parentes, Apostolos &c.? Illâ horâ cum homo moritur, socios suos videt, & cognatos, dicunt RR. ap. *D. Nagel. LL. CC. Hebr. Rabb. Talm. in v. Mors.* Benè Mantuanus:

Est requies illic, illic æterna voluptas,
Perpetuus splendor, gaudia, risus, amor.
Quotquot erunt, animas, & quot nos ante fuerant,
Accipiens læto magna theatra sinu.
Fas erit hic nostræ vultus agnoscere gentis,
Atque dare alternis mutua verba sonis.
Hic cum Fratre Soror, nati cum Patribus ibunt,
Vespera nec festos finiet ulla dies.

O ergo sodalitium exoptatissimum! ô habitationem felicissimam! Vid. *D. Mebium l. c. Cap. II. §. 27.*

Tristitia nulla.

Omnia possideat, non possidet æthera mœror!

Drexelius de Noëmo Cap. IX. §. 1. p. 663.

Omnia duplicabuntur, bona, honores.

Die Mohren glauben / daß in jenem Leben einer an statt hundert Pfunden Gold / oder Elffenbein / die er irgends hier besessen / tausend erlangen werde / massen alle ihre Güter sollen zehnfach vermehret werden; Auch dencken sie in jener Welt erhöhet / und zu grossen Chargen befördert zu werden / also daß ein gewesener Capitain die Ehre eines Obristen bekleiden müsse; Dieser Ursach wegen / pflegen sie sehr denen Chargen nachzustreben / damit sie im andern Leben desto mehr Autorität etwas zu sprechen haben ꝛc.

Otto Friedr. von der Gröben/ in der Guineischen Reise-Beschreib. *Cap. III. p. 23.*

Quæ Lingva?

Vid. Apparat. Bibl. Tom. II. p. 4. seq.

COELI

Enarrant gloriam DEI, Psalm. XIX, 2.

Cœli dicuntur מְסַפְּרִים enumerantes & enarrantes Gloriam DEI. Ad quem locum ex Basilio, Ambrosio & Augustino elegantes allegavit sententias *B. D. Calovius in Theol. Revelatâ p. 117.* Non enarrare possunt gloriam DEI *vocis præconio*, sed *operis artificio*; Non formaliter, sed objectivè. *D. Joh. Maukisius Specim. Philol. Theol. de Notit. DEI Naturali p. 38.* Enarrant per ipsum adspectum; Tacet cœlum, sed ipsius adspectus vocem tubâ clariorem emittit, per oculos, non per aures nos docent, ut loquitur *Chrysostomus ap. M. G. Michaël. in Gaffarell. p. 455.*

Astra quidem sunt ipsa DEI certissima signa,
At doctrina DEum certius esse docet.

Phil. Melanchth. Epigram. Lib. III.

Sidera dum claro spectas labentia cœlo,
Et signas oculis lumina nota tuis.
Verè aliquam mentem rebus quæ cuncta gubernat,
Et quæ nostra videt facta, præesse scias.

Id. ibid. Lib. IV.

Opera digitorum DEI, Ps. IIX, 4.

Vocat David cœlos opera Digitorum DEI, quia summâ facilitate, & subtilitate eosdem fecit, nam quæ digitis fiunt, subtiliora sunt, quam quæ manu & brachio. Superpondium fuerit dictum illius sapientis: Servatâ proportione plures è patibulo, quam è lecto ad cœlum adscendere.

COELORUM

Complicatio, quomodò intelligenda? Es. XXXIV, 4. Apoc. VI, 14.

§. 1.

De Cœlis dicitur, *quod convolvendi sint sicut liber*, וְנָלְלוּ convolutionem voluminum, vel librorum, apud Ebræos usitatam, spectat, quæ non ex mul-

multis paginis compingebantur, sed una paginâ longâ ac perpetuâ constabant, quæ circa lignum, quasi circa axem instar telæ convolvebatur. Ut ergò *creationem* cœli ita exprimit Scriptura, ut extensioni pellis, seu tabernaculi comparet, Psalm. CIV, 2. Esa. XL, 22. unde cœlum רָקִיעַ *expansum*, dicitur: Sic ex adverso per *complicationem cœlorum* intelligenda est eorundem *destructio & annihilatio.* Cœlum hoc expansum, inquit *Cluverus in Apoc. VI. p. 259.* complicabitur, jubente DEO, cujus verbo anteà dilatatum est, Genes. I, 6. 7. Liber fuit, in quo notitia ejus aureis characteribus scripta enituit, Psalm. XIX, 1. Sed apparente ipso Creatore complicabitur liber ille, novique cœli ac nova terra creabuntur, Esa. LXV, 17. LXVI, 22. 2. Pet. III, 13. Apoc. XXI, 1. *D. Calov. in Es. loc. cit. p. 155. a.*

§. 2.

Cœlum novum & terra nova, quæ Johannes Apoc. XXI, 1. 2. post hostes judicatos vidit, propriè intelligenda (de extremo enim judicio, ejusque consequentibus hic agi, tam est evidens, ut dubitari vix possit) de *illo Cœlo novo, & illa terra novâ*, quæ Petrus Apostolus disertè prædixit, post mundi conflagrationem, juxta promissum DEI, Esa. LXV, 17. exspectari, & in quibus justitia habitat, 2 Petr. III, 13. nempè *de beatorum*, post hanc vitam & totalem hujus terræ & cœli interitum, qui post extremum judicium est futurus, *sede, habitatione, domicilio & receptaculo*, utpote quos alicubi esse oportet. Et quia primum cœlum & prima terra, mareque ita abiisse *loc. cit.* expressè dicuntur, ut amplius non sint, vel esse desierint, hoc novum beatorum domicilium, etiam *quoad substantiam* ab hoc cœlo primo & hac terrâ primâ & corruptibili *diversum*, (qualis autem novus ille mundus sit futurus, nostrum non est scrupulosius indagare; quod equidem boni ut Philosophi, ita & Theologi est, æquo animo sine ullâ crassâ ignorantia nescire, & nescire velle). Accedit, quod τὸ καινὸν, quod vers. 5. Johannes repetit (καινὰ πάντα ποιῶ) non solum usurpatur *pro renovato, ac secundum qualitates mutato, sed etiam pro alio ac secundum essentiam novo.* E. g. cum ait Dominus, non mitti vinum novum in utres veteres, sed in novos, εἰς ἀσκοὺς καινούς Matth. IX, 17. non utique utres intelliguntur renovati, sed planè novi & à veteribus diversi. Sic *Rex surrexisse novus* dicitur Exod. I, 8. ubi LXX. Interp. verterunt ἕτερος, alter vel alius. Pari modo *uxor nova* dicitur Deuteron. XXIV, 5. quæ alia planè est, quam repudiata, vel defuncta. *Excell. D. Olear. Posit. in Ep. Dom. Exercit. LIV. Pos. VII. p. 485. Cluv. Dilue. Apoc. Tom. III. p. 340. 341. 348.*

§. 3.

Novam Civitatem quod concernit, *per eam* Sp. S. intelligit *triumphan-*

tem Ecclesiam & gloriosam ejus conditionem; quia tunc respectu veteris Ecclesiæ militantis, nova erunt omnia. Habebunt enim cives Cœlestis Hierosolymæ *nova corpora*, pnevmatica scil. ἀΦθαρτα, gloriosa insuper, & quæ resurgent in potentiâ, 1. Corinth. XV, 42. 43. 44. Quod autem de Civitate hac porrò dicitur *descendere illam de Cœlo*, id congruit cum effato B. Apostoli, qui inquit: *Scimus, si terrestris domus nostra hujus tabernaculi dissolvatur, quod ædificationem ex DEO habemus, domum non manufactam*, 2. Cor. V, 1. De cœlo itaque civitas illa descendere dicitur, quoniam cœlestis est gratia, quâ DEUS eam fecit, & de Cœlo quidem ab initio sui descendit, ex quo per seculi hujus tempus, gratia DEI desuper veniente, per lavacrum regenerationis Sp. S. misso de cœlo, subindè cives ejus accrescunt; sed per judicium DEI, quod erit novissimum, per ejus Filium J. C. tantus ejus, & tam nova de DEI munere claritas apparebit, ut nulla remaneant vetustatis vestigia, quandoquidem corpora ad incorruptionem & immortalitatem novam ex veteri corruptione atque mortalitate transibunt. *August. L. XX. de Civ. Dei Cap. XVII. aq. M. Ott. Ursinum in Quæst. Theol. Vexat. Q. CV. p. 153. seq.*

Regnum quid? Matth. III, 2.

Q. *Quid Baptista sub apellatione Regni Cœlorum complectatur?*

Resp. Doctrinam de personâ, de officio, & de beneficiis CHRISTI intelligit. Quod enim Evangelistæ dicunt, Johannem prædicasse *regnum cœlorum*, hoc Paulus Actor. XIX, 4. ita explicat: Baptistam docuisse, ut crederent in Christum Jesum. Et Marcus & Lucas in prædicatione regni Cœlorum addunt remissionem peccatorum Marc. IV. Luc. III, 3. Zacharias etiam vaticinatur Luc. I, 77. doctrinam Johannis talem futuram. Quare autem Baptista officium, & beneficia CHRISTI appellatione Regni Cœlorum describat, ex Cap. XI, 20. Lucæ colligi potest: quod scilicet tunc dicitur regnum DEI ad nos perveniisse, quando CHristus digito DEI Satanam expellit, & regnum ejus destruit. Est enim fortis armatus, & ipsâ lege divinâ munitus, detinens nos propter peccata captivos, undè nullius creaturæ viribus liberari possumus, sed ad liberationem opus est *fortiore*, CHRISTO scilicet ut is suum regnum opponat regno Satanæ, & merito, & efficatiâ obedientiæ & passionis suæ regnum Satanæ destruat, quod ad *doctrinam redemtionis* pertinet. Deindè hæc beneficia verbo ac Sacramentis offert, per quæ operatur in nobis pœnitentiam & fidem, per quam singulos recipit, deque potestate tenebrarum transfert in regnum gratiæ, Col. I, 13. quod ad *doctrinam justificationis* pertinet. In illo regno nos infirmos tuetur, defendit & conservat conta Satanam, mundum & carnem, ut tandem ad regnum vitæ & gloriæ æternæ transferamur. In illo etiam regno cœlorum renovat & guber-

nat

riæ credentes Spiritu Sancto ut ipsi serviant in justitiâ & sanctitate, quod Baptista de fructibus pœnitentiæ plenius explicat. Propter majorem igitur emphasin, hæc omnia appellatione regni cœlorum depingere Baptista voluit. *Ursinus l. c. Q. CLXXIII. p. 231. 232.*

COEMETERIUM

Unde?

Durandus *Lib. I. Ration. divin. offic. C. V. n. 4.* dictum putat à *cimen*, quod est dulce, & *sterion*, quod est statio, propterea, quod ibi defunctorum ossa dulciter quiescunt; vel quia ibi cimices i. e. vermes ultra modum fœtentes. Satis ridiculè! *B. Quenstedt de Sepult. Vet. Cap. VIII. p. m. 97. M. Joach. Ern. Berger / de Cœmeteriis §. 3.* Sic & *Ebnardus in Græcismo Cap. VIII.* Est quoque dulce cimen, inde cimiterium. Et infra: Est statio terion, inde cemiterium ap. *du Fresne in Gloss. Tom. I. p. 986.*

Ager figuli.

Hoc est ager ille sangvinis Christi in sepulturam peregrinorum (peregrini enim sumus); Ager, inquam, figuli illius cœlestis, qui è luto finxit nos, & post mortem frangit, atque dissipat, denique in die resurrectionis iterum refinget & reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, ut in domo figuli per figuram ostendit Jeremiæ Cap. XVIII. in hoc agro corpus seminatur in corruptione 1. Cor. XV. Eò respexisse videtur Hoseas Cap. I, 11. quandò dixit: Magnus dies Jezreel. Jezreel idem est, quod semen DEI. Quid autem corpora defunctorum nisi semen DEI in terram projecta, & ab eo rursum ad vitam excitanda? In Cœmeterio Magdeburgensi hic olim exstabat versus:

Hîc ager, hic seges est, namque ossa his abdita cryptis;
Germen ad angelicam sunt habitura tubam.

D. Misand. C. C. P. I. p. 986.

Domus viventium.

Scitè Hebræi vocant בית החיים domum viventium. *R. Leo Mutinensis de Cerem. & Consuet. Jud. P. V. Cap. VIII. §. 4. p. 165.* Græci vocant κοιμητήριον, quod est, dormitorium. Germani vocant agrum Dei, den Gottes-Acker / videlicet, in quem tot grana, fructum in perpetuam vitam producturа, seminantur & spargiuntur, quot homines in Christo obdormiscentes sepeliuntur. *B. Brentius, Hom. LXXXIII. in Cap. VIII. Luc. p. 167. b. Quenstedt l. c. p. 96.* Man solt es billich / inquit liber Minhagim c. ult. בית המתים (domum seu locum mortuorum) heissen; Aber die Zaddikim (Gerechten) die drauss sind / wann sie schon todt seyn / noch leben sie; (Und die Reschaim (Gott-

(Gottesen) wann sie schon leben/ da seyn sie todt. *D. Geierus de Ebraor. Lucis Cap. VI. §. 10. p. 129.*

Campus piorum.

Pisæ in Italiâ Cœmeterium vocatur campus piorum. *D. Missand. D. B. N. T. P. III. p. 353.*

Corpora citò absumens.

Die Erde auf den Kirchhofe zu Pisa in Italien/ hat die Natur/ daß sie in 24. Stunden den Cörper verzehret; Gottfr. Schultz/ *Cosmogr. p. 179. Munster. Cosmogr. Lib. II. Cap. XXX. p. 273.* Der Gottes-Acker/ welchen die Jüden vor das Verrähter Geld gekauffet/ hat hernach die fromme Käyserin Helena, Constantini Mutter/ für die Christen/ so im gelobten Lande auf der Reise sturben/ zurichten lassen; derselbe Kirchhoff/ soll die wunderliche Eigenschafft an sich haben/ daß ein Mensch so darinnen begraben wird/ innerhalb 24. Stunden/ zu Asche und Staub sich verwandelt. *D. Adam. D. B. An. 1694. p. 387.* **Otto Fried. von der Gröben Orientalischen Reisebeschreibung/** *Cap. XVIII. p. 185.* In templo & cœmeterio S. Innocentum Lutetiæ Parisiorum corpora 24. horarum spatio, solis ossibus relictis, absumuntur. *Mich. Watson. Union. Sapient. S. III. Part. II. Cap. V. §. 18. p. 471.* Novem dierum spacio consumi dicit *Jod. Sincer. in Itin. Galliæ p. 213. ap. Val. Arithmæum Feudal. Velitat. Diss. III. Coroll. IV.* Sicut & Pictaviæ in templo D. Hilarii Sarcophagus ostenditur, in quo cadavera 24. horis absumi narrantur. *Id ibid.* Contra Tholosæ in crypta quadam humata per 600. annos illæsa cum pilis & cute manent. *Watson. l. c.* Conf. Tit. Corpora non putrescentia.

Non consecrandum.

Inter centum gravamina, quæ Germaniæ Principes & Sacri Romani Imperii Proceres Cæsareæ Majestati Carolo V. exhibuere, 50. gravamen erat, quod cœmeteria superfluè ac minimè necessariis sumptibus consecrentur. *Wolff. L. M. Cent. XVI. p. 227. a. b.* Quippè in ejus constitutione opus erat consecratione, seu aspersione loci aquâ benedictâ. *c. Consuluisti VII. X. de Consecrat. Eccles.* & Canonistarum hæc erant Paradoxa: scilicet, si cœmeterium aliquod stupro pollutum fuerit, illud de novo consecrandum, vel reconciliandum esse, & quidem per solum Episcopum. *Barbos. de Jur. Eccles. Lib. II. Cap. IX. n. 12. seq.* Sic si excommunicatus vel infidelis in cœmeterio sepultus, reconciliatione iterum opus esse, per aspersionem aquæ. *Cap. VII. X. de Consecrat. Eccles.* Porrò si una pars cœmeterii violata, totum cœmeterium violatum censeri, *Durand. Rational. Divin. Off. Lib. I. Cap. VI. n. 45. seq.* Non esse in cœmeterio sepeliendos infan-

infantes nondum baptizatos; aut in templo uxores in puerperio decedentes. *Dumnd. d. l. Cap. V. n. 14. 15.* quæ, & talia plura, suâ sponte corruunt. Specialia & nos quidem habemus cœmeteria, sed nulla ad eorum constitutionem opus est consecrationē, sed separantur tantum muris septisve ab aliis locis, ne bestiis pateat aditus, sicut *Ord. Consist. March.* hoc in passu disponit. *D. Stryk. in Brunnem. Jus Eccles. Lib. II. Cap. II. p. 348. 349.*

Quibus denegetur 1) injustè.

Contra tyrannidem Papistarum in sepulturæ denegatione, & defunctorum exhumatione, quotidiana in cœlum experientia clamat. *Scherz. Syst. Def. p. 555.* Corporibus hæreticorum ne sepulturam quidem permittunt. Duriores sanè Herode, & Judæis, qui etiamsi Johannem, Dominum, Stephanum, aliosque DEI testes occiderint, sepulturam tamen eorum non prohibuerunt Matth. XIV, 12. Actor. VIII, 2. *Cluverus Dil. Apoc. Tom. III. p. 59. Dn. J. F. de Rhetz Instit. Juris Publici Lib. II. Tit. I. §. 31. p. 337. D. Heinr.* Lincken/ *Jura circa Religionis dissidium modernum in Germaniá recepta Cap. II. §. 42. & Cap. III. §. 1.*

2) Justè.

Solent tamen aliqui extra cœmeterium sepeliri, quos scilicet vita sequior, & criminis admissi qualitas post mortem quoque consortio Christianorum corporum indignos reddidit. Inter hos recensentur 1) Hæretici *C. Excommunicamus 13. §. Credentes 10. de Haret.* Illi scilicet, qui publicè de hæresi damnati, *Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. Lib. III. Cl. I. Cap. V. n. 8. seq.* Non ergò illis cœmeteria deneganda, quorum Religio in Imperio Romano per Leges publicas recepta. *Carpzov. Jurispr. Eccles. Lib. II. Def. CCCLXXXIII.* 2) Blasphemi, *Cap. II. X. de Maled.* 3) Excommunicati, *C. Sacris 12. X. de Sepult.* 4) Usurarii manifesti, *c. Quia in omnibus 3. 10. de Usur. Lud. Dunte de Cas. Conse. Tit.* von der Kirchen-Zucht/ *Sect. I. Q. XIV.* 5.) Propricidæ, qui violentas sibi manus inferunt, *c. Placuit C. XXIII. Q. V.* qui cum post mortem aliter plecti nequeant, caninâ sepulturâ digni. 6.) Alii, ob scelus admissum ad mortem damnati, qui vel sub patibulo, vel in loco huic vicino terræ mandari solent. An verò & illi honestâ sepultura digni, qui in vitâ contemtores sacrorum fuerunt, nec aures Ecclesiæ Ministris præbere voluerunt? Vid. *Dedeken. Consil. Theol. Vol. I. P. III. S. VIII. N. XV. XVI.* Ita *D. Stryke l. c.*

COEMETERII

Peculiaris angulus infantibus in baptizatis assignatur à Papæis.

Merito improbamus rigorem in Papatu illorum Doctorum, qui peculia-

rem angulum cœmeterii talibus assignant infantibus, & absque ritibus Christianis volunt sepeliri, imò damnandos esse censent. Vid. *D. Joh. Osiand. Theol. Casual. Part. VI. Cap. VI. p. 325. 327. seq.* & Tit. in hoc Op. *Infantes.* Ab hæreticorum & Schismaticorum Christianorum tumulis non adeò abhorruere tum Fideles, ut, cum necessitas postularet in illis sepeliri recusaverint. Undè gravissimè conqueritur *Optatus Milevitanus contra Parmen. Lib. VI.* de Donatistis, ita cœmeteria sibi vindicantibus, ut Catholicos non admitterent. *Hofman. Lex. Univers. in h. v. p. 911.*

CONCIONATOR

Confidentior factus.

Cum Alcibiades adolescens admodum angeretur & vehementer timeret in populi concionem prodire, Socrates eum confidentiorem reddere & excitare volens, An non, *inquit*, sutorem illum (adjecto nomine) nihili pendis? Annuente Alcibiade, rursum excipiens Socrates, Quid, *inquit*, annon etiam illum præconem, aut etiam coriarium illum? Fatente Alcibiade: Num ne igitur concio, *inquit*, ex aliis, quam hujusmodi constat? Quod si ergò singuli contemnendi tibi sunt, etiam quandò unà sunt congregati. *Ælianus Var. Hist. Lib. II. ap. Zwinger. Vol. VII. Lib. II. p. 1690. a.*

Extemporaneus.

Talem nobis Franciscanum illum *Erasmus Lib. XIV. Ep. XV.* depingit, cujus memorabile exemplum ab omnibus legi meretur. Rogatus, *inquit*, Erasmus à me familiariter, quibus modis præpararet animum ad concionandum? Resp. se solitum in manus sumere Paulum, & in ejus lectione tamdiu commorari, donec sentiret incalescere pectus. Illic hærebat addens igneas ad DEUM preces, donec admoneretur, esse tempus incipiendi. Nonnunquam septies concionabatur uno die, nec unquam illi deerat sermonis eruditi copia. Miraculum aliquod istius temporis dixeris. *D. Dan. Georg. Morhof. Polyhist. Literar. Lib. I. Cap. XII. p. 116.* Hunc Franciscanum Joh. Coletum fuisse ex Seldeno de Libris L. I. C. IIX. p. 239. disco. *L. A. Rechenberg. de Ineptiis Clericorum Rom. litenariis §. 23.*

Non sit timidus.

Vor etwa 40. Jahren (inquit L. Joh. Walther.) predigte H. D. J. W. mit einem Theologischen Eifer/ wider die/ an dem Fürstlichen Hofe/ seines Gnädigen Fürsten und Herrn/ Herrn L. L. zu Hagenau/ grassirende Laster. Solches brachten die Hof-Leute ihrem Herrn so verdrießlich und schmählich vor/ daß er sich hoch vermaß/ solchen Pfaffen zu verschimpffen/ und hart

genug

genug zu tractiren; Ließ ihn derowegen nach Hof beruffen / als wenn er zur Tafel kommen sollte: der Diener aber / der ihn soderte / warnete ihn / er sollte nicht kommen / weil Ihro Fürstliche Gnaden eine solche Ungnade auf ihn geworffen hätten. Allein H. D. J. W. sagte: Ich will nichts destoweniger kommen / und sehen / was man an mich begehren werde? Was geschicht? Er kommt und gehet mit gebührender Ehrerbietung hinein. So bald nun der Fürst seiner ansichtig wird / empfing er ihn gar gnädig / lässet ihn mit zur Tafel setzen / gehet mit ihm auf das allerglimpfflichste um / beschencket ihn / und läßt ihn wiederum nach geendigter Fürstlichen Tafel nach Hause führen / daß sich alle Hof-Leute nicht gnugsam darüber verwundern können. Das heißt: GOtt nimmt den Fürsten den Muth / und ist schrecklich unter den Königen auf Erden. Psal. LXXVI. *Walther.* Hist. Spatzier-Gang / *P. I. Cap. IX. p. 29.*

Tibia, sed tuba.

§. 1.

Non sit *tibia*, ad voluptatem & plausum jubilans, sed *Tuba*, ut classicum canat, ad arma, ad bellum contra peccata Esa LIIX, 1. Si autem Tuba incertum sonum dederit, quis apparabitur ad bellum? *August. Serm. CVI. de Temp.* 1. Cor. XIV, 8. ubi per *incertum sonum* notantur phaleratæ conciones, & tepidæ exhortationes, quales concionatores describuntur, Ezechiel. XIII, 4. Tales Scriptura comparat Vulpibus l. c. v. 5. adde exemplum Eli, 1. Sam. II, 23. & ex profanis Basilii Camatori. Aliud quid à fidis Ecclesiæ ministris requiritur, nimirum ut *ἐν παῤῥησίᾳ* loquantur exemplo Michæ, 1. Reg. XXII, 14. & Pauli Ephes. VI, 19. 20. Hinc est, quod præcones verbi vocantur Tubicines, Apoc. IIX, 2. respectu habito ad Num. X, 1. 2. ubi DEUS jubet confici tubas duas argenteas ductiles; Per illas enim significabatur, Concionatores ex divinis literis varia argumenta ducere, quibus Spirituale bellum peccatoribus indicitur, ita ut nomen & omen Vocum clamantis, Matth. X, 20. habeant. Tuba per se nullum edit sonum, sed ab alio inflari oportet; Ita ministri Ecclesiæ, non ex se loquantur, sed ex Scripturâ S. Egregiè hunc in Scopum *August. Serm. IV. de Verb. Apost.* Nos loquimur, sed erudit DEUS: Nos loquimur, sed DEus docet; Cathedram in cœlo habet, qui intus docet. *B. Scherzer. de Offic. Minist. Eccles. Elenchtico ex Ezech. III, 16. 17. 18. §. 15. 26. Conf. omninò Bauman. Anal. Typ p. 1156. seq.*

§. 2.

Prediger müssen nicht seyn Stumme / sondern Stimmen. Baß-Stimmen den Halsstarrigen / die sich nicht bekehren wollen / und sie mit

Blitz und Donner schrecken. Je tiesser/ je besser. Was tiesser als die Hölle! Discant-Stimmen den Verzagten/ und sie mit den lieblichsten Trost erqvicken. Je lieblicher/ je besser. Was lieblicher als der Himmel? Alt-Stimmen denen/ die sich selbst erniedrigen/ denn sie sollen erhöhet werden. Tenor-Stimmen denen/ die sich selbst erhöhen/ denn sie sollen erniedriget werden. Stimmen müssen sie seyn/ nicht nur Wort- sondern auch Werck-Stimmen. Reden muß alles was an ihnen ist/ auch das Leben mit. Müllers Evangel. Schluß-Kette/ *Dom. IV. Advent. p. 94. b. ap. M. Joh. Chr.* Gerstäcker im Vorrath von schönen Gleichnissen/ *p. 1031.*

Ex officii lege tenetur ἀγρυπνεῖν,

Excubare, vigilare pro animabus sibi concreditis Ebr. XIII, 17. attendere קָשֹׁב רַב קָשֹׁב attentè, attentissimè Esa. XXI, 7. Duplicatio enim emphasin intendit, *Glass. Phil. S. Lib. III. Tr. V. Can. I. p. m. 406.* ne hostis per vitæ & doctrinæ corruptelas illis noceat.

Nasum habeat turri Libani similem.

Et hanc ob causam Ministro Ecclesiæ tribui Nasum, turri Libani similem, spectantem versus Damascum Cant. VII, 4. vult Origenes; Ita ut per nasum, qui odores discernit, speculatoris in judicando & discernendo sagacitas designetur, quâ adjutus pretiosum à vili separare calleat. Hæc turris alta & munita esse debet, ut scilicet hostes procul adventantes observare, eorumque incursus præmonendo avertere possit. *Scherz. l. c.*

Doceat, delectet, flectat.

Tria olim Eloquentiæ Magister Tullius dicenti ad persvadendum necessaria indicavit; quæ *Augustinus Lib. IV. de Doctrin. Christ. Cap. XII. seq.* etiam Rhetori Ecclesiastico observanda esse arbitratur; ut nimirum *doceat*, ut *delectet*, ut *flectat*: *docere*, necessitatis est, *delectare* svavitatis, *flectere* victoriæ. Illud facit, ut intelligenter, istud, ut *libenter*, hoc ut *obedienter* audiatur. *Docet* Ecclesiastes, cum textum Biblicum, de quo verba facturus est, dextrè exponit, ut sensus absque difficultate innotescat; *delectat*, cum ordinem indicendo convenientem observat, singulaque textus & concionis membra concinnè disponit; Nam ut confusio tædiosa, ita ordo imprimis gratus est Auditori: *flectit* verò, cum doctrinas non peregrinas, sed ex textu fluentes tractat, & pro Auditorum indigentia ritè applicat. Ad quæ omnia precibus ardentissimis, & industriâ maximâ opus est, quam DEus benedictione suâ non denituet. *B. D. Frid. Balduin. Id. Diss. Bibl. in Dedicat.* Philippus Melanchthon ad Ministerii candidatos:

Minn-

Munda, sed è medio, consvetaque verba, Ministri,
Sumite: verborum publica forma placet.

M. Davidis Caspari Præl. Publ. de futuri Theologi studiis Philologicis & Philosophicis §. 3. p. 1.

Docens recte, vivens male.

Qui non ipse facit, quod mandat in æde, Sacerdos,
Ille animam Satanæ præbet, & ora DEO.

Sal. Kuselius in Horis succisivis p. 142. Prediger / die wohl lehren / aber übel leben / sind gleich denen See-Laternen / die den Schiffern leuchten / und selbst nicht sehen; gleich denen Bild-Stöcken / die den Leuten den Weg weisen / und selbst nicht gehen; gleich den Glocken / die andere in die Kirche auffmahnen / und selbst ausbleiben; gleich des Noä Zimmer-Leuten / die den Kasten baueten / und ihn selbst nicht brauchten. Otto Krancken-T. *p. 571.* Concionator, qui benè docet, & malè vivit, DEum instruit, quomodò eum damnare debeat, inquit *Chrysostomus.* Et *Lactantius* ait: Qui aliter vivit, quam docet, is derogat doctrinæ suæ fidem. *D. à Brust. loc. mox citando.*

Meine Worte treffen gut /
Sind sie manchen eine Ruth /
So wird niemand doch beschädigt.
Folgt den Worten / die ich lehr /
Und rufft mir auch zu Gehör:
Wohl! wer selbst thut / was er predigt!

P. Abr. à S. Clara im Etwas für Alle / *Cap. I. p. 1.*

Animas curet, non pecunias.

§. I.

Episcopi plurimi insatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubant, derelicta cathedra, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupantur; habere argentum largiter volunt, usuris multiplicantibus, fœnus augent. *Belarminus de Gemitu Columbæ Lib. II. Cap. IV. p. 130. 131.* Sic & ille apud *Plautum in Pseud. Act. I. S. III. v. 31.* Et si sacrificium summo Jovi, Atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci Si lucri quid detur, potius rem divinam deseram. *Nic. Serarius Lib. IV. Moguntiacorum p. 643.* laudat librum manuscriptum ita loquentem: Rabanus An. 842. Fuldensi pulsus est Abbatiâ, fratribus Monachis causantibus, ipsum studiosum nimis, intentum Scripturis *temporalia negligere.* Quod fatum etiam Fridericus Abbas Hirsangiensis, teste Trithemio in Chron. An. 1068. postque alios haud paucos, tandem & ipse

Trithemius est passus à sui cœnobii Monachis. *Henr. Conring. Supplement. XLIII. Antiq. Acad. p. 336.* It. Christianus Episcopus Moguntiacus, de quo *Dn. Misander* im Exemplarischen Priester / *Cap. VII. p. 129. Beyerlinck Theat. M. Vit. Hum. Tom. II. Lib. IV. p. 308.*

§. 2.

Sed bene *Joh. Saresberiensis Policrat. Lib. VII. Cap. XX. p. 417.* Cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Nam ut *Isidorus Hispalensis Episcopus de Summo Bono Lib. III. Cap. XXXIV. p. m. 62. b.* ait, tam sanctum est Sacerdotii nomen, ut nullâ vitiorum notâ maculari sinat. Ex omni præda Abrahamus, Lothum fratrem & familiam ex captivitate reducens, nil nisi animas desiderabat, inquiens: *Da mihi animas, cætera tolle tibi!* Gen. XIV, 21. *M. Pexenfeld. Appar. Erudit. Cap. XCIX. p. 837.* Animarum pastor nil desideret præter auditorum animas &c. Non relinquat Paulum Tarsensem, & currat ad Paulum Castrensem, hoc est, non exuat Theologiam, & induat jurisprudentiam. *Joach. à Beust, Enarrat. Evang. Dom. III. Adv. p. 51.*

Quisquis avaritiæ studet, aut popularibus auris,
Cum fructu nunquam de pietate docet.

Corda inflammet.

Der mühsame Ausspäher natürlicher Dinge Plinius gedencket im 27. Cap. des neundten Buchs eines Fisches / welcher Lucerna, das ist eine Leuchte / oder Kertze genennet wird / weil seine Zunge des Nachtes einen hellen Glantz oder Schein von sich giebet / daß sie gleichsam an statt eines Lichtes dienen kan / und weit gesehen wird / zu dieses Fisches Abbildung schreibet man diese Worte:

NOMEN LINGVA DEDIT.

Die Zunge giebet ihn den Nahmen!

Und wird durch dieses Sinnbild ein geschickter Redner / der seine wohlgelöste Zunge berühmt gemacht hat / abgebildet! verändern wir die Beyschrifft / und setzen diese Worte:

A LINGVA JUBAR

Von der Zunge kommt der Glantz!

So kan mans füglich von einen geschickten und geist-reichen Prediger sagen / der mit seiner Zunge in den finstern Hertzen der Menschen einen Glantz erwecket / und ein Licht anzündet / vermöge der Worte Petri 2. Petr. I, 19. wir haben &c. Und zu dem Ende wurden auch die Zungen der Apostel gesehen / als wären sie feurig / Act. II, 3. quia dum DEum amandum prædicant, corda audien-

dientium inflammant. *Dn.* Ernſt Confect-Tafel / *Cent. III. Cap. XL. p. 515.*

Poculum in manu ſangvine Chriſti plenum tenet.

Hæc dum mecum cogito, non aliter comparatum eſſe cum Miniſtro Eccleſiæ deprehendo, quam ſi in Actu vocationis ſub cruce Chriſti ſtaret, poculum in manu tenens, quod ſangvine ſuo repleret Chriſtus, usque adeò, ut non amplius ſit locus capiendæ vel minimæ guttulæ, miniſtrumque hoc modo alloqueretur: Tibi, ſervo meo, mando & commendo tot ſangvinis guttulas in iſthoc poculo, ut eas portes in urbem Jeruſalem, & ponas in ſanctuario Templi, cum hac interminatione, ut ſi vel unicam eamque minimam perdideris, & in terram profuderis, de anima & vita tuâ agatur. Quantam, quæſo, putas iſtum adhibiturum curam, ſolicitudinem, cautionem, & nonne ipſum omnes ſenſus & cogitationes unicè in id directurum credes, ut quam providè & circumſpectè incedat, ne vel titubando, vel aliud agendo pedes offendat, & ſic ingens malum capiti ſuo inducat? Eandem profecto, nec minorem curam adhibebit Eccleſiæ Miniſter, ne unica anima Chriſti ſangvine redemta culpa ſuâ pereat, nî rem periculi plenam ſibi ipſi ciere velit. *Corn. à Lap. ap. Scherz. l. c. §. 16.*

Lachrymas exprimens.

Antonius de Paduâ in Sermone quodam Feriis Paſſionalibus ad populum habito, ſtupendos Chriſti dolores depingens, tot lachrymas ex audientium oculis expreſſit, tot pectoris concuſſiones, ut integra concio penè exanimis in plateis diſcurſitaverit, gemebundâ voce nil aliud clamitans, præter hanc vocem: Miſericordia! Miſericordia! referente id *Cornel. à Lapide. ad Thren. Jerem. pag. 832.*

CONCIONATORIS

Mali doctrina non ſpernenda.

Nonne ſæpè in mediis ſpinis & vepribus reperiuntur implexæ vites, indeque dependentes botri? Et quis propterea eos non decerpit, quia inter ſpinas pendent? Unde *Auguſt. Tr. XLVI. in Joh.* ſuper id: Nunquid colligunt de ſpinis uvas? hac de re ait: Botrum carpe, ſpinam cave! Nazianzenus venuſtiſſimâ ſimilitudine exprimit, dicens: Eandem apparere in cerâ figuram ſive aureo, ſive ferreo annulo facta ſit: Sic Sacramenta miniſtrorum vel pietate, vel impietate non mutari &c. *Reuccius Panopl. T. II. p. 188. 189.*

Elo-

Elocutio sit L. L. L.

Concionatoris Evangelici elocutio sit sonora, tarda & suavis seu jucunda, daß er Laut/ Langsam und Lieblich rede/ quæ tria LLL. tria insignia DEI dona sunt, & mirificam gratiam in sancto Concionatore Evangelico habent, adeoque inter κρείττονα χαρίσματα referenda, 1. Cor. XII, 31. *L. Georg. Weissium de Pedibus Evangelizantium Cap. IV. §. 17. p. 82.*

Mali doctrina bona.

§. 1.

Nonne sæpè in mediis spinis & vepribus reperiuntur implexæ vites, indeque dependentes botri? Et quis propterea eos non decerpit, quia inter spinas pendent? Unde *August. Tr. XLVI. in Joh.* super id: Numquid colligunt de spinis uvas? hac de re ait: Botrum carpe, spinam cave, q. d. quando ex ore reprobi prædicatoris audis doctrinam bonam, botrum in spinis vides, carpe botrum, cave spinas, unde subdit: Pendet in sepe, crescit palmes, inseritur spinis, & portat fructum spina non suum. Et mox: Cathedra ergò Mosis vitis erat, Pharisæorum mores spinæ erant, doctrina bona per malos, palmes in sepe. Hinc CHRISTUS: Quæ dicunt facite, secundum opera verò eorum nolite facere, Matth. XXIII, 3.

§. 2.

Es verschlägt nichts/ ob ein Fürst und Potentat ein Mandat seinen Unterthanen läst ablesen/ durch einen schlechten/ geringen und bösen Diener/ oder durch einen Vernehmen/ es hat eben so viel Nachdruck. Ein Siegel oder Pitschier in Eisen oder Stahl gestochen/ druckt das Bild in Wachs so gut ab/ als wann es Silber oder Gold wäre (Eadem in cerâ apparet figura, sive aureo, sive ferreo annulo facta sit, venustissima Nazianzeni est similitudo ap. *B. Reneccium in Panopl. Tom. II. Cap. LX. p. 188.*) Also liegt nichts daran/ ob die Persen des Predigers gut oder böse sey/ und können auch böse Prediger wohl und heilsam lehren/ GOttes Wort ist nicht zu beschuldigen/ denn das Gesetz und Evangelium ist nicht des Priesters/ sondern Christi; Also auch die Absolution und heilige Sacramenta. Bileam war ein gottloser Mensch/ ein Zauberer; Als ihm aber GOtt befahl/ er sollte Israel segnen/ so war der Seegen doch kräfftig/ obgleich die Person böse war/ Num. XXII, 8. wie die Raben unreine Vögel seyn/ und doch den Propheten Eliâ gute und gesunde Speise an Fleisch zubringen kunnten; Also kan GOtt gar wohl durch unreine Hirten seinen Schäflein gutes Futter reichen/ 1. Reg. XVII, 6. &c. Gleichwie es einerley Wein bleibet/ er werde in einen güldenen Becher/ oder in einem irrdischen Gefässe auffgesetzet: Also ist einerley Wort/ es werde von einem

nem Hochgelehrten Doctor, oder einfältigen Dorff-Pfarr geprediget/ was nur mit der Schrifft übereinstimmet/ so soll es angenommen werden/ nicht als Menschen Wort/ sondern (wie es denn wahrhafftig ist/) als GOttes Wort. *D.* Gerstäcker/ *l. c. p. 1027.* Quemadmodum Sol, cum per cœnosa loca diffundit radios, nihil contrahit sordium: sic præstantia ministerii verbi & Sacramentorum hominum impietate non sordidatur. *Ren. l. c.*

Reprehensionem non ferentes

§. 1.

Talis erat Achab 1. Reg. XXII. Ingrata sunt lixivia, præsertim acria capiti psorâ & scabie pleno, sed tamen necessaria: neque sordidæ patinæ benè abluuntur frigidâ, aut tepidâ, sed fervente solum aquâ. Diabolus est qui suggerit blandos concionatores, non acres audiendos, quemadmodum Philistæi caverunt, ne esset faber in Israel, qui posset Ebræis arma cudere, ut sic inermes sub potestate suâ continerent, 1. Sam XIII. Sed quis ferat, inquiunt, strepitum fabrorum, & objurgationem concionatorum? Sybaritæ illi delicatuli & molles eâ infamiâ adhuc laborant, quod fabros è civitate suâ exturbarint, quo svavius & diutius dormirent, adeoque nec gallorum quidem cantum tolerarint, teste *Athenæo Lib. XII. p. 385.* qui tamen ob hanc mollitiem pœnas tandem dederunt, quandò in equis suis, quos ad tibiam saltare docuerunt, exeuntes in prælium à Crotoniatis, qui tibiis inflatis, illorum equos ad saltus provocabant, saltantes cæsi & oppressi sunt, teste *Aristotele in eorum Republ. ap. Athenæum l. c. p. 387.*

§. 2.

Qui ligna secare vult, securim ferro armatam habere debet, quod si à ligno seu manubrio excidat, nihil jam secare potest, undè Discipulus Elisæ 2. Reg. VI. exiens ad secandum lignum, cum ei ferrum de securi in aquam delapsum esset, clamavit: Heu, heu, heu Domine! q. d. quomodo jam ligna secabo, amisso ferramento? Et quomodo dura peccatorum corda findentur ad pœnitentiam, si concio eos non scindat? Quomodo contra hostes se defendent, qui arma non habent, nec periculi sui admoneri volunt? Cum apud Amycleos (est id oppidum Italiæ inter Cajetam & Terracinam) subindè nunciaretur hostium adventus, idque falsò, & ob eam rem civitas frequenter inani terrore quassaretur, latâ lege cautum est, ne quis unquam hostis adventum nunciaret. Atqui post evenit, ut jam verè advenirent hostes; Quod cum nemo nunciaret, propter legis interdictum, civitas de improviso capta est. Qui, casus populari joco dedit occasionem, ut dicerent: *Amyclas silentio periisse. Erasm. in Adag. Chiliad. I. Centur. IX. Cap. I. p. 292.* His simillimi sunt delicatuli isti, qui nihil triste, nihil asperum, quo feriantur, audire in concione volunt, sed loquimini

nobis placentia, ajunt, quibus aliquandò continget, quod Amyclæis, ut dum ipsi dicunt pax, pax; véniat hostis & repentina mors, auferatque imparatos ad DEI tribunal. Cleobulus dixit: Eam civitatem esse felicem, & facilè officium facturam, in quâ cives reprehensionem magis metuant, quam legem. Conf. Tit. *Correctionem non ferentes* §. 2.

§. 3.

Die Boßhafftigen werden in Heiliger Schrifft nicht ohne Ursach mit dem Meer verglichen. Denn gleichwie dasselbe / wenn es gleich noch so stille ist / dennoch durch einen leichten Wind kan bewogen werden / daß es schaumet und Wellen wirfft; Also lässet sich ein unruhiges Gemüthe leichtlich durch eine geringe Ursache zu Zorn bewegen / und solches auch wohl offtmahls an heiliger Stelle / wann Lehrer und Prediger Amts-wegen die Wahrheit sagen / und den Mund auffthun müssen. Also aber war nicht gesinnet Chur-Fürst Georg Wilhelm zu Brandenburg / welcher im Jahr 1640. den 1. Decembr. dieses Zeitliche verlassen. Diesem giebet Heinricus Sebaldi in Brev. Histor. p. 139. das rühmliche Zeugniß / daß er sich gerne seiner Sünden lassen erinnern und straffen / auch sich nie ungedultig erwiesen / wann er ingeheim erinnert / und auch öffentlich in den Predigten mitgetroffen worden. Ja er hat wohl die scharffen Straff-Predigten zum meisten gerühmet / und wann andere ihren Unwillen / so sie bißweilen ob denselben gehabt / nicht können bergen / sondern die Prediger bey dem Chur-Fürsten verunglimpffen / und in Ungnade wollen führen / hat er dieselbe vertreten / sagende: **Prediger lehrten billich / was ihr Ambt mit sich brächte / sie müsten ihre Seelen erretten; Wann die Zuhörer lebten / wie sie solten / so würden auch Prediger reden / was sie gerne hören wollten.** Ist gewiß eine sehr löbliche Rede von einen so grossen Potentaten / welche sich gründet auf die Worte des CXLI. Psalms v. 5. Der Gerechte schelte mich freundlich / das wird mir so wohl thun / als Balsam auf meinem Haupte. *M. J. D. Ernst Bilder-Z. P. III. Concl. V. Sect. II. Cap. XLVII. p. 219. 220.* Conf. Tit. Sacerdos.

Tentatio in Officio.

Vor fast zweyhundert Jahren / lebete ein frommer Pfarrer / der offt klagete / daß / wann er GOtt loben / anruffen / predigen / und die Heiligen Sacramenta austheilen sollte / ihm ein rechter Eckel und Unlust ankäme / daß er lieber GOTT schänden / und lästern / als ihm dienen wollte. Ich habe / sagte er / zwar Abscheu dafür / und erschrecke von gantzen Hertzen: Jedoch weil es nun in die 30. Jahre währet / so besorge ich mich / GOTT werde

de mich einmahl urplötzlich wegnehmen / und ewiglich straffen. Der gute Mann schrieb deßwegen an Lutherum, und begehrte Trost von ihm / dem Lutherus antwortete: Es komme her von dem Höllischen Ertz-bübischen Läster-Geist / und sey bey ihm / dem Pfarr-Herrn / passio, non actio, das ist / ein Leiden / und keine würckliche Sünde. Denn es geschähe gäntzlich über und wider seinen Willen. Darum / gleichwie er andere Kranckheiten des Leibes und Beschwerlichkeiten des Gemüths leiden müste; Also sollte er auch dieses innerliche Leiden mit Gedult vertragen / sich dessen trösten / daß der Satan nicht gottlose Welt-Kinder / sondern auserwehlte GOttes-Kinder also plage / und bedencken / daß GOTT selber / uns offt unvermerckt / durch seinen Geist / in uns verrichte / was zur Seligkeit vonnöthen ist. Bey solchen Trost ist der angefochtene Mann biß an sein seliges Ende verblieben. *L. Job.* Walther im Historischen Spatzier-G. Ausgang *P. I. Cap. XLIV. p. 109.*

Sex qualitates secundum mundi judicium.

Sicut multi homines inversi, sic & inversos sibi planè optant verbi præcones, tales nimirum, quorum mores non tam ad voluntatem Domini, quam mundanam suam sint compositi, quorum donis moveantur ad risum, non ad planctum, delectentur ad carnem, non verò ædificentur ad Spiritum. Hinc & longè alia dantur hujusmodi præconum requisita, quam eorum, quorum ministerio animæ ducuntur ad salutem. Jam suo tempore deploravit perversum hunc perversi seculi morem Megalander noster *Lutherus*, quando ita: Sechs Stücke gehören zu einen Prediger / wie ihn die Welt itzt haben will: 1) Daß er gelehrt sey. 2) Eine feine Aussprache habe. 3) Daß er beredt sey. 4) Daß er eine schöne Person sey / die die Mägdlein und Fräulein lieb haben können. 5) Daß er kein Geld nehme / sondern Geld zugebe. 6) Daß er rede / was man gerne höre. *Colloq. Mens. Cap. XXII. p. 180.* Quare idem ille magnus Heros admodum aptè quondam respondebat, cum certa quædam civitas ab ipso peteret, ut istiusmodi sibi commendaret Concionatorem, qui & mundo placere didicerit, ut constat ex iis, quæ *B. D. Sam. Ben. Carpzov.* im Superintendenten- und Bischoffs-Ambt / *p. 63. ex Erneſto* his recenset: Von Luthero wird erzehlet / daß eine gewisse Stadt an ihn geschrieben / und ersuchet einen guten Prediger vorzuschlagen / es müste aber derselbe eine ansehnliche Person seyn / wohl beredt / im Griechischen und Ebräischen wohl erfahren / in Controversien geübt / darbey manierlich und sanfftmüthig / daß er sich mit denen Papisten / die in der Stadt wären / vertragen könnte. Denen habe D. Luther einen Priester auf Papier mahlen lassen / mit dem Vermel-

den: Er ſehe daß ſie ihn wollten gemahlet haben/ da ſchicke er ihnen einen/ den möchten ſie geſund brauchen. Sanè retundere curioſitatem illam, melius vix potuiſſet vir beatus, quam vel hoc ipſo factum legimus. *D. Zach. Gruppius Diſſ. Theol. de Concionibus Artificioſis & Alamodicis, vulgò:* **Von künſtlichen und galanten Predigten** *in Prologo.*

Ruralis Felicitas.

Dic mihi, quæ ruris ſit magnificentia menſæ?
Convictor bos eſt, compotor gallus & anſer.
Dic etiam, urbanæ quæ magnificentia menſæ?
Convictor lupus eſt, compotor pardus & urſus.
Dic mihi quos malles ſocios tibi jungere menſæ?
Hi mactant alios, tandem mactantur at illi.
Durior eſt ruri victus, ſed tutior idem.
Urbe ſolent magnis miſceri lauta periclis.
Qui ſapit, hic modicâ contentus ſorte quieſcit,
Et latet in tacitâ rectè ſibi conſcius umbrâ.

Ita Andreas Dudithius, trium Imperatorum Conſiliarius & Orator ap. *L. Georg. Weiſſium in Manipulo Symbolorum p. 37.* Conf. Apparat. Bibl. Tom. I. in Tit. *CHRISTUS Paſtor paganus p. 540. ſeq.* & Tom. III. in Tit. *Paſtorum Ruralium conditio miſera p. 1256. ſeq.*

CONCIONATORES
Verbales nolarum inſtar.

Qui multa legunt (dicunt) & pauca præſtant, nolarum inſtar ſunt, quæ, ut alii in ædes ſacras veniant, pulſantur, ipſæ verò nunquam ſacris interſunt. *Goevar. Horol. Princip. Lib. II. Cap. XXXIIX. p. 427.*

Non ſolum ſint Paſchales, ſed & Pentecoſtales.

Prediger müſſen nicht nur Oſter-Prediger ſeyn/ das iſt/ nur bona nova oder Evangelia predigen/ ſondern ſie müſſen auch Pfingſt-Prediger ſeyn/ h. e. ſolche Zungen haben/ die getroſt und durchdringend reden können/ wie denn des Petri Pfingſt-Predigt durchs Hertze gieng/ Act. II, 37. *D. Miſand.* Gewiſſenh. Beicht-Vat. *p. 173.*

Sunt DEI currus.

Ad debellandum hoſtes. *Tungerl. Prompt. Ev. P. I. p. 24.* 2. Reg. II, 12. Cap. XIII, 14. h. e. vis & præcipuum robur, ſicut in bellis hunc uſum currus & equi-

equites præstant. *Glass. Phil. Sacr. Lib. V. Tr. I. Cap. XII. p. 397.* Sunt quadrigæ Ephraim. *Tung. P. II. p. 770. Picinell. M. S. P. I. Lib. VI. Cap. L. n. 271, p. 473.* Sunt Heroës Spiritus, *Aug. Brunnius Scriptor. Theol. ap. Becman. N. D, p. 333.* Sunt Fundamenta Statûs, quemadmodum de Gallis suis inquit *Mercur. Franc.* Les plus sages ont toujour recognu ceſt Ordre pour le fondement de ceſte Monarchie, ap. *Becm. l. c. p. 327.*

Turcarum non animas, sed corporalia curant.

Joh. Cuspinianus *de Turcarum Relig. p. 709.* ita: Sacerdotes eorum nullam habent occupationem circa curam animarum, ut nostri, in audiendis confessionibus, exhibitione Sacramentorum, & custodiendis reliquiis, ac ædibus sacris, quandoquidem nullas habent; Nihil enim Ecclesiæ eorum à domibus differunt communibus, ut nec Sacerdotes à communi populo. Sacerdotes namque nec meditationibus, nec studiis literarum vacant, sed uxoris solatio, & filiorum, communisque familiæ. Jumenta enim curant, mercantur, usuram capiunt in possessionibus, venationi incumbunt, & canibus operam navant. Nihil est iis illicitum, prohibitumve. Vid. & *J. Boëmus Aubanus de mor. leg. & rit. omn. gent. Lib. II. Cap. XI. p. 152. M. Casp.* Maurer *Chron. Turc. Lib. II. Cap. II. p. 87. Munsterus Cosmogr. Lib. IV. Cap. CXXIII. p. 1265.*

Et tamen autoritas eorum maxima.

Ignorantia Sacerdotum eorum, velut cuprum auratum sub auri nomine, & æstimationis vigore latet; nam quicquid dicunt, quidve præcipiunt, ita volunt ab omnibus observari, quasi præceptum DEI, ut nemo audeat vel in minimo illis contradicere. *Septemcastrensis Op. Bibliand. T. III. p. 47. ap. Henning. Henningi Mahamet. Precurs. p. 567.* Merckwürdig ist folgende Historie: Im Jahr Christi 1569. ist zu Constantinopel aus Bekümmerniß / der Käyserliche Gesandte / Albrecht von Wüß / ein Niederländer / verschieden; welcher einsmahls Nachmittags / Ergötzungshalber / durch die Stadt geritten / und als ihm ohngefehr der Muphti, welcher bey den Türcken für den Hohenpriester ihres Mahometischen Aberglaubens gehalten wird / begegnete / nicht vom Pferde / weil ihm diese Gewohnheit unwissend war / gestiegen / und dahero von den Janitscharen / welche diesen Türckischen Pabst in grosser Anzahl begleiten / vom Pferde herunter gerissen / und mit Fäusten schmälich empfangen worden. Er hat zwar diese grosse / ihme / als einen Gesandten / wider aller Völcker Recht angethane Unehr / zu straffen gar hefftig beym Türckischen Käyser Selim und seinen Bassen getrieben / aber nichts erhalten / weil sie sagten / daß die Janit-

scharen solches ihnen selbsten würden gethan haben/ wann sie diesem ihrem höchsten Priester die Ehre nicht erzeiget hätten: Dessentwegen so ist er/ der Gesandte/ weil er solche Schmach nicht erdulden/ dieselbe auch nicht rächen kunnte/ nicht lange hernach gestorben. Lernet hier 1) was Bekümmernisse und Gemüths-Kranckheiten verursachen können. 2) Alle Priester-Feinde sollen auch an abgöttischen Völckern lernen/ wie sie Geistliche ehren sollen. *L. Joh. Walther, l. c. Cap. XIX. p. 47. 48.*

Morientes quid secum auferunt?

Concionatores è vitâ abeuntes, dicebat non nemo, præter bonam conscientiam, & malam valetudinem, nihil secum auferre. *D. Ernestus Henricus Wedelius Diss. Med. de Morbis Concionatorum §. 6. p. 6.*

Magni æstimati.

§. 1.

Die Welt-Kinder wissen nicht/ wie sie das Heil. Predigt-Ambt gnugsam verachten/ und die Diener Christi schimpfflich gnug halten sollen/ müssen aber endlich mit ihren grossen Schaden erfahren/ daß der Stiffter desselben dennoch darüber halte/ und denen Spöttern weise/ daß sie GOttes Diener nicht umsonst verachtet haben. Anders hat es gemacht Sebastian Groß/ Burgermeister zu Nürnberg/ derselbe pflegte zu sagen: **Durch den Dienst des Priesters bin ich ein Christ worden: Durch seinen Dienst lebe ich als ein Christ; Durch seine Unterweisung gedencke ich auch zu sterben/ als ein Christ/ warum sollte ich sie denn verachten/ und nicht vielmehr mit** Ambrosio **sprechen: Das Gold ist nicht so weit dem Bley fürzuziehen/ als der Orden frommer Prediger höher ist/ denn Königliche Gewalt. Ich will lieber die gantze Welt erzürnen/ als einen einzigen getreuen Prediger beleidigen.** D. Selnecc. in Cap. II. Ep. ad Tit. p. 436. **Hier spitzet die Ohren ihr Priester-Schänder und Verächter!** *M. Ernst l. c. p. 250.*

§. 2.

Bey den Juden war das Priesterthum eine sehr grosse/ ja himmlische Ehre/ daß auch Philo davon sprach: Es sey eine himmlische und nicht irdische Ehre/ welches denn so hoch wuchs/ und dem Volcke so sehr imprimiret und eingepflantzet war/ ihre Priester zu ehren/ daß solches zum Vorwand des Auffruhrs angewandt und gemachet wurde/ nach. Taciti Worten: Honor Sacerdotii in firmamentum potentiæ assumebatur.

Daß nur des Feindes Macht nicht plötzlich brach herein/
So must der Priester Rock Schild und Noth-Nagel seyn!

In

In der ersten Christlichen Kirchen wurden die Geistlichen mit kindlichen Gehorsam geehret und respectiret/ ja es wurde in keiner Sache etwas vorgenommen/ darinn sie nicht vorher wären zu Rathe gezogen worden. Man kunte nicht Ehre gnug und sattsame Demuth ersinnen/ die Ehr- und Liebes-Bezeigungen im Hertzen/ in der That an Tag zu legen. Sie pflegten und waren begierig (wie William Cave P. I. des ersten Christenth. Cap. IIX. p. 262. anführet)/ ihnen die Hände zu küssen/ die Füsse zu umarmen/ und wo sie nur hingiengen/ sie mochten entweder von Hause kommen/ oder nach Hause wollen/ so giengen sie ihnen auf dem Fusse nach/ und empfingen oder verlieffen sie mit einen unzähligen Hauffen Leute. Sie schätzten sich glückselig/ wann sie dieselben einmahl in ihren Häusern kunten sehen und mit Freuden bewillkommen. Der liebe Prediger/ Chrysostomus, gedencket in der Lob-Rede des Meletii, gewesenen Bischoffs zu Antiochia, wie dieser Mann/ so sehr beliebt bey seiner Gemeine gewesen/ daß viele unter seinen Zuhörern/ ihre Kinder nach seinen Nahmen nennen lassen; Ja er sagt: daß sein Bildniß sey allenthalben anzutreffen gewesen/ als auf Ringen/ Trinck-Geschirren/ Schalen/ auf den Gesimsen/ an den Wänden/ u. s. f.

§. 3.

Man möchte für Verwunderung vergehen/ wenn man bedencket/ wie die blinden Heyden in Ost-Indien ihre Priester in Ehren halten und lieben. Als An. 1642. zu Agra, ein Heyde/ Voldas genannt/ der Holländer Unterhändler/ 70. oder mehr Jahr alt/ vernahme/ daß der Groß-Bramin, oder Groß-Priester der Pagoten/ von Macura, gestorben sey/ gieng er alsbald das Haupt der Holländischen Hütten zu suchen/ und zu bitten/ seine Rechnung zu übersehen/ und zu beschliessen/ dieweilen/ sagte er zu ihm/ ihr Groß-Priester todt wäre/ wollte er auch sterben/ und diesen heiligen Mann in der andern Welt bedienen. Sobald seine Rechnungen übersehen waren/ stieg er in seine Kutschen/ von etlichen Verwandten/ so ihm folgeten/ begleitet. Und weiln er zu der Zeit/ als er diese Zeitung vernommen/ weder essen noch trincken wollen/ starb er auf dem Wege/ weil er keine Nahrung nehmen wollte. Schlage ich Rogeri Heydenthum auf p. 764. so lese ich mit gleichen Bewundern von den Obersten Priester in Pegu/ welchen sie Rolim nennen/ was für Wesen noch heutiges Tages bey dessen Tode vorgehe/ wie alsobald die Märckte aufhören/ Thür und Fenster geschlossen/ Gewölbe zugehalten/ keine Creatur auf der Strassen/ hingegen die Tempel voll traurender Leute gesehen; auch der König selbst/ sowohl bey dem Verstorbenen/ als auch bey dem erwehlten neuen Successore über die Massen grosse Ehrerbietung zu erzeigen pflege. Arnkiel in Cimber. Heydenthum zeuget

get und bezeuget gleichfalls/ daß die alten Wenden ihre Priester eben so hoch/ ja höher als die Könige geehret; Und daß die alten Preussen von ihren Priestern gesagt: **Dieser ist uns nechst GOTT/ ohne seinen Willen wollen wir nichts thun.** Von dem Ansehen der Priester bey denen Aethiopiern/ Egyptiern/ alten Teutschen/ Griechen/ Römern/ Indianern/ Persianern/ Chaldäern/ Mohrenländern und andern Völckern ꝛc. will ich nicht einmahl gedencken. *Dn.* **Gottfr. Emblem. Tugend- und Laster-Platz/** *in Dedicat.*

Ridicula proferentes.

Ego cathedrâ conscensâ, tanta in iis, quæ dico cautione ac curâ utor, ut in peccatorum exomologesi majori uti non possim. Et meritò: quum locum illum ipse DEI filius sua persona consecrarit, & in eo DEI verbum, & divina mysteria, non hominum commenta, somnia & nugæ sonare debeant. Qui enim in hunc locum inepta, profana, ridicula afferunt, non sanè pro divini verbi præconibus, sed pro circumforaneis & agyrtis habendi sunt. Mihi quidem videtur, concionatori suggestum conscensuro non tam quid dicere, quam quid non dicere velit, præcogitandum: adeòque cautè singula verba proferenda, ac si unum tantum eo die esset explicandum. *Anton. de Guevara Epist. ad Episcopum Barriensem p. 124. b.* Non leve est servire DEO, non Regum alicui, cui vel vitiosa assentatione, vel simulatione virtutis, operam probes; sed quem nihil fugit, Regi Regum DEO. Cujus cui in mentem venit, non potest non animo turbari, & corpore toto inhorrescere, quoties ad Altare (suggestum) accepit. *Jac. Typotius Hierogr. Cardinal. XVI. p. 32.*

Communicationis figurâ mitigent exhortationes ad populum, & seipsos includant.

Multum facere ad flectendum auditorum animos, si communicationis figura mitigent concionatores suas ad populum exhortationes, & seipsos iis commonefactionibus includant, ne privato quodam affectu in illorum vitam dissolutam invehi videantur, sed unico & solo desiderio revocandi illos à præcipitiis iniquitatis, & interitus viis in viam justitiæ. Quod videmus Apostolos factitare passim, imprimis etiam Paulum ad Titum tertio: Eramus & nos stulti, inobedientes &c. *D. Ægid. Hunnius ad Ephes. Cap. II. p. m. 185.*

Ad Auditorum captum se non accomodantes.

Sed prolixi & sublimes, volunt mittere dolium unum vini in lagenam unam, vel in scyphum unum. *Guilelmus Peraldus, Summ. Virt. & Vit. T. II. p. 291.*

CON-

CONCIONATORUM
Precibus omnia adscribenda.

§. 1.

1. Tim. I, 19. Ebr. XIII, 18. Von dem Edelgesteine / dem Sarder schreibet und berichtet der Abulensis, er habe unter andern diese Tugend / daß er die Furcht verjage und frölich mache / als dieses ein sinnreicher Kopff erwegete / mahlete er diesen pretieusen Stein / und schreib darüber:

FERT GAUDIA CORDI.

Bey wem ich kehre ein /
Wird alles frölich seyn!

Oder:

Dem Hertzen bringt er Freud /
Vertreibet Furcht und Leid!

Hinc Matthæus Bossus Diss. II. de veris animi gaudiis ita: Omne gaudium emanat de puritate ac splendore conscientiæ, qui nihil formidolosum intus habet, hanc si quis possidet, & suo testimonio semper est lætus. *Dn.* Gottfreunds / *Emblem.* Tugend- und Laster-Platz / *Emblem. XXXV. p. 386.*

§. 4.

Jener nachsinnende Kopff bildet ab einen Gemß auf einen hohen und jähen Felß / welchen von unten die Hunde anbellen / mit den Bey-Worten:

IN PERICULO TUTA.
Weil ich sicher vor Gefahr /
Acht ich euer nicht ein Haar!

Als wollte er andeuten: Gleichwie dieses Thier auf diesen erhabenen hohen Felsen sicher ist / und sich nicht fürchten darff: Also ist ein Hertz / welches von einen bösen Gewissen befreyet / gantz freudig und munter / wenn es auch in der allergrösten Gefahr und Verfolgung stehet. Das ruhige Gewissen wird vorgestellet durch einen Eiß-Vogel / welcher mitten im Meer nistet / und gantz ruhig daselbst in seinem Neste sitzet / obschon die Wellen und Winde wüten und toben / mit der Beyschrifft:

CERTA QUIES!
OMNIA TUTA!
Stürmt ihr Wellen immerzu /
Hier hab ich gar sichre Ruh!

Oder wie unter andern nachdencklichen Müntzen / welche die Holländer schlagen lassen / einsmahl eine zu Gesichte kam / auf welche ein Eiß-Vogel geprägt / der auf dem Meere sein Nest gebauet / mit beygefügten Worten:

SÆVIS

SÆVIS TRANQUILLUS IN UNDIS.

Wann das Meer mit Wellen stürmt/
Sitz ich sicher unbestürmt!

Die Naturkündiger melden von den Eiß-Vögeln / daß sie sich nicht alleine auf dem Meer auffhalten / sondern auch in desselben Tieffe nisten: Eben nun eine solche Beschaffenheit hat es auch mit frommen Christen; massen ein ruhiges Gewissen / so in GOttes Schoosse sitzet / allezeit vergnüget lebet / ob es schon mit denen härtesten Wellen des schweren Creutzes sollte umschwemmet seyn. Alle Wellen müssen von des Eiß-Vogels Neste weichen / darum schreibet Saavedra Embl. XLII. Part. II. zu denselben und seinen Neste:

SILEAT NUNC TURBIDUM.

Leget euch ihr trüben Wellen /
Denn ihr könnt mein Nest nicht fällen!

Applicetur & conf. Psalm. XLVI, 2. *Dn.* Gottfreunds *Emblemat.* Tugend- und Laster-Platz / *Emblem. XXXVIII, p. 409. seq.*

Pura sufficit.

Ama unum bonum, in quo sunt omnia bona, hoc sufficit.

Ein rein Gewissen /
Ein schmackhaffter Bissen /
Ein guter Trunck /
Ein Seliger Sprung /
Denn GOtt und genung!

Autor Relat. ex Parn. An. 1697. N. 72. 7. Sept.

Ach HErr mach uns dahin geflissen /
Daß wir hab'n mögn ein gut Gewissen /
Das ist besser denn Gold und Geld /
Wann wir solln scheiden von der Welt!

M. Zeiler. in Miscellan. p. 116.

Cauteriata.

1. Timoth. IV, 2.

Cauterium dicitur ferrum ignitum, quod vi caustica sive ustiva ulcera & putidas carnes curat. Paulus *l. c.* conscientiam vocat cauteriatam, h. e. ignemalitiæ combustam & veluti stigmate indelebili notatam. *Duplex est cauteriorum usus*, à quo metaphora hæc desumta est. *Primum* equi, tauri & verveces candenti ferro castrantur, vel etiam carcinomata & venenata ulcera cauterio adurun-

aduruntur, & cruſta quædam, cutis loco, vulneri inducitur, quæ ſenſu caret: ita conſcientia in multis ita eſt reſecta per malitiam, ut animus planè callum obduxerit, & nullum reverentiæ divinæ ſenſum percipiat. *Deinde* cauteriis notantur etiam malefici, vel in fronte, vel in aliâ quadam parte corporis conſpicua. Cum hac conſcientiæ ſpecie cohæret mens reproba, quæ malum judicat bonum, & bonum malum: Ideò etiam in rebus peſſimis nulli ſtimuli, nullæ punctiones ſentiuntur, quia mens ſemper avida eſt ad patrandum quamvis impuritatem, de qua Paulus agit, Rom. I, 29. Epheſ. IV, 18. *B. D. Frid. Balduin. Caſ. Conſc. Lib. I. Cap. XI. p. 30. Urſin. Anal. Sacr. Lib. I. Cap. LXII. p. 99. ſeq. D. Otto Gualterius Syll. Voc. Exot. in Tim. l. c. p. 434. ſeq. Salm. in Pand. Part. I. Tit. II. p. 14.* Cauteriatam talem ſentiebat Nero ſæpe cunctos per artus tremens facinorum recordatione, nunquam timore vacabat. *Tacit. XV. Annal.* Huic ſimilis Tiberius, quem non fortuna, non ſolitudines protegebant, quin tormenta pectoris, ſuasque ipſe pœnas, fateretur. *Id. VI. Annal. B. Val. Friderici Diſſ. de Malis rebè perferendis §. 13. lit. m m.*

In capucio.

Interdum Clerici portant Conſcientiam in Capucio, & ipſo illam abjiciunt, & negligunt, ut *Carpzov.* ait *in Vindic. Theol. Lutheran. contr. Dillingenſ. Cap. III. §. 52. n. 71. ap. D. Nic. Chriſtoph. Lyncker um in de eo, quod circa Sacram Cœnam juſtum eſt Cap. II. §. 8. p. 14.*

Nihil eſt.

Italus quidam ita: Oportet occidere conſcientiam, & dicere, quod nihil ſit. Als der Herr Stieffler in Lügen von den böſen Gewiſſen geprediget/ und Exempel angezogen hatte/ ſagte nach verrichten GOttes-Dienſte ein Obriſter zu ihm: Herr Paſtor! Es iſt/ der Teufel hohle mich/ das böſe Gewiſſen anders nichts/ als Melancholiſch Geblüte/ welchen durch Wein und Weibs-Volck bald kan abgeholffen werden. Jener gottloſe Herr in Schweden mag auch wenig von den Gewiſſen gehalten haben/ denn/ als er gefragt ward/ wie ers denn übers Hertze bringen könnte/ daß er ſo viel unſchuldige Leute zum Tode bringe? Antwortete er mit frölichen Gemüthe: Es daure ihm ſo wenig/ als ob er ein Käſen- oder Butter-Brod äſſe. Jener Hoffmann/ deſſen D. Selneccer gedencket/ wenn man ihn vermahnet/ er ſollte mit ſeinen Händeln das Gewiſſen nicht beſchweren/ gab immer zur Antwort: Was Gewiſſen! Mit dem Gewiſſen wird man zu Hof und in der Welt wenig ausrichten/ noch dem Herrn Nutzen ſchaffen. Gottfr. *l. c. p. 443.*

Mala eſt avis dira & truculenta.

In Concilio Baſilienſi doctis quibusdam viris per ſylvam iter facientibus lucifugorum Dux & Anteſignanus in formâ *Luſcinia* liquidiſſimos cantus fundebat, ut omnes in ſtuporem quaſi dati conſiſterent; unus viatorum aviculam in nomine JESU adjuravit, ut, quis eſſet, aperiret, reſpondit perſonata *Luſcinia:* Animam ſe eſſe damnati alicujus, atque ibi loci ad diem extremi judicii ſibi manendum (in maledictâ volebat dicere ſolitudine, in catenis tenebrarum) ſed horribili ſtridore *Æternitas! Æternitas! ô infinita Æternitas!* edito, avolavit. Qui audierant vocem in morbum, paulo poſt in mortem temerariæ curioſitatis mercedem, inciderunt. Vid. *Cicogna Lib. III. Cap. VI. p. 343.* At perpende, Lector, quam infauſta, dira & truculenta Avis ſit *Conſcientia?* quam dira & mira illa crocitet? quam indeſinenter vociferetur? Anno 1549. in Hungariâ tritici acervus cujusdam Nobilis ſcorpionibus refertus deprehendebatur, cum igitur manipulos auferre ſervi vellent, crevit Scorpionum numerus, cum ad Imperium Domini comburendus eſſet, unus reliquis grandior ſupremo loco ſtetit, & dixit: Deſinite! non ſponte huc venimus, ſed à DEO in veſtram perniciem miſſi. *B. Franzius H. A. Tr. IV. Cap. X.* Quid *Conſcientia dicet vermis? Conſcientia mille teſtes!* venit, ut nunquam abeat, ſuumque portatorem ingeminare faciet, *Æternitas! Æternitas!* & ſentire tormenta, tum ſane quando, ut canit *Joh. Niſius Hymno III. de quatuor Noviſſimis §. 52. p. 64.*

Tellus negat ſuccurrere,
Cœlum recuſat ire:
DEO libet te perdere,
Vult Pluto te perire.
Damnatus es, ligatus es;
Spes omnis exſolavit.
Æternitas! Æternitas!
Æternitas ligavit.

M. Greg. Mich. in Gaff. p. 442. ſeq. D. Joh. Guil. Baierus de Præguſtu Æternæ damnationis §. 10. p. 10. Dari Avem in Indiis memorant, *Lagbane* dictam, quæ cetum ore hiante ſubeat, ſeque deglutiri patiatur, intus tamen cetum depaſcatur, dum ad ipſum ejus cor penetret. Atque compertum eſſe in exenterato ceto ejusmodi aviculas depaſci præcordia. Vid. *Maſen. Spec. Imag. Verit. C. LXXIII. n. 73. p. 885.* Talis eſt conſcientia, patitur ſe abſcondi, ſed ad ipſum tandem cor perrumpit, illudque niſi caveas, jugulant. *B. D. Scherzer. Diſſ. Th. de Hiſt. Adultera ex Joh. VIII, 1. - 12. S. III. Apb. 7.*

Accusat peccatorem.

§. 1.

Chrysost. *Hom. XX. in Gen.* malam conscientiam his describit verbis: Peccator habens acrem illum accusatorem conscientiam, nunquam sic in solitudine versatur, quin suspiciones timeat, umbras tremiscat, & eos, qui conscii sunt, & qui non sunt. Perpetua in animo ejus tempestas est, & reciprocantes ac contrarii fluctus. Insuper neque somnus ei suavis, sed terrore & formidine plenus: neque cibus voluptatem præbet: neque amicorum colloquia talem refocillare vel liberare ab urgente anxietate possunt: sed quasi carnificem circumgestat, se lancinantem & flagellantem continuò. Idem S. Pater *primò* ostendit in fratribus Josephi, qui in angustias redacti, statim recordantur sceleris sui, dicentes: *Meritò hæc patimur* &c. in quæ verba *Hom. LXIV. in Gen.* ait: Vide nunc, quomodò conscientia eorum, incorruptus ille Judex, adversus eos insurgat, & nullo arguente, vel in medium quippiam afferente, ipsi sui ipsorum accusatores fiant. Et *Theodoretus*: Inde constare potest apertè conscientiæ judicium esse inevitabile: refricat enim memoriam sceleris ante duos & viginti annos admissi, *Quæst. CII.* Ac tamen Josephus nihil hostile moliebatur, sed lautum potius prandium eis apparabat, ipsi nihilominus introducti ad triclinium, suspicati sunt insidias sibi paratas, & capitis periculum metuebant, ob deportatam in sacculis pecuniam, tanquam de furto convicti forent.

§. 2.

Deindè id ostendit *Chrysostomus Hom. XXIIX. in 2. ad Cor.* in Herode, qui Johannem à se decollatum surrexisse à mortuis dixit Marc. VI, 14. ipsum esse, de quo fama erat, CHRISTUM arbitratus, ob remorsum scilicet conscientiæ, ne forsan ab eo rursum argueretur, & pœnas necis ei dare cogeretur. Adeò virescentem, ait, habebat metum, & perpetuum certamen, & neque conscientiæ poterat abjicere formidinem, sed mansit judex ille incorruptus, constringens illum, & quotidiè pœnam cædis exigens.

§. 3.

Kein Fiscal oder Ankläger ist so kühn/als das Gewissen; Kein weltlich Gericht fordert Rechenschafft von dem Könige David / wegen seines an der Bathseba / und ihres Mannes begangenen schlimmen Handels / noch mangelt es ihm an Klägern und Richtern/ das ist/ an seinen eigenen Gewissen nicht. Es verhält sich mit dem Gewissen / als mit dem **hohen und Geheimen Gericht zu Athen**/ in Griechen-Land/ dessen Beysitzer im Fin-

stern sassen / und Urthel abfasseten / damit sie frey von allen Affecten / und ohne Absehen / die Sachen könnten beurtheilen / deren Urthel-Spruch dem Schuldigen und Missethäter erschrecklich war / ob sie wohl selbst ihnen nicht zu Gesichte kamen. Scriv. Christl. Haushalt. *Dom. II. Adv. p. 36. ap. D.* Gerstäcker *p. 568.* Quatuor sunt officia malæ conscientiæ 1) accusare hominem, Rom. II, 15. 2) convincere peccatorem accusatum, Rom. II, 15. 3) condemnare convictum, 1. Joh III, 21. 4) torquere condemnatum, de quo Sap. XVII, 10. seq. prolixe agitur. *B Balduin. Cas. Consc. Lib. I. Cap. XI. p. 29.*

Imo necat.

§. 1.

Congruit malæ conscientiæ, quod Esaias Cap. XIV, 23. dixit de Babylone: *Ponam eam in possessionem ericii.* Ericius enim dum fœtum mille aculeis horridum in utero gestat, eniti differt, tandem ejus aculeis prorsus enecatur. Quid aliud mala conscientia nisi hujusmodi fœtus, mille angorum aculeis armatus? Hujusmodi ericium alebat Nero, qui cum matrem occidisset, fassus est maternâ se specie exagitari, furiarum verberibus, ac tædis ardentibus. *Sveton. & Xiphilinus in Nerone.* Theodoricus, Rom. Rex, qui occiso Symmacho caput piscis mensæ illatum aspexit, velut caput Symmachi, eoque conterritus à mensa in cubiculum discessit, & terrore inde concepto brevi extinctus est; Constans, Imp. Græcus, quem frater Theodosius Diaconus, ab eo occisus, habitu Diaconi, per quietem crebrò insecutus est, poculum sangvine plenum ei præbens ac dicens: Bibe frater! Quod ut fugeret Constans in Siciliam sedem transtulit, ibique periit. *Cedrenus in Compend. Histor.*

§. 2.

Gewissen / Gewissen / ach was bist du? Ein Spiegel / vor welchen sich keine Sünde verbergen kan; Ein Ankläger / der nicht zu stillen ist; Ein Zeuge / dem man nicht widersprechen kan; Ein Richter / vor dem man nicht bestehen kan; Ein **Peiniger** / der weder Tag noch Nacht ruhen lässet; Ein **Brandmahl** / das nicht auszulöschen; Eine **Wunde** / die nicht zu heilen; Ein **nagender Wurm** / der nicht stirbt; Ein **Feuer** / das immer brennet; Muß nicht ein Gottloser / wenn das Gewissen auffwacht / klagen? Es ist in meinen Hertzen / wie ein brennend Feur in meinen Gebeinen verschlossen / daß ichs nicht leiden kan / und muß schier verzehen / Jerem. XX, 9. **Müllers Erquick-St.** *P. I. Cap. LXI. p. 128. ap.* Gerstäcker *p. 572.*

§. 3.

Ein gelehrter Mann (*Camerar. Hor. Subcisiv. Cent. II. Cap. XXXVI.*)

mahlet

mahlet ein Sinn-Bild/ darinnen ein Pferd / von den Bremsen und Wespen verfolget/ im vollen Lauff/ mit der Beyschrifft:

FRUSTRA CURRIS!

Das Lauffen ist umsonst!

Das schnelle Lauffen hilfft dir nicht/
Der Stachel überall dich sticht!

Denn ein solcher Mensch mag lauffen / wohin er will/ so wird er doch allenthalben von seinen Sünden/ und dem erregten Gewissen verfolget / und findet keine Ruhe für seine Seele / es sey denn/ daß er zu dem gecreutzigten JESU/ als einem Gnaden-Stuhl von GOtt allen armen Sündern in seinem Blut vorgestellet/ Zuflucht nimmt. Scriv. SS. *Part. I. Conc. IIX. §. 20. p. 219. Theogn. Dom. IV. Adv. p. 83. ap. eund.* Fugerat Tiberius Imperator in Campaniam, sed circumferebat ubique tormentum suum, neque aliud agebat, quam correpti inter navigandum nauseâ solent; si in lintrem è lembo, rursumque indè in triremem conscendant, nihil tamen efficiunt, *quia bilem & metum secum transferunt*, ut eleganter inquit *Plutarch. Lib. de Tranquill. Animi.* Wie ein Hirsch vom Jäger angeschossen/ durch Busch und Hecken / über Stock und Stein rennet/ womit er zwar sich völlig abmattet / aber die tödtliche Kugel aus seinem Leibe nicht bringet; So bezeuget offt die Erfahrung/ daß die verletzten Gewissen von einem Ort zum andern lauffen / und dennoch allezeit die gefährliche Wunde behalten. Gotth. And. *Cent. II. C. V. p. 189.*

Crabrones ut equum mediis in vallibus urgent,
Ilia cervorum & saucia arundo premit;
Sic ultrix vindicta DEI sua spicula torquent,
Quo fugis? ah demens! undique tela nécis!

Wie die Bremsen um das Pferd fliegen/ und im Lauffen stechen/
Wie der Pfeil dem Hirsch versehrt/ daß er läufft/ und rennt/ und schwitzt;
So wird der von oben schaut/ sich an allen Bösen rächen/
Toller Mensch/ wo willt du hin? Todes-Pfeil im Hertzen sitzt!

Omnia fugere poterit homo, præter cor suum; Non enim potest à se quisque recedere; Ubicunque enim abierit, reatus sui conscientia illum non derelinquit: quamvis humana judicia subterfugiat omnis, qui malè agit, judicium tamen conscientiæ suæ effugere non potest; Nam etsi aliis celat, quod agit, sibi tamen celare non potest, quia plenè noviz malum esse quod gessit. Duplex sit

ergò in eo judicium, quia & hoc suæ conscientiæ reatu punitur, & illic perpetuali pœna damnatur. *Isidorus de Summo Bono Lib. II. Cap. XXVI. p. m. 32.*

§. 4.

Nullum igitur conscium peccatorum tuorum magis timueris, quam tetipsum. Alium enim potes effugere, te autem nunquam; Nequitia enim ipsa est sua pœna. O frater, mi frater, quisquis es, conserva conscientiam, & studę innocentiæ vitæ. Quamdiu curæ tibi fuerit, eam inpollutam conservare, servas simul & frueris omnibus aliis SPIRITUS Sancti beneficiis. Conscientia tua bona & reliquus gratiarum DEI cumulus se invicem exosculantur; instar turturum sunt. Conscientia tua bona alacrem te reddit & confidentem ad invocandum DEum. Conscientia tua bona te afflictionibus pressum svavissimâ suâ consolâtione sustentat, confirmat, erigit. Quando omnium hominum solamina & levamenta frustranea sunt, conscientia tua bona paracleti & consolatoris efficacissimi, & amici jucundissimi munere fungitur. Vitæ itaque innocentia, si sapis, tueatur tibi bonam conscientiam. *Otho Casmannus in Christianismi integritate adsertâ P. II. Cap. X. Sect. II. §. 1. p. 219. 220.* Ein böß Gewissen ist ein rechter Peiniger/ wacht man/ so schreckts: schläfft man/ so weckts/ ist man allein/ so machts furchtsam/ ist man bey andern/ so machts schamroth: im Leben ists des Todes Vorbote: im Tode noch ärger als der Tod. *B. D. Pfeiffer. Gazophilac. Evang. in Append. p. 13.* Ein böses Gewissen ist eine Uhr/ welche den Sünder in allweg pflegt zu verrathen/ wie jene Uhr des Käysers Ferdinandi I. die den Dieb/ im Schiebsack schlagend/ verrathen/ so des Käysers Uhr gestohlen; dann es mag auch ein kaltes Wetter seyn/ so brennt ihn doch das Gewissen; Er mag auch Honig schlecken/ so empfindet er doch Bitterkeit im Gewissen; Er mag auf Pflaumen-Federn liegen/ so drückt ihn doch das harte Gewissen; Es mag der schönste Tag seyn/ so donnert doch das böse Gewissen: Er mag gantz Mäuse-stille seyn/ so schreyt doch das böse Gewissen; das böse Gewissen ist ein Hund/ der allezeit bellet/ es ist ein Hahn/ der allezeit krähet/ es ist eine Glocke die allezeit klinget/ es ist ein Fluß/ der allezeit rauschet/ es ist ein Orgel/ die allezeit pfeiffet/ es ist ein Fuhrmann/ der allezeit klatschet/ es ist eine Küche/ die allezeit rauchet/ es ist ein Wagen der allezeit knarret/ es ist ein Puls/ die allezeit gehet &c. *P. Abr. à S. Clara* im Etwas für alle/ *Cap. VII. p. 246.*

Dein Zeug und Kläger ruht in dir/
Dein Richter ist dein selbst Gewissen/
Er schläffet doch nicht für und für/
Er wachet auch zu dein Verdriessen.

Wer will und kan dein Hertz betriegen?
Wer eine böse That gethan/
Den zeiget sein Gewissen an/
Daß sich GOtt niemals läst belügen!

§. 5.

Einer mahlete den Cain/ welcher/ da ihm sein böses Gewissen keine Ruhe ließ/ von einem Ort zum andern sich begab/ als ein Espen-Laub zittert (cum lemmate: NUNQUAM QUIESCIT! Immerzu/ohne Ruh!) und doch keine eintzige Stelle finden kunnte/ mit den Beyworten:

NEMO SEIPSUM EFFUGIT.

Niemand wird sich selbst entlauffen/
Er mag rennen/ ächzend schnauffen!

Cramerus *in Embl. Moml. Num. L. p. 179.* stellet vor einen starck lauffenden Hund/ dem eine Blase mit Erbsen an den Schwantz gebunden ist/ und darbey einen mächtigen/ freudigen und standhafftigen Löwen/ wobey:

FUGIS, SED FRUSTRA.

Vergebens wird die Flucht
In lauter Furcht gesucht!

Super Prov. XXVIII, 1.

Qui sibi causa fugæ est, quo currat? quove recurrat?
Conscius atqui nil sibi, semper ovat.

Wo will der fliehen hin/ wo will er sich hinkehren?
Den sein Gewissen drückt/ und ihn ins Elend treibt.
Wer aber im Gemüth nur findet kein verkehren/
Derselbe Mauer-fest/ und unbetrübet bleibt.

* * * * * *

Ein Blaaß von Erbsen schreckt dich hart/
Wie böß ist das Gewissen?
Der Grecht ist wie ein Löw verwahrt/
Und steht auff festen Füssen!

Bestia mala,

Quæ, ut Cardinalis ille dicebat, hominem facit stare contra se. *Balduin. C. C. Lib. I. Cap. XI. p. 29.* Oculos quos culpa claudit, pœna aperit Thren. I, 24. Quantocyus enim hæc ingruit, actutum accusatores seu actores adsunt cogitationes Rom. II, 15. Gen. XLII, 21. Testes apparent ipsa peccata Jes. LIX, 12.

Psalm.

Psalm. LI, 5. sequitur *dυσκατάκρισις*, si non semper *formalis & actualis*, *virtualis* tamen. Inde confusio Gen. III, 7. Luc. XVIII, 13. mœror Rom. IIX, 15. 2. Tim. I, 8. Levit. XXVI, 36. Deut. XXVIII, 65. Sap. XVII, 4. diu noctuque perdurans Jes. XXI, 11. 12. *D. Joh. Phil. Obeimb Diss. Sol. de Mendaciis Sapientum §. 36. p. 28.*

LANIAT, LACERAT ET DEVORAT.
Hier keines Schonens ist gedacht/
Mit Grimm wird alles umgebracht!

Canis.

§. 1.

Est canis in molli stertens mens conscia lecto,
Abrupto somno mordet acerba canis.

Joh. Lauterb. in Epigr. ap. Heidfeld. Cap. XI. p. 250. Instar canis ostiarii, qui minimo ædium strepitu facile excitatur. *D. Danh. Th. Conse. Tom. I. P. I. S. I. Art. III. §. 13. p. 42.* Lemma potest esse:

LATRATU ET MORSU
Wann er murret und bellet/
Er beisset und anfället!
ET LATRAT ET LACERAT.
Er bellt und beist/
Kratzt und zerreist!

Eines Hundes / der schmeichelt/ liebkoset und sehr gut thut/ aber ehe man sichs versiehet/ beisset und verwundet:

BLANDIENDO MORDET (ET NOCET.)
Je freundlicher er sich erweist/
Je hefftiger er nachmals beist!
DONEC ABDITA PANDAT

Schrieb einer zu einen Jagt-Hunde / der das verborgene Wild entdeckte/ und anzeigete / und könnte heissen:

Er läufft so lang herum/ und hört nicht auf zu bellen/
Biß das versteckte Wild er frey an Tag kan stellen!

Jener stellete vor einen schlaffenden Löwen / so aber bald erwacht / und die sichere Thiere zerreisset/ cum Lemmate:

DORMIO, SED EVIGILABO.
Ich schlaffe zwar/
Doch zur Gefahr
Erwach ich gar! Gottf. *l. c. p. 555.*

§. 2.

§. 2.

Es werden uns die Gelehrten bey diesen Titul die Freyheit vergönnen / daß wir den von GOtt gezeichneten Cain also vorstellen / wie ein Hund stets und überall bey ihm herlauffe / welcher ein schönes Sinnbild eines bösen Gewissens ist / mit der Beyschrifft:

MENTIS TESTIS SCELEROSÆ.

Der bellende Gewissens-Hund
Laufft mit mir / o Weh! alle Stund!

Zumahlen auch viel Ausleger in der Meynung stehen / daß stets ein Hund sey bey ihm hergelauffen / und sein Gefehrte gewesen / und habe die wilden Thiere / so ihn / als einen Mörder zerreissen wollen / von der Mordthat abgehalten; der aber mit seinen steten bellen dem Bruder-Mörder seine Mordthat nie aus den Sinne gelassen. Vid. *Apparat. Nom. Propr. Bibl. Tom. I. in. Tit. Caini signum, p. 421. seq.* Ein Sinnbild kan ebenfalls der Hirsch seyn / welcher mit einen Pfeil in das Eingeweid geschossen / hin und her laufft / ob ihn schon niemand jaget und nachsetzet / mit der Beyschrifft:

NEMINE PERSEQUENTE.

Er lauffet über Berg und Thal /
Und sieht niemanden überall!

Oder:

Ich werde stets gejagt /
Weil mich mein Wund-Pfeil plagt!

FUGA SALUTEM.

Durch Lauffen und die Flucht
Er Retirade sucht!

Schrieb ein Gelehrter zum Bilde eines flüchtigen Soldaten / welchen der Feind jaget / Es. XVI, 3. Cap. XXII, 3. und der durch die Flucht sich zu retten suchet. Es kan auch der flüchtige und unstäte Cain gar schön vorgestellet werden / nach Anleitung des Grund-Worts / *Navanad*, vagus & jactatus &c. unter dem Sinnbilde eines von den grausamen und schrecklichen Meeres-Wellen getriebenen Schiffs / das nicht stille stehen kan / sondern hin und her geschmissen und geworffen wird / und also in stetigen Bewegungen seyn muß / Psalm. CVII, 27. mit der Beyschrifft:

NULLA DATUR REQUIES.

Bald hin / bald her /
So gehts im Meer!

Sed

NEMO SEIPSUM EFFUGIT.

Wenn einer innerlich ein böß Gewissen hat/
So wird an keinen Ort er finden (Retirad) Ruhestadt.

Schreibt Picinellus zu den Cain ꝛc. *Rev. D. Seiffart. Bibl. in Imaginibus P. I. p. 35. 478. 490.*

Flagellum.

§. 1.

— — cur tamen hos tu
Evasisse putes, quos dira conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore *flagellum?*
Pœna autem vehemens &c.
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

Juven. Sat. XIII.

§. 2.

Lipsii celebre dictum est: *Conscientia ante peccatum est frenum, post peccatum est flagrum.* Ante peccatum est refrenatrix, in peccato objurgatrix, post peccatum flagellatrix. *D.* Weidlings *Ont.* Schatz-K. *P. II. p. 82.* Deprehenderat aliqaandò David capitalem suum inimicum, Saulem Regem, in spelunca, & incitabatur à servis suis, ut ejus cæde se redimeret ab ejus vexatione, allegantibus etiam DEI voluntatem: *Ecce dies, de quâ locutus est Dominus ad te: Tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis;* Et subibat cogitatio cædis faciendæ; Sed Pædagogus (frenum) conscientiæ potior & potentior omni illa suggestione fuit, repressitque Davidem, ne inferret manus Regi. Ita enim ad ipsum postea locutus est: Cogitavi, ut occiderem te, sed pepercit tibi oculos meus; Dixi enim, non extendam manum meam in Dominum meum, quia Christus Domini est, 1. Sam. XXIV, 11. Quis hic oculus Davidis, nisi conscientia? Ex oculis enim mens interna se prodere solet, unde hîc signum pro ipsâ re usurpatur, quomodo Syr. XLVIII. dicitur sol dies adjecisse Regi Ezechiæ, quia signum fuit adjectæ vitæ. Quin imo cum ei duntaxat oram chlamydis abscidisset, *mox percussit eum cor suum:* quasi & hanc parvam ignominiam inferre Regi non debuisset. Verè igitur conscientia fuit ei in priore actu *frenum*, in posteriore *flagrum.*

Hœdus in domo Tobiæ.

Mala conscientia est hœdus in domo Tobiæ, qui balatu suo furtum prodit.

M. Bau-

M. Bauman. Anal. Typ. p. 1210. Nam conſcientiam vulgò appellamus violati Numinis aut perperam culti triſtem cogitationem & morſum. In genere autem Conſcientia eſt reliqua ín homine rectæ rationis ſcintilla, bonorum malorumque facinorum judex & index. *Lipſius Civil. Doctr. Lib. I. Cap. V. p. 37.* Eſt Horologium indicans iram DEI, 2. Sam. XXIV, 10. David ſchlug das Hertz: Sic mala conſcientia protinus indicat DEI iram, de quâ trepidans cor noſtrum teſtatur. Levit. XXVI, 36. Folium ventis agitatum &c. *Boſſac. M. G. p. 253.*

In morte angit.

§. 1.

Catharina Medices, Königin in Franckreich / ein gottloſes Weib / ſagte in ihrer Todes-Noth: Ich werde allzuſehr durch des Hauſes Fall gedrücket. *Nob.* Ziegler / im Tägl. Schau-Platz der Zeit / *5. Januar. n. 4. p. 12.* Cur timebo in die malâ? dicit David Pſalm. XLIX, 6. (Chald. in die tempeſtatis) & reſpondet: Iniquitas calcanei mei circumdabit me, q. d. unum hoc timeo, ne in fine vitæ, peccata mea cingant & excrucient me. Videtur enim edoctus fuiſſe Saulis deceſſoris ſui exemplo, qui ad mortem vulneratus petiit à milite omninò interfici, quoniam tenent me anguſtiæ, inquit 2. Sam. I, 9. Quænam verò hæ anguſtiæ? Ex Ebræo exponit *Abulenſis:* Quoniam tenent me oræ veſtimenti Sacerdotalis, q. d. Recordor Sacerdotum LXXXV. quos olim innocentes, & Sacerdotali habitu indutos juſſi occidi, 1. Sam. XXII, 18. Illi me nunc cruciant, & ſuarum veſtium oris tenent, trahuntque jam ad inferos. Videbatur ſibi Saul, ait *Abulenſis Queſt. V. ad eum locum*, quod propinquus morti videret Sacerdotes Domini, accuſantes eum in judicio coram DEO. Cum Saul requireret aſinas ſuas, nec inveniret, dixit illi Samuel, juxta ſepulchrum Rahel ipſum intellecturum, ubi ſint ejus aſinæ, 1. Sam. X, 2. Multi in vitâ ſuâ nequeunt invenire peccata in Conſcientia ſuâ, juxta ſepulchrum invenient. Ita invenit aſinas ſuas propè ſepulchrum impius ille Antiochus, qui moribundus dixit: *Nunc reminiſcor malorum &c.* 1. Maccab. VI, 12.

§. 2.

Es iſt ein ſchwerer Tod / durchs Schwerdt ſterben / aber viel ſchwerer mit böſen Gewiſſen ſterben; Denn das Schwerdt trifft nur den Leib / jenes aber die Seele. Viel machens mit den Gewiſſen / wie die Philiſter mit Simſon / ſie ſtechen ihm die Augen aus / und binden es an Ketten / aber ehe ſie ſichs verſehen / wirffts das Haus des Hertzens übern Hauffen. Es gehet mit den böſen Gewiſſen / ſo bey den Gottloſen im Leben geruhet / wie mit einem Stücke Zeuge / ſo lange derſelbe zuſammen gerollet iſt / kan man ſei-

ne Mängel eigentlich nicht sehen / wird es aber ausgebreitet / und gegen die Sonne gehalten / so siehet man die Löcher und Fehler häuffig: Also das böse Gewissen kan im Leben seine Fehler noch immer verstecken / aber im Tode / wann Leib und Seele von einander sollen / da läßt sichs sehen / was darinne verborgen gewesen. Gleichwie die Hefen sich im Fasse zuletzt und am Boden finden: Also das böse Gewissen findet sich mit seiner Unreinigkeit erst am Ende des Lebens. Wenn am Tage / da die Sonne nicht scheinet / die Seiger gleich nicht recht gehen / so mercket man es nicht / biß zu Abends die Sonne untergehet / da wird mans erst gewahr: Also mercket man im Leben bey den Menschen die Fehler nicht / aber am Ende findet sichs / da heißt es / wie Syrach spricht: **Wann der Mensch stirbet / so wird er inne / wie er gelebet hat** / Cap. XI, 29. **Gerstäck.** *p. 574.* Effecta malæ conscientiæ breviter sic recenseri possunt:

Testans, condemnat, pudor hinc, mœrorque, dolorque,
Nulla quies; simul hinc mala desperatio manat.

D. Borsac. l. c. p. 255. Aber!

Ein gut Gewissen bleibt in allen Unfall stehen /
Wann alles andre muß in einem Nu vergehen!

§. 3.

So sehr ein böß Gewissen ängstiget / so sehr erfreuet ein gutes / wann man alsdann mit Wahrheits-Grunde sagen kan: **Mein Gewissen beißt mich nicht meines gantzen Lebens halber** / Job. XXVII, 6. Je seltzamer aber solche Exempel sind / indem unter tausenden kaum einer sich dessen mag rühmen können / daß er die Zeit seines Lebens keine vorsetzliche / und wider das Gewissen lauffende Todt-Sünde begangen hätte. Je seltzamer derowegen sothane Exempel / je sorgfältiger sind sie zu verzeichnen / und zur Nachfolge vorzustellen. Ich dencke offt / sagt der gottselige und um die Kirche Gottes wohlverdiente Mann / **Michael Neander** / Abt des Evangelischen Closters zu Ilfeld / in seinen Menschen-Spiegel am 112. Blat / an meinen sel. Herrn / dem Ehr-würdigen Abt; bey dem ich war / biß ihm die Seele ausfuhr / wie er sich sein gantzes Leben hindurch mit Embsigkeit eines guten Gewissens befleißigte / daß er lieber hundert Gülden entbehret hätte / ehe er einen Menschen um einen Scherff wissentlich unrecht gethan; Derowegen kurtz vor seinem Ende / als ich ihn aus GOttes Wort mit weinenden Augen tröstete / und sagte: **HErr von Ilfeld / ist auch in der langen weiten Welt etwas / daß euch in eurem Hertzen und Gewissen bekümmert?** Da antwortete er mit lauter Stimme / und klaren

ren deutlichen Worten: **Ich weiß nichts! GOtt ist mein lieber Vater/ das weiß ich!** Und entschlieff also geruhiglich und selig im HErrn/ seines Alters im 64. Jahr. Diese seine letzte Worte habe ich offt gerühmet bey Grafen und Herrn / und erfreue mich so hefftig/ daß ich für Freuden mich des Weinens nicht enthalten kan. Biß hieher obgedachter Herr Neander. Reinen Gewissen/ sind solche Reden/ nicht als ein hoffärtiger Ruhm/ sondern als eine schuldige Danckbarkeit gegen ihren GOtt auszulegen; und bestätigen was Salomo im Sprüchw. am XIV, 32. sagt: **Der Gottlose bestehet nicht in seinen Unglück/ aber der Gerechte ist auch in seinem Tode getrost.** Ein rein Gewissen ist der beste Schatz/ wer dieses hat/ der stirbet frölich und selig! *M.* **Ernst Bilder-Ch.** *P. III. Concl. V. S. II. C. LVII. p. 234.* Conscientiæ habenda ratio 1) propter DEUM, qui jussit, 1. Tim. I, 5. 2) propter sanctos Angelos, qui nobiscum conversantur, Luc. XV, 10. 3) propter Diabolum, ne ille accipiat occasionem nos accusandi, Apoc. XI, 10. 11. 4) propter nos ipsos, ut summum bonum diligenter custodiamus. Alias perditur fides, 1. Tim. I, 5. remissio peccatorum, Ebr. IX, 14. fiducia cordis, Rom. V, 1. spes salutis, Apoc. XXII, 18. 19. *D. Phil. Henr. Friedlib. Medull. Theol. p. m. 21. 22.*

§. 4.

Das **Gewissen**/ so entweder **gut** oder **böse**/ kan man vorstellen unter dem Bilde des **Löwens**/ welcher durch sein hefftiges Geschrey seine Jungen erwecket/ und gleichsam ins Leben ruffet; darneben auch mit seinen greulichen Brüllen die andere Thiere erschreckt/ und in die äusserste Furcht jaget/ mit der Obschrifft:

VIVIFICAT ET TERRET.
Zum Leben erweckt/
Zum Tode erschreckt!

Applicetur &c.

UBIQUE LEO.
Allezeit ein Löwe!

Schriebe der Didacus Saavedra zu einen **Löwen**/ der sich im Spiegel beschauete/ bald in einen grössern/ bald in einen kleinern/ und allemahl sein volles Bildniß erblicket; So das **Gewissen**/ bleibt ein **Gewissen**/ es sey **gut oder böse.** Das gute wird schön vorgestellet/ wann Andreas Carettus einen muthigen Löwen mahlen liesse/ **mit auffgerichteten Schweiffe**/ welches ein Zeichen einer freudigen Muthigkeit ist/ **auf dem Haupte trug er eine Crone**/ mit der Beyschrifft:

SOLATUR CONSCIENTIA ET FINIS.
Am Ende giebet Freude
Ein gutes Hertz im Leibe!

Das Ende eines guten Gewissens sey recht erfreulich. Wodurch dieser gottselige Fürst anzeigen wollen/ daß ein gutes Gewissen ein starcker Trost eines wohlgeführten Lebens sey.

§. 5.

Das böse Gewissen liesse sich vorstellen durch einen Löwen/ welcher durch eine brennende Fackel in Furcht und Flucht gejaget wird. Darbey:

MAGNOS VANA FUGANT.

Ein schlecht und eitles Ding macht offt die Grossen beben/
Daß sie aus Bangigkeit sich in die Flucht begeben!

Darüber Camerarius aus Plinio anführet/ der grausame Löwe fürchte sich vor den umlauffenden Rädern/ vor den Hahnen-Geschrey/ und beverab dem Feur. Und wie Adrianus Junius davon redet:

Der Löw in Lybien entsetzet sich von Hertzen/
Für einem hellen Licht/ und wird zur Sanfftmuth bracht;
Ein grimmiges Gemüth wird durch die lichte Kertzen
Der Weißheit und durch Furcht der Straffen zahm gemacht.

Dn. Gottfreund *l.c.p. Emblem. XL. p. 436. seq.*

Reprehendendi adimit libertatem.

David Rex non est ausus punire, imò nec reprehendere incestum filii sui Amnon; Verba Textus 2. Sam. XIII, 21. וְהַמֶּלֶךְ דָּוִד שָׁמַע אֵת כָּל־ הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה וַיִּחַר לוֹ מְאֹד Vulgata ita ἀκριβῶς: Cum autem audivisset Rex David verba hæc: contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quia diligebat eum, quia primogenitus erat ei. Hæc sunt in Græco, non in Hebræo. *Grot. ap. Calov. in Bibl. Illust. ad h.l. p. 772. a.* Sed tacet Textus, inquit *M. Faber. Op. Conc. Trip.* alteram & forte veriorem causam, quod nimirum David paulo ante in simili genere gravissimè peccasset, non quidem incestu, sed adulterio. Idcircò benè contristatus esse dicitur, & noluisse contristare spiritum Amnon. Quomodo contristatus super Amnon, si eum noluit contristare? Qui enim contristatur, cum alio tristatur. Nimirum tunc duæ quasi personæ erant, Pater Amnonis, & reus similis delicti. Itaque in Davide Pater unà cum reo patiebatur & tristabatur, unde filium plectere non est ausus. Idem ostendit eodem Cap. in Absolone, Amnonis fratricidâ, quem pro merito non punivit, quia norat à se quoque non absimile

mile peccatum admissum in Uriâ, hostium gladiis sine causâ tradito; Quare ardorem justæ vindictæ peccati non dissimilis timida conscientia restinxit; Ut enim vitæ innocentia parit audaciam: sic sceleris conscientia adimit reprehendendi & castigandi libertatem. Conf. 1. Reg. I, 6.

Stratum breve & angustum, Es. XXVIII, 20.

Nonnemo ex h. l. malam conscientiam ait esse velut stratum breve & angustum, in quo per quam incommodè quispiam jaceat. Jeremias vocat לְגִבַּת־לֵב (Gr. ὑπερασπισμὲς) scutum, seu cincturam cordis, quia præ angustiâ cor comprimit, ut nesciat homo talis, quo se vertat. *Balduin. l. c. Robertus Scharrockius de officiis secundum Jus Naturæ Cap. I. p. 43. seq.*

Vermis.

§. 1.

Laniena conscientiæ cum verme confertur. Vermis eorum non morietur. Æquiparatio exacta. Nam uti vermes carnem bubulam, ferinam, aliam, à quâ nascuntur, penetrant, & consumunt, ita suis ipsa culpis corroditur conscientia. Deindè vermes diu noctuque non facile unquam feriantur: ita conscientia morsibus assiduis reum convellit, diem noctemque amaroribus inficit. *Drexelius in Daniele Cap. XXV. §. 2. p. 841.* In Æthiopiâ ferunt lacum (quem Semiramis etiam contemplata) cujus aqua cinnabaris colorem referat, odoremq; suavissimum, annoso vino non absimilem, exspiret, tam mirandæ efficacitatis, ut qui indè biberit, in dementiam prolapsus, de peccatis jam pridem occultè commissis se ipsum accuset. *Diod. Siculus Biblioth. Hist. Lib. II. Cap. XIV. p. 99.* Conscientia talis lacus &c. Testis inevitabilis atque incorruptus actionum nostrarum, quo nomine & à Doctoribus communiter appellatur, *Conscientia mille testes.* Non est igitur, opus ut ab externo arguatur teste, qui se ipsum secum gerit & testem & judicem, adeoque *verum & domesticum tribunal*, ut ait, *S. Gregorius Nazianzenus Orat. XV.*

§. 2.

Vermis eorum non morietur &c. Rationem dat *Ambrosius Lib. VII. in Luc. Cap. XIV.* eo, quod irrationabilia animæ peccata mentem Rei sensumque compungunt, & quædam exedunt viscera conscientiæ, quæ tanquam vermes ex unoquoque nascuntur, tanquam ex corpore peccatoris. Hoc verme & tortore plexus fuit Absolon, dum in quercu pendulus de medio sublatus est, sed tanquam in judicio diu suspensus est, & ligno affixus, & DEO è superis furente sententiam longo tempore pependit, à conscientia deinceps flagellatus. *Chrysost. Hom.*

Hom. de Absolone Tom. I. Adest, inquit, arbor in campo, ramorum telis ornata, quæ te excipiat fugientem, properantem rapiat, Patris injuriam in parricidam defendat. Adest, inquam arbor, quæ nec Patrem, ut tibi parcatur, audivit, & jussa DEI instanter implere contendit. Jener bildete ab einen Eich-Baum / welcher nicht leicht wurmstichig wird / und für allen Holtz-Würmern und Holtz-Fäule befreyet ist / dabey zu lesen:

CARIEM NON SENTIT.

Was hart und fest gesetzt /
Die Fäule nicht verletzt!

Oder wie einen andern dazu zu setzen beliebet hat:

PROCUL A TINEA.

Die Würmer können ihn nichts thun /
Er kan in seiner Tugend ruhn!

Dadurch eine unschuldige Seele / und bestiediates Hertz / ein recht befestigtes Gemühte abzubilden / welches niemahls die Würmer eines nagenden Gewissens fühlen oder empfinden darff.

§. 3.

Bey einem bösen Gewissen kan man zum Sinnbilde setzen giftige Schlangen und schädliche Würmer / so an einen Hertzen nagen / und solches zerbeissen / oben darauf ein Adler / der es zerfleischet / darbey:

RODENDO LÆDUNT, LÆDENDO NECANT.

Indem sie beissen /
Das Hertz zerreissen /
Den Tod sie weisen.

Oder:

Conscia mens pravi requiei experta sentit
Vulnera; Carnificem hunc, quisquis es, ergo cave.

Ein böß Gewissen muß recht schwere Marter leiden /
Ein ieder tracht / wie er mög diesen Hencker meiden!

*** ***

Irrequietè quiete malo pœna usque timenda est,
Et semper rabidi vermis & ignis erunt.
Quisquis es ergò, mali qui conscia pectora gestas:
Est, tibi cur pavido mens tremat æqua metu.

Wurm und Feuer frißt und brennt
Dein Gemüth ohn alle Ruh /
Ach! dein böß Gewissen rennt /
Mit dir nach der Höllen zu!

O wie heffig ist dieser Schmertzen / welcher das Gemüthe plagt! O wie scharff ist dieser Stachel / welcher das Hertz verwundet! O wie grimmig ist dieser Wurm / welcher das Marck verzehret! Wie ungestüm ist dieses Feur / welches die arme Seele brennet!

Ach! Ach! Gewissens-Angst / du rechte Folter-Kammer!
Des Hertzens Eiter-Stock! was machst du mir vor Jammer!

Dn. Gottfreund *l. c. p. 420. 452. 469. 498.* Man kan das böse Gewissen auch abbilden unter einer Schlange / so ein Mann im Busen auffzeucht / nähret / heget und träget / und darzu schreiben:

NUTRICEM PERDIT ET ODIT.
Was ich im Busen hab gehegt /
Mit Hertzens-Marter mich belegt. *Ib. p. 498.*

Ja gar mit dem höllischen Feur:

Meynst du / daß jene schon der Straffe sind entlauffen /
Die in sich / wie die Kuh das Wasser / Unrecht sauffen:
Ihr Hertze weiß es wohl / was Boßheit sie gethan /
Und zeigt es ihnen stund- und augenblicklich an.
Sie gehn erstaunt daher / mit gelblich schwartzen Blute /
Es mangelt ihnen stets am Hertzen und am Muthe;
Sie sehen träge aus / und keinen ins Gesicht /
Und ist die feige Seel zur Erden hingericht.
Das macht: Ein Hencker-Knecht sitzt ihnen im Gewissen /
Der ihnen ihre Seel in tausend Stück zerrissen.
Man sieht die Wunden nicht / die Geissel geht gantz still /
Doch geht sie auf den Grund / obs iemand Glauben will.
Wie könnt ein Radamant solch Marter-Werck erfinden:
Kein Zöditz ist so streng die Grausamkeit zu gründen;
Kein Feuer brennet so. So groß ist keine Pein /
Die nicht / als Kinder-Spiel / hier muß zu achten seyn.
Der / den sein Hertz verwund't / den sein Gewissen naget /
Und ihm sein Bubenstück mit tausend Zeugen saget /
Der weiß was Marter sey: der hat den Vorschmack schon
Vom Höllen-Feur. Das ist sein wohlverdienter Lohn!

Proprium hominis.

Nihil in hac vita proprium possidemus, nisi fidem & conscientiam, inquit *Justinus Martyr ap. Selneccerum Explicat. in Psalm. I.* Sed multi sapiunt in bursâ, desipiunt in conscientiâ. Cum tamen in omni vitâ suâ quemque à re-

ctâ conſcientiâ transverſum ungvem non oporteat diſcedere. *Cic. Epiſt. Lib. XIII. ad Attic. p. 210.*

Præ Scientiâ.

Malo conſcientiam præ ſcientiâ, erat Symbolum *Joh. Scharffii, Theol. D. & Prof. Witteb.* A recentiorum quibusdam ſcriptum dictumque meminimus, in priſcis Eccleſiæ civibus plus conſcientiæ fuiſſe, quamvis fortè hodie in Chriſtianis quibusdam plus ſit ſcientiæ. *Conr. Rittershuſius in Lib. I. Salvian. contr. Avaritiam p. 422.*

Eſt nihil.

§. 1.

Ἄσπεις illud Itali cujus meminit *Lutherus in Cap. XLIII. Gen.* cui familiare illud Atheum: *Conſcientia eſt nihil. D. Joh. Laſſen. Atheiſm. Deviſt. N. XVII. p. 677.* Et illius Salisburgenſis Præſulis, cujus itidem *Lutherus Tom. V. Jen. p. 323.* meminit: Was Conſcientia! Was Conſcientia! der Käyſer wird ſolche Trennung nicht leiden. *D. Danhauer. Theol. Conſcient. Tom. I. Part. I. S. II. Art. IV. §. 88. p. 162 163.* Jener Hofmann ſagte: Lieben Herren! machets/ wie ihr wiſſet/ allein/ daß keine Gefahr daraus entſtehe/ denn unſer Herr wird der Religion halber kein Pferd ſatteln. *Selneccerus in Explicat. Pſal. CX.* Was Gewiſſen! Was Gewiſſen! davon werde ich nicht reich/ den Genüß will ich behalten/ ſagte ebenfalls jener Hofmann/ ap. *Zeilerum in Miſcellan. p. 115. 116.*

§. 2.

Conſcientiariorum ſectam, auctore Matthiâ Knuzio, Holſato, deſcribit *D. Hartnac. Continuat. Hiſtor. Eccleſ. Micrælii p. 2288. ſeq. in fin. libri.* E dictamine enim conſcientiæ ſua ſe habere, docere & ſcribere Knuzius prodebat; Aſt ea quæ fuerint, è ſequentibus licebit cognoſcere: 1) Non eſſe DEUM, neque Diabolum. 2) Magiſtratum nihili eſſe æſtimandum, templa contemnenda, Sacerdotes rejiciendos. 3) Loco Magiſtratus, & loco Sacerdotum eſſe ſcientiam & rationem, cum conſcientiâ conjunctam, quæ doceat honeſtè vivere, neminem lædere & ſuum cuique tribuere. 4) Conjugium à ſcortatione nihil differre. 5) Unicam eſſe vitam: poſt hanc nec præmium, nec pœnam dari. 6) Scripturam Sacram ſecum ipſa pugnare. Contra hunc ſcripſit. *D. Joh. Muſæus Theol. Jenenſis.*

CONSCIENTIÆ

Menſa.

Judicum Collegium, quod in Portugalliâ eſt, cui ſupplices libelli offeruntur, vocatur MENSA CONSCIENTIÆ. *Camemr. Op. Succiſ. Cent. II. Cap. LX. p. 256.*

CON-

CONSCIENTIIS
Dominari nefas.

§. 1.

Hominum voluntatibus atque conſcientiis dominari eſt ſupra vires omnium hominum conſtitutum. Nam voluntas cogi non poteſt. Coacta enim voluntas (ut inquiunt Jurisconſulti) non eſt voluntas. Voluntas per eſſentiam libera eſt, adeò ut libertate detractâ voluntas deſinat eſſe voluntas. *Scalig. Exercit. CCCVII. Lib. XXV.* De quâ liberâ poteſtate dicimus verè, & omnium gentium conſenſu: Volo velle, nolo nolle. *Scalig. ibid.* Jam verò Religio & Fides ſunt maximè voluntaria. Nam Fides eſt notitia in mente, & aſſenſus liberrimus in voluntate. Mentes autem & voluntates hominum homo nullus cogere poteſt. Unde non minus piè, quam verè dixit *Stephanus Batbori, Rex Poloniæ:* DEUM tria ſibi reſervaſſe, 1) *Ex nihilo aliquid creare.* 2) *Futura prænuncia-re.* 3) *Conſcientiis dominari.* Similiter Maximilianus Imp. dixit: *Nullam eſſe tyrannidem intolerabiliorem, quam conſcientiis dominari velle;* Quia ſolus DEUS ſit conſcientiarum Dominus.

§. 2.

Optimus hic Imperator *Maximil. II.* pietatis ſuæ memoriam honeſtam, & optimo Imperatore dignißimam reliquit. Ad *Auguſtum* enim *Electorem Saxoniæ* dixiſſe conſtat: *Frater, tùæ ego ſum fidei & doctrinæ; ſed age quæſo, viam oſtende extricandi me è labyrinthis, quibus involutus hæreo.* Et cum *D. Selneccerus* juſſu Electoris offerret ei Pſalterium ſuum, audiit eum clementißimè, & præſente *Zaſio* Vice-Cancellario inter cætera dixit: *Quod moneor de Conſtantini, Theodoſii & Martiani exemplis imitandis, agnoſco pietatem; ſed quis ego ſum, aut quid & quantum ego poſſum? Orate pro miſero, qui in doctrinâ veſtrâ per DEI gratiam vivam & moriar.* Quamobrem aliquamdiu aluit Evangelicum Concionatorem, quem poſteà (bonâ tamen cum gratiâ) numerato annuatim honeſto ſtipendio dimiſit. Paſſavienſem quoque Pacificationem non minori ſtudio & cura, quam Pater *Ferdinandus*, honorificentißimæ memoriæ, tuitus eſt, & cuſtodivit: tum ſubditis ſuis, qui vellent, permiſit, ut propriis ſumtibus alerent Evangelicos Miniſtros, exercitiumque Religionis ſecundum formam Auguſtanæ Confeſſionis inſtituerent. Certè in eo ſummoperè laudandus, cum liber debeat eſſe fidei modus, & cujus quisque extremo die rationem DEO judici redditurus eſt, ejus in terris optio libera eſſe debeat. Sed hanc Evangelicorum libertatem ab Imperatore conceſſam, quidam malevoli ex Pontificiis ægris oculis introſpiciebant: hæc feros illos ſpiritus inexpiabili odio excruciabat. Quare Imperatorem adeunt, eumque ad profundendum Lutheranum ſangvinem in-

ſtigant; quibus hic clementiſſimus, & nunquam ſatis laudatus Princeps magno animo reſpondit: *Nullum peccatum gravius eſt, quam conſcientiis dominare velle: DEO enim ipſi ſe opponunt, qui conſcientiis in cauſa religionis dominari volunt.* *Crato* in Orat. fun. in literis ad *Lazarum Svendium* ſic loquitur: Es iſt in der Wahrheit nichts anders / als ihr vernünfftiglich ſchreibet / daß Religions-Sachen nicht wollen mit dem Schwerdt gehandelt und gerichtet werden: kein Ehrbahrer / Gottesfürchtiger und Friedliebender wird es auch anders ſagen. Et in *Epiſt. de Sedit. Belgic.* in hunc modum ſcribit: Eorum actiones, qui ſuppliciorum crudelitate ſectionibus & uſtionibus hanc rem confici poſſe defendunt, mihi minimè placent; nec unquam adducar, ut eas laudem, niſi fortè, quod tamen ſeriò deprecabor, ne fiat, DEUS permittat, ut in furorem & inſaniam prolabar. *D. Matth. T. H. T. P. p. 16. 1095.* Huc pertinet cygnea cantio Henrici III. Galliarum Regis: Aprenez de moy, que la pietè eſt un devoir de l'homme envers Dieu; ſur lequel le bras de la chair, n'a point de puiſſance. *Petr. Matth. in Hiſtor. poſt. motuum Lib. V. ap. Autorem Tubæ Pacis occentæ Scioppiano Belli Sacri Claſſico, p. 147.*

COR

Primum vivens,

Et ultimum moriens, neque ante omnia ſeneſcit membra, ut quidem Cardanus voluit ap. *Scaliger. de Subtilit. Exercit. CCCVII. Cap. XXXII. p. 989.* Hoc primum naſcentibus formari in utero tradunt: deinde cerebrum, ſicut tardiſſimè oculos. Sed hos primum emori, cor noviſſimè. *Plin. H. N. Lib. XI. Cap. XXXVII. p. 217.* Omnibus ovis medio vitelli parva ineſt velut ſangvinea gutta, quod eſſe cor avium exiſtimant, primum in omni corpore gigni opinantes. *Id. Lib. X. Cap. LIII. p. 184.* Non obſtante, quod ab epate illi præbeatur alimentum, vid. omninò *G. Bachmanus Exercit. Philoſ. Cap. I. Q. LXXX.* Eparne an cor prius vivat in animali?

Figuræ Pyramidalis.

Pyramidem utcunque imitatur, inquit *Philippus Melanchton de animâ.* Turbinatum, ait *Veſalius Cap. IV. Epitom. Fabr. Hum. Corp.* Inſtar pineæ nucis, ante retroque repreſſæ, mucrone inferius ſito clauſo, & baſi ſuperius verſa aperta. Mirum opus! Cujus in alto baſis, conus in imo. Cœlo patet, terræ clauditur. Nec ſphæra mundi, quanta, quanta eſt, expleri poteſt. Trigonum, ſola S. S. Trinitate implendum. Unde illud Hugonis vulgatum: Cor parvum eſt, & magna cupit. Vix ad unius milui refectionem ſufficere poſſet, & totus mundus ei non ſufficit. Et iſtud Auguſtini: Feciſti nos DEus ad te, & inquie-

inquietum est cor nostrum, donec requiescat in Te, *in princip. Confess.* hinc intelligimus Cor ipsâ sui figurâ testari, quod esse debeat, ut nomen habet, Cubiculum Omnipotentis Regis. *Ursin. Anal. Sacr. Lib. III. Cap. XXVII. p. 195. Dn. Georg. Gœzius Philologem. de Osculo Artic. I. §. 5.* Vasculum quidem parvum, ut ait, *Macarius Hom. XLIII.* Sed in quo recipiantur omnia. Ibi DEus, ibi Angeli, ibi vita & regnum, ibi cœlestes urbes, ibi thesauri gratiæ. *Nic. Caussinus Polyb. Symbol. L. III. Symb. III. p. 309. Picinell. M. S. L. III. C. CLXXXVI. n. 553. p. 245. C. Schottus Phys. Curios. Lib. XVI. Cap. XXXIV. §. 4. p. 496.*

Ibi, ubi thesaurus.

Nam quo quisque magis terram petit, hoc magis alto
Abstrahitur cœlo, superâque à luce recedit.
At ubi quisque suos thesauros possidet, illic
Assiduè cor habet, semper convolvitur illic.

Palingen. in Sagittar. p. 273.

A DEO requiritur.

Sacerdotes Ægyptiorum si vel unum pilum in bove nigrum vidissent, immundum censebant, nec immolabant Diis suis. *Herod. Lib. XI.* DEus à nobis requirit cor ex omni parte candidum &c. Die Tartern was sie würgen/ oder abthun/ deß Hertz opffern sie in einen Becher/ und stellen solches die gantze Nacht für ihr Götzenbild/ damit anzuzeigen/ daß GOtt das Hertz fordere. *A. Hondorff. Prompt. Exempl. P. I. p. 43. a. Engelgr. Luc. Ev. P. I. Dom. XII. p. Pent. §. 1. p. 517. seq.* Petr. Bessæus *in Concept. Quadrag. p. 425.* Quemadmodum DEus primus ille motor est, qui à nullo movetur, & tamen movet omnia: Ita cor membrum illud organicum est, quod omnia quidem in microcosmo illo moveat & dirigat, ipsum tamen à nullo moveatur. Ac veluti DEus quoque prima & originalis causa est, quo ingens hæc mundi machina vivat, sentiat & moveatur: Ita Cor ille regulus est, qui parvo huic mundo spiritus tum vitales, tum animales suggerat & conferat. *Quamobrem nihil est, quod propius ad DEum accedat, eique sit gratius corde humano.* Hinc illud sibi semper postulavit in script. Deut. IV, 29. Cap. VI, 5. Joel. II, 12. Prov. XVII, 3. 1. Reg. VIII, 39. 1. Paral. XXIX, 17. Psalm. LI, 19. Es. XXIX, 13. *M. Bauman. Anal. Typ. p. 117.* D. Ursin. *Anal. Sacr. l. c. Cap. XXIV. p. 190.* demonstrat Cor esse 1) Donum solo DEO dignum. 2) Omnium nostrorum compendium. 3.) Maximum mundi miraculum, atque adeò 4) Gratum DEO habitaculum. Cum omne sibi primogenitum sanctificare DEus jubet, COR ante omnia exigit, Exod. XIII, 2. Num. XIIX, 15. Cor enim primò formatur &c. *Id. ibid. Cap. XXV. p. 192.*

In precibus.

Ein Mönch/ der viel und stets gebetet/ und davon matt und müde worden/ hat GOtt gefragt/ ob es gnug daran wäre/ daß er für und für also bete: da hat er eine Stimm gehöret/ die zu ihm gesaget:

Redde mihi mediam Lunam, Solem & canis iram!

Das ist COR; Und es ist auch also; GOtt will nicht allein äusserliche Gebärden haben/ sondern von gantzen Hertzen angeruffen werden/ und es ist nicht zu sagen/ wie ein schwer Ding es sey von Hertzen beten; drum hat auch ein ander gesagt/ zu einen rechtschaffenen Gebet gehöre:

Dimidium Sphæræ, Sphæram, cum Principe Roma,
Exigit à nobis summi moderator Olympi.

Das ist COR, denn das Gebet muß von Hertzen gehen. *Luther. in Colloq. Mens. Cap. XVII. p. 176. b.*

Virga recens Zephyris, nervo curvabitur arcus,
Igne chalybs, Adamas sangvine, corde DEUS.

DEI in scripturâ legitur.

Novum Testamentum propter idioma Græcum (imò tota scripturâ) est quasi altera Epistola Omnipotentis ad totum mundum perscripta, in quâ legitur COR DEI. *M. Joh. Cammerhof. Encyclop. Isagog. Cap. VI. M. II. Cap. I. p. 131.*

Fons Vitæ.

Der hoch-gelehrte Italiäner/ Giovanni Ferro, mahlet in einem Sinnbilde ein auffgerichtetes Menschen-Hertze/ mit dieser Uberschrifft:

Da lui la vita ed ogni Affetto pende.

Hier siehet man Geist/ Seel und Leben
Nebst des Gemüthes Regung schweben!

Denn was die Sonne am Himmel/ und das Gold in der Erden/ das ist das Hertze in dem menschlichen Cörper. Das Hertze/ welches am ersten lebet/ und am letzten stirbet/ ist nach des tieffsinnigen Æginetæ und Fernelii Ausspruch ein Brunnquell des Lebens/ eine Residentz der Seele/ und eine Fontaine der Freuden- und Trauer-Thränen. Das Hertz ist nach Praxagoræ und Ballonii Meinung/ eine Erhalterin der Lebens-Geister/ eine Vermehrerin des Geblütes/ und eine Beschützerin für der Fäulnüß. Mir beliebet nicht den Curiösen Natur-Streit/ des hoch-erfahrnen Avicennæ und Paracelsi zu erörtern/ ob es nemlich Menschen/ oder andere Creaturen iemahls gegeben/ welche ohne Hertzen gebohren worden/ und dennoch leben kön-

können; Massen dessen gantze Unmöglichkeit Aristoteles, das Widerspiel aber Galenus aus der Erfahrung behauptet. (Cæsaris Dictatoris aruspices in extis cor bis non invenerunt; sed & præterito seculo in Ducis Feriæ aperto corpore *Cor* non apparuisse, sed in pericardio aquas solum repertas, traditur. *Hofm. L. U. in h. v. p. 980. a.*) So begehre ich mich auch nicht der Egyptischen Naturkündiger Opinion theilhafftig zu machen / wann sie statuiret / daß derjenigen Menschen Hertz / so niemahls gekrancket / iedes Jahr biß auf das funffzigste zunehme / so daß das Hertz eines funffzig-jährigen gesunden Menschens fünff und zwantzig Loth schwerer und grösser sey / als anderer? Imgleichen verlange ich nicht mit Gemma und Riolano zu disputiren / ob in den menschlichen Hertzen Beine und Steine gefunden werden oder nicht? Es ist mir auch nicht anständig mit Benivenio, Lusitano und Mureto zu durchgrübeln / ob das Hertze Aristomenis Messenii und Hermogenis Græci, derer Cœlius Rhodiginus gedencket / nach geschehener Anatomirung mit Haaren sey bewachsen gewesen / oder nicht? Mir genüget / daß das Hertz das edelste Stück / und gleichsam die Königin aller menschlichen Glieder ist / von welchen nach des angezogenen Fetro emblematischen Ausspruch das Leben / ja alle Gemüths-Regungen ihren Ursprung empfangen. *Joh. Christ. Halman / Parent. p. 6.*

Perpetuum mobile.

Die sinnreichen Mathematici und Mechanici haben ein grosses Wesen mit ihren so genandten perpetuo mobili, oder mit ihrer immerwährenden Bewegung / allermassen solches der berühmte Engelländer / Cornelius Drebbel, an einem wunder-vollen musicalischen Instrumente / der subtile Florentiner / Hieronymus Gvarcioli, an einem künstlichen Wasser-Rade / und Petrus Peregrinus, mit einer magnetischen Kugel erwiesen; wiewohl auch noch ein grosser Streit unter den Gelehrten verhanden / ob solches möglich zu practisiren gewesen / oder nicht? O unnöthiges und eiteles Gezänck! wir dürffen uns nicht allererst um ein solches zubereitetes Perpetuum Mobile, sorgfältig bekümmern / sondern nur die Machinam unsers eigenen Cörpers / und das darinne liegende Hertze anschauen / so werden wir befinden / daß allhier eine solche Unruhe und immerwährende Bewegung anzutreffen / welche kein Archimedes, oder Kircherus nachmachen wird. Denn was ist doch (der natürlichen Beweaung zu geschweigen) das menschliche Hertz anders / als ein solch musicalisches Instrument / welches zwar von den Engeln und Tugenden lieblich gestimmet / von den Teuffeln und Lastern aber offters erschrecklich verstimmet wird? Die Erfahrung hat wohl eher bezeuget / daß ein frommer Jacob in einen unartigen Esau / und eine züchtige Dina in eine unkeusche

keusche Thamar verkehret worden. So ist auch das menschliche Hertze dem immerlauffenden Wasser-Rade des Gvarcioli nicht unbillig zu vergleichen. Ach wie öffters muß ein geängstigtes und in den Wellen der Trübsal schwimmendes Hertze mit David ausruffen: GOTT hilff mir! denn das Wasser gehet mir biß an die Seele! Ich versincke im tieffen Schlamm/ da kein Grund ist; Ich bin in tieffen Wässern/und die Fluthen wollen mich ersäuffen! Ja durch die magnetische Kugel / wodurch Peregrinus die ewige Bewegung erweisen wollen/wird das menschliche Hertz Sonnen-klar abgebildet; Denn hier ist das rechte perpetuum mobile, oder die immerwährende Bewegung / wo in einem Augenblick auf der Kugel des untreuen Glückes ein Zwerg in einen Riesen/ und hinwiederum ein Riese in einen Zwerg verwandelt wird; Es ist wohl eher aus einem Töpffer ein König / und hingegen aus einem Könige ein Schulmeister worden. Es hat wohl eher Agathocles vor die Dreh-Scheibe des schmutzigen Thones / einen tapezierten Thron / und hingegen Dionysius für die königliche Tafel zu Syracusa, die verächtliche Schul-Banck zu Corintho beschritten ꝛc. *Id. ibid.*

Hæret ubique.

Der tiefssinnige Tomaso Palmieri stellet ein in einem Dörnenen Zirckel liegendes Hertze vor mit dieser Uberschrifft:

HÆRET UBIQUE!

Ich muß auffallen Seiten
Mit Dorn und Disteln streiten!

Was ist doch die untreue Welt anders/ als ein solcher Zirckel/ wo an statt der Rosen spitzige Dornen / und an statt der Lilien brennende Nesseln die menschliche Seele bekämpffen? Was ist sie anders als eine solche Henckerin / welche das gesunde Geblüte / durch die Hitze der Sünden / und derer daraus entspringenden Melancholey verderbet? Was ist sie anders / als eine solche falsche Maul-Freundin / welche sich zwar herrlich bedienen läßt/ aber in Zeit der Noth ihrem Wohlthäter die Feigen weiset? Ja unser Hertz ist nichts anders/ als eine Schieß-Scheibe/ oder auffgesteckres Ziel / nach welchen Tag und Nacht die lockende Welt/ das lüsternde Fleisch/ der dräuende Tod / und der schreckende Teuffel seine Pfeile abdrücket? (Est instar feræ captivæ, quam curiositas ducit, cupiditas allicit & perpetuis ignibus torret, invidia torquet, tristitia cruciat. *D. Boetac. M. G. p. 269. a.*) Diese untreue Wild-Schützen sind jenem Italiänischen Liebes-Knaben zu vergleichen / welcher in des Diomede Leoni Sinnbilde/ zwar nach abgeschossenem Pfeile saget:

Senza

Senza Piaga lasciai trapassa al Core.
Der Pfeil kan sonder Schmertz
Durchdringen Seel und Hertz!

Allein die Wunde ist hernachmahls tödtlich/so gar/daß nichts gesundes an dem gantzen Menschen verbleibet/sondern das edelste Stück seiner Glieder/nemlich das Hertz/endlich nach den unvermeidlichen Gesetze des Königes aller Könige/ in den Willen des Todes ertrincken muß. Wie selig ist diesemnach derjenige zu schätzen/ welcher sich allezeit eines reinen Hertzens befleisset / und weder das perpetuum mobile der irdischen Unglücks-Fälle/noch auch die Pfeile der Welt/ des Fleisches/ des Todes und des Teuffels im geringsten scheuet / sondern der Medicorum Lehre nach / das unglückselige Hertz-klopffen mit dem Golde des Glaubens/mit dem Schmaragd der Hoffnung/und mit den Corallen der Gedult ohnsäumbar vertreibet! Wie selig ist derjenige zu schätzen / welcher aus reinen Hertzen den Himmlischen Hertzens-Kündiger also anreden kan:

Da Te mia Vita ed ogni Affetto pende.

Dann wann nun sein Hertz in den Wellen dieses Thränen-vollen Welt-Meeres lange genug beweget/ und mit den Dornen des untreuen Erdkreises sattsam verwundet worden/ so wird alsdenn selbtes nicht allein diesen Gefährlichkeiten glücklich entrissen/ und durch einen sanfften Tod gebrochen/sondern auch an jenem unvermeidlichen Gerichts-Tage in ein solches Paradieß versetzet/ja in ein solch Himmels-Gestirne verwandelt werden / welches kein Fern-Glas des Tycho erkiesen/ und kein Zirckel des Galilæi abmessen/ja welches kein irdisches Auge ergründen/ keine Feder beschreiben/ und keine Zunge aussprechen kan. *Id. ibid.*

Pro cogitatione.

Cor & *Animus* Chaldaicè dicuntur בֶּל, quod secundum plerosque Ebræos per transpositionem literarum ab Ebræo לֵב deductum, Dan. VI, 14. Addit Aben Esra etiam Arabicè *Cor* dici בֶּל. Kimchi in lib Radic. scribit, juxta quosdam interpretes idem esse quod מַחְשָׁבָה *Cogitatio*, & indè Arabicè אנעל בלך, id est, שִׂים מַחְשַׁבְתְּךָ *Adhibe cogitationem tuam. Buxtorff. Lex. Ebr. Chald. in v.* בֶּל *p. 75.*

Toto Homine, Ephes. III, 17.

κατοικῆσαι τὸν χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν *l. c.* Hic inhabitatio CHristi describitur 1) *notione Formæ*, & in voc. κατοικῆσαι maxima latet emphasis, utpote quo indicatur *præsentia* CHRISTI non *generalis*, quâ gubernat & conservat omnes creaturas, sed *specialis* atque *gratiosa*, quâ fidelibus sic adest, ut in ipsis *habitet*, non *pratereat* ut *peregrinator*, sed *maneat*, ut

inquilinus, & in corde ipsorum operetur sicut *Herus in domo*, aut DEus in templo suo. *Balduin. in Comment. ad h. l. p. 899.* Hæc inhabitatio CHristi aliàs stilo Ecclesiastico vocatur *Unio spiritualis*, Biblico, *Desponsatio credentium* cum CHristo, Hos. II, 19. 20. *Mysticum CHristi & Ecclesiæ conjugium*, Ephes. V, 24. 25. *Insitio palmitum spiritualium in vite spirituali CHristo*, Joh. XV, 4. 5. 6. 7. *Membrorum & capitis conjunctio*, Ephes. I, 22. 23. 2) *Medii:* Διὰ τῆς πίστεως. Fides enim manus est, quâ dona DEI per verbum & Sacramenta oblata acceptantur, possidenturque. Fides illa instrumentum est, quo CHristum & apprehendimus & retinemus, joh. VI, 56. XIV, 23. Gal. II, 20. III, 26. 27. 1. Joh. IV, 15. 3) *Subjecti:* ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Καρδία hic συνεκδοχικῶς ponitur *pro toto homine*, seu pro *totâ substantiâ fidelium*, quâ corpus, quâ animam, uti patet ex collatione, 1. Cor. VI, 15. 19. Ephes. V, 30. Sic לֵב sumitur Gen. XXXI, 26. καρδία Luc. XXI, 34. Vid. *Glassium R. S. T. I. C. XVII. p. 461.* Inprimis autem ἡ καρδία *animam* designat, idq; ἀστειουικῶς, utpote, quæ radicaliter in *Corde*, ut *propriâ suâ sede* à Scripturâ statuitur, Ps. XXIV, 3. LXXXIV, 3. 1. Petr. III, 4. Ebr. XIII, 9. &c Ebræi quippè totum regimen hominis cordi tribuunt, & omninò rationalem animam in corde collocare videntur; Certè, perindè, ac si ea ibi habitaret, cordi omnem vim intelligendi simul, & eligendi, volendi & agendi, adscribunt. Vid. *Excell. D. J. Olear. Pos. Philol. in Epist. Dom. Exerc. IV. Pos. X. p. 32. & Exerc. XLIII. Pos. V. p. 385.*

Divitiis non apponendum, Ps. LXII, 11.

Quomodo? 1) Sicut rei mutuò acceptæ nemo apponit nomen aut insignia sua, undè Bias dicebat: Fortunam divitibus pecuniam dedisse non dono, sed mutuo: quia quos modò evehit, citò iterum deprimit. Jam qui mutuo quid acceperunt, inprimis ea non amant, quia ut aliena aspiciunt: Deinde cautè iis utuntur, quia de restitutione cogitant sibi faciendâ. 2) *Cor non apponendum*, sicut in fundo, qui ex inundatione tibi advenit, domum tibi non ædificas. Timendum enim ne proximâ inundatione rursum tibi auferatur &c. 3) *Cor non apponendum* eo modo, quo Ramises, Rex Ægypti, obeliscum altissimum erecturus per artificem, filium suum alligavit cacumini, quasi pluris obeliscum æstimaret, quam filium, *Plin. L. XXXVI. C. IX.* Hoc agit, qui divitias ita amat, ut iis cadentibus ipse quoque cadat in fletum, indignationem, desperationem, blasphemiam &c. 4) *Cor non apponendum:* Sicut rapido flumini nos non committimus, cum aliquod refrigerium indè percipere volumus, sed in ripâ sedentes pedes solum immergimus, & manus ad lavandum, & mox cum volumus, ea retrahere possimus: Uti iis licet ad necessitatem & commoditatem nostram, immergere se iis per amorem non licet, nisi perire velimus. Ita *Seneca*, qui dixit: Rebus hujus seculi non me trado, sed commodo: & à me fortuna illas abstulit, non avulsit. Quæ commodantur repeti possunt ad libitum, non quæ donantur. Quæ radices egerunt,

runt, præsertim altas, difficulter evelluntur: sic & divitiæ, si cui fortiter adhærent, cum dolore & difficultate amittuntur, non ita, quæ non adhærent. Barucam, seu capillum fictitium sine dolore abjicies, naturalem absque dolore tibi non evelles.

Nullo timore unquam affectum.

Jener Spanische Hauptmann/ Martin Juanez Garduba, als er A. 1394. aus tollkühner Vermessenheit mit wenig Leuten wider viel Mohren ausgezogen/ und erschlagen worden/ hat ihm vorher diese Grabschrifft gesetzet: **Hier liegt begraben** *Martin Juanez*, **dessen Hertz nie keine Furcht empfunden.** *Emsm. Franciſci* **Ehre der verblichenen alten Heyden/ Jüden und Christen/** *Converſat. IV. p. 121.*

Hic situs est, in omni periculo Hæres.

Alle meine Lebens-Tage/
Scheut' ich mich für keiner Plage!

Dn. G. Dexelius in Theatr. Curioſo Tit. LXXVIII. p. 579.

Parvum magno majus.

Virtus unita fortiór est dispersâ. Cor autem omnis vigoris & roboris in animali est causa: atq; idcircò quibus majus est Cor, quam corporis requirit proportio, in illis propter amplam illam capacitatem spiritus facilè disperguntur: Unde de virtute & robore vitali multum illis decedit. Contra in parvo corde magna vis latet propter causam contrariam. In tali enim corde propter cavitatum angustiam spiritus arctius uniuntur: Unde quoque virtus illorum intenditur. *Georg. Bachmanus Exercit. Philoſ. Cent. II. Quæſt. LXVII.*

Negatur: & quousque crescit?

Wofern es wahr seyn sollte/ daß die alten Egyptier fürgeben/ das menschliche Hertz wachse zu funffzig Jahren/ und nach derselben Zeit wieder abnehme und klein werde/ Vid. *Joh. Pier. Valer. Hieregl. Lib. XXI. Caſ. X. p. 253.* so könnte man keine gewisse Grösse des Hertzens im Menschen setzen/ weil man nicht wissen würde die accurate Zeit/ wann es seinen Wachsthum erreichet; Daß aber alles falsch sey/ bezeugen/ nebst der Erfahrung/ viele gelahrte Medici. Eine gewisse Grösse des menschlichen Hertzens zu setzen/ ist aus vielen Ursachen nicht möglich/ denn ob zwar Theodorus Kerckringius dafür hält/ daß gemeiniglich das Hertz des Menschen nur sieben Untzen wäge/ so hat er doch im Siechen-Haus zu Amsterdam An. 1668 ein viel grössers/ wie er Obſerv. XVI. bezeiget/ in einen auffgeschnidtenen Cörper/ angetroffen/ und nach der Zeit ein anders viel kleiner/ als gewöhnlich/ wie er eben daselbst Obſerv. XVII. gedencket. Der vortreffliche Thomas Bartholinus hat Anno 1651. in einem zu

Helsingör Gehenckten ein Hertz gesehen / welches zehn qver Finger groß gewesen; Und Anno 1652. hat er ein Hertz von ungemeiner Grösse / welches grösser als ein Ochsen-Hertz gewesen/ gesehen/ wie dann auch dergleichen D. Simon Saulli, in verschiedenen Sectionen/ soll angemercket haben. Wir halten derowegen dafür/ daß nach der Proportion und Grösse des Leibes auch das Hertz beschaffen sey/ und daher auch die Meynung nicht wahr sey / daß Leute/ so mit einen grossen Hertzen begabet sind/ furchtsam und feig sind / denn man hiervon gantz contraire Exempel hat. Und wenn man einige Analogie unter den Löwen/ weil solches ein großmüthiges Thier ist / und dem Menschen anhellen mag/ so hat die Anatomie erwiesen / daß bey solchen das Hertze aber nicht klein/ sondern von einer mercklichen Grösse ist; Man sollte derowegen viel eher schliessen/ daß bey grossen Hertzen/ auch grosse Courage sey/ weil eine solche Grösse den Lauff des Geblüts befordert/ und dasselbe reich an Geistern machet/ auf welchen die Courage bestehet. *Relat. Europ. An. 1701. N. 44. Quæst. LXXXV. p. 345.* Remarquabel ists/ daß das Hertz des am 4. Jan. 1707. verblichenen Marggrafen/ Ludwig Wilhelm von Baaden und Hochberg / über die ordinaire Maaß ein gut Theil grösser gewesen. *Relat. ex Parnass. An. 1707. N. 5. de dato* Rastadt/ *7. Jan.*

Agro simile.

Arate vobis novum, inquit DEus Jerem. IV, 4. Cor agro simile est, & 1) *Arandum* est aratro legis. 2) *Pastinandum* per crucem, Es. XXVI. 3) *Purgandum* per pœnitentiam, Es. I. 4) *Inpinguandum* per opera misericordiæ. 5) *Irrigandum* pluviâ Evangelii & sangvine Christi. 6) *Humectandum* per lacrymas pœnitentiæ & compassionis, Psalm. VI, 7. Lavi lacrymis stratum meum. Rom. XII, 15. Flete cum flentibus. *D. Botsac. M. G. p. 268.* Comparatur & Adamanti, Candelabro, Cubiculo, Navigio, Januæ, Radici venenatæ, Stomacho, pedibus, de quibus vid. *Baum. in Anal. Allegor. p. 398. seq.*

Sextuplex olim sibi mutuò Christiani peccati sunt.

I. *Cor Jacobæum*, quod erat constantiæ, Gen. XXXVII, 7.
II. *Cor Hiobicum*, quod cor patientiæ, Job. I, 21.
III. *Cor Davidicum*, quod cor confidentiæ, ein recht freudiges und getrostes Hertz/ Psalm. LXXIII, 25.
IV. *Cor Patris lunatici*, quod erat cor fidei & precum, Marc. IX, 24.
V. *Cor filii perditi*, quod erat cor humile & pavidum, ein zerknirschtes Hertz/ Luc. XV, 25.
VI. *Cor Simeonis*, quod erat cor mortis cupidum, Luc. I, 29. Adeoque triplex cor ex V. T. triplex vicissim ex N. T. *Möller. in Alvear. p. 84.*

Coro-

Coronatum.

Quia pectus principis hujus partis ſedes, hinc in conviviis veterum non ſolum capiti & collo, ſed & pectori applicabantur coronæ, ut odorum fragrantiâ illud recrearetur. In cujusmodi coronis illæ fuere, quibus inditum nomen *hypothimídis*, ſeu *hypothymiadis*, quæ collo appenſæ ad pectus deſcendebant. Earum meminit *Anacreon* in his:

Πλεκτὰς δ' ὑποθυμιάδας
Περὶ στήθεσι λατίνας
Ἔθεντο.
Plicatiles hypothymiadas
Circa pectus è toto
Poſuerunt. *Hofm. L. U. in h. v. p. 980.*

Amicæ traditum.

Niceæ cujusdam militis hoc exſtat Epitaphium:

Villoria miles hic jacet:
Qui corpus ſuum Eccleſiæ,
Cor vero amicæ tradidit.

Guevar. Epiſt. ad Diſſ. p. 100.

O formoſa meos animos prædata puella,
Quæ premis imperiis pectora noſtra tuis,
Nunc tua quæ jam ſunt, quæ te ſervante tenemus,
Quæ mihi pridem oculi ſurripuêre tui.
Mitto tibi Lunam, Solem ſimul & Canis iram,
Quæ reddas à te tu mihi virgo precor!

Nic. Reuſn. in Ænigm. Var. p. 88.

Aureum Mariæ oblatum.

Boloniæ Comitatum Regis Galliæ tanquam Feudum à D. Virgine accipere & Laudemii loco *Cor aureum* 2000. Ducatos pendens ſolvere ſolent. *Petr. Matth. Hiſtor. Ludov. XI. L. IIX. & ex eo Limn. Not. Franc. L. VI. Cap. X.* Ludovicus XI. transegit cum Bertrando Turriano, qui erat Dominus Boloniæ in Picardiâ, & tanquam novus acquirens virginæ Mariæ homagium præſtitit, diſcinctus, ſine calcaribus, capite nudus, & procumbens in genua, offerens, tanquam debitum ejus imagini, Cor ex ſolido auro, pondere æquans duo millia Scutorum, hac additâ lege, ut in poſterum ipſe, & ejus Succeſſores Reges Franciæ tenerent Comitatum Boloniæ à B. Virgine in feudum, ei jurarent fidelitatem, & mutatione Vaſalli contingenti, offerrent Cor ex auro puro ſubrefactum prædicti

dictiponderis. *D. Becm. H. O. T. P. I. Cap. VI. S. I. p. 168. Nob.* Zieglerim Täglichen Schauplatz der Zeit/ *30. Aug. v. 2. p. 1052.* Ferdinandus Cardinalis Regius Belgii Hispanici An. 1535. Gubernator, cum Fraternitati Marianæ Bruxellis se inseruisset, addidit nomini suo hoc epitheton: *Famulus Mariæ;* Et Ferdinandus II. Imperator in omnibus Sodalitatibus Marianis per Austriam, Hungariam, Bohemiam, Stiriam &c. nomen suum tanquam *Virginei Clientis*, inscribi voluit, referentibus Jesuitis *L. III. imaginis primi Seculi p. 421.* & ex iis *Voët. Pol. Eccles. P. II. Lib. IV. Tr. IV. p. 1056. Frid.* Gottl. Rauten/ *Diss. Alt. de Ordine sub Præsid. D. J. C. Becmanni §. 4. p. 5.*

Ex tribus unum.

Mortuo Francisco Thoma Duce Sabaudiæ, & Josepho Emanuele Filio An. 1656. Vidua, mater afflictissima, Viri, Filii geminum Cor cum argenteâ in Arcellâ condidisset, ac veluti gemmarum scriniolum, & perpetui nutrimenta doloris, in Galliam transferre secum decrevisset, inscriptionem hanc *Thesaurus*, ut Thesaurum suum exornaret, posuit:

Heu quanta infelicitas, fuisse felicem,
Thomæ à Saubaudia Cariniani Principis,
Et Emanuelis Filii simul erepti,
Uxor & Mater, hic desolata,
Maria Borbonia, Svessionum Comitissa:
Amore olim concors, nunc excors dolore:
Carum utriusque Cor hic clausum detulit:
Et vivens intulit suum:
Itaque
Tria hic corda sunt: duo tantum vides:
Imò Unicum!

Thesaur. Inscript. p. 19.

Ad cogitandum malum semper vegetum, nunquam senescit.

Res tum aspectu mira, tum notatu digna est, omnia in hominis corpore consenescere, excepto interius corde; exterius lingvâ. Semper enim cor ad cogitanda mala vegetum; Semper lingva ad mendacia & nequitias habilis est. M. Aurelius Imp. ad Claudium & Claudinam ap. *Gvev. H. P. L. III. C. XXII. p. 588.*

Fugitivum, vagum.

Omni custodiâ serva COR tuum, Prov. IV, 23. Quid ita *omni?* Quia fugitivum est, vagum est. Petulantium puerorum more semper se domo proji-

pit,

pit, ut vanitatibus & lusibus suis indulgeat: Est velut canis venaticus pruriens pedibus ad venationem & ad prædam suam omni momento exire gliscens. *Haëffenus in Scholâ Cordis Lib. II. Lect. I.* Nihil est in me corde meo fugacius, queritur *S. Bernhardus Cap. IX. Medit.* Hinc David 2. Sam. VII, 27. *Invenisse se dixit Cor suum*, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi velut fugitivum, & non posse comprehendere, ac clamore ad Dominum: *Cor meum dereliquit me*, Ps. XXXVIII, 13. *August. in Psalm. LXXXV.* In mari versus Hiberniam, ajunt, Insulam, cui ex re nomen venerit *Fugitiva*, visam & à navigantibus sæpe petitam semper effugere solitam, nullius se calcabilem præbere voluisse, donec svasu senis cujusdam tela ignea in eam projecta sint, quod ignem lemuribus, à quibus Insula possessa tenebatur, adversari dixisset. Talis Insula est Cor nostrum, solo igne Gratiæ & verbi divini stabiliendum Ebr. XIII, 9. sic *D. Dietericus in Sap. Cap. I. Conc. V. p. 71.* Ergò utique summâ diligentiâ custodiendum. *Bonum castellum, custodit qui corpus suum custodit*, vulgi verbum est, de quo *Bernh. Serm. XLVI. ex parvis.* Quanto magis, qui cor? *J. H. Ursin. Theol. Symbol. Cap. XCIII. p. 717.*

Imperii.

Oculus & manus vocatus fuit Augustus Elector Saxoniæ ap. **Ziegler im Täglichen Schauplatz der Zeit** / *11. Febr. n. 5. p. 123.*

Leonis.

Richardus I. Rex Angliæ fuit dictus. *D. Beeman. Doctrin. Moral. C. VIII. §. 3. p. 189.*

Hominis fraudulentissimum & desperatè malum, Jerem. XVII, 9.

§. 1.

Ita enim juxta lingvæ proprietatem textus optimè exponitur: עָקֹב supplantativum (ab עָקַב supplantare scilicet per fraudem) i. e. machinativum, versipelle, fraudulentum, dolosum *est cor super omnia*, & אָנֹשׁ i. e., mortiferum, insanabile, desperatum, desperatè morbidum vel malum (ab אָנַשׁ *infirmum esse*, vel *ægrum*) adeoque indicatur imperscrutabilis calliditas cordis humani in inveniendis fraudibus, & in machinis, quas DEus solus detegere queat v. 10. Id quod non de acquisitâ cordis pravitate, Judæis propriâ (juxta Grotium aliosve) sed de naturali omnibus hominibus communi rectè capitur. Extremam scilicet corruptionem naturæ nostræ non nisi prava machinantis utraque vox infert. conf. Gen. VI, 5. Cap. VIII, 21. Matth. XV, 19. *D. Pfeiff. D. V. Cap. IV. L. XLV. p. 751. 752.*

§. 2.

§. 2.

Das Hertz des Menschen ist gleichsam der Haupt-Sitz und die Qvelle des Lebens / und aller Lebens-Kräffte/wann nun die Qvelle vergifftet/so ist alles Wasser/ das daraus fleußt/ gifftig; Als die Qvelle zu Jericho ungesund und bitter war/ so gab sie böse Wasser/und machte das Land unfruchtbar/ 2. Reg. II, 19. seq. So ists mit dem menschlichen Hertzen / es theilet dem gantzen Menschen das Regen und Bewegen mit/ es treibet das Geblüt/ als eine Wasser-Kunst/auf und ab/es giebt die natürliche Wärme und Lebens-Geisterlein/ aber alles ist mit der Sünde befleckt und verunreiniget/ so lange es nicht durchs Blut Christi/ und den Geist GOttes gereiniget und erneuret wird. Scriv. SS. *P. I. Conc. V. §. 20. p. 117.* Unser Hertz wird verglichen einer Qvelle / welche immer ihre Boßheit qvillet/ wie ein Born sein Wasser/ Jer. VI, 7.; Gleichwie aus der Erden die Dünste allezeit aufsteigen/ ob wir sie wohl nicht sehen/ welche sich endlich als eine dicke Wolcke zusammen ziehen/ und mit Regen / Donner und Blitz wieder herunter kommen / also ists hie auch beschaffen: Eine Sünde wird mit der andern gehäuffet / biß endlich derselben Wust/als ein dicker Nebel vor Gottes Augen sich setzet/ und mit vieler Straffe wieder zurücke kommt. *Id. N. Creat. Dom. XXII. p. Trin. p. 894.*

§. 3.

Das Hertz ist ein Brunnqvell aller Gedancken; Es ist das vergiffrete Meer / daraus die vergifften Flüsse unserer Sünden in die äusserliche That hervorfliessen; Es ist die fruchtbare Mutter/ die so viel ungeheure Thiere und Monstra zur Welt gebiehret; Der Acker/ da das Unkraut so häuffig wächst; das rechte Basilisken-Nest/ darinnen alle die vergifften Eyer aller Sünden und Schanden ausgebrütet und jung werden; das rechte Nest aller Ottergezüchte und aller Greuel/ die sich in unserm gantzen Leben/ Thun und Lassen sehen lassen/ sie kriechen alle von innen heraus. Des Menschen Hertz ist gleich einem Feur/ das alles/ was es ergreifft/ in sich verwandelt. Ein gutes Hertz deutet alles/ auch das Böse zum Besten. Ein arges Hertz verarget alles auch das Allerbeste. Müllers Evang. Schluß-Rec. *Dom. XI. p. Trin. p. 929. b. ap. Dn. Joh. Christ.* Gerstäcker im Vorrath von schönen Gleichnissen/ *p. 720.*

§. 4.

Lepidum nobis Hagarenorum & Arabum monumenta in suo Alcorano tradunt figmentum (referente *Hoornb. Summ. Controv. p. 78.*) cuiq; homini indè à primâ sui formatione & nativitate nigram guttam, seu atrum granum instillari, quod mediam cordis partem occupans ibi tanquam semen aliquod Diaboli hominem perpetuò vexare, putresque in quibuslibet ejus operationibus suos fructus

ctus exſerere; hoc tamen inquinamento immunem volunt ſuum vatem Muhammedem, cujus cor in ipsâ infantiâ ab Angelis ſuis cuſtodibus diſſectum, & ab hâc labe purgatum fuiſſe, certa eorum fides eſt, (vid. *Apparat. Bibl. Tom. III. in Tit. Muhammedes non potuit tentari p. 564.*) Ridiculum certè, & cuique, cui ſanum ſinciput, meritò exploſum. Interim, ſi mutemus in hac fabula nomina, larvamq; ei detrahamus, de labe originis ipſis ſermonem eſſe, cuique obvium eſt. Quid, quæſo, aliud hoc eſt, quam atrum illud ſatum, & nigræ ſuccus ſolliginis, qui non in externis duntaxat artubus hæret, ſed & intimos cordis receſſus, animæq; ipſius facultates medullitus occupavit, *ῥίζα* iſta *πικρίας* in venenatos frutices & ſtolones *αἷμα Φύσεα* in omnibus hominis, tum animæ, tum corporis functionibus; Etenim granum mali ſeminis in corde Adami ſeminatum eſt ab initio: atq; quantum impietatis generavit usq; huc & generaturum eſt, usq; dum in aream deporteretur; Verba ſunt Ezræ Apocryphi 4. Eſr. IV, 30. *D. Joh. Huſſius Diſſ. Inaug. de Labe Originali Lugdun. Batav. An. 1678. hab. §. 1.* Adamus lapſus eſt vetula illa arbor, cujus nos omnes ramuli ſumus, atq; ſic ex eâdem traximus ſuccum venenatum & peſtiferum. *Dn. Petrus Schaffer Diſſ. Th. de Odio Pœnitentiali ſub Præſid. D. Pauli Antonii, Halæ 1704. hab. C. I. §. 2. p. 10.*

In Roſa Lutheri.

Lutheri inſigne erat Roſa, & ejus in medio Cor, cui ineſt aurea crux, de quo ſequens habetur Rhytmus German.

Der Chriſten Hertz auf Roſen geht/
Wanns mitten unterm Creutze ſteht!

Hic Theologorum Phoſphorus, doctrinæq; purioris reſtaurator & Antichriſticida invictiſſimus, divino Reformationis opere omnes Diabolorum legiones, undique rabiem in ſe concitavit. Sed adverſa tamen omnia hilari magis, quam triſti animo excepit, exceptaq; cum DEO feliciter ſuperavit ac triumphavit. Cujus ſyæ fortunæ haud immemor, ſuis in Inſignibus *Roſam, cui cor, cruce transfixum, fuit inſertum*, cum ſupra poſito Symbolo Germanico, gerere ac uſurpare conſvevit, quod Schola Neandrina ſequentibus rythmis Græco-Latinis *ἐκ ἀπίχνοις* feliciter expreſſit:

Κὴρ Εὐσεβὲς Φέρετ', ἐν ῥόδοις,
Καυσῖς ἐνεστιν εἰ μέσοις.
Cor Chriſtiani inambulat
Roſis, cruce ſub licet gemat!

D. J. Major. Joachimico-Vallenſis, Poëta olim ac Prof. Witteberg. ita explicavit:

Perfeci in ſpinis florens, quò credula corda
A cruce penderent, optime CHRISTE, tuâ.

Vid. *Orat. Conradi Porsæ de B. Luthero, circa finem.* Alius quidam ἀνὴρ ἔπος. *Melch. Adami in vitis Theol. Germ. p. 170.* sic:

Crux, conjuncta Rosæ, mens est invicta Luthero:
Lætitiam notat hæc: Illa jugum Domini.

Adamus Cuslevius Lib. I. Carm. Select. h. m.

Absurdum est, inquit Ratio, cor inesse roseto:
Cum crucis in medio pondere nescit opem.
Sancta fides regerit: Qui CHristo cor dedit, illi
Fellea crux, rosa fit mellea, plena boni.

L. Georg. Weissius in Manipulo Symbolorum p. 1. 2. Symbolum ejus & fuit: VIVIT, Er lebet! nempe CHRISTUS. *J. Fr. Scharffius in D. Mart. Luth. Vit. in fin.*

Peccatoris induratum.

§. 1.

Plinius *Lib. XXXVII. C. IV. p. 657. Hieronymus in C. VII. Amos,* aliiq; scribunt, adamantem, qui nullus malleorum ictibus rumpi potest, imò ipsos malleos rumpit, ideò Gr. ἄδαμας i. e. indomabilis dictus (vid. Tit. Adamas) sangvine hirci calido & recenti perfusum posteà frangi posse. Quid vero aliud adamas, nisi induratum cor peccatorum, de quibus Zach. VII, 12. dicitur: Cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem. Per hircum verò immolatitium animal & pro nocentibus immolatum, designatum esse Christum, scimus ex Levit. XVI. Quid igitur? considera, ô adamantine peccator, Christum pro te sangvine perfusum, ut te redimeret à gehennâ, eodem suo sangvine te quoque aspersisse, imô perfudisse, ut ad pœnitentiam frangaris. Quomodo ergò non rumperis, & cor tuum scindis? Ita ne videre potes DEI filium pro tuâ salute frustra concisum? Potuit hic sangvis in monte Calvariæ recens scindere petras, velum templi, sepulchra, deniq, indurata Judæorum corda, ut percutientes pectora sua reverterentur, & non possit Christiana? Non invenitur in hoc mundo quippiam tam durum, quod non aliquo artificio molliatur. Metalla igni liquescunt, eorum ferrum fit tractabile, adamantis duritiem hirci sangvine effringi potest. At tu, ô cor humanum, durius es omni petrâ, ferro & adamante: cum nec ignis infernalis duritiem tuam frangat, nec patris cœlestis ardentissimus amor te molliat, nec sangvis Agni illius immaculati JEsu Christi te facere queat tractabile. *Otto Casmannus Christianismi Integrit. Assert. P. II. p. 127.* Conf. Tit. Adamas Cor humanum.

§. 2.

Scindite corda, Joel II, 13. Bufones in durissimis silicibus reperiri, ubi metalla fodiuntur, inter alios prodidit *Agricola de Animal. Subterran.* latere in medio, aditu inaccesso, ut ne quidem aurula ulla penetrare possit, quod si ruptis silicibus in lucem proferantur, statim intumescere, & mori. Sic in durissimo humano corde

latet

latet non unus bufo, Feuer-Krodt/Erd-Krodt/sed si malleo legis divinæ contundatur illud, ut in confessionem erumpat, cum Davide: *Peccavi!* interit fœdissima pestis. Scindamus ergò, frustillatim discerpamus durum hoc saxum, quod salit

— — lævæ sub parte mamillæ. Nam

Quid valet abscondi? quoniam sua crimina nutrit,
Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.

Sedulius ap. Ursin. in Th. Symb. C. CXCIIX. p. 210. Danh. Hom. Ac. XVI. P. I. p. 531. 532.

Pro medietate rei.

Non mathematicè, sed physicè vid. Exod. XV, 8. Ps. XLVI, 3. Prov. XXX, 18. Ezech. XXVII, 3. Deut. IV, 11. Sic & καρδία Matth. XII, 40. *B. Pfeiffer. Prælect. in Jon. C. II, 3. p. 31. Gloss. Phil. S. L. III. Tr. I. p. 140. 141. & L. V. Tr. I. C. XI. p. 312.*

An centrum in corpore humano?

Vulgaris apud Rabbinos canon est: Centrum arithmeticum in corpore humano non constituere Cor, sed umbilicum, *J. Saubert. Palæst. Th. Phil. c. 5. §. 2. p. 211.*

Sapientis in dextrâ ipsius, cor verò stulti in sinistrâ ipsius, Eccles. X, 2.

Hoc est, vir prudens de quibusvis negotiis dextrè judicat, affectus suos cohibet, accuratè circumspicit, quid quoq; loco & tempore proferendum sit. Hieron. ait: Justus in se nihil sinistri habet, sed totum in eo dextrum est; Contrà, stulti omnia sinistrè, h. e. imprudenter aggrediuntur, nullâ habitâ ratione circumstantiarum, nec satis considerato eventu, qui ipsis, ut plurimum, est infaustus. *Heidf. in Coroll. p. 794. 795. B. Geier. in h. l. p. 379. seq.*

Veneno infectum incombustibile.

Qui vel veneno interemti, ut Germanici Cæsaris, vel Cardiaco morbo interierunt, eorum cor cremari non potest. *Ursin. A. S. L. III. C. XXVI. p. 194. Nic. Caussin. Polybist. Symb. L. I. Cap. LXXIII. p. 259. Picin. M. S. L. III. C. CLXXXVI. n. 548. p. 244. Beyerl. T. II. L. III. p. 2. b.* Pyrrhi Epirotarum Regis dextri pedis pressura lienosis medelam attulit. *Suet. in Vesp. C. VII. Plut. in Pyrrho. Zwinger. Vol. V. L. II. p. 1230. Voss. de Idol. Lib. III. C. XVII. p. 804.* Quod ipsa mors comprobatura, cum Pyrrhi cadaver flammis absumeretur, dextri pedis pollicem incombustibilem posuit, ut ab interitu immune esset, quod interitu tot homines exemerat. Non ignobili ad nostram ætatem exemplo, quæ *Zwinglii Cor*, cadavere flammis ab hostibus tradito, exuri non potuisse vidit, & memoriæ tradidit, ajente *Thuano Hist. L. I. ap. D. Becm. N. O. I. Orat. de Regum nostri temporis dono strumas sanandi p. 131. 132.* Johannæ Virginis Franciæ cor non potuit comburi. *D. Botsac. M. G. p. 472.* Nec Thomæ Crameri, Archiepiscopi Canterburiensis. *H. A. v. Ziegl. l. c. 21. Mart. n. 4. p. 302. & 11. Oct. n. 4. p. 1228.* Nec Joh. Hussi, Auffgef. Briefe

erstes Pacqvet *Corresp. 62. p. 516.* Quanquam summus ille Anatomicus, Adrianus Spigelius putet, scilicet Germanici, Johannæ Virginis & Zwinglii aliorumq; corda cremari omninò potuisse, si diutius in igne permansissent. Superstitiosè verò fuisse animadversum, aut hyperbolicè enarratum, quod ista corda diutius, quam fieri amat, ignis violentiam sustinuerint. Vid. omninò *M. Eberh. Andr. Roth/ Diss. Hist. Polit. de More, quo Rei olim ap. plerosque Europæos populos per ferrum candens, ardentes prunas, rogumq; probantur §. 18.*

Ne edito.

Refertur inter Pythagoræ Symbola etiam illud: *μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν*, Cor ne edito. Cui affine est alterum hoc: *μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον*, Annulum arctum ne gestato. Quibus veluti emblematis quibusdam monere voluit Pythagoras: non vivendum esse homini nimis anxiè, aut sollicitè: neq; animam nimiâ curâ, aut molestiâ frangendum esse: in his præsertim rebus in quibus nihil prodest. Frustra enim angi animo, qvum nihil efficere possis, stultitiæ est: Sapientiæ autem, mala sua, & incommoda, quæ accidunt, pulchrè ferre, & quasi antrò vertere, ac dissimulare, ut Pindarus monet, neq; angoribus frustra se dedere: quibus animus conficitur, nisi his resistatur. Quanquam enim sapiens homo etiam ab humanis affectibus oppugnatur: tamen pro virili cavere debet, ne expugnetur: aut ne temerè faciat deditionem: sed cogitare Symbolum Friderici III. Imp. RERUM IRRECUPERABILIUM FELIX OBLIVIO.

IRREPARABILIUM felix oblivio rerum!
RERUM IRRECURABILIUM est OBLIVIO
FELIX, dolorem dedolere, non suum
Frustra dolendo macerare cor decet:
Factum quod est, infectum fieri non potest.

Nic. Reusner. Cl. III. Cæs. Rom. Germ. Symb. XXXVII. p. 275.

CORDIS

Templum.

Miraculo omni major est, sive DEI dignatio, quod in corde sibi fixit Templum Es. LVII, 15. & LXVI, 2. 3. sive cordis amplitudo, quod infinitum possit recipere. *Ursin. A. S. Lib. III. Cap. XXVII. p. 195.*

Tabulæ.

Apud Judæos moris erat imagines eorum, quos impense amarent colere, & gestare mox in annulis, armillis, laminis, inauribus, mox in bulla, quam ut plurimum è collo usque ad pectus demitterent, quæ *Tabulæ Cordis* vocabantur. *M. Christ. Gott.* Blumberg/ *Diss. Philol. de* שבריסים & שהרונים *ex Es. III, 18. Assert. ult.*

Sin-

Sinceri & ingenui Dominus.

Des Aureng-Zebs, des grossen Moguls sein Ambassadeur an den König in Persien wurde genannt von des Moguls Vater Cha-gehan Baubek-han, d.i. ein Herr von auffrichtigen Hertzen/ da er doch diesen Cha-gehan, seinen König und Gutthäter vom Throne helffen verstossen: darum ihm dieses nachmahlen von dem Persischen Könige verweißlich vorgehalten/ und ihm der Bart abgeschoren worden/ so für die grösseste Schmach geschätzet wird. *Tavernier. H. O. T. II. L. II. C. VII. p. 100. a.*

Novi creatio, Psal. LI, 12.

Per בּרא hic intelligitur productio, seu donatio novæ qualitatis, quæ non nisi à virtute infinitâ esse potest, sc. regenerationis & renovationis. Non enim simpliciter dicitur creari cor (quemadmodum Flacius mutatam credit per peccatum originale hominis substantiam, idq; vel præcipue ex h. l. patere existimat, cum creatio sit productio substantiæ.) sed טָהוֹר mundum. *Cor* ergò supponitur, sed *non purum*. Urgent autem בּרא. Resp. בּרא notat productionem entis per virtutem infinitam, & creaturis impossibilem, sive sit substantia, sive accidens. Hoc loco non est sermo de cordis substantiâ, sed qualitatibus seu viribus supernaturalibus, ac spiritualibus ad exercendam veram fidem, mortificandam carnem &c. quæ nullâ creaturæ operâ produci poterant, unde confugit ad infinitã potentiam Dei (qui alias dicitur corda mutare Job. XII, 24. innovare Ez. XI, 19. c. XXXII, 26.) q. d. ex merâ tuâ gratiâ, immensaq; potentiâ supernaturali, me nihil prorsus cooperante, hoc opus recreationis (per quod reddar nova creatura, & novus homo, 2. Cor. V, 17. Eph. IV, 24.) quod æquè est admirandum, ac opus primæ creationis, nullisque naturæ viribus juvari potest. *D. Pfeiff. D. V. C. III. L. LXVIII. p. 603. 604.* Conf. & *Brevis quarundam Locutionum nuper in dubium votatarum, considemtio D. Jac. Henningii in additis Thes. I. seq. D. Just.* Söffing/ *Diss. Inaug. de Novo Homine An. 1652. Jen. hab. per tot. L. Mich.* Hörnlein/ *Diss. Inaug. de Inductione Fidei Salvifica C. VII. §. 6. p. 53.* Von den Papyrierer/ oder Papyrmacher/ schreibt der bekannte Augustiner-Barfüsser *P. Abrah. à S. Clara*, in seinem Etwas für Alle/ *Cap. XXXVI. p. 315.* also:

Der alte Lumpe kommt durch Fleiß
Zu neuen Nutzen schön und weiß:
Sollst du mein Hertz verächtlich bleiben?
Hervor aus alten Sünden-Stand/
Gantz neu und rein/ daß GOttes Hand
Auf dich mög seinen Willen schreiben!

Ex corde omnia peccata, ſicut ex Arcâ Noæ omnes beſtiæ.

Ad Benedictum XI. Legati Conſtantienſis Concilii miſſi, cum is pectus ſuum pulſans: *Hic eſt arca Noe!* altâ voce inclamaſſet, amarulenter intulerunt: *In arcâ Noe profectò pauci homines, pleraq; fuerunt beſtiæ.* Sententia eſt: Quemadmodum is ſimili ab arcâ Noachi deſumto in ſcrinio ſui pectoris jus omne reconditum innuebat: Sic illi viciſſim, & multo quidem rectius, ab eâdem arcâ, omne genus ſcelerum in eo reſidere ſignificarunt. *Heidf. C. X. p. 226.* Dem Apollidoro kam im Traum vor/ als wann ihm die Haut von der Seiten abgezogen/ und er ſelbſt geſotten würde; darneben bedünckte ihm/ als wann ſein Hertz aus den ſiedenden Keſſel ihm zurüffe: ἐγώ σοι τὸ τῶν αἰτία. Ich bin dir die Urſach alles deſſen. *Plut. de ſerâ Num. vindictâ.* Freylich beſchwatzet das Hertz den Menſchen zur Sünde/ und hernach ſtellet es ihm ſeine Sünde wieder vor/ und naget ihn/ wie an David zu ſehen; denn von ihn ſtehet: das Hertz ſchlug David/ 2. Sam. XXIV, 10. das iſt/ es ſagte es ihm/ wie übel er gehandelt; daher reuet es ihm in ſeinen Hertzen/ daß er das Volck hatte zehlen laſſen/ er erſchrack/ als er in ſeinen Hertzen daran gedachte/ daß er 20. Tage und 9. Monat in ſolcher Sünde verharret; So giengs auch dem Zöllner/ der ſchlug an ſeine Bruſt &c. Luc. XVIII. *D. Chriſtoph. Nicolai* in der Ev. J. S. *P. III. p. 41.*

Mahomedis

Angelus atram illam guttam (quâ Diabolus omnes homines tentat) abſtulit, ut nunquam à Dæmone potuerit exagitari, cor autem mundatum in priſtinum locum repoſuit. *Urſin. A. S. Lib. IV. Cap. VII. p. 211.*

Surſum Corda!

Surſum Mens ſpectet terrenaque cuncta relinquat!
SURSUM CORDA!
FIAT!
Surſum oculos, ô Mens, vani oblivíſcere mundi,
Te manet in cœlis non peritura domus!

Bl. G. Mich. in Gaſſ. p. 444. 445. & omnino D. Joh. Andr. Schmidt. Diſſ. Hiſt. Eccleſ. de inſignioribus Veterum Chriſtianorum Formulis §. 9. p. 17. 18. Pierius Valer. Coll. Hier. ex vet. & neot. deſcr. l. II. p. 53. Cauſſin. Polyhiſt. Symb. l. VI. Symb. LXXVIII. p. 426. ſeq.

Incubet his terris deſes, cui terrea mens eſt.
Ad cœlum, melius qui ſapit, ille redit!
Felices nimium! quorum ſuper æthera mentes
Sublatæ, cuncta hæc infera deſpiciunt.

Salm.

Salm. P. II. T. I. p. 30. Der Hochgelehrte Venetianische Edelmann Adriano Giustiniani stellet in einen Sinnbilde ein geflügeltes Hertze vor/ welches sich in der lieblich strahlenden Sonne schwinget/ mit dieser Uberschrifft:

COELESTIA QUÆRIT!

Mein Ziel ist einzig und allein/
Des Himmels sanffter Sonnenschein!

Halm. Parent. p. 16. Seu pingatur: Ein geflügeltes Hertz/ darauff ein gespanter Bogen stehet/ mit einen auffgelegten Pfeil; Sinnspruch:

Der Himmel mein Zweck!

Ein wohlgeübter Christ/ der endlich matt und müde/
Trägt hertzliche Begier zu fahren hin in Friede/
Schwingt mit der Monica sein Hertz geflügelt auf/
Und nimmet ohn Verzug zum Himmel seinen Lauff!

M. Schirmer *in Embl.* De Formulâ SURSUM CORDA! in sacrâ Synaxi adhiberi solita, vid. *Zimmerm. Mens. XI. c. IV. p. 537. seq. M. J. Phil. Pfeiffer. Diss. Phil. de discrimine inter Κήρυγμα (Praconium) & dogm. in Veteri Ecclesiâ observato. Jos. Arndius Lex. Antiq. Eccl. p. 680. Henr. Rixnerus de Vet. Christ. circa S. Eucharistiam Institutis ac Ritibus c. LX. §. 2. p. 121.* conf. Tit. Cœlum suspiciendum.

Magnatum à reliquo corpore distrahuntur.

Inprimis mos invaluit, ut COR à reliquo corpore distractum, & cariori-bus locis consecratum reponeretur. Cujus rei exempla varia in Regibus Germanorum Historici Magdeburgenses passim notarunt. Sic Episcopi Würzburgensis *Cor* eximitur, peculiarique loco traditur sepulturæ, ut præter alios *Cuspinianus in Lothario* Cæsare scribit. Alii etiam viscera tertio loco commendabant. Id ex Saxonum moribus Richardus Angliæ Franciæque Rex lepide factitasse fertur, qui ut *Matthæus Parisi a* memorat, quum corpus suum apud fontem Ebraudi, *Cor* in Ecclesiâ Rothomagen, si sepeliendum jussisset, stercora sua Pictavien-sibus, propter notam proditionis, reliquit. Etiam cerebrum peculiari sæpe loco humatum, Annales docent. Quin oculi aliquando singulari sepulturâ affecti, quod *Henricus Huntidonensis l. VIII.* docet. *P. Hachenb. de G. M. Diss. XII. §. 20. p. 424. 425.* Henricus III. Imp. An. 1056. Burfeldi pridiè Non. Octob. decedens, viscera sua, quoniam semper corde erat Goslariæ (ut Engelhusius loquitur) ibidem in templo Cathedrali recondi mandavit, reliquo corpore Spiram translato, magnificeque ibi sepulto. De qua re Langenius Poëtaster:

Partim Spirensi, sic partim Goslariensi,
Terris humatus jacet Ecclesiis tumulatus.

D. Cass. Sagittarius in H. S. Goslaria Cap. III. §. 24. Diesen Abend soll das Hertz des verstorbenen Hertzogen von Orleans accompagniret durch die Hertzo-

gen von Bourbon und Tremoville nach der Kirch von Val de Grace/ das Eingeweide aber nach der Kirchen von den Patres der Celestinen/ und künfftigen Sambstag der Leichnam nach St. Denis gebracht werden. Ita *Fama Europea An. 1701. de Paris 13. Jun. N. 45. p. 356.* Noch diese Stunde nennet man in Magdeburg einen alten verfallenen Ort die Kaldaunen Capelle/ dahin man im Papstthum solche Glieder der Ertz-Bischoffe und anderer exenterirten Grandium hingeleget. *Novella Mundi Curiosi An. 1696. mens. Aug. p. 1845.* Mr. William Tempel hat begehret/ daß sein Leichnam gleich nach seinem Tode geöffnet/ das Hertz in Chinesich Kupffer/ und noch über dem in eine Doosen geleget/ und unter den Sonnen-Weiser in seinen Lust-Hause/ die Leiche aber in der Abtey von Westmünster begraben werden sollte. *Fama Europ. An. 1699. N. 14. p. 111.*

Simul sepulta.

Henricus II. Cor suum & Annæ Momorantii Comitis stabilis Francici, cor communi jussit tumulari sepulchro; Unde hæc addita Epigraphe:

Cor junctum amborum longum testatur amorem
Ante homines, junctus Spiritus ante DEum.

Val. Arithmæus Feudal. Velitat. Disp. IV. Coroll. IX.

Regum DEUS habet in manu suâ.

Quemadmodum Deus torrentes deducit, quò ipsi libuerit, quos sæpe nulla vis humana avertere potest: Ita etiam animos Regum & Principum habet in potestate, ut eos vel ad iram, vel ad clementiam, vel quorsum velit, inclinare possit. Prov. XXI, 1. Cap. XVII, 7. Es. VIII, 9. 10. *Autor Continuationis Disc. ursus Gallia p. 7.* pulcherrimè scribit: Solet Deus hominum adeoque Magnatum consiliis illudendo, ea in contrarium planè finem, præter omnium hominum expectationem, convertere. Feilinat Gnomon debilibus fretus libramentis ad horam & momenta sua; quæ, si digito movere horologii magistro visum est, in alteram circuli extremitatem inclinatur. *D. Christ. Matth. in Theat. Hist. Th. Pr. c. 33.* Exempla extant Gen. XXXI, 24. Cap. XXXIII, 4. Esther. VIII, 8. 13. Dan. III, 96. Joh. VII, 46. Act. IX, 15. Gal. I, 23.

Patrum quomodo convertenda ad Filios? Malach. IV, 6. Luc. I, 17.

Phrasis hæc Malachiæ obscurior, & variè explicata fuit. Quidam enim per Patres intelligunt Judæos, per filios verò Johannem & credentes, de quibus Luc. XI, 19. Christus ita loquitur: *Filii vestri per quos expellunt dæmonia?* ut sit sensus: Johannem suo ministerio effeciſſe, quod Judæi quidam postea à Christo & Apostolis crediderint. Alii ita interpretantur, quod illo tempore propter vari-

as sectas sæpius Pater fuit Pharisæus, Filiorum unus Sadducæus, alter Essæus; Johannem igitur suo ministerio collecturum corda Patrum & Filiorum in unitatem fidei. Utraque quidem sententia fidei analogiæ non est contraria. Gabriel verò *Luc. l.c.* phrasin illam in sequentibus aliter explicat, ubi addit: *Et convertet incredulos ad prudentiam justorum.* Per Patres igitur intelliguntur *Patriarchæ* & Prophetæ, per filios verò increduli illius temporis Judæi, ac proindè sensus verborum hic est: Johannes ministerio suo hoc aget, ut Filii ἀπειθῶς h. e. qui ab obedientiâ fidei & cultus seu Religionis Patrum, variis sectarum opinionibus, traditionibus, cultibus & Sadducæa securitate, discessionem fecerant, revocarentur, & deducerentur ad Justorum i. e. Patrum, qui in ipsa scriptura testimonium habent, quod justi fuerint, prudentiam, i. e. ut rursus fidem & cultus Patriarcharum amplecterentur. Proindè Malachias, ex quo phrasis hæc est petita, sic loquitur: *Convertet corda Patrum ad filios, & filiorum ad Patres:* nam Patres, quos Judæi semper jactabant, ipsos propter fidei & religionis dissidium non agnoscebant pro germanis filiis, nec ipsi verè gloriari poterant, se Patrem habere Abrahamum, cum nec fidem ejus sequerentur, Rom. IV, 16. nec opera ejus faciebant, Joh. IIX, 39. Undè Baptista dicit: Non Patrum, sed viperarum progenies estis, nec dicatis: Patrem habemus Abrahamum. *M. Otto Ursinus Quæst. in Theol. admod. exact. CXXXIX. p. 202. 203.* Cur corda Patrum ponuntur ante corda Filiorum? vid, Tit. *Amor descendit non ascendit §. 5.*

CORALLIUM

Plantane an lapis?

Lapidi quidem (pretioso tamen) non videtur absimile Corallium. 1) Propter duriciem & cognationem, quam cum lapidibus magis habere videtur, quam cum plantis. 2) Quia in aquam projectum Corallium fundum petit: plantæ autem propter aëreum temperamentum undis supernatant. 3) Quia folia non habet. Nihil autem obstantibus hisce conditionibus respondemus, Corallium esse plantam, 1) Quia animatum est corpus, quod stipite non avulsum nutritur in mari, crescit, & simile quippiam ex se generat. Hinc enim Græcis λιθοδένδρον dicitur, nempè quia lapidea quædam sit planta. 2) Quia forma externa, ramorum scilicet in morem stirpis fruticosæ emissorum multitudo non nisi plantæ quandam repræsentat effigiem. Nascitur Corallium (Plinio & Dioscoride testibus) in mari; Sub cujus undis, dum radici adhuc suæ adhæret, mollis est herba, & quæ ferro præcidi facilè possit: In aërem vero extracta statim lapidescit, vel ipso Ovidio teste:

Sic & Corallium, quo primum contigit auras
Tempore, durescit: mollis fuit herba sub undis.

Foliorum etiam inopia nihil prohibet, quo minus Corallium sit planta. Nam &

Cuscuta, quod Spartium vocant, nulla emittit folia. Et Ebenus, fossilis quædam à rei herbariæ peritis deprehensa planta, & foliis caret & fructu. Concludimus ergò: Corallium, etsi omne plantarum conditiones accommodari illi non possint, magis tamen ad plantæ, quam lapidis accedere naturam. *Georg. Bachmanus Exercit. Philos. C.I. Q. XCV.*

Viduarum Symbolum.

Amor Corallium tenet, fruticem marinum, in aquâ tantum viventem ac virentem, cum inscriptione: IN LACHRYMIS TANTUM VIVO! *Eman. Thesaurus Inscript. p. 149.*

Pro monctâ.

Tartari in regione Tebeth corallio utuntur pro monetâ; nam est is lapis apud eos in magno pretio, & omnes fœminæ deferunt eum ad collum, appendunt que ipsum quasi rem speciosam ad colla idolorum. *M. Paul. Venetus de Region. Oriental. Lib. II. Cap. XXXVII. p. 94.*

CORALLIA

Maximi æstimantur apud Japonios.

Corallia in Europâ minoris; At in Asiâ maximi fiunt, præcipuè apud Japonios, qui nec Perlas, nec Gemmas, sed corallium elegans summoperè æstimant. Exempla vid. ap. *Tavernier P. II. L. II. C. XXIIX. Beeman. H.O.T. P.I. C.X. p. 450.*

CORALLIORUM

Proventus maximus in mari Rubro & Mediterraneo.

Colliguntur in Mari Mediterraneo juxta Sardiniam, Corsicam & Majorcam, item juxta Siciliam è regione Drepani, & ad Cataloniam circa *Capo de Quiers.* Eorundem mare Rubrum est feracissimum, ex cujus fundo subindè ingens à piscatoribus Corallinarum Arborum copia, cerasso nostrati vix cedentium, eruitur, imò in tantam subindè altitudinem crescunt, at extra ipsam pelagi superficiem cornua, non sine navium impedimento & periculo extollere videantur, nec in uno aliquo loco, aut exiguo aliquo tractu, sed in pluribus hujus maris locis, & in tractibus ad aliquot milliaria exporrectis hujusmodi submarinæ sylvæ comperiuntur. *Kircher. Mund. Subterran. Lib. II. Cap. XIV. Neidschütz P. III. Lib. VI. Cap. IV. ap. Beeman. l. c.*

CYGNUS

An verè funeris sui cantator?

§. 1.

Dulcia defectâ modulatur carmina voce
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Ita

Ita *Martialis Epigr. Lib. XIII.*

Strymonius natat inter aquas, nive purior, ales,
Circumfertque oculos, celsaque colla levat.
Puppis cauda, caput prora est, pes remus, in alis
Vela habet, & tota est non nisi Navis Avis.
Candida si oculos recreat, dum fluctuat undis;
Auribus illecebras machina muta negat.
At cum longa senem jam viribus exuit ætas,
Vincit olor cantum, vel Philomela, tuum.
Cui nivei mores, cui labis nescia mens est,
Finiet huic mœstos hora suprema dies.

* * * *
* *

Hier fliegt und lebt der Schnee/ der in dem Wasser schwimmet/
Schweifft mit den Augen um/ trägt seinen Hals empor.
Ist ein belebtes Schiff/ dran steckt der Schweiff gekrümmet
Des Schiffes hintern Theil/ der Kopff den Vordern/ vor.
Der Fuß thut Ruder-Dienst/ und daß es besser lauff/
So führt das Flügel-Paar sich statt der Segel auf.
Zwar wird des Menschen Aug durch solchen Schnee erqvicket.
Das Ohr nur wartet da vergeblich auf den Schall/
Doch wann er Kräfftelos sich zu den Sterben schicket/
So übertrifft der Schwan das Lied der Nachtigall.
Wer weise Sitten hat/ und rein ist im Gemüth/
Schließt Leben/ Creutz und Tod mit einem Freuden-Lied!

P. Abrah. à S. Clara im Huy und Pfuy *in h. Tit. p. 153.*

§. 2.

Ita & *Autor de Mirandis Naturæ in Sinâ & Europâ C. XLI. p. 1211. seq. Ulysses ab Aldrovando & alii* probare satagunt cygnum morti proximum verè cantare. Sunt qui agnoscant, non canere gutture, sed tamen putent alis svave edere melos, vid. *Vossius de Idol. Lib. III. C. LXXXIIX. p. 1212.* Sed benè jam dudum *Ælianus V. H. L. I. C. XIV. p. m. 14.* Cantandi studiosos esse, jam communi sermone pervulgatum est. Ego verò cygnum nunquam audivi canere, fortasse neq; alius. De cygni cantu svavissimo, quem cum mendaciorum parente Græcia jactare ausus es, ad Luciani tribunal, apud quem aliquid novi dicas, statuo te, inquit *Jul. Cæs. Scaliger. ad Cardanum de Subtil. Ex. 232. p. 728.* Forsitan in alterâ Fluvii Sabbathici ripâ audiri poterit cantus hic, de quo *B. Pfeiffer. Diss. Philol. de Fluv. Ebræorum C. I. th. IV.* Fluvius Sabbathicus est ens Chymæricum, & existimamus cum *Fullero* eum esse dignissimum, qui ex putidissimis RR. profluat lacunis, & cujus

in ripâ unâ quidem ludant vicini pygmæi, à gruum periculo metuq; liberi: in alterâ autem cygni jamjam morituri

Dulcia defectâ modulentur carmina linguâ

& ſvaviſſimos illos cantus fundant à Poëtis tantopere celebratos. Conf. *Mich. Watſon. Union. Sap. S. III. P. II. C. V. §. 3. p. 504. Lanſ. pro Germ. p. 59. Schottus Phyſ. Curioſ. L. IX. C. XXXIV. p. 987. L. Joh. Schmidius Dec. I. Proverbiorum Falſ. verbiorum Prov. VII. Dieteric. Ant. Bibl. p. 496. ſeq. Voët. D. S. P. I. p. 725.*

§. 3.

Virgilius *VII. Æneid.*

—— —— Et cygni longa canoros
Dant per colla modos.

Ubi interpres addit de ſententiâ Plinii, cygnos ideò ſvavius canere, quia colla longa & inflexa habeant: & neceſſe ſit, eluctante voce per longum & flexuoſum varias reddere modulationes. Sed quicquid magnus hic Naturæ Conſultus & myſtes *Plinius*, atque alii etiam de cygnea cantione prædicent: ego (ut verbis *Agellii* me explicem) *mera mortuaria Poëtarum gloſſaria* cenſeo, *& Siculis gerris vanioni.* Quod deliramentum, credo, experientia omnium ſeculorum abundè refutavit. Quis enim vel noſtrâ tempeſtate, eorum etiam, qui à pueris ad extremum usque ſenium magnos greges aluerunt, canere cygnum unquam audivit? Niſi dicamus, olim quidem ceciniſſe, nunc autem deſiiſſe. Credam ego, ſi argumentis viceris, *Natura* illud *dedecus* (ſic aſinum appellat Phædrus) in Arcâ Noæ, non etiam, ut nunc ſolet, ſive *oncaſſe*, ſive rudiiſſe: aut milvum, patrum demum memoriâ *jugere* & γιγγρᾶνες cœpiſſe, *jugitus* anteà rudem. Hic quidem extremus Poëtæ locus,

—— Et cygni longa canoros
Dant per colla modos —— —— ——

nihil opinioni eorum patrocinatur. Nam & grus & anſer hos modos dare poſſunt: Et Comicus, cui laus proprietatis debetur, prohibet mulieres in theatro *CANORA ſua voce tinnire* hoc eſt, ut alibi loquitur, *parcere muliebri ſupellectili*, (die Klapper-Mühle inhalten). Sic ergò eadem operâ poſſis & jurgantis & tinnientis mulieris vocem canoram appellare *Cygneam cantionem.* Quam quidem Socrates aliquis, & patientiam profeſſus, occentari ſibi patiatur: mihi non placet iſta cantio. *Frid. Taubmannus in Virgilii Culicem p. 64.* Sine dubio illud Germanicum: Es ſchwant mir! Cygneæ cantioni ortum debet, *M. Joh. Gabriel.* Drechßler/ *Diſſ. Hiſt. de Strenâ Magorum Chriſto recens nato oblatâ ex Matth. II. 1. & 11. Corell. V.* Cygnus apud Græcos quam maximè palato gratus. *D. Jo. Spencerus de Leg. Ebr. Rit. Lib. I. Cap. V. S. I. p. 76.*

Aulico-

Aulicorum Emblema.

Jonstonius in seinen Hieroglyphicis führet an/ daß einsten zu Zeiten des Käysers Theodosii, unweit seiner Residentz sich ein sehr schöner und wohlgewachsener Schwan auf dem Wasser auffgehalten/ der des Tages über nach der Residentz des Theodosii hingeflogen/ sich dessen Person durch die erwiesene tägliche Fütterung bekandt gemacht/ und der Kirchen- und Tafel-Music/ auf die insonderheit der Käyser viel gewandt/ mit Fleiß zugehöret; Abends aber habe er gegen die Demmerung zu seinen Neste sich gewendet/ und den Hof verlassen/ und diese Gewonheit habe er viel Jahre durch Veranleitung seiner Natur practiciret. Als er nun einsten bey seinem Neste tod liegend gefunden worden/ so habe man wahrgenommen/ wie seine Jungen um ihn beweglich sich gestellet/ und gleichsam als vernünfftige Creaturen durch allerhand Anzeigungen Leide getragen dahero der Kayser bewogen worden/ an selbige Stelle eine Statuam auffzurichten/ und mit diesen Worten sie bezeichnen zu lassen:

Salve Lector,
Cygnus ego, qui in vitâ admiratus,
Ob virtutem adamatus,
Nunc ab his, quos genui,
Huc cum fletu sum portatus,
Vale, abi recordare,
Hora venit, hinc migrare.

Dn. D. Christ. Weidling in der Orator. Schatz-Kammer/ *P. III. p. 421. in Tit. Aulicorum mors.*

CYPRUS.

Vid. Apparat. Bibl. *Tom. I. p. 702. seq.*

CYRUS.

Ibidem *p. 708. seq.*

CZAR.

Moscoviæ Monarcha Titulo *Czar* gaudet, quem interpretes τῷ βασιλεῖ IMPERATOR. Primus qui eo usus est, fuit Johannes Basilides, famosus ille Russiæ Tyrannus præcedenti seculo, cuique pertinaciter adeò inhærent, ut Legati Polonici Literæ & munera, quia Imperatoris & Monarchæ Titulus adscriptus non erat, nec acceptæ, nec resignatæ fuerint. *Thuan. ad A. 1607. L. CXXXVIII. ap. D. Beem. Not. Dign. Illustr. Diss. I. Cap. II. §. 6. p. 20.*

Titulus hic non ab Imperatore Romano, aut Pontifice collatus, sed ab ipsomet Duce assumtus.

§. 1.

De Russiæ regno magna inter auctores contentio fuit: suane auctoritate CZAR *Regale* nomen cum *Ducali*, quod anteà tantum adhibuerant, commutaverint, an verò eandem ab alio confirmatam acceperint dignitatem? Mihi inter omnes *Renati Choppini* (*Lib. II. de Doman. Franc. Tit. I. p. 185.*) optimi scriptorum æstimatoris, sententia probatur, aliorum etiam auctoritate nunc confirmanda. Sic autem ille: *Audacius Moscovita Basileus, Ruthenorum Dux, qui, cum Tartarorum subesset Imperio, primus REGIOS Moschorum fasces sibi arrogavit, AUCTORE NEMINE A. 1525.* Nemine auctore, *inquit*, Regis nomen Russos accepisse. *Czar* enim suâ lingvâ *Regem* signat; inde *Czar David*, *Czar Salomon* in Bibliis eorum: *Cæsaris* autem vocem, utpote nomen proprium, Russica tantum terminatione indunt, ita ut *Kæsar* Augustus apud ipsos non minus in sacri fœderis codice, extet. Qui autem venerit, ut hodienum & ante aliquot annos maximè, cum Petrus Rex, ceu novus Europæ Ulysses, Germaniam, Belgium ac Angliam peragraret, non alio is, quam *Cæsaris*, majestatisque *Cæsareæ* titulis cum à suis, tum à nostratibus fuerit appellatus? Equidem in vernacula hæc distingvi non poterant, ubi non aliud ejus elogium fuerat, quam Ihr. Czarische Majestät. Ast verò, qui ex Moscovitis, quorum mihi aliqui perfamiliares fuerant, latinè loquebantur; illi *Cæsareæ Majestatis* elogio signabant Principem suum. Quorum consvetudinem & alios omnes maximæ dignitatis viros imitatos fuisse, in Belgio observavi: Ita ut neque ego dubitarem, meam quoque orationem verbo huic conformare. Quæsiveram autem è *Possikovio* Moscovita, cujus eruditi hominis familiaritate per semestre tum fueram usus, ecquæ causa sit? quare *Czari* vox, cum *Cæsaris* nomine ita confundatur; cum illa *Regis* tantum; hoc *Romani* elogium *Imperatoris*; Duplicem adesse respondit: *Grammaticam* & *Politicam*. Illa *Czar* & *Cæsar* literis non multum differre: hac se Principem suum Romano Imp. non inferiorem habere; ut adeò utrique eodem elogio digni esse videantur.

§. 2.

Et sanè vestigium habebam magnificentiæ Czari inter suos in Belgio. In mores introduxerant summi Belgarum ordines, ut quosque Legatos capite tecti, sedentes exciperent, audirentque: ast vero infra dignitatem Principis sui hæc ceremonia trium-viris videtur Legationis Moscoviticæ. Tam diu ergò instant, usque dum mutarent hanc consvetudinem Belgæ, erectoque corpore & capite aperto admitterent eos, dimitterentque. Quod verò cum Czari Majestati, qui simulato habitu adstabat, dedissent Belgæ: alii tamen & ipsius Imperatoris lega-

ti hoc idem ceremoniæ genus impetrare nequibant. Reſponderunt enim ordines, ſe præſenti Czaro aliquid remiſiſſe : quod ſint deinceps negaturi, usque dum præſenti Regis faciem in conventu ſuo iterum intuerentur.

§. 3.

Quod cum ita ſit, miror, quâ fronte aliqui ſcribant, magnum Moſcoviæ Ducem rogaſſe, ut *regalis* ſibi titulus ab Imp. Romano, aut Pontifice conferretur. Ita enim *Paulus Jovius Lib. de Legat. Moſcovitar. p. 165.* Scriptor elegans magis, quam verus, traditum reliquit: *Cupiebat Baſileus REGII nominis titulum CONCESSIONE PONTIFICIA promereri, quum id DARE ſacro ſancti Juris eſſe & PONTIFICIÆ MAJESTATIS judicaret : quando & ipſos quoque Cæſares à Pontificibus Maximis diadema aureum & ſceptrum accipere inveterata conſuetudine cognoviſſet. Quanquam & id pluribus à Cæſare Maximiliano I. legationibus poſtulaſſe videbatur.* Tædet alios plures nominare, quos omnes eodem errore *Jovius* mihi videtur occupaſſe. Subleſtæ potius fidei coarguendi ſunt, quotquot Moſchis alienam auctoritatem in regalis dignitatis uſu obtrudunt. Primum enim Anonymus FLORENTINUS (*de Rebus Moſcoviticis C. IIX. edit. Patavina 1680.*) de Vlodomiro, Moſchorum Principe, teſtatur: Eum An. 1065. regalem titulum non adſumiſſe ſolum; ſed etiam honores iterum regios ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis accepiſſe. Qui ergo idem, & alii ſcriptores adſeverare audent? quatuor ſeculis poſt Moſchovitas demum regalem honorem ab aliis collatum voluiſſe.

§. 4.

Deinde eam Czari auctoritatem eſſe, ut credibile non ſit, ipſum titulos ab aliis mercari voluiſſe, his verbis prodit *Sigismundus liber Baro de Herberſtayn Comment. Rer. Moſcovit. p. 20.* optimus ſcientiſſimusque, ſi alius ullus, rerum Moſchoviticarum interpres: *Scribunt quidam Moſcum à Pontifice Rom. & à Cæſare Maximiliano nomen expetiviſſe, & titulum REGIUM. Mihi veriſimile non videtur: præſertim cum nulli homini infenſior ſit, quam ſummo Pontifici, & quem non niſi doctoris titulo dignatur. Cæſarem autem Rom. non majorem ſe exiſtimat: ut ex literis ſuis apparet, in quibus nomen ſuum Imperatoris titulo præponit.* Sed præſtat hujus viri auctoritas decem *Joviis.* Prætereà, ſi, alios eriam Reges efficiendi Moſcovitarum Rex ſibi facultatem ſumſit, qui verum erit? alienam operam eum expetiiſſe ad propriam dignitatem declarandam. Fecit autem prius An. 1572. Johannes Filius Baſilii: Magnum Holſatiæ Ducem in *Regem Livoniæ* ſolennibus verbis declarando. Docet hoc inter alios plures *David Chytræus Lib. XXII. Chron. Sax. ad An. 1570. p. 595.* In feriis Pentecoſtes, Magnus Holſatiæ Dux, Derbato movens ad Moſchorum Imperatorem, in urbem Mosquam profectus eſt, ubi omnibus captivis Germanis Moſchus libertatem, ipſo petente, donavit. Et Magnum

gnum REGEM Livoniæ publicè renunciare jussit, eumque in Livoniam cum exercitu remisit. Plenius quodammodo *Christ.* Relch / *Part. IV.* Liefländischer Geschichte. *p. 291.* Ja es kam endlich dahin / daß der Czar ermeldeten Hertzog Magnum auf folgende Weise König in Liefland erkläret hatte / und mit dem blossen Titul eines Schutz-Herrn über Liefland zu frieden seyn / dem neuen König aber die Besitzung von gantz Liefland einräumen wollte. Und Hertzog Magnus sollte das Königreich Liefland Erblich vor sich und seine Männliche Nachkommen behalten. Wo er aber ohne Erben abginge / sollte ehrnen Nachfolger aus Hollstein oder Dännemarck haben. Idem narrant *Petrus Petrejus Part. II. Chron. Mosc. p. 188. Anonymus Florentinus Lib. I. de Orig. Mosc. Cap. XII. p. 69.* aliique plures.

§. 5.

Videat ergò, quâ fide *Paulus Piasecius Chron. Gest. in Europ. Singul. ad A. 1593. p. 112.* post hæc tempora scribat: *Solicitatus Pontifex Clemens VIII. pro Theodoro Duce Moscoviæ, ut illum regio titulo donaret, constanter recusavit: nisi schismate Græco relicto ad consortium Ecclesiæ Romanæ Dux ille cum suis ditionibus rediret.* Verior mihi *Augustinus L.B. de Meyerberg Itin. in Moscov. p. 93.* videtur: REGIUM titulum Imperatores R. Moscoviæ Principibus in literis etiam publicis dedisse. Qui enim quæso ille de regali honore suo dubitaverit? qui facultatem sibi tribuit, aliis quoque diadema conferre. Aut qui regium titulum potuerit ambire? qui regibus sibi major; Ipsi Cæsari par videtur? Et quis demum Principi nomen disputaret? quod ante quatuor secula majorum imagines referunt. Stat ergò veritas inconcussa: Magnum Moschoviæ Ducatum propriâ, non alienâ auctoritate in REGNI formam dignitatemque mutatum fuisse. *Excell. J. b. Pet. Ludovicus Tmtl. de Auspicio Regum Cap. III. §. 5. p. 183. seq.*

Patriarcham Dom. Palmarum equo ducit, ipse pedes.

Palmarum Festo solennis est processio, in qua Czar Patriarcham equo insidentem, equo ducto pedestris ducit, 400. Imperiales à Patriarchâ pro exhibito honore persolvendos merens. *D. Dan. de Relig. Moscovit. Cap. I. p. 18. C. Fridl. Paullini* Zeit-Kürtz. erbaul. Lust / *T. III. Cap. XI. p. 98.*

Paschatos Festo

Captivos cum aliis visitat acclamans: Christus resurrexit! quibus illi respondent: Vere resurrexit! *Autores citati l. c.*

D.D.D.

D. D. D.

DECALOGUS

Unde?

Vox ſumta eſt de Exod XXXIV, 28. ubi præcepta in duabus tabulis ſignata, dicuntur *οἱ δέκα λόγοι*, ſicut Deut. XVIII, 4. quæ & *τὰ δέκα ῥήματα* Devt. IV, 13. inde eſt compoſita vox Decalogus, *Martin. in h. v.*

Eſt Doctrina Doctrinarum.

Decalogus eſt Doctrina Doctrinarum; Symbolum Apoſtolicum Hiſtoria Hiſtoriarum; Oratio Dominica Oratio Orationum; Sacramenta Ceremoniæ Ceremoniarum, *Lutherus in Colloq. Meſſ. c. 3. p. 31. a.*

In Tabulas quomodò ſcriptus?

Non fuit ſcriptus ſemel à parte anteriori, atque iterum à poſteriori, ut in penſilibus tabulis fit, quod nonnulli occaſione *Vulgatæ* arbitrati ſunt, ſed qvum עבריהם *duas facies* ſignificet, aut anteriores partes tabularum, *clauſas* eas fuiſſe *ad modum tabularum libri*, cenſet *Olearius*, quod non ſolum nomini melius reſpondet, ſed etiam reverentiæ illarum & cuſtodiæ, quoniam tabellæ clauſæ melius ſervabant legem, judice Riveto, *Calov. B. I. ad Exod. c 32. 16. p. 455.*

Digito DEI.

Hunc quidam intelligunt de Sp. S. cui hoc approprietur opus; Quidam de immediato actu virtutis divinæ omnibus perſonis communi: ut ſenſus ſit, non artificio humano, ſed divinâ virtute fuiſſe perſcriptas operatione extraordinariâ, cum digitis operari & ſculpere ſoleamus. Atque ita phraſis: Digitus DEI, alibi etiam occurit, Exod. 7. 12. Suntque ex literatoribus ſacris, qui hîc Enallagen Numeri agnoſcunt, & qd. dicitur, dediſſe DEUM Moſi tabulas ſcriptas digito DEI, volunt eſſe idem, ac digitis DEI, cum non uno digito ſcribamus, & digiti alias ſumantur ſæpè pro totâ manu Pſ. VIII, 4. Pſ. CXLIV, 1. *D. Joh. Adam. Oſiander in Typo Legis Mosaïcæ th. 159. p. 181.* Non fuêre autem ſcriptæ ſtylo quodam ferreo, ut *R. Men. ben Iſrael Conciliat. in Exod. q. 49. f. 167. 168.* habet; Sed ſcriptionem hanc per omnipotens *Fiat* potius, quam manum materialem factam, fides eſt, *D. Phil. Müllerus de Nomine in Cœlis ſcripto c. 1. S. 3 §. 5. p. 42.* Rupices paginas *Salvianus* eleganter vocat lapideas haſce tabulas, quibus digito DEI erant inſcripta decem verba legis. Et nota, rupices adjectivè & rarenter, poſitum nomen pro ſaxeis: cum aliàs rupices ſubſtanti-

vè ſoleant dici homines ſtupidi & bardi, *Conrad. Rittersbuſius Comment. ad lib. 1. Salviani p. 46.*

Rythmicè deſcriptus.

Me ſolum venerare DEUM, non nomen in uſum
Verte meum in vetitum, non ſacra luce labora,
Majores venerare tuos, venerare parentes;
Non hominem quendam licita ſine lege trucida;
Non mœchus, non ſis fur, & non teſtis iniqvus,
Non te delectent vicini jugera & ædes,
Non uxor, famulus, famula aut, non taurus aſellus,
Neve aliud quidquam quod habet vicinus in arca,
Si vis eſſe meis cum civibus incola cœli.

Salomo Kuſelius in Horis Succiſivis p. 135.

Pro concione tractatus apud Lutheranos.

Liebſter GOtt! es erhebt ſich viel neues Dinges / man prediget itzt die 10. Gebot auf der Cantzel bey den Lutheriſchen / ſagte ein vornehmer Biſchoff *ap. Zeiler. in Miſcell. p. 354.*

In vulgus non propalandus.

Marcus Zuerius Boxhornius *in rerum Moſcovitarum Miſcellâ Farragine p. 42.* de Moſcovitis ſcribis, quod Orationem Dominicam decimus quisque haud noverit. At Symbolum Apoſtolicum, & Decalogum Moſis nemo, aut admodum pauci. Ajunt enim rem tam arcanam & ſacram in vulgus propalari non oportere, *D. Joh. Erneſt. Gerhard. Diſſ. Th. de Religione, Ritibusque Eccleſiaſticis Moſcovitarum c. 1. & 8.* Dicunt inſuper Decalogum ſanguine Chriſti antiquatum eſſe, & Dominorum & Sacerdotum, qui nullis laboribus occupantur, opus eſſe, *D. Danhauer. de Relig. Moſcovit. c. 1. p. 21.*

Papiſtarum qualis?

Jacobus Cruſius Lanſpergenſium novitiorum Rector An. 1584. 14. Febr. in explicatione regularum ſuos h. m. docuit: Noſter, inquit, Decalogus eſt regula votorum ab Ignatio Lojolâ tradita, *Gab. Voëtius Diſſ. Sel. P. 4. p. 187.*

DECALOGI
Diviſio.

Vid. Tit. Concupiſcentia qualis in IX. & X. Præcepto prohibetur?

DE-

DECIMA

Cur ita vocata?

Decima est Decima pars omnium fructuum & proventuum, quæ quotannis DEO, aut utique illius etiam Ecclesiæ ministris solvitur. Satè in quibusdam locis solvitur sexta, in aliis duodena, in aliis Decima sexta; semper tamen dicitur Decima, vel quod illæ partes in locum decimæ successerint, vel quod ad eam primò taxatum sit sacrum illud tributum, eaque frequentius observetur. Fortè etiam præscripta ea pars, quod denarius numerus DEO valdè sit amicus & familiaris, ait *Philo judæus in Lib. de congressu Erudit quær. caus.* cum unitatem demonstret, per quam repræsentatur DEUS, ait Origenes ap. *Franciscum de Roye Juru Canonici Instit. Lib. II. Tit. XII. p. 193. 194.*

DECIMÆ

Sunt sepes divitiis.

R. Akiba dicit: Masora est sepimentum legis; Decimæ sunt sepimentum divitiarum; Vota sepimentum separationis; Silentium sepes Sapientiæ, in פרקי אבות c. 3. §. 13. *Joh. Fischnuth Diss. de Sepimento Ebræorum c. 1. §. 3. Beyerl. To. V. H. T. 2. l. 4. p. 23.*

Ditant.

§. 1.

RR. proverbium tritissimum est: העשר בשביל שתעשר decimato propterea, ut diteſcas, *Joh. Heinr. Reizius in Gooawin L. VI. C. III. p. 450. Andr. Acoluthus Philologem. de Aquis Amaris Cap. I. p. 28.* Wer wohl und auffrichtig den Zehenden bey den Jüden vormals gegeben hat/ der hat/ wann wir ihre Historische Erzehlungen ansehen/ seinen Reichthum nicht allein bewahret/ sondern auch vermehret: Hingegen ist offtmals zum armen Manne worden/ welcher aus Geitz den Zehenden nicht richtig erleget/ sondern zurück behalten hat. Also erzehlet Sepher Hammusar C. I. wie auch Berachot C. I. und aus diesen das Maase-Buch Hist. 100. von einem Manne/ welcher/ weil er den Zehenden fleissig und treulich gab/ zu grossen Reichthum gelangete; Er hatte einen Acker/ welcher ihm jährlich 1000. Achtel Korn trug/ wovon er auch allezeit 100. Achtel richtig zum Priester brachte/ und also reichlich gesegnet bliebe; Als er aber sehr kranck/ und dem Tode nahe war/ forderte er seinen Sohn für/ und band ihm hart ein/ er sollte/ wo er anders den Segen GOttes begehrete/ richtig verzehenden/ wie er gethan hätte; der Sohn verspricht solches und nach des Vaters Tode giebt er zwar das erste Jahr richtig 100. Achtel/ davor er auch seine 1000. Achtel bekommen/ das andere Jahr aber

bricht er 10. Achtel ab / worauff der Acker noch 100. Achtel weniger trägt / biß endlich dieser hierüber in Armuth und deßwegen in schwere Traurigkeit gerieth; da es seine Freunde höreten / kamen sie in schönen Kleidern zu ihm / und als er ihnen verweißlich vorhielte / daß sie / ihn in seinem Elende zu trösten / so prächtig einher treten / sagten sie: du bist selber Schuld an deinem Verderben / zuvor war GOtt der Priester / und du warest der Haus-Herr / da er nur den Zehenden von deinen Früchten nahm / nun du aber unrichtig giebest / wirst du der Priester / und GOtt der Haus-Herr / must also mit dem Zehenden verlieb nehmen / *G. H. Lebman. in* פרקי אבות *p. 185. 186.*

§. 2.

Die alten Ebræer, wie auch Raschi und Haskuni halten dafür / daß GOtt den Isaac deßhalben so reichlich gesegnet / weil er die Zehenden so gar treulich gelieffert habe; Aber diese Gedancken haben wohl keinen Grund / denn Isaac war selbst ein Priester / wie aus Num. 25. erhellet / da Isaac einen Altar gebauet / und den Namen des HErrn geprediget; ausser dem aber / war auch sonsten niemand im Lande / dem er hätte die Zehenden geben können / Vid. *B. Pfeiffer. Nuptialia p. 265.* Mal. III, 10. dicitur: Adferte omnem decimam in horreum & domum meam & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem, בְּלִי־דָי h. e. ut in *Michlal Jophi* explicatur: ut non sufficiant vobis horrea & vasa ad excipiendum proventum, *In libro Jalkut f. 279. col. 3.* legitur Parabola de Patre familias, qui mutuum dedit omnibus civitatis suæ incolis optimum triticum, quod ejusdem bonitatis tempore trituræ restitueretur. Unus verò, qui oppidò avarus erat, restituit, postquam pulverem & stipulam immiseuisset. Cum Pater familias animadvertisset, triticum esse vitiatum, filio domus suæ dixit: Hoc triticum pone seorsium, & cum reliquo noli commiscere, ut, qvum ille redierit, triticum mutuum petiturus, ex illo ipsi dare qveam. Sic Moses ad Israëlem ait: Si separaveris decimam ex avaritiâ pulverulentam, Devt. XXVIII, 24. pluviam reddet terræ pulverem, si verò, ceu par est, decimam dederis, aperiet DEUS thesaurum suum bonum, *Joh. Frischmuth Diss. de Decimis Cap. VII, §. ult.* Persæ de victimis Diis nihil dant, quia putant ipsos animabus victimarum contentos fore, *Al. Rossæus Tot. Orb. Relig. S. I. p. 86.*

Gravatè dantur.

Verum enim verò adeò gravatè Decimæ à multis dantur, ut non nisi coacti id faciant, argumentantes magis egere, qui eas dant, quam qui recipiunt, *Polyd. Vergilius de Rer. Inventoribus Lib. VI. Cap. XIV. p. 566.* Sed qui dona Sacerdoti debita detinet, ad pauperiem redigitur, inqviunt RR. ap. *Acolut. l. c.*

l. c. p. 33. Si DEO decimam non dederis, tu ad decimam revocaberis, Auguſt. ap. *Botſac. Mor. Ged. p. 278. Guil. Stuckium Antiq. Convivial. Lib. I. Cap. XIX. p. 49. b.* Decimæ autem, ſicut & cura pauperum, aut eleemoſynarum largitio, pauperes non faciunt, quemadmodum avari judicant, *Wilh. Zepperus Explanat. Leg. Moſaic. Lib. IV. Cap. XXVI. p. 628.* Conf. *Hottinger. Hiſt. Orient. Lib. II. Cap. VII. §. 18. p. 587. Danh. Theol. Conſ. T. I. P. II. S. 2. D. 3. A. 7. q. 27. p. 1037. ſeq. D. J. A. Oſiand. Th. Caſ. P. V. Cap. II. p. 568. ſeq. Joſ. Arndium Lex. Antiq. Eccleſ. p. 222. Joſ. de Voiſin obſ. in proœm. Pug. Fid. Raymundi Martini p. 33. Peraldus Summ. Virt. & Vit. T. II. p. 248. ſeq.* Tres ſunt inqviunt RR. ſuper quibus DEus publicè clamat quotidiè (i. e. quos laudat, & præconio dignatur); Super cœlibe, qui habitat in urbe, & non peccat; Super paupere rem amiſſam inventam Domino ſuo reſtituente; Et ſuper divite fructus ſuos verecundè decimante. *B. D. Nagel LL. CC. Hebr. Talm. in Rabb. in v. Laus.*

Non ſunt puræ Eleemoſynæ.

§. 1.

Joh. Wiclefus, Prof. olim Academiæ Oxon. inter alios articulos Papatui oppoſitos, art. 189. ſtatuit, *decimas eſſe puras eleemoſynas*, quâ de cauſa in concilio Conſtant. condemnatus & combuſtus fuit, referente *Bellarmino Lib. I. de Cleric. Petr. Rebuffo, de Decim. Q. XIII. p. 134.* quam & pertinaciter propugnarunt Fratres VValdenſes, & Anabaptiſtæ in Colloq. Embd. ap. *Schlüſſelburg.* in confut errorum de vitandis concionibus, & Sacramentis Evangelicorum *Lib. XII. p. 487.* negantes licere Miniſtris verbi divini levare præmium laborum.

§. 2.

Paſmarium iſtorum argumentum, quod in contrarium afferunt, deſumitur ex Matth. X, 8. 9. ubi CHRISTUS ad diſcipulos abeuntes in Judæam: *Gratis accepiſtis, inquit, gratis date: Non poſſideatis aurum, neque argentum, neq; æs in crumenis, neq; peram ad iter &c.* Quem verſum, ſi modo cum ſequenti 10. & Luc. X, 7. conferrent, ultro ipſis pateret, expoſitionem ſuam, quod verbi Præconibus non debeatur laborum præmium, locum habere non poſſe, niſi CHRISTUM ſibi ipſi contrarium fuiſſe concedere vellent.

§. 3.

Nobis enim manifeſtum eſt, loqui ibidem Salvatorem pro materia ſubſtratâ, de Sanationibus ſcilicet miraculoſis & ſpiritualibus beneficiis: unde nos rectius ex h. l. abominamur indulgentiarum nundinas, & Simoniam apud Pontificios, minimè interim negari ibidem ſtipendium Miniſtrorum, quin potius ibidem à CHRISTO approbari aſſerentes.

§. 4.

Quod additur de non possidendo auro, neque argento, speciale atque temporale hoc mandatum fuit, concernens solam hanc Apostolorum peregrinationem, eo fine datum, ut curam victus totam in DEUM rejicerent, & sine morâ exequerentur, quod jussi erant. Extra hunc casum & aurum, & argentum portare licuisse vel ex Judæ officio γλωσσοκομοφόρου patet, vid. *Brochmand. T. II. Syst. Art. de Minist. Eccles. C. II. Q. XIV. Dedeken. Vol. I. Consil. P. III. S. II. N 8. 9. p. m. 841. 843. Altham. Concil. Loc. Pugn. p. 112. Tungerl. P. E. P. III. p. 616. Dieteric. An. Ev. P. II. p. 368.*

§. 5.

Decimas non puras esse eleemosynas, seu dona gratuita & indebita, sed jure suo & petere, & accipere eadem Ministris Ecclesiæ licere, confirmat

I.

Jus naturæ, è cujus principiis ipse Salvator *à genere ad speciem* concludit h. m. Omnis operarius dignus est & cibo, Luc. X, 7. & mercede Matth. X, 10. Ministri verbi sunt operarii, Matth. IX, 38. E. Et discipulus Paulus, 1. Cor. IX. α) *à simili* v. 7. Nemo militum militat citra stipendium: nemo vinitorum excolit vineam citra fructus ex ea participationem; nemo pascit gregem, nisi comedat de lacte ejus. β) *à minori ad majus* v. 9. Bovi trituranti os non obturandum, Deut. XXV, 4. Ergò minus deneganda est merces Ministro laboranti. γ) *ab æquo & justo*; Qui spiritualia seminant, eosdem carnalia metere, jus fasq; est v. 11. Rom. XV, 27.

II.

Jus divinum, quo pertinent tam divina testimonia, quam exempla. Testimonia ex V. T. sunt, Num. XVIII, 31. Deut. XVIII, 1. ex N. T. pro nobis militant, Matth. X, 10. Luc. X, 7. 1. Cor. IX, 7. 14. Gal. VI, 6 1. Tim. V, 18. Exempla (i audire libeat in V. T. Sacerdotes & Levitas ex reditibus, & proventibus à DEO imperatis vixisse constat. In N. T. habemus ipsum CHRISTUM Salvatorem exemplo suo præeuntem, τὰ ὑπάρχοντα à mulieribus accepit, Luc. VIII, 3. & exemplum Magistri imitantes discipulos, qui omnes unà cum uxoribus & familiis Ecclesiæ sumtibus sustentati fuerunt, docente Paulo, 1 Cor. IX, 4. ubi nec ipse Paulus excludendus videtur, qui quamvis Corinthiis, Ephesiis, Thessalonicensibusque nullâ re molestus fuerit, sed nocte ac die laboraverit, ne quenquam gravaret, Act. XX, 33. 34. 1. Cor. IV, 12. 1. Thess. II, 9. 2. Thess. III, 8. attamen ab aliis eum etiam accepisse stipendium, clarè liquet, 2. Cor. XI, 8. Phil. IV, 10. 14. seq. *B. D. Joh. Andr. Quensted. Diss. Histor. Theol. de Primitiis & Decimis Ebræorum, nec non Christianorum Cap. III. §. 6. seq. & in Antiquit. Bibl. P. Cap. III. n. IV. p. 249. seq. D. J. A. Osiand. Th. Cas. P. V. Cap. II. p. 559. seq. Joh. Arndius, Lex. Antiq. Eccles. p. 222. seq. Feriæ Cereales Surræ de rotis*

spuis,

ſpicis, pane ſacro, leguminibusque ac decimis meſſoriis Cap. IV. p. 18. ſeq. D. Chriſtoph. Sonntagii. Petrus Müllerus, de Nummo Confeſſionario S. I. §. 1. p. 2. ſeq. Caſalius de Vet. Sacr. Chriſt. Rit. P. III. Cap. LXXI. p. 365. ſeq.

In N. T. quando ortæ?

Reſp. Perſecutionis æſtu, morte Diocletiani, defervescente, Conſtantinum M. primum ordinaſſe, ut de rebus omnibus decimæ Eccleſiis ſolverentur, autores probant; quas deinceps in Germaniâ quoque inſtituit Carolus M. ut *Crantzius in Metropoli ſuâ Lib. I. Cap. VIII.* annotat. *Quenſted. Diſſ. Cit. §. 3.* Conf. *Acta Erudit. Lipſ. A. 1685. m. Nov. p. 512. Innocent. Gentilettus Exam. Concil. Trid. Lib. IV. Seſſ. XXI. §. 6. p. 168.*

DECIMATIO.

Pecudum peculiari ritu apud Judæos facta.

§. 1.

Decimabantur in V. T. & *pecudes* & *proventus*. Talis nimirum determinata quota domino dabatur. Nec enim audiendus eſt *Vſtella*, qui in Exod. XXII. per decimas alicubi intelligendas decumanas modò & præſtantiſſimas partes cenſet. Pecudes decimandæ erant, *Bos, Ovis, Capra*. Nam quod *Abulenſis* dixit etiam equos, aſinos, camelosve decimatos, id omni caret fundamento. Nos jam modum decinandi pecudes præcipuè è ſententia Rabbinorum, quæ fundatur in Levit. XXVII, 32. exponemus.

§. 2.

Is ita habebat. Colligebat pecuarius omnes agnos vel vitulos ſuos in unum ſtabulum, cujus oſtium parvum erat, ita ut duo ſimul exire non poſſent: matres verò eorum extra caulam conſtituebat, ut cum agni vel vituli eas balantes vel mugientes audirent, ordine, alter poſt alterum, egrederentur. Tum incipiebat pecus ſuum numerare 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & quod decimo loco exiret, ſive macrum eſſet, ſive pingue, ſive maſculum, ſive fœmineum, percutiebat virga quadam minio tincta & dicebat: Hoc erit pro decima. Probant hoc ex verbis: Omne quod יעבר תחת השבט *tranſibit ſub virga*. LXX. πᾶν ὃ ἂν διέλθῃ ἐν τῷ ἀριθμῷ ὑπὸ τὴν ῥάβδον &c.

§. 3.

Alluditur ad hunc morem à Talmudiſtis in *Roſh haſchana C. 1. f. 18. 1.* in Miſchna: In novo anno omnes homines tranſeunt ante eum כבני מרון ſicut agni. *Gemara:* Quid eſt כבני מרון? ſignificat Chaldaicè כבני אמרנא ſicut agnelli. *Riſh Lakiſch* dixit, ſicut gradus ovilis. *Gioſſa:* Cujus via eſt anguſta, ne duo ſimul poſſint ire unus juxta alium. Dilucidius rem exponit

Raſchi

Raschi ad Levit. XXVII. Cum ventum esset ad decimandum, educebant per ostium unum post aliud, & decimum percutiebat (Pastor) virga minio tincta, ut posset agnoscere, quid decimasset, sic agebat cum agnis & vitulis annuatim, *B.D. Pfeiffer, Antiquit. Sacr. Dec. I. posit. VIII. §. 21.*

DECRETA

Regum Poloniæ ultra tres dies apud Nobiles Polonos non durant.

Secundum effatum Nicolai Belli Polit. Diss. de Statu Imperii T. I. Discurs. XXII. ap. *Weber. in Discurs. Curios. p. 812. Zeiler. Miscell. p. 548. Lans. contr. Polon. p. 701.* Hinc summum illud jus, & autoritas monarchiæ *umbratilis* est, ut loquitur Christiana Uladislai I. Regis uxor ap. *Cromerum Lib. VI.* Conf. *Francisci* in der lüstigen Schaubühne *P. I. p. 458. D. J. C. Beeman. de Abdicat. Regni §. 18.* Reges svadendi magis auctoritate, quam jubendi potestate, quod de priscis Germanorum Regibus Tacitus dixit, planè ut Ambiorix Eburonum Rex ap. *Cesar. Lib. V.* fateri cogatur: Sua esse ejusmodi Imperia, ut non minus haberet in se juris multitudo, quam ipse in multitudinem, *Paulus Hschenbergius de German. Med. Diss. I. §. 1. p. 2. §. & 17. p. 14.* Benè Palingenius: Namque bonum parvo quod tempore durat, est propè nil. Modicum enim & nihil aliquando æquiparantur, sub minus enim nihil continetur *l. minus de V. S. L. VII. §. 2. de trib. act.* Et quod parum est, q. nihil est, *Salvian. Lib. II. contr. Avarit. p. 67.* Sic *minimus* in cœlo i. e. *nullus*, Matt. V, 19. *Minimus* enim & *minus* haud rarò pro *non* usurpantur, *Lutherus T. II. jen. p. 488. D. Sarcerius in Matt. l. c. p. 97. Scherz. Syst. Def. L. IX. p. 263.* Magnum & parvum, magis & minus, multa & pauca ex usu Scripturæ in oppositione sumuntur pro toto & nullo, *Hackspan. in Luc. Cap. VII, 47. p. 306.*

DECREPITUS.

Decrepitus est desperatus, creperâ jam vitâ; seu decrepitus dictus, quia propter senectutem, nec movere se, nec ullum facere potest crepitum. *Fest.* ibi *Scaliger.* Decrepitus à lucernâ vel candela, quæ ultimum exspirans crepitum edere solet. Hoc enim est decrepare. Malim decrepitus à rebus, quæ ob vetustatem crepant, tanquam fragiles, *Martin. in h. v.* Conf. *Vossius, de Idolol. Lit. III. Cap. XX. p. 819. Kirchman. de Fun. Rom. Lib. I. Cap. XII. p. 65.*

DEDICATIONES

Templorum in V. T.

Prima Encæniorum apud Judæos origo ad ipsum Mosem jure referenda venit,

venit, quippè qui *τὴν σκηνὴν τ μαρτυρίε*, die Stiffts-Kirche im Volck Israel (Tabernaculum enim expresè 1. Sam. III, 3. 2. Sam. XXII, 7. Templum salutatur) peculiari DEI instinctu, unà cum mensa, altari, æneis vasis, & omnibus utensilibus dedicasse perhibetur, Exod. XL, 9. seq. Tabernaculum hoc post annos 478. (juxta *Polyd. Vergil. l. 3. c. 9. de R. J.*) abrogatum, & in locum ejus Templum Hierosolymitanum à Salomone dedicatum, 1. Reg. IIX, 63. 2. Par. VI, 7. Hoc destructo secundum per Zorobabelem solenniter dedicatum, Esdr. VI, 16. 17. *M. Immanuel VVeber, de Enceniis Templorum C. II. §. 1. 2. 3.* Et à Maccabæis post restaurationem iterum consecratum 1. Maccab. IV, 16. Et Redemtor noster, ut ostenderet, quam sibi esset grata hæc solennitas, voluit ipsemet divino suo aspectu illam honorare, Joh. X, 22. *Job. Baptista Casalius, de Vet. Sacr. Christ. Rit. P. III. C. XXXIII. p. 173. Lightfoot in Ministerio Templ. Hieros. c. XVI. S. 5. p. 751.*

In N. T.

Dedicandi Templa consuetudinem ex instituto Felicis, qui A. C. 272. Romanus fuisse Episcopus creditur, cœpisse fama est. Sed annua Encænia ante Constantinum M. vix reperias. Is enim primus ad exemplum Salomonis, Templum Hierosolymitanum, Martyrium illud magnum concionubus, precibus pro salute Ecclesiæ & pro pace Reipubl. conceptis, atque cum ingenti jubilo circa A. C. 335. dedicavit, tempus quoque annuum constituit, quo memoria hujus beneficii innovaretur, DEOque pro concessa Ecclesiis pace; agerentur gratiæ, teste *Nicephoro l. 8. Hist. Eccles. c. 50.* Secuta sunt Encænia Templi Antiocheni, quod *Dominicum Aureum* vocabat A. C. 394. encænia Templi Ruffiani fuerunt, quod *Apostoleum* nominarunt. Atque ita paulatim cujusvis Templi Natales vel Encænia in Ecclesiis & Parochiis anniversariâ solennitate agi cœperunt. Denique sicut Salomo post peracta encænia Proceres & collectam multitudinem lauto epulo excepit, 1. Reg. 7. Ita & Veteres, ubi sacrificia labiorum, laudum, precum DEO immolassent, hilariter vixere, & solenni epulo diem eum Festum honorarunt, *Josua Arndius, Lex. Antiq. Eccles. p. 418. 419. 420.* Felix Papa autor fuit, ut cuncti eo die vicatim feriarentur, quo aliquod Templum dedicaretur, *Polyd. Vergil. l. c. l. VI. c. VIII. p. 527.* De priscis Ecclesiæ fidelibus *Eusebius l. IX. c. X.* ita: Festivitates à nostris frequentissimè gerebantur cum omni lætitia & exultatione, per urbes & loca singula Ecclesiarum dedicationibus decantatis. Et in hujusmodi consecrationibus fuisse magnum Episcoporum concursum, subdit idem Auctor. Et idem ille testatur *in vitâ M. Constantini* in consecration Templi per ipsum Hierosolymæ extructi in Calvario monte; Ac etiam de hâc solennitate *Nazianz. Orat. Domin.* inquit: Encæniis honorandis lex vetus est, eaque præclarè instituta, ap. *Casal. l. c. D. Joach. Hildebrand. Sacr. Antiq. de Precibus Vet. Christ. c. XIX. p. 28.*

Hodiernæ.

Nec veteres modo recoluntur, verum & noviter erectis Basilicis solennes instituuntur hodienum Dedicationes, uti egregium ejusmodi specimen dedit Elector Saxonicus; Arci quippe Mauritioburgensi, haud ita procul à principi sede Dresda distante, An. 1661. erigere cœpit opus XI. annorum, ut inscriptio testatur:

IN. HONOREM. NOMINIS. DOMINI. TUM. SUÆ. POSTERORUMque. PIETATI. EXERCITANDÆ. E. FUNDAMENTO. IN. HANC. FORMAM. EXTRUI. CURAVIT. AN. SAL. M. DC. LXXII.

quam solenniter ipso Johannis Festo in suâ præsentiâ dedicari jussit. Ut nihil in præsens dicam de Templo Hanoviensi, cujus laudes deprædicat, D. Joh. Meisnerus in Jubilæo sesquisecul. p. 46. 47. *M. Salomo Stepner de Sacris Christianorum Publicis c. II. §. 106. p. 277. 278.*

Romanorum.

Romani in pagis aras extruebant, & dicabant, quas Tullius quotannis sacrificiis communibus, eò omnibus convenientibus honorari jussit, & Festum quoddam, idque maximè honoratum instituit, quod vocatur *Paganalia. Dionys. Halicarnass. Antiq. Rom. l. IV. c. II. p. 330.* Consecratio autem Sacrorum vel à Consule, aut Imperatore accenso foculo fit, cum tibicine, verbis priscis & solemnibus, præeunte verò Pontifice Max. præfante carmen, capite velato, & concione advocatâ, ac jussu populi. Injussu enim populi, juxta divinas traditiones, consecrari ædem, terram, agrum autem sanciri nihil poterat. Si Templi ambitus & area consecranda forent, eam consecrationem fieri accepimus, ut serenâ luce omnem aream & spatium vittis coronisque evincirent, *Alex. ab Alex. Gen. Dier. l. VI. c. XIV. p. 351. a. & p. 354. b.* Patavii in Italiâ legitur formula Dedicationis Aræ antiqua propè pontem D. Benedicti: Jupiter Optime Maxime, hanc tibi Aram dico, dedicoque, uti sis volens propitius mihi, Collegisque meis, Decurionibus, coloris, incolis, conjugibus, liberisque nostris. *Nathan. Chytræus in Deut. Itiner. p. 153. Joh. Lomeierus Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. c. XXIIX. p. 262.* Sic & in Vetere lapide Romæ hodieque legitur: In Capitolii restauratione Prætorem (Tacitus refert Pontificem) precatum Jovem, Junonem, præsidesque Imperii Deos, ut cœpta prosperarent, sedesque suas pietate hominum inchoatas divinâ ope attollerent, *Philip Caroli Antiq. Rom. l. I. c. V. p. 12.* Sicuti & in genere, cum magna ædificia molirentur, Deos imploravere. De Romulo urbem condente *Ovidius, Fast. L. IV.*

Ver

Vox fuit hæc Regis, condenti Jupiter urbem,
Et genitor Mavors, Veſtaque mater ades.
Quosque pium eſt adhibere Deos advertite cuncti:
Auſpicibus vobis hoc mihi ſurgat opus.
Longa ſit huic ætas, dominæque potentia terræ:
Sitque ſub hâc oriens, occiduusque dies.

Et Nero Imp. in auſpicando opere Iſthmi, ut ſibi ac populo Romano benè res verteret, precatus eſt, *Sueton. Ner. Cap. XXXVII. Tob. Pfannerus, Syſt. Theol. Gentil. Pur. Cap. XVI. §. 13. p. 369.*

§. 2.

Templorum inprimis neglectum magnis cladibus Dii vindicarunt, *Horatius Lib. III. Od. VI.*

Delicta majorum immeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
Ædesque labantes Deorum, &
Fœda nigro ſimulachra fumo.

Ideoque de iis reſtituendis & expiandis magna cura. Cum Romæ ingens eſſet // peſtilentia, ex libris Sibyllinis reſponſum eſt, eam eſſe ejus cauſam, quod plurimas ædes ſacras privati tenerent, quæ ad ſedandam luem tum diligenter repetitæ fuerunt, ac reparatæ, *Auguſt. de C. D. Lib. III. Cap. XVII.* Ejectis ex urbe Gallis SCtum factum eſt, ut fana omnia, quod ea hoſtes poſſediſſent, terminarentur, expiarenturque, expiatio eorum in libris per duum viros quæreretur, *Liv. Lib. V. Cap. L.* inſignis reſtitutio templi Jovis Capitolini ſub Veſpaſiano facta eſt ap. *Tacit. Lib. V. Hiſt. Cap. LIII. Joh. Lomeierus Synt. de Luſtrat. Vet. Gentil. Cap. XXVIII. p. 259. 260.*

Papiſtarum.

Secundum hos in Dedicatione Templi quinque requiruntur: *Mens, Vox, Lex, Manus, Simulacrum.* *Mens* pura integraque dedicantis, grata Diis. *Vox* ad ſolennia verba ſpectabat, ad religionem compoſita. *Lex*, ut ex Curiatâ lege fieret, quâ populus aliquem dedicationi præficiebat. *Manus* Pontificis poſtem tenentis. *Simulacrum* erat quid neceſſarium, ſemper enim cum Templo dicatum Simulacrum Numinis, cum illud dicabatur, poſitum in medio templi, *Jo. Laurentius, Polymath. l. III. Synopſ. 2. p. 194.* Quinque in dedicatione obſervanda: Aſperſio, Inſcriptio, Illuminatio, Inunctio & Benedictio. *Engelgrav. Cæl. Empyr. P. II. p. 276. Caſalius, de Veter. Sacr. Chriſt. Rit. P. III. C. XXXIII. p. 170. ſeq.* Neapoli in monaſterio montis Oliveti legitur: Tibi Cœli Regina Galeacius Caracciolus, cui bona multa contuliſti, à quo item mala

abruncasti plurima, sacellum marmoreum, cum signis & omni cultu gratus libensque dedico, & tanquam decumam solvo. Anno post editam à te salutem M. D. XVI. VIII. Id. Jan. *Chytraeus l. c. p. 50.* De Templorum Dedicatione verâ, & Pontificiorum falsâ vid. *D. Botsac. Mor. Ged. in v. Templum p. 1040.*. Facta vel fienda verbis & precibus, sine oleo & signaculo crucis, *D. Frid. Ulric. Calixtus, de Jubilæis Rom. Pontif. §. 601. p. 279.*

DEDITIONUM

Symbola, Judith II, 6.

Cum Nebucadnezar vicinas gentes bello sibi subdere satageret, per Holofernem jussit: *ut hæ gentes terram & aquam sibi præpararent.* B. Lutherus apositè reddidit: Du sollt alle Reiche mir unterthänig machen. Ubi notetur, in Oriente morem fuisse, ut magni Reges à gentibus in potestatem suam redactis, *aquam & terram* tanquam Symbola deditionis exigerent, quibus & maris & terræ dominium indicabatur, quod ex Herodoto *Drusius* ostendit *Lib. XII. Obs. XX.* Et multis exemplis probat *Seld. Lib. I. maris clausi Cap. XII.* Est & obvius loquendi modus ab aqua & igne desumtus, quorum olim in sanciendis fœderibus fuit usus. Hinc *aqua & igne interdicere*, est omni aliquem consortio excludere. De cætero in Scripturis dicitur *terra coram aliquo esse*, cujus arbitrio est subjecta. Sic Abraham ad Loth: *Ecce omnis terra coram* te est, recede ad dextram, vel ad sinistram, vel licet tibi cum omni tua familia commorari, ubicunque terrarum volueris, Gen. XIII, 9. De Ecclesia prædicitur, quod Principes pulverem pedum ejus lingere, vel venerabundi coram illa procidere, ejus majestatem adorare debeant, *D. Joach. Hildebrand. Antiquit. ex Univers. Script. Select. Lib. I. S. III. p. 107.*

DEFENSIO

In omni jure licita.

Et quidem *divino*, Exod. XXII, 2. 3. *Naturali*, l. 1. §. cum arietes, ff. si qua dr. pauper. fec. *jure gentium*, l. III. ff. de I. & I. *Civili*, l. XLV. §. penult. ff. ad L Aquil. l. I. C. unde vi. *Canonico*, c. II. III. XVIII. Extr. de Homicidio, *Scharffius de Fœderibus §. 16.* Adversus vim injustam se defendere licet, quia defensio est juris Naturæ non modò *concessivi*, ut autumat *Grotius, de. J. B. & P. l. VII. c. I. §. 8.* verum etiam *præceptivi*, ut statuunt DD. *Dn. Nic. Christoph. Lyncker in de eo, quod circa Sacram Cœnam justum est c. VII. §. 10. p. 105. 106.* Conf. *D. Mart. Chemnit. Loc. Theol. P. II. p. 140. seq. D. Balduin. C. C. l. IV. c. I. Cas. 13. p. 857. seq. &c.* & Tit. Moderamen inculpatæ tutelæ.

DEFI-

DEFINITIO.

Si quid ad ſcientiam ſcalas apparat, ipſa definitio eſt. Hinc Socrates Apollinis judicio ſapientiſſimus pronunciatus apud Platonem, eum qui ſingula convenienter & prudenter definire poſſit, ſe tanquam DEI veſtigia ſecuturum pronunciat, *Plato in Phædro.* Scaliger ſine exemplo Philoſophus maximus *Exercit. CCCI. p. 899.* eam elegantiſſimâ ſimilitudine, anchorarum omnium firmiſſimam nuncupare non eſt veritus; Rectè! Sicut anchora in procelloſis maris ebullientis fluctibus hinc inde jactatam ſiſtit naviculam: Sic definitio in tanta rerum confuſione errantem vagantemque ſiſtit animum, ut cui adhæreat, demum inveniat, *Goclen. P. I. Probl. Logic. 4. D. Val. Arithmæus, Feudal. Velit. Diſſ. III. §. 2. l. 4.*

DEFORMES

Etiam quandoque appetitæ.

Tanta enim vis eſt amoris, ut quæ uni formoſa, alteri deformis videatur, & contra. Usque adeo verum eſt, quod *Virgil. in Bucolicis* tradidit: Trahit ſua quemque voluptas. Et ante eum *Homer. Odyſſ. 14.*

Denique non omnes eadem mirantur amantque.

Tum & Libanus ſervus apud *Plautum in Aſinariâ.* Non omnia eadem æque amantibus, here, ſuavia eſſe ſcito. Eo plane modo, quo *Plinius* non eadem omnibus amara eſſe ſcripſit, aut dulcia, *l. XXII. c. XXIV. Salm. in Pancirol. P. II. T. 10. p. 190. 191.* Iſt gleich der Agt- oder Bernſtein etwas blaß und nicht ſo hell-leuchtend/ wie die andere Edelſteine/ ſo ziehet er doch nichts deſtoweniger die Splitter und Spreuer an ſich/ (Cauſas hujus attractionis vide ap. *Sialger. de Subtil. Exercit. 104. c. XII. p. 391. ſeq. Engelgr. Cæl. Empyr. P. I. p. 37. Picinell. M. S. l. XII. c. XXXIV. n. 312. p. 719. Majol. D. C. Coll. 18. p. 575. Weber. Diſc. Curioſ. 7. Obſ. 7. p. 126. 127.*) wie der Magnet das Eiſen/ darum jener gelehrte Mann denſelben vielen Jungfern zum Sinn-Bilde wollen ſetzen/ mit dieſer Beyſchrifft: Formoſa non eſt, attrahit tamen:

Iſt ſie gleich die Schönſte nicht/
An der Lieb ihr nichts gebricht.

Theſaur. Inſcript. p. 147. Talem enim ἑλκυστικὸν aliquid habere, ajebat Varro.

DEFUNCTI

Meminiſſe convenit.

De Germanis Tacitus: Lamenta ac lachrymas citò, dolorem & triſtitiam tardè ponunt. Fœminis lugere honeſtum eſt: Viris meminiſſe. Hoc ani-

morum robur in iis laudat *Plutarchus*, ubi in consolatione ad Apolloniam scribit: Ex ipsis verò barbaris, si qui luctum exercent, non animosissimi Germani, non Galli, aut si qui alii generoso pleni sunt Spiritu, id faciunt: sed Ægyptii, Syri, Lydii, aliique horum similes. Itaque honestum viris erat meminisse tantum defuncti, cujus memoriam animis inscribebant, & ad præclaræ mentis virtutisq; nomen, se vitamque suam componebant: quod profectò pulcherrimum monumenti genus est. Sed & perpetuis carminibus celebrabant extinctos, *Paul. Hackenberg. de German. Med. Diff. XII. §. 8. p. 418.*

Tumulandus in Corde.

Nil sanctius habet reverentia superstitum, quam ut amissos venerabiliter recordetur. Auson. præf. Parental. ap. *Joh. Wanckel. in Guev. p. 698.* Dem berühmten Cardinal, Petro Aldobrandino, wird diese Rede zugeschrieben: denn als ein vertrauter Freund numehro so weit kommen war / daß er in den letzten Zügen / und also besser zu reden / dem Tode schon in seiner Gewalt lag / so bekümmerten sich die Leute schon / in welcher Kirche / und auf welchen GOttes-Acker der liebe Mensch am füglichsten möchte beygesetzet werden; Als nun die Vota fast alle herum waren / so sagte der Cardinal: Optimum amici sepulchrum Cor amici. Ein Freund kan nirgend besser begraben werden als in dem Hertze seines hinterbliebenen Freundes / *Dn. Misand. C. C. P. I. p. 525. 529.*

In Capite.

Die Egyptier haben einen Menschen / dessen Gedächtniß so fort mit dem Tode abstirbet / mit einem todten Aal verglichen / denn der schwimmet nicht empor wie die andern todten Fische / sondern bleibet im Grunde liegen / und vermodert (Causam exhibet *Pier. Valerian. Hierogl. Lib. XXIX. Cap. XXX. p. 352.*) Undanckbare lassen ihre Eltern (Freunde) ohn einziges Zeichen kindlicher (gebührender) Schuldigkeit vermodern; (Vivis annexus amor meminisse sepultos, *Claud. 2. Stilic. 50.*) Gottselige aber machens wie jener Indianer / der seines Vatern Asche in seinem Haupte / nachdem er eine Wunde darinnen gemachet / begraben / damit er dessen stets eingedenck seyn möchte / *Causinus Polybist. Symbol. Lib. III. Cap. XXXIIX. p. 322.* Und die Issionier / ein Volck unter den Scythen / vergülden ihres Vaters Haupt / beten es an / und verehren es mit jährlichen Opffern / dessen Gedächtniß stets beyzubehalten. *Id. ib. Lib. VI. Cap. LXIV. p. 386.* Vita mortuorum in memoriâ vivorum est posita, *Cic. Philip. IX.* Corydalus seu corydus, avis est, quam priorem terrâ enatam fabulantur: unde moriente patre, qvum ubi sepeliretur, non extaret, nondum producta terrâ, illum in capite contumulasse dicitur, *Cæl. Rhodig. L. A. Lib. XXVII. Cap. XXV. p. m. 474.*

Non

Non meminisse convenit.

§. 1.

Heliogabali (de cujus nomine *Seldenus de Dis Syriis Synt. II. Cap. I. p. 223. Nic. Fullerus Miscell. Sacr. Lib. I. Cap. XIV. p. 89.*) memoria publico Senatus decreto fuit extincta, & ne quis unquam ejus recordaretur, *Joh. Baptista Egnatius Rom. Princip. Lib. I. Cap. XXIV. p. 475.* Sicuti & tabula, in quâ Nero depictus, Senatus decreto combusta fuit, quod tam flagitiosæ vitæ hominem tam bellâ picturâ indignum dicerent, *Guevar. H. P. Lib. I. Cap. III. p. 14.* Neronis & Caligulæ supellectilem atque utensilia, nemo bonorum, vel attingere sustinebat, adeò, ut etiam pretiosissima, quibus illi usi fuerant, in cloacas abjecta, & tanquam luce indigna, defossa sint, *Id. Epist. ac Dissert. p. 45. Alerula Cosmogr. Part. II. Lib. II. Cap. XXVI. p. 208.*

§. 2.

Pœna hæc est antiquissima, & Græcis quoque usurpata fuit. Nam de Athenienſibus *Livius Hist. Lib. XLI.* scribit: Rogati extemplo tulerunt, plebesque scivit, ut Philippi statuæ, imagines omnes nominaque earum tollerentur. Ab his, ut alia multa, Romani id acceperunt; Imò ad hæc quoque tempora prorogatum; Nam SCto Parisiensi nomen Caſparis Collinii abolitum fuisse narrat *Touanus Histor. Lib. LIII.* & per perduelles eos, qui Angliæ Regnum, cæso pulsoque Rege, usurpaverant, statuam Caroli I. dejectam, ejusque in locum hunc titulum fuisse positum:

EXIT. TYRANNUS. REGUM. ULTIMUS. ANNO. LIBERTATIS. ANGLIÆ. RESTITUTÆ. PRIMO.
A. 1648. JAN. 30.

Vidi & obstupui, steteruntque comæ vox faucibus hæsit, inquit Autor quidam mox citandus. Quemadmodum autem id SCtum, quo fortissimi Heroïs Caſp. Collinii memoria post mortem damnata erat, posteà justissimè antiquatum, & in Joh. Castellum exercitum fuit, uti ex eodem *Thuano Hist. Lib. CXII.* narrat *Frantzke Exercit. Inst. XIV. §. 12.* Sic quoque DEI munere & gratiâ singulari Rex Britanniæ M. tantò majore cum gloriâ avitæ patriæque, quinimò propriæ Majestati restitutus per omnia fuit, quantò atrociores sententiæ, plaudente ad id & quasi rogante toto mundo, in parricidas eorumque & humata corpora & effigies & memoriam, dictæ posteà fuerunt. Adeò, ut non tantum memoratus nefarius ille titulus fuerit erasus, sed & ipse murus haut amplius exstet, ferali igne enim cum maximâ Regiæ parte absumptus, nec elementis quidem concedentibus, ut vel loci vestigium reperiretur, atque tam horrendi facinoris memoria in totum aboleretur, *D. Gerh. Feltmann. de Titulis Honorum Cap. LXX. §. 2. p. 291. seq.*

§. 3.

§. 3.

Dicunt RR. decurtatum à DEO fuisse diem istum, quo mortuus est Rex nequissimus Achaz, idque decem horis, ne luctu iste cohonestaretur, ap. *Lightfoot. H. H. & T. in Matth. Cap. XXIV. XXII. p. 365.* Judæi in Festo Purim in more habent, ut quotiescunque *Haman* nominatur, auditores dicant: Deleatur nomen ejus. Vel: Nomen impiorum putrescat, *Buxt. Syn. Jud. Cap. XXIX. p. 556.* Hispaniæ Regi Roderico, qui ob vitiatam Cavam Comitis Juliani filiam Hispanias perdidit, tale Epitaphium scriptum: Hic jacet ultimus Rex Gothorum. Memoria ejus in omni ore amarescat & nomen ejus in æternum putrescat, *Drexel. in Josepho Cap. V. §. 1. p. 709.*

Manibus cæde clientum parentatum.

De plurimis Germaniæ populis compertum est, parentatum defuncti manibus cæde clientum aut servorum: veluti confectis justis funebribus delectos Dominis servos Borussi, Slavi, Vandali mactabant, *Hachenberg. l. c. §. 5. p. 416.* **Vid. Tit. Commorientes.**

Defuncti glacie obruti.

In monte quodam non procul à Bernâ in Helvetiâ defuncti obteguntur glacie perpetuâ non terra. Violaturne hîc sacræ Scripturæ auctoritas? *D. Valent. Arithmæus Feudal. Velitat. Diss. II. Cor. VI.*

Vorati.

In regno Dragoiam defunctos vorant; Ajunt enim, si carnes illius putrescerent, converterentur in vermes, & illi tandem fame momorderentur, de quo defuncti anima gravissimas esset passura pœnas, *M. Venetus Lib. III. Cap. XVII. p. 139.*

Coronati.

Coronarum de floribus ad capitia præprimis Virginum meminit *Cassalius Cap. LXVI. de Rit. vel Christ. p. 265.* cui addi etiam potest *Lucian. de Luctu T. I. p. 767.* producens gentiles προφανώσαντας τὸ σῶμα τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι, coronantes defunctos pulcherrimis floribus, *B. Geier. de Ebr. Luctu Cap. V. p. 60.*

Vermium esca.

Hoc Judæi referunt inter maximas plagas. Sic enim in *Sohar pamscha* ויקהל col. 350. Septem judicia transeunt super hominem, quando egreditur ex hoc mundo. *Primum* est judicium summum, quando emigrat Spiritus ex corpore. *Secundum*, quando opera & verba ejus prodeunt in conspectum ejus, & contra eum clamant. *Tertium*, quandò abit in sepulchrum. *Quartum* est judicium sepulchri. *Quintum* judicium vermi-

um

um. *Sextum* judicium gehennæ. *Septimum*, quod Spiritus abit & discurrit in mundo, neque invenit locum quietis donec defatigetur R. Isaac dicit: molestus est vermis mortuo, sicut acus in carne vivâ, *M. Christian.* Gödick *Diss. Hist. Philos. de Hominibus á bruto enecatis Cap. I. §. 1.*

In Domino beati.

Qui in Domino moriuntur sunt beati, non solum jure ad rem, sed in re ἀπάρτι, à modo h. e. nunc, & imposterum, non demum in novissimo die. Requiescunt à laboribus suis tam passivis, quam activis, Apoc. XIV, 13. *Danhauer Hodosoph. Phænom. XII. p. 1438.* Et opera illorum sequuntur illos, non ut mercedes, sed ut testes, *Joh. Jac. Otto*, im Tugend- Steg und Laster- Weg *p. 355.* Dicuntur hinc defuncti, utpote qui vitæ officia jam compleverint, *Thom. Gataker. Annot. in l. X. M. Antonin. Imp. p. 370. a.*

Mediocriter lugendi.

§. 1.

In lugendis defunctis mediocritas tenenda est, quam non observari à plurimis sequentes edocent vel Historiæ vel Narrationes argutæ, *Joh. Saresberiensis Policrat. L. VIII. C. XI.* hæc habet: Matrona quædam referente Petronio, Ephesi tam notæ erat pudicitiæ, ut vicinarum quoque gentium fœminas ad spectaculum sui evocaret. Hæc ergò cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus prosequi, crinibus sparsis & turbatis, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum: positumq; in hypogæo Græco more corpus custodire ac flere totis diebus, noctibusque cœpit, sic afflictantem se, ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui, Magistratus ultimo repulsi abierunt. Comploratque singularis exempli fœmina ab omnibus, quintum jam diem sine alimento trahebat. Assidebat heræ fidissima ancilla, simulque & lachrymas commodabat lugenti, & quotiescunque defecerat positum lumen in monumento renovabat. Una igitur in totâ civitate fabula erat, & solum illud affulsisse verum pudicitiæ amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur. Tum interim Imperator Provinciæ latrones crucibus jussit affligi secundum casulam illam, in qua recens cadaver Matrona deflebat. Proximâ ergo nocte cum miles, qui cruces servabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret, notasset sibi, & lumen inter monumenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanæ concupiit scire, quis aut quid faceret. Descendit itaque in conditorium, visaque pulcherrimâ muliere primò quasi quodam monstro, infernisque imaginibus turbatus substitit. Deinde ut & corpus jacentis aspexit, & lachrymas consideravit, faciemque unguibus sectam, ratus scilicet quod erat, de-

ſiderium extincti fœminam pati non poſſe, attulit in monumentum cœnulam ſuam, cœpitque hortari lugentem, ne perſeveraret in dolore ſupervacuo, ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret: Omnium eundem exitum eſſe, &cætera, quibus exulceratæ mentes ad ſanitatem revocantur. At illa ignota conſolatione percuſſa, laceravit vehementius pectus, ruptosque crines ſuper pectus jacentis impoſuit. Nec recuſit tamen miles, ſed eadem exhortatione tentavit mulierculæ dare cibum, donec ancillula, incertum habeo an vini odore corrupta, primum ipſa porrexit ad humanitatem invitantis victam manum: deindè refecta potione & cibo, expugnare dominæ pertinaciam cœpit. Et quid proderit, inquit, hoc tibi, ſi ſolura inediâ fueris? Si te vivam ſepelieris? Si, antequam fata poſcant, indemnatum effuderis ſpiritum?

Id cinerem; aut manes credis curare ſepultos?

Vis tu reviviſcere, reluctantibus fatis, extinctum? Visne, diſcuſſo muliebri errore, quamdiu licuerit, lucis commodis frui? ipſum te jacentis corpus admonere debet, ut vivas. Nemo invitus audit, cum vivere cogitur, aut ſumere cibum. Itaque mulier aliquot dierum abſtinentiâ ſicca, paſſa eſt frangi pertinaciam ſuam: nec minus avidè replevit ſe cibo, quam ancilla, quæ prior victa eſt. Cæterum ſcitis, quid plerumque tentare ſoleat humanam ſatietatem. Quibus blanditiis impetraverat miles, ut matrona vivere vellet, iisdem etiam pudicitiam ejus agreſſus eſt; nec deformis aut infacundus juvenis caſtæ videbatur, ancillâ gratiam conciliante ac ſubinde dicente:

- - Placitone etiam pugnabis amori?

Nec venit in mentem, quorum conſederis arvis?

Quid diutius moror? Nec hanc quoque partem corporis mulier abſtinuit, victorque miles utrumque perſvaſit. Jacuerunt ergò unà, non tantum illâ nocte, quâ nuptias fecerunt, ſed poſtero etiam ac tertio die, præcluſis videlicet conditorii foribus, ut quisque ex notis ignotisque ad monumentum veniens putaſſet expiraſſe ſuper corpus viri pudiciſſimam uxorem. Cæterum delectatus miles & formâ mulieris & ſecreto, quicquid boni per facultates poterat coëmebat, & primâ ſtatim nocte ferebat in monumentum. Itaque unius cruciarii parentes, ut viderunt laxatam cuſtodiam, detraxerunt nocte pendentem, ſupremoque mandaverunt officio. At miles, ut poſtero die vidit unam ſine cadavere crucem, veritus ſupplicium, mulieri quid accidiſſet, exponit, nec ſe expectaturum judicis ſententiam, ſed gladio jus dicturum ignaviæ ſuæ: commendans modò perituro locum provideret, & fatale conditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minus miſericors, quam pudica; Nec iſtud, inquit, Dii ſinant, ut eodem tempore duorum mihi chariſſimorum hominum duo funera ſpectem. Malo mortuum impendere, quam vivum occidere. Secundum

dum hanc orationem, jubet ex arcâ corpus mariti sui tolli, atque illi, quæ vacabat, cruci affigi. Usus est miles ingenio prudentissimæ fœminæ, posteroque die populus miratus est, qua ratione mortuus isset in crucem. Tu historiam aut fabulam, quod his verbis refert *Petronius*, pro libitu appellabis: ita tamen ex facto accidisse Ephesi & *Flavianus* autor est mulieremque tradit impietatis suæ & sceleris parricidalis & adulterii luisse pœnas. Conf. *Petronii Satyr. p. 139. seq.*

§. 2.

Georg. *Sabinus in Interpret. Fab. Ovidii ad Lib. X.* scribit: Audivi fabulam Orpheæ similem, si modò dicenda est fabula, quam multorum testimonia affirmant esse historiam. Ferunt, in Bavariâ virum nobili familiâ natum, extinctâ uxore tantum animo dolorem cepisse, ut nullam admitteret consolationem, ac vitam ageret in solitudine. Tandem ubi nullum finem lugendi faceret, uxorem ejus comparuisse excitatam à mortuis, ac dixisse, se quidem semel confeciisse circulum vitæ à naturâ datum, sed importunitate ipsius revocatam nunc esse in vitam, atque à DEO jussam uti ejus consvetudine adhuc diutius: hâc tamen conditione ac lege, ut matrimonium morte solutum denuò per Sacerdotem solenni ritu jungeretur: utque deinceps ipse abstineret blasphemiis, convitiandique verbis, quibus uti consveverat. Se enim horum causâ ei ademptam fuisse atque iterum excessuram è vitâ, cumprimum ejusmodi aliquod verbum edidisset. His actis, illam curasse rem domesticam, ut anteà, & aliquot etiam peperisse liberos: semper tamen fuisse tristem ac pallidam. Post multos verò annos maritum vesperi potum, & ancillæ iratum, edidisse verba, quæ non debebat: intereà illam disparuisse è cubiculo, unde allatura erat marito poma, ac reliquisse muliebrem vestitum sine corpore stantem, quasi phantasma, ad cistam, ubi poma servabantur. Hæc audivi ex multis viris fide dignis, qui affirmabant Ducem Bavariæ eadem retulisse Duci Saxoniæ pro veris, *M. Petr. Michaëlis in Nupt. p. 186. seq.*

Roris beneficio resurgent.

Defuncti haud alio quam roris beneficio reviviscent, inquiunt Rabbini ap. *Joh. Christoph. Wagenseil. in Sota Cap. IX. p. 956. 957. Ed. Pocockium in Not. Miscellan. Cap. VI. p. 120.*

Iisdem vestibus, quibus sepulti.

Judæi dicunt homines iisdem, quibus sepulti sunt, vestibus, aut prorsus saltem similibus resurrecturos fore, juxta illud, quod à R. Meir responsum fertur Cleopatræ Reginæ roganti, nudine an vestibus suis amicti resurrecturi sint, qui resurgent? argumento scilicet à minori ad majus cum triticum quod nu-

dum humatur, tot vestibus involutum prodeat, quando magis pii, qui cum vestibus sepulti sunt. Hinc sæpè modum excesserunt in indumentis, quibus involverentur defuncti, magnis impensis parandis adeò, ut magnorum malorum causa esset, ita ut si illis, qvibus tenuiores essent facultates, mortuus esset aliqvis, fugerent relicto mortuo donec ordinaverit R. Gamaliel, & in mandatis dederit, ut ipsum binis tantum linteis albis involverent, quem deindè omnes imitati sunt. Quamvis fateatur Abarbanel, quod de vestibus dicitur, de corpore ipso exponi posse, quod & לבוש, Indumentum vocatur, *Pocock. l. c. p. 131. 132.* Nec omnium Judæorum hanc esse sententiam, exinde liquet, quia Zohar. in Sect. וירא אליו docet, justos post resurrectionem ita futuros, quomodo in horto Eden fuit Adam constitutus, nudos nimirum futuros, sicut Adam nudus erat. Justorumque corpora non aliam vestem, quam lumen gloriæ habitura, ex eodem loco colligunt R. Pinehas, & R. Levi ap. *Jos. de Voisin. Observat. in c. VIII. P. III. Raymund. Martin. Pug. Fid. p. 618.* Conf. Tit. Habitus singulis apud Inferos talis, qualis in hac vita fuit.

Plures, quam vivi.

Penetravit se ad plures i. e. mortuus est, *Plautus.* Nam plures mortui, quam viventes. Quanquam ille dicebat, plures vivos esse, & causam addebat, eò quod mortui non *essent*, ludens in ambiguo verbi *esse.* Nam esse dicitur, qui est in vivis, & qui est in rerum natura, *Drusius ad Jos. c. XXIII. 14. in Op. Anglic. p. 1923.*

Facie ad ortum conversâ sepulti.

Mos ille orandi ad ortum adeò sacer in Veteri Ecclesiâ fuit, ut non vivi tantum ejusdem tenacissimi fuerint; sed & post obitum facie ad ortum conversâ sepeliri voluerint, quâ de re *Paulus Aringus in Româ subterraneâ l. I. c. XXI.* Cunctarum, ait, gentium conspiratione ad hunc usque diem usus meritò observandus invaluit, ut nationes quæque mortuos vultu in cœlum supino ad orientalem plagam spectante sepeliant, ad quoquo modo protestandum Resurrectionis mysterium, fore scilicet, ut quemadmodum Sol post occasum denuò oritur, ita defuncti olim reviviscant, *D. Joach. Hildebrand. in Rituali Orantium, vel Compendio Veterum Omndi Rituum c. XIX. p. 17.*

DEFUNCTORUM
Apparitiones.
§. 1.

An unquam auditum fuit, quenquam eorum, qui in fide Servatoris nostri JESU CHRISTI obierit, de suo statu conquestum fuisse, aut voluptates & bona

hujus

hujus mundi desideraſſe, aut hæc illis cœleſtibus præferentem huc reverti conatum eſſe? *Joh. Spineus de Tranquillitate Animi Lib. VII. p. 360.* Defunctorum apparitiones non quidem inficior, ſed valdè ſuſpectas eſſe admoneo, Satanâ ſeſe ſæpiſſimè in lucis Angelum & animarum effigiem transfigurante, inquit *Cornelius Agrippa, de Vanit. Scientiarum Cap. LII.* Conf. *Danh. Hodoſ. Phan. IV. p. 411. ſeq. D. Baierus de Propagat. Fidei per revelationes fictas* §. 43.

§. 2.

Judæi lucernam accendunt in pavimento domus per ſeptem dies, quod credant animam defuncti redire ad locum illum, ubi à corpore diſceſſit, & deplorare diſſolutionem ſuam. Cui geminum eſt illud, quod Muhamedani animas defunctorum ſeptem dies credunt verſari circa ſepulchra, ap. *Pockium Not. Miſcell. p. 250.* Item, quod de Gentilibus refert *Lactantius Lib. II. Divin. Inſtit. Cap. II.* inquiens: Vulgum exiſtimare mortuorum animas circa tumulos, & corporum ſuorum reliquias oberrare. Imò veniam etiam apud Judæos à demortuo petunt ii, qui deprecari in vita fortè nequiverunt, prehenſo ſcilicet majori pedis defuncti digito, cum mortuos cuncta credant audire, teſte *Gerſone P. I. Jüden Talm. Cap. XXXVI. p. 329. 330. Geier. de Ebræorum Luctu Cap. V. §. 12. p. 69. 70.*

DELATORES.

§. 1.

De Auricullariis, Delatoribus, Coricæis, Speculatoribus graviſſimè conqueruntur omnes omnium temporum atque ætatum Hiſtorici. *Tacitus IV. Annal.* Delatores adpellat hominum genus publico exitio repertum, & *in Agricola*, ademtum per illos ait loquendi audiendique commercium. Inprimis vid. *Amm. Marcell. Lib. XV. & Arrianus in Epictetum Lib. IV. Cap. ult. Clapmar. Lib. V. Arcan. Rerump. Cap. XV. p. 229. ap. Dn. Benedict. Reichardum in Paneg. Georg. Wilhelm. Elector. Brund. Dict. p. 103.* Hujusmodi delatores coërcendos magis, quam fovendos communiter Politici arbitrantur; ſcilicet qui nunquam erga Patriam charitate, ne ſcelera ſcilicet impunita maneant, aut honeſti amore, ſed ſuæ ſaltem rei amplificandæ, & amicum peſſundandi cauſa accuſationem inſtituunt, & apud Principem circumſpectos deferunt.

§. 2.

Delatorum ferè proprium calumniari, mentiri, & ſpe aut odio falſa prodere; Imò juxta illud *Taciti: multa ſæpè vana ſub nomine celebri divulgant & deferunt* hujus farinæ homines; Opus igitur hic erit judicio, opus acumine altiſſimè aſſurgenti, ne patiantur Principes ſibi à paraſitis atque aſſentatoribus auriculas aſſui, illorumque blandimentis ac lenociniis mentem eripi, *Lev.*

Lemnius Exhort. ad vitam opt. instituend. Cap. XXX. p. 517. Imperatores delatores, *execrabiles nuncios* appellant; *Plinius in Panegyrico* quasi grassatores, & quasi grassatores, & quasi latrones rectissimè, cum nihil sit in rebus publicis tam pestiferum & exitiale, quam delator, vel Sycophanta curiosus. Unde multi ex Imperatoribus, delatores non modo contempserunt, sed etiam pœnis affecerunt; ut Titus Vespasianus delatores in foro flagellis ac fustibus cæsos ac novissimè traductos per amphitheatri arenam, partim subjici in servos ac venire imperavit, partim in asperrimas Insularum avehi, *Tranquillus in Tito Cap. VIII.* Sic Antoninus Pius delatores, si non probarent, capitali pœna affecit, si probarent, oblato præmio dimisit infames, *Joh. Borcholt in Explicat. Cap. unici, qua sunt Regalia, Comment. de Consuet. Feudor. annex. p. 284.* Ejusmodi κατασκόπους habere tyrannicum profectò est, & malè sibi consciorum Principum, apud quos plena, ut inquit *Polybius*, omnia suspicionum, & vix secreta domuum sine formidine. *Salm. in Panciroll. P. II. Tit. II. p. 96. b.*

§. 3.

Joh. Dantisc. Episc. Varmicensis comparavit delatores canibus Actæonis. Sicut enim illi dominum suum, qui aluerat eos, discerpserunt, ita isti delatores suos quoque Principes tandem perfidia sua dilaniant, & solio excutiunt, *D. Mich. Piccartus, Comment. in Polit. Arist. Lib. V. Cap. XI. p. 819. 820.* Errores, quos ad fidem Delatoribus dandam, proni Principum animi commiserunt, adducit *Joh. Hieron. Imhof. in Singularibus Politicis Rat. Sixtus XI. p. 151. seq.* Conf. Tit. Credendum non facilè.

DENS
Sapientiæ.

Matrona quædam Lipsiæ primaria toto matrimonii sui tempore tres tantum enixa est filios; & quoties unum peperit, toties cum eo dentem Sapientiæ, ut vocant, simul accepit; Atque hi dentes morientibus filiis exciderunt; ita ut Mater, vacillante uno dente, filium illum, cum quo dens vacillans natus fuerat, morbo aliquo laboraturum: excidente verò illo, ipsum planè moriturum esse certò prædixerit. Sapientiæ dentes Avicenna vocat dentes intellectus, quod in maturâ hominis ætate, scilicet anno trigesimo, & post quartum septenarium oriantur, *D. Joh. Ad. Weber. in Arte Convers. Reg. XII. observ. IX. p. 529.* De hisce sapientiæ Dentibus vid. porrò *Dieteric. in Antiq. Bibl. p. 798.* Dicitur autem dens quasi edens, & Græcis ὀδούς ab ἔδω appellatur, respectu actionis, quâ corpora solida comeduntur. Sicut Maul à Malen / molere, quia dentibus præditum quasi molendinum quoddam est, *Joh. Clauberus Diss. Select. Diss. 3. de Mand. Or. §. 11. p. 436.* Hinc dentes molæ ap. *Flac. Clav. Script. p. 666.*

p. 666. Cohel. 12. 3. dicuntur טוֹחֲנוֹת *molitrices*, seu *molentes*, unde Latinis aliqui dicti *Molares*, & Græcis *μύλοι*. *B. D. Geier in h. l. p. 451.* Aliis ab Ebræo שֵׁן, quia acutus ad mordendum à שָׁנַן acuere, ex quo per metathesin fit *ens* & præposito delta, *dens*, *Dieteric. l. c. p. 797.* Malim dentem dici à *τένδω* edo, Germ zahn / Sax. than ad hoc voc. possent referri. Possit & ex שֵׁן fieri then; *Martin. in h. v.*

Dentes quot.

Ossibus ex denis bis centenisque novenis
Constat homo: denis bis dentibus & duodenis.

Item:

Sunt hominum dentes triginta duo comedentes.

Albertus Molnarus in Analect. Ænigmat. p. 111. 112.

Apolloniæ.

Andreas Abbas Amelunx Bornensis memorat: Anglorum quondam Regi Eduardo accidisse, quod mandarit Apolloniæ dentes, ex omnibus Ecclesiis suis, ad se mitti *ὀδόντα λαγίνα* enim laborarat. Evenisse verò, ut ex unius regni reliquiis tot Apolloniæ dentes fuerint coacervati, quos aliquot magnæ tonnæ capere non potuerint. Ita circumforaneo cuidam patrum memoriâ accidit, quod plumas Sp. S. ostensurus carbones ostenderit, artis verò suæ non immemor, Laurentii carbones esse prædicavit. Monachus quidam jactavit se habere plumas, quæ deciderint Angelo Gabrieli ex alis, cum salutasset Mariam virginem, *B. Balduin. Cas. Consc. Lib. II. Cap. V. Cas. III. p. 162.* En reliquiarum fraudes! *M. Jacob. Wellerus Diss. de pudenda Pontif. Idololatriâ sub præsid. D. Wilh. Lyseri An. 1652. Jen. hab. §. 86. p. 60.*

Magni.

In Sicilâ inventi sunt dentes, quorum singuli tres libras appendebant, *Fulgosius Lib. I. Cap. VI.* In littore Uticensi vidit Augustinus, prout ipse testatur *l. 15. de C. D. Cap. IX.* molarem dentem adeò magnum, ut dissectus ad formam & magnitudinem usitatorum nostra ætate dentium, centuplo major judicari facilè potuerit. Addit Ludovicus Vives in festo D. Christophori, cum iviſſet illum veneraturus ad maximum Valentinæ urbis templum, ostensum sibi molarem dentem pugno majorem, *Weber. Art. Discurrendi Font. 45. Ex. 3. p. 402.*

Nitidi.

Zenobia Regina Orientis, inter cæteras formæ laudes dentium nitore describitur, ut interloquendum, ridendumque, non dentibus, sed candidis margari-

garitis plenum os habere videretur, *Petrarcha de Rem. Utr. Fort. Lib. II. Dial. 94. p. 576. Lipsius Monit. & Exempl. Polit. Lib. II. Cap. II. p. m. 91.*

Nigri.

Sirameſes populi indecorum exiſtimant, albis conſpici dentibus, brutis quoq; animantibus communibus, inde nigro tingant colore, tam diu famem ſuſtinentes, uſque dum color arefactus. Vid *Anonymi Orbis Lumen p. 1446. ap. M. Chriſt.* Fuchs *de Moribus Gentium indecoris* §. *10.* In Inſulis Borneo & Acheniſæ mulieres & virgines habentur pro pulcherrimis, quæ nigris gaudent dentibus, *Tavernier Hodoepor. Orient. T. I. Lib. IV. Cap. XIIX. p. 214. a.*

Aurei, gemmei.

§. 1.

In Provinciâ Arcladam in Metropoli Unchiam viri & mulieres dentes cooperiunt ſubtilibus laminis aureis, quas ſic illis adaptant, ut dentes ipſi in laminis quodammodò ſedere videantur, *M. P. Venetus de Region. Orient. Lib. II. Cap. XLI. p. 99.* Die Weiber in der Inſul Macaſſar oder Celebes ſchön zu machen / ziehet man ihnen vier Zähne / wann ſie noch jung ſind / von fornen aus und ſetzet an deren Statt vier güldene dahin. Ein Capatain in Batavien von der Inſul Java hat ſich vier Zähne ausziehen / und vier Diamant an deren Platz einſetzen laſſen / *Tavernier l. c.* In Nieder-Sachſen wuchſe An. 1588. (alii 85.) einem Knaben von 7. Jahren ein güldener Backen-Zahn im Munde / welcher von Jacobo Horſtio, Med. Doct. und Profeſſ. zu Helmſtedt iſt angeſehen / und für klar und gut Ungariſch Gold befunden worden. Solches machte dieſe Zeit den Gelehrten viel Nachdenckens und diſputirens / Gottfried Schultz *Chron. ad hunc annum p. 219. Jacobus Francus Relat. Hiſt. ad An. 1594. P. III. p. 45. ſeq.*

Ænigma.

Wer mag doch der Müller ſeyn/
Der mahlt mit dem güldnen Stein:
Was man ſonſt trägt in der Taſchen
Pfleget er in ſeinem Mund
Mit dem Bier und Wein zu waſchen/
Als den Schatz nechſt bey dem Schlund/
Leichter ſoll man Marmel braten/
Als den Rätzel-Spruch errathen!

Harsdöffer im Schau-Platz Luſt- und Lehrreicher Geſchichte *P. IV. Cap. CXXXII. p. 120.*

§. 2.

§. 2.

Romanorum nonnulli & sibi dentes eburneos auro divinciebant, qualis illa fuit Ægle, de quâ Martialis:

Sic dentata tibi videtur Ægle
Emptis ossibus, Indicoque cornu.

Hinc de mortuis, qui lectis efferebantur, talis fuit lex: NEVE AURUM ADDITO: AST QUOD AURO DENTES VINCTI ERUNT, ID CUM ILLO SEPELIRE, URERE VE, SINE FRAUDE ESTO. Negat ergo Lex aurum, ut & alias res pretiosas unà cum mortuo in rogum injicienda esse. Ex quo instituto fluxit fortasis vetus consvetudo, qua morientibus annuli detrahebantur: quam obiter attingit *Plinius Lib. XXXIII. Cap. I. Salm. in Panciroll. P. I. T. LXII. p. 343.*

Continui.

Prusias seu Prusa, Bithyniæ Rex, filium habuit dentium vice continui ossis soliditate armatum, *Joh. Buno Intr. in Cluver. Geogr. Lib. V. Cap. XVII. p. 569.* Mithridatis Regis filia Dripetine duplici ordine dentium erat deformis. *Val. Max. Lib. I. Cap. VIII. p. m. 37.* Ut & Ludovicus XIII. Galliæ Rex. *Mich. Watson. Union. Sap. S. III. Part. II. Cap. V. §. 5. p. 434.*

Diis oblati.

Guancavilcæ, in Provinciâ Quito, edentuli sunt, quoniam pro more habent, ut sibi dentes eximant, quos suis Idolis offerant, asserentes nimirum, optima quæque eis offerri debere: hominem autem dentibus nihil habere præstantius, nihil magis necessarium. *Sal. l. c. P. II. T. I. p. 53. a.*

Ignibus invicti.

Miraculo illud deputari ferè potest, quod fertur, corpore reliquo in cineres redacto, dentes integros supereste, *Plinius N. H. l. VII. c. XVI. p. 112. Salig. de Subtil. Ex. CCXCI. Cap. II. p. 868.* Hinc *Tertullian. de Res. C. XLII.* constat & dentes incorruptos perennare; quæ ut semina retinentur fructificaturi corporis in resurrectione, *Gatakerus Not. in Marc. Anton. Imp. l. IV. p. 124. b.* Subjicit tamen *Plinius l. c.* Iidem flammis indomiti, tabe cavantur pituitæ.

Pro ebore.

שֵׁן dentis appellatio pro ebore accipitur; Chaldæus שִׁנָּא דִּפִּיל *dens elephanti* dicitur, 1. Reg. X, 18. c. XXII, 39. Amos III, 15. c. VI, 4. Cant. V, 14. Ex Indiâ & Æthiopiâ id afferebatur & ex opinione vulgi, ad quam se Scriptura accommodat, dens esse putatur. Sed *Varro de Linguâ Lat. l. 3.* Quos dentes multi dicunt, cornua sunt. Ex temporibus enim enascuntur; & ex superiori

mandibula per os resupinata sese efferunt. Et decimo quoque anno ea elephanti abjiciunt & defodiunt, sicut cervi quotannis, & quoties amiserint, reponunt. Testis etiam est experientia, quod ebur igne dometur & emolliatur, ad quaslibet recipiendas formas, quod denti animalis non convenit. Vid. *Schindleri Lex. col. 1901.* Notetur Ezech. XXVII, 15. vocari קַרְנוֹת שֵׁן cornua eboris, h. e. cornua elephanti, denti similia, *B. D. Sal. Glossius Philol. Sacr. l. V. Tr. I. c. IV. p. m. 63.* Vid. Tit. Achabi domus dentis in Apparat. Bibl. Tom. I. p. 81. seq. Si credimus Chaldæis Paraphrastis Jonathani & Hierosolymitano Gen. L. 1. Joseph patrem suum reposuit in lecto רְשַׁנְהַבִּין *desindaphin*, i. e. eburneo. conf. 1. Reg. X, 22. 2. Paral. IX, 17. 1. Reg. XXII, 39. Amos III, 15. & VI, 4. Ezech. XXVII, 6. *L. Joh. Cyprian. Cent. in Hist. Anim. Franz. P. I. c. IV. p. 113.*

Metaphorici.

Dentes metaphoricè promontoria, scopulos acutos, more dentis prominentes, notant, 1. Sam. XIV, 4. Job. XXXIX, 28. Hominibus verò dentes attributi, virulentiam & potentiam hostilem designant, metaphora à beluis ducta, qui dentibus utplurimum pugnare, lædere, discerpere solent, Ps. III, 8. Ps. LVII, 5. Ps. CXXIV, 6. Job. XXIX, 17. Prov. XXX, 14. Glass. l. c. c. XI. p. 310. *Cluver. Dilue. Apocal. Tom. II. p. 357.* De dentibus metaphoricis in malam & bonam partem in Scriptura adhibitis vid. *D. Mich. Waltherus in Exercit. Bibl. Diss. I. §. 147. p. 92. seq.*

Simiæ ingentis pretii.

Apud Indos Orientales Simiæ divinum promeruêre honorem. In Insula Zeilan Lusitani A. 1554. ex templo in vertice Pico d' Adam, seu montis Adami abstulerunt Simiæ dentem, pro quo emissi Regulorum Legati septingenta obtulerunt Ducatorum millia. *Joh. Conr. Dieterici Antiq. Bibl. p. 469. Dn. Abrahm* **Burggrafens zu** *Dohna* **Christl. Ged. über die wunderbarl. Ausführung des Volcks Israel aus** *Ægypten c. XIII. p. 90.*

Concupiscentiæ.

Die böse Lust hängt wie ein Zahn
Sich in den Ader-Wurtzeln an/
Und machet im Gewissen Schmertzen.
Heraus mit ihr! Sonst wächst die Pein;
Das Fleisch muß uns gecreuzigt seyn/
So wohnet Fried und Ruh im Hertzen!

P. Abrah. à S. Clara **im Etwas für alle.** *Cap. XIII. p. 125.*

Quid à reliquis ossibus differunt?

Dentes non nascuntur cum Homine, ut reliqua ossa, sed temporis successu in

in Homine jam nato producuntur. Ratio: quia infantibus dentes perindè, ut alia ossa, non sunt necessarii. 1. quia cibo ejusmodi utuntur, qui dentium masticatione non indiget. 2) quia nondum loqvuntur: Dentes autem inserviunt pronunciationi. β) Dentes non habent περιόστεον, sed inter omnia ossa soli eminent nudi. Idque necessitatis gratia est factum, nempe propter masticationem, quæ acumen quoddam dentium requirit. Reliqua, verò ossa omnia pellicula illa sunt vestita, quam περιόστεον vocamus. γ) Dentes statim ut producuntur, sunt firmi: reliqua autem ossa temporis successu solidantur: ut videre est in infantibus, quorum ossa & chartilaginea sunt & flexibilia. Hinc enim & Nutrices curiosè videmus ligare crura infantum, ne scilicet propter molliciem fortè incurventur. Ratio: Nondum incedunt infantes corpore erecto, neque manibus aliquid operantur. Nihil igitur illis opus est ossium robore: sed dentium aliqua firmitate indigent, cum statim, ut producuntur, solidior illis præbeatur cibus. δ) Dentes vel per se (ut Galenus putat) vel beneficio nervorum, quibus alligati sunt, plus quam alia ossa sentiunt, frigus præsertim, quod dentibus est inimicissimum, *Cæl. Rhodig. L. A. l. XXV, c. VI. p. m. 298. Scaliger. de Subtil, Ex. 271. p. 817. seq.*

Maximo cum dolore eduntur in infantibus.

1) Quia ea pars oris, cui inseruntur, maximè est nervosa: Nervi autem omnis sensus sunt instrumenta. 2) quia horum generationi tota natura incumbit, Cerebrum præsertim, quod materiam suppeditat dentibus: Unde universo etiam corpori languor affertur, cum generantur, *Georg. Bachmanus Exercit. Philos. Cent. 1. q. 77.*

Dentibus mortuorm oscula obsunt.

De Josepho legitur Gen. L, 1. Et ruit Joseph super faciem patris sui (de mortui) & flevit super eo, וַיִּשַּׁק לוֹ & osculus est eum. Sic Ethnici fugientem amicorum animam osculo quodammodò legere se putabant, & excipere. Vid. *Rosinus Antiq. Rom. p. 988.* Quod Schikard. מה p. 157. refert, dentibus obesse, si quis consanguineo cadaveri osculum figat, quod sua sibi experientiâ probasse videtur, suo relinquimus loco, inquit *Geier, de Ebr. Lutlu Cap. V. §. 11. p. 66.* In concilio Antisiodorensi decretum, ne mortuis detur osculum, *P. Hachenberg. de Germ. Med. Diss. 12. §. 12. p. 420. Car. du Frêne Gloss. T. III. p. 71.*

Cur ex dentibus de robore, vel infirmitate corporis sumitur judicium?

Firma natura firmos gignit dentes, infirma scabros & raros, teste Aristotele (*in Probl.*) Hoc ut intelligatur, sciendum primum omnium, Vegetati-

væ & ſenſitivæ potiſſimum facultatis integritatem teſtari de Hominis valetudine. Hæ enim facultates benè affectæ & expeditæ integram denotant valetudinem, infirmæ verò & laborantes valetudinem afflictam arguunt. Utriusque autem facultatis effectus quaſi quidam ſunt dentes. Primum nempe protruduntur dentes à calore, quem vocant nativum. Quod ſi ergò denſi fuerint dentes, & validi, magnam indicant copiam caloris. Undè colligitur, validam eſſe τὴν θρεπτικὴν facultatem: hæc enim caloris tanquam inſtrumenti proprii beneficio adminiſtratur. Quod ſi vera vel rari fuerint dentes, vel ſcabri, imperfectam id naturæ operationem calorisque debilitatem, & materiæ defectum denotat. Deindè & τῆς αἰσθητικῆς bene affectæ indicium ſunt dentes. Materia enim illorum ex cerebro, quod ſenſuum eſt principium, ſuppeditatur maxillæ. Nota, integræ naturæ ſignum eſſe & os dentium continuum. Ejusmodi enim os calorem adeò fortem indicat, ut uno impetu protrudat id, quod in aliis ſucceſſu temporis, & vix magno cum labore generatur. De Timarcho ſcribitur, quod duos in una maxillâ dentium habuerit ordines, de Hercule verò, quod tres. Pruſias Bithyniæ Rex habuit filium, dentium vice, continui oſſis ſoliditate armatum, *Joh. Buno in Cluver. Cluver. Geogr. Lib. V. Cap. XVII. p. 569.* Quæ naturæ luxuriantis opera ut rariſſima ſunt, ita & heroicæ cujusdam ac propemodum divinæ indolis exiſtimantur eſſe effectus, *Bachman. l. c. q. 78.*

Cum duobus dentibus nati.

Julius Mazarinus, Cardinalis, & Ludovicus XIV. Rex Galliæ, cum duobus dentibus dicuntur nati, *H. A.* von Ziegler Tägl. Schauplatz der Zeit *27. Febr. n. 3. p. 196. & 26. Aug. n. 5. p. 1032. Novellæ Mundi Curioſi & Docti Dn. Zebneri An. 1693. menſ. Jan. p. 1275.* Martialis de Ælia:

Si memini fuerant tibi quattuor, Ælia! dentes
Expuit una duos tuſſis & una duos.
Jam Secura potes totis tuſſire diebus;
Nil iſtic quod agat tertia tuſſis habet.

DENTIRE

Infantes quando incipiunt?

Septimo menſe infantes dentire compertum eſt; anno ſeptimo immutare: pubeſcere annorum hebdomade ſecunda: in virilitatem tertia exire, quæ & ipſa incremento in longitudinem coronida impingat: ſicuti quarta etiam in latum: in quinta roboris ſumma fit auctio: quod ſervet ſexta; Septima deterat, quamvis per momenta. Proinde ab hac annorum ſerie à militiæ laboribus eſſe feriatis licet, *Cæl. Rhod. L. A. Lib. XXII, Cap. XII. p. 118.*

DEN-

DENTITIONIS

Convivium.

Ablactationis convivio, Hebræis usitato, non absimile videtur esse dentitionis convivium, quod apud Fessanos in usu fuisse legimus. Parentes enim, ut tellis est *Leo Africanus*, ubi primum Infans dentes edere incipit (quod Græci ὀδοντᾶν, & Φύειν, Latini, dentire vocant: quodque nonnullis quinto mense, ut vult Moschion: plurimis septimo mense accidit, ut *Macrob.* testatur *Lib. I. de Somn. Scip.*) lautum convivium parant, quod ὀδοντιάσιως, sive ὀδοντοφυΐας, Latinè dentitionis convivium appellare possis. Quoniam autem hanc infantum dentitionem plerumque dolores gingivarum (quibus non secus vexantur, ac si aculeis pungerentur) nec non febres, ventris immodicum profluvium, aliaque incommoda atque pericula consequuntur, ut *Hippocr. III. Apb. XXV. & Celsus l. II. c. I.* testantur, verisimile est, Fessanos ad sese, ex illis dentitionis infantum molestiis, moleste odioseque illorum ploratu, nonnihil reficiendum atque recreandum, convivia hujusmodi usurpare: ut nihil dicam, quod inexplebile hominum abdomen quâvis ex re, etiam minima, convivandi, epulandique occasionem captat, *Guil. Struckius Antiq. Convivial. l. I. c. XVII. p. 40. a.*

DENTIFRAGIUM

Christianorum supplicium.

Illustre hujus rei exemplum est apud *Eusebium Lib. VI. Cap. XXXIV.* in Appollonia Virgine grandæva, de qua sic: Appolloniam Virginem cumprimis id temporis admirandam & admodum provectam ætate comprehendunt, maxillisque ejus crudeliter diverberatis omnes dentes illi excutiunt, atque rogo in suburbiis extructo minitantur, nisi verba blasphemiæ unà cum ipsis eloqueretur, se eam vivam crematuros. *Acta Martyrum de S. Zenone* hunc in modum loqvuntur: Hæc cum audisset Maximinianus, jubet pondere lapidum maxillas confringi, & simul clamat lictoribus quidem, ut fortiter percuterent, Sancto autem per præconem, ne Deos maledictis appeteret: Sic ergo patienti sancto omnes quidem dentes sunt immaniter excussi &c. Idem factum Hippolito & Adriæ, quibus vincti cum essent, & ad Imperatorem Valerianum adducti, Secundianus Judex *maxillas jussit fortiter contundi, &c. Baron. An. 258.* Idem contigit B. Andronico, de quo Præses: mittite ferrum in os ejus & excutite dentes & molas ejus, *D. Joh. Georg. Dorscheus in Saturâ de Supplicio, Tormentisque, quibus Gentiles & alii Sanctis quondam DEI hominibus mortem intulerunt, p. 315. seq.*

DENUNCIATIO

Trina copulandorum ex ſuggeſtu.

§. 1.

In cauſis matrimonialibus nota eſt generalis illa *Denunciatio Canonica*, quæ & publica vel bannum *c. XXVII. de Sponſal.* dicitur. Quando ſcil. agitur de matrimonii impedimentis, quæ tertius aliquis denunciat, *c. XIII. de Deſponſat. Impub. c. III. de Clandeſt. Deſponſat.* & hac fini tam apud Pontificios *Concil. Trid. Seſſ. 24. c. I.* quam Proteſtantes trina vice diebus Dominicis ſponſus & ſponſa in ſolenni Eccleſiæ cœtu ex ſuggeſtu publicè proclamantur, *Berlich. P. I.* tradit, poſt trinam denunciationem neminem ad impediendum matrimonium audiri, niſi probabiliter proclamationem ignoraverit, vel juret ſe de novo didiciſſe, nec ſe malitiosè opponere, *Dn. Ziegler ad Lancelot. Lib. II. p. 472. ſeq.* Quanquam in multis locis Belgii fœderati hæc denunciatio à Magiſtratu ſeculari fieri ſoleat, & ab eodem cauſa etiam contradictionis examinari, *Cyprian. Regner. ab Oſſerga in Cenſur. Belg. ad Tit. de Clandeſt. deſponſ.*

§. 2.

Et hæc in Electoratu noſtro omnibus ſerio injungitur, adeoque diſpenſatio Paſtoribus non competit, Viſitation- und Conſiſtorial-Ordnung Tit. XXXIV. von Auffbiethen der Perſonen/ ſo ſich verehlichen wollen. Hujus nigrum, utilitatis gratia, adjicere placuit, quod ita ſe habet: Vor allen Hochzeiten ſoll zuvor drey Sonntag nach einander vom Predigtſtuhl Verkündigung geſchehen/ welche Perſonen einander ſollen öffentlich vertraut werden. Und wo nun Hinderniß oder Irrung vorfält/ ſoll der Pfarrer oder Caplan dieſelbe Perſonen nicht vertrauen/ noch einſegnen/ ſondern ſie an das Conſiſtorium weiſen/ und ihnen darneben gebiethen/ vor dem Urtheil oder gebührlichen Beſcheide deſſelbigen keine Hochzeit zu machen/ vielweniger einander zu berühren. Da aber die Perſonen dem Pfarrer oder Caplan nicht wollten folgen/ ſoll er ſolches dem Rath oder Obrigkeit ledes Ortes vermelden/ die ſollen den Perſonen bey Leibes-Straffe auffiegen/ ſich zum ſchleunigſten für das Conſiſtorium zu begeben/ und vor dem Urtheil/ und der öffentlichen Chriſtlichen Solennität der Hochzeit ſollen ſie keine Beywohnungen geſtatten/ noch zulaſſen. Und wo vor/ oder nach dem Auffbiethen Einſpruch geſchehen würde/ und derſelbe könnte nicht gnugſam Urſach ſeines Fürbringens ausführen/ ſo ſoll er die Unkoſten/ darinn das beklagte Theil verurſacht/ zu erſtatten ſchuldig ſeyn/ auch ſonſt gebührliche Straffe erwarten/ *Vid. Jur. Denunciationis Criminalis D. Petri* Schultz *Cap. I. §. 3. p. 1. 2.*

DE-

DEPOSITIO
Academica.

§. 1.

Depositionis ritus originem traxit ab Athenienſi Academiâ, ubi novitii examinati rigidius, & captioſis quæſtionibus vexati, inſanis clamoribus, miroque tumultu per forum in balneum deducti, ad ingenium naturamque explorandam, ad faſtum reprimendum, ingenerandamque modeſtiam, *B. D. Quenſted in Antiq. Bibl. P. I. Cap. IX. n. 4. p. 825.* Sed quam rarò hoc adſequatur, potius futuræ Spirituum & criſtarum erectioni præludatur, ingenui juvens veſtibus, moriones & fatuos referentes, deformentur, cornua illis affingantur, verba obſcœna miſceantur, notum eſt, ea propter hunc ritum, ſi ob Antiquitatem non planè abrogandum, tamen corrigendum eſſe, ut quicquid ſordium adhæret illi prudenter abſtergatur, cenſet *D. J. A. Oſiander Tb. Caſ. P. V. Cap. III. p. 602. ſeq. Herm. Conring. de Antiq. Acad. Diſſ. 4. p. 118. ſeq.* Ritus hic hodiè neque à Gallis, neque ab Italis, aut Britannis, quin & Hiſpanis atque Belgis non amplius adhibetur, ſed in ſolius Germaniæ, Sveciæ, Helvetiæ Academiis plerisque retentus eſt, *M. Joh. Gid. Gellius Diſſ. Hiſt. de Depoſitione Academica* §. *18.* de Sale & Vino §. *31. C. F. Paulini* Zeit-kurtz. erbaul. Luſt. *T. II. Cap. LXVII. p. 379. ſeq.*

§. 2.

Wann neue ankommende Jüngling auf den hohen Schulen ſind deponirt / und man ſie nunmehr in die Zahl der Studenten auffnimmt / ſo pflegt man ihnen auch Saltz in den Mund zu thun / und nach vorhergehenden Examen / zu ihnen zu ſagen: Nimm hin das Saltz der Weißheit; und ſolches ſo dann zu erklären; daß die Alten mit Darreichung des Saltzes / haben die Studenten ermahnen wollen; daß ſie in ihren Studieren / und Sitten / veſt oder ſcharff / munter / hurtig / nicht faul / verdroſſen / den Laſtern ergeben / ſondern befliſſen ſeyn ſollten / daß ſie mit der Zeit das Saltz der Erden / nach dem Spruch Chriſti / werden / Matth. V, 13. und auch andere in der Weißheit und Geſchicklichkeit / ſo die guten Künſte lehren / unterrichten mögen / *Mart. Zeilerus in Miſcell. p. 332.* Ich kan nicht unterlaſſen / die ſchöne Gedancken des Herrn Lutheri herzuſetzen / welche er von dem Deponiren und Vexiren derer Studenten hat / wie dieſelbe Herr *Mattheſius* in ſeiner 12. Predigt vom Leben Lutheri *p. 136.* anführet. Es hatten etliche vom Thal ihre Kinder déponiren laſſen / die behielt er bey Tiſche / und ſagte: das iſt nur eine Kinder-Depoſition geweſen / wann ihr werdet erwachſen / und in

Kir-

Kirchen/ Schulen/ Regimentern denen Leuten dienen/ da werden eure Pfarr-Kinder/ Edelleute / Amt-Schösser/ Bürger und Bauern/ wie auch das Weib im Ehestande/ euch erst recht deponiren und regieren/ diese alle werden auch die Hörner recht schaben und abstossen/ *D. Mysand.* im wohlgepl. Priester/ *Cap. II. in fin. p. 34.*

DERELICTIO DEI.

Derelinquit DEUS pios derelectione non *finali & desperativâ*, sed *dispensativâ, correctivâ & eruditivâ. Damascenus Lib. II. de Orthod. Fid. Cap. XXIX.* Cum corripimur à Domino, magis est *admonitionis*, quam *damnationis, medicinæ*, quam *supplicii, correctionis*, quam *pœnæ.* Chrysost. Hom. XXVIII. in 1. Corinth. ap. *B. D. G. Mœbium, in Admiranda DEI vindictâ, quam propter Davidis peccatum sustinuerunt Israëlitæ, Dissert. II. Cap. III. §. 35. n. 4.* Nequaquam ergò nobis dolenda est hæc afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem esse virtutum, *Salvianus de Gubernat. DEI Lib. I. Cap. IX. p. 9. 10.* Et non sine causâ *Nazianzenus* Pauli Angelum colaphizantem vocavit Σατανᾶν πρὸς τὸ συμφέρον Satanam ad utilitatem, *D. Wilh. Zeschius de Angelo Paulum colaphizante M. I. §. 12. p. 17.* Derelinqvuntur ad tempus oneranturque pii cruce & tentationibus, ne superbiant; Sed ut potius in verâ humilitate erga DEUM & homines retineantur. Homo namque post lapsum ad arrogantiam & superbiam proclivis est facileque admirator suorum vel donorum, vel operum fieri potest. Heic itaque nullum præsentius juxta ac præstantius huic malo remedium inveniri potest, quam afflictio & tentatio, quæ hominem DEO subjicit, ad propriæ infirmitatis agnitionem perducit, atque hac ratione modestum & mansuetum reddit, *Id. Ibid. M. III. §. 6. n. 2. p. 37. 38.* castigationes temporales esse quasi facem accensam in manu hominis, ut inde cognoscat statum suum cum Creatore suo, rectissimè asseritur in Baal Akedah ap. *M. Joh.* Busch/ *de Jacobo expectante JESUM ex Gen. XLIX. §. 8.* DEUS derelinquit velut in momento, Es. LIV, 8. Vid. *Appamt. Bibl. Tom. I. p. 838.*

CHRISTI.

Quomodo JESUS, Salvator noster unicus, à DEO Patre se derelictum queratur, vid. *in Appamt. Bibl. T. I. p. 492.*

DERELICTIONEM

Hanc quidam sibi optat.

Der Frantzösische Marschall Biron, trieb mit der Religion nur seinen Spott

Spott/ ihm galt eine so viel/ wie die andere; Alle seine Handlungen bezeugten einen Atheisten/ und ein gottloses Gemüth/ welches dieser für seinen Himmel zu halten schien/ daß man ihn/ seiner glücklichen und schnellen Krieges-Verrichtungen halber **den Blitz aus Franckreich** nannte; Und sorgte er im übrigen gar wenig dafür/ ob ihn dermaleins der Zorn GOttes **anblitzen** würde/ oder nicht; diesem verruchten Cavallier gab einsmals unter andern Gespräche der Freyherr von Lux zu vernehmen/ er hätte gehört/ wie ein Capuciner zu einem todt-krancken Ertz-Bischoffe von Lyon gesagt: **wann GOtt an dem Menschen keine Besserung erblickte/ so liesse er denselben fahren/ und gäbe ihm einen verkehrten Sinn; Nach solcher Verstossung aber von seiner Gnade/ liesse ers ihm zeitlich wohl- und nach seinem Wunsche gehen/ daß er in Wollust und Uberfluß frölich und sicher so hin lebete.** Der Spötter Bicon aber gab hierauff zur Antwort: **Ey/ mit solchem Bedinge begehre ich auch wol von GOtt verlassen zu werden.** Nun solch sein verfluchter Wunsch ist ihm auch erfüllet/ denn er hat zwar/ wie vor gemeldet/ im Felde grosse Ehre eingeleget/ den Ruhm eines gewaltigen und tapffern Generals erworben/ und wider die Feinde groß Glück gehabt; Aber zuletzt bekam selbiges einen schrecklichen Abschnitt; Denn er ist endlich/ weil seine Ehrsucht ihn wider seinen König zur Untreu und allzuhohen Anschlägen verleitete/ enthauptet worden/ und ist sein sehr ungedultiges Ende nicht viel zu loben/ wie hiervon beym Thuano und dem von Metern die Umstände zu finden/ *Rev. D. Misand.* in der Cr. d. §l. *p. 1633.*

DESCRIPTIO
Redituum Angliæ infausta.

Guilielmus Rex Angliæ, ut antiqvus Historicus *Florentius Wigornienſis in Chronico circa Annum C. 1109.* (quo tempore ipse vixit) scribit, fecit describi omnem Angliam, quantum terræ quisque Baronum suorum possidebat, quod feudatos milites, quot carrucas, quot villanos, quot animalia: imò quantum vivæ pecuniæ quisq; possidebat in omni regno suo, à maximo usque ad minimum, & quantum reditus quæque possessio reddere poterat. Sed vexata est terra ista ea propter multis cladibus, *Camerarius Hor. Succiſ. Cent. III. Cap. XXI.* Conf. Apparat. Bibl. Tom. I. in Tit. *Augustus incolas numemus* p. 356. & *David an peccarit, dum populum censeri ac describi curavit?* p. 750. seq.

DEXTERA
Fidei sacra.

Et prisci mortales morem hunc induxerunt, ut firmandæ fidei copularent

dexteras: quo perfectus numerus, h. e. denarius perficeretur, quinis scilicet utrinque junctis, *Cœlius l. c. l. XXII. c. XIV. p. 121.* Dextram autem fidei sacram, ex trivio notum: & fœdera dextris peractis feriri solita non ignorant, qui vel extremis labris antiquitatem degustarunt. Sic veteribus in nummis frequentes duæ dextræ junctæ, cum epigraphe illâ: Fides publica! Fides exercituum! Fides Provinciarum, & in ipso Fidei simulacro, quod marmoreum hodieque exstat, duæ sunt personæ dexteras jungentes, in medio *Amor*. Nec dubium est, semper in rebus magni momenti, tutelis, pactionibus, transactionibus, sponsalibus, dextras jungi solitas, tanquam évidens Symbolum ac signum perfecti consensus, perfectæ pactionis, perfectæ concordiæ, & majoris fidei, *Alex. ab Alex. Gen. Dier. l. II. c. XIX. & l. V. c. III.* Quo spectat illud *Ovidii 6. Metam.*

Ut signum fidei dextras utrasque poposcit,
Interseque datas junxit.

Apud Virgilium Dido exclamat:

— — — en dextra fidesque
Quam secum patrios ajunt portare penates.

Atque hoc est, quod Achimenidi Anchises:

Dat dextram, atque animum præsenti pignore firmat.

Vid. *Salm. in Pant. P. I. T. LIII. p. 279. & omninò Phil. Camerarius Op. Subc. Cent. I. c. XXXV. p. 163. seq. & Cent. II. c. XLVI.* Persæ & Medi inibant matrimonium dextris datis, Arrian. l. III. ap. *Radan. in Orat. Ext. P. II. c. V. q. 2. p. 243.* Et dextras dare pro fœdus inire ap. veteres & recentiores Scriptores, *C. du Frêne in Gloss. T. II. p. 272.*

Sinistra.

Etiamsi dixerint RR. de manu dextrâ, quod sinistra sit, ac de sinistra, quod dextra sit, id credendum, *M. Georg. Lanus, Diss. Hist. de Pythagoricâ ingeniorum servitute, & Socraticâ philosophandi Libertate §. XI.*

Non unicuiq; porrigenda.

Secundum Pythagoram scilicet, hoc est, non temere quempiam in amicitiæ familiaritatisque fœdus admittendum. Id enim Symbolum in hanc sententiam Plutarchus citat ἐν τῷ περὶ πολυφιλίας, Et Solonis dictum illud in primis fertur: Amicos ne citò compares. quos autem acquisieris, ne rejicias, contemnasve, *Erasm. Ad. Chil. I. Cent. I. p. 16.*

Sinistrâ potior, agilior & potentior.

§. 1.

Ob sanguinis fontem in epate, quod in dextro latere, & quia potentior,

ideò

ideò honoratior. Hinc Aristoteles τὴν δεξιὰν τῆς ἀριστερᾶς φύσει κρείττονα εἶναι, multis locis inculcat, multisque rationibus contendit, ut *de partib. animal. l. III. c. IV. & l. IV. c. VIII. Nicom. l. V. c. VII. & in problem. l. XXI. q. 12. & 13. & 19 & 31.* ubi omninò vult dextra naturâ fortiora ac validiora sinistris esse. At Plato (quem & hoc nomine is notat *Polit. l. II, c. X.*) *de leg. l. VII.* hoc tanquam delirium exagitat, quod & refutare conatur primò membrorum reliquorum, exemplo ἐπεὶ τάχ' ἂν καὶ πόδας τε καὶ τὰ, κάτω τῶν μελῶν ἓδὲν διαφέροντα εἰς τὰς πόνους φαίνεται, quod idem de oculis auribusque dici poterat; & nutricum matrumque maximè insciitiæ usuique pravo adscribit. Dein rejicit etiam operum quorundam instantiis: Siquidem, inquiens, in quot quibusque operibus utrâ utamur nihil refert, sicut inter lyram tangendam, lyram sinistrâ, plectrum dextrâ, an è converso teneamus, nullius momenti res est, aliaque ejusdem rationis, quicunque animadverterit, is his exemplis edoctus, ni ad alia etiam negotia, ubi oportebit utraque pariter citra discrimen usus fuerit, insano certè parum distabit. Illis etiam assvesce, inquit *Marcus Antoninus, Imp. Vit propr. l. XII. §. 6. p. 117.* quæ fieri posse desperas; nam & sinistra manus, cum ad alia opera per desuetudinem inepta sit, frenum quam dextra validius tenet, τοῦτο γὰρ εἴθισται, quia huic operi assuevit. Itaque Plato: Multum interest inter eum, qui utraque manu uti didicerit, assueveritque, & eum, qui alterutri tantum, quod & à re athletica, & à militari, mox comprobat. Ideò autem usus obtinuit, ut *ad frenum sinistra* adhibeatur, quo dextra vel virgæ, quâ equus regitur, vel armis, quæ gestanda ac utenda fuerint, pura ensi hastæve exerendis, exercendisque immunis relinquatur, *Xenophon de re equestri:* Ὁ ἱππεὺς τῇ μὲν ἀριστερᾷ ἄγει τὸν ἵππον τῇ δὲ δεξιᾷ τὸ δόρυ ἔχει, quanquam posset & alia assignari ratio, cum frenum fortius sinistrâ teneatur; Si verum foret, quod *Solinus* habet, *Polyhist. c. I.* Parti dextræ habilior adscribitur motus, lævæ firmitas major. Verum in hoc *Solinum* rejicit meritò *Salmasius*, quem vide sis in Exercitationum thesauro illo πολυμαθεστάτῳ.

§. 2.

Th. Gaza. in Anton. sit. lot. p. 425. Dextra quippè sinistræ apud priscos prælata. Vid. *Dietericus Antiquit. Bibl. in Ps. CX. 1. p. 508. M. Matth. Frid.* Fritzsch/ *Diss. Philol. de Usu Manuum, S. 2. §. 4. lit. dd.* Quanquam non semper; Cyrus enim ex aliâ causâ (quam quod epar in dextro sit latere) sinistram corporis partem dextrâ honoratiorem ducebat, quia Cor in lævam partem vergit. Quos ille honorare volebat, ad sinistram partem collocabat, *Martin. in v. dextra.* Persæ etiam sinistram dextræ præferunt, *Tavernier Oriental.* Reise Beschreib. *in Descript. Coronat. Solimanni III. Regis Persiæ p. 23. a.* Sicuti & Turcis sinistra manus dextra habetur dignior, *Georg. Hornius, Orb. Polit. l. I.*

c. II. §. 4. p. 24. Philippus Caroli Antiq. Rom. l. III. c. VI. p. 81. Gottfr. Schultz/ *Cosmogr. p. 234.* Quod inde forsan, quia dicunt CHRISTUM ad dextram DEI sedere, Muhammedem autem ad sinistram, *B. D. Kromaier. Scrutin. Relig. Diss. III. §. 28. p. 50. 51.* Londini in Anglia id observant, ut nulla habita ratione dextræ aut sinistræ, honoratiori loco incedere existimetur, qui ædibus viciniore collocatur. Cum enim plateæ sint lutosæ, & declives versus mediam cloacam eas dividentem, fit ut nitoris gratia ædibus appropinquetur, & qui illis viciniores, magis honorentur, *Laurent. Beyerlinck. Theatr. Magn. Vit. Hum. Tom. II. l. IV. p. 114.* Idem nos Gallorum, Hispanorum prope muros euntium, non habitâ ratione dextræ & sinistræ; In Germaniâ si tres una ambulant, medium locum occupans supremus censetur; In Helvetia secundo loco refertur, semper dextram intuentur, *Arithmæus Feudal. Velit. Diss. VIII. Coroll. XI.*

§. 3.

Harmenopulus de Sectis Sabbatianorum hæreticorum meminit, quod sinistram adeò detestati fuerint, ut hac quicquam prehendere piaculum duxerint, unde Ἀριστεροὶ h. e. sinistri sunt nominati, *Horus Apollo Hierogl. l. II. c. XL. p. 58. 59. cum notis Causini ib. Picinell. Mund. Symb. l. III. c. XCIV. n. 276. p. 95. Valent. Henr. Voglerus, Comment. ad c. III. Judic. p. 135. Paullini* Zeitkurtz-erbaul. Lust/ *T. II. c. CXLVI. p. 942. seq.* Die Malavares in Indien verrichten mit der lincken Hand alles unsaubere/ ihre Gesichter aber/ und was sie essen/ rühren sie niemahlen anders/ als mit der rechten Hand an. *Tavernier l. c. T. 2. l. III. c. XIV. p. 178. a.* Dantur alias & ἀμφιδέξιοι, ut Benjamitæ illi funditores, insigni in eo genere artificio prædicti, Judic. XX, 16. Qui prend à droite, & à gaucke, *Carol. du Fresne Gloss. T. I. p. 162.* Plato testatur *l. III. de Leg.* Scythas utramque manum æquè promptam habuisse, *M. Joh. Prætorius Philologem. abstruse de Pollice Art. III. §. 5. p. 97.* Secundum Hippocratem fœmina nunquam fit ambidextra, *Stewechius in Veget. l. III. c. XX. p. 356.* Observatum vires dextra parte majores, quibusdam æquas utraque, aliquibus læva manu præcipuas esse: nec id unquam in fœminis, *Plin. N. H. l. VII. c. XVII. p. 113.* Sed vid. *Apparat. Bibl. Tom. II. p. 41.*

Et sinistra est circumscriptio ætatis parvulorum.

Grotius ad Jon. IV, 11. *in Tom. IV. Crit. Sacr.* Dextera significat ea, quæ recta sunt: Sinistra ea, quæ sunt contraria: præcipuè quod infantilis ætas describi soleat, ignorantia recti ac turpis, & ap. *Calov. in Bibl. Illustr. p. 5[illegible]. D. Dan. Clasenium de Oculis Gentilium Lib. III. Cap. III. p. 514.* Non est descriptio Ninevitarum quorumvis, quod ante de DEO nil sciverint, ut vult Abra-

bravanel (Vid. *Diss. M. Joh. Crusii de Ninive §. 16.*) sed circumscripto ætatis parvulorum, in quibus nondum est discretio rationis & judicii, ut sciant utra manus dextra sit, utra sinistra. Frustra autem hinc Pelagiani, teste *Heron. Lib. III. adv. Pelag.* collegerunt, infantes peccato expertes esse, cum hîc de parvulis nec negetur *peccatum originis*, in quo omnes homines ordinaria naturæ viâ ab Adamo descendentes concipiuntur & nascuntur, Job. XIV, 4. Ps. LI, 7. Joh. III, 6. Rom. V, 12. nec *actuale* quodcunque, sed *malitiæ*, quod contra scientiam ac conscientiam designatur & in cœlum clamare potest, *B. D. Pfeiffer. Prælect. in h. l. Jonæ p. 61.* Sic & Moses Deut. I, 39. infantes non liberat à peccato *originali*, sed ab, *actualibus*, quoad eum gradum, qui est in adultis cum προαιρέσει peccantibus. Nam & actualia peccata ab iis proveniunt Gen. VI, 5. Aliud est nescire peccatum, aliud peccatum non habere 1. Tim. I, 13. Luc. XII, 47. Nam nec se *vivere* sciunt infantes, & tamen vivunt, *Calov. l. c. in h. l.* p. 555.

DEus.

Dextra mihi DEus, & telum quod missile, libro.

saate jener heydnische Eisenfresser / das ist / **diese meine Faust und mein Wurff-Spieß / den ich darinnen habe / sind mein Gott.** Anders machte es GOtt mit Moses seiner Hand / denn der HErr befahl ihm und sprach: **Stecke deine Hand in deinen Busen / und er steckte sie in seinen Busen / und zog sie heraus / siehe / da war sie aussätzig wie Schnee /** Exod. IV, 6. das legen die Alt-Väter also aus: Moses Hand sollte viel Wunder thun / damit er nun dieselbe nicht küssen / Hiob. XXXI, 27. und ihm selbst solche Wunder zuschreiben möchte / ließ sie GOTT aussätzig werden; als wollte er sagen: nicht deine / sondern meine Hand wird allein die Wunder thun / meine sollt du küssen / und nicht deine / *D. Misand.* in der **Cr. des Fl.** *p. 151.* Conf. Tit. DEO Soli Gloria *in Apparat. Bibl. Tom. I. p. 1002. seq.* & Tom. III. in Tit. Mosis manus leprosa *p. 520. seq.* Non benè cœlestes impia dextra colit, *Ovid. Ep. Heroid. 7.*

Imperii.

Albertum Ducem Saxoniæ Innocentius VIII. Rosa aureâ donavit, & adjunctis literis *Dextrum Imperii manum* nominavit, Fabric. Orig. Sax. Lib. VII. p. 830. ap. *D. J. C. Beeman. Diss. de Cognominibus Principum Cap. II. §. 20. p. 68. Lans. pro German. p. 129. Nob.* **Ziegler im Täglichen Schauplatz der Zeit** *12. S p. n. 3. p. 1125.* Fridericus I. Dux Sax. Imperii Dextra & Imperatoris Sigismundi vocatus, *Id. ib. 4. Jan. n. 2. p. 8.* Albertus Marchio Brandenburgensis Achilles Germanicus & Imperii dextra nominatus ap. *eund. 12. Mart.*

n. 4. p. 250. Henricus III. Rex Galliæ dicebat: se morte Henrici I. Principis de Conti dextro brachio privatum esse, *Id. 5. Mart. n. 3. p. 222.*

Potationis initium.

Surgite ô socii incipientes à dextrâ omnes, undè & potationis initium, Antinous ad cæteros procos in domo Penelopes ap. *Homerum Odyssea Lib. XXI. p. 161. b.*

Ad Dextram Cor. Cohel. X, 2.

לֵב חָכָם לִימִינוֹ *Cor Sapientis est, ad dextram ejus* h. e. judicium, ratiocinatio, cura, affectus voluntas, itemque cæteræ operationes *animæ* (quæ metonymicè appellatur *cor*, ob primam, juxta aliquos, animæ in corde sedem, vid. Cap. I, 16.) promtæ ac expeditæ sunt, ad rectè feliciterque obeunda negotia; vel quicquid modò ejusmodi vir sapiens aggreditur, illud *dextrè* succedit, quandoquidem Cor ejus, unde omne agendi principium, ad dextram situm est ipsi, וְלֵב כְּסִיל לִשְׂמֹאלוֹ Cor verò stulti ad sinistram ejus, h. e. quicquid modo stultus cogitat, consulit, vult, ordinat aut agit, id omne succedit sinistrè, imprudenter, difficulter ac inepte, fermè, sicut cum quis scribere vult manu sinistra. Pulchre ergo depingitur sic stolidorum ineptitudo ac aberratio multifaria in cunctis illorum laboribus aut negotiis à corde profectis aut institutis. Chaldæus ita reddit: *Cor sapientis ad possidendum legem* (propendet scilicet) *quæ data est manu DEI dextra: cor stulti autem ad possidendum divitias, argentum & aurum.* Simile quid reperitur Cohel. II, 14. Sapientis oculi sunt in capite, ita ut tum in cognoscendo, tum in agendo non facilè, aberret, sed quoad theoriam & praxin satis benè sit instructus; ipse enim instar Jani b. frontis videt præterita, prænoscit futura, dispicit quid fugiendum, quid sequendum, non facilè impingit hæret vel labitur, sed juxta Chaldæum *contemplatur in principio, quod futurum est in fine.* Stultus autem in tenebris ambulat, h. e. ille qui hoc sapientiæ studium neglexit, istaque videndi facultate ac lumine caret, is nihil rectè agnoscit, verum à falso bonum à malo nunquam discernit, imò nescit, quò vadat, vel ubi impingat, inque suis actionibus instar cæci palpitat in meridie, unde mirum non est, si crebro vel in peccata, vel errores, vel varia infortunia prolabatur ac intereat. Impius non habet oculos in capite, sed vel in manibus temerè quidvis amplectens, vel in pedibus, quocunque fert impetus, ruens, *B. Geierus in h. l. p. 62. seq. p. 379. seq. Polanus Synt. Theol. Lib. I. Cap. V. p. 15.* Ignorationem iis, quibus inesset, dicebat Plato ad Antimachum Colophonium, tantum nocere, sicut cæcitatem iis, qui capti luminibus essent. Τοῖς ἀγνοοῦσι κακὸν εἶναι φάμεν & τὴν ἄγνοιαν, ὥσπερ τὴν τυφλότητα τῶν μὴ βλέ-

βλέπουσιν, ap. Pezel. Mellif. Hist. P. I. p. 170. b. Scientia est lumen alterum, habetque oculos lucidos. Persona sine eruditione, est ut corpus sine Spiritu, Arabum est proverbium. It. Dies unus viri docti præstat tota vitâ indocti, ap. *Hottinger. Hist. Orient. Lib. II. Cap. VI. p. 550. 551. Gisb. Voëtium Diss. Epist. de Termino Vitæ ad Job. Beverovicum p. 74.* Quadrat huc adagium: *Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδονίπτηρον*, i. e. Dextrum pedem in calceum, sinistrum in pelvim. Subaudi verbum ad sententiam accommodum, mittit aut ponit. Suidas ex Aristophane citat, aitque, dici solere in eos, qui se norunt, commodè ad rei præsentis conditionem applicare, proque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam sustinere personam. Est autem Carmen hexametrum heroicum:

Dextrum in calceolo, lævum vero in podoniptro.

Podoniptrum vas, in quo pedes lavantur; unde & vocabulum inditum à Græcis, *Ennsm. Adag. Chil. III. Cent. 1. c. LXII. p. 639.*

Sede à dextris meis,

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis. Als König Jacobus II. aus Engeland zum Könige in Franckreich im Jahr 1689. fliehen muste/ hat dieser zu ihm gesaget aus dem 110. Psalm. Setze dich zu meiner Rechten/ biß daß ich lege deine Feinde zum Schemel deiner Füsse/ Auffgefangene Briefe Erstes *Paquet Corresp. 119. §. 4. p. 959.*

Dextrorsum & Sinistrorsum

Se vertere Gen. XXIV, 49. significat, scire quid faciendum vel omittendum sit: metaphora à constitutis in bivio, & certam ex duabus sibi viam eligentibus, desumta. Alias crebro de Obedientia erga mandata divina, phrasis hæc usurpatur, quod *neque dextrum, neque sinistram versus ambulare* debeant homines, h. e. rectam illum cultus divini & viæ sanctæ viam, ac rationem inire, quam ipse Jehova in verbo suo præscripsit, Deut. V. 32. C. 17. 11. 20. C. XXVIII, 14. Joh. I, 7. C. XXIII, 6. Prov. IV, 27. Es. XXX, 21. *B. Glassius Rhetor Sacra Tract. I. Cap. XII. p. 385. 386.* Diversâ ratione *dexterum latus* prudentiæ, circumspectionis & honestatis; *Sinistrum* vero imprudentiæ, temeritatis & incogitantiæ Symbolum est, Cohel. X, 2. *Ibid.*

Δια, Per.

Quandoque significat causam principalem, Rom. VI, 4. Joh. I, 3. Hebr. I, 2. Prov. VIII, 15. aliquando causam meritoriam, Eph. I, 7. Joh. VI, 57. aliquando instrumentum, tum operativum, Rom. III, 26. tum Dativum Tit. III, 5. tum denique apprehensivum, Rom. III, 25. aliquando vero significat nudum ordinem,

nem, seu viam ad terminum, Act. XIV, 22. & hanc significationem etiam obtinet, 1. Tim. II, 15. Das Weib wird selig durch Kinder zeugen/ *Ebart. Enbirid. Pos. Theol. Polem. p. 416.* Διὰ τῆς τεκνογονίας per filiorum generationem (non obstante filiorum generatione, *Gerh. Comment. in Ep. Petri, p. 469.*) in statu illo & conditione dura, quâ à DEO post lapsum posita est. Consolatur Apostolus mulieres contra hanc à DEO impositam pœnam, Gen. III, 16. quod istâ non impediatur æterna ipsarum salus, *D. Glassius Philol. Sacr. l. III. Tr. I. Can. IX. p. 507. seq.*

ΔΙΑΘΗΚΗ. 2. Cor. III. 6.

Vocis hujus etymon si spectes, nil plus quam *Dispositionem* significat. Est enim à Διὰ & τίθημι *pono, statuo.* Unde Autores profani quodlibet pactum, quo de rebus inter se disponunt homines, hac voce appellant. Διαθήκη enim & *Testamentum* frequentissimè designat *Isocrati* aliisque, & pro *Sponsione* ponitur apud *Aristophanem*, & pro *Legibus* usurpatum est ab *Orphicis* & *Pythagoricis. Lex* autem, *Sponsio, Testamentum*, tres illi modi sunt, queis homines hominibus obligantur. *Vide Grotium in Prolegom. ad N. T.* In Sacris Διαθήκη *Fœdus testamentarium*, seu *dispositionem fœdemlem* simul ac *testamentariam* significat. Quæ significatio, ut sic dicam, mixta, orta est ex LXX. virali versione ubi Ebræus בְּרִית quod propriè *pactum*, aut *fœdus* notat, singulari DEI providentia redditur Διαθήκη, h. e. si communem vocis usum spectes, *Dispositio voluntatis ultima*, seu *testamentum*, fortè non alia causâ, quam quod Dispositio Testamentaria sit omnium firmissima, pactumque nobilissimum, quod morte Testatoris secutâ nullam amplius mutationem recipiat. LXX. Interpretes imitati sunt, S. DEI homines Apostoli, pactum DEI cum Hominibus ubique Διαθήκην, h. e. *dispositionem* & *Fœderi* & *Testamento* similem vocitantes, Vid. Luc. I, 72. Act. III, 25. Rom. XI, 27. Ebr. IX, 4. X, 29. XIII, 20. *Excell. D. Joh. Olearius, Posit. Philol. sup. Epist. Dom. Exercit. XXXIX, Posit. III. p. 348.*

DICO

Pro jubeo.

Verbum λέγω, dico idem est ac edico, jubeo, moneo ad imitationem Hebræi אָמַר Jonæ II, 11. Esth. I, 10. 11. C. II, 15. Jos. XI, 9. Sic Marc. V. v. ult. εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν, jussit ei dare cibum, Matth. IV, 3. εἰπὲ *dic, jube*, ut lapides isti fiant panes. Maximus autem hujus verbi usus in eâ significatione est apud Arabes, *D. D. Olearius, in Ep. Dom. Ex. VII. Pos. XII. p. 56.* Conf. Rom. XII, 3. Luc. X, 40. Loqui, seu dicere, ponitur & pro *stipulari*, s. *promittere*, Deut. XXVI, 17. Jos. XXIII, 5. Luc. I, 55. pro *decernere*, Gen. XXIV, 51. pro *consulere*,

quo

quo pertinet phrasis: loqui ad cor alicujus, h. e. παραμυθεῖσθαι ἢ παρηγορεῖν, consolari. Jud. XIX,3. Es. XL,2. Hos. II,14. Sic quod Joh. XI, 19. dicitur: Multi ex Judæis venerant ad Martham & Mariam, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτάς, ut consolarentur eas, id Syrus expressit רנחמון בלבהין *ut loquerentur cum corde ipsarum. M. Varro l. 5. de Lat. Ling.* Hinc ad locutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquem locum consolandi causâ, *B. Glassius Rhet. Sacr. Tr. I. c. XIV. in fin. p. 446.*

DICERE
DEI in Creatione.

Scilicet efficax divinæ voluntatis de Creaturis decretum, ejusve exsecutio, per modum loquelæ humanæ exprimitur, Gen. I, 3. *Et dixit DEUS fiat lux: & facta est lux.* (2. Cor. IV, 6. DEUS, ὁ εἰπών qui dixit, vel jussit è tenebris lucem illam cescere. Sic v. 6. 9. 11. 14. 20. 24. Et dixit, dixit DEUS &c. Nam verbum *dixit* novies in hoc capite repetitur, decimum Ebræi includi ajunt in primis verbis: *In Principio creavit DEus cœlum & terram.* Ex eo ortum dicterium decem verbis mundum à DEO conditum notante Lud. Dievio ap. *Calov. ad. Gen. I, 6. p. 225. Rab. Mose Maimonides in More Nebochim P. I. Cap. LXV.* Quod illa dicere, in opere creationis intelligenda sint *de voluntate*, non *de sermone*, indè demonstratur; quia sermo, quo aliquid præcipitur & mandatur, necessariò dirigi debet ad ens quodpiam, quod illud mandatum potest recipere. Tum autem nulla entia adhuc fuerunt. Undè sequitur, illa de solâ voluntate esse intelligenda, *Musculus in Comment.* Humano more Moses de DEO loquitur. Non est autem humano more locutus DEus. Verbum illius expressa est voluntatis illius virtus & efficacia. Quoniam quod volumus, ut intelligatur, & vel credatur, vel fiat, prolatione verbi exprimimus, idcò expressa voluntas DEI, *verbum* dicitur. Et posteà: Spiritus est DEUS, ergò nulla illi corporea locutio, nulla vox transiens, nullum idioma, nec Hebræum, nec Græcum, nec aliud quodcunque competit, nisi temperariâ dispensatione per organum aliquod prolatum; quod hoc loco cogitari non potest. Ubi autem vox corporea sonitu transitorio prolata excluditur, facilè cogitari licet, loqui DEum, nihil esse aliud, quam aliquid, certâ & efficaci voluntate statuere & facere. Sic appellatio nominum, creaturis inditorum, quæ v. 5. 8. 10. DEO tribuitur, decretum & constitutionem divinam notat, ita appellandas ab hominibus esse. Sic *benedictio* divina, quæ ad pisces & aves prolata esse à DEO dicitur, v. 22. realis est multiplicationis specierum illarum constitutio. Musculus iterum benè: Expende, quod aquatilibus loquitur DEus. Mirabile genus loquendi. Non est auribus illorum locutus, sed naturæ viribus, quibus

vim propagandorum generum verbo virtutis ſuæ naturaliter indidit. Sic & in aliis decretis divinæ voluntatis, *dicere DEum vel loqui* aſſeritur, Gen. VIII, 21. Et dixit Dominus ad cor ſuum, non amplius maledicam terræ, h. e. ita conſtituit, & hoc ſuum decretum Noæ, & per Noam mundo patefecit, Pſ. II, 5. Tunc loquetur ad eos (inimicos ſuos) in ira ſuâ h. e. horribili judicio ſupplicioque eos proſternet. Quando S. S. Trinitatis decreta, per modum ſermocinationis ſivè colloquii, inter ipſas divinas perſonas, exprimuntur, ut Gen. I, 26. Cap. II, 18. Cap. III, 22. Cap. XI, 6. 7. Hac ſermocinatione & inſtituta quaſi deliberatione, tum S. S. Trinitatis decreta, tum operum efficiendorum præſtantia, innuuntur. Reſpondet huic τῷ *dicere* in S. S. Trinitate τὸ *audire*, quod Filio tribuitur, Joh. IIX, 26. 40. Cap. XV, 15. & Spiritui Sancto, Joh XVI, 13. Nec dubium, quin Filius DEI ideò (inter alias cauſas) dicatur λόγος *Verbum*, quia per eum ſermonis interni S. S. Trinitatis, h. e. decretorum divinorum manifeſtatio ad ſalutem hominibus facta eſt, Joh. I, 1. 18. *Glaſſ. l. c. Cap. VII. p. 127. ſeq.*

Poſſe.

Pro verè ſincerè & ex animo dicere accipitur, Prov. XX, 9. Quis poteſt dicere, purificavi cor meum? h. e. quis verè hoc affirmare poſſit? Sed in Hebræo eſt, *quis dicet*, h. e. quis dicere poteſt? 1. Cor. XII, 3. *Nemo poteſt dicere* Dominum JEſum niſi in Spiritu Sancto, h. e. verè, ex animo, aut toto pectore ſeu ex ſalutari & vivica cognitione hoc nemo dixerit, ſine ſingulari motu & impulſu Spiritus Sancti, *Id. in Grammat. Sacra Lib. III. T. II. Can. XIV. p. 248.*

Non ſufficit, facere accedat.

Parum namque eſt dicere & ſentire rectè, niſi facias rectè. Seneca ait *Epiſt. 20.* Verba rebus proba; Et *Maximus Tyrius Serm. 15.* Quod ſermones optimi ſint illi, qui actionibus conſonent. Calanus Gymnoſophiſta laudatur à Philone judæo, quod ejus λόγοι fuerint ἔργα, & ejus ἔργα fuerint λόγοι. Vide *Iſidorum Lib. I. Epiſt. 342. Et Lib. II. Epiſt. 275.* & *Epiſt. 183.* & *Rittershuſium L. VI. Cap. XIII. Sacr. Lection.* inſignia utique hâc de re ſuppeditabuntur, *D. D. Claſenius Comment. in 7. Sap. Conviv. Plutarchi p. 51.* Dictum eſt & res, ut *Virgil.* ex omni injuria dicto. Sic aliquandò Homero ἔπος eſt Res, ut Hebr. דָּבָר eſt factum & dictum, *Martin. in h. v. Et Dicere & Facere!* Symbolum erat Bugislai VI. Ducis Pomeraniæ. Optimi quiq; facere quam dicere malunt, *Saluſt. Catilin. Cap. VIII.* Factis magni, ad verborum linguæque certamina rudes ſunt, *Liv. X, 21. ap. Bernegger. in Tubâ Pacis accentâ Scioppiano Belli Sacri Claſſico p. 359.*

DIC

Mihi nomen tuum, Gen. XXXII, 29.

Non petit Jacob à Filio DEI Antagoniſta ſuo, ut vocabulum, quo nominetur, indicet, neque enim hoc denegatum fuiſſet à Filio DEI, cum paulò ante is hoc ſuum nomen Jacobo indicaverit, quod luctatus ſit cum אלהים, & ante luctam etiam non ſemel ſe, & nomen, quomodò appelletur, manifeſtaverat, unde nominis cognoſcendi deſiderio ulteriori non tenebatur Jacob; Sed voluit de omnibus iis, quæ in N. demum T. patefieri de Meſſiâ debuere informari, clariorem rerum in N. T. gerendarum notitiam conſequi, ac gloriæ per Meſſiam in N. T. manifeſtandæ pleniſſimam cognitionem haurire. Senſus igitur eſt iſte: Indica mihi, quæſo, nomen tuum, i. e. ea, quæ de te ipſo olim dicentur, & hominibus nominabilia fient, ut ea omnia plenè agnoſcere queam, *B. D. Calovius. Diſſ. de Luctâ Jacobi* §. 47.

DICTA

Juſto tempore, Prov. XXV, 10.

Ein Wort geredt zu ſeiner Zeit/ iſt wie gülden Aepffel in ſilbern Schalen/ B. Lutherus in Scholio marginali: **Als Pomerantzen und Citronen.**

Multum delectant mala aurea, lance repoſta
Argyreâ; Sed plus tempore dicta ſuo,

Conf. *Geierus in h. l. p. 1335.*

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta,
Aurea, perpetuâ ſemper digniſſima vitâ!

Lucret. Lib. III, v. 18. ſeq.

Sapientum penetrant, Cohel. XII, 11.

Die Wort der Weiſen ſind Spieſſe und Nägel.

Non adeò penetrant peracutâ cuſpide clavi
Ac ſtimuli, ut penetrant Sapientum dicta virorum.

Sicut acutis ſtimulis pigri excitantur boves ad progrediendum in viâ, rectosque faciendum ſulcos, itemque ſomnolenti aſini, ne planè cum onere impoſito remanebant: ita quoque acutis illis ſapientum ſententiis ſuccinctis, deſidioſus noſter vetus Adam ſubinde compungitur, ut nos in viâ pietatis ac virtutis ſemel inceptâ progrediamur ſtrenuè, proficientes in dies rectamque in officii noſtri functionibus facientes liram, ut & ſub onere crucis fortiter procedamus, neque

vel ad dextram vel sinistram deflectamus. *Et tanquam clavi infixi.* Altera hæc est Gnomarum commendatio *ab inhæsionis firmitate*, q. d. non solum ejusmodi gnomæ sapientes vehementer movent primo aggressu, sed & in animis tenaciter impactæ postmodum perseverant: Sicuti enim *Clavi*, asseribus vel parieti impacti malleo, non solum penetrant, sed & adeò firmiter infixi manent, ut vix magnâ vi possint iterum evelli: ita quoque sapientum gnomæ accurata sua brevitate penetrant non solum, sed & animis hominum tenacissimè & supra proprium quoque æstimium impressæ hærent; quomodo fermè habet illud *Horatianum*:

Quicquid præcipies, esto brevis; ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

B. Geier. in h. l. p. 476.

Dictio non habens fratrem in scripturâ.

Ita appellatur dictio ἅπαξ λεγομένη, quæ *semel* tantum legitur in S. Codice, seu ut Aben-Esra loqui solet אֵין לוֹ אָח בַּמִּקְרָא quæ non habet fratrem in Scripturis. *M. Gottfr. Weberus in Vindic. Loc. Classic. Dan. IX, 24. seq.* §. *10.* Occurrunt alias in Scripturâ dictiones, quæ leguntur, & non scribuntur, & quæ scribuntur & non leguntur. Leguntur puncta vocalia, & non scribuntur literæ; Scribuntur literæ, & desunt puncta vocalia. Istorum omnium punctorum literæ extremitati sivè margini textus ex censurâ Massorethica addantur cum nota istâ: קרי ולא כתיב h. e. legitur (hæc vel illa dictio) & non scribitur (in textu.) Porrò: כתיב ולא קרי h. e. scribitur quidem, sed tamen non legitur. Exempla exhibet *Glassius Philol. Sacr. Lib. I. Tr. 1. N. 2. p. 5.*

DICTUM

Jam nihil, quod non sit dictum prius! Anne verum?

Daß der Satz des bekandten Heydnischen Comœdien-Schreibers Terentii, welchen Er in dem Prologo seines Evnuchi, unter diesen Worten:

Nihil dictum est jam, quod non sit dictum prius.

Kein Ding geschrieben wird/noch kan geschrieben werden/
So nicht geschrieben ist auff diesem Rund der Erden/

anführet/ toto cœlo von der Warheit abirre/ behelligen gnugsam die im höchsten Flor sich heut zu Tage befindliche Künste und Wissenschafften/ so immerhin zu grösserer Vollkommenheit gelangen/ und durch Sinn-reiche Köpffe einen neuen Wachsthum überkommen; Gleichwie aber Eingangs berührter Autor in allen seinen Schrifften solche glückselige Zeiten nicht nahmhafft ge-

machet/ also wird ihm auch so wohl schwer/ als unmöglich zu erweisen fallen/ daß alle nachgeschriebene Sachen schon in denen alten Büchern anzutreffen; Denn ob zwar nicht sofort dasjenige/ was uns verhin unbekandt/ und nur itzo durch kluge Männer belehret wird/ vor etwas Nageneues (denn so müste auch die neu erfundene Welt eine dergleichen Sache seyn/ die doch anfänglich mit der andern erschaffen) zuhalten/ so wird iedoch dasselbe billich/ worvon das Alterthum keine Anmerckung hinterlassen/ so lange für etwas Neues angenommen/ biß das Gegentheil erwiesen. Die einzige Arithmetic giebt hiervon einen Sonnen-klaren Beweißthum/ als welche/ ob sie schon fast ihr graues Alter erreichet/ dennoch seit Anno 1690. durch der blühenden Kunst-Rechnungs-Lieb-und übenden *Societät* beflissene Glieder/ als den so benahmseten Mehrenden/ Haltenden/ besonders aber den Kostenden/ oder berühmten Herrn Valentin Heinz/ ältesten *Collegen* der Schulen *St. Michaëlis*, wie auch Schreib- und erfahrnen Rechen-Meistern in Hamburg eine sehr grosse Vermehrung durch das Neue dreyfache Rechen-Buch/ Abyssus Mercatorio-Arithmetico Problematica benahmet/ erhalten/ worinnen der belobte Autor denen der Kauffmanns-Rechnung liebhabenden Discipulis einfache Exempel zu mehr als 1000facher Veränderung/ welche doch bey allezeit anders herauskommenden Summen einerley Facit formiret/ Sinn-reich fürträget/ und aus solchen unergründlichen Abgrund eine neue Lehr-Art gründlichst entdecket; Darum denn derselbe nach seinem wolerkieseten Beynahmen des Hoffenden mit diesem würdigen Encomio beehret:

Die Hoffnung stehet fest/ ob rauhe Winde wehen/
Wird doch ihr festes Schiff durch sie nicht untergehen.
So hat der Hoffende nichts denn nur Ehr zu hoffen/
Auch von dem Neider selbst/ weil Er den Zweck getroffen;
Die gantze Jugend wird ihn tragen zu den Sternen/
Weil sie durch ihn recht hofft die Rechnungs-Kunst zu lernen.

Autor Relat. ex Parnasso, An. 1698. 13. Decemb. N. 100.

DICTAMEN

Naturale per se sufficiens.

Naturalis ratio est instar legis, *l. VII. ff. bon. damnat.* nec est nobilior vel firmior ratio in mundo, quam dictamen naturale, per se sufficiens, *l. XIII. §. 7. ff. de excusat. tut.* Legem quærere, ubi est naturalis ratio, infirmitas est intellectus,

ratio, veritas, DEUS æquiparantur *c. VI. & sequent. distinct. 8. Val. Arithmeus Velit. Feud. Diss. I. §. III.*

DIDYMUS

χαλκέντερος.

Didymus, qui quamplurimos scripsit libros, ab assiduitate & perpessione laboris χαλκέντερος, ferreis visceribus dictus fuit; Vixit Ciceronis & Aug. ævo, Seneca *Epist. 88.* post med. *Drexelius Aurifod. P. I. c. VII. p. 67.*

DIES

Brevis.

R. Tarphon in פרקי אבות c. II. §. 15. dicit: Dies brevis est, & opus multiplex, & operarii pigri, & merces magna, & Paterfamilias urget. Der Tag ist kurtz/ die Verrichtung groß/ die Arbeiter faul/ der Lohn herrlich/ und der Hauß-Vater/ das ist GOtt im Himmel/ treibet stets zur Arbeit an/ *D. J. B. Carpzov. Conc. Fun. P. I. p. 176. G. H.* Lehman/ *in h. l. p. 146. M. J. E. Müller, de* עת *Term. Jobi* §. *4. p. 14.* Sicuti & olim *Hippocrates Aphor. I.* Ὁ μὲν βίος βραχύς, ἡ δὲ τέχνη μακρή, Ars longa, vita brevis, occasio volucris, experientia fallax ap. *Voët. Diss. Sel. P. I. p. 129.* Seneca *de Brevit. Vit. c. XVI.* Tempus breve est, & præceps; multoque fit brevius vitio nostro. Et *Epist. 48.* Etiamsi multum supereſſet ætatis, parcè jam dispensandum erat, ut sufficeret necessariis; Nunc quæ dementia est, supervacua discere in tantâ temporis egestate? Allusit ad Zenonis illud ap. *Stob. tom. 2. tit. 96.* Οὐδενὸς ἡμᾶς ὄντω πένεσθαι, ὡς χρόνου. Et *Epist. 117. Sen.* Ex hoc tempore tam angusto, & rapido, & nos auferente, quid juvat majorem partem mittere in vanum? *Th. Gataker. Annot. in M. Anton. Imp. l. 4. §. 26. p. 149.* Necessaria ergo tantum docenda (discenda), *Greg. Richter. Axiom. Polit. Reg. 14. p. 38.* Doctor enim Necessitatis (*Joh. Amos. Comenius de Uno Necessario p. 47.*) sæpè est melior Antecessore juris, *Lansius contr. Iurisl. p. 803.* Unsere Tage/ sagt der vortreffliche Judische Poët Emanuel, sind drey: Gestern/ Heute und Morgen/ ap. *Lehman. l. c. c. I. §. 14. p. 65.*

Civilis, an naturalis in Resurrectione CHRISTI?

Matth. XII, 40. dicitur, quod Filius Hominis in corde terræ (vid. *Schmid. in Not. adh. l. p. 200.* Alludit np. CHRISTUS ad verbum Jonæ, qui se projectum dicit בלבב ימים, εἰς καρδίας θαλάσσης, ut transferunt LXX. Sicut autem, Jonas non fuit in meditullio terræ: sufficit enim ad hujus locutionis veritatem, quod CHRISTUS intra terram in specu abditus fuerit. Nam & Paulus Ephes. IV, 9. hoc ipsum vocavit τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, oppositè nimirum

ad

ad id, quod פני ארץ πρόσωπον τῆς γῆς vocari solet, *Grotius ad h. l. in B. I. Calov. p. 293.*) tribus diebus & tribus noctibus mansurus sit, qvum tamen ex historiâ passionis & resurrectionis Christi pateat, ipsum una saltem die, & duabus noctibus ibi latuisse. Respondent plerique Nostratium, duplicem admittendam esse Synechdochen, alteram in die Parasceve, alteram in die Dominica, ita ut uniuscujusq; particula pro toto die accipiatur, & hac ratione constare sibi numerum dierum. Sicuti & in jure, in Manumissionibus, & aliis juris locis dies cœptus habetur pro completo. Vid. *Salmuth in Panciroll. P. II. T. 10. p. 194.* Quod noctes attinet, dicunt, extra controversiam esse, duas noctes inter dies Parasceves & Resurrectionis præterlapsas, porrò cum antegressa nox diei illius, quem Parasceven dicunt, sit pars & initium, etiam hanc noctium numerationem rectè sese habere. Addunt, quod utique noctem tertiam expleverint, adeoque primam constituerint tenebræ istæ, quas Filius DEI, jam jam morti & sepulchro destinatus, ab hora sexta usque ad nonam sustinuit, & quantumvis tum nondum fuerit in sepulchro, uihil tamen id obstet, quoniam destinatio, & inchoatum tempus monet, cingendum & sepeliendum esse intelligendum pro cincto & sepulto, *D. B. Waltherus Harm. Bibl. in h. l. p. 838.*

§. 2.

Paulò aliter respondent *Maldonatus in h. l. p. 272. & Corn. Jansen. Concord. c. XLIX. p. 526.* dicentes, verba hæc involvere Ebraismum, & perinde esse, ac si Salvator tantum tribus diebus dixisset, & intellexisset, cum suis particulis, naturales, quorum quisque alias si plenus sit, 24. horarum est. Alii hos tres dies, & tres noctes computari dicunt more Romanorum, qui tempore CHRISTI Romæ imperabant, & in Civilibus Calendarium suum ibi introduxerant. Romani autem à media nocte in aliam diem computabant. Vid iterum *Salm. l. c. P. I. T. 65. p. 349.* Quæcunque responsio assumatur, satisfacit *Paulo Foro Sempronensi* & *Wilhlmo Langio*, qui *l. 2. de Annis Christi p. 379.* qui, ut calculum trium dierum & noctium eruant, dicunt Christum Feria quinta, & non sexta sepultum esse, *D. Joh. Meisnerus, Exercit. Theol. Ex. 6. in hunc Matthæi locum.* Refutatos autem hos vide ap. *Calovium in Critico Sacro Sect. ult. quæst. 12. p. 144.* qui & sequentia *p. 146.* addit. Ad objectionem primariam, inquit, è Matth. XII, 40. de tribus diebus & noctibus, ia promptu est responsio: non quidem, quod à captivitatis initio, (non à sepultura) initium capiendum sit, quod *Emsmo* visum fuit, *annotat. ad Marc. VIII, 31.* nec quod citius resurrexerit, ad declarandam potentiam suam, ut *Chrysostomus, Isidorus, Leo M.* censuere, neque quod Judæi more Romanorum diem à XII noctis hora inceperint, ut *Torniellus, Spondanus, Corn. à Lap.* aliique existimarunt, verum quod intelligendi non sint tres dies *naturales*, XXIV. horarum distincte computati: Sed *civiles*, seu tria νυχθήμερα

μεθ'

μεςα, Ebraismo recepto, cujus gratia conferatur, 1. Sam. XXX, 12. Esth. IV, 16. quia non expletis tribus diebus, sed ἐν τρισὶν ἡμέραις, & τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ resurgere debuit Christus, Joh. II, 17. 18. Matth. XVII, 23. Luc. IX, 22. eâque non integra, sed *Synechdochicè* acceptâ; siquidem in Parasceve Paschatis & Sabbati passus sit Christus, & *horâ nonâ* (quæ *tertiâ* est nostra pomeridiana) Spiritum emiserit, *horâ decimâ* vel nostrâ *quartâ* sepultus, undè duæ adhuc reliquæ erant horæ ex isto νυχθημέρῳ à quibus dies illa *civilis Synechdochicè*, ceu totum à partibus denominari poterat, cui dies Sabbati integra in sepulchro transacta succesit, ceu alterum νυχθήμερον, ac tertium cœpit circa vesperam Sabbati, à quâ ad horam resurrectionis in tertio die horæ circiter decem elapsæ. Quo pacto explicant in Latinâ Ecclesia *Hieronymus ad Matth. XII.* quod Synechdochicè totum intelligatur ex parte, non quod omnes tres dies in sepulchro Dominus steterit, sed quod in parte Paraseeves & Dominicæ, & totâ die Sabbathi tres dies & totidem noctes, intelligantur. Eadem habet *Augustinus Lib. III. de Consens. Evang. Cap. IV. de & Lib. IV. de Trin. Cap. VI.* Atque idem etiam de morâ Jonæ in ventre ceti, ceu Christi typo statuit *Isidorus Pelusiota*, quod non integros tres dies & noctes in eodem hæserit, sed in ipso quoque temporis spatio cum antitypo convenerit, ac totidem horas in ceti ventre, quod Christus in corde terræ exegerit, *Lib. I. Epist. 114.* Is, inquit, qui se Jonæ typum expressurum receperat, cum eum exacte nosset (quippe qui etiam Jonæ adesset, cum in profundum præceps ageretur, atque è profundo ejiceretur) eum quoque haud dubiè explevit, tanto nimirum temporis spatio in sepulchro commoratus, quanto Jonas in ceti ventre, Conf. omninò Apparat. Bibl. Tom. II, *in Tit. Jonas p. 900 seq.*

Pro Anno,

Quandò videlicet ne יָמִים *dies*, si additâ voce numerali ponitur Gen. XL, 4. Exod. XIII, 10. 1. Sam. I, 3. (Conf. v. 7.) Levit. XXV, 29. Judic. XVII. 10. 1. Sam. XXVII, 7. Quandoque etiam vox numerabilis additur, Amos IV, 4. afferte unoquoq; mane sacrificia vestra, יָמִים שְׁלֹשֶׁת לְשִׁלְשֵׁת *tribus diebus decimas vestras* h. e. tertio quoque anno; Respectus enim habetur ad legem, Deut. XIV, 28. à fine trium annorum depromito omnes decimas proventus tui &c. quam Israëlitæ in suo impuro cultu imitabantur. Annus autem sic dicitur, quia velut orbis quidam ac circulus dierum est, *B. Glass. Rhet. Sacr. Tr. I. Cap. XVII. p. 464.* Sumitur & dies quandoque pro tempore indeterminato, Vid. *Calov. E. I. Tom. I. p. 522. a. 523. a. Tom. II, p. 70, b.*

Extremus cur absconditus & non revelatus?

1) Propter Spei & patientiæ nostræ probationem, Hebr. X, 35. 36. 37. 2) Se-

Securitatis impiæ abdicationem; Ne dicamus, tardat Dominus venire, Luc. XII, 45. 3.) Pœnitentiæ maturationem, Matth. III, 2. 4.) Singulorum dierum observationem; unus scilicet latet dies, ut observentur omnes, *M. Jac. Reineccius Panopl. Tom. IV. p. 373. M. Joh. Tungerlar. Prompt. Evang. Part. I. p. 99.* Idem fueris in ævum, qui supremo die fueris, *Calpur. Flac. Declam. XXVII. ap. Magir. in Polymn. p. 1556.*

Credentibus an formidabilis?

Pontificii putant etiam Sanctis mortem ac extremum diem fore formidabilem, imò istorum peccata revelatum iri, ut *Canisius in epist Catechist. p. 833. Suarez. Lib. Concion. sup. Apocal. p. 557. Josephus à Costa Lib. IV. de noviss. Temp. Cap. XXIV. p. 644.* apud *Benedict. Reichardum in Panegyri Georg. Wilhelm. Elect. Brand. dict. p. 92.* Sed hoc illi nobis non persuaserint. Probabilis quidem est publicatio (licet sine examine) peccatorum fidelibus remissorum ad convincendos impœnitentes: Probabilius tamen est, singula non esse publicanda, *B. Scherzer. Syst. Def. Lib. XXI. §. 8. p. 598.* Tùm quia DEus sanctè promisit, se non recordaturum transgressionum, quas admiserunt credentes, Es. XLIII, 25. Jer. XXXI, 34. Ezech. XIIX, 12. Sed post tergum suum abjecturum, Es. XXXIIX, 17. & in profundum maris abjecturum, Mich. VII, 19. ac penitus instar nubium, prævaricationes credentium deleturum, Es. XLIV, 22. tum, quia rotunda Sp. S. assertio est, credentes non venturos in judicium, Joh. III, 18, tum quia CHRISTUS credentibus est ἱλαστήριον, Rom. III, 25. hoc est, operculum, quo ita teguntur peccata, ut non liceat cuiquam ea inspicere, metaphora sumtâ ab operculo illo, seu tectorio, Hebræis כַּפֹּרֶת, quo arca tegebatur, Exod. XXIII, 20. tum denique, quia in processu judiciario extremi diei, descripto Matth. XXV, 35. seq. enumeratio extat bonorum operum, sed sine recensione aut publicatione ullius peccati à credentibus admissi. Qui ergò illis dies hic formidabilis esse possit? Christus quippè, qui futurus est impiis severus judex, adveniet piis Redemtor, Luc. XXI, 28. Rom. VIII, 23. Salvator, Matth. XXV, 35. & Advocatus, Rom. IIX, 34. contraria argumenta diluit *Brochmand. Syst. Th. T. 2. Art. 47. Cf. Conse. 3. p. 622. b. D. Arnold. Mengering Informat. Conscient. Dom. IL Adv. Q. V. p. 23. 24. &c.* Es werden die Gläubigen am Jüngsten Tage an dem HErrn Christo einen Advocaten und Fürsprecher haben; Ein Advocat aber pfleget die Sünden seiner Clienten/ zumal wann dieselbe gut gemachet seyn/ für Gerichte nicht wieder zu rügen/ sondern er verschweiget solche: wie sollte denn der HErr Christus denen Gläubigen/ ihre Sünden/ welche ihnen schon vor längst vergeben worden/ aller Welt entdecken? *D. P. F.* Sperling. *Nic.*

Quæst. & Jes. Resp. P. II. p. 1120. seq. Dicta universalia, Matth. XII, 36. Cohel. XII, 14. Luc. IIX, 17. non sunt accipienda *collectivè*, quasi tum impiorum, tum piorum peccata sint omnibus manifestanda; sed *distributivè*, quod bona piorum, mala impiorum opera in judicium sint vocanda, *D. Friedlieb. Medull. Th. p. 1280.*

An noctu vel interdiu futurus?

Occasionem hujus ζητήματος præbet Targum Iruschalem, citante etiam *D. Varenio in Veelle Schemoth, seu Exod.* quod quatuor inprimis illustres memorat noctes v. g. NOCTEM CREATIONIS; NOCTEM REVELATIONIS FACTÆ ABRAHAMO; NOCTEM LIBERATIONIS EX ÆGYPTO; & NOCTEM CONSUMMATIONIS SECULI, quæ erit juxta Targum (sicut verba sonant,) quandò consummabit seculum terminum suum, ut disrumpatur & transeat, quandò funes improbitatis abscindentur, & jugum ferreum frangetur. Tunc egredietur Moses ex deserto & Messias ex mediâ Româ: uterque loquetur ex summitate nubis, sed VEBUM DOMINI loquetur inter utrumque, & ambulabunt simul Messias & Moses: Hæc Nox transilitionis supremæ coram Domino reservatur & destinata est, ut suo tempore ostendatur omnibus Filiis Israël. Hæc Targum Iruschalem. Ejusdem opinionis postmodum fuerunt non pauci inter Christianos etiam nostro ævo, tùm, propter similitudinem Sponsi noctu advenientis, Matth. XXV, 6. tùm, quod ipse Christus articulatius hoc indicasse videatur, Marc XIII, 35. Vigilate ergò, inquit Salvator, nescitis enim quandò Dominus domus veniet, vesperi an mediâ nocte, an gallicinio, an manè, ne, cum repentè veniat, inveniat vos dormientes &c. Confer quæ hanc in rem jam olim circa finem seculi tertii prodidit Christianorum Cicero *Lactantius Firmianus Lib. VII. de divin. instit. Cap. XIX.* & alii Patres. Utut autem plausibilis hæc videatur conjectura, nostrum tamen non statim meretur calculum: præterquam enim 1) quod Lucas etiam Cap. XVII, 30. 31. expresse mentionem faciat dici, κατὰ ταῦτα ἔσται ἡ ἡμέρα ὁ υἱὸς τ᾽ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται. Sic Matth. XXIV, 26. ὥστε ἐὰν τῆς ἡμέρας ἐκείνης &c. vers. 50. ἥξει ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ conf. Marc. XIII, 32. præterquam etiam 2) quod in citatis locis opera diurna v. g. laboratio in agro, molitio in molâ deambulatio in tecto, quæ interdiu exercentur, enarrentur (si quis enim naturalem, qui spacium 24. horarum, & sic etiam noctem in se complectitur, hîc vellet supponere, circulum committeret) nos potius 3) dicimus, Christum Adventum suum ad judicium reditui nocturno comparare, ut hoc modo ipsum inopinatum & insperatum fore, quando omnio non creditur, insinuet, eum in modum, sicut aliàs noctu, plerumque minus expectatur peregrè profectorum reditus: nec ἄτοπον quoque judicamus, si quis 4) noctem hanc de tenebroso temporis Chri-

ſti adventum præcedentis ſtatu, adeoque ſic de tenebris in impiorum cordibus ſpiritualibus, ſubinde illud: Pax & ſecuritas! ingeminantibus, interpretari vellet. Quicquid hic ſit, nos in re incertâ potius ἐπίχειν arripimus, Vid. *E. Gerhard. T. IX. L. C. §. 82. D. Joh. Meiſnerus de Creaturâ Gemebundâ ex Rom. VIII, 19. ſeq. Sect. III. q. 3.*

Prope eſt.

Calumnia Papiſtarum, *Tanneri Anatomes Auguſtanæ Confeſſionis Part. I. Demonſtr. 4.* & aliorum (quod Lutheri univerſa doctrina mendax ſit, quia dixerit in Colloquiis menſalibus: Diem noviſſimum eſſe in propinquo, qui tamen nondum advenerit) in Apoſtolos reduntat, qui ante 1700. annos noviſſimam horam eſſe, & diem Domini inſtare dixerunt. Filioli ἐσχάτη ὥρα ἐστί, 1. Joh. II, 18. Rerum omnium finis imminet, 1. Pet. IV, 7. Adventus Domini appropinquat, Jacob V, 8. Imò in ipſum Salvatorem, quia dixit: Ecce venio citò, Apoc. XXII, 12. Quia nimirum illud tempus propè eſt, verſ. 10. *Scherz. l. c. p. 607.* O igitur

Cogita anima fidelis,
Ad quid reſpondere velis,
Chriſto venturo de cœlis.
Cum à te poſcet rationem,
Ob boni omiſſionem,
Et mali commiſſionem!
Dies illa, dies iræ,
Quam conemur prævenire,
Obviamque DEO ire,
Seriâ contritione,
Gratiæ apprehenſione,
Vitæ emendatione.
Dies iræ, dies illa
Solvet ſeclum in favillâ,
Teſte Petro cum Sibyllâ.
Quantus tremor eſt futurus,
Quando judex eſt venturus,
Cuncta ſtrictè diſcuſſurus.
Tuba mirum ſpargens ſonum,
Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors ſtupebit & natura,
Cum reſurget creatura,

Judicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Undè mundus judicetur.
Judex ergò cum sedebit,
Quicquid latet apparebit,
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tum dicturus,
Quem patronum rogaturus,
Cum nec justus sit securus?
Rex tremendæ Majestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me fons pietatis.
Recordare JESU pie,
Quod sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.
Quærens me venisti lassus,
Redemisti cruce passus,
Tantus labor non sit cassus.
Juste judex ultionis,
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis!
Ingemisco tanquam reus,
Culpâ rubet vultus meus,
Supplicanti parce DEUS!
Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti!
Preces meæ non sunt dignæ,
Sed tu bonè fac benignè,
Ne perenni cremer igne!
Inter oves locum præsta,
Et ab hædis me sequestra,
Statuens in parte dextra!
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis!

Ut consors beatitatis,
Vivam cum justificatis,
In ævum æternitatis!
Oro supplex & acclinis,
Cor contritum quasi cinis,
Gere curam mei finis! Amen!

Mich. Baumen. Anal. Typ. p. 1513. 1514.

Dies restitutionum, Act. III, 21.

Ex titulo hoc, quo dies extremus h. c. vocatur Ἀποκατάστασις πάντων quidam exsculpere volunt, quasi dies iste Macrocosmo huic aliquam perfectionem, & in meliorem statum mutationem sit allaturus, cum tamen potius in eo ad universæ creaturæ liberationem à servitute corruptionis per totalem abolitionem respicitur. Inde & Oecumenius τὸ ἀποκαθιστάνειν interpretatur: εἰς πέρας ἐλθεῖν, ad extrema venire, quam significationem etiam Syrus fermè expressit, reddendo per *complementum omnium temporum.* B. Gerhard. Tom. ult. de Consummat. Seculi p. 415. restitutionem hanc secundum Fidei Analogiam h. m. exponendam docet: DEO restituetur honor & gloria per varias Satanæ technas diminuta: ruinæ Angelorum per beatorum hominum associationem resarcientur: Corpora è terræ pulvere suscitata suis restituentur animabus, defunctis Parentibus liberi, maritis uxores &c. *D. Joh. Meisnerus Disp. cit. §. 20.* Quemadmodum igitur Petrus suos Auditores monet, ut resipiscant & convertantur per fidem ad Dominum, quo in adventu CHRISTI in die restitutionis & reformationis omnium, unà cum CHRISTO salutem consequantur; Ita & nos monendi sumus, ut pœnitentiam agamus, quo fide in CHRISTUM justificati, in illo die, quo omnia restituentur, rapiamur in nubibus, in occursum Domini in aëra, & sic semper cum Domino permaneamus, *Brentius in h. l. Hom. 15. p. 61 b.*

Diem hunc Lutherani negant.

Lutheranos negare diem extremum, & talia docere, quæ eundem planè evertant, extrema malitia calumniatorum quorundam in Papatu est, *Stapletoni in Promptuario Catholico, & Parsimonii in Evang. Domin. 1. Advent.* quos confutatos vide à *Gerhardo de Extremo Judicio §. 22. seq. Brochmand. l. c. c. II. q. 2. p. 619. b.*

Domini, Joël. I, 15.

אֲהָהּ לַיּוֹם כִּי קָרוֹב יוֹם יְהוָה וּכְשֹׁד מִשַּׁדַּי יָבוֹא *Heu dies isti: Nam propinquus est Dies Domini, & sicut vastatio ab omnipotente veniet.* Quæritur: *Num per diem Domini intelligatur dies extremi judicii?* Resp.

Diem extremi judicii præter alios intelligit, *Bellarminus Lib. I. de Purgatorio Cap. I°.* Verum de Judicio DEI speciali & extraordinario sermo est, neque tamen respicitur ad tempus, quo DEUS locustas, erucas & bruchos è terra emisit, uti cum *Kimchio* sentit *Drusius.* Sed *Dies Domini est tempus, vastationis terræ Israëliticæ per hostes.* Hoc è σύνοψει manifestum est, præsertim è collatione Cap. I, 6. & Cap. II, 1. 2. 3. &c. Conf. *Franzius de Interpr. Script. Ome. XCVI. p. 610. seq. Tarnovius b. l. p. 38. D. Calov. p. 771. D. Pfeiffer. Dub. Vex. Cent. IV. Loc. LXXVII. p. 826.*

Bonus, vesper, nox.

Von dem Epaminonda wird berichtet/ daß er gesagt: wann ein Mensch 30. Jahr alt wäre/ sollte man sagen: Bonus dies, denn da hätte er die besten Tage; wann er 50. so hiesse es: Bonus vesper, denn es gienge allmählig Berg unter; wäre der Mensch 60. biß 70. Jahr/ so hiesse es: Bona nox, gute Nacht/ denn der Tod würde nicht weit seyn/ *D. Mysand. Corn. Cop. P. I. p. 139.*

Facibus quæsitus.

Als von der A. C. 1654. den 2. Augusti einfallenden grossen Sonnen-Finsterniß ein vornehmer Mathematicus auff einer gewissen Universität sich vernehmen lassen/ es würde um selbige Zeit an seinem Ort/ eine solche Verdunckelung der Sonnen seyn/ daß man im Mittage würde müssen Fackeln anstecken/ und aber diese Weissagung nicht erfüllet worden/ sind einige junge Studenten/ mit einem Hauffen brennenden Fackeln ihm für die Thüre gekommen/ und als sie gefraget/ warum? haben sie zur Antwort gegeben: Sie suchten den Tag/ da es doch überall licht genug gewesen/ *M. Joh. Lassenii,* Tapfere und Ruhm-würdige Edelmann/ *p. 19.*

Nativitatis calamitatis.

Joh. Geyler/ von Käysersberg/ einem Reichs-Städtlein im Elsas bürtig/ ist im Jahr 1445. den 16. Martii gebohren/ hernach Doctor der Heil. Schrifft worden/ und hat 33. Jahr zu Straßburg gelehret. In seiner Calender einem hat man befunden/ daß er bey seinem Geburths-Tage diese Worte geschrieben: *Dies calamitatis!* Diß ist der Tag und Anfang meines Elendes! Er starb den 10. Martii 1510. nachdem er zuvor viel über die verderbte Religion geklaget/ und gesaget hatte/ es würde einer von GOtt erwecket werden und kommen/ der dieselbe wiederum zu rechte bringen würde/ *M. J. D.* Ernst/ Bild. Hayl. *P. III. p. 19. 20.*

Mor-

Mortis natalis.

Veteres Christiani diem mortis sanctorum pulchrè vocarunt *Natales*. Petrus Chrysologus *Serm. CXXIX.* Natalem Sanctorum cum auditis, charissimi, nolite putare illum dici, quo nascuntur in terram de carne; Sed quo de terrâ in cœlum, de labore in requiem, de cruciatibus ad delicias, *Prudentius Pass. Hippol.*

Jam cum se renovat decursis mensibus annus,
Natalemque diem passio festa refert.

Joh. Lomeieri Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. Cap. XXX. p. 290. conf. Apparat. Bibl. *Tom. III. p. 365. seq.*

Melior quam nativitatis.

Apparat. Bibl. *Tom. III. l. c. p. 383. seq.*

In noctem versa.

Heliogabalus, Römischer Käyser ließ ihm des Morgends einen guten Abend / und des Abends einen guten Morgen bieten / weil er durchaus den Tag zur Nacht / und die Nacht zum Tage machen wollte / *Cl. Hubner. Hist. Polit. T. I. p. 435.* Ipse DEUS diei & noctis fecit discrimen, & quidem in nostrum bonum. Piè *Chrysost. Homil. ad Stelechium:* DEus tenebras pandens homines à laboribus liberat: hoc si non esset à nimiâ cupiditate faciendorum negotiorum omnes opprimeremur, *M. Christ. Godofr. Barthius de Secessibus Veterum* §. 22. *p. 27.*

CHRISTI Joh. VIII, 56.
&
DOMINICUS.

Vid. Apparat Bibl. *Tom. I. p. 1225. seq.*

Malus, Ephes. V, 16.

Paulus dies vocat *malos* l. c. Ebr. יְמֵי רָע Psalm. XLIX, 6. non propter essentiam, sive rem creatam, sed interprete *Chrysostomo in h. l.* propter ea, quæ fiunt in ipsis, *D. Pelargus Schol. Pœnit. p. 1.* Ἡμέραι πονηραί sunt tempora difficultatum & periculorum plena, tempora calamitosa & infausta; Posterius substantivum רָע *malum*, *Psalm. cit.* adjectivum habet sensum, sumiturque pro malo injucundo, vel pœnæ, i. e. pro *infortunio*, ut Psalm. X, 7. XXXIV, 20. Eccles. I, 13. II, 21. V, 12. Sic & Græcum κακία, Matth. VI, 34. sumitur, *B. Geier. P. I. Præl. in Psalm. p. 968.* Alii Metonymiam *adjuncti* pro *subjecto* hîc esse dicunt, adeoque ἡμέρας κακὰς exponunt quam plurima mala, scandala & pec-

peccata hoc tempore perpetrata, *Glassius Rhet. Sacr. T. I. C. IV, 58.* Eleganter phrasin (ἐξαγοράζειν τὸν καιρὸν) ad metaphoram præsentem à *mercatoribus* petitam, *Flacius P. I. Clav. Script p. 1194.* applicat: Dies malos, *inquiens*, vocant Ehræi tempora difficultatum & asperitatis plena, cujusmodi tum inciderant; veluti cum fames & penuria ingruit vel quando cum callidis & astutis hominibus est agendum, vel mercatura dubiæ & ancipitis fortunæ videtur, tum solent mercatores circumspectè agere omnia, in quamvis opportunitatem intenti, *Excell. D. Joh. Olear. Posit. Philol. in Ep. Dom. Ex. XLVII. Pos. II. p. 419.* Dies omnes in se boni. Bonus enim Rex est, & conditor seculorum. Itaque hic fervidus, hic gelidus, hic siccus, hic humidus, hic nubilus, hic serenus, hic turbidus, hic tranquillus; si ad universi decorem, naturæque ordinem aspicas, boni omnes. Ad vos autem mali, mœsti, dubii, solliciti, laboriosi, anxii, amari, queruli, flebiles, ærumnosi, *Fr. Petrarcha de R. U. F. P. II. Dial. LXXXIII. p. 535.* Omnia tempora fere æquè bona sunt, quia creator temporum æquè bonus est semper: Sed vos temporibus bonis male semper utimini; in hoc, ut in aliis, culpas vestras rebus adscribitis. Fac, ut homines boni sint, & tempora bona erunt, *Id. ib. P. I. Dial. CXV. p. 310.*

Neuter altero efficacior.

Dies (annus) neuter altero est efficacior, *per se* singuli longi, singuli quanti: Quantitatis autem nulla virtus, *Joh. Paul. Mollerus Disp. Cosmolog. de Quantitate Dierum An. 1688. Rigæ hab.*

Humanus quis? 1. Cor. IV, 3.

§. 1.

Ἀνθρωπίνη ἡμέρα quibusdam est *laus humana*, qua homines obscuri illustres ac nobiles fiunt, non secus ac lumine diei naturalis conspicua fiunt, quæ noctis tenebris prius obscurata videri non poterant. Quò facere videtur locus Jerem. XVII, 16. ex versione vulgata: *Diem hominis non desideravi* h. e. applausum & gloriolam apud homines, *D. Danh. Hon. Acad. IX. P. II. p. 243. 244.* Sed huic sententiæ obstat antecedens verbum ἀναξιῶ, non solum de *laude* hominum, sed cumprimis de *vituperio* exponendum. Dictum Jerem. XVII. est ἀπροσδιόνυσον, quia in fontibus non est יוֹם אָדָם *dies hominis*, sed יוֹם אָדוֹן *Dies contritionis* ex Pagnini, *dies anxius* ex Ariæ Montani Versione. Rectius ergò sentiunt, queis ἀνθρωπίνη ἡμέρα est *judicium humanum*, quo quis ab hominibus vel benè, vel malè audit, ceu benè definit, *Ludov. Vives ad August. de C. D. Lib. I. Cap. IX.*

§. 2.

Huic opponitur *judicium Domini*, qui intima cordis scrutatur & judicat r. s.

sd

ad quod judicium verò præsente 3. Apostolum hac phrasi allusisse non incommodè dicitur. Vocatur verò judicium, ἡμέρα *dies*, quia & juri dicendo stati sunt dies, & ad certum diem Rei citantur. Undè Latinis est phrasis: *diem dicere*, & Germanis verbum Betagen (à die deductum) ad judicium citare. Ἀνθρωπίνη ἡμέρα h. e. *humanum* judicium dicitur, quod nullo fulcitur Scripturæ, Æquitatis, aut Rationis testimonio, sed solis nititur affectibus humanis, ita ut non ex rei veritate, sed ex libidine vel temeritate hominum pronuncietur, *D. Olear. l.c. Exercit. III. Pos. IX. p. 22. 23. Barthius Adversar. Lib. LX. Cap. IX. p. 2941. Balth. Stolbergius Exercit. Græca Linguæ Tract. de Solœcismis & Barbarismis Græca Novi Fœderis Dictioni falsò tributis Cap. XXIV. p. 121.*

Veneris dierum Princeps.

Turcæ dimidium modo diei Veneris feriando transigunt, & peractis precibus solennibus ad svetos labores reverturtur. Appellant hunc diem שר אלאיאם *Principem dierum.* Nugantur & eo die ungues præsecandos esse, qui enim die Veneris ungves præciderit, illum DEum morbo liberatum sanitati restituturum esse, *D. Pfeiffer Diss. Philol. V. Cap. II. §. 8. p. 101.* Vocant hunc diem *diem congregationis*, quod ea feriâ suas congregationes habeant, *B. Calov. in Bibl. Illustr. Tom. I. p. 144. b.*

Viridium.

Quæritur: wie die Leidens- und Sterbens-Tage des HErrn genennet / wer sie eingesetzet / und was an selbigen sonderlich verrichtet worden? Resp. 1.) daß der grüne Donnerstag / in der Christen Welt / falle auf den Donnerstag / in der Passions- und Marter-Wochen des HErrn / und werde genennet / Feria Quinta Dominicæ in Ramis, Festum Cœnæ Dominicæ, it. Natalis Calicis, und Capitulavium, weil an diesem Tage der Kinder Häupter / welche gesalbet sollten werden / gewaschen wurden. (Vid. *Joh. Josch. Homborgius, de Quadragesima Veterum Christianorum §. 49.*) von denen Christen führet er den Nahmen des hohen / oder grünen Donnerstags / weiln der hohe Himmels-Zweig aus der Wurtzel Jesse geblühet und gegrünet / daß die durch den alten Adam verfaulete Christen-Aeste / in der Krafft des Leidens und Bluts ihres leidenden Seelen-Freundes wieder selig grünen und auffblühen möchten; (*Theod. Thummius in Tract. de Festis*, rationem hanc reddit, quod cum arefacta essent sacrificia V. T. Salvator, Davidicum illud germen & radix Jesse in locum aridorum sacramentorum V. T. novum germen, sive novum sacramentum, plantaverit, cujus beneficio fides nostra revirescit.) Polydorus Vergilius Lib. VI. Cap. VI. und Gretserus de Festis Cap. XVIII. meynen / es hätten diese Feste die Apostel eingesetzet / indem aber keine Kirchen-

Scribenten etwas davon gedencken/ stehet zu glauben/ daß Pabst Leo II. um das Jahr Christi 682. diesen Tag zu feyren angeordnet habe; Immassen in der ersten Kirchen an diesem Tage das Heilige Abendmahl ausgetheilet/ die Täufflinge ihr Glaubens-Bekänntniß sungen/ auch die Bußfertigen an diesem Tage man wieder in die Christliche Kirche auffnahme/ so die Fasten über excommunicirt gewesen. An vielen Orten werden bis gegen Ostern von der Zeit an/ keine Glocken geläutet/ um die Betrübniß über den sterbenden Gott-Menschen zu bezeugen; (Campanas non pulsant sed signum Missæ tabula datur (wird mit dem Brete geklopffet) in signum publici mœroris, teste *Durando in Rat. Temp. Lib. VI. Cap. LXXII.*) Imgleichen communiciret auch der Heil. Vater an diesem Tage/ wäschet 12. armen Männern die Füsse/ küsset sie/ und schencket ihnen das Tuch/ womit Er sie getrucknet/ ingleichen nach einem guten Mittags-Mahl regaliret Er sie reichlich mit Geld/ welches letztere auch viele Catholische und Uncatholische Printzen nachthun. *Autor Relat. ex Parn. An. 1701. N. XXIII. 22. Martii* grüne Donnerstag vocatur ob passum Servatorem CHRISTUM, Dominum nostrum perpetuò virentem, *Dn. Christian.* Wildvogel/ *in de eo, quod justum est circa tempus Quadragesimale Cap. IV. §. 5. p. 52.* Vel quia tum omnia *virere* incipiunt, vel quia nostra salus tunc *virere* per passionem CHRISTI incepit, *D. Godofr. Wegneri, Disp. Theol. de Festis Mobilibus §. 18. f. 40.* Primâ ætate dies hic non fuit peculiare festum, sed pari solennitate cum reliquis diebus magnæ hebdomadis. Sed cum posteà non omnes dies hujus septimanæ solennes essent, primus fuit Leo II. A. C. 682. qui diem viridium Festum peculiare esse jussit, *D. Joach. Hildebr. Lib. de diebus Festis p. 66.* Quomodo hoc die Papa Lutheranos &c. excommunicet vid. Tit. *Excommunicatio Papalis.*

Natalis Calicis.

Sicut Natalis dicitur dies, quo nati sumus ad hanc vitam; Ita *Natalis Calicis κατ' ἀναλογίαν* fuerit dies, quo natus est calix vitæ, continens vivificum sanguinem CHRISTI, h. e. quo institutum est, & quasi vitam cœpit venerabile Eucharistiæ Sacramentum, ut scite exponit *D. D. Joach. Hildebrand. de Natalitiis Veterum sacris & profanis Cap. XIII. p. 88. 89.* Hinc itaque prisci fideles hoc anniversario die, quo Dominus JESUS tremendum illud mysterium instituit in illustriorem tanti beneficii memoriam omnes & singuli sanctissimo Evchariſtiæ epulo sese pascebant. Ita namque Soter P. R. (modò is verus autor sit) Epistoli 1. ad Episcopos Italiæ, apud *Gratianum de Consecrat. Dist. II. Cap. XVII.* In Cœnâ Domini (i. e. feriâ quinta hebdomadis Magnæ) à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur, quam tamen in eadem die ab omnibus fidelibus (excep-

iis, quibus pro gravibus criminibus inhibitum est) percipiendam esse, Ecclesiasticus usus demonstrat, *Homborg. l. c. §. 56.*

Jejunium in hoc die solutum.

Observandum est, in Africa usitatum fuisse, ut hoc die solverent jejunium, antequam sacra synaxi uterentur: id quod manifestum est è Concilii Carthaginensis Tertii (ut vulgò numerant, rectius autem Secundi) anno æræ Christianæ CCCXCVII. habiti, canone XXIX. quo sancitur, *ut Sacramentum Altaris non nisi à Jejunis hominibus celebretur, excepto uno die anniversario, quo Cœna Domini celebratur.* Ad quem locum Scholiastes Balsamon: Permissum erat in die, in quo Cœna Domini peragebatur, eos non esse jejunos, qui sacra peragebant. Idem posteâ *Concilium Maticonense II. Can. VI.* probavit. Cæterum jam pridem quoque apud Græcos mos irrepserat, ut hoc die, fortasis in memoriam S. Cœnæ à Christo Domino cum Apostolis celebratæ, nonnulli jejunium solverent. Inde factum ut Patres Laodiceni idipsum vetarent canone L. Non oportet in Quadragesima in ultimæ septimanæ feriâ quinta jejunium solvere, & totam Quadragesimam non venerari. Sed oportet totam Quadragesimam jejunare aridis vescentes. Ad quem Canonem iterum *Balsamon p. 847.* Cum quidam, postquam totâ Quadragesima jejunassent, magna quinta feriâ jejunium solverent, quod tunc fortè compleretur Quadragesima sancta, & fieret Cœna Domini, statuerunt Patres, ut totam Quadragesimam usque ad diem Dominicum Paschalem jejunarent: ne jejunio uno die soluto, tota Quadragesima injuria officiatur. *Id. Ibid. §. 57.*

Parasceves.

Feriam quintam in *Cœna Domini* excipit *dies Parasceves*, quo Dominus Gloriæ pretiosissimo sangvine suo pro delictis mortalium effuso, in cruce pependit, factus maledictum pro nobis, ut nos maledictos ab æternâ damnatione liberaret. Græcis hic dies vocatur Σωτήρια, *salutaria*; Nobis de Char-Freytag / non tam ab immensa illâ charitate, quam Dominus & Servator noster deperdito generi humano hodiè abundantissimè testatam fecit, quam ab antiquâ voce Kar aut potius Carena (quæ vox quadraginta dierum jejunium in pane & aquâ significat, ut liquet ex *Pœnitentiali Romano Tit. I. Cap. ult.* Ita faciendum est tibi, ut pro Psalmistâ (quem tu occidisti) quadraginta dies in pane & aquâ, quod Teutonicè *Carina* vocatur, cum septem sequentibus annis pœniteas. Nomen ergò Kar-Woche à Majoribus nostris propterea huic hebdomadæ impositum esse videtur, quod prisci Christiani eam in jejuniis maximè rigidis & severis traducerent, solo pane & aquâ sub noctem sese reficientes.) Dicitur & der Stille Freytag, quia CHRISTUS in arâ crucis conticuit

& obdormivit, *D. Wegner. l. c.* Scribit *Polydorus Vergilius Lib. IIX. Hist. Angl. C. 125.* Die Parasceves morem in Angliâ esse, ut Rex cum magnâ solennitate annulos quosdam consecret, qui morbo comitiali mederi dicuntur, cujus tamen rei fides sit penes auctorem, *D. J. Hildebrand. Lib. de Diebus Festis p. 70.*

Votorum.

i. e. Sponsaliorum & Nuptiarum, *Carol. du Fresne in Gloss. Tom. I. p. 96. & Tom. III. p. 1368.*

DIEI

Raptus quid?

Apud majores, qui juvenes immaturam, ut videbantur, mortem obierant, albescente cœlo ante Solis exortum à propinqvis efferri solebant, quod nefas opinarentur, tanti mali, tantæquæ calamitatis Spectatorem ac testem esse Solem; Atque eam ob causam dies ipsa eos aufere ac rapere dicebatur, quod ut primum dies apparere cœperat, auferebantur. Ideò etiam boni ominis gratia ἡμέρας ἅρπαγὴν (*Diei raptum*) vocabant hujusmodi matutinam funeris elationem, tanquam non expirasset, sed amoris desiderio raptus esset, *Joh. Kirchmannus de Funeribus Romanorum Lib. II. Cap. II. p. 81.*

Et Horæ fortunatæ electio.

§. I.

Ioh. Baptista Morinus Med. D. & Mathem. Prof. Paris. dierum & horarum electionibus ita indulsit, ut fausto sidere ideò se cum secundo Galliæ ministro, Leone de Buthilier, Comite de Chavigny iter longum confeciisse glorietur. Hic enim *Astrologiæ judiciariæ Gallicæ Lib. XXVI. Cap. VII.* testatur, se primarium illum ministrum rogasse, ut ipsi placeret diei & horæ ad proficiscendum fortunatæ electio. Cui consilio cum obtemperasset, horaque septima omnia essent parata, ad momentum electum domini temporis illum eo successu currum conscendisse, ut longo quamvis itinere, utpote 200. milliarium Gallicorum, & calore intenso, nec equi, neque homines aliquid damni senserint. Et cum postmodum Cardinalem compellare animum Comes de Chavigny induxisset redux, ne qualibet horâ, sed electâ id effectum daret, quia aliæ horæ mutæ essent & faustæ, aliæ periculosæ & infaustæ, quod & ex verbis Christi probare volebat, Joh XI, 9. *Nonne duodecim horæ sunt diei?* Ita nempè sibi fumum vendi patiuntur viri magnates non Parisiis modò, sed & Romæ, ubi ritam longam, Cardinalatum & Papatum sibi sæpe numero prædici curant, sed eo eventu, qui eos vana spe & mendacio delusos esse apertè testetur, *Joh. Frischmuth Diss. de Judæorum amentia, cæcitate & stupore, qui tempus Azenius Mi-*

sit

ſua ex conjunctione Saturni & jovis in ſidere piſcium judicare præſumunt, Cap. III. §. 7. ſeq.

§. 2.

Ridiculi ſane Principes, & omnes, qui huc ſe trahi patiuntur. Vide Agrippinam, Neronis matrem, quæ mortuo Claudio, domi eum aliquamdiu tenuit, & famam de morte ſuppreſſit, ut progreſſu ſcilicet & auſpiciis tempus proſperum ex monitis Chaldæorum, attentaret. O dii deæque, tetigit! quam ſalutaris ille rector, quam diuturnus, quam illi & ſibi lætus etiam fuit! Bellum aliud in Niceta Choniate, prudenti illo (fatendum eſt) hiſtoriæ Scriptore. Tangit vitium ſui (utinam non & noſtri!) ævi, atque ait: Noſtris temporibus IMPERATORES NIL SINE PRÆSCRIPTO ASTROLOGORUM agunt & rebus gerendis dies atque horas eligunt, ut ſidera dictarunt. Itaque Alexius Imperator, diu cunctatus, quandò opportunè Blachernas rediret: tandem dies & horæ ex aſtris eliguntur. Redit, & quidem ita feliciter, ut cumprimum ſe moveret, terra ante ipſum profunde dehiſceret, atque ipſe evaderet, ſed Alexius gener ejus, & multi illuſtrium in ſpecum delaberentur, læderenturque: Eunuchus verò unus è gratioſis planiſsimè periret. En, & hic veracem ac felicem artem! quam DEUS de induſtria ridendam ſic propinat, ut nos avertat.

§. 3.

Recitat magis ridendum, de *Manuele*, cujus imperio, cum Siculi & Latini mare occupaſſent, vicinum Byzantio, ac damnum ac dedecus in oculis cottidiè eſſet: Semel iterumque in eos claſſem miſit, ſed cum clade & ignominia ſemper repulſam. Igitur Mathematici & aſtra conſuluntur, eligitur dies felicior, nec ambigitur de ſucceſſu. Parat ſe *Conſtantinus Angelus*, vir illuſtris, & prodit jam in hoſtem: Sed ecce citis nunciis è medio curſu revocatur: *quia explorverat Princeps parum certò & ſagaciter indagationem factam, & erroris aliquid interveniſſe.* Ergò thema iterum ſtatuitur magna cura: & diu diſputato inter peritos, tandem convenit de benefico & ſalutari ſiderum aſpectu. Conſtantinus emittitur: & quid quæris? victoria in manibus. Adeo quidem certo, ut vix in mare progreſſus Conſtantinus, non dicam vincatur, ſed ipſe cum ſuis capiatur: quo nihil deterius potuit evenire. Eant Principes, & his credant. Atqui peritiores aliquos ſortientur. Ita, peritiores ad fallendum, non ad ſciendum: & quicquid dicitur, extrema fraus & noxa occupabit, rideant licet prima. *Valerii* verbis claudam: *Mathematici* (& alios intellige) *levibus & ineptis ingeniis, fallaci ſiderum interpretatione, queſtuoſam mendaciis ſuis caliginem injiciunt.* Audis Princeps? *levibus* & *ineptis ingeniis* adhærent, placent: & tu inter eos cenſeri velis? Audi & de *queſtu*, quod addit: finem hunc omnes iſtæ præſtigiæ (non

enim artes) habent, cave, sperne &c, *Lipsius Monit. & Exempl. Polit. Lib. I. C. V. Quæst. ult. p. m. 53. 54.*

Intimatio per vigiles nocturnos.

Es ist bekandt/ daß in Ober-Sachsen auch an vielen andern Orten der Gebrauch/ wann der Nachtwächter die Morgen-Stunde ausgeruffen/ er alsdenn mit folgendem Gesange schliesse:

Der Tag vertreibt die finstre Nacht/
Ihr lieben Christen seyd munter und wacht:
Und lobet GOtt den HErrn!

Die Nacht-Wächter hingegen um Sebnitz herum an dessen statt die Mägde zum Fleiß auffmuntern/ den Preiß des Garns verkündigen/ und sich dieses bedienen:

Ihr hertzen liebe Mägde spinnt wacker/ spinnt/
Ihr wisset nicht wann der Garn-Mann kommt!
Das Stück gilt 18. Kreutzer!

Wobey man denn zugleich in der Reihe mit weg noch dieses hinzufügen kan/ wie vor Olims-Zeiten zur Harthau ein Burgemeister abgesetzet/ endlich aber noch von der Gemeine mit dem Stunden-Ruffer Amte begnadiget worden/ Er sein Morgen-Thongen also angestimmet:

Der Tag vertreibt die finstre Nacht/
Ihr lieben Christen seyd munter und wacht/
Es währet alles eine Weile!

Hamburgische Historische Remarques über die Neuesten Sachen in Europa, An. 1701. p. 64.

DIEM

Amoris capere, secundum Gallos idem, ac prendre jour pour l' accommodement d' une affaire, dum proces, *Carol. du Fresne in Glossar. Tom. I. p. 172.*

Judicii quomodo ignoravit Christus?
Matth. XXIV, 36. Act. I, 7.

Magnus noster Gerhardus textui & fidei analogiæ conformem judicat illam expositionem, qua hæc verba accipiuntur, *de Christo, secundum humanam naturam in statu exinanitionis tum temporis adhuc constituto*, ut sit sensus, quod Christus, ut reliqua divina idiomata, ita quoque omniscientiam à primo quidem conceptionis momento per unionem personalem communicatam etiam in statu exinanitionis verè & realiter habuerit, non plene eandem tunc exeruerit, sed usu ejus universali seipsum spontè exinaniverit, ac proinde verè, ut homo

mo in ſtatu illo exinanitionis diem noviſſimum neſcierit; Sicut etiam omnipotentiam divinam perſonaliter ſibi communicatam, tunc non ſemper exeruit, ſed tantum quando, & ubi voluit. Probat hanc interpretationem (1) *ex ſcopi conſideratione.* Scopus Chriſti fuit, diſcipulos à curioſa hujus diei inquiſitione revocare. At huic ſcopo optime congruit, ſi ſtatuatur, quod ipſe, ut homo in ſtatu exinanitionis diem illam verè neſcierit, minimè verò, ſe tantum quoad manifeſtationem aliis faciendam eum ignoraſſe dicatur. Vel quoad plenarium omniſcientiæ divinæ uſum eum ſciviſſe, ſed propter occultationem eum dici ignoraſſe. (2) *Ex indivulſa à Filii hominis cum hominibus & Angelis copulatione.* Quo ſenſu Angeli & homines diem noviſſimum neſcire dicuntur, eodem ſenſu Chriſtus, ut homo in ſtatu exinanitionis, eum neſcire dicitur, ut pateret ex textus ſerie. Atqui Angeli & homines dicuntur neſcire diem noviſſimum, non ſolum ſcientia naturali, ſed etiam divinâ revelatione. Ergo etiam Chriſtus homo in ſtatu exinanitionis notitiam ejus diei non habuit revelatam. (3) *Ex oppoſitione*; Quæ ſcientia diei noviſſimi Patri tribuitur, ea non ſolum Angelis & hominibus, ſed etiam ipſi Chriſto, ut homini in ſtatu exinanitionis, denegatur. Jam vero Patri tribuitur ſcientia illius diei in actu ſecundo omniſcientiæ plene uſurpatæ. Ergo eadem Filio denegatur, in actu ſecundo omniſcientiæ ſecundum humanam naturam *perſonaliter* quidem communicatæ, ſed in ſtatu exinanitionis nondum plene uſurpatæ. (4) Ex ipſa exinanitione. Secundum quam naturam Chriſtus ſeipſum uſu idiomatum perſonaliter ſibi communicatorum univerſali & plenario exinanivit, juxta eandem in ſtatu exinanitionis *verè* quædam neſcivit. Conſequentia probatur, quia ſi actu ſecundo ſimpliciter omnia ſciviſſet, non poſſet dici uſu hujus divini idiomatis, omniſcientiæ ſc. *ſeipſum exinaniviſſe.* Jam verò ſecundum humanam naturam Chriſtus ſeipſum uſu divinorum idiomatum perſonaliter ſibi communicatorum univerſali & plenario exinanivit. Ergo (5) *Ex parallelorum locorum collatione.* De Chriſto dicitur, *quod profecerit ſapientia, Luc. II, 52.* quod vere quædam fuerit *admiratus*, Matth. v. 10. Luc. VII, 9. *quod ex his, quæ paſſus eſt, didicerit obedientiam*, Ebr. V, 8. Utique ergo in ſtatu exinanitionis univerſalem & plenarium divinæ omniſcientiæ, ſecundum humanam naturam ſibi communicatæ, uſum non exeruit; Ac proinde quando l. c. dicitur neſciviſſe diem judicii, id rectiſſimè de ipſo, ut homine, in ſtatu exinanitionis conſtituto, intelligitur. (b) *Ex diverſâ reſponſione, Act. I, 17.* Cum Chriſtus ex mortuis reſuſcitatus formam ſervi depoſuit, & à diſcipulis interrogaretur, quo tempore reſtituturus eſſet Regnum Iſraëlis? non amplius reſpondit: *de illa die & horâ nemo novit, nec Filius, &c. ſed non eſt veſtrum noſſe tempora & momenta temporum!* Oſtendens, ſe quidem in ſtatu exaltationis tunc conſtitutum ſcire, ſed ipſis non ex-

expedire, ut illud sciant, *Otto Ursinus, Fasciculo Quæstionum in Theologiâ admodum vexatarum, p. 351. seq.*

Unum cur è numeris suis amittunt, qui ex Europâ per occasum in Indiam Orientalem navigant?

§. 1.

Illi, qui per Fretum Magellanicum Indiam Orientalem petunt, vel totam tellurem circumnavigant, integram diem serius numerant, quando in India appellunt, vel etiam quando domum redeunt, atque illi, qui in India aut in Patriâ degunt, Cujus exemplum extat in Historiâ Navigationis *Jacobi Le Maire*, qui cum in Regno Jacatra appulisset, suaque Belgarum Societati Indicæ cessisset, id factum dicitur d. 1. Novembr. ac Lunæ die, computantibus ita *Le Maire* & sociis ejus; d. 11. Novembr. vero ac Martis die ex computatione Belgarum in jucatra: Adeò ut oportuerit *Le Maire* & socios ejus hebdomade illa die Martis carere, & sequentem diem cum Belgis tertiam Novembris ac diem Mercurii numerare. Quæ historia Navigationis *Le Maire* prostat singulariter edita cum Titulo: *Speculum Orientalis Occidentalisq; India Navigationum Georg. Spilbergen & Jac. Le Maire Lugd. MDCXIX. 4to.* Et in Tomis itinerum Indicorum. Idem de Navigatione *Magellani* ex Ciecza refert *Boxhorn. Hist. Un. p. 1030.* Quod diem unum in Calendario anticipaverint, rati diem Mercurii esse, cum esset dies jovis; Et *Riccioli. Almagest. P. I. p. 35. ex Pigafetta*: Eos appulisse d. 6. Sept. sua, 7. verò Hispalensium computatione.

§. 2.

Quæ dierum discrepantia primò magnæ fuit admirationis, adeò ut Hispani Argonautas illos accusarent, quasi per incuriam & negligentiam in numeratione dierum aberrassent. Verum qvum posteà in aliis etiam circumnavigationibus semper mutatio aliqua dierum esset observata, Mathematici & Geographi tandem in causam hujus rei inquisiverunt, ubi rem aliter fieri non potuisse deprehensum est. Qui enim à loco aliquo navigant versus orientem solem, illi, toto orbe circumnavigato, domum reversi uno die in fastis suis, quibus in itinere usi sunt, abundant, sive unum diem amplius numerant, quam incolæ in isto loco, undè fuerant digressi: contra verò, qui iter suum instituerint versus occidentem, die uno in Calendario suo deficiunt, seu unum diem minus numerant, ubi ad patriam suam redeunt, quomodo à Magellani sociis factum esse diximus, *Joh. Sanderus in Programmate de Laudibus Geographiæ, p. 7.*

§. 3.

Rei hujus ratio non aliunde, quam à citeriori ac tardiori ortu & occasu Solis peti potest, quia enim Sol Nautis ejusmodi semper serius & occidit & oritur,

tur, tandem absoluta tota circumnavigatione, & tot minutis, quibus Sole quotidiè serius fruuntur, in unum aliquem numerum majorem coëuntibus, tota dies efficitur. Transiitque hæc varietas in ipsum usum Civilem istorum locorum; Et Portugalli urbis Macao in litore Chinensi incolæ Hispanique in Philippinis una eademque die v. g. 20. & 21. Januarii hodienum numerant, Portugalli cum Europæis diem 21. Hispani verò more navigantium per Mare pacificum serius eoque 20. Portugalli festa celebrant, Hispani Vigilias, illi diem Solis, hi diem Saturni; Et tamen Sol utriusque simul ferè oritur, & occidit, Portugalli nimirum, cum primum in hæc loca ferrentur, recta versus orientem iverunt, Hispani verò per Occidentem eò venere. Itaque svetum numerum isti retinuerunt, hi Solem comitati eundem, tardius ac cum processu itineris longissimi tandem integra die serius destituerunt: Retinentque ambo populi studio hanc numerandi rationem, pro demonstrando jure suo à Pontifice M. ipsis concesso, quod erat, ut Portugallorum esset, quicquid terrarum progrediendo versus Orientem invenirent, & Hispanorum, quod illi versus Occidentem progrediendo inventuri essent: Ambo igitur cum in extremis istis Regionibus concurrerent, easque ad se pertinere æquè arbitrarentur, signa juris sui quoque retinenda censuerunt, quorum pars erat hæc, utpote itineris sui testis, numerandi temporis ratio, *D. Becman. Hist. Orb. Terr. P. I. C. I. p. 8. Zwingerus Vol. V. Lib. I. p. 1218. a. Novellæ Mundi Docti & Curiosi An. 1693. p. 1891. M. Joach. Rosenovius Disq. de Præcipuis Mundi Corporibus Th. I. in fin.*

DIE

Nox an prior in creatione?

§. 1.

Philoponus, Marius Victorinus, ut & Procopius Gazæus diem priorem faciunt; at Historia Creationis contrarium docet, quia tenebras primum super faciem abyssi, conditâ massâ primigeniâ, quam *Chaos* vulgò dicimus, fuisse testatur, quæ primordiales tenebræ per horas duodecim ante lucem conditam durarunt, & noctem primam constituerunt; ubi verò lux à DEO crearetur, mane primum exortum est, & per reliquas νυχθημερίου horas diffusa lux motuque ejus peracto, donec tenebræ redirent, prima constituta est dies. Negat quidem *Petavius* tenebras primordiales *noctem primam* fuisse, sed quia nullæ aliæ lucem primigeniam anteverterunt, illæ utique noctem primam constituerunt, & si non *privatio* tantum *lucis* fuerit, ut in sequentibus diebus, sed *mera negatio*, atque ideo Moses vesperam priorem facit diluculo in Hexaëmeri descriptione: *Et fuit vespera, & fuit mane*, Gen. I, 5.

§. 2.

Unde judæi etiam à veſperâ initium diei faciunt, qui non aliunde id acceperunt, quam à Patriarchis & Adamo. Conf. Exod. XII, 18. qui mos aliis etiam gentibus & populis à priſcis temporibus receptus fuit. Idem etiam de Athenienſibus, Phœnicum in multis diſcipulis, tradit *Gellius Lib. III. Cap. II.* De Numadibus *Nic. Damaſcenus*, Numidæ, *inquit*, in Lybiâ non ex diebus, ſed ex noctibus tempora ſua computant. De Druidibus *Plinius Lib. XVI. Hiſt. Nat. Cap. ult.* Luna quæ principia menſium annorumque his facit. Etiam Gallos olim id in uſu habuiſſe *Cæſar* docet, *Lib. VI. Belli Gallici*: Spatia omnis temporis, non numero dierum, ſed noctium finiunt; quod de Germanis quoque antiquis *Tacitus* notavit: Nec dierum numerum, ut nos, ſed noctium computant: ſic conſtituunt, ſic condicunt: nox ducere diem videtur. Servare hunc morem etiam nunc Bohemos & Polonos, *Grotius* alicubi obſervavit, *B. Calovius in Bibl. Illuſt. Tom. I. p. 56. a.*

DIES

Abbreviati Matth. XXIV, 22.

§. 1.

Σώζεσθαι eſt in vivis conſervari, Marc. V, 23. loquitur CHRISTUS de tempore belli & obſidionis, & afflictionibus illius temporis, vid. *Calovius B. I. in h. l. p. 416. Polus in h. l. p. 546.* &c. Per dies intelligitur tum ipſum tempus belli atque obſidionis, tum præcipue afflictiones illius temporis. Nam primo DEUS tempus obſidioni & pugnationi nobis æterno decreto aſſignatum brevius reddidit, quam Judæorum culpa merebatur, & divinæ Juſtitiæ ſeveritas exigebat. Cum Hieroſolyma à Nebuchodonoſore & Chaldæis expugnaretur, obſeſſa fuit anno nono regni Sedeciæ menſe decimo, die decimo, expugnata vero & capta eſt anno undecimo regni Sedeciæ menſe quarto, *2. Reg. XXI. & ſeq. Jer. LII, 4. & ſeq.* Ergo obſidio illa duravit fermè per integrum biennium. A Tito autem obſeſſa fuit 14. Aprilis, & eodem anno 8. Septembris expugnata teſte Joſepho *Lib. VII. de bello Cap. XIIX.* Ergò obſidio illa nondum duravit quinque menſes integros. Sic igitur tempus obſidionis juxta æternum DEI decretum in tempore executionis datum fuit abbreviatum, ac Romanis datum, ut citius evaderent victores, quam alias ſuis viribus evaſiſſent, quod ipſe Titus agnovit dicens apud Joſephum *Lib. VII. Cap. XVII.* DEO adjuvante pugnavimus, & DEUS erat, qui detraxit ab iſtis munitionibus Judæos. Nam quæ hominum manus, aut quæ machinæ ad illud valerent? Secundo afflictiones quoque fuerę decurtatæ, quia DEUS in illa obſidione & expugna-

pugnatione Romanis militibus metas furoris fixit, nec permisit calamitates, quibus Judæi premebantur, altius crescere, sed certum eis posuit terminum. Nec pugnant illa inter se, quod Matthæus dicit, *dies illos abbreviandos propter electos*; Marcus vero, DEUM eos abbreviasse. Jamtum enim DEUS sua ordinatione breviaverat, quod futuro tempore, cum hæc CHRISTUS proferret, breviores erant futuri.

§. 2.

Deinde in verbis: οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ, *non fuisset servata omnis caro*, duplex occurrit Hebraismus, tum quia *non omnis* dicitur pro nullo, *Gen. IV, 15. Deut. VIII, 19. Psalm. CXLIII, 2. Dan. XI, 37. Rom. III, 20. Eph. IV, 29. 1. Joh. III, 15. &c.* tum quia *caro* pro homine ponitur, *Gen. VI, 22. Deut. V, 26. Psalm. LVI, 5. Psalm. LXV, 3. Luc. III. 6. Rom. III, 20. &c.* Ac per hominem Synecdochicè intelligitur *Judæus.* (3) Τὸ *non servari* est idem, quod perire. Nam in his loquendi formulis particula negans non cohærer cum signo universali *omnis*, sed cum verbo, ac usitatum est apud Hebræos, verba negantia usurpare pro contrariis affirmantibus. (4) Σώζεσθαι *est in vivis conservari, Marc. V, 23.* Sensus igitur est: Si diutius durasset tempus obsidionis, & dierum illorum afflictio, nullus Judæus potuisset incolumis servari nullus & illis calamitatibus evasisset, nec servatæ fuissent ullæ hujus gentis reliquiæ, sed ad unum omnes, vel fame, vel peste, vel gladio periissent, tota gente funditus extirpata. Non itaque (5) verba Christi *particulariter & de iis duntaxat Judæis, qui Hierosolymis fuerunt*, ut quidam volunt, sed potius, *generaliter* & pro omnibus Judæis, non exceptis illis, qui in aliis civitatibus & regionibus habitarunt. Judæi enim post urbis expugnationem fuerunt commune odium totius humani generis. Ergo ut olim Artaxerxes impulsu Hamanis diem constituerat, in quâ omnes Judæi debebant interfici, Esth. III, 12. ita quoque Romani, qui tunc temporis erant totius orbis domini, potuissent omnes Judæos, quos toties rebelles senserant, è medio tollere, nisi divinitus fuissent repressi ac cohibiti. (6) *Electorum*, quorum gratia DEUS hîc dies illos abbreviasse dicitur, nomine intelliguntur fideles, & in Christum credentes, tum illi, qui tempore ultimi illius excidii jam tum credebant tum qui ex illis erant nascituri, & suo tempore ad Christum convertendi. Quidam etiam impii Judæi tempore excidii sunt conservati, sed propter electos, vel jamtum illorum cœtui, velut grana quædam palæis, permixtos (DEUS enim ex ineffabili bonitate inter Judæos sibi servavit semen aliquod sanctum, alias *facti fuissent sicut Sodoma & Gomorra*, in cujus excidio omnes incolæ cœlesti igne sunt exusti & funditus extirpati, Es. I, 9. Rom. IX, 29.) vel ex illis nascituros divina benignitate conservati sunt, & pœ-

nitentiæ tempus ipsis concessum, *Otto Ursinus Fasciculo Quæst. in Theolog. admodum vexaturum p. 326. seq.*

Planetarii an reformandi?

§. 1.

Inter hæreses refertur à *Philastrio*, quod nomina dierum Solis, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, Saturni à DEO ita positi fuerint ab origine mundi non hominum vanâ præsumtione nuncupata. Dierum enim numerus, *inquit*, primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus à DEO est appellatus, nòn in hac vanitate nuncupationis turpissimæ initio enunciatus, aut traditus. Brownistæ in Angliâ & Belgio, inter alias, causam suæ ab Ecclesiâ separationis hanc quoque proferunt, quod mos iste profanus non abolitus fuerit. Abolendum suadent verò hæc argumenta 1) *DEI mandatum:* auferam *nomina Baalim de ore ejus, & non recordabitur ultra nominis eorum*, Hos. II, 17. 2) *Inventoris probrum:* quis ille fuit? Hermes Trismegistus creditus Philastrio, quem ille alibi *Magum* dixit potius, quam *Magnum* appellandum, qui *nomina hæc frivola & vanissima* primus confinxerit. Ita *Dion Lib. XXXVII. Hist.* ab Ægyptiis fluxisse testatur; Ab Astrolatria Sabæorum derivat *Hottingerus Hist. Orient. Lib. I. Cap. VIII.* 3.) *Numerationis Commentum:* nam quæ causa ordinis? quæ ratio appellationis? hæc impia, illa vanissima, Singulis diebus sui inspectores gubernatoresque Dii deliguntur, ait *Dion. l. c.* sed quo ordine? *Musico*, *harmonico*; Nam inter Saturnum & Solem, inter Solem & Lunam, inter Lunam & Martem apparet harmonia diatessaron. 2) *Physico naturali:* Diei civilis, qui tempus est, quod sit uno cœli circumactu, *Censorinus de Die Nat. C. XXIII.* Si quis horas 24. dividat in septem Planetas, exordio facto à Saturno, qui primus eorum est, deprehendet primam horam secundi diei Soli, suo præsuli, tertii verò Lunæ deberi; quarti porrò Martem, quinti Mercurium, sexti Jovem, septimi Venerem præsidem exsistere; Ita *Dion* ex relatu Ægyptiorum. 4) *priscorum Ecclesiæ Doctorum testimonium.* Audiamus *Hilarium Arelatensem:* Cupiditatis depravatio, mandati inimica transgressio, cibi interdicta præsumtio, superstitionis dominatio, erroris impressio, veritatis oblivio, ignorantiæ confusio, stultitiæ longa persuasio, mortifera idololatriæ consuetudo, in tantum homines excœcaverat, ut Solis, Lunæ, Martis, atque Mercurii, Jovis, Veneris vel Saturni, & diversis elementorum, vel Dæmonum appellationibus dies vocitarent, & luci tenebrarum nomen imponerent: ut sub assidua diei commemoratione, honor falsorum Deorum nunquam ab eorum ore recederet. Quis nostrum tantum habet sollicitudinis circa memoriam Redemtoris? *Hom. IX. in Pascha.* Vide alia ap. *Hornbeck. summ. Controv. Lib. X.* ubi de Brownistis & confer *Schikardi Astroscopium*, ubi

ubi optat ut aliquis siderum imagines, Ethnicismum resipientes, refingat, & in sacras transformet. Paganismi certè reos se faciunt Poëtæ quibus mos est:

Ciere surdum Delphica Phœbum specu,
Vocare Musas Numina &c.

Paulinus ad Auson. ap. Ursin. in Anal. Sac. Lib. VI. Cap. II. p. 314.

§. 2.

Quoad nomina Asterismorum in cœlo, antiqua gentilia eliminanda, in eorumque locum surroganda esse nova Biblica *Alstedius, Lib. XVII. Unn. P. I. & Julius Schillerus in cœlo Stellato Christiano* suadent, quâ methodo duodecim signis Zodiaci totidem Apostolorum nomina imponunt, astris septentrionalibus nomina ex Novo, Meridionalibus ex Veteri Testam. Planetis denique ex utroque petita, quæ vide in *Astrognosiâ Ægid. Strauchii singulis asterismis adjecta, sed simul rejecta S. l. Aphorism. 136. 137.* Conf. *Schikardum l. c. & Casium in Cœlo Astronomico-Poëtico*, qui iterum alias atque alias appellationes comminiscuntur, vel suo exemplo confirmantes illud *Ausonii:* Alius alio plura invenire potest, nemo omnia, *M. Joach. Christ.* Westphal/ *de Curioso Novitatis Studio Cap. II. §. 7.* Quid de nominibus dierum, mensium, e.g. Jovis, Veneris? Resp. ubi penes Christianos potestas est, per ea non supputandi, utique omittenda. Conspirat hic consensus antiquæ Ecclesiæ, & hodie Pontificiæ pariter ac nostræ. Hinc Pontificii antiquorum exemplo dies numerant, Feria prima, secunda &c. *Voëtius Disp. Select. Part. III. p. 255. 535.* Intuitu fortean hebdomadis Paschalis in primitivâ Ecclesia, hodieque Antiochena, adhuc in anno Ecclesiastico principis, cujus omnes dies erant feriati, *Quensted. loc. mox. citand.* Apud doctos pro certo habetur, morem illum planetarum, nomina septimanæ diebus imponendi, natales ejus Ægypto debuisse, & è venustis Ægypti moribus ad Græcos, Romanos tandem & alias Europæ gentes, dimanasse, *D. Joh. Spencerus de Legibus Ebræorum Ritualibus & earum Rationibus, Lib. I. Cap. IV. S. XI. p. 64. Joh. Seldenus de Jure Naturali & Gentium Lib. III. Cap. XIX. p. 417. Polydorus Vergilius de Rerum Inventor. Lib. VI. Cap. V. p. 508. seq.*

Non reformandi.

Nos equidem causam nequimus comminisci, quæ ab hac denominatione recedenda Ecclesiæ Christianæ imponat necessitatem. Utimur nos circa hanc rem, uti & cira alia hujusmodi indifferentia, libertate nostra Christiana. E. enim est harum rerum conditio, ut à liberâ Ecclesiæ voluntate receptæ, liberè prout expedit Ecclesiæ, usurpentur vel abrogentur, *M. Joh. Mœbius Problem. Hist. de Planetariâ Dierum denominatione Cap. III. §. 5.* sunt', qui adpellationem hanc vulgarem, ideò censent plus satis benè posse retineri, ut Christiani tenebrarum

& Idolomaniæ, cui majores quondam fuerunt immersi recordarentur, & Divino Numini pro communicatâ salvificæ veritatis luce gratias agerent, vid. *B. Krommayer. Comment. in Apoc. p. 31. D. Joh. Andr. Quenstedt. Diatr. Theol. de Sabbatho S. I. §. 7.*

Ægyptiaci infelices.

§. 1.

Constitutæ sunt à curiosis dies Ægyptiacæ, in quibus infelici sidere opera creduntur peragi, ut Januarius tales dies sex habet, ut 1. 2. 5. 7. 8. 15. Februarius tres: 6. 7. 15. Martius 15. 16. 17. 18. Aprilis 6. 7. 15. Majus 7. 15. 17. Junius 6. Julius 17. 20. Augustus 10. 20. Septemb. 15. 18. Octob. 6. Novemb. 16. 17. Decemb. 6. 7. 15. *M. Mich. Wastonius Exercit. Acad. de Curiositate §. 28.* Martinus Del-Rio zählet *Lib. III. Disquis. Mag. Part. II. Q. IV. §. 6. p. 456. b.* vier und zwantzig verworffene Täge/ in iedem Monath/ zween/ welche er benennet und saget/ er halte dafür/ diese Gewonheit/ gewisse Täge zu verwerffen/ komme her von denen Ægyptiern/ welche diejenigen Täge/ an denẽ sie von GOtt durch Mosen/ mit schweren Plagen heimgesuchet worden/ und den Tag/ an welchen ihr König Pharao/ samt seinem gantzen Heer-Zeug in dem rothen Meer zu Grund gegangen/ für böse/ unglückhaffte und verworffene Täge geachtet; und nachwerts auch die übrigen Heyden die jenige Täge/ an welchen ihnen groß Unglück begegnet/ schwartze/ unglückhaffte/ Ægyptische Täge genennet/ (Stuck. de Sacris Gentil. p. 14.) und sich für denselbigen/ nach herum gelauffenen Jahr wiederum sehr gefürchtet haben.

§. 2.

Rodolphus Hospinianus gedencket der erwehlten und verworffenen Tagen auch/ Lib. de Orig. Fest. Ethnic. p. 34. b. 35. a. b. und klaget billich über den grossen Aberglauben der Teutschen/ welche je einen Tag dem andern fürziehen/ und für glückhaffter halten/ an demselben zu reisen/ zu freyen/ und zu heyrathen/ zu kauffen und zu verkauffen/ neue oder auch dieser oder jener Farb Kleider anzuziehen; Haar/ Bart und Nägel abzuschneiden; Bey Obrigkeiten Fürsten und Herrn Supplicationen einzulegen/ Häuser zu bauen/ oder in neue Häuser einzuziehen/ und was dergleichen unzähliz viel mehr ist zu verrichten; Strafft auch dergleichen Tagwehler p. 36. mit schönen beygebrachten Zeugnissen Augustini, Baptistæ Mantuani, etlicher Heyden selber/ und mit dem Beweißthum/ daß solchen aberglaubigen Tagwehlern mehr Unglück als andern Leuten begegne/ Vid. *Barthol. Anhornii Magiolog. Part. I. C. p. II. p. 130. sq. C. S. Schurzfleisch. de die Antiquorum §. 3. Sim. Majolus Dier. Canic. Coll. II. p. 201. Laurent. Beyerlinck Tom. II. Lib. IV. p. 118. Car. du Frêne Gloss. Tom. II.*

II. p. 91. Alex. ab Alex. Gen. Dier. Lib. IV. Cap. XX. p. 231. b. Ursin. Phytol. Sacr. Lib. I. Cap. X. §. 10. p. 64.

Non observandi.

Dies observatis & menses, inquit Apostolus, Gal. IV, 10. An verò nullum est temporum discrimen observandum? Malè igitur observant agricolæ tempora stata sationis, agriculturæ: malè distinguimus dies, menses & annos in politia: Malè Dominicam diem, & Ferias quasdam observamus in Ecclesia? Minime. Apostolus non improbat discrimina Politica temporum, quæ DEUS ipse ordinavit, Gen. IX, 22. nec statos dies festos in Ecclesia, ordinis ac doctrinæ causa institutos citra opinionem necessitatis, cultus & meriti: Sed improbat observationem superstitiosam dierum, qua alii aliis sanctiores putantur, cultus & meritum eis affingitur, quod faciunt Papistæ, qui more veterum Pseudo-Apostolorum cultum Domini feriis suis includunt, opinionem meriti & satisfactionis affingunt, *David Parem Comment. in Epist. Pauli ad Galatas p. 303. 304. & in Explicat. Catechef. Zach. Ursini P. IV. p. 227.* O stultitiam singularem! Eligitur dies, ut uxor ducatur. An potest homo, quod ei constitutum est, diei electione mutare, & quod ipse in eligendo die constituerit, non poterit ab alia potestate mutari, exclamat *Augustinus Lib. II. sup. Gen. C. XVII. 40. M. Joh. Lassenium* **im tapfferen und Ruhm-würdigen Edelmann / p. 17.** Eine grosse Sünde ist es mit einem aberglaubischen Hertzen eine unumgängliche Nothwendigkeit zu glauben/ als wann GOtt/ der alle Tage gemacht hat/ nicht HErr der Sternen sey/ und den Frommen auch die unglücklichen Tage glücklich machen könne/ wovon ja ein wahrer Christ von dem Aberglauben der blinden Heyden muß unterschieden seyn/ *Fama Europ. An. 1700. N. 30. Quæst. 61. p. 234.* Conf. *Andr. Althamerus Concil. Loc. Pugn. L. CLIV. p. 151. seq. B. Balduin. C. C. Lib. II. C. XIII. Cas. 1. p. 469. seq. & Lib. III. Cap. VI. Cas. IV. p. 791. seq. M. Joh. Schmidt, Diss. Histor. de Fatalitate Temporum §. 4. seq.*

Boni.

Die Boni apud *Sidonium Lib. V. Epist. XVII.* dies feriati esse dicuntur Savaroni. Sanè Festa majora etiamnum Galli *les Bons jours* appellant, *C. du Frêne Gloss. T. I. p. 92.*

Critici.

Dies Critici quibus morbi solent dijudicari sunt 4. 11. 17. 24. *L. Beyerlinck Theat. Magn. Vit. Hum. Tom. II. Lib. III. p. 524.* vid. omninò *D. Dan. Sennertus Inst. Med. Lib. III. Part. III. Cap. XI. p. 578. seq.*

Ruunt & fugiunt

Last uns die güldne Stunden kauffen/
Weil noch des Lebens Uhr-Werck geht/

Eh die Gewichter schnell ablauffen/
Und der bezirckte Zeiger steht:
Denn an dem letzten Blick der Zeit
Hängt Wol und Weh der Ewigkeit!

P. Abrah. S. Clara im Etwas für Alle. *Cap. XXVII. p. 241.*

Carius argento volat irrevocabile tempus,
Amplius haut redimi, quod perit, ære potest.
Cur cupidis ergò vitæ das tempora ludis,
Disperdens almum, quam rapit hora, diem!

Wie kurtz ist unsre Lebens-Zeit! wie theuer unsre Jahre!
Kanst du die gröste Kostbarkeit vergleichen dieser Waare?
Ey daß du denn mit eitlem Spiel/ und mit dem Sünden-Tand
Dem Nechsten/ dir und GOTTE selbst die beste Zeit entwandt!

D. L. II. Thering/ im Leben der GOTT geheiligten Seelen/ *Dec. I. Cas. X. p. 196.*

DIFFIDENTIA

Primum peccatum, Gen. III, 6.

§. 1.

Nimirum prohibuerat quidem DEUS *comedere de arbore scientiæ boni & mali*, Gen. II, 17. sed id neglexerunt primi parentes nostri, Gen. III, 6. adeoque primum inter homines peccatum commiserunt. Quod *quale fuerit*, videtur otiosè quæri. Sufficit enim eos peccasse, quod posteri satis, proh dolor! experimur. *Per unum autem hominem peccatum in mundum introiit, & per peccatum mors*, Rom. V, 12. Pro *infidelitate* & *diffidentiâ* pugnat cum aliis B. Danhauerus, ex eâ ratione, quod *Adam non crediderit vel se moriturum, vel arborem serio prohibitam esse.* Conf. Bellarmin. *L. III. de amiss. grat. Cap. VI.* Id quod ex tentationis ordine patere videtur. Quæsivit enim Diabolus, *num DEUS arborem prohibuerit?* Gen. III, 1. Affirmante muliere prohibitionem, & quidem sub pœnâ mortis, v. 2. 3. (ubi tamen mendaciter addidit *prohibitionem tactu.* Unde cum judæis nonnulli primum peccatum in pronunt *mendacio*, ex quo deinde reliqua sequantur. Acceptavit enim id Diabolus, ut mulieri, quæ viderat tactum innoxium, facilius persvaderet etiam gustum. Conf. *defensionem Pupillæ Saxonicæ fol. 308.*) *negavit* Diabolus, *eos morituros*, v. 4. non obstante, quod DEUS id dixisset. Factum enim id esse *ex invidiâ*, quod nollet ipsis aperiri oculos eosque *scientes bonum & malum DEO similes fieri*

v. 5. Quibus auditis cœpit Eva potiùs habere DEI verbum, de ipsius veritate & sinceritate *dubitare*, diabolo magis quam DEO credere, deiformitatem sitire, fructum, quod is DEO similes redderet, tanquam bonum appetere, adeoque eum decerpere, comedere, ac viro etiam porrigere. Unde patet, *superbiam* fuisse tantum *matrem peccati foras prorumpentis*, non omnium primum peccaminoforum actuum, ex quibus hoc protoplastorum peccatum est conglomeratum.

§. 2.

Spectatur enim α) concupiscentia, ἐξέλκυσται, à DEO avertens, ut diabolum audiret: β) δελεάζεται, ad bonum vetitum convertens: γ) συλλαβοῦσα ex congressu sc. simulacri deiformitatis semen concipiens, & morosâ gestatione ac fomentatione in peccati perfectum *embryonem*, fœtumque formando, usque dum δ) per concupiscentiam τίκτουσαν, *viperinus* ille peccati *partus* in actum externum, seu pomi decerptionem, morsum & esum erumperet, prout pravæ concupiscentiæ processus IV. illis actibus, *seminificatione*, seminis ejaculati *conceptione*, concepti morosâ (ad embryonem quasi peccati formandum) *fomentatione* & viperino (peccati scil. foras erumpentis) *partu*, Jacob. I, 14. seq. depingitur, *B. Scherzer. Syst. Def. Loc. VII. §. 3. p. 140.*

Instar arundinis & sylvæ vento concussæ, Es. VII, 2.

§. 1.

Expertes veræ fidei, cum careant firmâ in DEum fiduciâ, ac Spiritus S. testimonio, ardore & robore in adversis ac gravibus periculis trepidant, ac tremunt instar *arundinis*, ut CHRISTUS inquit, & instar *sylvæ vento concussæ*, ut *Es. l. c.* legitur, ac (sicut Jacobus inquit) *instar undæ maris* facilè huc atque illuc impelluntur. Quanquam & Paulus ad Ephes. IV. penè eodem modo loquitur de fidei constantia carentibus. Item Christus Luc. XII. cum inquit: μὴ μετεωρίζεσθε, *nolite pendere animis ac diffidere.* Qua metaphorâ perpulchre sanè humana diffidentia pingitur. Quemadmodum enim, quæ in sublimi sunt, ut in aëre nubes, quia non sunt alicui firmo fundamento alligata, levi momento, ut parva aliqua aura huc atque illuc impelluntur. Sic diffidentes, cum hac rupe fiduciæ auxilii divini ac Spiritus S. consolatione destituantur, levi aliquâ occasione vacillant; & anxii, quo se vertant, nesciunt, citissimeque desperare incipiunt, ut Josuæ Cap. VII. *Dissolutum est cor populi & mutatum est in aquam*, idque ob parvam admodum occasionem. Sicut & Num. XIII. legitur, & sæpè alias. Monebimus hic simul & illud, quod verbo μετεωρίζεσθε non ita dissimile sit verbum ἀερίζομαι poëticum, & significatione & me-

taphoræ ratione. Nam perindè significat levem & inconstantem esse, & metaphora est sumta ab iis, quæ in sublime elevata sunt nec satis firmiter consistunt, sed vacillant. Possuntque hæc duo verba mutua collatione eleganter & utiliter illustrari, *Matthias Flacius Illiricus de Vocabulo Fidei Part. II. p. 70. 71.*

§. 2.

Sed, ô Christiane fidelis, *noli amittere confidentiam tuam, quæ magnam habet remunerationem*, Ebr. XI, 35. **Im Unglück habe einen guten Muth/ traue GOtt/ es wird noch werden gut! werffet euer Vertrauen nicht weg/** sagt der Apostel. Ist ein Gleichniß von den Kämpffern und Soldaten/ als auch Schiffleuten genommen. Soldaten und Kriegsleute dürffen ihr Gewehr/ Schild und Schwerd nicht wegwerffen/ sonst geben sie zu verstehen/ daß sie überwunden seyn. Also dürffen Gläubigen ihren Glauben nicht wegwerffen/ wollen sie nicht für ihrem Feinde/ dem Teufel/ als überwunden sich bekennen. Wanns mit den Schiffleuten so weit kommt/ daß sie die **Waaren** aus den Schiffe wegwerffen/ so ists schlecht beschaffen/ sintemal ihr Absehen ist/ daß sie die **Waaren** von fernen Orten bringen/ und damit gewinnen mögen; werffen sie sie aber weg/ so ists eine Anzeigung/ daß es zur Extremität und Desperation kommen/ welches der Apostel verhüten will/ wann er sie erinnert/ daß sie ihr Vertrauen also nicht wegwerffen sollen/ *J. B. Carpzov. Conc. Fun. P. II. p. 1046.* Confer. Act. XXVII, 38. Jon. I, 5. das nennen die Griechen ἀποβολὴν oder ἐκβολὴν, einen **Aus- und Weg-Wurff**/ vid. *l. c.* Einen Baum welcher mit seinen vesten Wurtzeln in der Erde stehet/ läst alle Winde auf sich stürmen/ dazu schrieb einer;

SECURA SUIS RADICIBUS.

Wenn Wurtzel-fest er steht
Kein Sturm ihn niederweht.

Also mag gleich alles Unglück auf einen frommen Christen loß stürmen/ er achtets nicht/ denn seine Hoffnung ist gewurtzelt auf seinen GOtt/ mit demselben stehet er so feste/ daß auch der Höllen-Pforten ihn nicht überwaltigen können. Und erinnert der Augustinus über den 138. Psalm gar feine: Nec felicitas hujus seculi facit nos beatos, nec adversitas miseros, opus est, sperare in DEO, diligere DEUM: **Keine Glückseligkeit der Welt macht uns glückselig noch keine Widerwärtigkeit elende/ man muß nur auf GOTT trauen/ und demselben hertzlich lieben.** Von den Bären schreiben die Natur-Kündiger/ daß sie bey trüben Tagen am allerlustigsten sind/ indem sie darbey auf helle Wetter hoffen/ daß es heist:

GE-

SERENABIS,

Es wird auf Erden/
Bald helle werden.

So dencket auch ein Christliches Hertz in seinem Betrübniß / und läst nicht alsbald den Muth sincken / sondern denckt mit dem Tibullo:

Venit post multos una serena dies,

Wann gleich viel Tage lang der Himmel hat geweinet/
So kommt ein heller Tag / daran die Sonne scheinet.

Dn. Misand. in der Cr. des Fl. *p. 888.*

Et Timor Theodori de Pherme.

Vid. Tit. Confidentia non amittenda.

Propter pecuniam.

§. 1.

Es ist das Mißtrauen in der Welt weit und breit eingerissen. Etliches ist verbunden mit einer Fürsichtigkeit/ welches nöthig und nützlich/ davon Syrach redet: Halts mit iederman freundlich/ vertraue aber unter tausenden kaum einem/ Cap. VI, 6. Etliches aber mit Thorheit / wenn man für allzugrosser Kleinmüthigkeit sich für jederman fürchtet / gantz keinem Menschen/ auch wohl seinem eigenem Fleisch und Blute nicht trauet/ und nicht weiter gläubet/ als was man mit Augen siehet/ und mit Händen greiffet/ woraus denn offtmahls groß Unheil zu erfolgen pfleget. Beykommendes Exempel wird uns ein Beyspiel eines thörichten Mißtrauens/ so aus Geitz hergerühret/ fürstellen. Zu unserer Vorfahren Zeiten hat sich zu Venedig und anderer Orten Welschlandes auffgehalten ein gelehrter Mann aus Dalmatien / Namens Trypho, welcher in Lateinischer und Griechischer Sprache der Philosophiæ und Dicht-Kunst hoch erfahren war. Dieser/ nachdem er sich ein Stück Geld gesammlet/ gerieth in einen solchen Zufall/ daß er mit keinem Menschen gerne mehr umgienge/ sondern die Leute meidete / wo er nur wuste und kunte. Es war ihm unmüglich jemand über zwey / oder zum längsten drey Tage um sich zu leiden/ und wenn jemand mit ihm reden wollte/ ließ er sichs zum höchsten zuwider seyn. Es war aber dessen Ursache / weil er 500. Ducaten in sein Wambß vernehet hatte/ und in steten Sorgen stunde / daß ihm dieselben möchten entwendet werden/ wann er denn den geringsten Argwohn hatte/ daß solch Geld bey ihm gemercket wurde/ verließ er denselbigen Ort / und wendete sich an einen andern. So mißtrauisch als er nun war/ kunte er doch nicht verhüten/ daß ihm das Geld nicht gestohlen ward/ über welchen Verlust er seine gesunde Vernunfft gäntzlich verlohren/ und weil er das Geld nicht vergessen

kunte/ ist er in solcher unsinnigen Traurigkeit elendiglich gestorben/ Pier. Valer. de Infelic. Liter. Lib. II. p. 161. seq. wie sehr klebet doch mancher Mensche mit seinem Hertze an dem irdischen/ wer einem Geitzhalß sein Gold raubet/ der raubet ihm zugleich sein Leben. Das Irrdische verlieren wir mit Thränen und Heulen/ das Ewige aber mit Freuden und lachenden Mund/ M. Ernst/ Bild. Haus. *P. III. p. 176.* Conf. *D. Misand. l. c. p. 880.*

§. 2.

Apitius ille Romanus cum quindecies centena millia aureorum possedisset, & omnia heluando consumsisset, præter centum millia, quæ remanserant, in desperationem actus, quasi hoc modico vivere non posset, veneno mortem sibi attulit, *Dion. in Tiberio Joh. Cluverus Epit. Hist. Lib. VII. p. 241. Mich. Pexenfeld. Apparat. Erudit. Cap. LXXXVII. p. 664.* Quanta luxuria erat, cui sestertium centies egestas fuit? inquit *Seneca Consol. ad Helviam Cap. X. p. m. 635.* Nonne vides, Chersia, multos, nisi omnes privatorum Regumque res possideant, existimare, se ob inopiam perituros? *Plutarch. Conviv. VII. Sap. p. m. 29.*

Quandoque utilis.

Sapienti diffidentiâ non alia res utilior hominibus, inquit Græcus quidam ap. *Dn. Halman in Parent. p. 110.* Veteres dixerunt, nervos & artus sapientiæ esse, non temerè credere: & *ἀπιστίαν*, h. e. diffidentiam præcipuum esse propugnaculum civitatum adversus tyrannos; Extat & illud: Sobrius sis, ac memineris nemini confidere. Accedit & hoc; Prudente diffidentia haud alia res utilior est mortalibus, *E. Brenzius Homil. XXIV. in Cap. II. Job. p. 167.*

DIGITUS

DEI, Exod. VIII, 19. Psalm. VIII, 4.

Digitus DEO tribuitur, & eodem potentia & virtus DEI operantis denotatur, sicuti digitorum adminiculo homines sua peragunt, Exod. l. c. & Cap. XXXI, 18. Ps. l. c. quo in loco posteriori, dum cœli dicuntur *opus digitorum DEI*, quidam illam constituunt emphasin metaphoricam, quod illi & summa facilitate sint à DEO creati, & valdè artificiosè conditi, ut subtilia ac precioſa opera à summis artificibus non corporis robore non brachiis & manibus, sed summis digitis conficiuntur, *Sam. Bochart. Hieroz. P. II. Lib. IV. Cap. XVIII. p. 582.* SPIRITUM SANCTUM *per digitum DEI*, Luc. XI, 20. intelligi, ex collatione Matth. XII, 28. patet: quoad virtutem Sp. S. in CHRISTO operantis respicitur, Act. X, 38. digitis humanis constituitur *pugillus*, si contrahantur, & *spithama*, si extendantur: quæ duo etiam *ἀνθρωποπαθῶς* DEO tribuuntur Es. XL, 12. *Quis mensus est pugillo suo aquas, & cœlos Spithama direxit?* q. d. ego id feci. Verba Jeho-

væ

væ ipsius, quibus denotat, quam facilè sibi sit res omnes & creare, & creatas sustentare atque dirigere potentissimè: nimirum quemadmodum res minimas his exiguis modis & instrumentis homines sua tractant; ita DEO tam facilè, imò multò facilius est, totam rerum universitatem arbitratu suo regere. Conf. Prov. XXX, 4. &c. Es. XLVIII, 13. verbum aliquod DEO tribuitur, à *palmo* humano (quæ mensura quatuor digitorum conjunctorum est) deductum: dextera mea הִפְטִיחַ *palmavit cælos*, vel palmo extendit, explanavit & æquavit cœlos &c. *B. Glassius Rhetor. Sacr. Tr. I. Cap. VII. p. m. 113.* Conf. omninò *Appamt. Bibl. Tom. I. p. 959. seq.*

Infimo proximus Sinistræ manus cur auro devinciri meretur?

Sicuti hic digitus postremò omnium morbo articulari, aut chiragra infestatur, & si quando affici contingat, non multo post mors imminet; Ita & præ cæteris auro devinciri meretur, & quidem ex hac ratione, quod tenuis quidam arteriæ ductus, non nervi, ut *Gellius* existimavit *Lib. X. Cap. X.* à corde ad hunc digitum porrigatur, cujus motum in parturientibus ac delassatis, omnibusque cordis affectibus indicis attactu manifestè percipis. Nec sanè id cuiquam absurdum videri debet, cum animi defectu collapsos erigere soleam, vellicato hoc articulo, aurique cum momento croci, attritu: per hunc enim vis quædam refocillatrix, quæ illi insita est, ad cor dimanat, vitæque fontem, cui is digitus connexus implicitusque est, recreat. Quapropter præ cæteris illum honorem promeruit, auroque decorandum censuit antiquitas. Vid. omninò Tit. *Annulus Sponsalitius* §. 5. Hujus quoque dignitas, quam à corde consequitur, hoc effecit, ut veteres medici, à quibus etiam nomen obtinuit, medicamenta ac potiones illo commiscerent. Nihil enim venenati vel extremis ejus radicibus adhærere potest, quin homini infestum sit, virusque cordi communicetur, *Lev. Lemnius de Occult. Nat. Mirac. Lib. II. Cap. XI. p. 168. 169.*

DIGITI

Cur clavorum instar acuti?

Digitorum singuli, ut Talmudici non male colligunt, adeò instar clavorum acuti sunt, ut si homo audiat verbum inhonestum, infigat digitos suos in aures, ne illud audiat, *M. Matth. Frid.* Grietsch/ *Diss. Phil. de Usu Manuum S. I. §. 7. M. J. Wilh. Hilliger, de Scriptione CHRISTI in terrâ ex Joh. VIII 6. 8. §. 30.*

Eruditorum non omnes æquales.

Ita Talmudici ap. *Hilliger. l. c. §. 31.* Und der gelehrte Zinegref, mahlet in

seinen Emblematischen Sinnbildern (*Emblem. 80. Picinell. M. S. Tom. II. Lib. XVII. Cap. VI. n. 31. p. 100.*) ein Bund Schlüssel mit dieser Beyschrifft:

NON OMNIA POSSUMUS OMNES.

Non eadem digitis pondera conveniunt.

Mart. Lib. XI. Ep. 38. Se quisque Doctore deprehendere potest, non esse universalem intellectum in omnibus, ceu Solem, qui fenestras urbis omnes perlustret, inquit *Mornæus, de Verit. Rel. Christ. Cap. XV. p. m. 278.* Nec ullo labore, ullave industria fieri potest, ut quælibet materia cujuslibet formæ capax sit; *Joh. Dallæus, de Usu Patrum Lib. I. Cap. V. p. 138.*

DIGITORUM

Nervi inciſi falſario.

Legimus fugitivos quandoque & pedum amputatione coërceri solitos, atque adeò quâ parte peccassent, eâdem mulctatos *l. 3. C. de Serv. Fugit.* sicuti falsario incisos digitorum nervos, Alexandri decreto *Lampridius*; Claudii, præcisas manus, *Suetonius* scribit. Idem Galbam Numulario non ex fide versanti pecunias, manus amputasse ait, mensæque ejus adfixisse ap. *H. Salm. in Panciroll. P. II. Tit. II. p. 86. a.*

Nomina ap. Talmud.

Digitorum nomina apud Talmudicos hæc recensentur: זְרֵת Minimus קְמִיצָה Annularis, אֶמָּה Medius, אֶצְבָּע Index, גֻּדָּל Pollex. *Buxtorff. Lex. Ebr. Chald. p. 637.*

DIGITIS

DEI Lex quomodò scripta? Vid. Tit. *Decalogus.*

DIGNUS ET INDIGNUS

Eodem casu gaudent.

§. I.

Ita Mich. Watsonius *in Union. Sapient. S. I. Cap. III. §. 19. p. 31.* Fortuna indignorum fautrix, *Plin. 2. 7.* Auch die Gelehrtesten befinden diß wahr zu seyn / indem es bey ihnen / wie des Sommers auf den Aeckern hergehet / da zuweilen ein leerer Halm in die Höhe steiget / ein anderer aber / der seine Aehren voller Körner hat / sich zur Erden biegen muß / *M. Casp. Neumann* in der besten Wissenschafft *p. 129. Mich. Pexenfeld. Appar. Erud. Cap. C. p. 854.*

stul-

- - ſtultus honores
Sæpè dat indignis, & famæ ſervit ineptus.

Horat. Lib. I. Sat. VI. Coronas etiam ad imperitos deferre gratia ſolet, *Petron. Arbiter p. m. 81.* Maxima bona hominibus, maximè indignis fortuna temerè largitur, *Dion. Halic. Antiq. Rom. Lib. I. Cap. I. p. 6. Spinæus de Tranquil. Animi Lib. I. p. 30.* Quod intellectu præſtantes in anguſtias rediguntur? Et ſummè ſtolidos invenies proſperè agentes? Poëta quidam Arabs ap. *Pocockium in Not. Miſcell. Cap. VII. p. 239.* Conf. & *Cauſſinus in Polybiſt. Symbol. Lib. IV. Cap. V. p. 337.* Achilles apud *Homerum Iliad. IX.* queritur Ulyſſi, ſe cum fortior ſit multis aliis, majora tamen virtutis ſuæ præmia ab Agamemnone non referre, inquiens:

Fortis & ignavus ſimili mactantur honore!

D. Mich. Piccartus Comment. in Ariſtot. Polit. Lib. II. Cap. VII. p. 231. Sæpè in perſonis errat liberalitas! Barmimus IV. Dux. Pomeraniæ dicere ſolebat, h. e. ſæpè Immeritis cedunt maxima dona Ducum!

§. 2.

Sed benè *Xenophon 2. παιδ.* Nihil, inquit, ergò rerum humanarum magis inæquale duco, quam ignavum & fortem pari loco & dignitate eſſe, *Piccart. l. c.* Honores in homine inepto, ut cibi in delicato ſtomacho corrumpuntur, *Lanſius pro Hiſpan. p. 176.* Et cum honor indigno confertur, dignitas maculari dicitur, *Lib. II. C. ſi ſer. aut libert. ad decurion. adſpir. Lib. X.* Quid enim eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto? *Salvianus de Gubernat. DEI Lib. IV. Cap. LXXXIX. p. m. 100.* Hinc Benedictus XII. P. R. de Cardinalatûs honore indignis dicebat *ſe lutum exornare nolle*, quod merito dictum omni immortalitate dignum laudat *Bucelinus 3. Menolog. Bened. p. 302. ap. Dieteric. in Antiq. Bibl. p. 523.* Honorem indigno ſervandum eſſe JC.' negat in *l. Senatoris 47. de ritu nuptiar.* cum reatus omnem honorem excludat *Lib. I. in fin. C. ut ſumm. vel clariſſ.* & non debeant dignitatis portæ patere famoſis & notatis, quos ſcelus vitæ inquinat, & quos infamia à bonorum cœtu ſegregat, *Lib. II. C. de dignit. ap. Salm. in Panc. l. c. p. 104.*

Sufficiens honor eſt homini, qvum dignus honore eſt:
Qui datur indigno, non eſt honor: eſt onus, imò
Ludibrium, veluti in ſcena qvum ludius eſt Rex.

M. Paulingen. Zod. Vit, Lib. VI. in Virgine p. 154. Collata improbis dignitas, non modo non efficit dignos, ſed prodit potius & oſtentat indignos, *Boëthius 2. Conſol. 6. D. C. F. Paulini* Zeit-Kurtz. erbaul. Luſt *Tom. II. Cap. XXXIX. p. 261.*

§. 3.

§. 3.

Non igitur de nihilo veteris priscæque doctrinæ viri finxerunt ac pronunciarunt, cœcam prorsus & exoculatam esse Fortunam: quæ semper suas opes ad malos & indignos conferat: nec unquam judicio quenquam mortalium eligat: imò verò cum his potissimum diversetur, quos procul si videret, fugere deberet, *Apulejus Metam. Lib. VII. p. 191.* welcher glücklich/ bedarff keines grossen Verstandes/ gestalt ihm alles/ was er fürnimmt/ (obgleich unbesonnener Weise) wohl geräht/ da hingegen wer unglückselig/ der gehe nicht zu Marckte/ aus Beysorge/ er möchte einen üblen Kauff treffen/ denn einem zerbrochenen Schiffe ist aller Wind zu wider und entgegen/ (*Pellerus in Polit. Sceler. Impugn. Cap. XXIX.* ex Laurendano ita: Duo, *inquit*, homines magnificant, habere plurimum *Auri*, & plurimum *Aurae*. Hæ sunt duæ columnæ Herculeæ in mari mundanæ Felicitatis, ultra quas non potest Navis humana progredi. Hi sunt duo Poli maximè pollentes in mundo, circa quos vertitur Orbis universus. Non sufficit huic Navi *aurum*, quo onusta est, nisi & *Auram* venti habeat, nempe propitiam, *Joh. Ern.* von der Linde *in Proto-typ. Boni Principis.*) *Uti ligare lapidem in fundâ, sic res est cum dante stulto honorem*, Prov. XXVI, 8. Lapis fundæ alligatus ad scopum non venit. Frustraneus conatus si vel millies coneris. Si stultum honorans fine suo frustratur, nec plus apud eum proficit, ac si stipitem vel truncum veneraretur. Nam honor ipsi oblatus neque ejus animum penetrat afficitque, neque redit ad honorantem, non aliter atque lapis in fundâ ligatus ad scopum non venit, neque finem assequitur, quo aliàs est destinatus, *D. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. III. Loc. XCI. p. 649.*

§. 4.

Hoc modò in hominibus acerbissimum, eum, qui multum sapit, nihil in potestate habere, dicente Persâ quodam ap. *Pezelium Mellif. Hist. P. I. f. 54. b.* Ratò sapienti intervenit fortuna, Epicuri est effatum ap. *Sen. de Constantiâ Cap. XV. & Cic. Lib. II. de Finibus p. m. 83. b.* Rarò conveniunt, Virtus sc. & Fortuna! *Picinellus Mund. Symbol. Lib. III. Cap. XIX. n. 47. p. 155.* Aristoteles dicebat; Ubi multum de intellectu, ibi parum de fortuna; Quo significabat, ut quisque memoria & intelligentia esset ditissimus; ita bonorum mundi esse pauperrimum, *Anton. de Guevara Hom Princip. L. II. Cas. XXXV. p. m. 397.* Imò quasi è diametro sapientiæ opponitur fortuna (serpentina illa & flexuosa semita, cryptica & involuta methodus, ut vocat *Th. Browne in Relig. Medici P. I. Sect. XVI. p. 94. 95.*) Quid enim aliud est fortuna, secundum Aristotelem, quam causa per accidens, h. e. quæ à fortuna fiunt, illa nec finis destinatione, nec gratiæ melioris. Sapiens verò ad ea non respicit, quæ fiunt per accidens, sed causas per se inquirit omnium

rerum

rerum in naturâ. Quod cum sit, ideò nihil vel parum illi est commercii cum Fortunâ: quam quia deserit, ideò vicissim ab illâ deseritur: cum contra egere eos vel nunquam vel rarò patiatur fortuna, qui toti ab illâ pendent, i. e. qui totos se ad fortunæ bona in mundo accommodant. Sed cum viri sapientes non tam de bonis fortuitis & caducis, quales sunt divitiæ, honor &c. sint solliciti, qvam de bonis animi, quæ sunt rerum præstantissimarum cognitio, & laudabilis actio virtutum, ideò mirari nemo debet, si minus eis obveniant fortuita, sivè externa ista bona. Quod enim aliquis magnoperè non venatur atque desiderat, id ipsum si minus ei contingat, mirum non est. Atque secundum hunc respectum rectè dicere possumus: Fortunam inimicam esse sapientiæ, *Georg. Bachmanus Exercit. Philos. Cent. II, Q. XXXVI. D. Wilh. Zeschium, de Termino Vitæ Homini divinitus prefixo, th. 9. §. 3. p. 24.*

DIGNA

Indigna.

Es ist eine schreckliche Sünde um die geistliche Hoffarth/ also/ daß kein Koth für den Menschen so heßlich stincken kan/ als diese Sünde für dem Allerhöchsten GOtt/ und ist ihre Belohnung endlich das Höllische Feur/ wie der hoffärtige Phariseer/ und viel andere seines gleichen zur Gnüge erfahren. Hingegen ist die geistliche Demuth eine wolriechende Blume/ welche in dem Thal der Niederträchtigkeit zu wachsen pfleget/ und dem Höchsten/ der auff das Niedrige siehet/ überaus angenehm und gefällig ist. Von beyden sagt der Heyland: **Wer sich selbst erhöhet/ der soll erniedriget werden/ und wer sich selbst erniedriget/ der soll erhöhet werden**/Luc. XVIII, 14. Dieses mag wohl verstanden haben die gottsel. Jungfrau Digna, welcher Eulogius, ein alter Spanischer Scribent, so ums Jahr Christi 850. gelebet hat/ in seinem Memorali Martyrum, III. Buch am VII. Cap. gedencket. Dieselbe/ ob sie wohl viel andere Jungfrauen ihrer Zeiten an fürtrefflichen Tugenden/ Fromm- und Gottseligkeit weit übertraffe/ war es ihr doch von Hertzen zu wider/ wenn man sie bey ihrem Nahmen Digna, oder die **Würdige** ruffete/ sondern sprach vielmahl mit thränenden Augen: **Nennet mich doch nicht die Würdige/ sondern vielmehr die Unwürdige/ auff daß doch meine Benennung mit meiner Unwürdigkeit/ die ich mir wol bewust bin/ übereinstim̃e. Ich befinde bey mir gar keine Zeichen der Tugenden/ sondern vielmehr augenscheinl. Kennzeichen vieler Untugenden und Sünden/ um welcher willen ich ja nicht die Würdige/ sondern vielmehr die Unwürdige zu nennen bin.** Fürwahr eine schö-

ne schöne Demuth an einem Christlichen Weibs-Bilde/ zu welcher uns Petrus 1. Ep. Cap. V. 6. ermahnet: Demüthiget euch unter die gewaltige Hand GOttes/ so wird Er euch erhöhen zu seiner Zeit. Zu wünschen wäre/ daß dieses alle stoltze und auffgeblasene Werckheiligen wohl bedächten/ so würden sie bey Christo/ der da sanfftmüthig und von Hertzen demüthig ist / in einem grössern Ansehen stehen. Wir reden sie billich an mit den Worten Jacobi I, 10. Wer da reich ist (in seiner Einbildung) der rühme sich seiner Niedrigkeit. Denn wer sich selbst erniedriget wie ein Kind / der ist der grösseste im Himmelreich/ Matth. XVIII, 4. *Dn. Bl. Ernst/ Bild. Hauß. P. III. p. 414.*

DIGNITAS.

Alia *testimonii*, alia *meriti*; Quando in Scripturis fidelibus dignitas quædam tribuitur, ut Sap. III, 5. &c. dignitas non *meriti*, sed *testimonii* intelligitur. Vid. *Cluverus Dilut. Apocal. Tom. II. p. 136.*

DOMUS

Achabi eburnea.

Vid. Apparat. Bibl. *Tom. I. p. 81.*

Ahasveri aurea.

§. 1.

In Ahasveri sive Artaxeris Regiâ (qui ab India ad Æthiopiam viginti septem provinciis jura dans, & Susis in Persidis metropoli delectum virginum elegantium habens, cunctis eò Medorum & Persarum heroinis edicto regio vocatis, Esther Ebræam genere: parentibus ac fortunis orbatam Mardochai patrui alumnam, sed formæ ac morum candore, nec non pudicitia singulari mirificè excellentem, omnibus iis protulit, atque uxorem duxit, Vasthi ob contumaciam repudiatâ, Esth. C. .. & II.) videres aulæa hyacinthina & byssina arcubus argenteis impendentia, & pavimenta varii emblematis ornatu distincta ex lapide Pario, & vasa ex auro facta, quæ vel esurientem aurum hominem satiare quirent, *Salm. in Panc. P. I. T. L. p. 235. 336.*

§. 2.

Margaritis pavimentum stratum in Ahasveri aulâ Estheræ Cap. I, 6. ubi vocem Ebræam de margaritis exponit *Bochartus*. Res videtur sine exemplo. Nisi Milesiis fabulis credimus in Apulejo, qui Psychen gemmas & monilia calcasse, narrat, in palatio, cujus pavimenta ipsa lapide pretioso, cæsim diminuto, in varia picturæ genera discriminabantur. Nam Romanas mulieres calcare margaritas,

garitas, ac per uniones ambulare, *Plinius* alio ſenſu dicit, quia ſocculos habebant margaritis interſtinctos. At quantus fuerit Perſarum luxus, quam profuſæ divitiæ, nemo ignorat: neque ullibi profuſiores, quam in Ahaſveri epulo leguntur. Sed & Suſarum hic Regia deſcribitur, quam fuiſſe admirabilem, tradunt *Ariſtoteles* & *Apulejus*, ejusdem adeò tectum, & ſeptum exterius auro, argento, electro atque ebore, fulſiſſe. Sic apud *Polybium Lib. V.* in Ecbatanorum Regiâ, trabes lacunaria & columnæ, in porticibus ac periſtyliis, laminis, partim argenteis, partim aureis, erant circum amictæ: omnes item tegulæ fuere argenteæ. Quo pertinet quod in Æſchyli Perſis Atoſſa (Reginam Eſther nonnulli intelligunt, quæ prius Adaſſa, Eſth. Cap. II, 7.) jactitat χρυσοστίλβους δόμους, atque extrinſecus etiam multo auro fulgentes. Quantò igitur credibilius, atrium inferius gemmis & *margaritis* fuiſſe conſpicuum? Maximè ſi verum eſt, quod ſcribit Androſthenes, margaritarum annonam apud Perſas fuiſſe eandem cum auro. Apud *Philoſtratum in Apollonio Lib. II. Cap. XI.* deſcribitur in Indiâ Templum Solis, cujus pavimentum μαργαρίτιδι ξύγκειται συμβολικὴν τέχνην, margaritis ſtratum Symbolicâ ratione, quâ ibi in Templis uti omnes barbaros, addit. Apud *Plinium Lib. XXXIII. Cap. III.* Romæ Pompejus habuit *muſeum ex margaritis.* Et *Lib. XXXVII. Cap. II.* Nero cubicula viatoria unionibus conſtructa. Sed & recentiori ævo occurrunt in ſacris ædibus à Baſilio Macedone Conſtantinopoli extructis, columnæ, parietes, gradus, ipſaque etiam pavimenta auro, argento, gemmis & *margaritis*, diſtincta atque exornata: quod in hujus Imperatoris vitâ ab *Allatio* edita, non ſemel tradit Succeſſorum unus Conſtantinus Porphyrogenneta. Sic p. 143. Templum ornatum deſcribit, inquiens: καὶ χρύσῳ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθοις, τιμίοις καὶ μαργάροις κατεποίκιλται καὶ κατεπλάτυνται, Adyta templi auro & argento, & lapidibus pretioſis, & margaritis variata & ditata ſunt. Item cancelli, qui altaria ſecludebant ab iis, quæ extra, & quæ ſurſum ſuper liminaria &c. ut & interiora; ſedilia ac gradus, quæ ante illa erant, & ſacræ menſæ ex argento, cui ſuperfuſum aurum, & gemmæ margaritis pretioſiſſimis diſtinctæ, ibidem memorantur, *D. Hoffman. Lex. Un. in v. Margarita p. 62. b.*

Cleopatræ.

Der Cleopatræ Gemach/ ſagt Lucanus, hab nicht allein vergüldete Balcken/ ſondern von Perlen und Diamanten ausgeſetzte Gewölber gehabt. Summa, hier iſt alle Herrlichkeit zu ſehen geweſen/ Gottfr. Schultz *Coſmogr. p. 20.*

Cyri.

De Cyro quoque hiſtoriæ teſtantur, quod demum ſplendidiſſimam ex-

ſtruxerit, illigatis auro lapidibus, menſis & ſubſelliis ex ſolido auro & argento fabrefactis, & diſtincto lacunari gemmis pretioſiſſimis, ut cœli ornamentum referret. Verum nullam capiebat ex hoc palatio ſuo, tam ſplendidè extructo, voluptatem: quin potius vix abſoluto ædificio, poſtquam contra Maſſagetas profectus eſt, non rediit, nec ſperati gaudii & voluptatis compos factus eſt, *D. Matthiæ T. H. T. P. p. 83. 84.* Adeò nulli Regum de ſuo palatio dicere licuit: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam, Pſalm. CXXXII, 14. *Drexelius de Cœlo, Lib. I. Cap. VIII.*

Danielis.

Es meldet Joſephus Lib. X. Antiq. Cap. XII. daß der Prophet Daniel habe zu Ecbatana, eine Stadt in groß Mediâ, ein ſehr köſtlich Grab und Hauß gebauet/ welches ſo wunderſchön/ meiſterlich und wehrhafftig gemachet war/ daß es zu allen Zeiten gleich ſchön geblieben/ und etliche viel 100. Jahr ſo zierlich geleuchtet hat/ als wann es erſt neu wäre gebauet geweſen; Denn da alle andere Gebäude alt wurden und verfielen/ hat doch diß Gebäu ſeine vorige Schönheit allezeit behalten/ *Crellius in v. Ecbatana p. m. 195. Micræl. H. E. Lib. I. S. II. Q. LVI.* Eadem refert *Hieronymus in Dan. VIII.* iisdem ferè verbis: hâc unâ re diverſus, quod quæ Ecbatanis Joſephus, Suſis ipſe locat. Sed *Huetius Demonſtr. Evang. Prop. IV. p. 405. 406.* dicit: Cum Ecbatanis ſubſtituiſſet Darius, turrim illic excitaſſe, vel ad urbis defenſionem, vel ut poſteris præclarum magnificentiæ ſuæ monumentum relinqueret. Cui rei cum conſilium ſuum ac induſtriam præbuiſſet Daniel, inde factum, ut Danielis opus diceretur. Conf. *Emſm. Franciſci*, Ehre der verblichenen alten Heyden/ Juden und Chriſten/ *Converſat. IV. p. 82. ſeq.*

DEI.

§. 1.

Wo ich bin/ da ſollt ihr auch ſeyn: In meines Vaters Hauſe ſind viel Wohnungen. Hâc dulciſſimâ CHRISTI ſententiâ, quæ Joh. XIV, 2. & 3. exſtat D. Juſtus Jonas, Theologus Wittenbergenſis, *nomine & re juſtus*, ſeſe confirmavit, cum in acerrimis tempeſtatibus eſſet fidiſſimus Achates ac comes filiorum magnanimi illius & ſancti Elect. Sax. Joh. Friederici captivi, hinc inde jactatus, & ſæviſſima pericula expertus. Eandem quoque identidem recitavit in agone, & ſolatium inde efficaciſſimum hauſit, ad beatem usque analyſin. *Joh. Gigas*, civis, diſcipulus & amicus Jonæ, in Epiced. ita expoſuit:

CHRISTUS ubi eſt ibi ero: Patris illius eſt domus ampla,
In quâ Chriſticolis manſio multa patet.

Hoſpi-

Hoſpitium mundus mihi quando negaverit, illa
Cœleſtis capiet me ſine fine domus.

Joh. Bocerus *Lib. XI.* Sacr. Carm. hoc modo:

Ampla DEI domus eſt, multis cultoribus illa,
Huc ſaltem veniat plurima turba, patet.
Poſtibus hæc nullis, nullis munitaque ſeris,
Semper habet faciles, ſemper aperta, vias.

L. Weiſſius in Manip. Symbol. p. 2. 3.

§. 2.

Exiſtimo inquit *Weberus Art. Diſc. Font. XXX. Ex. VI. p. 266.* in cœlo veras domus & veriſſima palatia à ſupremo Architecto coſtructa eſſe, ex materia prorſus admirabili, & incoruptibili, ipſisque adeo margaritis pretioſiora. Citat in hanc rem Cajetanum, Corn. à Lap. Barradium, qui *Tom. III. in Evang. L. X. C. III.* inter alia inquit: Intra ipſum cœlum ad convexum usque Beatorum, palatia admirabiliter ſummi Artificis manu conſtructa ſunt, ordine que ita diſpoſita, ut alia ſint inferiora, alia ſuperiora, & alia aliis pulchriora, ac pretioſiora. In celſiſſimo cœli loco palatium ſummi Regis CHRISTI eſt, quod omnem ſuperat admirationem; eo inferius DEIparæ Virginis Palatium alterum, quale tantæ Reginæ dignitas poſtulat; ordine ſequuntur alia penè infinita, tam Angelis, quam hominibus attributa. Habent enim Angeli quoque peculiares ſedes, atque palatia, quibus alii ab aliis ſejunguntur loco. Monachi fabulati ſunt, inquit *Brentius Tom. VIII. Opp. f. 1031.* eſſe in hoc cœlo novem monopolia, quorum ultimum plures contineat Angelos, quam atomi in Sole volitent, ap. *B. D. G. Mœbium Diſcuſſ. quarundam Q. eſt. Theol. Q. II.* Non aliter ac ſi vel oculis propriis in ſpexiſſent, vel ad mininum ab aliis audiviſſent, *B. D. Meiſner. Philoſ. Sobr. P. I. S. III. Q. IV. p. 835.* Hoc cœlum tali modo deſcriptum reverà eſt Ens imaginarium &c. Vid. omniò *D. D. Caſp. Læſcher de Glorioſo Animarum Cœlo §. 32. D. S. b. Niemannus Diſp. Th. de Receptaculis & Statu Animarum ſeparatarum th. 24. 33.* Beatorum cœlum *objectivè* ipſe potius eſt DEUS; *formaliter* lætitia perfecta; *Subjectivè* autem aliquod ⁊ nobis adhuc deſcriptu impoſſibile, *D. P. Müllerus de Nomine in Cœlo ſcripto ex Luc. X, 20. S. II. §. 78. p. 40. D. J. A. Oſiand. Theol. Caſ. P. VI. Cap. XI. p. 548. ſeq.* Quare non tam de cognitione, quam poſſeſſione regni cœlorum ſimus ſolliciti, ne dum de cœlo multis altercamur, è cœlo aliquandò excludamur. Suſpiremus eo humiliter, non diſputemus de eo ſubtiliter: Non rimemur, ſed miremur: non ſcrutemur ſed ſectemur; Non appetamus habere cognitum, quod DEUS eſſe voluit ſecretum, *Ambroſ. Lib. I. de Voc. Gent. C. VIII.* Qua propter ſi ab adverſariis morosè ungeamur, & de cœlo beatorum publicè

interrogemur, τὸ ἐπίχεον est tutissimum, ideoque cum Augustino modestè respondendum: Non liquet, *Meisner. l.c. p. 867.* Frequentissima cœli significatio occurrit, ut non de loco, sed de statu cœlesti necessario accipiatur, & terrenæ conditioni opponatur, *D. Ægid. Hunnius Comment. in Epist. ad Eph. Cap. I, p. m. 53.*

Diaboli.

Rathbodo Duci Frisonum Diabolus apparuit in Angelum transfiguratus, caput cinctas diademate aureo cum gemmis, & veste auro intexta, inquiens: Virorum fortissime, quis te ita seduxit, ut à cultura deorum velis recedere? noli hoc facere: sed mane in his, quæ didicisti, & venies ad domos aureas, quas tibi æternaliter in proximo sum daturus. Cras ergo accerse Vulfranum Doctorem Christianorum & ab eo quære, quænam sit illa mansio æternæ claritatis, quæ tibi pollicetur? Quam cum demonstrare nequiverit, utriusque partis mittantur legati, & ego ero dux itineris, & demonstrabo illis domum auream, mansionemque pulcherrimam, quam tibi promitto. Evigilans Rathbodus, narravit cuncta S. Vulfrano, Qui dixit: Præstigias has esse Diaboli. Respondit Dux, se futurum Christianum, si illam pulchram mansionem sibi ostenderet. Mittitur statim quidam Friso ex parte Ducis, & quidam Diaconus ex parte S. Vulfrani. Qui cum paulylum ab oppido processissent, obvium habuerunt quendam itineris Comitem, qui dixit eis: Properate citò: nam monstrabo vobis pulcherrimam mansionem, Rathbodo Duci præparatam. Illi pergentes viam latissimam, & loca ignota, viderunt quandam viam diversorum generibus marmorum polito opere decoratam, videruntque à longè domum quasi auream, & pervenerunt ad plateam ante domum auro & gemmis stratam. Intrantes in domum miræ pulchritudinis & splendoris, viderunt in ea thronum stupendæ magnitudinis. Tunc ductor itineris ait illis: Hæc est mansio præparata Rathbodo duci. Ad hæc Diaconus obstupescens, ait: Si à DEO facta sunt ista, perpetuò maneant: Si à Diabolo, citò dispareant. Et cum signaret se signo sanctæ crucis, ductor ille transiit in diabolum, domus verò aurea in ludum. Remansitque Diaconus & Friso in loco palustri & senticoso: triduoque immensi itineris conficientes iter reversi sunt ad oppidum, ducemque mortuum invenerunt: narraveruntque, quæ viderant S. Vulframo, anno 718. *Vincentius Lib. XXIII. C. 146. ex Ovone Presbytero ap. Zwinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1355. 1386.*

Neronis.

Nero, cujus enormium impensarum nullus est modus, inædificando præsertim, in quo omnes prodigos, & se ipsum vicit. Nulla alia in re damnosior,

ſior, ut de illo ſcribitur. Unus ex mille furoribus attingendus eſt. Domus à Palatino ad Exquilinum collem porrecta, & magnam partem urbis occupans, ut non immerito inter convicia, quibus liberrima plebis indignatione proſciſſus eſt, illud quoque jactatum ſit:

Roma domus fiet, Vejos migrate Quirites,
Si non & Vejos occupat iſta domus.

Hanc *auream* dici voluit, non ineptè quidem, ſignans nomine pretium, auro enim & gemmis cruſtata, ac ſtellata domus fuit, tantæ altitudinis, ut in veſtibulo coloſſus centum viginti pedum ſtaret. Intus porticus atque aulæ, laquearibus aureis, atque eburneis tabulatis, & convexa domorum cœli inſtar, vi propria ſeſe ſenſim diebus, ac noctibus, ſine intermiſſione volventia. Stagnum quoque maris æmulum, ædificiisque circumdatum, littore urbis in morem: rura præterea, & paſcua, & vineta, & ſylvæ omnium generibus animalium refertæ. In hac domo, quantum conjecturis ad verum via eſt, illud quod coloſſeum vulgò dicitur, medium fuit cujus nunc etiam ruinæ ſtuporem ſpectantibus afferunt, & hæc omnia dum (quod miraculum rei auget) Romæ medio conſummaſſet, ita (non dicam) exceſſiſſe, ſed ne impleſſe quidem, imperatoriæ domus modum viſus eſt ſibi, ut dedicans domum ipſam, non amplius miraretur, quam, ut hoc ſolum diceret: jam tandem quaſi homo habitare incipio, *Fr. Petrarcha de Remed. Utr. Fort. P. I. Dial. XCVI. p. 261. D. J. A. Weber in Art. Converſ. Reg. XII. p. 845.* Ad hujus ſaltim domus appendicem faciendam 1250000. inſumſit aureorum. Ex Meurſio de Luxuriâ Romanorum *M. Joh. Jac. Muller. Inſtit. Ethic. Poſit. Polem. P. II. Cap. XI. §. 16. p. 140.*

Sanazarii.

Das Gemüthe will ſeine Ergetzlichkeiten ſowohl als der Leib ſeine Ruhe haben / wann es ſich mit Verrichtung vieler Geſchäffte ermüdet und abgemattet / zu dem Ende ſind die Luſt-Häuſer erfunden / daß man in denenſelben die zerſtreueten Gemüthe-Kräffte wiederum ſammle / und ſich zu bevorſtehender Arbeit auffs neue bereite. Jacobus Sanazarius, welcher auch ſonſten Accius Syncerus genennet wird / ein Neapolitaniſcher Edelmann / ſinnreicher Poët und berühmter Hiſtoricus, auch darneben des jungen Königs in Arragonien Ferdinandi fürnehmer Rath / hatte an dem ſchönen und anmuthigen Berge Pauſilypo (welcher ſo viel als Wendunmuth heiſſet) ſein väterliches Stamm- und Luſt-Haus Margillina genannt / dahin er zum öfftern kommen / und ſich zu ergetzen pflegte. Dieſes hatte Philibertus Aurantius, Käyſer Caroli des V. Kriegs-Oberſter aus lauter Muthwillen übern Hauffen werffen und verwüſten laſſen. Hierüber betrübte ſich Sanazarius dermaſſen

sen/ daß er in eine tödtliche Kranckheit fiel/ daran er auch Anno 1530. Todes verblichen/ als er kaum das sieben und zwantzigste Jahr seines Alters erfüllet hatte. Petrus Bembus der Cardinal, hat ihm diese Grabschrifft gesetzet/ welche auf seinen Marmolsteinern Grabe geleſen wird:

Da ſacro cineri flores: hic ille Maroni
Sincerus, Muſa proximus & tumulo.

Streut Blumen auf diß Grab/ hier ruhet *Sannazar*,
Bey dem *Virgilius*, der seines gleichen war.

Mit irrdischen Lust-Häusern ist es zwar ein ergetzlich/ aber sehr vergänglich und unbeständig Thun/ und ist wohl eher einer/ der den Scepter gehalten/ aus dem Lust-Hause ausgerottet worden/ Amos I, 5. Derjenige thut wohl der sein Lust-Haus im Himmel hat/ und mit imbrünstigem Geist zum öfftern dahin spatzieret/ der darff nicht sorgen/ daß ein Feind ihm dieses Haus/ oder seine Lust verderbe/ denn es ist eine ewige Hütte/ Luc. XV, 9. *Dn.* Ernst Bilder-Z. *P. III. p. 50. Dn. Willii Expedirter* Leichen-Prediger/ *P. II. p. 103.*

Æterna ædificanda.

Plato Agrigentinos quasi semper victuros ædificare, & quasi semper morituros comedere dixit ap. *Ælian. Lib. XII. H ſtor. & Job. Cœlius Megapolitanus:*

Hic ubi nulla mora eſt, & manſio nulla perennis,
Æternam tibi vis ædificare domum;
Ædificare parum curans ubi manſio quondam
Æterna eſt, & non interitura mora.

Salm. in Pant. P. I. Tu. XXIII. p. 74. Conf. omninò *D. Miſand. C. C. P. II. p. 27. ſeq.*

Mali Conſilii.

Auff dem Berge Gihon bey Jeruſalem/ werden die rudera von einem herrlichen Rath-Hauſe gezeiget/ & domus mali conſilii genennet/ weil darinnen die Juden Rath gehalten/ als ſie den HErrn JEſum fangen wollen/ Otto Fried. von der Gröben Oriental. Reiſe-Beſchr. *Cap. XVIII. p. 186.*

Fœcunda ſatis.

Anno 1295. in Alſatiæ Valle (Albrechts-Thal) in unâ domo mulier peperit una nocte duos pueros: duæ vaccæ, utraque duos vitulos: catus catulum: canis caniculum: ſcropha porcellos plurimos, *Job. Wolff. L. M. Cent. XIII. p. 476. a.*

Li-

Libri & Doctrinæ.

R. Phinehas nomine R. Hoshajæ dicit: Quadringentæ & sexaginta Synagogæ erant Hierosolymis, quarum unaquæque habuit domum Libri, & domum doctrinæ: domum Libri pro Scriptura, i. e. ubi legeretur Scriptura, & domum Doctrinæ pro Traditionibus, i. e. Beth Midrasch, ubi docerentur Traditiones, *Joh. Lightfoot Centur. Chorographb. Matthæo præmisse, Cap. XXXV. p. 197.*

Puerum videns & senem.

Benè Poëta canit:

Felix, qui patriis ævum transegit in arvis,
Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem.
Erret & extremos alter scrutetur Eoos,
Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

M. G. C. Gebhardi de Motu primo stellarum §. *32.*

Parva, sed propria.

Die Schnecke hat ein kleines Hauß/ und ist doch vergnügt mit demselben/ daß sie sagt:

PARVA, SED MEA!
Ists gleich klein/
So ists doch mein/
Nirgends besser als daheim!

Nulla tam parva domus est, quam non amplificet magnanimus habitator, magnoque hospiti se præstet idoneam. Domus lutea cœlestem animum non angustat; nec ullum virtus spernit habitaculum, nisi vitiis occupatum, *Fr. Petrarcha de R. U. F. P. II. Dial. LXIII. p. 486.* Non lapidibus & picturis, sed inhabitantium virtutibus domus decoranda, Bergomi legitur ap. *Chytræum in Delit. Itin. p. 256.* Conf. omninò Apparat. Bibl. Tom. III. in Tit. *Pastorum ædes in pagis quales? p. 1250. sq.*

Pateat omnibus.

Jose der Sohn Johannis von Jerusalem spricht: Dein Hauß sey offen gegen die Gasse und Land-Strasse/ ויהיו עניים בני ביתך die Armen sollen die Kinder deines Hauses seyn/ *D. Georg.* Heinrich Lehman/ in פרקי אבות *Cap. I. §. 5. p. 41.* Alias RR. dicunt: Multos à domo tua arce, neque omnes introduc in ædes tuas, ap. *Coch. in Gemara C. XI. p. 397. cit. M. Petr. Mich. in Nupt. p. 183.*

Vinearia.

Zu Madrit in Spanien ist ein Hauß/ so genennet wird/ das Hauß von

hundert Weinen/ (la casa de los cien vinos) wegen der Mannigfaltigkeiten der Weinen/ so daselbst anzutreffen/ *Emsm. Francisci* wunderreiche Uberzug unserer Nieder-Welt *p. 215.*

Struenda ut ab omnibus videri possit.

Livius Drusus, cum domum in palatio ædificaret, & architectus offerret, ita se structurum, ut libera ab arbitris, & ab omni despectu esset: Quin tu potius, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut quidquid agam, ab omnibus inspici possit. Vox magnifica, vox laudanda! *Lipsius Monit. & Exempl. Polit. Lib. I. Cap. VI. p. m. 55.* Omnia enim bene dicta, docta, facta in luce se collocari volunt, *Cicero Lib. II. Tusc. Quæst. sub fin.* nec vel generis humani conscientiam reformidant. Eo modo Acacius quoque Berrhoæ in Syriâ Episcopus, ædes suas, somni, cibi, quovis alio denique tempore, patere volebat omnibus: ut, cum plures spectatores haberet, nil nisi quod honestum esset & pium vel ageret vel meditaretur, veritus semper ex improviso adventantium turbam, *Nicephorus Callistus Lib. XII. Cap. XLVII. ap. Bernegger. in Tubâ Pacis Scioppiano Belli Sacri Classico occentâ p. 275.*

Pietatis.

Ein vornehmer Lehrer unserer Kirchen setzet in einem Hause die Bundes-Lade/ mit der Beyschrifft:

PIETAS DOMESTICA.

Ædibus Obed Edom benedictio confluit omnis,
Hospitium quod in his arca trimestre capit.
Sit Tua quæso Domus Pietatis nobilis altrix,
Sint famulis illic sancta sacella Tuis.

*** ***

Die Arch in *Obed Edoms* Hauß
Gießt ihren Segen reichlich aus:
Wer Gottesfurcht läßt bey sich wohnen/
Dem wird sie's tausendfach belohnen/
GOtt hilfft daß alles Hauß-Gesind
Sich dir mit Lieb und Treu verbind!

Rev. D. Lucas Heinr. Thering/ *Minister. Colon. cui Suevum Sen.* in dem Leben der Gott geheiligten Seelen/ *Dec. I. Cap. VII. p. 129.*

Ultima omnibus communis.

Von dem Meer ist bekandt/ wie das alle Wasser sie mögen schnell oder langsam fliessen/ in desselben Schooß sich versamlen/ und daselbst ihre End-

Endschafft erreichen/ Pred. I, 7. Syr. XL, 11. Schreiben also die Gelehrten zur See:

PROPERAMUS AD UNUM.

Wir eilen allan einen Orth/
Drum muß ein jeder endlich fort!

Ovid. Lib. XV. Metam.

—— —— Paulumque morati
Serius aut citius sedem properamus ad unam,
Tendimus hâc omnes, hæc est domus ultima.

Lipsius Cent. III. Epist. III. ad Belg. Omnes in eâdem viâ currimus, & ad eundem finem, *Idiota de Contempt. mortis Cap. XIII.* Ita: ut omnia flumina intrant in mare: Sic quoque in hanc fluctuosam vitam qui veniunt, mare, i. e. amaritudinem mortis necessario subintrant: Mors enim est omnium pœna, omnium tributum, omnium carcer, omnium domina, omnium receptaculum, ap. *D. Misand. C. C. P. I. p. 1404.*

DOMUS

Appellatione comprehenduntur omnia.

Critobulus in *Xenophontis Oeconomico p. m. 349.* non domicilium tantum, sed omnia, quæ quis possidet, etiam extra ædes, domus appellatione comprehendi dicit. Domus idem quod universa possessio, *Socrates ibidem p. 355.* E.

Noviter ædificatæ inscriptio.

Stet domus hæc donec fluctus formica marinos
Ebibat, & totum testudo perambulet orbem.

* * * * * *

Es steh sein neues Hauß und müsse nicht hinsincken/
Biß daß die Omeiß wird das tieffe Meer austrincken/
Und die langsame Schneck den runden Erden-Kreiß
Wird umgewandert seyn. HErr/ thus zu deinem Preiß!

M. Petr. Mich. in Nupt. p. 614.

In DOMUM alienam veniens surdus & mutus esto.

M. Antoninus Pius domum homuncionis ingressus, percunctatusque unde columellas quasdam porphyreticas sibi comparasset, respondit ille: *Cum in domum alienam veneris, & surdus, & mutus esto.* Quod dictum tantum abfuit, ut molestè tulerit, ut tanquam præceptum quoddam aliis servandum tradiderit, *Pontanus Lib. II. Cap. X. de Fortitudine domesticâ ap. Zwinger. Vol. VIII. Lib. V. p. 2172. 6.*

DOMUM

Propriam fœmina toto vitæ tempore non habet.

Die Japaner ſagen Sprichworts weiſe: Ein Weibs-Bild habe die gantze Zeit ihres Lebens keine eigene Wohnung; Denn weil ſie jung iſt/ lebt ſie in ihrer Eltern Hauſe; wann ſie heyrathet bey dem Manne; wenn ſie Wittwe wird/ bey den Kindern/ *Dn. Zenner. in Novellis Mundi Docti & Curioſi An. 1696. menſ. Nov. p. 2149.*

Hiſpali habens felix.

Hiſpalis, vulgò Sevilia, Andaluſiæ caput, urbs magnificentiſſima, opulentiſſimum totius Europæ emporium. De hac urbe Hiſpanorum eſt proverbium: *Cui DEUS favet, ei dat domum Hiſpali.* Item, ſi benè cui precari volunt, dicunt: *Faxit DEUS, ut Hiſpali victum habeas & amictum. Job Buno Introd. in Cluv. Geogr. Lib. II. Cap. VI §. 7. p. 103.*

Niſi ædificaverit Dominus &c. Pſalm. CXXVII, 1. ſeq.

Quod ſtruis & cœlo certas educere molem,
Fruſtra erit, hoc condat nî DEUS autor opus.
Quod vigilas, urbemque tuo vis marte tueri,
Falleris, excubias nî DEUS intus agat
Et quanquam gratos ſomnos abruperis ante,
Quam revehit clarum lucifer ipſe diem.
Longa dies quamvis triſti conſumta labore eſt,
Ac operæ partem nox quoque ſera trahat,
Nil tamen aſſiduæ proſunt curæque laborque,
Si non aſpirent numina ſumma tibi.
Servat, alitque pios rerum pater optimus, inde
Commoda ſunt vitæ cuncta petenda tibi.
Non domus ipſa ſibi, non urbs creat ipſa patronos,
Felices cives datque facitque DEUS.
Impetus eſt qualis volucri, rapidæque ſagittæ,
Figitur in juſſo quæ procul acta loco.
Sic quocunque rapit divinus Spiritus illos,
Virtuti cogunt cedere cuncta ſuæ.
Non fortuna viros, non virtus deſerit unquam,
Nec ruitura ſuæ mœnia ſunt patriæ.

Phil. Melanchr. Epigram. Lib. I.

DOMO

Illustri natus Sixtus V.

Sixtus V. quia domus in quâ ex parentihus pauperculis genitus erat, magna parte fuit lacera, & disco operta, & à Solis radiis undique illustrata, natum se illustri domo dixit, *Micralius H. E. Lib. III. S. II. in Catal. Pontific. p. 822. Edit. Hartn.*

DOMUS

CHRISTI quot?

Prima domus CHRISTI fuit alvus virginis almæ,
Altera præsepe, crux tertia, quarta sepulchrum.

Albertus Molnarus in Analect. Ænigmat. p. 105.

Egregiæ Orientalium Principum.

Antiquissimis ex Oriente Principibus id moris erat, ut in domibus arte prodigâ fabricatis, & aureo plurimum ornatu & suppellectile insignibus, habitarent. *Pineda de Rebus Salom. Lib. V. Cap. VI. p. 484. 548. Brisson. de Reg. Pers. Lib. I. p. 49. 50. 51. D. Joh. Spencerus de Legibus Ebræorum Rit. & earum Rationibus, Lib. I. Cap. V. S. I. p. 196.*

Æstivæ, refrigerii.

Cœnacula æstiva, seu domus æstivæ, Judic. III, 20. Amos III, 15. vocantur ad verbum *domus refrigerii*, nam ibi se refrigerabant æstate מִקְרָה refrigerium, à קָרַר frigescere, *Drusius ad Jud. l. c. in Op. Angl. p. 1976.*

Francorum subfumigatæ.

Duodecim illis noctibus, quæ CHRISTI Natalem, Epiphaniamq; intercurrunt, nulla ferè per Franconiam domus est, quæ saltem inhabitetur, quæ thure, aut aliqua alia redolenti materia adversus dæmonum incantatricumque insidias non subfumigetur, *J. Boëmus Aubanus de Moribus, Legibus & Ritibus omnium gentium, Lib. III. Cap. XV. p. 266.*

Ex rapinis structæ.

Zu der Schwalbe die von andern Vogel-Federn ihr Nest weich bauet/ schreiben die Gelehrten:

ALIENA EGESTATE MOLLESCIT.

Das Armuth muß hergeben/
Daß Reiche herrlich leben.

Sünde ists/ wenn man zur Wollust bauet/ und arme Leute werden zur Un-

gebühr den Bau zu vollführen angestrenget / das Weh wird über solche geschryen / Jerem. XXII, 13. Hier. Pratus in Ezech. XIX. ita: Observa, rarò superba palatia, ædesque magnificas construi, nisi violatâ justitia, legibusque conemtis, oppressis civibus, operis defraudatis. Wider solche werden die Steine in der Mauer schreyen / und die Balcken ꝛc. Hab. II, 11. 12. zu einem Hause in Franckreich / so mit lauter Unrecht erbauet worden / schrieb einer also:

Hæc domus à Murna multis exstructa rapinis,
Corruet, aut alius raptor habebit eam.

Der König in Dennemarck Fridericus II. als er das schöne Schloß / Kronenburg / mit unsäglichen Kosten gebauet / sagte also: wann er wüste / daß seine Unterthanen einen einitzen Stein mit ihrem Gelde darzu erkauffet hätten / so wollte er selben nicht leiden / *D. Misand. C. C. P. II. p. 40.*

Subterraneæ.

Eine Stunde von Cantstat ist mitten im Ackerfelde ein seltzames Gebäude unter der Erden gefunden / so sehr künstlich / und ist das eine Gebäu in gantz roth und weiß gegossen / auch ein ziemlich Vorrath an Marmor darbey / unter diesem Wunder-Gebäu stehen 248. Säulen / um dasselbe sind über 100. Schorsteine / darneben ist noch ein Gewölbe / so auch 96. Säulen hat / wobey ein von Metall gegossener Kessel stehet / welches Werck eben so schön / als wann es vor 2. Tagen gemachet / so viel 1000. Menschen gesehen / *Relation-Courir. An. 1701. N. 69. de dato* Nieder-Elbe vom *3. Maj.* Domorum subterranearum meminit & *Xenophon. de Cyri Min. Expedit. Lib. IV. n. 196. p. m. 144. D.* De Hominibus subterraneis disserit *Kircherus M. S. L. IIX. Cap. III.* ferè in hunc modum: Civitates subterraneas *Gaffarellus in suo de Cryptis toto orbe Celebribus libro*, fusè describit: Cujus rei veritatem non credidissem, nisi ego hujusmodi habitationes tribus in locis propriis oculis lustrassem. Cum enim Anno 1637. Melitæ commorarer, contigit, ut quodam die cum Ordinis Hierosolymitani Magistro *Joanne Lascari*, in villam quandam amœnitate & deliciis refertam, quam *Buschetum* vocant, concederem: Ubi, cum de natura & proprietate Insulæ variis ratiociniis ultra citroque actum fuisset, addit Magnus Magister, esse in vicino colle habitationem subterraneam hominum sibi subditorum, seque desiderare, ut eam adirem, lustraremque miram hominum inadornandis subterraneis istiusmodi specubus, disponendisque habitaculis industriam; & cum nil mihi gratius posse contingere, dicerem, adjuncto mihi duce viæ, cryptarumque perito, habitationem accessi, quam Arabica lingua indigenis Insulæ domestica & familiari *Ghaar Kebir*, i. e. *speluncam magnam* vocant. Ingressus itaque portam principalem longe lateque patentem plenam homi-

hominibus utriusque ſexus pueris puellisque ruſticorum more veſtitis reperi, & tametſi confusè inter ſe habitare viderentur, ſingulæ tamen familiæ propria ſibi receptacula, ſeu receſſus ſive arte, ſive natura factos poſſidebant; Intra quæ per alias aliasque cellulas pulchra diſtributione facta, alimentorum differentes ſpecies condere ſolebant; hic lectus intra rupem inciſus, illic panibus caſeiſque collocandis apti loculi, alibi vaccarum, pecorum, aſinorumque ſtabula, quin & Gallinarum nidi comparebant; non deerant vaſa fictilia ad aquam ciſternarum loco continendam ſatis capacia: ceparum alliorumque prælongæ catenæ, veluti corymbi parietes exornabant; aderant & fornaces coquendis panibus opportunæ, quibus ſubterraneis cryptarum habitaculis lumen per rimas ſcopulorum, ac foramina in hunc uſum ea induſtria facta, ut nec pluvia, nec ventus facilè iis nocere poſſet, allabebatur; fornaces quoque ſuos habebant caminos, ne accenſo igne ſine camino, fumo per cryptas diffuſo, ſuffocarentur. Inter diu tum ruſtici extra cryptam laboribus exercebantur, tum neceſſaria ad vitam ſuſtentandam in vicinis locis procurabant, mulieres colo, caſeis faciendis, ſimilibusque fœminis propriis laboribus deſtinabantur; & quoniam lignis carebant, eorum loco excrementis jumentorum ad Solem exſiccatis ignem fovebant: homines utriusq; ſexus prægrandi ſtatura, robuſti & macrobii ad usque decrepitam ætatem vivere dicebantur, & quod mirum eſt, fœminæ non invenuſtæ formæ. Adeò autem cryptarum ſuarum deſiderio tenentur, ut ſi quando eos vel vendendi res ſuas, vel comparandi alia neceſſaria Melitam adeundi neceſſitas urgeret, ibidem tanquam exilio quodam damnati, vix teneri poſſe viderentur, quin ſtatim expeditis negotiis cryptas ſuas repererent, dum ne quidem unicâ nocte ab iis ſeſe removeri paterentur. Carnibus vaccarum, pecorum, gallinarum prorſus abſtinebant, utpote quas in lucrum tantum venditione factum reſervabant, pane, caſeo, lacte, cepis, allio, herbisque contenti. *Magnus Magiſter*, ut veritatem experimento mihi commonſtraret, menſam ſterni juſſit, in qua ex una parte, omnis generis carnes, & quicquid tandem ex opiparo & magnifico ſanè prandio ſuperfluum fuit cupediarum; ex altera caſeum, cepas, allia, caules & pulmenta, quos Maccarones vocant, poni præcepit, vocatosque Trogloditas ſuos, quos ad culinæ ſerviendum ex cryptis accerſiri curarat, menſæ aſſidere juſſit: qui mox relictis carnium deliciis, iisque ne tactis quidem, ad cibos illos, quibus aſſveverant, quibusque libenter veſcebantur, converſi, plenis pugnis & canina quadam aviditate devorabant. Atque hæc paulo fuſius deſcribenda duxi, ut ex iis ſubterraneorum hominum indolem *Lector* cognoſceret, & pro indè non falſa videantur, quæ de Troglodytis ad mare Erythræum infra terram habitantibus, ſane admiratione digniſſima ſcribit *Solinus*, *Plinius* & *Ælianus*. Eſt Melitæ Inſulæ vicina, *Gaulos*, vulgo *Gozo* nuncupata, in qua ſimilem prorſus

ſus cryptam hominibus refertam reperi, eodem, quo ſupra memorati, ritu viventes. Similes cryptæ in Hetruria in agro Viterbienſi. Vid. omninò *D. Becman Hiſt. Orb. Terr. P. I. Cap. IX. S. II. §. 15. p. 368. ſeq.* Maris Caſpii montium concava hominum habitationibus, teſte *M. Paulo Veneto*, referta ſunt. Non dicam hic de ſubterraneis Romanæ urbis cryptis, ubi tot ſancti Martyres una cum Pontificibus ſanctis perſecutionis tempore delituerunt, de quibus Lector *Romam ſubterraneam* conſulat. Quibus omnibus ex Itineraris Hungariæ pagum, haut procul Alba Græca ſitum, in cumulum adjicimus. Meminit ejus *Georg. Chriſtoph.* Neitſchütz *Itin. P. II. Lib. I. Cap. IV.* & Tobrinzi vocat: Sein Mittags auf Tobrinzi kommen; Iſt ein Dorff unter der Erden. Oben über der Erden ſiehet man nicht mehr davon / als etwas die Dächer von den Häuſern / die Wohnungen aber ſind alle unter der Erden eingeſchnitten und eingebauet / welches gar ſeltzam und wunderlich anzuſehen / *Id. ibid. p. 370.*

DOMORUM

Servator Mercurius.

Statuæ Mercurii præ foribus domorum ponebantur ad arcendos fures, undè θυρωρὸς dictus eſt à cardine nimirum januæ, & πυλωρὸς. Quam etiam ob cauſam appellatur ab Homero Iliad v. σῶκος, juxta Heſychium & Pharnutum σωοίκος, οἰκοῦρος, domorum Servator, *Petr. Dan. Huetius Demonſtr. Evang. Cap. IV. Prop. IV. §. 2. p. 111.*

DOMOS

Perpetuas Tartari non habent.

Von denen Tartarn ſchreibet Zwingerus: Sie verharren nicht lange an einem Orte / ſondern nachdem ſie die Weide abgeätzet / ſo ziehen ſie mit ihrem Vieh / Weibern und Kindern / welche ſie auf Karren / Wagen und Pferden mit ſich herum führen / anders wohin / und achten es für eine ſchwere Unglückſeligkeit / lange an einem Orte zu bleiben / dannenhero wann ſie mit ihren Kindern zürnen / ſo wünſchen ſie ihnen dieſes Unglück: wollte GOtt! daß du iederzeit an einem Ort / wie ein Chriſt bleiben / und deinen eigenen Stanck riechen müſteſt / *Curioſa Theologica ſ. Diverſa Diverſorum D. H. M. Tract. XXI. p. 806*

DOMESTICA

Mala majora lachrymis.

Cum Amaſis tenuiſſet Ægypti regnum annos quadraginta quatuor, ut

ſcribit *Herodotus*, ſucceſsit filius Pſammenitus, h. e. *clypeus inclinatus*, qui cum ſex menſes regnaſſet, captus eſt à Cambyſe Rege Perſico & aliquanto poſt interfectus. Suntque apud *Herodotum* de Pſammenito hæ narrationes dignæ memoriâ: Dum filia duceretur inter captivos ſervili habitu, miſſas ad aquam ferendam, ſedit pater Pſammenitus inter captos, videns prætereuntem filiam: Ac cæteris plorantibus ipſe tacitus ſedit, oculis in terram defixis. Poſteà cum filius duceretur inter cæteros interficiendus, ſedit eodem modo tacitus. Poſt hos cum familiaris quidam duceretur inter captivos, plorare & caput ferire cœpit. Hæc cum animadvertiſſet Cambyſes, interrogari eum juſſit, cur nunc ploraret, cum anteà tacitus vidiſſet duci Filium & Filiam? Reſpondit: Domeſtica mala majora eſſe lachrymis, ſed amici calamitatem poſſe lachrymis ſignificari, *Phil. Melanchr. in Chron. Carionis Lib. II. p. m. 164.*

DOS

Plantillæ.

Plantilla des L. Plantiani Tochter/ hat ihrem Bräutigam dem Antonio Baſſiano ſo viel Reichthum zugebracht/ daß es 50. Königinnen zur Ausſteur wäre gnug geweſen/ *Dn.* Ernſt/ in Ehrenholds zufäll. Ged. *Cent. 1. Med. XCI. p. 526.*

Puellarum Romanarum.

Ex ærario Nobilium civium filiæ, qui optimè de Republ. meruiſſent, dotem ſuam accipiebant, quod contingebat iis, ſi parentes nihil reliquiſſent, *Seneca Lib. I. Quæſt. Nat. p. 201.* An tu exiſtimas, ex auro nitidum habuiſſe Scipionis filias ſpeculum, cum illis fuiſſet dos æs grave? O paupertas felix, quæ tanto titulo locum fecit. Non feciſſet illis Senatus dotem, ſi habuiſſent. At quisquis ille fuit, cui ſoceri loco Senatus fuit, intellexit ſe accepiſſe dotem, quam fas non eſſet reddere, *Apulejus in Apolog.* Quod ſi modo judices iſta de cauſa ſederent C. Fabricius, Cn. Scipio, Man. Curius, quorum filiæ, ob paupertatem, de publico dotibus donatæ ad maritos iverunt, portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam, *Philippus Caroli, Antiq. Polit. Lib. II. C. IV. p. 48.*

A Sponſo data.

§. 1.

Apud Romanos ſponſa dotem afferebat ſponſo; Apud multas alias nationes Sponſus Sponſæ. De Germanis ait *Tacitus de mor. Vet. Germ.* Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert. Et *Briſſon. de Rit. Nupt.* refert, quondam in more Saxonibus fuiſſe, ut uxores à parentibus trecentis ſolidis emerent.

De Cantabris memorat *Strabo Lib. III.* nisi à viro sponsæ dos esset soluta, nullum matrimonii fœdus ductum fuisse. Imò Ægyptii, ut refert *Pererius in Gen. p. 793.* usque adeò aversabantur dotes muliebres, ut, qui dotem ab uxore acciperent, eos velut mancipia uxori addicerent. Eundem quoque morem Æthiopibus esse, testis est *Jobus Ludolfus, Lex. Æthiop. p. 48. in voc. DOS.* Sic & apud Ebræos Sponsum acquisivisse sibi Sponsam certâ numeratâ dote, patet ex quibusdam Scripturæ locis. Sic Gen. XXXIV, 12. ait Sichem הַרְבּוּ עָלַי מְאֹד מֹהַר וּמַתָּן *multiplicate super me valdè dotem & munera*, i. e. poscite à me, quantum volueritis dotis. Idem patet ex Exod. XXII, 16. 17. ubi mandatur, ut qui rem habuerit cum Virgine מֹהַר יְמַהֲרֶנָּה לּוֹ לְאִשָּׁה *dotando dotet eam sibi in uxorem*, i. e. pro more det ipsi dotem quæ alias Sponsæ à Sponso debetur, & sic eam sibi in uxorem ducat, sin renuat, det ipsi *dotem Virginum* i. e. ob ereptam virginitatem tantum dotis, quantum aliàs Virginibus, & illi debetur, si virgo esset, & ab ipso duceretur. Et ad hunc morem, quo Sponsus Sponsam dotabat, fieri allusionem quandam, Hos. II, 19. 20. ut & Act. XX, 28. Ephes. V, 25. notat *Pererius l. c.* Et adhuc inter Judæos strictè observatur, ut Sponsus det arrhas Sponsæ, non autem contra. Undè in præceptis affirmat. XLVIII. Rabbini dicunt: Initianda est uxor vel pecuniâ, vel scripto, idque faciendum coram testibus, subarrhatio autem fieri potest dimidio siclo, *Scarffius Diss. Inaug. de Sponsalibus* §. 17.

§. 2.

Porrò dotem, quæ pro personarum conditione æstimabatur, si Sponsus ex paupertate numerare non posset, solebat ipsi æquipollens quoddam injungi. Patet id ex Gen. XXIX, 18. 27. ubi Jacob pro singulis uxoribus septennalem servitutem sustinuisse, & h. m. eas sibi (cum scil. dotem non haberet) acquisivisse legitur. Conf. *Perer. ad h. l. Disp. II. §. 14.* Et luculentius est Davidis exemplum, 1. Sam. XIIX, 23. 25. 2. Sam. III, 14. à quo nimirum Saul utpote pauperculo loco dotis poscebat centum præputia Philistinorum. Conf. *Junius ad h. l. B. D. Pfeiffer. Antiq. Sacr. Dec. II. Pos. VI. p. 45. 46. Hachenberg. de German. Med. Diss. V. §. 6. p. 161.*

§. 3.

Quanquam & aliquando sponsa suo marito quoque attulerit dotem, jam minorem, jam majorem; quam vocabant Rabbini קְרוּבְיָא *Elias Thisb. t. Solom. Jarch. Gen. 31. 15.* Ita Raguel dedit ipsi Saram uxorem ipsius cum dimidio facultatum, mancipiis, jumentisque & pecunia, Tob. X, 10. Quod Raguelis factum videtur esse præter morem gentis. Cap. VII, 16. ἔγραψε συγγραφὴν καὶ ἐσφράγισατο. Tremell. *scripsit instrumentum conventionis*, er hat die Handschrifft geschrieben/ und untersiegeln lassen. Lyra sagt bey dieser

ser Geschichte: Es wäre ein alter Gebrauch gewesen / daß auff einem Theil des Briefes die Mitgabe (dos), auff dem andern Theile die Gegenvermachung der Morgen-Gabe (donatio propter nuptias), der Braut vom Bräutigam versprochen gestanden / zwischen diesen beyden Schrifften wären etliche Zeichen gesetzet / mitten durch dieselben der Brieff geschnitten / und ein Theil dem Manne / das ander dem Weibe / oder dessen Eltern übergeben worden / *Dn. Misand. C. C. II. in Append. p. 146.* Alias dos, quam uxor marito adferebat, satis tenuis plerumque erat, & sola vestimenta & ornamenta, quæ sponsa secum fert נְדוּנְיָא vocantur. *Goodwin & Reizius in eund. Lib. VI. Cap. IV. p. 502.* Conf. & *Christ. Arnoldus ad Wagenseil. Sot. p. 1200. 1201. Seldeni Uxor Ebraica Lib. II. Cap. XX. p. 156. seq. & Cap. XXVII. p. 206.*

§. 4.

Apud Sinenses dotem non viro fœmina, sed vir fœminæ defert, *Pontanus Prog. Lib. IV. p. 1173.* Apud Persas, *Tavernier Hod. Orient. Tom. I. L. V. Cap. XVIII. p. 282. b.* Apud Turcas idem mos. *M. Caspar.* Maurer / *Chron. Turc. Lib. II. Cap. II. p. 101. & Cap. IX. p. 135.* Non minus apud Nigritas moris est, ut Sponsus Sponsam dotet, eamve certo donario à parentibus redimat: quo facto mox invicem desponsati cohabitant, dilatis nuptialibus solennitatibus, donec prius per aliquod tempus alter alterius animum probare valuerit: hunc etenim si non satis inter se consonare deprehendant, liberè iterum invicem discedunt, absque ullo præjudicio puellæ, ejusque famæ hinc metuendo, cum innuptis alioqui absque ullo præjudicio se prostituere indulgeatur. *Supplement. Prior. Actor. Erudit. Lipsi. Sect. VIII. p. 424.* Proci Penelopen etiam dando dotem ducere volebant, ap. *Homer. Odyssee Lib. XIII. p. m. 104. b.*

§. 5.

Ita juretus *in Miscellan. ad Symmach. Lib. X. Epist. X.* ad illa verba: inopia vel potius egestas: ubi & *Servii* auctoritatem ad hoc laudat ex *Comment. in I. Æneid.* Pejor est egestas, quam paupertas. Paupertas enim honesta esse potest: Egestas autem turpis est. Similiter Græci distingvunt inter πένητα & πτωχὸν, inter πενίαν & πτωχείαν. Cæterum *Paulus*, Festi epitomator, & *Isidorus Lib. X. Etymol.* Suaviter nugantur, dum Egentem putant dictum, quasi qui sit Exgens h. e. sine gente & genere, *Conr. Rittershusius in Salvian. Epist. I. p. 366.*

Deforme malum.

Est deforme malum, ac sceleri proclivis egestas. *Silius Ital. Lib. XIII. Piccart. in Polit. Arist. L. II. C. VI. p. 216.*

EGINARDUS & EMMA.

Nicht unbekannt mag seyn die Geschicht von Fräulein Emma oder Imma, Käysers Caroli M. der nechst Constantino M. ausser Zweiffel wohl der grösseste gewesen ist/alter Augustus & Lycurgus, Germaniæ Phœnix, Eheleiblichen Tochter/ welche in ihres Herrn Vaters Secretarium Eginardum, der schön

schön war von Angesicht und eines feinen Anstandes im Reden und Tantzen/ dermassen sich verliebete/ daß sie von ihm nicht ablassen wolte/ sondern ihm so lange nachgieng/ biß sie endlich des verbotenen Handels eins wurden. Quid deceat, non videt ullus amans. Ita Phædra ap. Ovid. Ep. IV. Heroic. 156. Nach verübter That suchten sie beyderseits in der Nacht/ da der gantze Hoff sanffte schlieff/ zu entrinnen; weil aber eben Schnee gefallen war/ und Eginardus befürchtete/ seine Schuhe/ welche nach damahliger Mode lang und spitz waren/ möchten mit ihren Spur-Zeichen ihn verrathen/ erboth sich Fräulein Emma ihn auff ihren Schultern fort zu tragen/ so weit sie könte/ wie sie auch thate. Was geschicht? Der Käyser/ als von Reichs-Sorgen sein Haupt voll habend/ kan eben nicht schlaffen/ stehet auff und leget sich von ohngefehr ins Fenster/ und wird dieses lächerlichen Spectaculs/ Virginis ἀνδρογύνου, der Jungfräulichen Mann-Trägerinnen gewahr/

Adspicit ignarus lepidæ spectacula scenæ,
Ut tenerâ grandem libret cervice tenella
Virgo virum, noctis medio, ventosque geluque
Spernat, & infestæ glacialia frigora brumæ.

Und befiehlet so fort der Schildwache/ selbige herzuholen/ redet sie beyde hart an/ und da sie ihre Farbe mercklich verwandelt/ und ihr böß Gewissen sie blöde machet/ muthmasset der Käyser balde/ was vorgegangen sey/ und lässet sie ins Gefängniß legen. Bringet am Morgen im Rath für/ unter verdeckten Namen/ was solche Personen wohl verdienet hätten! dieser verdammet sie zum schmählichen Tode. Der Käyser lässet die Schuldigen fürfodern/ und der Scharff-Richter ist zu gegen/ den Sentenz zu vollenstrecken/ da hätte man sein Wunder sehen sollen. Emma sagte/ sie wäre an diesen allen Schuld/ denn sie ihren Eginard so lieb hätte/ daß sie lieber sterben/ als ihn sterben sehen wollte. Eginard thate und sagte desgleichen und bekannte/ er wäre der Verführer gewesen.

Culpa mea est, ait Emma, mea est, Eginardus; & hostis
Quisque sui est, causæque suæ contrarius obstat.

Der Scharff-Richter tritt herzu/ dem Eginard den Kopff wegzuschlagen/ Emma aber läufft hinzu/ und beut ihren Hals dar/ womit sie des Eginards Hals bedeckte/ und ihn zu retten/ Eginard thut eben also mit der Emma, daß der Scharff-Richter irre wird/ nicht wissend/ wie er dran sey? Uber diesen Jammer-vollen Anblick wallete dem Vater sein Christ-Käyserliches Hertz im Leibe/ und hätte zwar seiner Tochter gerne das Leben gegönnet/ und den Secretarium tödten lassen/ erwegte aber anbey reifflich/ daß sie beyde das Leben verwürcket hätten; erbarmet sich demnach endlich ihrer beyder/ ließ den

Angst-Mann abtreten / und erlaubte hierauff seiner Tochter Emmæ den Eginard zu heyrathen / und nahm den Eginard zu seinem Schwieger-Sohne auf und an / wollte aber / daß niemand in ihre böse Fuß-Stapffen zu treten sich gelüsten lassen sollte.

Pater accipe, dixit,
Emma virum si primus amor peccavit amando,
Nunc conjux, nunc uxor ama, cape nobilis Emmam
Et tabulas, Eginarde, tuas adsuesce vocari
Progeniesque generque meus, tibi filia gignat
Martellos alios & nomina digna triumphis.
At mala venturi caveant exempla Nepotes.

Egregiè C. Barlæus Emmæ & Eginardi fata ac Nuptias delineavit L. IV. Heroic. p. 696. 709. 713. 714. ap. *M. Petr. Michaëlis in Nupt. p. 560. seq.* Consimilem historiam, quæ accidit inter Henricum Ducem Burgundiæ, & Regis Angliæ filiam Anno 1235. lege apud *Hofemannum de vero amore Conjugali p. 156.* Conf. & *Joh. Wolff. Lect. Mem. & Recond. T. I. p. 163. 164.* Eginhardum hunc Comitum Erpachiorum satorem esse, habet *Jac. Wilh. Imhof. Notit. S. Rom. Germ. Imp. Procerum Lib. VIII. Cap. III. §. 1. p. 703. 704.*

ΕΙΡΗΝΗ

Unde?

Sic dicta ἀπὸ τοῦ εἰς ἕν εἴρειν, *à connectendo in unum*, quod *Pax* animos conciliet atque conjungat; sicuti πόλεμος ἀπὸ τοῦ πολεῖν à *versando*, quod animos distrahat & omnia sursum deorsumque versat. Sic Ephes, IV, 3. elegantissimâ metaphorâ τῇ εἰρήνῃ tribuitur ὁ συνδεσμὸς *vinculum*, ratione α) *junctura*, quia ut vinculum res arctè constringit, sic & Pax animos, uti patet exemplo Davidis & Jonathæ, 1. Sam. XIIX, 1. (*Jonathas* & *David*, per Anagr. *Hodiè unitas data!*) β) *Structura*, quia ut *vinculum* ex variis *connexibus* necti solet; ita & pax non facilè rumpitur, Eccles. IV, 12. *D. D. Joh. Olear. in Epist. Dom. Exercit. XLIV. Pos. IV. p. 399.*

Ἐκπορεύεσθαι, ἐξέρχεσθαι.

§. 1.

Verbum *ἐκπορεύεσθαι, proficisci, iter ingredi* &c. vel *generalissimè* accipitur pro quacunque egressione, v. g. *Spiritiva* verbi vel sermonis ex ore loquentis, Deut. VIII, 3. Matth. IV, 4. Cap. XV, 18. Luc. IV, 22. *locali* & externâ hominum, Marc. I, 5. Luc. III, 7. Matth. XX, 29. *generativa*, Judic. VIII, 30. *manifestativâ* DEI scil. per signa externa se manifestanti, Psalm. LXIIX, 8. Mich. I, 3.

deni-

denique *emanativè* v. g. fluminum, Gen. II, 10. Ezech. XLVII, 1. vel *specialissimè* pro æternâ emanatione & productione tertiæ præcisè personæ à Patre & Filio, contradistinctâ generationi Filii DEI, aut ejusdem ac Spiritûs missioni temporali, Joh. XV, 26. Dan. VII, 10. *Gerhard Loc. de Spir. S.* §. *60. seq. Calov. Syst. Theol. Tom. III. p. 804.* Atque hoc specialissimo significatu Scriptura accuratè distingvit inter τὸ ἐκπορέυεσθαι, & inter τὸ ἐξέρχεσθαι. *Hoc*, quoties æternam Filii DEI generationem, it. nativitatem ejusdem temporalem à Virgine Mariâ ac missionem ad officium, quin & missionem Sp. S. describit, usurpatum deprehendes; atvero *illud* nunquam. Latini illam emanationem ac productionem tertiæ personæ describentes, Græcorum ἐκπορέυεσθαι per τὸ *procedere* reddiderunt. Ubi tamen, quod in gratiam Patrum nonnullorum, & cumprimis Scholasticorum monuisse, fas erat, distingve inter τὸ *procedere*, quod personis divinis tribuitur, *latè & strictè sumtum.* Illo modo non tantum SPIRITUM S. à P. & F. sed & Filium à P. procedere, & æternam generationem Filii, processionem à Patre dicunt. Quo sensu etiam *Augustinus Lib. V. de Trin. C. XIV.* illud adhibuisse legitur; *Filius*, inquit, *processit nascendo* &c. & alibi: *Quicquid gignitur, etiam procedit, sed non contra: Quicquid procedit, etiam gignitur.* Sic & Latina translatio (*B. Chemnit. LL. CC. Tom. I. Lom. I. Loc. de Sp. S. p. 96.*) aliquando, ubi Scriptura de missione CHRISTI ad officium loquitur, τὸ ἐξέρχεσθαι per *procedere* reddidit, Joh. IIX, 42. *Strictè* verò tantum originem Sp. S. à P. & F. indicat, ac characterem ejus constituit personalem, quo tertia persona distingvitur à cæteris, *D. J. h. Meisner. Diss. Theol. de Flumine Chrystallino Cap. II. §. 19.*

§. 2.

Filio quoque in Scripturis aliqua tribuitur processio, ut Joh. VIII, 42. illius tamen procedere est ἐξελθεῖν, exire, quatenus nimirum Filius DEI assumtâ carne sese in mundo manifestavit, inter homines est versatus, & tanquam magnus ille Angelus fœderis munus legationis amplissimum, à Patre sibi delegatum, obiit. Et nullibi in Scripturis de Filio prædicatur τὸ ἐκπορέυεσθαι, sed duntaxat τὸ ἐξελθεῖν, uti videre est Joh. VIII, 42. Cap. XIII, 3. Cap. XVI, 28. &c. De SPIRITU verò SANCTO prædicatur τὸ ἐκπορέυεσθαι, quod non missionem aliquam extrinsecus illatam, sed internam ejus hypostaticam proprietatem, quâ à Patre, Filioque realiter distingvitur, notat, *B. D. Leon. Hutterus Anal. Method. in August. Confess. Art. I. Disp. IV. Quæst. II. p. 119. B. D. Ægid. Hunnius Comment. in Job, Cap. VIII. p. m. 497. 498.*

ELECTIO

Principis Tartarici.

Tartari Principem electuri in locum campestrem conveniunt, & eum, qui

ſucceſſione vel votis eligitur, in thronum collocant, omnesque acclamant: Rogamus, volumus, præcipimus, ut domineris nobis! Reſpondet ille: Si hoc à me vultis, neceſſe eſt, ut parati ſitis quicquid præcipio facere. Reſpondent illi: Sumus. Tunc Princeps: Ergò oris mei ſermo de cætero gladius meus erit. Fit intereà applauſus à populo. Poſteà ipſum è throno acceptum ſupra ſtragulam in terrâ ſtratum deponunt, & ſedentem ſic alloqvuntur: Vide ſurſum & agnoſce DEUM; reſpice deorſum, & vide ſtragulum, in quo ſedes: ſi benè adminiſtraveris, ad votum habebis omnia, ſi malè, à DEO humiliaberis, ut ne hoc tibi ſtragulum relinquatur. In ſigillo dicti Principis ſolebat eſſe hæc ſuperſcriptio: DEUS in cœlo, & Cham in terrâ: DEI fortitudo & omnium hominum Imperator, *M. Radau. Ornt. Ext. P. II. C. XIII. Q. I. p. 455.*

ELECTIONI

Legitimæ adeſt DEUS.

Rudolphus II. ex conſenſu ſex Electorum factus Imperator, curavit ſibi in Symbolo pingi ſuper eburneam menſam *ſex calculos* ſeu *Sortes*; ſeptimum verò deſuper quaſi de Cœlis venientem cum lemmate: *Conſentientibus*. Innuebat omni electioni legitimæ etiam DEUM adjicere ſuum calculum, *M. Radau l. c. p. 454.*

ELECTORES.

Quandò inſtituti?

§. 1.

Vulgaris quidem illa eſt opinio, ſeptem Electores ab Ottone III. Imperatore eſſe conſtitutos, de quibus noti hi verſus:

Moguntinenſis, Trevirenſis, Colonienſis
Quilibet imperii ſit Cancellarius horum.
Inde Palatinus Dapifer, Sax portitor enſis,
Marchio præpoſitus Cameræ, Pincerna Bohemus.

M. Frid. Hildebrand. in Comp. Geogr. C'uver. Dec. XV. p. 73. Aſt Hoſtienſis, Bellarminus, aliique hanc Electorum conſtitutionem adſcribunt Gregorio V. Pontifici Romano. Verum antiquiorum Scriptorum nemo hujus ſive ab Ottone III. ſivè à Gregorio V. profectæ conſtitutionis mentionem facit. Quinimò, Ottone Friſingenſi, Abbate Urſpergenſi & Sigeberto teſtibus, etiam poſt Ottonem illum III. ad tempora uſq; Friderici II. Imperatores electi ſunt ab omnibus, aut certè plurimis regni proceribus: in quorum numero non ſolum fuerunt Archiepiſcopi; verum etiam Epiſcopi & Abbates: quorum inprimis erat, ſi exſtitiſſet, tam ſanctam Pontificis

tificis sui observare constitutionem. Hinc alii ab ipso Friderico II. Electores constitutos volunt. Post illius sanè tempora eligendi Imperatoris potestas ad potentiores & pauciores venit; cæteris jus & auctoritatem illam aut negligentibus, aut non satis tuentibus: donec consuetudinem illam Imperatoris per paucorum Principum suffragia eligendi Aurea Bulla solenni & salutari lege confirmavit. Palatinus Carolus Ludovicus per pacem Monasterienſem anno 1648. initam in provincias suas restitutus, qvum Electoralem dignitatem Patri suo Friderico antehac ablatam, & Bavariæ Duci collatam, nollet dimittere, ipse constitutus est Elector Octavus, *Joh. Buno Introd. in Cluv. Geogr. Lib. III. Cap. IIX. §. 3. p. 217.* Hodiè accesit Nonus Hannoveranus scilicet, quem honorem Domui Luneburgensi Serenissimæ felicissimum apprecamur.

§. 2.

Institutum autem hoc Reipubl. nostræ conveniens visum, eoque introductum ac retentum fuit. Neque aliter etiam dissidiis laboranti ac in viscera sua sævienti Germaniæ consuli poterat, quam ut potestas eligendi arctius cohiberetur, & ad paucos perveniret. Nec alia causa erat lacerati veteris Regni Germanici, quam quia multitudine eligentium distinebatur, cum plures facilius dissideant, quam pauci. *Cur Ecclesiastica personæ in partes venerint*, ratio erat, quia potestas Sacri Ordinis per Germaniam latissimè creverat, & Politicorum juribus seu Majestati jam æquabatur. Non poterant igitur non assumi, nisi novas turbas & contemptus, aut præteritionis vindices tumultus experiri voluisset Germania. Moguntinum verò Trevirensem atque Colonienſem oportebat seligi, quia hi gravissima in Imperio Archi-Cancellariatus munera gerebant, eaque ab aliis administrari vix poterant, quod istis temporibus inter Politicos nimis rara esset eruditio omnisque cultus ejus adytis sacri ordinis custodiretur, *D. J. C. Becman. Notit. Dignit. Illustr. Diss. IIX. Cap. II. §. 5. p. 229.*

Regibus æquiparantur.

Quod Electores Regibus æquiparentur, jam recepta Publicistarum est sententia. Ihre Hoheit und Autorität ist mit eines Römischen Käysers Gewalt und Hoheit daher sie auch fleust / dermassen verbunden / daß eine ohne die andere nicht verschmälert werden / auch ohne die andere nicht bestehen kan: Ja daß die höchste Würde des Chur-Fürsten / damit sie für andern Königen und Potentaten gezieret / eben diese ist / daß sie einen Römischen Käyser / dessen Hoheit / und Autorität und Gewalt / alle andere übertrifft / von der auch alle andere herfliessen / zu wehlen haben. Quæ referunt ex decret. Cæsar. de An. MDXCXXVII. Et Cap. IV. A. B. decernitur, ut in celebratione Imperialis Curiæ Principibus, Electoribus, vel eorum alicui, in quibuscunque Actibus

ad Curiam ipſam ſpectantibus eundo, ſedendo, vel ſtando, nullus Princeps alius cujuscunque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis exiſtens ullatenus præferatur; Eo ſignanter expreſſo, quod nominatim Rex Bohemiæ in celebratione curiarum hujusmodi in omnibus & ſingulis actibus ante dictis, quemcunque Regem alium, quacunque etiam ſingulari Dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis caſu ſeu cauſa venire, vel adeſſe forte contingeret, immutabiliter antecedat. Quæ quem ſenſum habeant, vid. ap. *Limn. ad h.l.* Indeque factum, quod Coronationi Germanicæ Caroli V. Imperatoris, neque Nuncius Apoſtolicus, neque Legatus Regis Angliæ adfuerint, ne ordinarentur poſt Principes Electores, *Becman. l.c. p. 225. 226.* In Comitiis inter Collegia principem locum ordinis, auctoritatisque tenent; eorumque ſuffragia tantidem ſunt, quanti in univerſo Imperii Senatu ferè dimidia ordinum pars valere poteſt. Adde quod *Regibus quoque de loco controverſiam faciunt:* nec Cardinalibus, nec Archiducibus cedunt; quod ipſe Cæſar ſolis ipſorum Legatis Regias dignitates, libertates, pompas, operiendi caput, conſidendi, indulget, & quæ ſunt alia eorum jura prærogativa *in Excleri Notitiâ imperii* enumerata: cùi addi poteſt *D. Speneri Oper. Her. Part. Sp. L. I. Cap. LXIV. Dn. Jac. Wilh. Imhof. Notit. S. Rom. German. Imper. Procerum Lib. II. Cap. I. p. 19.* Electores velut columnæ proceres ſacrum Imperii ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant, *id. ibid.* Conf. *D. Pfeffel* Aug-Apffel *p. 55. Dn. de Rhetz Inſtit. Juris Publici Lib. I. Tit. VI. §. 9. p. 193. G. Hornius Orb. Polit. P. II. de Privil. Elect. p.m. 30. Franciſci* Geſchicht-Kunſt- und Sitt. Spiegel *L. II. C. XXVII. p. 658.*

ELECTRA.

Electra, Agamemnonis filia, antea non appellata eſt hoc nomine, ſed Laodice; Quia autem caruit conjugali lecto, & in virginitate conſenuit, Græci Electram (ἄλεκτρον) eam nominarunt, quod expers mariti vixerit, & lectum conjugalem non cognoverit, *Ælianus V. H. Lib. IV. Cap. XXVI. p.m. 105. Laur. Beyerlinck T. M. V. H. Tom. V. Lib. XII. p. 54.* Pauci quos æqvus amavit Juppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus, *Virgil. Lib. VI. Æn.* Pauci læta arva tenemus *Ibid.* *Idem in viro bono:*

Vir bonus & ſapiens qualem vix repperit unum
Millibus è multis hominum conſultus Apollo,

Auſon. de Septem Sap. Sentent.

Plures eſſe Bias pravos, quàm clara Priene.

Es gehet mit der Menſchen Seligkeit her/ wie mit den Baum-Blüthen/ die

die fallen im Frühlinge so schön und häuffig heraus/daß man auff viel Früchte sich Rechnung machet/ die meisten aber fallen abe/ oder verderben/ daß die wenigsten bleiben und Früchte bringen/ *D.* Gerstäck. *in Simil. p. 105.*

ELECTI

Sunt pauci & multi, Matth. XX, 16.

Electi in se & *absolutè* considerati sunt multi, sed *comparatè* collatione cum cœtu damnatorum factâ, sunt & dicuntur pauci, *D. Gerhard. T. 9. L. C. p. 1031.* Absolutè quidem multi, Matth. VIII, 11. Apoc. VII, 9. sed comparatè pauci, Luc. XIII, 24. *D. Danh. Hodoſ. Phæn. VII. p. 595. D. Wilh. Salden. in Or. Th. Ex. IV. de pierum & ſalvandorum paucitate §. 1. p. 50. ſeq. Drexel. de Cœlo Lib. II. Cap. IX. §. 1. p. 359. & omninò Brentius Hom. III. in Cap. XIII. Luc. p. 229. b.*

Præstantissimi & eximii.

Electionis vocabulum quandoque in Scripturâ sumitur impropriè seu abusivè pro *approbatione & dilectione rei eximiæ ac pretioſæ;* Tales electi Ebræis dicuntur בְּחוּרִים h. e. præstantes & eximii. Qua ratione aliqui (monente *Flacio P. I. Clav. in voc. Eligere p. 266.*) exponunt illud: Multi sunt vocati, pauci verò electi, h. e. eximii ac verè probi Christiani. Sic in sermone quotidiano solemus rem præstantem nominare electam, uti *gemma electa* h. e. pretioſa. *Liberi electi*, h. e. chari, probi, pii, auserwehlte liebe Kinder/ *Meiſner. Synt. Himmel. Diſſ. XI. §. 15. p. 149.* Saul dicitur ἐκλεκτὸς κυρίου, 2. Reg. XXI, 6. Filii Jacob ἐκλεκτοὶ θεοῦ, 1. Paral. XVI, 13. Pſalm. CIV, 6. Moſes, ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ, Pſalm. CV, 23. Iſraël ἐκλεκτὰ μνημεῖα, Gen. XXIII, 6. ἅρματα ἐκλεκτὰ, Exod. XIV, 7. ἀργύριον ἐκλεκτὸν, Prov. XIIX, 19. Huc pertinet, quod Matth. XXII, 8. ἐκλεκτοὶ explicantur ἄξιοι. Dicitur enim: οἱ δὲ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι. Unde colligas: τοὺς ἀξίους eſſe ἐκλεκτοὺς adeoque ἐκλεκτοὺς sumi nominaliter, uti ἀξίους. Et in hac significatione vox addita θεοῦ *superlativum* gradum, vel ἀνάλογον illi ἐπίτασιν designare videtur, ut ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ sint *eximiè electi*, seu *electiſſimi*, ſicuti *Moſes* erat ἀρεῖος τῷ θεῷ, *bellus DEO*, hoc est eximie bellus, Act. VII, 20. & arma militiæ noſtræ sunt *valida DEO* δυνατὰ τῷ θεῷ hoc est *eximiè valida*, seu *validiſſima*, quæ loquendi ratio ab Ebræis originem sumpsit, queis *nomina DEI sunt cognomina rei maximæ & admirabilis.* Exempla vid. ap. *Glaſſium G. S. L. III. Tr. I. C. XVII. n. 3. p. 62. 63. Excell. D. D. Olear. in Ep. Dom. Ex. XI. Poſ. III. p. 92.*

Si possibile, seducerentur, Matth. XXIV, 24.

Impossibile est electos πληρῶς seu *finaliter* posse seduci, 1) ob DEI electos custodientis virtutem 1. Pet. I, 5. 2) ob CHRISTI precationem efficacem pro perſe-

perſeverantia & ſalute electorum Joh. XVII, 9. 3.) Ob poteſtatem CHRISTI, nemo ipſi poteſt eripere oves è manibus ſuis, Joh. X, 28. 4.) ob firmitatem decreti divini, 2. Tim. II, 19. & tandem ob infallibilem præſcientiam. *Si fieri poſſet*, ſeducerentur etiam electi, i. e. fieri id non poteſt, neque ſeducentur electi, conditionalis enim nihil ponit ineſſe, *D. Reinhard. Herm. Sacr. P. IV. S. I. Reg. Log. XXI. p. 332. D. Seb. Schmid Coll. Bibl. Poſt. L. XII. D. II. p. 234. ſeq. D. J. Meiſner. Exercit. XII. in hunc Matth. loc. §. 11. Lutherus Tom. II. Jen. de Abroganda Miſſa p. 483.*

Damnandi.

Origenes pœnas reproborum hominum, quin & Diabolorum negabat æternas futuras eſſe, ſed mille annorum ſpatio finiendas: itaque poſteà eos eſſe Salvandos, & viciſſim electos damnandos, *D. Job. Pappus Epit. Hiſt. Eccleſ. p. m. 247.*

Poſt lapſum reſurgunt.

Electi poſt lapſum ſuum reſurgunt, reprobi non; Hinc electi, quandò cadunt, dicuntur in faciem cadere, quia mox à lapſu pœnitentes reſurgere nituntur; reprobi in dorſum, uti cohors in monte oliveti verbo CHRISTI proſtrata, Joh. XVIII, 6. & Heli, qui ex ſellâ cecidit retrorſum & fregit cervicem, 1. Sam. IV, 18. qui neſciunt, quorſum cadant, undè nec reſurgere laborant. In faciem noſtram cadimus, inquit *Gregorius Hom. VIII. in Ezech.* quia ex malis erubeſcimus, quæ nos meminimus perpetraſſe, ibi enim cadit homo, ubi confunditur. Reprobi ob lapſum non erubeſcunt, ſed potius lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, Prov. II, 14. quandoque etiam peccatum ſuum, ſicut Sodoma, prædicant, Eſ. III, 9.

ELECTORUM

Numerus an certus, nec ne?

Reſp. Numerum electorum certum eſſe, ſed non fatalem. Fatalis non eſt, quia non ad certas quasdam abſolutè conſideratas perſonas reſtringitur. Certus autem eſt, & DEO infallibiliter notus electorum numerus, quia DEO omnia ſunt præſentia, ideoque optimè novit, qui & quot in CHRISTUM credant, & ad finem usque perſeverent: & ſi plures crederent, hoc ipſum quoque ſciret & videret, & hac ratione quoque certus, Deoque notus eſſet electorum numerus. Nec tamen hæc eſt nuda ſcientia, ſed conjuncta cum decreto, quo ſtatuit, quod ipſemet fidem in illis, qui audiunt & diſcunt operari velit, *B. D. Ægid. Hunnius Comment. in Cap. VI. Joh. p. m. 419. B. Reneccius Panopl. Tom. III. C. IV. p. 32. ſeq. B. Schmid. Coll. Bibl. Poſt. L. XII. D. II. §. 19. p. 241.*

ELEE-

ELEEMOSYNA

Addit ad vitam.

Ali dicit: Addit eleemosyna ad vitam: prolongat dies vitæ. Idem Ali à Muhammede audiviſſe dicitur, quod eleemosyna, dum egreditur è manu dantis, antequam cadat in manum petentis, quinque hæc loquatur verba, 1) dicit: Parva fui, & magnam me feciſti: Exigua fui, & me multiplicaſti: Hoſtis fui, & amore dignum mereddidiſti: Tranſitoria fui & perennem me conſtituiſti: Fuiſti cuſtos meus, nunc egò ſum cuſtos tuus, *Joh. Henr. Hottingerus Hiſt. Orient. Lib. II. Cap. VII. p. 587*

Ali propter.

Die Derviſer ſuchen ihre Nahrung von denen Türcken mit dieſen Worten: Sciai merdianes Chine, h. e. gebet Allmoſen von wegen des gewaltigen Helden und Rieſen Ali, welcher unſers Gottes Mahomet Tochter-Mann war/ und der erſte in der Kriegs-Rüſtung/ *M. Caſp. Maurer. Chron. Turc. Lib. II. Cap. II. f. 88*

Ars quæſtuoſiſſima.

§. 1.

Salomo ſagt Prov. XIX, 17. **wer ſich des Armen erbarmet/ der leihet dem HErrn/ der wird ihm wieder gutes vergelten.** Uber welche Worte Chryſoſt. gar ſchön ſagt: Chirographum tibi DEUS fecit, arrhabonem tibi dedit, & vades, h. e. **GOtt gibt dir hier eine Handſchrifft/ Pfand und Bürgen/ was denn für Bürgen? Alle Wohlthaten/ ſo in GOttes Schätzen verborgen liegen. Wie wuchert nicht ein Acker-Mann/ er leihet der Erde etliche Säcke voll Getraide/ und bekommt ſo viel Wagen voll/ als Wucher oder Zins wieder/ daher ſchrieb jener zu einer Korn-Aehre.**

PLUS QUAM ACCEPERAT
Mehr als ſie hat empfangen/
Kan man von ihr erlangen!

Ein milder Geber hat dergleichen zu gewarten/ denn das wenige/ das er gibt/ wird ihm von dem groſſen GOTT reichlich wieder vergolten/ daher nennet Chryſ. Eleemoſynam artem quæſtuoſiſſimam, **das Allmoſen die nutzbareſte Kunſt/ oder damit man etwas wuchern kan.** Beym Propheten Ezechiel. VII, 19. **ſtehet gar nachdencklich: Sie werden ihr Silber hinaus auf die Gaſſen werffen/ und ihr Gold als einen Unflath achten. Da denn gar nachdencklich iſt/ daß Gold und Silber dem Unflath und Miſte**

vergleichen wird. Denn gleichwie der Mist / Koth und Unflath auf den Acker und das Feld geführet / und dasselbige damit gedünget wird / daß hernach schöne Früchte wachsen: Also sollten auch wir unser Gold und Geld als solchen Unflath / unter die Armen werffen / und sie damit fett machen / so will Gott viel herrliche Früchte darnach wachsen lassen / *D. Misand.* in der Cr. des Fl. *p. 218.* Ars artium peritissima est eleemosyna, non enim nobis fabricat domos luteas, sed vitam æternam impendit, *Chrysost. 16. p. 224.*

§. 2.

Basilius *in Orat. ad divites* eleganti similitudine puteorum utitur: ex quibus si frequenter aquæ hauriantur, semper copiosiores & puriores emanant; si verò immotæ conserventur, putrescunt atque decrescunt, *Bellarminus de Gemitu Columbæ, Lib. III. Cap. VIII. p. 278.* Unde Lemma: Hauriendo salubrior. It. Fit purior haustu, vel motu clarior, copiosior haustu, *Picinellus Mund. Symbol. Lib. II. Cap. XXVIII. n. 531. seq. p. 128.* Dum fluit, crescit. *Id. p. 123.* Aqua putei dicitur anima, aqua enim est puteo, quod anima animantibus, *P. Victorius Var. Lect. Lib. IV. Cap. III. p. 72.*

§. 3.

Pauperes & egeni sunt numularii Salvatoris, quia pecunia, quæ talibus dispensatur, augetur, cum usuris absque dubio DEO redditur, quicquid egentibus erogatur, *Salvianus Lib. III. contr. Avaritiam p. 90.* Argentarii seu Trapezitæ Christi, *Rittershus. in b. l. p. 492.* Conf. & *Salvian. l. c. Lib. IV. p. 154. 162. Drexel. Gazophilacium Christi Part. I. Cap. III. p. 205. seq.* Quam pretiosa horrea pauperum stomachi! quæ in has cellas reconditur penus, nunquam corrumpitur, *Job. Spinæus in Tranquil. Animi Lib. I. p. 39. 40.*

Nullum majus erit lucrum, quam pascere egenos,
Fœnore nam grandi centupla dona feres.
Munera non numera, miseris quæcunque dedisti:
In cœlis numerat, munerat illa DEUS.

Owen. Monost. 85. 86. Lib. III. Ep. LXXIII.

In Annis Jubilæis an è peregrinis datur.

Eleemosyna *Distinct. XV. in IV. Sentent.* dicitur opus, in quo datur aliquid indigenti excompassione propter DEUM. Vel ut Petrus Canisius *in Summâ Doctrinæ Christianæ p. 253.* describit: Est beneficium, seu manus, quo alterius miseriæ ex nostro commiserationis adfectu subvenitur. Ex quâ definitione Canisii, magni nominis apud Pontificios viri, palam est, Eleemosynam gratis dari, quodcunque charitatis officium in alterum præstatur, id eleemosyna est, *Polyd. Vergil. de Rer. Invent. Lib. VI. Cap. III. p. 496.* (descendit enim ex verbo ἐλεᾶν, quod misereſcere significat); It. Eleemosyna pro objecto agnoscit homi-

homines adflictissimæ fortunæ, quibus vix ac ne vix quidem est, unde suæ inopiæ consulere possint. *Id* arguit *Canisius* verbis: *alterius miseria.* Est autem miser, cujus adflicta fortuna alios ad commiserationem movet, *Arist. Lib. II. Rhetor. Cap. VIII.* Quomodò ergò Papæ pecuniam in Jubilæis à peregrinis dari solitam Eleemosynam vocare possunt? Ita enim Clemens VII. *in Bullâ suâ:* Volumus ut dicto modo Eleemosynam in Arcas, quæ in Basilicâ S. Petri sunt, deponant, tunc plenaria indulgentia ad modum auxilii illis animabus, quæ in purgatorio sunt, pro quibus dictam Eleemosynam benignè contulerunt, ad plenam remissionem pœnæ faciat. Eleemosyna gratis datur. Jam verò indulgentiales bullæ non dantur ex benevolentiâ, vel gratiâ; Etenim deposita pecunia in arcas in Basilicâ S. Petri illa indulgentiarum gratia demum mactantur. Deindè ejusmodi depositio auri vel argenti in arcas non convenit cum eleemosynâ *quoad objectum.* Enim verò eleemosyna pro objecto agnoscit homines miseros; Eleemosyna autem in arcas, quæ in Basilicâ S. Petri sunt, posita, non equidem in usum miserorum, & fortunæ inclinatæ hominum, sed in Rom. Pontif. curiæ luxum immoderatum plerumque cedit, *D. Frid. Ulric. Calixtus de Jubilæis Rom. Pontif. §. 814. p. 365. seq. § 827. p. 371.* D. Thomas 22. q. 32. a. 5. in corp. duas ponit conditiones eleemosynæ, 1) *ex parte dantis*, ut sit ei superfluum, secundum illud, Luc. XI. quod superest, date eleemosynam. 2) *ex parte recipientis* requiritur, ut necessitatem habeat, alioqui non esset ratio, quare ei eleemosyna daretur, *Engelgrav. Cæl. Empyr. Part. I. p. 472.*

Bonum quantum sit, nemo satis intelligit.

Die Türcken in ihrem Buch Curaam (d. i. der Anfang und das Ende des Türckischen Gesetzes) sagen: wer genugsam verstünde / was für ein groß Werck wäre / Allmosen geben / würde sein eigen Fleisch vom Leibe schneiden / und den Armen mittheilen / *Joh. Anton. Menavinus in Explicatione sexti præcepti Turcici.*

Decretum DEI judiciale rescindit.

Quatuor recensentur in Talmude, quæ DEUM movent, ut sententiam suam de puniendis hominibus mutet; Eleemosyna, Oratio, mutatio nominis, & mutatio operum, seu conversio, *D. Danh. Disq. de Judaicâ Ecclesia p. 22.*

Danda quomodo?

Danda 1) *ultrò*, non ex tristitiâ, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit DEUS, 2. Cor. IX, 7. Ad idem hortatur Tobias filium: *Etiam exiguum libenter impertiri stude.* August. *in Ps. XLIII.* Eleemosyna, *inquit*, plerumq; fit à tristibus & murmurantibus, ut careant tædio interpellantis, non ut reficiant viscera indigentis. Hilarem autem datorem diligit DEUS. At si panem dede-

ris tristis, & panem & meritum perdidisti. Das Oel so selber fleußt / und der Wein / so gelinde getreten wird / ist besser / als der gepreßete: Also ungezwungene Allmosen sind GOtt und Menschen angenehmer / denn einen frölichen Geber hat GOtt lieb. 2.) *Cretò*, hinc sapiens, Prov. III, 28. *Ne dicas amico tuo vade & revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare*, ubi LXX. addunt: Non enim scis, quid pariat sequens dies. Cras fortasse non amplius in potestate tuâ reliqvum erit, de opibus tam facilè dilabentibus benefacere: vel etiam, quia ante crastinum diem proximus tuus calamitate potest intercipi, aut planè perire: quomodo v. g. absurdum esset, ægroto denegare medicinam præsentissimam & eandem differre in tempus, ubi vel ægrotus jam restitutus non curabit, vel morbo jam extinctus, nullum inde percipere poterit fructum; item, quia sic petentem coges facere jacturam temporis, dum toties te adorare ac præstolari, non sine rerum aliarum dispendio, opus habet; ne dicamus de pudore, quo plus perfunditur, si toties ipsi est supplicandum, *B. Geier. in h. l. p. 158.* Seneca ait: si de die in diem trahens profuit, non ex animo fecit, itaque duas res maximas perdidit, & gratiam & tempus. Et iterum: ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit, nam, qui tardè fecit, diu noluit, *Lib. I. de Benef. Cap. II.* 3.) *Non asperè.* Gravissimè peccant, qui duris verbis petentibus datum exprobrant. Apud Baleares insulas matres cibum infantibus in baculo porrigebant, teste *Strabone Lib. III. & Vegetio de Re Milit. Lib. I. Cap. XVI.* Matres Hibernæ nato infanti gladii mucrone primos cibos porrigebant, teste *Solino Cap. XXXV.* nihil aliud videntur agere, qui cum verbis objurgatoriis dant miseris eleemosynam. Hinc *Seneca Lib. II. de Benef. C. VII.* Fabius Verrucosus, inquit, beneficium ab homine duro asperè datum, *panem lapidosum* vocabat. Das unwillige Allmosen ist wie eine Rose vom Schwefel-Geruch entfärbet und verderbet; wie ein sandiges und steinigtes Mehl / wie ein versalzenes und unschmackhafftes Gerichte; wer mit unwilligen Hertzen / und harten Worten gutes thut / ist einer Kuh gleich / die Milch gibt und schlägt mit dem Fuß den Eymer wieder um. Eine Gutthat gegen die Armen soll seyn / wie das Oel / welches / wann es aus einem Gefässe in das andere fleust / kein Geräusch machet / sondern lieblich und linde fällt / Gottholds And. *Cent. I. Cap. LIII. p. 298.* 4) *Non uni, sed singulis*, ut Dominus, Luc. VI. *Omni petenti te tribue.* Seneca *L. IV. de Benef. C. XXV.* Si Deos, *inquit*, imitaris, da etiam ingratis, nam & sceleratis Sol oritur, & piratis maria patent. Ad hoc ut pauper dignus habeatur eleemosyna, satis est egestas; Quod si quis cum hâc commendatione nos adierit, ne quid amplius curiosè scrutemur, ait *Chrysost. Hom. II. de Lazaro.* Ipsi gentiles hoc intellexerunt. In iis Aristoteles cuidam increpanti, quod homini malo eleemosynam dedisset: Non mores, *inquit*, sed ho-

hominem commiseratus sum. Improbis etiam in necessitate constitutis, vir bonus succurrit. Debetur enim hoc officium, si non meritis illius, qui juvatur, certè naturæ. Et bonus fieri potest, qui malus est. Ita refert *Laërtius Lib. V. Cap. I.* 5) *Liberaliter;* Nam Apostolus inquit, 2. Cor. IX. *qui parcè seminat, parcè metet*; Tenuissimos vapores è terrâ attrahit Sol, & copiosas indè in terram pluvias remittit, idem facit eleemosyna; Parcum ergò semen parcam facit segetem; pauci vapores parcas ferent pluvias. Laß deine Brünnlein nicht auströpffeln/ sondern ausfliessen. Jemehr ungesundes Geblüt du aus den Adern lässest/ iemehr gesundes sammlet sich wieder ein? Je reicher Ausfluß/ je reicher Einfluß. GOtt läst sich in seiner Güte nicht überwinden/ *Dn.* Gerstäcker im Vorrath von Schönen Gleichnissen *p. 35. B. Balduin. Cas. Conf. Lib. IV. Cap. XVII. Cas. IX. p. 1164. seq.*

Ditat, non depauperat.

§. 1.

R. Akiba ita: die Zehenden und Allmosen sind ein Zaun um das Reichthum/ in פרקי אבות *Cap. III. §. 13.* Huc illud: מרח ממון צדקה/ Sal divitiarum est eleemosyna. Hâc si divitiæ salitæ sint, constanter permanent, ut caro sale conservetur à corruptione. Hinc dicunt quoque: מלח ממון חסר Sal divitiarum est beneficentia, *Ketubb. f. 66. col. 2.* Et: qui cupit, ut stabiles maneant ejus, plantet in illis ארזא *Adra* i. e. faciat ex illis Eleemosynam, *Beza f. 15. col. 2.* Vid. omninò *Valent. Leuchtius in Viridario Reg. de Liberal. in Paup. cit. à M. Val. Friderici Diss. Mor. de Divitum Egestate §. 29. Lightfoot H. H. & T. in Ep. I. ad. Cor. C p. XVI, 2. p. 925.* Alibi dicunt: Tribus rebus innititur mundus, Legi (h. e. verbo DEI) cultui divino, & Beneficentiæ ap. *Fagium ad Levit. XXII, 27. in Op. Angl. Tom. I. p. 861.*

§. 2.

Neque enim cura pauperum, aut eleemosynarum largitio pauperes facit, quemadmodum avari judicant, *Wilh. Zepperus Explanat. Legum. Mosaic. L. IV. Cap. XXVI p. 628.* En exemplum! Als im Jahr 1197. eine grosse Theurung einfiel/ in welcher viel Leute Hungers gestorben/ hat das Gottes-Hauß Heisterbach/ im Stifft Cölln gelegen/ ob es wohl kein gresses Einkommen hatte/ sich gar freygebig gegen die Armen erzeiget. Es war aber ein so gresser Zulauff von armen Leuten/ daß man wohl auff einen Tag funffzehn hundert für dem Thor gezehlet. Der Abt Gebhardus ließ alle Tage einen Ochsen sieden/ den man neben Brod und Zugemüß unter die Armen austheilete/ und wurden die Armen dergestalt biß an die bevorstehende Erndte erhalten. Es besorgte aber der Abt/ es möchte noch vor der Erndte ihm an Korn gebrechen/ berufft

deßwegen den Becker/ und sagt: Er mache die Brod um etwas zu groß / er sollte etwas inne halten/ die Noth foderte solches/ damit man desto mehr und vielen geben könnte. Darauff sagte der Becker/ Conrad Roth genannt: Ehrwürdiger Vater/ glaubt mir/ wenn ich den Teig mache/ und die Brod wircke/ sind sie gar klein/ und nehmen in den Back-Ofen zu/ daß ich mich darüber wundere. Ich kan wohl sagen/ daß ich kleine Zwerglein gleichsam hinein schiebe/ und grosse Riesen heraus ziehe. Aber auch diß ist noch zu mercken/ daß das Meel auch im Meel-Kasten zunimmet/ also/ daß alle Becker und Armen sich darüber verwundern / und sagen: woher kommt doch so grosser Vorrath? *D*n. Ernst Bild. Hauß. *P. III. p. 262.* Nicht heisset es von den Allmosen; Aliis inserviendo consumor, sondern: consummor, ich nehme zu im Abnehmen. *D.* Weidling *Orator*, Schatz-K. *P. III. p. 96.*

§. 3.

Der alte Kirchen-Lehrer Basilius, vergleichet das Gut der gottseligen und milden Hertzen mit den Brunnen/ welche/ ob man schon viel Wasser heraus schöpffet/ doch immer voll sind/ weil sie ihre Adern und Gänge haben/ durch welche ihnen es immer aus der Tieffe zugeführet wird: Also ersetzet GOtt mit verborgenem Segen/ was auff die Armuth verwandt wird. Der blühende Baum giebt den Bienen Honig ohne seinen Schaden/ weil hernach doch aus seiner Blüthe die Frucht erwächset; Also theilet mancher den Armen mit/ und kan doch keinen Abgang/ sondern vielmehr einen Zugang an seinen Gütern verspüren: Mit dem Allmosen geben/ das im Glauben und Christl. Liebe geschicht/ hat sichs/ wie mit dem Brod-brechen des HErrn JEsu/ als Er einmahl fünffe/ zum andernmahl vier tausend Mann in der Wüsten speisete; Die Jünger kamen einer nach dem andern mit ihren weiten Kleidern/ oder Körben/ und trugen dem Volcke für/ was der HErr abgebrochen hatte/ und dennoch fehlete seinen Händen nichts; Er theilete aus/ und hatte immer mehr; so gehts auch denen/ so in ungefärbter Liebe des HErrn JEsu ihr Brodt brechen/ und unter den Armen austheilen. Ihr Gütlein ist wie der Oel-Krug der Propheten-Wittwe/ welcher alle leere Gefäße/ die verhanden waren/ füllete/ und doch selbst nicht ausgeleeret ward/ Gerstäcker *l. c. p. 36.* Der Persianer Saadi sagt: Man soll es mit seinem Vermögen und Beutel machen/ wie mit den Weinstöcken/ schneidet man denen was abe/ so werden bessre Trauben; Also/ was man denen Armen gibt von seinem Vermögen/ das ersetzet GOtt anderweit mit reichen Seegen hinwiederum/ *ibid.* Non ergò difficile debet esse beneficium, quod largitate non parit detrimentum, *Cassiodorus Var. Ep. Lib. I. Epist. XIV. ap. Rob. Scharrockium de Officiis secundum jus Naturæ Cap. VII. p. 438.*

§. 4.

§. 4.

Von einem Hertzoge der neuen Welt lieſet man / daß er ſehr freygebig geweſen / dem zu Ehren hat einer die See abmahlen laſſen / daraus die Sonne Waſſer gezogen / und darzu ſchreiben laſſen:

NON EXHAURITUR.

Unmüglich iſt es wohl / daß man
Die gantze See erſchöpffen kan.

D. Miſc. C. C. P. II. p. 456. Verus & verum Germanorum verbum eſt: Malè parta non ditant: Eleemoſynæ largæ non depauperant: conciones auditæ non retardant, *Drexel. Gazophyl. Chriſt. P. I. Cap. VI. §. 1. p. 215. D. Geier in Prov. XIX, 17. p. 987.* Symbolum Tiberii Conſtantii Imp. erat: *Stips pauperum, theſaurus divitum!*

Wer Schätze ſich will ſammlen / geb den Armen /
Es machet reich / der Armen ſich erbarmen!

Happelius Theſ. Exod. in Hungariâ p. 159.

Quod pauperi dónas lubens, donas DEO:
STIPS PAUPERUM, THESAURUS magnus DIVITUM eſt.

§. 5.

Tiberium hunc Conſtantinum Imp. & pace & bello præſtantiſſimum fuiſſe perhibent: Inprimis verò amantiſſimum juſtitiæ & liberaliſſimum erga pauperes: tum verò erga omnes humaniſſimum, atque beneficentiſſimum. Is qvum multa quotidiè pauperibus erogaret: nec pauciora largiretur viris literatis, & doctis: Objurgatus à Sophia Auguſtâ, quod fiſcum Imperialem nimio erga pauperes ac literatos ſtudio, nimiaque liberalitate exhauriret, atque diſſiparet: Atqui, inquit, nunquam defutura eſt fiſco pecunia: quamdiu vel pauperes ſtipem accepturi, vel ſapientes homines Reipubl. præfuturi ſunt, *Magnus* ſiquidem *theſaurus eſt ſtips pauperum:* quem qui in cœlo ſibi cumulat; ei auget hunc Dominus in Seculo: ſicut ipſe præcipit, theſauros comparate in cœlo, quos nec ærugo, nec tinea corrumpit: & quos neque fures auferunt, neque latrones eripiunt. Præclara ſanè vox, & magnifica, & Imperatore digna. Qui enim dat pauperi, dat DEO, ſecundum *Auguſtinum.* DEO autem nihil fruſtra datur: qui liberaliſſimus eſt remunerator eorum, qui ſibi & ſuis dare ſolent. Quò fit, ut eleemoſyna hæc, ut *Chryſoſtomus* ait, verè ſit ars omnium quæſtuoſiſſima. Quandoquidem fœcundus eſt ager pauperum: qui citò reddit fructum donantibus: at quicquid hoc modo damus pauperibus, hoc ipſum ſemper integrè poſſideamus, ut *Auguſtini* verbis utar. Quod ſuo exemplo comprobavit Tiberius Cæſar: Cui DEUS O. M. liberalitatem hanc erga pauperes, liberalitate multo majore compenſavit. Nam qvum die quodam in palatio deambularet: fortè

fortè marmoream conſpiciens tabulam in pavimento, cruce ſanctâ inſignitam: qvum indignè ferret eam calcari pedibus, levari eam humo juſſit: quo facto, magnum ſub eâ theſaurum invenit auri atque argenti, quem more ſuo poſteà liberaliter erogavit pauperibus. Neque ita multo poſt etiam Narſetis theſaurum ingentem reperit: quo non parum locupletatus eſt. Qvumque Perſas feliciter ſuperaſſet prælio: Meſopotamia recepta atque ſubjugata: captivos omnes ſecum Conſtantinopolim adductos, ſponte demum veſtitos remiſit in patriam. Princeps ſanè óptimus & maximus: & cum juſtitiæ, tum liberalitatis laude clariſſimus: quarum illa DEUM, hæc homines conciliat: utraque immortalitatis curru Principem in cœlum ſubvehit. Sic nimirum verum eſt, quod *Gregorius* dixit: Non eſſe donum, quod pauperi datur: ſed mutuum, vel potius fœnus, quo id, quod datur, ſemper multiplicato fructu recipitur. Hinc pulchrè *Auguſtinus*: Si vis, inquit, mercator eſſe, aut fœnerator optimus: da, quod non potes retinere, ut recipias, quod non poteris amittere: da modicum, ut recipias centuplum: da temporariam poſſeſſionem, ut coſequaris hæreditatem æternam. Et alibi: Sic exiſtima Chriſtum tibi dicere: Da mihi ex eo, quod tibi dedi: de meo quæro, non de tuo: da, & redde: habuiſti me largitorem: fac me debitorem: habeam ego te fœneratorem: temporalia mihi das; æterna tibi reſtituam: teipſum tibi reddam: quando te mihi reddidero. Sic *Chryſoſtomus:* Melius ſervatur pecunia, quæ in dexterâ pauperis collocatur, quippè quam calumniator non extorquet: invidus non criminatur: latro non aufert: fur nocturnus non eripit: ſervus fugitivus non invadit: ſed quæ ſemper eſt tuta, ſemper integra, ſemper ſalva. Item: Qui collocat theſauros in terrâ, non habet, quod ſperet in cœlo. Cur enim ſuſpiciat in cœlum, ubi nihil habet repoſitum? Quicquid pro anima tuâ feceris, hoc tuum eſt: quicquid reliqueris, hoc perditum eſt. Quæ igitur ſtultitia eſt, illic relinquere, unde exiturus es, & illuc non præmittere, quo iturus es? illic ergò Subſtantiam tuam colloca, ubi patriam habes. Et *Leo Papa*: Da, quod accipias, ſere, quod metas, ſparge quod colligas: quamvis non habeas, niſi quod acceperis; non potes tamen non habere, quod dederis. Et *Petrus Ravennas:* Quicquid pauperi dederis, tu habebis: quicquid non dederis, habebit alter. *Nic. Reuſnerus Symb. Caſ. Rom. Grac. Claſſ. II. Symb. XXIIX. p. 139. ſeq.*

§. 6.

Ita ſcilicet ſalutis ſuæ providi alterius ſeculi quærunt bona, ἀποθησαυρίζοντες ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, *theſauriſantes ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam*, 1. Tim. VI, 19. Theſaurizare fundamentum veræ vitæ, nihil aliud eſt, niſi acquirere paucis nummis theſau-

rum

rum incomparabilem, qui satis sit ad fundamenta ponenda, vel paranda, quibus nitatur *fabrica æternitatis*, seu vitæ sempiternæ, quæ sola est vera vita. Quis capit quale hoc sit lucrum? *Bellarminus de Gemitu Columbæ Lib. III. Cap. VIII. p. 280. Drexel. Zodiac. Christian. VII. Sign. Prædest. Symb. VII. §. 1. p. 410.* Thesaurus hic conquiritur & apprehenditur benefaciendo de bonis hujus seculi, non quasi eleemosyna mereatur vitam æternam, sed quia liberalitate nostra fidem exercemus, aliosque nobis deuincimus, ut pro nobis orent, & testimonium aliquando veræ pietatis erga egenos perhibeant: quod quibus contingit, hi certam vitæ æternæ spem habere possunt. Eodem sensu CHRISTUS dixit Matth. XIX, 21. Da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, *D. Balduin. in 1. Ep. ad Tim. VI, 19. p. m. 446.* Hinc mendicantium verba apud Ebræos erant: Merere in me, i. e. meritum acquire tibi per Eleemosynam mihi datam. Vel: O homo teneri cordis in me benefac tibi ipsi, *B. D. Christ. Nagel, LL. CC. Hebr. Rabbin. Talm. in v. Mendicantes, Lightfoot. Hor. Hebr. & Talm. in Job. Cap. IX, 8. p. 640.* Rabbinorum proverbium tritissimum est: Decimato propterea, ut ditescas, *Joh. Heinr. Reizius, in Goodwin. Lib. VI. Cap. III. p. 480. D. Andr. Acolutbus Philologem. de Aquis Amaris Cap. I. p. 28.*

Elargienda in hoc, in altero seculo erit impossibile.

Hier in der Gnaden-Zeit muß man austheilen/ nach dem Tode wird es viel zu späte seyn. Kein Zweiffel ist/ der reiche Mann würde/ wenn er noch seinen irdischen Reichthum gehabt/ dem Lazaro viel gutes erwiesen haben/ aber da war es alles aus/ es war eine grosse Klufft ꝛc. was hier nicht geschehen war in diesem Leben/ das kunte hernach unmöglich geschehen in jenem Leben. Das führet der Augustinus an einem Orte allen Christen sehr wohl zu Nutze/ wenn er also schreibet: **Vor der Thüre des Paradieses gibt man keine Allmosen mehr/ weil die Wercke der Barmhertzigkeit daselbst aus seyn werden. In dem Himmel kan man denen Seeligen nichts um GOttes willen spendiren/ denn dieselben bedürffen weiter nichts/ dieweil sie in GOtt alles haben. Dort kan man die Pillgrim und Fremdlingen nicht speisen und herbergen/ denn daselbst ist ein jeder in seiner Heimat/ wollet ihr im Paradiese die Nackenden kleiden? womit aber? wollet ihr die Sonne kleiden/ ist sie nicht mit ihrem Lichte schöne genug/ welches sie bekleidet? Hier heißt es: Speiset die Hungrigen/ tränket die Durstigen/ denn im Himmel** neq; esurient, neque sitient. Ibi omnia opera, quæ necessitas flagitat, subtrahentur, mortua necessitate, peribunt opera necessitatis, nec ibi erunt opera misericordiæ, ubi nullæ erant miseriæ, *D. Mis. in d. Cr. d. §l. p. 218.*

Lapis est Philosophicus.

Habent Christiani Lapidem Philosophicum advertendum lutum in aurum, si nimirum dent eleemosynas; possunt quasi in curru & lectica adscendere ad cœlum, si currui suo applicent pauperes; quomodo Sesostris Rex Ægypti junxit currui suo Reges. Jungent autem, si in eos fuerint liberales.

Lapidum.

In Engelland ist der Brauch/daß man mit Steinen kocht/und Feur machet/ und deßhalb gibt man auch Steine zu Allmosen/ *Sebast. Münsterus Cosmographiæ Lib. II. Cap. IX. p. 49.*

Unguibus, imis auriculis constans.

Nostro tempore homines fere dant eleemosynam, sicut olim Sinitæ, qui quisquilias hostiarum, puta porcini capitis imas auriculas, reliquarum altilium ungues, vini guttas aliquas in arâ simulachris Deorum suorum apposuerunt, cæteras ipsi dapes magno cum tripudio, & effusâ lætitia devorabant, *Maffejo teste in Historiæ Indicæ Lib. VI.* Persæ de victimis diis nihil dant, quia putant eos animabus victimarum contentos fore, *Alex. Rosseus T. O. R. S. I. p. 86.*

ELEEMOSYNÆ

Qualis finis, talis ejusdem merces.

CHRISTUS ab exercitio justitiæ Christianæ abesse vult omnem ostentationem; Eleemosyna Christianorum ne serviat aucupandæ vanæ apud homines gloriæ, Matth. VI, 1. seq. Qualis enim eleemosynæ datæ finis, talis est & ejusdem merces. Si igitur finis ejus est, ut homines ab hominibus gloriam consequantur, merces quoque eorundem est humana commendatio. Ergò Christianis danda est Eleemosyna corde simplici & sincero, citra scrupulosam disquisitionem, citraque remunerationis desiderium. Ne noverit sinistra, quid faciat dextra. In occulto quidem, non eo modo & fine, ut multorum per ora feratur, *Otto Casmannus in Christianismi Integritate adsertâ P. I. p. 54.* Non abs ipsa dationis magnitudine, vel parvitate, sed ex animi proposito eleemosyna æstimatur, inquit *Isidorus Pelusiota Lib. IV. Epist. CXVIII.*

In abdito dandæ, Matth. VI, 6.

§. 1.

Taxat CHRISTUS hypocrisin & ambitionem Pharisæorum circa eleemosynas, ac docet inter alia v. 3. *Nesciat sinistra tua, quod facit dextra tua.* Figuratè esse intelligenda hæc, omnes dicunt, sed quoad *Metaphoræ explicationem* diversa sentiunt. In libro de Canonibus Apostolorum per *dextram* intelliguntur

fideles

fideles, per *ſiniſtrum* infideles ac reprobi, quod coram his, aut conſciis his, non ſit facienda eleemoſyna. Sed Canones illi ſuppoſititii ſunt, eaque ſententia ab Auguſtino atque Chryſoſt. dudum refutata. Alii exponunt ita: *Neſciat uxor, quid fecerit maritus.* Reſpondet *Auguſtinus:* Ineptè *uxor* dicitur *ſiniſtra:* nec ratio eſt, cur coram ea ſit tale opus occultandum. Alii per *dextram* intelligunt appetitum ſuperiorem; per *ſiniſtrum*, inferiorem. Sed haſce metaphoras omnes remittimus. Noſtra ſententia eſt, *proverbialem hanc eſſe locutionem & hyperbolicam*, ex CHRISTI ſcopo ſic explicandam: Diſtribuendas eſſe eleemoſynas, non ſpe lucri, honoris, laudis ac gloriæ: ſed velut ipſi obliviſcamur, vel occultiſſimè, absque oſtentatione offeramus, nec ſupputemus nobiſcum, quid, quantum, quomodo, quibus aut quoties dederimus, ex ſuperbia vel complacentia, aut cum exprobratione. Ita *Chryſoſt.* & ferè *Auguſtinus*; Ex recentioribus *B. Luther. Chemnit. in h. l. Conzen. p. 115. Aretius &c.* Ita Paulus: Qui dat, det in ſimplicitate &c. Rom. XII, 8. *D. Joh. Meiſnerus Exercit. Theol. III. in h. l. §. 1.* Wilt du den Armen von deinem Vermögen Gutes thun/ ſo vermeide doch dabey die eitele Ehre auffs äuſſerſte/ und gehe damit ſo heimlich/ daß wenn deine lincke Hand gleich Ohren und Augen hätte/ ſie dennoch darvon nichts ſehe/ höre/ noch erführe/ *Chryſoſt. & Theoph. ap. Dn.* Ernſt. *Conſ.* Taff. *Cent. 1. Cap. XXIII. §. 1. p. 133.*

§. 2.

Gleichwie ein Baum/ wenn man im Winter ſeiner ſchönen Früchte genieſſet/ und ſich in denen warmen Stuben daran ergetzet/ davon nichts weiß/ ſondern ſtehet drauſſen/ aller ſeiner Zierde beraubet/ als hätte er nie Früchte getragen/ indeſſen aber ſchon damit umgehet: daß er mehr tragen will; Alſo muß ein Chriſt ſich auch befleißigen zu ſeyn/ wenn er noch ſo viel gutes gethan hat/ ſo will er doch davon nichts wiſſen; Er ſpricht mit dem Apoſtel: Ich vergeſſe/ was dahinden iſt/ und ſtrecke mich zu dem/ das da vorne iſt/ *Phil. III, 13.* die rechtſchaffene gottſelige Seelen ſind als die Trunckne/ die offt was verſchencken/ und wiſſens auff den Morgen nicht: Sie ſind trunncken in der Liebe GOttes/ ſie ſind voll des Heiligen Geiſtes/ und des Friedens und der Freude/ die er ſchaffet/ darum vergeſſen ſie/ was ſie gutes gethan haben/ und wiſſen ſich nichts/ als der Gnade des HErrn JEſu Chriſti/ der Liebe Gottes/ und der Gemeinſchafft des Heil. Geiſtes zu rühmen/ und zu erinnern/ *Striver. S. S. P. III. Conc. XIV. §. 19. p. 1401.*

§. 3.

Ihre Hertzen ſind nicht wie die Röhr- und Kunſt-Brunnen/ die mit Rauſchen ihr Waſſer geben/ ſondern wie eine liebliche natürliche Quelle/ die in der Stille ihr Strömlein fließen läſſet/ ſie laſſen nicht vor ſich poſaunen/ wenn

sie Allmosen geben wollen / sondern wünschen / daß ihre lincke Hand nicht wissen möge / was die Rechte thut; Sie sind nicht / wie eine gatzende Henne / welche / wann sie ein Ey geleget hat / das gantze Hauß mit ihrem Geschrey erfüllet / sondern wie ein Schaaf / das seine Wolle hergiebt / und seinen Mund dabey nicht auffthut. Man hat Exempel Christmilder Hertzen / welche wol die Armen / so sie um Hülffe angesprochen / abgewiesen / und durch andere aber hernach unvermerckt / was sie gebeten / ihnen reichen lassen Da im Gegentheil / die groß für der Welt angesehen seyn wollen / gleich sind einer Kuhe / die Milch giebet / und den Eymer wieder umschlägt / die haben ihren Lohn dahin / *Id. ib. Conc. XX. §. 2. p. 1613. ap. D.* Gerstäck. *l. c. p. 34.* Notum est ex historiâ sacrâ & profanâ, quod CHRISTI tempore, amarint erogare quid ἐμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων & non ἐν κρυπτῷ, licet illam Eleemosynam in abdito commendarent. Unde R. Abba sudarium, cui pecuniam illigaverat, à tergo pendens gestavit, ut pauperes inde nummos depromerent, res autem vel persona ipsum lateret. En histricam superbiam! *Reizius in Goodwin Lib. V. Cap. II. n. 4. p. 404.*

ELEEMOSYNARUM
Retributor CHRISTUS.

Der Cardinal Baronius (Tom. V. Annal. A. 411. p. 329.) gedencket des Cyrenischen Bischoffs Synesii, wie solcher den gelehrten Philosophum, Evagrium, endlich so weit gebracht / daß er sich tauffen lassen / und weil er seine Dubia noch hatte von dem zukünfftigen Leben / gab er dem Bischoff eine ziemliche Summe Geldes für das Armuth / und begehrte dagegen von ihm eine Handschrifft / daß ihm Christus solches in jenem Leben wieder erstatten werde. Der Bischoff willliget darein / und gibt ihm die Handschrifft. Der Evagrius aber machet bey seinem Tode die Anstalt / daß ihm seine Kinder sollen die Handschrifft mit ins Grab geben. Diß geschicht: Dem dritten Tage nach der Begräbniß erscheinet er dem Synesio in seiner Nacht-Ruhe / und begehret / daß er für sein Grab kommen / und seine Handschrifft zurück nehmen solle / alldieweil er seine Schuld empfangen / und derentwegen sattsam vergnüget sey. Der Bischoff vernimmt hierüber morgens des verstorbenen Kinder / gehet auch mit ihnen zum Grabe / und nach Eröffnung dessen / nimmt er die Handschrifft aus der Leiche ihrer Hand / darinnen gar frisch also von Evagrio unterschrieben war: Ego Evagrius philosophus tibi Sanctissimo Domino Synesio Episcopo salutem. Accepi debitum in his literis manu tua conscriptum, satisfactumque mihi est, & nullum contra te habeo jus propter aurum, quod dedi tibi, & per te Christo & DEO Salvatori. Die Anwesenden / so solches mit angesc-

gesehen/ haben aus grosser Bestürtzung etliche Stunden nacheinander gerufsen: Kyrie eleison! Herr! erbarme dich unser! auch ist zum Gedächtniß solche Handschrifft gar heilig daselbst in der Cyrenischen Kirche iederzeit auffgehoben worden/ *B. D. Geier. Temp. & Æltern. T. II. p. 452. Engelgrav. Luc. Evang. P. II. Dom. I. p. Pentec. §. 2. p. 484.* Quod feciſtis uni ex his minimis, mihi feciſtis, Matth. XXV, 40. De hoc dicto vid. *Id. Engelgr. Cæl. Empyr. P. I. p. 334. ſeq.*

Tenacitas.

Æneanes, cives urbis Æneæ, ex oraculo ſibi perſvadebant, fore ut patriam terram amitterent, ſi vel particulam aliquam egentibus largirentur, teſte *Plutarcho in Quæſtionibus Græcanicis Q. XIV.* Tales ſunt avari, qui ſecum actum putant, ſi vel modicum eis decedat, aut largiri debeant.

ELEEMOSYNIS.

Redime peccata, Dan. IV, 24.

לָכֵן מַלְכָּא מְלְכִי יִשְׁפַּר עֲלָיִךְ וַחֲטָיָךְ בְּצִדְקָא פְרָק: *Quare, ô Rex, Conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſyna abrumpe.*

§. 1.

Hic quæritur: Quomodo exponendum ſit verbum פְּרָק? Pontificii exponentes ſenſu *expiandi* vel *redimendi* quaſi obtorto collo trahunt ad ſatisfactionem operis, quam vocant. E noſtris quidam ſenſu *avertendi* ſeu *liberandi* referunt ad averſionem vel mitigationem pœnæ temporalis, quæ contingere potuiſſet, ſi ageret pœnitentiam, & declararet fidem per opera miſericordiæ erga pauperes, quos inclementius tractando pœnam iſtam temporalem promeruerat. Eò tendunt *B. Hutterus ad F. Conc. Art. III. p. 376. & Franzius Onom. LX. p. 534. B. Dietericus Inſtit. Catech. de Pœn. p. 281. ait:* Jubetur peccata redimere eleemoſynis, non apud DEUM, ſed apud homines, ad fructus pœnitentiâ dignos oſtendendos. Quo ſenſu & charitas operire multitudinem peccatorum ſcil. apud homines, Prov. X, 12.

§. 2.

Sed *Verbum* פְּרָק *ſenſu deſiſtendi accipitur & innuit abſiſtendum eſſe Nebucadnezari à malo, & faciendum bonum.* Probatur 1) *E proprietate vocum* פְּרָק propriè eſt *abrupit*, deindè non in lingva Chaldaicâ modò, ſed & cognatis eique ſororio quaſi nexu junctis, Samarit. Syriaca & Arabica ſignificat: *deſeruit, deſitit, ſegregavit ſe, abſtinuit;* Et licet quandoque notet *liberare* vel redimere, tamen eo ſenſu loco objecti non habet vitium (quod ineptè diceretur in libertatem aſſeri, quæ verbi emphaſis eſt,) ſed perſonam miſeriis con-

ſtrictam, uti obſervavit *Dn. Geierus h. l. p. 356.* Ita nil cauſæ eſt, ut צדקה h. l. pro *eleemoſyna* capiatur, verum poteſt in genere notare *juſtitiam.* 2) *Ecommoditate ſenſus & συναφεία.* Q. d. melius conſilium vel ſanius tibi ſuppeditare non poſſum, quam ut maturè deſiſtas, ſeu *abrumpas peccata tua juſtitiis*, i. e. novâ obedientia è verâ fide in DEUM profectâ, juxta Pſalm. XXXVII, 27. Eſ. I, 16. 17. adeoque commutes in juſtitiam, quæ hactenus in aula tuâ viguit, & oppreſſionem pauperum (de qua *Franzius l. c.* conferatur) liberalitate in eosdem &c. Recte *Oſiander*: Tu Rex multa injuſtè, ſuperbè, avarè, crudeliter feciſti in tuo imperio. Quare pœnitentiam veram age, juſtè & innocenter poſt hac vive: pro injuſtitia exerce juſtitiam & æquitatem erga omnes &c. *B. D. Pfeiffer. in Dub. Vex. Cent. IV. L. LXVIII. p. 802. ſeq.* Crede DEUM iraſci peccatis & placari juſtis, & fidem hanc veram eſſe, operibus oſtende. Ita *Hieron. Wellerus Diſſ. Inaug. ſub Præſidio D. Mart. Lutheri An. 1535. Witteb. hab.* Conf. *Acta Erud. Lipſ. An. 1685. m. Maji p. 23. Hackſpan. in h. l. p. 854. ſeq.*

§. 3.

צְדָקָה *Eleemoſyna* ſignificat *juſtitiam*, adeoque docet, eleemoſynas noſtras erogandas ex opibus juſtè acquiſitis; quo intuitu judæi ſuam arcam eleemoſynariam vocant קוּפָּה שֶׁל צְדָקָה *capſam juſtitiæ*, inque eâ exarant hanc abbreviaturam סביא ex Prov. XXI, 14. מַתָּן בַּסֵּתֶר יִכְפֶּה אַף Donum in occulto ſubigit iram, *Buxtorff. in abbrev.* סביא *Th. Gootwin. Moſ. & Aar. Lib. II. Cap. I. p. 153. Adam. Contzen. Comment. in Matth. Cap. VI, 1. p. 112. 113.* Quemadmodum olim, præſertim circa ann. 1055. ſub Victore II. facinora eleemoſynis redemerint, & *Pœnitentiæ Redemtionem* vocarint, vide ap. *Matthæum Larroquanum Advers. Sacr. Lib. II. Cap. XXVIII. p. 331. ſeq.* Conf. *M. Joh. Geor. Wilius in Promptuar. Empbaſium Biblicarum N. T. in v.* Δικαιοσύνη *p. 92.* & omnino *Appam. Bibl. Tom. II. in Tit. Judæi Eleemoſynas magni æſtimant. p. 1175. ſeq.* Die Türcken ſagen/ das Allmoſen geben/ ſey das gröſſeſte Werck der Barmhertzigkeit/ und daß deſſentwegen der Menſch von aller Trübſal und Widerwärtigkeit erlediget werde/ *M. Caſp.* Maurer *Chron. Turc. Lib. II. Cap. VII. p. 128.*

EQUES

Fortis.

In Böhmen lebte vor Jahren *Siderius* vom Zamhof ein ſtattlicher Edelman/ welchen man wegen ſeiner Tapfferkeit und Stärcke insgemein den Starcken Ritter genennet hat. Dieſer hat im Jahr 869. ein Werck höchſtrühmlicher Treue geleiſtet/ indem er ſich für ſeinen Herrn/ Hertzog Neclam

in

in Böhmen / in die äusserste Gefahr begeben / indem er dessen Harnisch und Rüstung angeleget / und wider desselben Vettern Hertzog Uladislaum zu Felde gezogen. Als nun derselbe auf ihn zu gerennet / der Meynung / er würde der Neela selbsten seyn / hat ihm Siderius dermassen begegnet / daß er vom Pferde auf die Erde gefallen. Er ist aber in derselbigen Schlacht auch geblieben / mehr von seinen Mißgünstigen / denn von den Feinden untergedruckt und umgebracht. Den Ort / da er im Felde begraben worden / hat man hernach des Starcken Ritters Grab genennet / Spangenb. Adelsp. *II.* Theil. *p. 124. a. ap. Dn.* Ernst. Bilder-Haus / *P. III. p. 163.*

Laqueo donatus.

Carolus IV. Käyser und König in Böhmen straffte Anno 1357. etliche Strassen-Räuber ab. Einer darunter war erst vorm Jahr vom Käyser zum Ritter geschlagen / und mit einer güldnen Kette gezieret worden; den ließ er für seinen Augen im Felde auffhengen / und sagte darzu im Schertze; Man wird ins künfftige sagen: Käyser Carl habe einen Ritter in einem Jahre zweymal beschencket / erstlich mit einer Kette / und darnach mit einem Stricke / *Cl. Hübner. Hist. Pol. Tom. IV. Lib. I. p. 113. 114.*

Lepore.

Sub Boleslao III. Poloniæ Rege Palatinus quidam Polonus, qui bello extremo contra Russos ad Haliciam, suâ fugâ exercitui reliquo fugæ causa extiterat cum domum rediisset, Rex ei *leporis pellem*, colum & fusum dono misit. Quâ ille ignominiâ ad voluntarium suspendium adactus est, *Cromerus Lib. VI. ap. Zwinger. Vol. VIII. Lib. IV. p. 2189.* Conf. Tit. Leporis Equites.

Cataphractus Philippi Symbolum.

Philippi II. Reg. Hispan. Symbolum fuit Eques cataphractus, sic inscriptus: QUI VALET.

Qui valet armigeros Rex dejicit Armiger omnes:
Mors tamen, heu, Reges dejicit Armigeros.

Thesaurus Inscript. p. 3.

EQUITIS

Seu Nobilis in funere Parentatio.

So hat nun die Ritterschafft / unsers sel. Verstorbenen ein Ende? Nein! Ich will sagen / daß er in einen viel höhern und grössern Orden ist versetzet worden; die Ritter-Orden / so Könige und Fürsten / als sonderbare Ehren-Stuffen und Belohnungen Ritterlichen Thaten auffgerichtet / sind

sonst unterschiedlich / nemlich Equites Torquati, welche mit Kleinodien und Ketten bezieret sind; Als die Ritter des güldenen Vliesses/oder vielmehr Felles (vid. *Erasm. Francisci* im Geschicht-Kunst- und Sitten-Spiegel *Lib. II. C. XXVIII. p. 675. M. Joh.* Hoffmann *in Heptade Philol. Histor. Erotem. V. p. 17. seq.*) bey dem Hause Oesterreich; die Ritter des blauen Hosenbandes (*Hofman l. c. Erotem. VI. p. 22. seq.*); des runden Tisches in Engelland: die Stern-Ritter / in Franckreich: die Ritter der rothen Binde / in Spanien: die Ritter des Elephanten / in Dennemarck (vid. Tit. Elephantinus Ordo). Nechst diesen würden wir weiter antreffen / Equites Spirituales oder Crucigeros, geistliche oder Creutz-Ritter / als die Malteheser-Ritter / oder *Johanniter*: die Ritter des Blutes JESU Christi: die Ritter des Heiligen Geistes: die Ritter des Heiligen Grabes: die Ritter S. Stephani: die Ritter S. Lazari: die Ritter *de Sanctâ militiâ*, und dergleichen; wir würden antreffen Equites Auratos, so von Käysern und Königen / wegen ihrer Klugheit und Tapfferkeit / mit einem güldenen Sporn beschencket worden. In was vor einen Orden sich unser sel. Juncker / auf dem Kampff-Platz dieser Welt / befunden / ist unschwer zu ermessen / nemlich in Ordine Crucigerorum oder Creutz-Orden. Und zwar nicht nur weil er in seinen Leben viel Gefährlichkeiten erlidten / sondern auch mit den geistlichen Feinden zu Felde gelegen / und also ein rechter Creutz-Träger / ja ein Ritter JESU Christi gewesen; (De Ordine militum JESU CHRISTI vid. *Wolffius Lect. Mem. & Recond. T. I. Cent. XIV. p. 501.*) Bedenck ich aber den Kampff / den er an seinem verwichenen Sterbe-Tage angehen müssen / und wie er nach besage des Apostels an demselbigen eine gute Ritterschafft verübet / ja Glauben und gut Gewissen behalten / so muß ich sagen / daß er sich bezeiget / als ein rechtschaffener *Johanniter*. Die *Johanniter* / heutiges Tages die Maltheser Ritter / haben zu allerzeit denen Türcken und Mohren viel Widerstand gethan / auch denen Pilgrim / so nach Jerusalem gereiset / ein Hospital und Bet-Hauß auffgebauet / daher sie auch Hospitales und Johanniter genennet werden (Vid. *D. Mosellius H. St. Eccles. Lib. III. S. I. Q. XXXII. p. 619. Edit. Haren. D. Joh. Gerhard. Hom. Sacr. P. II. p. 387. D. Christ.* Liebenthal *Coll. Polit. Exercit. X. §. 45. p. 261. Jac. Wilh. Imhof. Not. S. Rom. Germ. Imperii Procerum Lib. III. Cap. XIX. p. 177. Dn. Rhetius Inst. Juris Publ. Lib. I. Tit. XVI. §. 27. p. 258. Wolff. l. c. Cent. XI. p. 216.*) Traun unsern Sel. Ritter muß auch nachgerühmet werden / daß er ein Hospitator gewesen / das ist / armen nothdürfftigen Leuten viel gutes gethan / Tob. IX, 9. Daß er ein Beth-Hauß auffgebauet / das ist / sein Gebet täglich zu GOtt abgehen lassen / und also devotus miles, ein andächs-

dächtiger Ritter / wie Bernhardus an einem Orte redet / gewesen; Ja daß er auch Türcken und Mohren / das ist / Tod und Teufel (wie die Patres den Teufel den schwartzen Mohr zu nennen pflegten / vid. *Apparat. Bibl. Tom. I. in Tit. Æthiops Dæmon. p. 166. seq.*) ja die Welt mit ihrem Groß-Meister nunmehro glücklich überwunden. Aber bißher ein *Johanniter*! Bißher ein Creutz-Ritter! Nun ist er in einen höhern Orden; Und gleichwie er in dem himmlischen Königreiche zu einen Könige und Fürsten gemachet worden / Apoc. I, 6. so ist er nunmehro ein unvergleichlicher Kleinot-Ritter / ja ein Ritter des güldenen Vliesses / oder des Lämmleins JEsu Christi; Ein Stern Ritter / der da blincket / wie ein Stern des firmaments, Dan. XII, 48.

Nunc fruitur cœlo, quod pennis ante petebat,
Et nitidus stellis quinque decemque micat.

Ovid. Fast. Lib. III. Pierius Valerian. Hierogl. Lib. XLIV. Cap. XXVII. XXVIII. p. 562. VVolffius l. c. Cent. XIV. p. 530. 531. Carol. du Fresne in Glossar. Tom. III. p. 955. Ein Ritter des güldenen Bandes in dem rechten Engelland / als welchen die ewigwährende Liebe / die da ist das Band der Vollkommenheit / Col. III, 14. umschlinget und umbringet; Ein Ritter des runden Tisches / oder der Circkel-runden und unendlichen Ewigkeit / ja ein unvergänglicher und ewig Siegprangender Ritter! Und düncket mich / ich höre ihn selbst vom Himmel herunter erschallen: Ich habe einen guten Kampff gekämpffet / ich &c. ja wohl glückseliger Ritter! du hast Sieg / wir haben noch Krieg / wir lauffen und rennen noch / du hast das Ziel erreichet / wir werden noch von Dornen geritzet / du bist mit Palmen gekrönet! O tausentmal glückseliger Ritter! wie aber? Soll dieser ein Ritter heissen / den das Grab / und in dem Grab ein enger Sarg umschrencket? ja soll wohl dieser ein Ritter heissen / den der Tod im Staube geleget? der von Würmern (ach so ohnmächtigen und elenden Thierlein) bezwungen wird? O eine schlechte Ritterschafft! Aber was rede ich? Er ist dennoch ein Ritter / er bleibet ein Ritter / und zwar nicht nur der Seelen nach / wie itzt gedacht / sondern auch dem Leibe nach; denn so wenig ihr Groß-Meister Christus JEsus vom Grabe bezwungen worden / so wenig wird der Leib / als ein Mitglied des Ritter-Ordens im Grabe bleiben / und sobald die grosse Welt-Posaune / 1. Thess. IV, 16. die Ordre wird geben / so bald sie wird ruffen und schallen: Surgite mortui &c. so bald wird auch unser Ritter (tanquam Eques Vallis umbrosæ, *VVolff. l. c. T. I. Cent. XIV. p. 615. b.*) herfürbrechen und sagen; Tod wo ist dein Stachel? Hölle / wo ist dein Sieg! 1. Cor. XV, 55. und also ein rechter Ritter des Grabes werden; (Priscus Christianorum mos fuit, teste Baronio in Martyrolog. 21. Julii

in sculpendi insepulchris figuram Danielis, stantis in lacu inter leones incolumis: ut indicarent Christianos in sepulchro etiam inter vermes non absumi à morte, utpotè cui jam CHRISTUS dentes excusserit: Ero mors tua, ô mors!) gleich wie er Miles Christi, *Carol. du Fresne l. c. T. II. lit. M. p. 544.* ein Ritter des Blutes Christi gewesen/ (Ex Ordine Fidei JESU CHRISTI, qui militaris Ordo institutus an. 1220. contra Albigenses, ap. *du Fréne T. III. p. 63.*) sich des Blutes JEsu Christ in wahren Glauben getröstet/ und dasselbe öffters im heiligen Abendmahl genossen/ so hat er nicht nur mit jenen Blut-Rittern diese Lösung führen können:

NIHIL ISTO TRISTE RECEPTO.

Des theuren Blutes Christi Krafft
Macht/ daß kein Trauren bey mir hafft!

(Ordo hic militaris institutus à Paulo V. Pontif. & gestabant milites Sanguinis Christi pro insigni duos Angelos à collo pendentes, subvehentes tres sanguinis guttas, addito symbolo: *Nihil isto triste recepto*, ex *Virgil. Æn. Lib. IX. D. Deutschman. Diss. de Sanguine CHRISTI. Alex. Rossæus T. O. R. S. II. p. 453.*) sondern hat auch in seinem Ritter-Kampff überwunden durch des Lammes-Blut Apoc. XII, 11. gleichwie er als ein Ritter des Heiligen Geistes (*Wolff. C. XV. p. 620. b. & p. 701. a.*) denselben in seinem weltlichen Ritter-Lauff allemal zum Führer gehabt/ und in ihm lassen wohnen; Also ist er auch nun ein Herr und Ritter von der Gesellschafft der Majestät/ wie die Ritter des Königes von Japan diesen Titul führen (*Francisci* Lust-Schaub. *Convers. I. p. m. 156. Tavernier in descript. Coronat. Solimanni III. Regis Persarum p. 63. b.*) der höchste Ritter S. Stephani/ und mit der unverwelcklichen Krone der Ehren bekrönet worden/ 1. Petr. V, 4. Nun wo Sieg ist/ da muß auch Lorber seyn/ wie man denn lieset/ daß nicht nur heydnische Sieger und triumphirende Käyser/ sondern auch Streiter und Kämpffer JEsu Christi mit Lorber beleget worden. Aber was darffs? der Ruhm unsers sel. Ritters ist Lorbers gnug/ welcher auch nimmer vergrünen und verwelcken wird. Und was sind doch/ hochzuehrende Herrn und Freunde/ ihre mitleidende und Ehr-bezeigende Hertzen anders/ als frische und grüne Lorberzweige? ꝛc. Lasset uns aber den sel. Ritter noch zu guter letzt zuruffen:

Ruhe wohl du sel'ger Ritter/
Frey von allen Ungewitter/
Ruhe wohl in dieser Grufft/
Biß dich dein Groß-Meister rufft/
Du hast Ritterlich gerungen/
Bist auch ritterlich gesprungen

In das schöne Sternen-Feld/
Ach wohl! wer nur aus der Welt!

(*B. L. Fellerus in Colleg. Privat. Oratorio An. 1670. Lipsiæ hab.*)

Epitaphium.

Ein Treuen-gleicher Held/ den *Pallas* und *Astræa*.
Den Göttern gleich gemacht/ schwimmt hier in Lethens-See;
Mein Leser/ lasse doch dein stoltzes Hertz erweichen/
Und wo du mir nicht glaubst/ so glaube meiner Leichen!

J. C. Halmann. Grabschrifft/ *p. 215.*

Titulus in Germanicâ linguâ unde?

De vocabulo **Ritter** notetur à voce *Ritt* derivari, quod olim notabat expeditionem quandam equestrem: undè supereſt in quibusdam Regionibus, ut ex libris Præfecturarum patet, vox *Haltritt*/ quâ significatur turma Equitum seu Nobilium, qui præfecto jubente (is olim non facilè nisi ex Nobilitate, ipsoq; Equitum Ordine sumebatur) ad securitatem viarum, inprimis nundinarum tempore, excubias agere tenebantur. Erat itaque **Ritter**/ qui alicujus talis expeditionis ductor, turmas (quæ intra viginti homines tum consistebant) regeret; Nam vocabulum *Magistrorum Equitum* (**Rittmeister**) recentius est, tum demum, ut videtur, usurpatum, cum admissis gregariis & equitum famulis, centum & plures in unam turmam cogerentur. **Ritterschafft** cœtum indicat Equitum insignium, sivè tali titulo ornatorum, sive ex eo genere natorum, ut ad illum aspirare possint, & sub equitibus illis potioribus, veluti capitibus, ducibusq; suis colligi. *Acta Erud. Lipsiæ An. 1685. in Mart. p. 114. Paulus Hachenberg. de German. Med. Diss. II. §. 10. p. 35.* Seu est dictio **Ritter** à Græco ῥύτης i. e. Servator, quod virtute & fortitudine servent patriam, *D. Henr. Habnius Diss. Jurid. Polit. de Jure Nobilium singulari §. 8.*

EQUITES

Etiam Nobiles.

Equitis titulus major est titulo Nobilis simpliciter sic appellati, **Königl. Satz. zu Wurmbs** *An. 1495. Tit.* **von der Eintahe der Auffleger** *ibi*, **Herren/ Ritter/ Edelmann.** Nemo enim creatur eques, qui non anteà nobilis fuerit, *Limnæus de I. P. Lib. VI. Cap. II. n. 9.* Quapropter si eum Imperator aut Rex creet equitem, qui nobilis non sit, tacitè directam ei dedisse nobilitatem censetur, *arg. §. 4. l. Qui testam. tut. dari poss. Tiraquell. de Nobilitat. Cap. VIII. n. 13. Peloeorb. de Spur. Cap. LXII. n. 5.* Optimum atque fortissimum trahi argumentum à libertate ad nobilitatem omnes facilè concedent, qui cum

Guil. Budæo, viro incomparabili, sentient nobilitationem nil aliud esse, quam natalium restitutionem, uti is scribit *ad l. ult. ff. de Senator. p. 42. a.* Quod & indicare videtur Lutherus, quando id, quod apud Syracid. Cap. XXXIII, 26. scriptum de servo, aut famulo, *sine remissas illi manus & quæret libertatem* interpretatur, so will er Juncker seyn. Qui ergò Eques, is quoque Nobilis; Atque ita ad liberos & posteros licet equitis titulus non transmittatur, *Menoch. Cons. 126. n. 36. Choppinus de Domain. Franc. Lib. 3. Tit. 26. n. 13.* ubi scribit, quod nec Regis Galliæ filius eques nascatur. Aliud tamen de nobilitate dicendum. Nam sicuti servus tutor datus, tacitè per id manumissus, libertatem conciliat cunctæ suæ proli, etiamsi ex eâ nemo ei in tutelam succedat, §. 3. *l. quibus modis tut. fin.* Sic etiam civici ordinis homo creatus eques, nobilitatem, quam tacitè accepit, toti suo generi communicat, *arg. l. 11. C. de Dignit.* licet ad nullum ex sobole titulus equitis transeat. Hic enim facti, ille juris est. Hic personæ, ille verò sanguini datur, uti mos creandi equites evincit. Adi *Besold. Th. pract. lit. R. n. 67. Speidel. d. lit. n. 116. ap. D. Gerh. Feltman. de Titulis Honorum, Cap. XXXVII. p. 151. seq.*

Imò majores & ampliores.

§. 1.

Quod olim *Equitis* titulus amplior, majorque fuerit, quam *nobilis*, id observari quoq; potest ex privilegio, quod Johannes Comes Clivensis Anno 1348. die circumcisi. Christi, Cliviæ Civitati indulsit. Ei enim in fine adjicitur: *Acta sunt hæc Cleve in præsentia, & sub testimonio Nobilium & proborum virorum nostrorum. Cons. videlicet D. Ottonis de Cleve, Præpositi S. Gedeonis in Coloniâ, D. Theod. de Hornen, Domini de Cranenburg consanguineorum nostrorum, D. Arnoldi de Arckel, D. Everhardi de Ulffte, D. Elberti de Eyl &c. militum. Theodorici Lecker, Sweder de Zaerbruggen & Henr. de Grietbuis Armigerorum.* In hac privâ lege equites veniunt voce *militum*, & nobiles appellantur *armigeri.* Quod & ex alio eidem civitati Anno 1368. die Thomæ Apostoli dato probatur: Ei enim subjicitur: *Geschiedt in antwairde ind tegenwordigkeit Edler Luyden ind Ehrsamer Heeren Diderichs von Mönemten H. Wilhelms van den Heve, H. Johans von Dorenwalt, H. Johans von Lynne Ritteren, Diederich van Lymborch, und Diederich vyt den Venne Knæpen.* Quod *Knæpe* nobilem & *Ridder* equitem significet, notius est, quam ut explicari debeat, *Besold. d. lit. R. n. 67. Speidel. in Specul. lit. A. n° 38.* sed in utroque hoc instruumento, *eques* non tantum *nobili* præfertur, sed illi titulus *Domini*, non verò huic adscribitur.

§. 2.

Hodiè verò in Germaniâ vix aliquis, qui nobili ex gente cretus, se curat equi-

equitem simpliciter sic dictum creari. Rationem fortè hanc habent, ne eâ ratione novè videatur nobilitas adquisita, quam jam à multis seculis repetere, & cum avorum, proavorumque insignibus probare queunt. Si verò quis equitis titulum cum nobilitate conjungere velit, id ei nihil nocebit, *l. 3. C. de Dignit.* Quanquam hac tempestate nobili ex sanguine natus præferatur noviter creato, vel expressè, vel tacite, *Anton. Perez. Jur. Publ. C. 80.* Patre verò creato equite, filius, qui ei ante eam dignitatem adeptam natus est, nobilis quoque efficitur, *arg. l. 5. ff. de Senator. Timquellus de Nobilit. q. 40. per tot. Feltman. l. c.*

§. 3.

In legibus sumptuariis Nobili, qui Equitis dignitate non gaudet, conceditur quidem usus torquis aurei, sed intra ducentorum florenorum pretium, & ut torques funiculo serico (pro more veteri, ex quo nihil hodiè in usu est) circumvolvatur; Verum Equiti permittitur torques quadringentorum florenorum valore, & ut sine involucro gestetur; Inde *Aurati* fortè *Equites* dicti, quod auro, cujus usu cæteræ Nobilitati tum erat interdictum, ad ornamenta vestium, ensium, calcarium & phalerarum uti possent. Ita & uxoribus Equitum exquisitior ornatus, quàm cæteris ex nobilitate matronis concessus erat, de quo vid. *Acta Erud. Lipf. An. 1685. m. Mart. p. 115. Stewechius ad Veget. Lib. II. Cap. VII. p. 143. Zeiler. Miscell. p. 330.*

Varii.

§. 1.

Equestris Dignitas mediæ veluti naturæ est inter Sacra & Civilia, cum utroque Ordine participent. De antiquitate & usu ejus apud Veteres Romanos vid. *Scriptores Rerum Romanarum.* Tunc enim, cum moribus antiquis virisque ejus res staret. Equites quoque & Nobiles creati fuerunt. Quid enim allecti in Patres, transcripti in Equites, donati hostis, torquibus, corona civica, navali & obsidionali, aut murali, aliisve aliud erant, quam ex nostrate dicendi genere, creati nobiles? *D. Feltman. l. c. Cap. XXXVIII. §. 8. p. 159.* Nostro tempore triplex est, totidemque generum Equites habet: Equites *Torquatos*, Equites *Cruciatos*, & denique *Auratos*. De singulis distinctim egerunt *Aub. Miræus, Militarium Ordinum Libris II. Franc. Menenius Deliciis Equestrium sivè Militarium Ordinum Symbolis, Insignibus & Originibus add. Libr. Gualteri p. 46. seq. Hieron. Megiserus, Tractat* von dem dreyfachen Ritterstand. *Limnæus I. Publ. Lib. VI. C. II.* Equites Torquatos, vulgò Equites Clinodiorum vocant; Ex Torque enim suspensa clinodia gestant: quæ & nominis est ratio, & Rei descriptio; (Torques aureus semper nobiles distinxit ab ignobilibus, & distingvit hodie, *Matth. Faber Auct. Op. Cont. Trip. P. II. p. 164. Dn. de Rhetz Instit. Juris*

Publici Lib. I. Tit. XIX. §. 6. p. 283. Et viris militaribus ob conſpectam virtutem ſemper ab Imperatoribus datus. *M. Sg. Pichlerus Diſſ. Pol. de Torneamentis* §. 5. Præclarè ergo dictum à *Scaligero Exercit. CCCXVII. Cap. III. p. 1019.* Honorem eſſe officium virtuti debitum, & meritum ejus repræſentans, Conf. *M. Joh. Helv. Willemer de Honore §. 9. p. 11.* Præmia tam illuſtria ab auguſtiſſimâ Imperatoris manu collata, majorem apud benè meritos lætitiam, apud alios autoritatem atque ſplendorem conciliant, *Id. ib. §. 10. p. 15. P. Hachenberg. de German. Med. Diſſ. IV. §. 21. p. 142. 143.* Honor ex conceſſione conſtat tribuentis, & amplificatione ſumentis, *Arnob. Lib. VI. cit. VVanckel. in Guev. H. P. Lib. I. Cap. V. p. 19.* Equites Torquatos & ante diluvium fuiſſe dicit, Jacob. Bouldus Pariſinus, vid. *Apparat. Bibl. Tom. II. p. 605.*

§. 2.

Tales in Hiſpaniâ ſunt Equites *Aurei Velleris*, in Angliâ Equites *Aurea Periſcelidis & Balnei*, in Galliâ *Spiritus S.* & *S. Michaëlis*, in Daniâ Eques *Elephanti*. Equites *Aurei Velleris* peculiari Libro deſcripſit *Julius Chifletius*, Ordinis hujus Cancellarius, cum Titulo: *Breviarium Hiſtoricum Inclyti Ordinis Equitum Aurei Velleris. Antverp. 1652. 4o.* Autor eorum *Philippus III.* cognomine *Bonus*, Dux Burgundiæ, à quo deinde ad Auſtriacos per Mariæ Caroli Audacis unicæ Hæredis cum Maximiliano I. matrimonium, & ab his ad Hiſpanos per Philippi cum Johanna Arragoniâ matrimonium, indeque natum totius Hiſpaniæ, Belgii ac ditionum Auſtriacarum hæredem Carolem V. unà cum Imperio Burgundico pervenit. Scopus fuit remedium & auxilium Eccleſiæ, ſanctæque fidei Chriſtianæ. Impoſiti nominis ratio, à Jaſone primum, deindè à Gideone mutuata, quam rem Philippo I. Caroli V. Parenti in Epiſtolâ quadam enarrat *Olivarius Marcanus*: Æqvum eſt, ut moneam te, cui fundamento innixus Philippus Bonus Dux, Proavus tuus, fuerit cum ordini Nobili Velleris Aurei initium dedit: Et primum quidem Jaſonis Mythologiam ſecutus eſt, quem ferunt, in Colchidem inde magnæ magnitudinis arietem, cujus pellis, vellus, & univerſa facies aurea erat, ablaturum migraſſe &c. At ſupervenit Cancellarius Ordinis quidam Cabilonenſis in Burgundiâ Epiſcopus, nomine Johannes Germanus, primæ notæ Clericus & Orator inſignis, qui eandem ſententiam & exemplar immutavit, & autor fuit Hiſtoriæ Gedeonis, cujus in ſacris Bibliis mentio, potius imitandæ. Hocque primi ordinis Cancellarii Johannis Germani conſilium manibus, pedibusque poſteri ſecuti ſunt, texique placuit dives illud, quod hodienum in Regiâ Bruxellenſi ſupellectile cernitur Hiſtoriæ Gedeonis periſtroma, auro, argento, & eximia artificis manu precioſum.

§. 3.

Occaſionem, qua inductus fuerit Philippus in iſtam de Aureo vellere cogitatio-

tationem, hanc prodit *Chifletius*: Philippum de Colchide, unde Jason Vellus aureum retulit, & ubi Andreas Apostolus Christum prædicasse dicitur, Christo & Ecclesiæ adjungenda consilium cepisse, ideo & in convivio Insulensi, quod postmodo Francorum dolis antiquatum sit, coram Phasiano ave voto se sacræ in Turcas expeditioni suscipiendæ obstrinxisse, & eo quidem non solum DEO facto, sed etiam in illius avis nomen concepto. Avem quippè illam Phasim Colchorum prægrandem fluvium designasse à quo Phasiani sumsêre nomen, quod ibi magnus eorum sit proventus, unde & ab Argonautis in Græciam advecti putantur. Præterea fluminis illius accolas prima Andreæ Apostoli prædicatione illustres gemuisse infideli jugo oppressos eo tempore, quo votum istud à Philippo conceptum fuerit: Unde & in convivio prodiisse Nobilem personatum, qui Aulam universam moveret, & ad sacram militiam concitaret verbis circiter talibus:

Vous Chevalliers, qui portez LA TOISON
N'oubliez pas tres divin Service,
Et vous aussi nez de bonne maison
Gentils hommes, voici belle Choison
Pour acquerir de lors le benefice
Mon secours est pour jeunes gens propice.
Le nom croistont, & l'ame enrichira
Du service, chacun me fera.

Alii conjiciunt, Philippum *Aureo Vellere* indigitasse fœcunditatem Burgundiæ suæ, atque in voce Jason etiam subtilitatem quærunt, quâ literæ initiales Mensium quinque ad hominis utilitatem pertinentium exprimuntur Julius, Augustus, September, October, November & similia, quæ nostra non facimus. Plura de hoc Ordine qui desiderat, adeat *D. Beeman. in Not. Dignit. Illustr. Diss. XVI. p. 416. seq.*

§. 4.

Equites in Anglia dantur triplices, *Periscelidis*, *Balnei* & *Aurati*, seu *Chevalliers Bachcliers.* Equites Aureæ Periscelidis etiam Equites *Garterii* vocantur voce Anglo-Latina *Garter* enim est *Periscelis*, & ipsi Regi Armorum seu Principi Heraldorum nomen *Garter* ideò datum, quia ritus Creationis horum Equitum dirigit: Et originem vulgò petunt ab alligata ab Eduardo III. Rege Angliæ Comitissæ Cantii & Salisberiæ Periscelide, quæ inter Choreas ipsi deciderat addidisseque, æmulationi Reginæ avertendæ, Eduardum verba:

Hony soit qui mal y pense.
Der soll mit Schimpff und Schand bestehn/
So widrig dieses will ansehn!

Non

Non innotuit tamen hæc oppinio ante tempora *Polydori Virgilii* nec aliunde, ipsomet fatente, quam ex vulgi fama. Scriptores Anglici, inquit, verecundè superstitiosi, forte timentes, ne imminutæ Majestatis Regiæ crimen subirent, si tale quid ut minus insigne prodidissent, maluerunt id tacitum relinquere. Et paulò post: Proindè origo vera *Garterii* Ordinis non erat prætereunda silentio, etiamsi profecta esset ab amore, quo nihil esse nobilius vult Ovidius, canens:

Nobilitas sub amore jacet.

Quocirca famam vulgi de istiusmodi instituti causa non vanam æstimaverim, *Lib. XIX. Histor. Angl.* Nova ergò hæc de Periscelide relatio, nec veterum fide, sed vulgi sermonibus innisa: Ac proindè non, abs re figmenti accusata ab *Autore Status Anglici P. I. C. XIX.* Ist gewiß / daß diese lächerliche Geschicht zum Schimpff des Ordens am ersten von dem Polydorus Virgilius erfunden / und nachgehends von andern fort gepflantzet worden. Ipsæque Virgilius suspectæ fidei communiter postulatur. Polydorus, ut homo Italus, & in rebus nostris hospes & (quod caput est) neque in Republ. versatus, nec magni alioqui vel judicii, vel ingenii pauca ex multis delibans, & falsa plerumq; pro veris amplexus Historiam nobis reliquit, cum cætera mendosam, tum exiliter sanè & jejunè conscriptam. Ita judicat de eo Doctissimus *Satilius præf. in Script Angl.* cui accedit *Vossius de Histor. Lit. L. III. p. 678.* Hinc Oweni jocus:

Virgilii duo sunt, alter Maro, tu Polydore
Alter, tu mendax, ille Poëta fuit.

Jesua Arndius Lex. Antiq. Eccles. p. 414.

§. 5.

Dignior Anglorum sententia est Eduardum III. post prælium in Gallia feliciter commissum, cui Periscelidem *à Garter* tesseræ loco dederat collegium hoc Periscelidis, seu *Garterii* instituisse. Sunt etiam, qui institutionem hanc multo antiquiorem faciunt, & ad Regem Richardum I. referunt, Eduardumque tantum reduxisse credunt, quam verò ignorare se dicit Camdenus, & si fidei adstruendæ antiqvum ejus institutionis exemplar è Fecialis cujusdam libro desumtum producat, cujus verba legantur in *Atrebatas Descr. Britan. p. 212. 213.*

§. 6.

Alter Ordo Anglorum est *Equitum Balnei, the Order of the Bath.* Autor fuit Henricus IV. Rex Angliæ; der diesen Orden Anno 1399. errichtet / zum hohen Andencken / wie er eben im Bade sich auffgehalten / als er auff unterthäniges Ersuchen eines Redlich und Auffrichtigkeit liebenden Ritters das Recht 2. Wittiben wiederfahren lassen: Wiewohl etliche *Scribenten* gefunden werden / so diesen Ritter-Orden / noch einer ältern Stifftung von spätern Jahren wiedmen. Ihr gemeines Ordens-Zeichens ist ein rothes Band / welches sie

einer

einer Escarpe gleich am Leibe tragen. Die solenne Ordens-Kleidung aber bestehet in einem langen Rock und Mantel/ von grüner Farbe/ auff welchen das Ordens-Zeichen/ in einem Ring gefaßt im blauen Felde sich præsentiret/ mit denen Beyworten:

Tria in unum.

Drey Cronen schönste Zier man nur kan sehen/
Wann sie verknüpfft in einem Ringe stehen!

Sie werden bey blühenden Friedens-Zeiten/ wann Königliche Vermählungen oder Krönungen/ wie auch die hohe Geburths-Feyer eines Printzen von Wallis celebriret wird/ geschlagen. Gleichwie nur die Chevalliers Bannerets

Wann *Mars* im Feld regieret/
Und seine Spiele rühret!

Im freyen Felde/ und im Anschauen der Armée, vermittelst eines Fähnleins creiret werden/ von welchen letztern man aber dieser Zeit keine oder nur wenige antrifft: Wie aber die solenne Inauguration dieser Ritter vom Bade vorgenommen wird/ ist etwas zu weitläufftig hier anzuführen/ vid. *D. Beeman. l.c. S. 5. p. 423. seq.*

§. 7.

Endlich sind noch übrig die Equites Aurati, oder Chevaliers Bacheliers/ deren nicht eine kleine Anzahl in Engelland anzutreffen/ und werden von Sr. Groß-Britannischen Majestät/ für deroselben kniende/ mit einem entblösten Degen/ auff die Schulter oder/ Rücken geschlagen; Wiewohl sie aber keinem von beyden vorigen Orden incorporiret sind/ auch kein ordentlich Ordens-Zeichen führen/ sondern fast mit denen in Teutschland/ bey Käyserl. Crönung creirten Rittern übereinkommen/ *Autor Relat. ex Parn. An. 1700. N. 92. 26. Novemb.*

§. 8.

Illustriores in Gallià Ordines sunt *S. Michaëlis*, & *S. Spiritus*, singulariter etiam *Ordines Regii* dicti. Equites S. Michaëlis instituit 1469. Ludovicus XI. S. Michaëlem enim ut Protectorem Regni sui coluit in bellis contra Anglos gestis, hunc etiam consilia sibi communicare Johanna Aurelianensis, tempore Caroli VII. sæpè allegaverat. Torques constat conchis per funiculos cohærentibus; Appensa est imago S. Michaëlis Satanam cœlo exturbantis, additumque elogium:

Immensi tremor Oceani.

Selectus rationem reddunt, quod cum Angli præ se ferant imperium maris, conchæ denotent spolia iis detracta. Sed nostro tempore pauci sunt, qui:

ſolo hoc ordine gaudent: Solet tamen ab *Equitibus S. Spiritus* ſuſcipi, pridie ejus diei, qua ordine Spiritus S. donantur: Quæ cauſa quoque, cur gemino torque ornati incedant, & generali nomine *Equites Ordinum Regiorum*, *Les Chevaliers des Ordres du Roy*, dici ament. Equeſtris *Ordo S. Spiritus* ab Henricó IV. fuit inſtitutus, & Titulus *Spiritus S.* ab eo ideò ſelectus, quod Feſtum Pentecoſtes ſibi inprimis fauſtum accidiſſe ſenſerit, quippe quo natus, Rex Poloniæ deinde, ac deinde Rex Galliæ redditus fuerit. Sunt qui commemorant Ludovicum, Regem Siciliæ, jam An. 1352. hunc *Ordinem S. Spiritus* inſtituiſſe, eundemque ab Henrico tantum renovatum fuiſſe. Torques aureus ex Liliis flammarum congerie circumdatis, intermixtis Literis H & gemina A initio conſtitit; Sed Henricus IV. figuras haſce exeruit, ſubſtitutis caſſidibus, aliisque victoriarum Trophæis. Crux torqui adhærens columbam præ ſe fert, tanquam ſignum Spiritus S. *D. Beeman l. c. §. 6. 7. p. 425. ſeq.* De Equitibus Elephanti in Dania vid. Tit. *Elephas.*

§. 2.

Dantur præterea & alii Ordines, ut Equites *Alcantaræ*, in regno Caſtellæ An. 1070. à Gomeſio Fernando, ſub regula Benedicti, adverſus Mauros inſtituti & tandem oppido Alcantaræ donati, *Annunciationis Mariæ* in Sabaudiâ, ab Amadeo VI. ſeculo XIV. poſt expugnatam Rhodum, cum Symbolo Sabaudico FERT i. e. Fortitudo Ejus Rhodum Tenuit. *Chriſti Æquites*, apud Luſitanos. *Compoſtellani*, ſeu *milites D. Jacobi de Spatâ*, in Hiſpaniâ Seculo XII exorti. *Hoſpitalarii* ſeu *Johannitæ*, qui Hieroſolymis pauperes ægrotos curarunt, donec à Saracenis circa annum 1299. ex Syriâ expulſi, *Rhodum* An. 1306. expugnarunt, & eâ iterum à Turcis An. 1522. occupata, *Melitam* inſulam defendendam ſuſciperent. Unde etiam *Rhodii milites* & *Melitenſes Domini* dicti ſunt, & adhuc ſtrenuam operam, in Turcis à ſua cervice depellendis, in Inſula Melitenſi navant. *Lunæ Equites* ſeculo XV. orti. *Mariæ milites, de redemptione captivorum dicti*, à rege Arragonum Jacobo, ſeculo *XIII.* inſtituti. *Menſæ orbicularis*, ſeu *tabulæ rotundæ Equites*, circa Anno 1390. Regi Arthuſio, ſeu Arto originem in Anglia debent. *Militiæ CHRISTI Equites* in Italia contra hæreticos à S. Dominico conſociati, dicti deinde, cum ſe totos, extinctis in Italiâ hæreticis, militiæ Spirituali dediſſent. *Fratres & ſorores de pœnitentiâ S. Dominici. Redemtoris JESU CHRISTI*, Mantuæ An. 1608. à Vincentio Gonzaga in nuptiis filii ſui Franciſci cum Margaretâ Sabauda inſtitutus cum Symbolo; *Domine probaſti. Sepulchri Dominici*, eodem tempore, quo Hoſpitalarii orti, tandemque Rhodiis agglutinati, cura Dominici ſepulchri Guardiano Franciſcanorum relicta. *Stellæ Equites* à Rege Galliarum An. 1351. conſtituti. *S. Stephani milites* à Coſmo Florentiæ Duce conſcripti contra incurſiones Maurorum & Turcarum in urbe Pi-

ſa-

sana, sub regula Benedicti; qui tamen non, ut ordo Hierosolymitanorum & aliorum, arcentur à conjugio, vid. *D. Joh. Micralius H. Ecclesiast. Lib. III. S. I. Q. XXXII. p. 614. seq. D. Joach. Hildebrand. de Religiosis, eorumque variis Ordinibus p. 641. seq.*

Indigni non creandi.

§. 1.

Probanda sanè Theophrasti sententia, qui nihil in Republica majus, aut magis appetendum esse ducit iis gloriæ stimulis, quibus animi acrius ad honesta virtutum studia incitantur. Qua in re nulli præstantiores artifices Romanis fuêre, qui coronis laureis, gramineis, quernis, & aliis levissimi quidem pretii rebus, sed tamen virtutis insignibus, tanquam gloriæ illecebris usi, rerum gestarum magnitudine populos omnes longè superarunt. Interim autem illud quoque curarunt, nè virtutis præmia cederent ignaviæ. Nam ut ostenderent, virtutem honores antecedere, non sequi oportere, templum *Honori* ac *Virtuti* dicatum pariete medio sic divisêrunt, ut nemini pateret ad templum Honoris aditus, nisi prius patefacta virtutis porta, *Liv. XXVII. 27.* (*Symmachus Lib. I. Ep. XX. ad Ausonium:* Benè ac sapienter majores nostri, Ædes *Virtuti* atque *Honori* gemellas junctim locarunt, commenti, ibi esse præmia honoris, ubi sunt merita virtutis). Sanè cum *dignus* & *indignus* simpliciter Ablativos adsciscunt, non modo virtutem proprio fraudatam præmio jacere necesse est: sed honores etiam ipsos vilescere denique ac sordescere. Placet id aliquibus exemplis, in Autorum lectione passim observatis, illustrare.

§. 2.

Cum *Flavius Libertinus*, teste *Livio Lib. IX. C. I. Val. Max. Lib. IX. Cap. III. ex. 3.* nullo suo merito à plebe creatus esset Ædilis Curulis, qui honos Patritiis tantum, aut nobilibus dari consuevit, utrique & patricii & nobiles aureos annulos projecerunt: quod eam dignitatem, cujus insigne erant annuli, crederent inquinatam. *Tiercellinus* antiqui moris in Gallia Eques, mordaci dicterio, indignabundus sæpius dicebat; Torquem conchiliatum, postquam indignis promiscue communicari cœpisset, non jam amplius esse virorum *fortium insigne*, sed *omnium bestiarum collare*, teste *Thuano Lib. XXIII. p. 469.* Sic *Bodinus Lib. V. de Republ. Cap. IV. p. 547.* scribit, Equestrem dignitatem, quæ olim non nisi paucissimis, iisque dignissimis tribuebatur, exoleviisse ex eo tempore, quo Carolus VI. in obsessione Biturgium quingentos & amplius equites momento creavit: & patriciam dignitatem, quæ initio non nisi Principibus & Imperatoribus fœderatis communicari solebat, sordescere & contemni cœpisse. Item in Gallia quondam legibus cautum fuisse, ne cingulum aureum gestaret, quæ pudicitiam prostituisset. Cum autem plerisque usu veniret, ut

proſtrata pudicitia de cingulis aureis gloriarentur, matronas probatæ virtutis aureo cingulo abſtinuiſſe; ut poſteà proverbio jactatum fuerit: Integram exiſtimationem aureo cingulo præſtare, *Matthias Berneggerus Obſervat. Miſcell. I. p. 2. ſeq.*

EQUITES

Imperator creare poteſt, Doctores non poteſt.

Sigismundus Imp. dum Concilio Baſilienſi præeſſet, habuit in Aula ſua Jureconſultum Georgium Fiſcellum (Fiſcellinum), quem paulo ante ad Ordinem Equeſtrem provexerat. Is cæteris, ut in Conſilio fit, in partes deliberandi gratia per ordinem diſcedentibus, dubitabat, an ad Doctores, an ad Equites transiret, & tandem ad Equites ſe contulit. Quod intuens Sigismundus: Ne tu, inquit, Georgi, nimis ridiculus es, qui militiam literis anteponis, cum ſcias ex idiotis me vel ſexcentos uno die equites creare poſſe: at ex eodem genere, ne unum quidem per totam vitam meam Doctorem, *Zwingerus Vol. VII. Lib. VI. p. 2024. b. Heidfeld. S. T. P. Cap. XXV. p. 564.*

EQUESTRIS

Honor jurisjurandi loco.

Vim jurisjurandi habet inter Hiſpanos, ſi nobilis per honorem equeſtrem aliquid promittat, *Rodericus Hiſt. Hiſp. ap: Joh. Wanckelium Not. in Guev. H. P. Lib. III. Cap. XXXI. p. 617.*

Fœminarum Ordo.

Et mulieres in Equeſtrem ordinem aſſumtæ. Primus & antiquiſſimus putatur ordo *Equitum ab Aſcia*, die Damen von der Axt nominatarum. Equitum Succinctarum, quas Galli *de la Cordeliere*, Germani: gegürtete Damen/ appellant. Ordo *Equitum mancipiorum*, ſive *Ancillarum Virtutis*, quæ Sclavinnen der Tugenden à Germanis dicuntur. Ordo Equitum Cruciferarum, Germ. Den Orden der vereinigten Creutzes-Verehrungen oder der Creutz-Trägerinnen dictarum. Vid. *M. Joh. Fridem.* Schneiders *Diſſ. Polit. Hiſt. de Ordine Fœminarum Equeſtri §. 13. ſeq.*

EQUITES

Tresmille barbarorum in fugam vertunt.

Cum Americani hominem equo inſidentem unum animal, ac inſuper ſævum ac carnivorum ſibi imaginati eſſent, viſo eo ita conſternabantur, ut tres equites pedites barbarorum mille in fugam verterent, & equites ſedecim aliquot mille funderent, nec aliter quam ovium greges interficerent, *Benzo Hiſt. Novi Orbis*

Li.

Lib. II. Cap. XII. Petrus Martyr ap. Camerarium Cent. II. Subcis. Cap. XCII. p. 353. L. Joh. Cyprian. Cont. in H. A. E. P. I. Cap. XII. N. VIII. p. 288.

EQUA

Centum Camelis permutata.

In Sinâ, Assyriaque equa generosior interdum centum camelis permutatur, *Busbeckius Legat. Turc. Epist. III. p. 171.*

Eqvum furto ablatum recuperat.

Ad Fridericum III. Imperatorem cum rusticus venisset, & indicasset, equorum alterum in caupona ex biga subtractum esse furto: Imperator reum indicari sibi jussit. Rusticus autem cum hoc nequiret: Miror, inquit Fridericus, cur etiam alterum eqvum non amiseris: multi enim sunt hodie in hac urbe equites, qui equis indigent. Tum agricola: Equa est altera, ò Cæsar, quæ belligerantibus nulli est usui. Tu ergò, ait Fridericus, equæ insidito, atque in omnes urbis vicos discurrito: subtractus eqvus in aliquo stabulo latitat, qui cum jugalem equam senserit, mox hinnitum dabit. Paruit homo, eoque pacto furtum compertum est: rusticus quod suum erat, recuperavit, & fur pœnas dedit, *Æneas Sylcius Lib. II. Comment. de Reb. Gest. Alphonsi ap. Zwinger. Vol. VII. Lib. IV. p. 1913. a.*

Generosa leonis victrix.

Recens est historia, quam recenset *Ludovicus Richeomus in Valedict. Anima coll. 12.* de equa generosa annis ac senio confecta, quæ commissa cum Leone in celebri Hispaniarum urbe Saragossa, accedentem ad se Leonem primo statim congressu, ad vocem compellantis se Heri & confirmantis, tàm valido excipit ictu, ut impactâ in frontem Leonis calce ferocis equæ, attonitus ille confestim angulum peteret, & hosti tam potenti saltem ad tempus cederet, *D. J. A. Weber. in Art. Convers. Reg. XII. Obs. III. p. 847.*

Equo masculo in cursu velocior.

Equas equis masculis in cursu prævalere, docet experientia. Emittunt enim (quod observasse se scribit *Patricius Lib. III. Tit. II. de Reg. Hist.*) inter currendum urinam, quam equi, nisi subsistant, detinent, & stranguriæ morbo exanimantur. Non ignoravit id Bajazeines Turcarum Imperator prælio illo, quod acerrimum gessit cum Tamire Tartaro, quem Tamerlanem nuncupant. Cum enim stragem suorum cerneret & fugam, protinus equam conscendit, & velocissimo cursu fugit; atque fugientem insecuti hostes nunquam in suam potestatem redegissent, nisi equa intoleranda siti existimulata, è proximo flu

mine bibisset, & de pernicitate suâ nonnihil remisisset. Felicius Dario Regi equæ ascensus obtigit. Nam profectus contra Alexandrum M. in Ciliciam, & prælio ingenti ab eo superatus, equæ insidens, periculo ereptus fuit, quod illa pulli recordaretur, quem domi reliquerat, & ad quem summâ pernicitate cum sessore properabat, *Web. l. c. Obs. V. p. 848.*

EQUÆ
Vento an concipiunt?

§. I.

Equas Lusitanas Favonio flante obversas concipere, gignereque deinde equos perniciissimos nunquam ultra triennium non viventes, (sicut ova gallinæ ventosa, seu sic dicta ὑπηνέμια non sunt fœcunda, i. e. apta excludendis pullis, *Fonz. H. A. C. XII. p. 125.*) non solum Poëtæ *Virgilius* & *Silius Italicus* cecinêre, quos licentia sua excusset, sed etiam Philosophi pro certo scripsêre, *Varro Lib. II. de Re Rust. C. I. Columella Lib. VI. C. XXVII. Plinius. Lib. VIII. Cap. XLII. L. XVI. C. XXV. L. IV. C. XXII. Solinus Cap. XXVI.* & alii, quibus falsò *Ælianus annumeratur Lib. IV. Hist. Animal. C. V.* Simile de Cappadociæ equis affert *August. Lib. XXI. de C. D. Cap. V.* procul dubio ex *Solini Cap. XLVII.* Licet verò *Trogus Pompejus*, homo Hispanus, eoque talium inprimis gnarus, *in Justini epitome Lib. XLIV. Cap. III.* fabulam illam jamdudum, prodiderit, natam ex equarum fœcunditate & gregum multitudine, qui tanti in Gallicià & Lusitaniâ, ac tam pernices visuntur, ut non immeritò vento ipso concepti videantur; nihilominus nimiam audaciam esse veriti fidem tot Auctoribus illis demere, supscripsere *Ludovicus Carrio Emendat. Lib. I. C. XVII. & Lib. II. Cap. IV. Florianus de Ocampo Hispan. Hist. Lib. I. Cap. IV. & XLIII. Rittersbusius ad Oppian. Lib. III. Cyneget.* Ipse *Nierembergius* Madritensis è Societate JEsu quanquam *Lib. VI. Hist. Nat. Cap. II.* inter fabulas recensuisset, alibi tamen *L. IX. C. LIII.* priscam illam immaritatam equarum fœcunditatem credit, quam hodie cessare fatetur. Ejus non leve vestigium se invenire existimat in *L. Andreæ Resendii*, gente Lusitani, *Antiquitatibus Lusitanicis Lib. I. de monte Tagro p. 55.* Is enim narrat, se inquirendæ rei gratia apud colonum agri Beneventani juxta Tagum divertisse, & cum ab illo quæreret, ecquid de hujuscemodi conceptu aut sciret ipse, aut ab aliis auditum accepisset, ab hospite suo responsum retulisse; Neque se, neque vicinos, qui equarias haberent, de eâ re unquam fuisse sollicitos; tantum ut equire fœminas animadverterent, admitti eas curare: se tamen, cum pulchram equam haberet, cuperetque benè vendibilem in proximas nundinas efficere, ante hinnitum in Insula, quæ in medio Tago est, so-

lam

lam incluſiſſe, ut abundantia pabuli ſaginaretur: poſt duos menſes reperiſſe gravidam, miratumque, eo quod illuc nunquam acceſſiſſet admiſſarius, eventum exſpectaſſe: ſeptem ferè jam menſes cum tuliſſet uterum, enixam, non quidem animal, ſed concreti ſangvinis informem materiam, abortumque ſe ſuſpicatum. Adjicit autem *Reſendius* de eâ equarum genitura ſibi aliud nihil conſtare. Aſt rectè *Franciſcus Fernandius de Cordova*, & ipſe Hiſpanus, *in Didaſcalia multiplici Cap. XLVIII. p. 382.* narrationem de equabus Hiſpanicis, vento concipientibus, eſſe commentitiam, & auctoritate, & ratione, & experientia docet. Auctoritate quidem *Ariſtotelis*, qui hominem & eqvum coitu duntaxat generari ait in *Problem. Sect. XI. (aliis X.) Problem. 64. p. m. 641.* cujus rei etiam rationem ex eodem annectit. Experientia verò, quoniam nullus unquam ſe id vidiſſe affirmavit, quin ipſe *Franciſcus de Cordova*, totum illum tractum Olyſſiponenſis urbis oculis perluſtrans, nihil unquam ſimile ab aliquo homine, quantumvis urbano, quantumvis ruſtico audivit. Illud autem, quod narravit *Reſendius*, (ſi modò vera ipſi retulit hoſpes) accidere potuiſſe ſuſpicatur nominatus de Cordova, vel equi alicujus admiſſione, qui parum obſervatus flumen tranarit, vel ſangvinis ipſius equæ pabuli copia ſaginatæ abundantia; partum enim illum fuiſſe, nec ipſum hoſpitem Reſendii certò aſſeruiſſe. Adde *Voſſ. Lib. III. de Idol. C. LIV. Wowerii, Polymath. Cap. XI. Schotti Phyſ. Curioſ. Lib. VII. Cap. VII. Art. I. n. 10.*

§. 2.

Lactantius igitur *Lib. IV. Inſtit. divin. Cap. XII.* ſcribens: Quod ſi animalia quædam vento, aut aurâ concipere ſolere, omnibus notum eſt; cur quisquam mirum putet cum Spiritu DEI, cui facile eſt, quicquid velit, gravatam eſſe virginem dicimus; ſine dubio tam ad equas Luſitanos, quam ad oſtreas, aliasque animantes, de quibus eadem fama eſt, reſpexit. Quæ, ſi omninò vana ſit, nihilominus argumento ad hominem validiſſimo contra gentes, quibus fœcunditas illa immaritata perſvaſa fuit, ſuum robur manet. Poſſes equis illis, è favonio vento concipere, atque partum edere evanidum creditis, aſſimiliare *jactabundos ac vanè glorioſos* homunciones, qui favonio blandientium gravidi, ſerium nihil pariunt, ſed ut tumidi utres ventos tantum inanium ſermonum, fabularum & mendaciorum evaporant, *L. Job. Cyprian. in H. A. P. I. Cap. XII. N. XXXII. p. 307. ſeq.* Oliſſiponem, Portugalliæ metropolin nomen hinc traxiſſe quidam putant. Præit non nihil ad hoc Erymon Ptolomæus, apud quem diviſim legitur ὄλι῾ ἱππῶν *Oliſipo* enim (ut ea dicitur in antiquis & probatæ fidei M. Terentii Varronis II. Rer. Ruſt. Plinii Antonini & Pomponii Melæ exemplaribus) meo quidem judicio, quaſi ὄλι῾ ἱππῶν, quo innuitur totum illum Hiſpaniæ tractum, ubique antiquis Luſitania, tanquam equorum quoddam fuiſſe ſtabulum

lum, ob incredibilem equarum iis in locis fœcunditatem, quæ tanta fuit, ut eas favonio flanti obversas certo tempore solitas concipere, fabulata fuerit Antiquitas, *P. Merula Cosmograph. Part. II. Cap. III. p. 33. seq. & Cap. XXVI. p. 199.* Philes idem de vulturibus, Aristoteles de perdicibus tradit *Frid. Taubman. in Virgil. Lib. III. Georg. p. 232. b.*

§. 3.

Posset quis exindè exsculpere & virginem sine virili semine concipere & prægnari posse. Sed benè respondet *Henr. Kornmannus de Virginum Statu & Jure Cap. XII. p. m. 47. seq.* Exceptâ solâ Mariâ, quæ virgo concepit, virgo peperit, virgoque post partum mansit, insolitum & inauditum, imò impossibile est illud. Duo enim ad illud opus requiruntur, agens unum mas videlicet, patiens alterum fœmina, &c. *Aristoteles* quidem *in Probl.* suis exemplum de quadam puellâ refert, refert, quæ virile semen in balneo emissum adhauserit, exeoque prægnans facta fuerit. Verum ab omnibus pro falso & figmento reputatur hoc, ut & illud quod de admirabili equorum alacritate apud *Vettones Hispaniæ populos* scribunt, quorum matres ad Zephyrum versæ, sine mare concipere dicuntur. Nam nisi utriusque seminis excretio simul fiat, ne concipi quidem potest, ac ne quidem si alterum paulò post. Nam ita prius vel effluit interea, aut commisceri cum priore non potest, si jam constiterit. Quid facilius deindè quam omnes impudicos concubitus, hoc modo palliare licebit, viduis, virginibus, matronis absentibus viris impunè facere, quod velint, modo aliquandò laverint. Ita *Kornmannus.*

§. 4.

Vixit in mundo agyrta quidem, *Theophrastus Paracelsus*, qui à DEO quatuor hominum genera condita professus est, præter homines Adami posteros: Terreos scil. Pygmæos & Gnomos: Aqueos, Nymphas & Undenas: Aëreos, Sylvas & Melusinas: Igneos, Vulcanos & Salamandros; adde, homines arte Chimicâ extra uterum muliebrem confectos. Sed qui talem mulum invenerit, qualem tuus depinxit penicillus, nullus adhuc in mundo fuit Anas, inquit *Danhaueri Ucis p. 7. Voët. Diss. Sel. P. I. p. 784.* Minervâ natum se credi volebat Domitianus. Tantam esse sub Æquatore soli fertilitatem, & temperiem aëris, ut sine patre & matre homines terrâ gigni possint, *Avicenna* existimavit, *Averroë teste*: atque sic ortum esse *Hajum ben Yockdan* finxit Eon Tophail. Avicennæ doctrinam secutus in Epistolâ, quam edidit *Pocockius.* Celebrem illum Anglorum vatem *Merlinum* sine virili congressu procreatum fabulantur, *D. D. Clasen. de Oraculis Gentilium Lib. III. Cap. XIV. p. 646. M. Joh. Val. Merbizius Diss. Phys. de Infantibus suppositiciis th. 3. §. 12. Wolff. L. M. T. I. C. XIII. p. 453. b.* Ex Rachele matre adhuc virgine se natum fuisse mendaciter

Si-

Simon Magus, ut DEum se esse mentiretur, jactabat, *L. Beyerlinck Th. M. Vit. Hum. T. II. Lib. III. p. 329.* Brachmanorum unum Butam apud Indos è latere suo Virgo dicebatur generasse. Nempe verisimile magis gentibus visum, si mas è virginis latere, quam virgo è latere maris nasceretur, *Gerard. Joh. Vossius de Philosophorum Sectis Cap. I. §. 20. p. 7.*

§. 5.

Sunt apud Turcas pueri, quos ἀπάτορας, & virginibus tantum prognatos vulgus credit: Animæ filii, *Neptosogli*, appellantur Turcico idiomate, & miranda facinora edere putantur, *Huetius Demonstr. Evang. Tom. II. Prop. IX. Cap. IX. §. 4. p. 693. 694. D. Danhauer in Ecclesiâ Mahammedicâ p. 45. Dieteric. Antiq. Biblic. p. 514. Missus Variarum Epularum Joh. Henr. Hagelgans Cap. IV. Alex Rossæus Tot. Orb. Relig. S. VI. p. 215.* Arabes putarunt animlia perfecta posse absque maris & fœminæ permixtione generari, ac sine semine produci: propterea dicebant, matrices non esse necessarias, nisi per accidens, *Corn. Agrippa de Vanit. Scient. Cap. LXXXII.* Quemadmodum & Judæorum quorundam opinio fuit, quod mulier innoxia post potum Zelotypiæ sine semine concipere potuerit, ap. *D. Andr. Acoluthum Philolog. de aquis Amaris Cap. III. p. 368.* Arnoldum Villanovam singulari artificio quibusdam in vase medicamentis hominis corpus efformasse, sunt qui affirmant; vero, an mendacio, disputare non est necesse, inquit *Lansius Orat. pro Hispan. p. 247.* Rabbini in *Libro Prosapiarum* dicunt, aliquam Virginem extitisse, quæ sine viri officio pepererit. Sicuti & Genebrardus scripsit Ambianis in Franciâ contigisse, ut Virgo pepererit sub Henrico II. Franciæ Rege, de quo *Cregutus Revelat. Arcanor. Cap. II. p. 103.*

§. 6.

Der bekante Petrus d' Apono, ein Italiäner / und des Pabsts Medicus, hat vor einigen 100. Jahren sich auch berühmet / als wann er gleichfals in seinen Recipienten / gar ein vollständiges Menschen-Kind (ohne den natürlichen Wege der Fortzeugung zu gebrauchen) könnte herfür bringen / Hamburg. wochentliche *Curiöser* Zeit-Vertreiber *Ann. 1700. N. XXII. p. 172. 173.* Und das Parlament zu Grenoble hat wohl ehe eine Schwängerung von bloſſer imagination, oder impression, bey einer Adelichen Frauen / als möglich decidiret / so aber nachmahln von der Sorbona zu Paris / als absurd. und das Einbildungs-Kind für einen Bastart erkläret worden / Vid. omninò *Erasm. Francisci* Schaubiene *P. II. Convers. VI. p. 1213. cit. & in Novellis Mundi Curiosi An. 1693. Mens. Sept. p. 4133. seq.* Natura semper præsupponit materiam, in quam agat, quæ hîc nulla est; Neque enim ullis imaginationis viribus semen virile produci potest. Molas tamen, sed non vitales, ita conceptas, certè

gestatas fuisse Medici agnoscunt: Imaginaria venere talem informem concretionem relinquente, æquè ac natura autumnali tempore tubera producit, imaginarium regnum vegetabile ita meditans, quia satis virium ad herbas producendas non amplius habet. Vid. pluribus *Paul. Zachias Q. Medico-Legal. Lib. I. Q. IV. n. 27. seq. ap. D. Beemann. in Lineis Doctrinæ Momlis Cap. II. §. 6. f. 21. 22.* Ego ne insulsissimis quidem rusticis id persuadere possim, nec etiam ausim, inquit *Majolus*; Nugæ sunt, quales interdum mulierculæ in patrocinium puerperarum, quæ ex adulterino concubitu concepe. runt, effingunt, ac credulis maritis alienos obtrudunt hæredes, *in Supplem. Dier. Canic. Coll. III. p. 293.* Tam vera hæc sunt, censente *Voëtio l. c. p. 788.* ac somnia nativitatis Antichristi, aut Melchisedechi, aut mentiti quorundam natales. *M. G. Lanus Diss. Philol. de Costa Adami S. II. Q. III. §. 2. 3.* Et Doctores Parisienses notavêre, quod Christiano homini, vel ob solam CHRISTI incarnationem ægrè hoc defendatur. *M. Joh. Phil. Treunerus in Somniis Vigilantium Sapientum §. 28. & omninò Voëtius l. c. seq.*

Albæ in pretio.

Die vigesimo octavo Augusti Tartarorum Rex à civitate Ciandu discedens, proficiscitur ad locum alium, diis suis solenne facturus sacrificium, à quibus speratsibi, uxoribus, filiis, & animalibus, quæ possidet, vitam & sanitatem concedi. Nam habet armenta magna equorum alborum, & equarum albarum, quæ putantur excedere numerum decem millium. In hac autem festivitate præparatur lac equinum in vasis decentibus, & Rex ipse manibus suis propriis diffundit hinc inde lac illud pro honore Deorum suorum, arbitrans, & à Magis suis sic edoctus, quod Dii lac bibant effusum, & solliciti sint conservatores omnium eorum, quæ possidet. Post sacrificium illud nefandum bibit Rex de lacte equarum albarum, nec ulli alteri licet illâ die bibere de lacte illo, nisi fuerit de progenie Regis, præter populum quendam regionis illius Horiach (Horiath) vocatum, qui hoc etiam gaudet privilegio propter victoriam quandam magnam, quam pro magno Cham Chinchis obtinuit. Hic igitur ritus die vigesimo octavo Augusti solenniter in perpetuum à Tartaris observatur. Hinc etiam fit, ut equi albi atque equæ in magno â populo illo habeantur honore *Marcus Paulus Venetus de Region. Orientl. Lib. I. Cap. LXV. p. 57. M. Andreas Weber Diss. Hist. de Tartaris §. 12.* Et quia color albus apud Tartaros in pretio, nonnunquam fieri solet, ut Regi in die Calendarum Februarii, qui initium est anni Tartarici, offerantur centum millia alborum equorum, *M. P. Venetus l. c. Lib. II. Cap. XV. p. m. 73.*

Lactan-

Lactantes ſtratagematibus adhibitæ.

Eſt quædam regio, quam *obſcuritatem* appellant, eò quod multo per annum tempore ibi ſol non appareat, & tunc nodum noctu ibi tenebræ ſint, verum & interdiu aër in modum crepuſculi caliginoſus ſit: cujus regionis homines pulchri ſunt, magni & corpulenti, ſed pallidi. Regem non habent, nec principem cui pareant, ſed in morem beſtiarum viventes, quodlibet faciunt, nec mores, nec civilitaem ullam curantes. Tartari verò qui illis hominibus ſunt confines, ſæpè regionem illam obſcuram ingredientes, rapiunt animalia eorum, & quicquid inveniunt, aliaque multa inferunt damna. Et quoniam propter ſubitò irruituram noctem periculum direptoribusimminet, ut illud evadant, hac utuntur cautela: Quando regionem ipſam, prædam abducturi, intrare diſponunt, accipiunt ſecum equas pullos habentes, illasque in ingreſſu regionis cuſtodibus committunt, ut illis expectent, donec ipſi cum præda revertantur, ut qvum illis noctu ſit regrediendum, equæ nocturni obſervatrices itineris rectà ad pullos ſuos contendant, omni vitato diſcrimine. Laxant enim noctu equabus habenas, illasquè liberè, quo ſuo inſtinctu feruntur, ire permittunt. Et hæ naturali ad filios tracti affectu ducunt ſeſſores ſuos ad priſtinum loçum, quem ipſi in tenebris minimè invenire potuiſſent, *P. Venetus l. c. Lib. III. Cap. XLIX. p. 166.*

Ante EQUAS

Conceptus tempore poſiti equi pulchri

Vid. Apparat. Bibl. Tom. II. in Tit. *Jacobus Labanem gregum parte maximâ ſpolians §. 9. p. 708.*

EQVUS

Albus.

Color eqvorum albus eſt vel intenſus & candidus, ut cygneus, niveus, gantz Schnee-weiß / quales equos Hiſpani Blanquillos, Itali Armelinos vocant, vel remiſſus, ut canus ſeu griſeus, cujus varia diſcrimina Germani exprimunt vocabulis, weiß-grau, Schimmel/ Schwartz-Schimmel/ Roth-Schimmel/ Apffel-grau / oder Spiegel-Schimmel ꝛc. Albi autem equi non ita validi atque robuſti, ſicut cæteri, pulcherrimi tamen, inprimis nivei vel cygnei, ideoque ad pompam magis, quam bellum & duros labores adhibiti. Unde legimus apud Poëtas, Hiſtoricosque, Deos & triumphantes equis albis vectos. Apocal. VI, 2. Cap. XIX: 14. CHRISTUS & Sancti equis albis inſident, in ſignum tum victoriæ ab hoſtibus reportatæ: tum puritatis. Apud Pruſſos, adhuc gentiles, non licebat uſibus familiaribus adhibere eqvos albos, utpote diis ſacros. *Petrus de Dusburg Part. III. Chron. Pruſſ. Cap. VI. ap. Hartknoch. P. I. Veteris & Novæ Pruſſiæ Cap. IX. p. 158.* Pontifici Romano Rex Hiſpaniæ Vaſallus, ratione

regni Neapolitani, quotannis invigiliâ S. Petri nobilem album eqvum Astureonem, cum decem millibus coronatis offerre per legatum tenetur, *Sprenger Roma Nova Lib. V. Cap. IX. p. 349. Della Valle Part. IV. Itiner. p. 229. b.* Galli colorem album etiam in equis pro regio habent: nec cuiquam ante hac permissum albo equo in urbem ingredi. Quamobrem cum Carolus V. Imp. Lutetiam Parisiorum ingrederetur, & Franciscus alias ipsum variis honorum argumentis prosecutus fuisset, atro tamen equo ad ingressum donavit, solo interim Francisco equo albo incedente, *D. Beeman. Hist. Orb. Terr. P. II. Cap. III. n. 18. p. 549.* Meliores tamen & robustiores equi albi putantur, quo magis à candore remittunt, *D. Cyprian. in Trunz. An. Hist. P. I. Cap. XII. p. 313.*

Animal hominis instar.

Damir, Scriptor Arabs; Eqvus animal est instar hominis, quia in eo reperitur honor, & nobilitas animæ, & eminentia studii i. e. magnanimitas & ambitio. Item: Etiam è natura equi est fastus & superbia, & exultatio in seipso. Eqvus vocatur *chail* propter factum, quem in incessu præ se fert, *Sam. Bochartus Hieroz. P. I. Lib. II. Cap. VIII. p. 130. 131.*

Apostolorum imago.

§. 2.

Franzius *in Hist. Animal. p. 130.* scribit: Quod attinet ad imagines, quæ ab equorum natura sumuntur, infinitæ possunt recensèri; Valde autem jucunda est ea, quæ extat ap. Zachariam, Cap. 1, 8. seq. de CHRISTO & Apostolis, ac de ministris verbi, qui sunt successores Apostolorum. Cum quibus Prophetæ verbis videntur congruere illa, quæ sunt apud Prophetam Habacuc, Cap. III, 9. *ubi Apostoli comparantur cum equis*, in quorum medio est Filius DEI, qui equitat super eos per totum mundum, ad æternam salutem totius mundi. Possunt autem multa esse capita collationis, sed paucissima dabimus (cætera vid. ap. *Franz. l. c.*) *Quemadmodum* equi coguntur portare merces & viros in varias terras; *Ita* Apostoli exportarunt vocem & concionem Evangelii in orbem terrarum, Psalm. XIX. 5. Rom. X, 18. *Quemadmodum* equi non excurrunt Sponte in aliquam terram, sed in quam ipsos dirigit eorum Dominus; *Ita* Apostoli non sua sponte excurrebant in varias orbis partes, sed ad mandatum Domini, Act. XIII, 3. 4. Cap. XIV, 26. Cap. XVIII, 5. seq. *Quemadmodum* equi semper coguntur currere, & populi, quibus afferunt merces, domi quiescunt: *Ita* Apostoli pluribus erant expositi periculis, quam ipsi Auditores, ut cumprimis in historia Pauli patet &c. *M. Bauman. in Anal. Typ. p. 56.*

§. 2.

§. 2.

Accommodationem piam Franzii ad Christum, Apostolos atque ministros verbi concisius verbis *Balduini in Comment. ad l. c.* damus: Vir ille apparens Prophetæ est Filius DEI, promissus ille mundi Messias, hunc misit DEUS, & etiamnum mittere solet in subsidium laborantis Ecclesiæ. Insidet is *equo rufo*, h. e. paratus est ad vindicandam injuriam Ecclesiæ suæ illatam. Stat *inter myrtos* in convalli, h. e. in exiguo cœtu piorum, qui tum post captivitatem supererat, quippè juxta dictum CHRISTI, Luc. XII. pusillus grex manebit usque ad finem mundi. Subsequuntur *alii equi*, h. e. Ecclesiæ Doctores, CHRISTUM Archi-Ducem fortiter sequentes: nonnulli *equis rufis*, h. e. vitam pro CHRISTI gloria & confessione veritatis fundere parati: alii *varicoloribus*, h. e. variis suis donis Ecclesiæ servientes, & pro salute ejus decertantes: alii denique *albis*, h. e. certitudinem fidei, doctrinamque veritatis integritate vitæ & candore morum cohonestantes, quales sunt omnes illi, qui Evangelio Christi dignè ambulant, *D. Cypran. in H. A. F. Part. I. Cap. XII. p. 320.* Quomodò Ecclesia comparetur Equitatui in curribus Pharaonis, Cant. I, 9. vid. *ibid. ap. eund. p. 325. seq.*

Belli signum.

§. 1.

Equi præsagiunt pugnam, inquit *Plinius N. H. Lib. VIII. Cap. XLII. p. m. 144.* Et Virgilio teste Equus belli hieroglyphicum, ita enim canit *Æneid. Lib. III, 540.*

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.

Hinc *Lucret. Lib. II.*

—— —— equorum duellica proles.

Ita *Æn. I. Virgil.* ostensurus bellicosam futuram Carthaginem, caput equi in ejus urbis fundamento effossum tradit, *Taubman. Comment. in Virg. p. 538. Thesaurus Inscript. p. 115.* Idem hoc intellexisse Ægyptios didicimus ex Plutarcho; *Horum* quippe post obitum apparuisse *Osiridi*, quem multarum rerum usum edocuerit, præcipueque quod animal bello utilius esset sciscitanti, Equum ei negotio maximè commodum, responderit. Cumque Osiris leonem præstare arbitraretur, respondisse Horum: Posse quidem eum auxilio esse, verum ubi semel fugam arripuisset irrevocabilem abire: cum alioqui bellatori necesse esset nonnunquam cedere, nonnunquam ex inclinata jam acie rursum hostes aggredi, proque loco & tempore fortunæ sese imperiis, accommodare, idcircoque Equum omnibus his officiis omniò magis officiosum esse. Unde *Xenophon. 3. de Græcorum reditu:* Una, ait, Equites re præstant, quod in fuga certius

tius est illis subsidium, *Aristoteles in Ethicis* virtutem in Equo eam præcipuè laudat, qua sit ad currendum portandumque hominem idoneus, & ad invadendum expectandumque hostem minimè formidolosus, *Galenus de Partibus*; Prævalidum, ait, animal esse, & generosum cum ἰσχυρὸν dicit, μήτε ἄθυμον, Hinc illud ap. *Maronem Georg. Lib. III.*

— — Generosus pullus in arvis.

Joh. Pier. Valerian. Hieroglyph. Lib. IV. Cap. I. p. m. 44.

§. 2.

Equi igitur effigiem insignis prætulisse Romanos arbitror, quod per hujusmodi animantis speciem, cum bello interfit, plurimumque valeat, Martis commoditatem designare voluerint: tum, quia præsagit hoc animal pugnam, & gloriæ atque victoriæ cupidum est: tum quia armatos vehit: tum, quia velox nonnunquam est, ut Martem decet, ac impetu ac furore maximè plenum. Marti autem sacrum inprimis esse Eqvum, ex eo constat, quod Decembr. Idibus illi Eqvus, qui à dexterâ victor fuisset, immolabatur. Dextera enim masculina censeri, alibi traditur, & mares animos Marti passim videmus attributos. Unde apud *Horatium:*

Tyriæ usque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

Decet enim eos, qui Marti se consecrarunt, masculum & virilem animum gerere, neque muliebriter quicquam meditari aut facere, *Salm. in Panc. P. I. T. LIII. f. 278.* Die Sineser sagen: wann keine Pferde wären/ so wäre auch kein Krieg; wann keine Gedult wäre/ so wäre auch keine Welt! Quid? quod non ultimum belli semen equi sunt? Tolle eqvos, peregrinos terris incursus, partemq; maximam bellicæ cladis abstuleris, *Franciscus Petrarcha de Remed. Utr. Fort. P. I. Dial. XXXI. p. 104.*

Ad bovis claudicantis præsepe collocandus.

De vocatione gentium extat in *Talmud. Tract. Sanhedrin C. Helec* parabola, fore, ut eqvus ad bovis claudicantis præsepe collocetur, quam *R. Jacob*, & *R. Selomoh* exponentes, DEUM, ajunt, Judæis legem deserentibus Ethnicos substituturum, nec verò etiamsi Judæi postea ad meliorem frugem redeant, Ethnicos idcircò abacturum, aut repulsurum, *Dieteric. Antiq. Bibl. p. 575. Petrus Dan. Huetius Demonstr. Evang. Tom. II. Prop. IX. C. CLVIII. §. 1. 2. p. 1026.* ubi gentium adoptionem & Judæorum rejectionem typis ex V. T. adumbrat, *R. Ame in Jalcut supra Psalmos* observat; DEUS benedictus, ait, Legem in deserto, non in terrâ sanctâ dedit; nam si hoc fecisset, potuissent Israëlitæ dicere gentibus mundi, nullam iis partem in Lege esse. At quando lex dabatur in deserto, loco omnibus

bus communi, ostendebatur, omnibus per eam salvos fieri licere, *R. Alen. ben Ismël Conciliat. in Exod. Q. XXVII. §. 3. p. 135. & in Levit. Q. VII. p. 192.*

Julii Cæsaris nullum alium sessorem præter Dominum tulit.

Vid. *Plin. N. H. Lib. VIII. Cap. XLII. p. 143.* & Tit. Bucephalus, ubi plura in hanc rem exempla.

Caligulæ Consul Romanus.

Æthiopum gens canem habuit Regem; Persæ aliquando Gallum; Cajus Caligula unum eqvorum suorum *incitatum* nomine, Romanum Consulem declaravit; Oltenus I. Svecorum Rex canem Soër nomine, Regem Norwegis præfecit, *L. Joh. Schmid, Diss. Hist. Mor. de Honore Brutis non competente §. XI.* Caligula ließ seinem Incitato einen Stall von Marmor / und einen Barn von Helffenbein bereiten/ Seine Decke war von Purpur / und um den Halß trug es ein Band von lauter Edelgestein: Ja er ließ ihm ein Hauß einräumen/ hielte ihm Diener und Gesinde / ließ auch allerley Haußrath dahin schaffen/ damit diejenigen/ so in solches Pferdes Nahmen eingeladen würden/ desto bequemer und besser möchten empfangen werden. Suetonius und Tacitus Lib. VII. Annal. Cap. III. schreiben/ dieser Käyser Caligula habe mit einem Schwur beschlossen/ solches Pferd gar zum Römischen Bürgemeister zu machen. Xiphilinus setzet aus Dione hinzu/ er habe solches zu Gaste geladen / und ihme Gersten und Wein in güldenen Geschirren vorsetzen lassen/ ja es zu einen Gehülffen in seiner Priesterlichen Würde auffgenommen. Käyser Verus liesse seines Pferdes Volucris Bildniß von Gold machen / daß er stetigs bey sich truge; An statt der Gersten schüttete er ihm Rosin und Mandeln in den Barn / und ließ es/ als es vertrecket/ im Vatican begraben / *Julius Capitolinus ap. Weber. in Discurs. Curiosis Disc. XVII. Observat. III. p. 266.*

Celerrimus.

Multa invenias apud rerum Scriptores super Eqvorum pernicitate. Alanis à Probo Imperatore devictis, Eqvus in præda repertus est, qui, ut captivi testabantur, centum ad diem passuum millia decurreret, perque octo vel decem dies, vigore minimè fracto, perduraret, *Pierius Val. l. c. Cap. III. p. 45. Wolffius L. M. Cent. XV. p. 860. b.* Cumque hic eqvus ipsi Probo Imp. destinaretur, recusasse fertur, testatus, perniciissimum eqvum fugaciissimum decere militem, ap. *Zwinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1439. a.* De Equis & Equitibus Magni Cham celerrimis, agit *M. P. Venetus de Region. Orient. Lib. II. Cap. XXIII. p. m. 82.* Die Irrländer sind so geschwind zu Pferde / daß sie einem Pfeil entweichen können/ *Seb. Münsterus Cosmograph. Lib. II. Cap. VIII. p. 47.* Ferunt A. C. 1271. Johannem

nem Teutonicum, Canonicum Halberſtadienſem, magicarum artium adeò peritum fuiſſe, ut eqvo ſuo avectus ternas Miſſas in Vigiliis Nativitatis CHRISTI celebrarit, primam Halberſtadii, ſecundam Moguntiæ, tertiam Coloniæ, *Wolff. Cent. XIII. p. 445. 446.* Krzeſomyſlius, Hertzog in Böhmen/ ſprach Anno 847. einem/ Nahmens Horymirz das Leben ab/ weil er die Bergwercke beſchädiget hatte: Derſelbe bath nur ſo viel/ daß er ſich vor ſeinem Ende noch einmahl auf ſein Pferd/ *Schemick* genannt/ auff dem Schloß-Platze tummeln dürffte: Als er nun ſolche Gnad erhielt/ ſprach er zum Pferde: Nun wolan/ *Schemick*, huy in die Höhe/! das Roß gab zur Antwort: Herr/ halte dich an/ und ſprang damit nicht nur über die Mauern des Schloſſes/ ſondern gar über die Moldau hinüber/ *Hübner. Hiſt. Pol. Tom. IV. Lib. I. p. 20.*

Cornutus.

Eqvum cornutum in regionibus noſtris, ævoque noſtro nullum vidimus: olim tamen, & alibi viſus fuit. In Arteſia (ut refert *Lipſius*) non procul Litterio, Toparcha erat, qui ſtudiosè eqvitium alebat, ſolebatque per jocum dicere, tum demum ad bellum ſacrum ſe iturum (ea tunc militia vigebat) ſi ſibi naſcerentur Equi cornuti. Tranſivit in eventum jocus, fuitque natus Toparchæ Eqvus grandi formâ, cornibus eminentibus, celeritate & viribus ſupra vulgus inſignis. Saltus etiamnum oſtenditur, pedum circiter LX. & columellæ defixæ ſunt, quas Carolus Dux Crojus & Arſchotanus, nunc ejus loci Dominus, memoriæ poſteritatisque causâ renovari juſſit, *VVeber. Art. Diſcur. Font. XXVIII. Ex. V. p. 233.*

Frenatus.

Vulgatiſſimum illud eſt argumentum, hominem feroci, invictoque animo, imperio tamen & rationi obſequentem, hiroglyphice per frenatum eqvum ſignificari. Hinc *Panætius ap. Cic.* Africanum ſolitum ait dicere: ut eqvos propter crebras contentiones prœliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſoleant, ut his facilioribus uti poſſint: ſic homines ſecundis rebus effrenatos, ſibi præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere. Animal nimirum ferox atq; magnanimum, quod leges tamen ſubit, nec frenum depulit ore, ut ait *Horatius*, de Eqvo, qui hominis opem imploravit, ſeque frenari ſit paſſus. Et *Maro Lib. III. Æn.*

Sed tamen iidem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & frena jugo concordia ferre.

In hujusmodi ſententiam eſt Scipionis dictum non incelebre. Qvum Romani contra Antiochum jam in Aſiam trajeciſſent, isque Legatos demum de pace miſiſſet ad Scipionem, reſpondit is: Id prius factum oportuit, *non poſtquam & frenum*

num & ſeſſorem accepiſſet. In divinis literis, ubi Eliſæus montem auxiliaribus equitibus plenum per adapertos pueri oculos conſpexit, quosque vates Abacuc Domini Eqvos & Equitatus nominat; animas intelligit *Adamantius*, quæ frenum diſciplinæ ſanctioris accipiunt, jugumque ſvavitatis, quæ ab ipſo Domino proficiſcitur, portant, ejusque Spiritu regi patiuntur: *Beatasque* illas appellat, *quæ dorſum curvavêre ſuum:* ut dorſo verbum DEI ſeſſorem accipiant, cujus frena patiantur, & quoquoverſum ille impulerit iter arripiant: ejusque denique habenis moderati, non ex libidine ſua, ſed tanti ſeſſoris arbitrio flectantur curſu ineant, & conſiſtant. *Eucherius* ſane inveniri ait in Divinis literis, Eqvum pro viro ſanctitate prædito poni, eoque ſpectare Abacuntis illud alibi Cap. III. dictum: Qui aſcendis ſuper equos tuos. Sanè Græci Palladi nomen ab Equo domito inditum tradunt, & Pindarum legas frenum Corinthi ab eâ inventum, & Pelopi dono datum, & in Ilii capturâ *in-ſtar montis Eqvum* Græci Palladi dedicarunt. Hoc verò ſignificat ferocitatem omnem doctrinâ molliri atque cicurari, quod ita luculenter Horatius expreſſit:

Nemo adeò ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.

J. P. Valer. l. c. Cap. VIII. p. 47. Pſalm. XXXII, 9. per *frena* intelliguntur dura compeſcendi media, quibus inviti peccatores ad ſaniorem perducuntur mentem, ut ſunt adverſitates omnis generis acerbæ indeclinabiles, hominem totum arctè ſtringentes &c. *B. Geierus in h. l. p. 542.*

Ergebt der Klugheit ſtrengen Zucht
Das Zungen Pferd/ das immer ſucht
Zu folgen dem verderbten Triebe.
Lenckt dieſes wie die Wahrheit will/
Und wann es ſteht zum guten ſtill/
So ſpornets mit Furcht und Liebe!

P. Abrah. à S. Clara im Etwas für Alle *Cap. XVIII. p. 167.*

Hiſpaniarum Regis.

Eqvum, cui Rex ſemel inſedit, nunquam poſthac alii equitandum permitti obſervat *Autor des Voyages d' Eſpagne Cap. XX.* Ideò Philippus IV. cum Dux de Medinâ de las Torres ipſi ſolenniter eqvum offerret, eum accipere recuſavit, cauſatus animali injuriam fieri, quippè quod toti mundo poſt hac inutile futurum eſſet, *D. Beeman. H. O. T. P. II. Cap. I. §. 17. p. 468.*

Indomitus.

§. 1.

Cum Bucephalum Philonicus Theſſalus ad Philippum duxiſſet tredecim (vel ut Plin. ſedecim) talentis venalem, deſcenderunt ad eqvum probandum in campum. Videbatur autem moroſus, & perquam tractatu difficilis, neque quenquam admittebat in ſedem, nec vocem ferebat, ullius Philippi comitum, verum in omnes inſurgebat. Igitur ubi pertæſus Philippus abduci juſſit, quaſi omninò ferum & indomitum, aſſiſtens Alexander filius ait: Quem eqvum perdunt iſti, qui propter imperitiam & mollitiem eum tractare neſciunt? Id primum tacitus Philippus tulit. At crebrius cum obloqueretur & angeretur: Culpas tu, inquit, majores natu, quaſi peritior ſis, aut tractare eqvum noveris rectius? Ego hercle, inſit, precium equi dependam, Alexander. Hic riſus conſecutus eſt: inde ſponſio inter eos de pecunia. Mox accurrit ad eqvum Alexander, correptisque habenis convertit eum adverſus ſolem. Adverterat nimirum, quod incurrentem & agitatam ante oculos umbram cernens percelleretur. Tum molliter eum ad prorſum incitavit ac permulſit: quem ubi ferocientem vidit & exultantem, abjecta leniter chlamyde inſiliit in eum, & nullo negotio conſcendit. Frenum autem placidè habenis capiens, ſine verberibus, vel calcaribus impetum ejus repreſſit. Ut ferocia lenita eqvum currere geſtientem vidit, admiſit jam eum, vocemque ferociorem ac pedum pulſum adhibuit. Hic Philippi comitatum ſollicitudo primum ac ſilentium inceſſit. Ut flexit & ritè convertit eqvum glorians, ovansque, cæteri omnes applauſere. Patri verò manaſſe etiam aliqvantulum gaudio lachrymas, ferunt, ac poſtquam deſiliit ex eqvo, caput ejus oſculatus: Qvære, inquit, fili par tibi regnum, ſiquidem non capit te Macedonia. *Plutarchus in Alexandro.*

§. 2.

Michaël Theophili F. eqvum habebat pulcherrimum, ſed qui ſeſſores deturbaret crebrò, & freno eſſet inobediens. Excandeſcebat Rex, nullum ſe habere, qvi eqvum frenare & conſcendere poſſet, ac illum domare. Tum Theophilizes Imperatoris affinis, ſervum ſe Macedonem habere, BASILIUM nomine, dixit, qui eqvum facilè domaret. Vocatus igitur Baſilius, frenum equi arripiens, paululum equo poppyſmis blandiens, molliter armos ejus de more palpans, mox leniter aſcendens, molli primum inceſſu ire ſinit: de hinc paulatim aſſveſcens, eum celerus ire adegit, ac tandem in curſum impulit, & ultro citroque, quo voluit, in gyrum rotavit, ut ad omnia eſſet obedientiſſimus. Rex delectatus juvene, hunc apud ſe retinuit, & curatoribus equorum præpoſuit,

ac

ac Protoſtratoris dignitate ornavit. Neque diu poſt, Eudociam Inceris concubinæ ſuæ filiam ei matrimo conjunxit, & Cæſarem fecit, *Cuſpinianus ex Zonarâ ap. Zwinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1439. b.*

Inſigne Wittekindi, Saxoniæ Regis.

Antiquiſſimum inſignium uſum fuiſſe in Columbâ Veterum Babyloniorum, Equo Darii Hyſtaſpis, Dracone primorum Regum Chinenſium, Anchorâ Seleuci claret: A primâ enim rerum origine hominum ingenia operam dedere, ut virtutis, dignitatis, fortunæ aut ſimilium rerum ſuarum aliquod ſignum aliis oſtenderent, idque ut figuris ejusmodi exprimeretur, communi conſenſu receptum fuit: Ideò Leones, Urſos, Eqvos, Aquilas aſſumſere, utpote Animalia non obſcuræ virtutis ſeminium referentia, teſtaturi quippè, ſibi non minus virtutem ejusmodi defore. Sic Draco, quod apud Chinenſes pro maximæ felicitatis omine haberetur, à Regibus eorum inſignis loco aſſumptus fuit, Vid. *Martin. Martin. Hiſt. Sin. Lib. I. p. 22.* Eqvum generoſitas commendat, & Witekindus Saxo, infracti animi Princeps, inſigne ejus conſtanter circumtulit, unde & Oſtphalorum ac Weſtphalorum nomen enatum Eqvus enim tunc phale dicebatur, *Hamelman Chron. Oldenb. P. I. Cap. I.* Eundem à Dario Hyſtaſpis uſurpatum Scholiaſtes Thucydidis notat, cum Equi & Equiſonis fide ad Regnum perveniſſet, Babylonii Columbam geſſere, quod famoſiſſimam Semiramidem ſuam in columbam mutatam crederent, eademque figurâ ipſam colerent: Quo intuitu & interpretes aliqui vocem יוֹנָה *Jonah* ita explicant, Jerem. XXV, 38. Facta eſt Terra eorum indeſolationem מִפְּנֵי חֲרוֹן הַיּוֹנָה *à facie iræ Columbæ.* Et Cap. XLVI, 16. ſurge, & revertamur ad populum noſtrum, & ad terram nativitatis noſtræ מִפְּנֵי חֶרֶב הַיּוֹנָה *à facie gladii Columbæ*, h. e. Exercitus magni Nebucadnezaris cujus Symbolum in vexillis fuerit Columba *V. Voſſ. Theol. Gentil. Lib. I. Cap. XXIII.* Seleucidis Anchora erat, utpote cujus characterem, tanquam Familiæ ſuæ proprium, in femore ferebant. Godofredus Bullioneus Tribus Ardeis uno jaculo transfixis delectatus fuit, cum elogio: *Dederit ne viam Caſusve Deusve!* Cauſa, quod totidem aliquando uno ictu confeciſſet, *D. J. C. Beeman. Notit. Dignit. Illuſtr. Diſſ. VI. Cap. III. §. 1. p. 176.*

Lugubris.

Eqvum lugubrem, das Trauer-Pferd/ in Nobilium Magnatumque funeribus & olim fuiſſe adhibitum, probat *D. Joh. Frid. Meyer. Ecloga Theol. de Pœnitentia Beſtiarum Niniviticâ Cap. II. §. 8. p. 17.* Meminit jam ſuo tempore hujus conſuetudinis *Chryſoſtomus Hom. III. ad popul.* Sicut divite aliquo mortuo non ſervos ſolos & ancillas, ſed & equos domeſtici ſacco veſtientes, & agaſonibus

tradentes ad sepulchrum sequi jubent, calamitatis magnitudinem ostentantes &c. Admetus propter uxoris obitum cervicis jubam equis secavit, *Euripid. in Alcest. Mayer l. c.*

Lutheranus factus.

Ein Papist sagte zu dem andern/ sein Pferd wäre Lutherisch worden/ dieser fragte/ wie das? Resp. Es ruffte nach den Habermann/ i. e. es möchte wohl einen Mann haben/ der ihm den Haber gebe/ *Joh. Leonhard Weidnerus, Apophr. p. 395.*

Niger.

§. 1.

Equi nigri judicantur tardi ac pigri, indociles, iracundi, infidi, ad exultandum ferociter proclives (werden leicht kollericht); Quo plus à nigrore recedunt, ut murini vel lucidi, eo minus æstimantur. Nigri presi contra nonnullo sunt pretio, quamvis debiles plerumque visu. Hispani eos magnifaciunt. Hungari amant dicere: *Nihil adversi accidisse generoso Equiti in equo nigro.* Itali habent proverbium: Cavall morello, o tutto buono, o tutto fello, i. e. *Equus morus vel niger, aut totus bonus, aut totus malus.* Æthiopes & Mauri eo colore valdè delectantur, & ut majorem hostibus incutiant formidinem, concoloribus sibi equis in bello utuntur. Apparatum ipsorum describit *Silius Italicus Lib. VII.* Hinc *Elmacinus Historiæ Saracenicæ Lib. I. Cap. XVII.* narrat, Cyriacum Nubiæ seu Habessinorum Regem, Christianis in Ægypto Christi nomine gravia perpessis, contra Saracenos opem laturum, duxisse exercitum centum mille equitum nigrorum, centum millibus equis nigris insidentium. Gentiles, sicut jovem superum candidis equis, sic inferum, Plutonem atris vehi fingebant, *L. Cyprian. in H. A. F. P. 1. Cap. XII. p. 314.* Apocal. VI, 2. seq. Eqvus albus est figura Evangelii, rufus belli, niger famis, pallidus mortis, *Martin. in h. v.* Conf. Thren. IV, 4. 7. 8.

§. 2.

Zach. VI, 2. 6. Apoc. VI, 5. 12. notant principaliter regnum Medorum & Persarum, quod graviter adflixerat Judæos, quodque in Chaldæis insignem stragem ediderat: sed & hi *equi nigri* minus principaliter (ut & in Apocalypsi primariò) notant falsos Prædicatores & Doctores 1) quia tenebras amant errorum, 2) in tenebris ambulant vitiorum, 3) in tenebras summas homines detrudunt, Matth. XXIII. faciunt filios gehennæ. 4) tenebrosas doctrinas proponunt, *D. Boisac. Moral. ap. M. Baumann. Anal. Typ. p. 1093.*

Rufus.

Rufi cholerici sunt, sed & molles; labores non diu perferunt. Præstant

in

in hoc genere in fuſcum rutili, die Schweiß-Füchſe/ quos Hiſpani in proverbio dicunt prius mortuos, quam fatigatos. Turcæ vicinæque iis gentes arte rufos reddunt, ad terrorem hoſtibus ſangvineo colore faciendum, *Cypr. l. c.*

Sejanus Dominis ſuis fataliter infelix.

§. 3.

Eqvus Sejanus dictus eſt à quodam Sejo Equi Domino. Fuit is magnitudine inuſitatâ, aliisque equorum laudibus præſtantiſsimus, adeò, ut ex eorum genere equorum crederetur, quos Hercules occiſo Diomede Argos perduxit. Sed eo fato is eqvus fuit, ut quisquis poſſideret eum, is cum omni familiâ interiret. Primus enim hujus Equi Dominus Cneus Sejus à Marco Antonio Triumviro miſerando affectus fuit ſupplicio. Hunc deindè emit ingenti pecuniâ Cornelius Dolabella, qui & ipſe à Caſſio victus, in prælio occubuit. Ab hoc ad Caſſium victorem equus pervenit, qui ab Antonio victus, violentas ſibi manus intulit. Nec multo poſt Antonius Victor, qui eqvum hunc abſtulerat, ab Auguſto victus, ſimili mortis genere periit. Hinc ortum eſt proverbium, ut homines calamitoſi eqvum Sejanum habere dicerentur, *D. J. A. Weber. Art. Converſ. Reg. XII. Obſ. II. p. 846. Sim. Majolus Dier. Can. Coll. VII. p. 287. Franciſci* Ehre der verblichenen alten Heyden *&c. Converſ. IV. p. 2. ſeq.* Eadem ſententia eſt illius quoque veteris proverbii, quod ita dictum accepimus: *Aurum Toloſanum.* Nam cum oppidum Toloſanum in terra Gallia Q. Cæpio Conſul diripuiſſet, multumque auri in ejus oppidi templis fuiſſet: quisquis ex eâ direptione aurum attigit, miſero cruciabilique exitu periit. Hunc eqvum C. Baſſus vidiſſe ſe Argis refert, haud credibili pulchritudine, vigoreque & colore exuberantiſsimo. Et hæc quidem *Gellius*: quibus ſimilia apud alios auctores legere eſt.

§. 2.

Athenis quidem domum fuiſſe, in quâ nati omnes à mente inopes; itemq; aliam, in quâ nati omnes ſtupidi fuerint, *Laërtius* auctor eſt: eoque utramque domum ex Senatus conſulto non deſertam modo, ſed & deſtructam fuiſſe. Similiter teſtatur *Herodianus*, Romæ in campo Martio ædes fuiſſe, quarum Domini omnes ſubitaneâ morte extincti ſint: eamque ob cauſam Imperatoris Aureliani juſſu eas non modò funditus everſas, ſed & omnem earum materiam flammis abſumtam. Solon Ægyptiis vetaſſe dicitur, ne defunctorum res aliis divenderentur, ſed inter cognatos diſtribuerentur: addens, æqvum eſſe, ut unà cum rebus defuncti fortuna hæredes ſequatur. Neronis & Caligulæ, non hominum, ſed monſtrorum, ſuppellectilem atque utenſilia nemo bonorum vel attingere ſuſtinebat, adeò ut etiam pretioſiſſima, quibus illi uſi fuerant, in cloacas abjecta, &

tanquam luce indigna, defossa sint. Et hæc quidem exempla non eum quidem in finem hoc loco à me adducuntur, ut superstitiosis ejusmodi persuasionibus fidem habeas, sed ut intelligas, esse in hoc mundo qvum alias res, tum homines etiam tam infelicis conditionis, ut velut contagione quadam etiam aliis noceant, & infelicitatem suam afficent, *Guevara Epist. ad Johannem de Palamos p. 45.*

Timidi Hieroglyphicum.

Hominem timidum & scrupulosum, in virtutis assequendæ decursu assiduo turbatum & inquietum, eqvus militaris repræsentat, qui ad obvias quasque umbras exterritus refugit, trepidatque cum lemmate:

EXTERRITUS UMBRIS.

Es erschrickt und fliehet/
Wann es nur den Schatten siehet!

De iis, qui rebus qvibusvis inanibus sese terreri patiuntur, pronuncies Psalm. XIV, 5. *trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Ne verò ob timoris hujus umbras, à directo legis divinæ tramite unquam abripiare, consilium suggerit *Augustinus in Psalm. LXIII.* Eum timere debet homo, à quo factus est homo. Quod supra homines est time, & homines te non terrebunt, *Picinell. M. S. T. I. p. 379.*

Turcicus

Eqvus ubi ungulam impresserit, ibi nec folia, nec gramina proveniunt, *Lansius pro Polonia p. 661. Valent. Henr. Voglerus Physiolog. Passionis Jesu Christi Cap. XI. p. 60.* Quod Christianos propius experiri DEUS benigne prohibeat, *C. S. M. D. Notis in Curtii Lib. III. Cap. X. p. 86.* Nam Christianorum hostes sunt infensissimi, & jurati, ac quacunque insistunt, aut ingrediuntur, longè lateque omnia depopulantur, tanquam eluvies homines, pecudesque abripiunt, domos incendunt, agros vastant, & nihil incorruptum aut inviolatum relinqvunt, & in tristem, morteque ipsâ acerbiorem servitutem abducunt, *D. Christ. Matthia Theat. Hist. Th. Pr. p. 1101.*

Vetulus.

Tam vetus nullus eqvus, quin Majo hinnitum edat, proverbium sonat; Utut aliquo modo fervor generosus remittat, tamen non per omnia mutatur, undè rectè dictum est à *Sophocle in Electrâ:* Generosus eqvus licet consenuerit, tamen nunquam abjicit animum in periculis, sed stat erectis auribus, *Franz. H. A. C. XII. p. 123.* Quid virtutem jactare, & naturam negare prodest? Quis eqvus adeò elumbis & mutilus, qui visis eqvabus non semel atque iterum adhinniat? Quis senex adeò effœtus, quis juvenis adeò castus, qui visis puellis non semel atque iterum suspiret? In rebus voluntariis virtute præstare aliqvem posse non ne-

go:

go: In naturalibus verò ſuam quisque imbecillitatem fateatur oportet. Ingni ſi ligna ſubtrahas, ardere deſinet. Adventante æſtate, hyemis deſinet aſperitas. Ubi in mari malacia (& tranquillitas) extiterit, fluctus intumeſcere deſinent. Ubi Sol occiderit, terras non amplius coluſtrabit. Hæc eò pertinent, ut tum demum carnem ab exhibenda nobis moleſtia ceſſaturam appareat, cum in tumulo compoſitam videbimus. De carne naſcimur, in carne vivimus, in carne morimur. Undè citius vitam bonam, quam carnem malam finem habituram efficitur. Sæpè cibi optimi in fœtidis corrumpuntur clibanis; & vina optima ingratum de impuris contrahunt ſaporem doliis; hoc eſt, quantumvis puræ & heroicæ ſint vitæ noſtræ actiones ſemper tamen imbecillæ pedoremcarnis reſipiunt; Ita *M. Aurelius ad Fauſtinam uxorem & Lucillam filiam ap. Guev. Hor. Princip. Lib. II. Cap. XI. p. 278.*

§. 2.

Sed quid ad hæc Paulus; Gal. V, 24. 1. Cor. IX, 27. Epheſ. IV, 22 **Der lüſtige Mench iſt wie ein unflätig Kleid/ darum muß mans außziehen; Er iſt ein giffiger Wurm/ den man tödten/ ein Vieh/ das man ſchlachten/ opffern und verbrennen; ein Ubelthäter/ den man creutzigen muß/** *Müller* **Lieb. Ruß/** *P. I. Cap. XVII. p. 524.* **wir müſſen bald im Anfang die böſen Lüſte unterdrücken (daß ſie nicht zu Kräfften kommen) denn die zarten Zweiglein laſſen ſich brechen/ die glimmenden Füncklein laſſen ſich tilgen/ die jungen Kinder laſſen ſich bald beſchwichtigen/ die kleinen Füchſe mag man leicht fangen; geſchicht nun dem Fleiſch im Anfang bald Widerſtand/ ſo kan es ſeine Luſt nicht völlig büſſen/ wird gleich ſein Wille nicht gäntzlich gedämpffet/ ſo leydet er doch einen groſſen Abbruch/** Rom. VII, 23. XII, 1. **Müller. Gräb. der Heil.** *p. 525. ap. D. J. Chriſtoph.* **Gerſtäcker im Vorrath von ſchönen Gleichniſſen** *p. 320. 327.*

Sub utrâque.

Capitaneus iſte Pragenſis vel ſuo exemplo comprobavit, quod nulla fides, pietasque viris, qui caſtra ſeqvuntur; In perſecutione Huſſitarum benedictum Calicem manibus Sacerdotis, in Templo adminiſtrantis ereptum caballo ſuo propinavit, adjectâ hac verborum impiiſſimâ contumeliâ: jam etiam caballus meus eſt ſub utraque, *D. Joh. Frid. Mayerus de Communione Regis Gallia ſub utrâque §. 1. p. 5. 6.*

EQUI

Milites potius, quam æqui ac miſerorum habent rationem, *M. Paul. Chriſt. Hilſcher/ de Exercitu Furioſo,* **oder wütenden Heer** *S. 28.* **Als Käyſer Hen-**

Henricus VII. ein gewisses Schloß in Italien lobte / entstund die Frage unter den Hoffleuten / ob der Käyser solches dem Besitzer nehmen könnte / wenn er wollte? Einer sagte nein / weil der Käyser nur Lehn-Herr darüber wäre; Der andre sagte: Ja / weil dem Käyser alles frey stünde. Weil nun der Schmarutzer von dem Käyser mit einem Pferde beschencket wurde / so ward der Verß gemachet:

Dixerat hic æqvum, sed tulit alter eqvum.

Clariss. Hübnerus Hist. Pol. P. I. Lib. V. p. 917. 918.

EQVUM

In Collem adigunt Reges Hungariæ.

Est hoc in Regno Hungariæ peculiare, quod eqvum in collem adigant, & aërem quater verberent. Ita *Contin. Thuani de Coron. Ferdinand. II. ad A. 1618. L. XI.* Conscensis Eqvis recta montem artificiosum petiverunt, in quo Regiones & Provinciæ à Turca occupatæ repræsentabantur: In hunc montem Rex rapido eqvi cursu vectus ascendit, & stricto S. Uladislai Ense quatuor angulos & mediam partem istius montis percussit, quasi Turcam iis ditionibus, quas in Hungaria possidet, exueret. Conf. *eund. de Coron. Matthiæ L. I. ad A. 1608.* Et *Bracbel. de Coron. Ferdinandi III.* Novus Rex regio adhuc ornatu insignis extra oppidum in clivum qvendam eqvum adigit, ubi educto gladio, ut illi genti mos est, quatuor ictibus versus quatuor mundi regiones arenam diverberans suæ Majestatis speciem dedit. *Hist. L. II. ad A. 1625.* Cui simile est veterum Ægypti Sultanorum istud, quod eductis ad Byrtham emporium juxta Euphratem copiis solenni pompâ Eqvum ad potandas profluentis aquas spectante exercitu in amnem adigerent. Quâ Ceremonia Imperii latitudinem & armorum vim ostendere volebant, qui citra Taurum usque ad Arabiæ solitudines Euphratis undis dominarentur. *Juv. Lib. XXXIII. Histor. ap. D. Beeman. in Not. Dignit. Illustr. Diss. V. Cap. II. §. 7. p. 139.*

Virga præstantem frenumque facit.

Ut genio est varius, varios sic servit in usus,
Fortis hic, ille celer, bellicus alter eqvus.
In pretio est, cui pes gracilis, præcordia lata,
Auris acris, cervix vivida, molle labrum:
Jam lentus graditur, jam sese curvat in arcum,
Fertque eqvitem, saltu subsiliente, suum.
Nunc etiam celerem, cursu decircinat orbem,
Nunc super intactam, tollitur altus humum.

Cur

Cur virgam fugitis juvenes, frenumque timetis?
Cum tot ab his artes ipse docetur eqvus.

* * * * *

Durch den Zügel durch die Ruth/
Wird es dienstlich keck und gut!
Das Pferd ist mancher Art/ und hat auch manche Gaben/
Ist freudig/ keck und schnell/ gelernig zu den Streit.
Wann dessen Schenckel dünn/ die Brust breit und erhaben/
Das Ohr unruhig/ klein/ die Büge starck und breit/
Der Kopff fein dürr und lang/ die Augen braun und licht/
Das ist ein geistigs Roß/ das Helden Augen sticht.
Bald geht es einen Paß/ bald machts gelencke Volchen/
Bald trägts den Reuter fort in gleichen Glied und Trop;
Bald rennt es nach den Ring/ wanns einen Preiß gegolten/
Bald kömmt ein Springer Streich/ bald macht es den Galop.
Warum schreckt/ Jugend dich/ der Zügel und die Ruth/
Da beydes/ auff der Schul der Pferde/ Wunder thut.

P. A. de S. Clara im Huy und Pfuy der Welt *in b. v.*

EQUI

Carè emti.

In Persiâ magni sunt equi & pulchri, ut etiam quandoque unus veneat pro ducentis libris Turonensibus, *Marc. Paul. Venetus de Region. Oriental. Lib. I. C p. XIX. p. 17.* A. 1673. wurden zu Trave zwo Meilen von Lübeck 11. köstliche Pferde eingeschifft/ und Ihro Königl. Maj. von Schweden von dem Könige in Franckreich zum Præsent zugesand; Eins darunter so ein Türckisches war/ hat wegen seiner raritât tausend Pistoletten Einkauffs gekostet/ und wurden selbe mit allem/ womit sie gezieret/ auf hundert tausend Reichsthaler æstimiret/ eins aber sturbe unterwegens/ *E. G. Happel.* Kern-Chronic. *ad ann. cit. mens. jul. p. 33.*

Carnibus coctis pasti.

In regno Var, quod est in Indiâ majori, non producuntur equi, sed Rex Var (Vaar), aliique quatuor Reges provinciæ Maabar, annuatim ingentem vim pecuniæ expendunt pro equis; nam emunt singulis annis circiter decem millia equorum, qui ex regionibus Curmos, Chisi, Durfar, Ser & Eden à negotiatoribus adducuntur, unde maximum habent emolumentum. Emuntur autem singulis annis alii & alii equi, quia equi in eâ regione diu vivere non possunt,

sunt, nec custodes eorum sciunt, qualiter illis ægrotantibus mederi debeant. Et si quandò equæ apud eos pariant, habet fœtus aut retortos pedes, aut alium defectum, ut ad equitandum idoneus esse non possit. Non crescit ullum bladum in hac provincia præter risum: unde eqvis conveniens pabulum dari non potest, nisi quod carnes coctæ cum riso illis edendæ proponuntur, *M. P. Venetus l. c. Lib. III. Cap. XXVI. p. 146.* Arabes equos suos non fœno alunt, sed Camelino lacte bis in die. Dulcinde Persiæ provincia litoralis est, quæ suis equis siccatos pisces in cibum dat, *Scaliger. de Subtil. Ex. CCVI. Cap. V. p. 663.*

Caudis truncati.

Germanis equitibus, qui maximilianum I. Rom. Imp. in Italiam, contra Florentinos pro Pisanis euntem sequebantur, decora erant arma, singulis commensurata artibus, ac interciſis ad elegantiam sagulis emicantia: ab hastarum cuspidibus, quod erat probatæ virtutis argumentum, vulpinæ caudæ dependebant. Equis verò eorum omnibus, caudæ penitus abscissæ. Italis quidem ridendo, sed veteri probatoque Germanorum & Belgarum more, quod ob id equi certa contractioris alimenti ratione pingviores, & spinæ robore fortiores evadere existimantur; quicquid enim cedebat in prolongationem caudæ, illud posteà vertitur in usum virium corporis, *Jovius Lib. IV. Hist. ap. Zwing. Vol. VII. Lib. III. p. 1810. b.* Incolæ in provinciâ *Camjam* solent equis auferre de osse caudæ nodos vel tres, ne eqvus currens sessorem caudâ feriat, & ne caudam nunc huc, nunc illuc flectere possit, nam turpe hoc judicant, *P. Venetus Lib. II. Cap. XL. p. 98.* Falsissimum est, equos privatos suis naturalibus flabellis & ornamentis fieri robustiores, *Franz. H. A. C. XII. p. 129.*

Diomedis.

Diomedem Thracem *Diodorus & Poëtæ* tradunt: Equos habuisse feritate notabiles, quos carnibus humanis pascere solebat. Erant equorum præsepia ænea, ferreis ipsi catenis vinciebantur: caro hospitalis erat pro pabulo; Hos Hercules ex Thraciâ Argos perduxit, occiso Diomede, quem suo ipsius exemplo equis mandendum apposuit: non secus atque Phalaris Siculis tyrannus Perillum tauro suo æneo inclusit. Perillus enim ut Phalaridis crudelitatem aleret, æneum fecerat taurum, in quo pariter sontibus atque insontibus impositis, igneque supposito, ex clamore & sonitu vocis, mugitus pecudis, non hominis gemitus esse appareret. Itaque vel ab iniquissimo atque injustissimo tyranno extorsit hic Perilli non hominis, sed bruti sævior animus justiorem sævitiam. Etenim Phalaris inventorem ipsum & artificem cruciatum experiri jussit, ut est apud *Plinium Lib. XXXIV. Cap. VIII.*

nec

—— —— nec enim Lex justior ulla est
Quam necis artificem fraude perire suâ.

Hinc Diomedis illos Equos Apulejus *ferinos* appellat *Lib. VII. Metamorphoseos p. m. 200.* ubi ita scribit: Sic apud historiam de Rege Thracio legeram, qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos, devorandosque, porrigebat. Adeò præpotens ille tyrannus, parcus hordei fuit, ut edacium jumentorum famem corporum humanorum largitione sedaret. Atque ex eo equorum genere famigeratum illum Eqvum Sejanum progenitum fuisse, anteà meminimus, Vid. *Salm. l. c. p. 225.*

Dóciles.

Equis etiam docilitatem esse, & ipsa rerum magistra docet experientia, & probatissimorum Autorum monumentis est proditum. Dio certè scripsit, Parthos Trajano Imp. Eqvum, inter cætera munera adduxisse, ita edoctum, ut Regem adoraret. Nam pedes anteriores in morem supplicantis flexit caputque pedibus ejus, qui proximus esset, subjecit, *Salm. in Panc. P. I. T. XLVIII. p. 224. b.* Eqvum pusillum, deformem circumducebat Agypta quidam, cujus jussu, atque etiam solo interdum nutu ille omnia faceret. Ambulare, succussim properare, currere, saltare, vel quadrupes, vel bibes. Vinum bibere vidimus, in clunibus sedentem, anteriores pedes ad pateram ferre. Pelvim, sive malluvium cruribus sustinere, quasi à tonsore lavaretur, qualem pictum videmus asinum cucullatum: Humo sese sternere, projectum atque etiam porrectum jacere. Ciliorum compressione annuere. Caput ad heri nutum attollere, in terga vertere, supinus ostendere, quo corporis situ mulier ineuntem admittat virum *Scaliger l. c. Ex. CCIX. p. 669.*

Edentes non tolerati.

Albicus medicus, Sbinconi Archiepiscopo Pragensi à Wenceslao ignavo Rege & imp. suffectus, propter avaritiam pharmacopolis potius, quam Pontificibus adnumerandus, clavem penoris & cellæ vinariæ penes se gestabat semper, nec alium, quam anum abstemiam, intromittebat: domi quasi caponam & macellum instituerat, vina meraciora, pisces, aves, ferinam aliis vendens & cum familiâ sordida & pauca panem atrum cum secundana cerevisiâ rodens. Palam prædicabat, *se multo patientius ferre stridorem ferre posse, quam equorum per noctem dentibus hordeum confringentium strepitum.* Proinde non minus à suis, quam ab adversariis Husitis contemnebatur. Cum invalescentibus Husitis cerneret Sacerdotes suos templis expelli, metuens, ne jacturam faceret Pontificatus, quem à Rege emerat, Conrado Vestvallo subcamerario regio illum vendidit, *Dubravius Lib. XXIII. ap. Zwing. Vol. V. Lib. II. p. 1239.*

S. Georgii Festo jejunantes.

Eines Armeniers zu Zulpha in Persien wohnend / Namens Teron Aberglaube war so groß / daß er an des heil. Georgii Fest / auch sein Pferd mit sich fasten liesse / und dasselbe diese gantze Woche über gar selten fütterte und tränckete / *Tavernier Oriental.* Reisebeschr. *Lib. IV. Cap. X. p. 194. b.*

Hispaniæ optimi.

Equos alunt Hispaniæ optimos : Cæteris Betica plures : Asturia fortiores, *Asturcones* inde nominatos. De quibus sic *Plinius Lib. VIII. Cap. XLII.* In eadem Hispaniâ Callaica gens & Asturica, equini generis, quos Thieldones vocamus, minori forma, appellatos Asturcones gignunt; quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio : unde eqvus tolutim carpere incursus traditur arte. *Martialis* :

Hinc brevis ad numerum rapidosque colligit ungues,
Venit ab armiferis gentibus Astur eqvus.

Silius Italicus Lib. III. de Bello Pœnico :

His parvus sonipes, ne Marti notus; at idem
Aut inconcesso glomerat vestigia dorso,
Aut molli pacata celer trahit esseda collo.

Rectè! Commodissimam enim præbet sessori vectationem. Omnis abest succussatio. Hinc *ἰυδεγμῶ*, *Pollux teste*, Græcè vocatur. In vetere quodam Glossario *Asturco*, Eqvus exponitur *ambulatorius*, *gradarius* aliis dicitur. *Tolutarium* item appellant Latini, à pedibus tolutim (quam vocem ex variis scriptoribus explicat *Nonius*) i. e. volubiliter & molliter glomerandis, *P. Merula Cosmograph. P. II. Lib. II. Cap. III. p. 33.* Cappadocia & equorum altrix est, hinc Dionysio Afro Cappadoces sunt *δαήμονες ἱπποσυνάων*, gute Reuter / *Joh. Buno Introd. in Cluv. Geogr. Lib. V. Cap. XVII. p. 567.*

Incestum non ferunt.

Memorabile est, quod *Jabannes Lopez Hispanus* à fide digno homine audivisse se refert, qui suis id viderit oculis, quod generosissimus Eqvus propter incestum cum matre suâ commissum, ad quem committendum arte & ungventis pellectus fuerat, cognito crimine, morsu sibi ipsi genitalia, magnâ cum admiratione adstantium, absciderit, *Salm. l. c. p. 225.* Ferunt etiam Regi Scythorum fuisse equam egregiam, ex quâ mares generosi omnes gignerentur : quorum unum, qui præstantior haberetur, cum ut ex matre procrearet, placeret, admissum omnino recusasse : opertam deinde latuisse matrem, ut imprudens supervenire; verum ubi à concubitu faciem matris detectam agnoverat, fu-

gam

gam properasse, atque seipsum actum præcipitem interemisse, *Aristot. Hist. An. Lib. IX. Cap. XLVII. p. m. 474.* Curitaque reverentiam illam naturalem assensione sua comprobant, habent, quæ inter alia commentarii loco adscribant, tum illis *Seneca in Hippolyto v. 910.*

Feræ quoque ipsæ Veneris evitant nefas,
Generisque leges inscius servat pudor;

Tum *Justiniani Novellæ XII. Cap. I. de Incestu & nefariis nuptiis*, ubi ad fœditatem & turpitudinem illicitorum & contrariorum naturæ congressuum monstrandam, plurima etiam irrationabilia animalia eos amovere dicuntur; *D. Cyprian. in H. A. F. p. 310.*

Indis quam maximè formidabiles.

Benzo *in Hist. Novi Orbis Lib. II. C. VIII.* scribit, Indos illos occidentales, ferocissimum illud animal vehementius formidare, quam omnia Hispanorum arma, neq; illud occultum habere, imò palam dicere, non Christianorum virtute, non armis, tormentis, hastis, gladiis aut balistis se victos & subactos esse, sed eqvorum ferociâ & furore perterritos. Idque adeò experientiam ipsam, & præsentem rerum effectum docere. Quæcunque enim loca pedestres adiêre Hispani, quo equi penetrare non potuerunt, in iis semper ab Indis victi sunt. Imò adeò formidabiles ipsis fuerunt, ut & molossi, cum videlicet metuant, ne ab illis vorentur (vid. *Addita in Tom. IV. Appam. Bibl. in Tit. Hispanorum Sævitia in Indos*); ut mille eorum pedites à tribus equitibus in fugam vertantur, *Camerar. Hor. Subcis. Cent. I. Cap. XXIII. p. 123.* In Americâ werden keine Pferde gefunden/ dahero sie einsten von einem Indianer unter diejenigen drey Dinge/ die er am höchsten achtete/ gerechnet wurden/ die andern zwey Dinge wären ein frisches Ey/ und ein angezündetes Licht. Nichts hat denen Americanern grössern Schrecken verursachet als die Pferde/ dahero sie auch gar nahe 100. Jahr lang sich nie unterstehen wollen/ selbige zu besteigen/ *Petrus du Val. Geograph. Univers. Tom. I. p. 28.* Cum primum Equites Hispanos observassent, cataphractos maximè, sessores equites cum equis confundentes, pro uno eodemque animali habuerunt. Vid. *Quatuor Equites Apocalyptici ad Apocal. Cap. VI. v. 2. seq. Georg. Casp. Kirchmaieri Cap. I. §. 12. p. 15.*

Pretiosi.

Im Jahr 1637. heyrathete der König in Pohlen die Oesterreichische Princeßin/ Ferdinandi III. Schwester/ Fräulein Cæcilia Renata genant. Des Bräutigams Edelleute Pferde hatten im Einritt zu Wien an statt der Bäume nicht allein güldene Ketten/ sondern auch güldene Arm-Bände um die Füsse. Jedes Pferd an sich ward auff 200. Ducaten geschätzet/ da denn mancher

cher Reuter und Pferd mit dem Schmuck auff 20000. Rthl. zu stehen kam/ Gottfried Schultz Hist. *Chron. p. 457.*

Solis. 2. Reg. XXIII, 11.

Solis equos & currus Rhodii, Spartani, Massagetæ habuerunt, Armenii & Persæ, qui soli currus & equos consecrarunt atque immolarunt, *Vossius Lib. II. de Idol. Cap. IX. Bochart. Hieroz. Lib. II. Cap. X. p. 175. seq.* Quibus idololatris, pudendum dictu, annumerandi Judææ Reges, quos legimus 2. Reg. XXIII, 11. currus, & equos vivos (non sculptas aureas vel argenteas, vel æneas solis quadrigâ vecti statuas, ut plerique recentiores existimant) dedisse, i. e. consecrasse, ac aluisse in statione inter templi fores, & domum Nathan Melechi in Parvarim (qui locus forte est Parbar ad occasum templi, 1. Paral. XXVII, 18.) soli mactandos. Rabbini Salomo, Kimchi, Levi sentiunt, mane cum pompâ deductos fuisse versus Orientem Solem. Id quod solenne erat incolis Haulam vel Zeilam, teste *Benjamine in itinerario*, & Indis Occidentalibus, credentibus occumbentem Solem haud unquam exoriturum, nisi curribus instructis sub diluculum ei obviam processissent. Vid. *Petr. Martyris Hist. India Occident. Cap. VIII. p. 7. & Cap. LVI. p. 42.* Eqvos eosdem Josias cessare fecit i. e. abstulit, destruxit, & currus Solis igne combussit. Origo superstitionis refertur ad antecessores Josiæ, Manassen 2. Reg. XXI, 3. & Amonem, ibid. v. 21. Primam occasionem turpissimæ idololatriæ petit *Chrysostomus Tom. I. Hom. III. de Eliâ*, ex historiâ ejus Prophetæ, ad cujus igneo curru, cui ignei equi juncti erant, vecti exemplum, Poëtæ ac Pictores ἥλιον sive solem effigiaverint, qui curru, atque equis fulgentibus ipse rutilans, radiansque è fluctibus Oceani sublevatus, inter præruptos montium scopulos evadens, quasi ad cœlestia videtur adscendere in similitudinem luminis ejus. Confirmat eam conjecturam *Bonifacius Hist. Ludior. Lib. XVII. Cap. VII. p. 697.* ex eo, quod nullus Poëta vel fabulator hac de re quicquam scripsit, antequam Elias in cœlum raperetur, *D. Cyprian. l. c. p. 304.*

Solitarii.

Equi solitarii equitum possunt ingredi semitâ purâ. qua homines viatores utuntur, sed juncti magnis curribus coguntur relinquere semitam, & per lutum, sordes, aquas trahere onera: Ita crede mihi benè qui latuit, benè vixit in mediocri officio pagano, at qui amant altiora Academica officia, omnes sentinas purgare coguntur, *D. Wolffg. Franzius Hist. Animal. Sacr. Cap. XII. p. 133.*

Subnervati, Jos. XI, 9.

Mandatum legitur ibid. v. 6. executio v. 9. Id observans David, bello captos currus i. e. curruum tractores eqvos enervavit, exceptis centum, quos ad usus necessarios sibi selegerat, 2. Sam. VIII, 4. 1. Paral. XVIII, 4. In Ebræo est עקר

akar,

akar, quod verbum cum significet evellere, eradicare, extirpare, Eccles. III, 2. Dan. VII, 8. Sophon. II, 4. quid ad eqvos translatum indicet locis citatis, dissensus est inter Interpretes. Verosimilior est expositio LXX. Interpretum νευροκοπεῖν & Vulgati *subnervare* i. e. nervis crurum glodio, aliove instrumento præfectis, eqvos inutiles planè efficere & destruere. Sic boves etiam subnervatos fuisse colligitur ex Gen. XLIX, 6. quos scilicet abigere non poterant aut nolebant deprædantes urbem Sichem, Cap. XXXIV, 25. 28. vid. *Bochart. col. 178. Majum P. II. p. 398. Cyprian. l. c. p. 323.*

Sybaritici saltantes.

§. 1.

Sybaritas eò deliciarum venisse legimus, ut eqvos in convivia introducerent, ita institutos, ut audito tibiæ cantu, statim se tollerent erectos, & pedibus ipsis prioribus vice manuum gestus quosdam Chironomiæ, motusque ederent ad numerum saltatorios. Accidit autem, ut tibicen ibi quispiam contumelia affectus transfugeret ad Crotoniatas hostes, paulò ante prælio superatos à Sybaritis, & quod è Republ. foret eorum, polliceretur (si fidem modò haberent) sua opera Sybaritarum cunctorum equites in ipsorum venturos potestatem. Creditares, & belli Dux creatus à Crotoniatis tibicen, convocat omnes, quotquot ejusdem forent in urbe artificii, modulamentumque iis indicat, atque ubi visum tempestivum procedere in hostem jubet. Sed enim Sybaritæ fastu præturgidi, quod Equitatu superabant, eunt contra, prælumque conserunt. Hic autem repente dato signo tibicines universi conspirant. Ecce igitur confestim modulamine agnito, cantuque illo vernaculo, tollunt eriguntque sese in pedes equi Sybaritæ, sessoribus excussis, & quod tripudium domi didicerant, etiam in acie exhibent. Ita capti omnes Equites, sed humi jacentes: omnes equi, sed tripudiantes. *Plin. Lib. VIII. Cap. XLII. p. 144.* Conf. *Suidas* in proverbio μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες ἀμέτρως μάζαν ἔδοντες, *mensura aquam bibentes, sine mensura placentas edentes*, quod oraculum Sybaritarum reliquiis datum, & in proverbium abiit, *p. m. 588.*

§. 2.

Eadem refert de Cardianis *Charon Lampsacenus Lib. II. de finibus ac limitibus*, his verbis: Adversus Cardiam Bisaltæ eductis copiis victores fuerunt. Bisaltarum Dux erat Onaris. Adolescentem illum venalem Cardianus quidam emit, cui cum serviisset, tonsoriam artem didicit. Cardianis oraculum datum fuerat, olim futurum Bisaltæ ut eos invaderent. Sermo in tonstrinâ sedentibus de illo bello frequens, quem cum subausultasset Onaris, in patriam aufugit è Cardiâ, & Bisaltis persuasit, ut bello adorirentur Cardianos. Imperator ipse dele-

delectus est à popularibus. Equos porrò Cardiani docuerant in conviviis ad tibiam sic saltare, ut in posteriores erecti pedes, ac stantes, prioribus, modorum intelligentia, ad saltationem uterentur; Hoc Onaris cum sciret, è Cardia nactus est tibicinam, quæ ad Bilsatas accedens inflare tibias multos docuit, cum quibus aduersus Cardiam expeditione suscepta, ubi ventum ad manus est, jussit exercitus Dux numeros illos cani, quos didicerant equi Cardianorum. Sono percepto equi statim in pedes se posteriores sublevarunt, ad saltationem conversi. Hac ratione victi Cardiani sunt, quorum præcipuæ vires in equitatu fuerant, *Athenæus Deipnosophist. Lib. XII. p. m. 387.*

Tonsi in luctu.

Alexander M. defuncto Hephæstione non equos modò & asinos totondit, verum etiam pinnas detraxit muris, quo urbes loco prioris imaginis, sordidâ assumptâ specie, viderentur lugere; *Magirus in Polymn. p. 1641. M. Christ.* Fuchß *de Moribus gentium indecoris §. 6.*

EQUORUM

Altura olim fecit Nobiles.

Olim maximè censebantur Nobiles ex ἱπποτροφία i. e. alturâ multorum eqvorum. Hinc Demosthenis περὶ στεφάνου. μέγας καὶ λαμπρὸς ἱπποτρόφος magnus & illustris eqvorum altor. Isocrati περὶ τοῦ ζεύγους de jugo: Equos alere beatorum solùm hominum officium est, humilis & abjectus nemo in se suscipiet. *Thucidides Lib. VI.* introducit Niciam oratione suâ pungentem Alcibiadem his verbis: Quod si quis ad hanc præfecturam libens delectus hortatur vos ad navigandum, suarum tantum rerum rationem habens, præsertim junior, quam ut imperio fungatur, quo sit admirabilior in apparatu equorum, quos alit ex multis, quos habet, proventibus, hunc quoque magistratum lucri faciat, ne huic quidem concedere debetis, ut privatim splendeat periculo civitatis. In equitibus, inquit *Aristoteles*, sita est Reipublicæ salus. Ubi itaque multi sunt equi, ibi præsidium est Reipublicæ. Sunt autem Equi penes divites, nam eqvos alere, non nisi divitum est. Ubi itaque multi sunt equi, ibi necesse est multos esse divites, itaque & superiores erunt plebe, poteruntque imperium adripere. Plebs etiam non negabit illis imperium, quia animadvertet in equis salutem suam consistere, se verò alere eos non posse. *Athenæus* quoq; *l. c. Lib. XIV. p. 465.* Æolenses ἱπποτροφίαις gloriari solitos scribit. Vid. *D. Mich. Piccartus Comment. in Aristot. Polit. Lib. IV. Cap. III. p. 521. & Lib. VI. Cap. VII. p. 915.* Sed apud Spartanos inter sæviissimas execrationes fuit ἱπποτροφὴ, quam caballationem recentiores vocant, i. e. equorum enutritio, eò quod magno staret impendio & ho-

homines ſuavi captu ad perniciem duceret, *Alex. ab Alex. Gen. Dier. Lib. III. Cap. XXII. p. 165. b.*

Carnes non comedendæ.

Cum eqvorum labores ſingulis regionibus proſint, ſingulis ſeculis graviter puniti ſunt, qui eqvorum carnes devorarent, id quod tamen adhuc hodiè inter lautitias numeratur apud Tartaros, apud quos *inteſtina* equorum tantum præcipuis viris dantur, *Franz. l. c. p. 129.* Valens Imp. legem per Orientem dedit, ne quis *vitulorum carnibus* veſceretur, utilitati agrorum providens, *Uſſinus Queſt. Bibl. Lib. VI. Cap. VIII. p. 455.*

Infernus.

Gallia hominum paradiſus & eqvorum infernus eſſe dicitur, *Stuckius Antiq. Convivial. Lib. I. Cap. XXVIII. p. 104.* Marſilia eſt paradiſus fœminarum, purgatorium hominibus, infernus aſinis, *D. Zimmerm. Floril. Philol. Hiſt. P. II. p. 597.* Sicuti & Anglia fœminarum paradiſus, ſervorum purgatorium, & eqvorum infernus dicitur, ap. *Lanſium contr. Brit. p. 565. Weidner. in Apoph. p. 446.*

Lapſus infauſti.

§. 1.

Imperator Alexius Angelus (mutato deindè nomine Comnenus dictus) excœcato fratre Iſaacio, cum Sophiæ templum ingreſſus eſſet, ut de more inauguraretur, & inſignia Imperatoria ſumeret, duo imminentis imperii ruinæ, & noxæ hoſtilis omina dedit. Primum enim fidei Symbolum (quod ante coronationem Patriarchis exhibendum erat) Imperatorio colore, h. e. rubrica, tardius præſcripſit. Deinde templo egreſſus, cum ſublimem eqvum Arabicum à protoſtratore adductum, conſcenſurus eſſet, equus eum ſeſſorem non admittit, ſed oculis ſangvine ſuffuſis, auribus arrectis, crebro terram pulſans, & anterioribus ungulis cum fremitu ſublatis ipſum ferociſſimè averſatur quaſi herum recipere dedignaretur: atque ita ſæpius in poſteriores pedes arrectus, & averſis oculis Alexium repellit. Ut autem poſt multos poppyſmos & cervicis palpationes placatus, crebros illos gyros & calcitrationes omiſſurus videbatur. Imp. in eum inſiliit, & habenas prehendit. Is verò ut deceptus, ſeſſore, quem nollet, recepto æquè ac prius ferocit, cum claro hinnitu pedes attollit, nec prius importunè ſaltare deſiſtit, quam gemmata corona capiti ejus excuſſa, & ex parte comminuta, ipſum quoque dejeciſſet. Alio equo adducto, fracta corona inauſpicatum omen viſa eſt Imperii cladium non expertis: id quod eventus quoque poſtea comprobavit.

§. 2.

Andronicus ſenior Imperator, nepotem Andronicum in eodem Sophiæ templo coronaturus, lapſo equo in cœnum provolutus eſt. Qui caſus ei, prudentiorum judicio, videbatur ominoſus eſſe: nec multo poſt à nepote imperio exutus, & in monaſterium detruſus eſt, *Nicephoro Gregorâ teſte Lib. VIII. Cap. XXXI.* Similis caſus etiam Johanni XXIII. Papæ dejectionem à ſua dignitate portendiſſe creditus eſt. Nam ut in diario Conſtantienſis Concilii refertur, cum is Imper. Sigismundi ſtudio ex Italiâ ad Conſtantienſe Concilium proficiſceretur, prope Vallecuriam everſa ab equo lectica, in nivem cecidit, & ſtipatoribus, an ex eo caſu afflictus eſſet, rogantibus, *hic jaceo*, inquit, *in nomine Diaboli.* Omen illud jam tum ſiniſtrum iliud interpretabatur. Aſt ubi lacum Acronium & Conſtantiam oculis ſubjectam habuit, *ſic capiuntur vulpes!* exclamavit; tacitè ſubinnuens, eum ſe in locum calliditate Imperatoris deductum, unde ſalvâ dignitate nunquam egreſſurus eſſet: montibus hinc, lacu illinc, undique Germaorum diligenti cuſtodia fugam impedientibus. Pontificatu dejectus, Auſtriaci Principis aſtu elapſus, in vincula, demum conjectus eſt.

§. 3.

Mali ominis ex equo ſumti *Tacitus XV. Annal. VII. & VIII.* etiam habet exemplum, ubi Cæſonium Pætum contra Volegeſem Parthorum Regem bellaturum, Armeniam ingreſſum eſſe ſcribit, triſti omine. Nam in transgreſſu Euphratis, quem ponte transmittebat, nulla palam cauſa turbatus eqvus, qui conſularia inſignia geſtabat, retro evaſit, oſtiaque fugâ perrupit, ſeque vallo extulit: quæ etſi Pætus ſpreverit, eventum tamen, haud vana fuiſſe, edoctus eſt. Simile ferè omen evenit Craſſo, in eosdem Parthos ducenti ut notum eſt ex *Plutarcho.* Eqvus enim ex imperatoriis egregie adornatus tracto per vim Rectore in flumen ſubmerſus diſparuit, *Julius* item *obſequens C. CXXIIX.* inter ea, quæ Panſæ conſuli haud læta obvenere, Eqvus phaleratus in ipſius conſpectu concidit. Flaminius Conſul indignè ferens per mediam Italiam vagari Hannibalem, atque obſiſtente nullo, cædibus & incendiis omnia vaſtantem, ad ipſa Romana mœnia proficiſci, quum primum in eqvum inſiliit, hoſti cum exercitu obviam iturus, eqvus, repentè corruit; conſulemque lapſum ſuper caput effudit: in auſpicati nimirum incepti ſignum, quo paulo poſt ipſe cum exercitu cecidit, fœdiſſima ad Thraſymenum clade ſuperatus, teſte *Livio Lib. XXII. & Cicerone Lib. I. de Divinat. ap. Matthiam Berneggerum Obſervat. Miſcell. Obſ. XI. p. 65. ſeq.*

Loco aſini.

Ludovicus XI. König in Franckreich war ſo unvorſichtig/ daß er offters die

die Pferde von der Krippen jagte / und an ihre Stelle Esel setzte / wie er denn den Oliverium Dama, einen Balbier aus Flandern / nicht allein in den Ritter-Stand / sondern auch in den geheimen Rath erhub / dem er seine wichtigste Heimlichkeiten vertrauete / und ihn in Gesandschafften brauchte; Nach seinem Tode wurde dieser Dama, wie ein ander Haman, an einem von ihm selbst vor andere verfertigten Galgen geknüpffet. Uber dieses machte er einen Arzt zum Cantzler / und einem Schneider zum Herold / *Nob. Ziegler* im Tägl. Schaupl. der Zeit *30. Aug. n. 2, p. 1052.*

Mores.

Non multo est pejus, mari turbido, quam frementi equo rapi. Nullum animal insolentius domino suo est, nec inepte jam equorum domitoribus in proverbium venit, bis eqvum malè facere; quod nimis hinc humilis, hinc superbus sit, qui illis viribus, eaque pernicitate pro vili cibo fieri alterius, domarique, & duris stringi fasciis, notisque, & fune vinciri, ferro frenari, ferro calceari, pertusa clavis ungulâ, ferro urgeri, ferratum ferre victorem, turpem carcerem ac grave servitium pati possit. Inde autem, quasi indomitus, non tantum pro libero sese gerat, sed ut domini sui hostis, agit omnia. Si currendum est, stimulos non audit. Subsistendum, frena mordicus rapit. Si fremendum, torpet. Si latendum, fremit. Obsequiosum illud (ut perhibent) fidumque animal, de quo tam multæ jactantur fabulæ, animal nobile, regium, optabile, colendumque, dignumque, quod enormi pretio comparetur, anxia nutriatur cura: Imò verò animal, quod, si conferantur cum obsequiis tædia, nemo sapiens emat, nemo diligens pascat, animal, & otii impatiens, & laboris: Illo tumidum, hoc dejectum, nunc impetuosum animal, nunc ignavum, nunc audax, nunc trepidum, nunc volatile, non caducum, hinc culicum metuens, atque umbrarum, hinc dominum suum spernens, diversisque illum viis in discrimen trahens. Quis contumaciam, quis morsus, aut calces explicet? Quis hinnitus & ascensionis impatientiam, ac sessionis? Equidem quot equorum mores, totidem equitum constat esse pericula, *Fr. Petrarcha de R. U. F. P. I. Dial. XXXI. p. 102.*

Qualitates ternæ.

Teutones veteres in generoso equo qualitates requirebant ternas trium rerum, *lupi*, *vulpis*, *mulieris*. Lupi oculos, voracitatem, validam cervicem, vulpis aures breves, caudam longam, gressum lenem, Mulieris pectus, superbiam, comam. Alii generoso equo attribuerunt qualitates duas *leporis* velocitatem & agilitatem, duas *vulpis*, bonorum oculorum & pilosæ caudæ, duas *lupi*, lenitatem gressus & voracitatem, duas *asini*, coxas valentes & firmi-

tatem pilorum, duas *mulieris*, superbiam & subjectionem. Alii equo adesse voluerunt de *lucio* pisce voracitatem, & exiliendi facilitatem, de *angvillâ* agilitatem & celeritatem, de *serpente* oculorum aciem & gyros, de *leone* amplum pectus & densam jubam, de *fele* nitorem & lenitatem gradus, *Fmnz. l. c. p. 137.*

Soleæ aureæ.

In Novo Orbe tanta auri copia, ut quo loco nobis figulina habentur opera, eodem ibi ex auro opificia: Domos enim aureis, argenteisque tegulis contegebant, & ex nimiâ ferri penuria equorum pedibus soleæ, ipsique clavi ex auro adhiberentur, *S. Majolus Dier. Canic. Coll. XIX. p. 602.*

Studio nimio capti.

§. 1.

Ingentes viros, usque ad ludibrium, hoc studio captos meminimus. Quis Alexandrum Macedonem non audivit amato equo tumulum erexisse, urbemque de equi nomine appellatam? Sed nihil in illo mirabile vivente, impetus & animi fervor fecit. Mirabilior in Augusto, quamvis, minor ineptia, neque enim urbem equo ille suo instituit, sed sepulchrum, idque ipsum illi gravitati atque ingenio impar fuit. Nam divi Julii monstrosus sonipes, an ab ipso, an ab alio ante ædem Veneris, marmoreâ sit consecratus effigie, dubitari potest. Minor multa, vel ætate, vel gloria, verum opibus ac Cæsareo nomine penè æqualis Antoninus Verus. Ut sileam, quem victum, quemve amictum equo, quem immodicè amabat, exhibuit; certè & viventi simulachrum aureum fieri fecit, & mortuo sepulturam (quo gravius stomachemur) in Vaticano extrui, tot inter sacra ossa ibi condita, & condenda. Vix credibilia loquimur, vera tamen. Horum, Similiumque conscius vates, heroum animas apud inferos quoque equorum studio deditas, facit, nec minor ideò, sed major est vanitas, quæ tam magnos ad se animos trahere potens est.

§. 2.

Neve quis priscam tantum, non modernam amentiam suspiceretur, redeat ad memoriam, nec longe seu loco, seu tempore requirendus; adhuc enim vivit, nec dum senuit, & in terra Italicâ vobiscum degit is, quem nominare non est necesse, fortunæ utique vir ingentis, nec parvi ingenii, consiliique vir, alioqui magni animi, nec insulsi, ubi quid seriò agendum incidit, qui tamen ægrotanti equo, quem amabat, aureum pulvinar, ac sericum cubile substravit. Cumque ipse interim podagrâ vinctus, atque immobilis. Medicorum legibus regeretur, nihilominus tamen, aut servorum vectus manibus, aut equo altero vix injectus, & suos medicos secum ducens, equum ægrum suum bis, terque coudiè visitabat, illi,

susp-

ſuſpirans, atque anxius, aſſidebat, illum leniter manu tractans, blando murmure ſolabatur. Quid multa? Nullum medicinæ genus intentatum, nil languenti amico debitum prætermiſſum fuit. Fabulam fortaſſe poſteritas vocet; vera res, & magno in populo nota eſt. Sic vir fortis curam equi geſſit, ut propriam, ſic extinctum luxit, ut filium *Petrarcha l. c. p. 103. 104.*

§. 3.

Sic ſingulis ætatibus mundi maximæ fuerunt ineptiæ ſummorum Principum in curâ hujus animalis. Apud Homerum in Iliad. Θ. uxor Hectoris prius apponit cibum & vinum equo, quam marito. Agrigentini ſuis equis ſolebant erigere Pyramides; Equis nomina propria impoſita à Dominis plurima leguntur ap. *Conradum Geſnerum de Equo*, ubi ſecundum ordinem Alphabeti recenſentur, *Franz. l. c. p. 121.* Theophylactus quidam Patriarcha Conſtantinopolitanus ultra bis mille ſemper aluit, quibus quotidiè apponebat non fœnum, aut hordeum, ſed aromata, viuum, uvas paſſas, caricas, palmulas &c. Et cum ipſe die Cœnæ Dominicæ ſac a faceret atque accurrentem videret miniſtrum, nunciantem, equam quandam peperiſſe, relictis vel intermiſſis ſacris exiit, præ lætitia viſurus eqvum, & poſteà primum rediit, ut abſolveret cœpta ſacra, *Cauſſinus Polybiſt. Symbol. Lib. IV. Cap. LXX. p. 360. Majol. D. C. Coll. VII. p. 286. Drexel. in Noëmo C p. XII. §. 1. p. 670. 671.*

Vita ad quot annos?

Vita eqvorum plurimis ad decimum octavum, atque etiam viceſimum annum; Sed nonnulli etiam quinque & viginti, atque triginta egerunt, & ſi cura diligenter adhibeatur, vel ad quinquaginta protrahitur ætas; Longiſſima tamen vita; in pluribus ad triceſimum annum, quod magna ex parte fieri novimus. Fœmina magna quidem parte quinque & viginti annos vivere poteſt: ſed jam nonnulla etiam quadraginta vixere. Minus temporis mares vivunt, quam fœminæ, propter coitum, & qui domi aluntur, minus quam gregarii. Fœmina quinquennio finem, tum longitudinis, tum etiam proceritatis ſui corporis recipit: ſed mas ſexennio, poſt, annis ſequentibus totidem creſcit in corpulentiam, & ad viginti usque annos pergit proficiens; Verum celerius fœminæ, quam mares perficiuntur: quanquam in utero mares, quam fœminæ citius, quemadmodum etiam homines, quod idem vel in cæteris animalibus, quæ pariant, plura, fieri ſolet, *Ariſtotel. Hiſt. Animal. Lib. VI. Cap. XXII. p. m. 428.*

Inter EQVOS Hiſpanicos etiam aſino dari poteſt locus.

Parlamentum Pariſienſe nullum niſi per legitimum examen admittit, ordinis ipſius privilegio hoc requirente, ut nec Henrici II. Regis quidem habita fu-

erit ratio; quendam à summate fœmina Parlamentariis proceribus commendatum, in examine rejectum fuisse audivisset, dixerat: Que parmytant de Chevaux d'Espagne un asne pouvoit bien passer: Inter tot equos Hispanicos etiam asino locum dari potuisse, *Lansius pro Gall. p. 201.*

EQUIS

Semper vehuntur mulieres Persicæ.

Die Persischen Weiber bleiben ihr Lebelang lieber zu Hause/ als daß sie zu Fusse und nicht zu Pferde sollten ausgehen; Doch ist der Unterscheid zwischen einer ehrlichen Frauen und Huren dieser: Die Hure hat allezeit den Fuß in den Stieg-Bügel/ eine ehrliche Fraue aber setzet ihn nur in den Riemen/ woran der Bügel angemachet ist/ *Joh. Bapt. Tavernier Hodœpor. Orient. Lib. II. Cap. VII. p. 92.* In den Königreich Asen in Indien halten zum ausreiten die meisten Bauren einen Elephanten vor ihre Weiber/ *H. ibid. Lib. III. Cap. XVII. p. 185.*

EQUITARE

Et utile, & periculosum.

Equitare est quidem utile interdum, & celeritati adminiculum, & fatigationi remedium, & nobilitatis insigne; nec inficior glorioſum vulgò exstantem insigni equo vehi, & cunctis excellere, nec vertice sôlo, sed humeris, & toto penè corpore supra esse. Contra verò laboriosissimus, & sæpè Domino suo pestifer immitis equus. Optes iter pedibus agere, tam nulla est respirandi, vel minimum, facultas, equestre periculum pedestri luto, seu pulvere permutatum velis. Proinde multos media de morte rapuerunt equi, multos in mortem impulerunt, aut allisérunt, aut corporibus oppressérunt. Dicis: *Equitare vellem, pedes ambulo.* Resp. An insaniæ parum est, unum ob quadrupedem, cujus usum nescis, quamdiu tibi fortuna concesserit, naturæ munerum oblivisci, quod multi faciunt, qui vilis, atque intractabilis & caduci equi fiducia, dediscunt pedibus suis ire; quibus, quæso, quid aliud; quam divitem cupias podagram, hoc est, pedes inutiles, equos multos? *Sed longum iter est, quod ire debeo!* Ibis pro libitu, nemo te transvehet, nemo morabitur, nemo concutiet, nemo dejiciet, nemo aget in præceps, unus tibi labor viæ, unum opus ire, nil tibi tuo cum vectore negoti. Non cogeris enim equum frenare, non pungere, non adæquare, non substernere, non circumducere, non fricare, non pascere, non aut tergum ungere, aut arentem pedis ungulam, & tractare digitis ancipites clavos, aut nocturnos sudibus arcere concursus, & somno exciti trepidus, semperque solicitus, quid bel-

bellua pervigil cum vicinis agat; saltem noctibus quiesces. Nam qui equitant, noctu etiam laborant, *Petrarchal. c. P. I. Dial. XXXI. p. 104. P. II. Dial. LVII. p. 475.*

EQUITATUI

Peditatus in bello hodiè præstat, an contra?

Argumentis in utramque partem adductis, iisdemque examinatis, tandem pro Equitatu concludit, eundemque peditatui præstare asserit *D. Mich. Piccartus, Comment. in Arist. Polit. Lib. IV. Cap. XIII. p. 600. seq.* quæ, cum pluscula sint, B. L. ibidem legat.

EXCOMMUNICATIO

Apud Judæos.

Tres apud Judæos erant Excommunicationis gradus; *Primus* dicebatur נדוי & fuit hominis ab aliorum consessu tam sacro, quam profano, ad quatuor usque passus, per dies triginta remotio, (à נָדָה excludere, quasi seclusio à contubernio aliorum, quo alludi voce ἀΦορίσωσι Luc. VI, 22. non abs re ad eum locum censet *Grotius*). *Secundus* חרם excommunicatio in totius Ecclesiæ conspectu publicata; ubi accensæ candelæ, recitatis prius maledictionibus legalibus, subitò exstinguebantur, quod excommunicatus jam cœlestis lucis incapax, tenebris orci devotus haberetur. Et hoc est fieri ἀποσυνάγωγον N. T. Stylo, Joh. IX, 22. Cap. XII, 42. Cap. XVI, 2. *Tertius* gradus κατ' ἐξοχὴν dictus שמתא, quo excommunicato omnis spes redeundi ἀποτόμως negabatur. Ad hujusmodi anathema plurimi volunt oculum reflectere Apostolum 1. Cor. XVI, 22. voce μαραναθὰ, qua censent excommunicatum divino judicio absolute committi. Bertramus huic anathemati censet subjacuisse Alexandrum fabrum ærarium 1. Tim. IV, 14. ut & eos, qui Galatarum Ecclesiam interturbabant Gal. V, 12. quâ de re penes cordatos esto judicium, inquit *B. Pfeiffer. Antiquit. Sacr. Dec. III. Pos. II. §. 13. p. 68.* ubi in antecedentibus de his Excommunicationum gradibus ex professo. Conf. *Apparat. Bibl. Tom. III. in Tit. Maranatha p. 63. seq. & Autores ibidem citatos. Goodwin. Mos. & Aar. Lib. V. Cap. II. p. 401. seq. G. Crauserus in Phosphoro §. 615. p. 675.*

Gentes.

Vid. *A. B. l. c. p. 64. 65.* Sie brauchten sonderbare Ceremonien/ als daß sie 1) solchen schändlichen Ubelthätern schreckliche Wünsche oder Flüche an den Halß geworffen. 2) Sie von ihren Opffern und ehrlichen Gesellschafften bannisiret/ auch 3) sie gezwungen/ daß sie gewisse Merck- oder Kenn-Zeichen

solcher ihrer Schuld und Verbrechung/ an sich haben und tragen müssen/ wie Homerus von Excommunicirten redet:

Ἄφρήτωρ ἀθέμις, ἀιέστης ἔστιν ἑκεῖνος,

Ἄφρητος heist/der in keine Zunfft oder Amt eingenommen wird; Ἄθεμις, der nicht gemeynes Bürger-Recht/ Stadt- oder Landes-Schutz zu geniessen hat; Ἑστία, Vesta Dea, bedeutet die Religion. *D. Arn. Mengering Inform. Conscient. Evang. Dom. Quasimod. L. IV. p. 315. Edit. Novissima.*

In primitivâ Ecclesiâ.

Eorum, qui in præmitiva Ecclesiâ gravius lapsi fuerant, pro criminum varietate, pœnæ quatuor erant. 1) erat πρόκλαυσις. Præ templi enim foribus, non à fidelibus solum, sed catechumenis etiam separati, in squalore & pœdore consistebant, tres ut plurimum annos, & istorum expetebant intercessiones & deprecationes. 2) Proximus erat ἀκρόασις *auditio:* ubi itidem tres plerumque annos ad solam verbi Dominici auditionem, cum in Ecclesiâ prælegeretur, admittebantur; non verò simul ad preces. *Gregorius Neocæsariensis:* ἡ ἀκρόασις auditio erat, intra portam, ubi stare oportebat eum, qui peccaverat usque ad catechumenos, & inde egredi. 3.) Dicebatur ὑποπτωσις, humiliatio. Ubi tres alios annos, intra templi portam, circa catechumenos stabat peccator, precum Ecclesiæ particeps, cumque catechumenis, ante Sacramentorum distributionem, exibant. 4) Erat σύστασις, quasi dicas *constatio.* Ubi pœnitentes circa fideles consistebant, & dum Sacramenta administrarentur, permanebant: non verò ipsi eorum erant participes. Tum demum pœnitentiæ tempus expleverant. Et 5) ultimo loco addebatur μέθεξις ἡ κοινωνία τοῦ ἁγαθοῦ, communicatio ipsius boni seu Sacramentorum: & ita ad τὸ τέλειον, consummationem perveniebant, omnibusque Ecclesiæ thesauris frui poterant. Sed veteres videntur peccasse in excessu, posteri in defectu. *Dn. Christ. Nicolai* Jes. Fr. *P. III. p. 43. 44. Mengering. l. c. p. 318. seq. M. Sebast. Niemanus Diss. Th. de Indulgentiis Papalibus sub Præsid. D. Joh. Musæi An. 1652. Jen. hab. §. 11.* & omninò *R. D. Matth. Zimmerman. Diss. Histor. Theol. ad illud Tertull. Apolog. Cap. XVIII, Fiunt non nascuntur Christiani S. II. §. 170. p. 361. seq.*

Papalis.

Omnium dirarum dirissima est *Bullâ de Cœna Domini*, quotannis die Jovis ante-paschali solenniter enunciata. Illa enim Papa sedens in throno eminenti, ante Petri palatium, habens ad dextram & sinistram aurem duas caudas pavonum, ad abigendas muscas, pronunciat per duos Cardinales Diaconos ei adsistentes, celebrem illam Bullam de Cœnâ Domini. Inter aliâ in hâc Bulla hæc exstant:

Ex-

Excommunicamus & anathematizamus ex parte DEI omnipotentis Patris & Filii & Sp. S. auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac Nostrâ, quoscunque Hussitas, Wiclephistas, Lutheranos, Zwinglianos, Calvinistas, Ugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christianâ fide Apostatas, ac omnes & singulos Hæreticos, quocunque nomine censeantur, & cujuscunque sectæ existant, ac eis credentes eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores: ac eorundem libros, hæresin continentes, vel de Religione tractantes, sine Auctoritate nostrâ, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quâvis causa publicè vel occultè, quovis ingenio vel colore, nec non Schismaticos, & eos, qui se à nostrâ & Romani Pontificis, pro tempore existentis, obedientia, pertinaciter subtrahunt, vel recedunt. Vid. *Tanner. Tom. IV. Diss. VI. Q. X. Dub. IV. n. 69.* Conf. & *Lutherus Tom. II. Jen. p. 387. b.* Hac Bulla Regem Galliæ quotannis excommunicari demonstrat *Molinæus in hypemisp. adversus Sylvestr. Petr. Sanct. Cap. XII. p. 497. ap. D. Danhauer. in Idea Clavii Ligantis S. I. p. 34. 35.* Ut & Regem Hispaniæ, quanquam annexâ statim receptione & absolutione, *D. J. C. Becman. Not. Dignit. Illust. Diss. XIII. Cap. II. §. 9 p. 360.* Aliam formam fulminis Papalis adversus eos, qui Curiæ Romanæ sese opponunt, habet *Wolffius Lect. Mem. Cent. XII. p. 271. 272.* Der Pabst excommuniciret alle grüne Donnerstage die Ketzer/ er sitzet oben an/ die Cardinäle blasen die Fackeln aus/ und werffen die verbanneten alle in die Hölle; Ich bin vor 28. Jahren/ sagt Lutherus/ in die Hölle geworffen/ als von 1518. Jahr her/ und lebe dennoch noch/ ich bin beleuchtet und beleutet/ *in Colloq. Mensal. Cap. XXXIII. p. 300. a.* Rigidum hoc Pontificis fulmen & sensit Civitas Francofurtana ad Oderam A. 1327. à Johanne XXII. referente *Angelo in Annal. March. p. 236.* Ob hanc causam, quod Episcopum Lebusiensem, Cives Francofurtiani ceperint, & per annum captivum detinuerint, quæ Excommunicatio per 28. annos duravit; intereà temporis Francofurti nec Sacramenta administrata, nec sacra audita. Literas Pontificis intimatorias exhibet *Excell. D. Stryke in Brunnem. Jure Eccles. Lib. II. Cap. XLX. p. 759. seq.*

Contra Angelos.

Clemens VI. in Bullâ super Anno Jubilæo 1350. mandat Angelis, ut animas Romam peregrinantium, & in viâ morientium, & à purgatorio penitus absolutas, in paradisi gloriam introducant, *Phil. Mornæus Tract. de Ecclesiâ Cap. VIII. p. 376.* Hic dum Papa Angelis & Cœlo, quæ vult, mandat, illud Jamblichi de mysteriis & Porphyrii ejus Præceptoris in mentem venit, dum narrant; Sacerdotes consuevisse violentis quibusdam minis adversum superos uti, veluti: Nisi

vos ita feceritis, vel contra, si feceritis aliquid, cœlos confringam, vel occulta lividis patefaciam, vel arcanum in abyſſo reconditum divulgabo, *Wolff. Cent. XIV. p. 526. a.*

Corvum.

Corvus annulum Abbatis furatus propter excommunicationem furis tabeſcere incepit, ſed poſtea annulo in ipſius nido invento, & fure abſoluto, iterum convaluit, *Id. ibid. Tom. I. p. 168. a. b.*

Vermes.

Bernæ Barochus quidam An. 1478. ſtans in ſuggeſtu exorcizavit genus vermium, quod ſata & gramen ſub terrâ corrumpit: conſilio ad id faciendum uſus Luſannatis Epiſcopi. Niſi deſiſtitis, improbiſſimi vermes, *inquit*, ego vos cito V Visſlisburgum ad Officialem Epiſcopi. Simile apud Chaſſanæum reperies, *Id. p. 769. & Tom. II. Cent. XVI. p. 940. b.* Exorciſmus alias erat talis: Exorcizo vos peſtiferos vermes, mures, aves, ſeu locuſtas, aut animalia alia, per DEUM Patrem † omnipotentem, & JESUM † CHRISTUM Filium ejus, & Spiritum † Sanctum ab utroque procedentem, ut confeſtim recedatis ab his campis, ſeu vineis, vel aquis, nec amplius in eis habitetis, ſed ad ea loca tranſeatis, in quibus nemini nocere poſſitis, & ex parte omnipotentis DEI & totius curiæ cœleſtis, & Eccleſiæ ſanctæ DEI, vos maledicens, quocunque fueritis, ſitis maledicti, deficientes de die in diem in vos ipſos, & decreſcentes, quatenus reliquiæ de vobis nullo in loco inveniantur, niſi neceſſariæ ad ſalutem, & uſum humanum, quod præſtare dignetur ille, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſeculum per ignem Amen! *D. Zimmerman. in Florileg. Philol. Hiſt. Part. II. p. 545. 546.*

Penſi habita à Baſilienſibus.

A. C. 1325. Baſilienſes proſcripti à Pontifice, quod Ludovici Bavari Imp. partes ſeqverentur, Legatum Pontificis dirarum præconem ex Mariano luco in Rhenum præcipitem dedere, & eundem natatu evadere conantem in portu trucidare. Mortuo Ludovico Carolum IV. in Imperatorem receperunt; nec ullis Pontificis minis, ut Ludovicum hæreticum faterentur, adduci potuêre. Sacerdotes ceſſantes ad ſacra peragenda exilii pœna coëgere, *Wolff. l. c. p. 941. b.* Fœdus peculiare fecerunt inter ſe An. 1370. ſex pagi Helvetii, Tigurini, Lucernates, Tugienſes, Urii, Suitii & Unterwaldii, contra iniquas Sacerdotum excommunicationes, propter debitas ſcil pecunias, & res ſeculares, *Id. Cent. XIV. p. 545. b.* Ante Lutheri tempora Helvetii, lege in conventibus lata, reſcripta Pontificis Rom. publicè laceranda, & eos, qui uterentur carceribus ac vinculis coërcendos anxerunt, *Id. Cent. XV. p. 617. a. b.*

Ca-

Carolo VI. Rege Galliæ.

Benedictus Papa Carolum VI. G. R. (Filium Ecclesiæ Romanæ natu maximum, uti Reges Galliæ vocantur ap. *Gubertum Voëtium D'isp. Sel. P. II. p. 793.*) excommunicavit. Sed contra Rex cum Universitate Parisiensi ex Psalm. VII. responderunt inter alia: Convertetur dolor in caput ejus, & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet, *Id. Cent. XV. p. 829. a.* Ipsam Bullam Legatus igni tradere cogebatur, *D. Joh. Affelman. Synt. Exercit. Acad. P. II. Exeg. VIII. p. 267.*

Comite Mediolanensi.

Bernabo Vice Comes, Mediolani Princeps, Massilienſem Abbatem, ab Innocentio VI. Pontifice ad se missum, quod ingrata quædam nunciabat, ac postremo Apostolicas censuras minitabatur, Pontificis literas, quas attulerat devorare coëgit A. C. 1356. *Wolff. l. c. 763. a.* Hoc est tonitrua rumpere, i. e. negligere ap. *Car. du Frene in Gloss. p. 1142.* Fulminis quatuor sunt species: Aliud est terebrans, aliud dissipans, aliud urens, aliud brutum, quod irrito ictu, & absque ullius noxa in vanum recidit, *Weber. Art. Disc. Font. LXVI. p. 542.*

Contra ipsum Papam.

Non hic omittenda excommunicatio Græco-Latina, sicut Patriarcha Constantinopolitanus quotannis in Dominicâ Invocavit Pontificem Rom. cum totâ suâ Ecclesia Rom. solenni ritu excommunicat. Undè *Gretserus in Diss. de variis cœlis*, Græcis tribuit peculiare cœlum, quod vocat cœlum Græco-Schismaticum, *Danhauer. in Ideâ Clavis ligantis p. 36. & in Ecclesiâ Graecanicâ hodiernâ §. 12. p. 50.* Idem fit à Moscovitis in die Viridium, *D. C. F. Paulini* Zeit. Kurtz. erbaul. Lust *Tom. III. Cap. XI. p. 94.* Die Armenier zu Zulpha excommunicirten den Pater Ambrosium, einen Jesuiten/ und alle Väter/ so ihre Kinder zu ihm in die Schule schickten/ also/ daß der gute Pater gezwungen wurde/ Persien zu verlassen/ und sich nach Surate zu begeben/ *Joh. Bapt. Tavernier* Oriental. Reisebeschr. *Lib. IV. Cap. VI. p. 183. b.*

Reges & Principes.

§. 1.

An Reges & Principes subjaceant Disciplinæ Ecclesiasticæ controvertunt. Extat exemplum Theodosii Imp. ap. *Sozom. Lib. VII. Cap. XXIV.* & affirmativam sententiam defendit *Voët. Polit. Eccles. Part. II. Cap. IV. Problem. IX.* Sed an ultra admonitiones crebras, severissimam Divini Numinis vindictam illis ob oculos ponendo, hîc progredi possit Ministerium, dubito. Non enim hujus arbitrium aliter agnoscit Princeps, quam quà svadendo, monendo, &

voluntatem divinam exponendo, officio ſuo fungitur. Executio verò cum vinculum ſuperioritatis & obſequii laxet, illi concedenda non erit. Eſt enim Auctoritas Principis anima Reipubl. quâ lesâ toti Reip. & per conſequens etiam Eccleſiæ imminet periculum, *Reinking. de Regim. Sec. & Eccleſ. Lib. III. Cl. II. Cap. II. n. 38.* Sane nec Ambroſii exemplum, Theodoſium Imp. excommunicantis, quantum ad Executionem, probatur ab omnibus, Vid. *Wabremund. ab Ebrenberg Tr. de Subſid. Regn. Cap. II. n. 35. ſeq.* licet pro Ambroſio, quod rectè egerit, pugnet *Volſchov. in aur. piet. ſecul. Cap. XC.* ubi prolixè de illâ facti ſpecie agit.

§. 2.

Sed cum præcipuè in denegatione S. Cœnæ ſe exerat apud nos Diſciplina Eccleſiaſtica, an Principi, ſi anteà admonitus abundè à Miniſterio, deſiſtere nolit, ab eo, quod contra Legem DEI directè hactenus commiſit, Sacra Cœna denegari poſsit. Sanè non præſumendum eſt, caſum hunc inter Principes Chriſtianos eſſe dabilem; nemo enim Sacræ Cœnæ uſum ad æternam corporis, animæque internecionem deſiderabit, quod fieret, ſi non agnito peccato, ſed peccandi ulterius propoſito, eâ uteretur. Quod ſi verò tandem, ſpretis his omnibus, Cœnæ adminiſtrationem urgeret, nec modeſtâ piâque deprecatione ſe liberare, & impetrare poſſet Miniſter, ut propria ſponte his Sacris ſe abſtineat Princeps, officio ſuo cedere potius, quam ſaucia conſcientiâ eidem ulterius præeſſe deberet. Nec enim notorio peccatori fas eſt, cum proteſtatione & periculo petentis, Cœnam adminiſtrare, ſicut hoc in Miniſtro quodam Ultrajectino improbat *Voët. Pol. Eccleſ. Tr. II. Cap. III. p. 845.* Et ſanè non ignotum erit exemplum Confeſſionarii Regis cujusdam in adulterio viventis, qui potius officio cedere, quam Regem ab adulterio ſecedere nolentem, abſolvere, & ad S. Synaxin admittere voluit, *D. Stryke l. c. 242. 243.*

EXCOMMUNICANS
Injuſtè.

Gregorius Papa dixit: Eum, qui illicitè quempiam excommunicet, ſeipſum magis, quam alium excommunicare, ap. *Reuſner. Claſſ. III. Symbol. Cæſ. Rom. Germ. Symb. XXV. p. 203.*

EXCOMMUNICATI
Non putrescunt.

Cum Sveno, Daniæ Rex, tum in ſuos ſubditos, Chriſtianam doctrinam amplectentes, tum in vicinas gentes ferro & igni ſeviret, nec precibus aut mu-

neri-

neribus placari posset? Libentius Hamburgensis Archiepiscopus, gladium Ecclesiæ distringens effecit, ut per annos septuaginta sit integer in sepulchro repertus: donec Adelvardi ministerio, quem Albertus Hamburgensis Archiepiscopus misit, solveretur â vinculis. Solutione factâ, in cineres redactus est, *Cranzius Lib. III. Metrop. Cap. XLII. & XLVIII. ap. Zwinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1514. a.* Conf. omninò *Zimmerman. l. c. §. 193. p. 387. seq.*

EXCOMMUNICATIS
quid occinerunt Judæi?

Excommunicatis in portis templi hæc dederunt: Ille qui habitat hanc domum, commoveat corda vestra ad audiendum verba sociorum vestrorum! *Reizius in Goodwin. Mos. & Aar. Lib. II. Cap. III. p. 175.* Si autem in excommunicatione quis mortuus, non solum nullo honore, sed ludibrio insuper afficitur, lapidem feretro ejus imponunt, ad significandum, illum lapidatione dignum fuisse, *Buxtorff. Syn. Jud. Cap. XLIX. p. 705.*

F. F. F.

FAMES
Cibi condimentum optimum.

§. 1.

Cibi condimentum esse famem, potionis sitim respondebat *Socrates*, & hoc dicto irridebat Athenienstium luxum, qui variis condituris efficiebant, ut cibus saperet palato, cum id optimè præstet fames, condimentum ut optimum, ita & vilissimum: Nihil enim suavius editur, quam quod editur ab esuriente

Quia sanus &
Jejunus stomachus rarò vulgaria temnit.

Horat. Lib. II. Sat. II.

Haustus aquæ mihi nectar erit: vitamque fatebor
Accepisse, simul vitam dederitis in undis,

Ovid. Lib. VI. Metamorph. Esui lenocinium est antecedens esuries, ut liberationis muneri metus, *Sen. de Benef. L. I. C. XI. Th. Gatak. in Marc. Anton. Vit. in præf. §. 9.* Alius dicebat, optimum condimentum esse ipsum *ignem*, sentiens, bono stomacho satis esse, obsonium esse coctum, etiamsi nihil deliciarum accedat. Animis famelicis, teste Salomone Prov. Cap. XXVII. 7. amarum dulce est. *Ani-*

masatura, inquit, *calcat favum*, *animâ verò familica omne amarum dulce est.* Fames ipsa injucunda, jucundum reddit cibum, alioquin maximè asperum & invisum. Manet hodieque vulgo proverb. Famem efficere ut crudæ etiam fabæ saccharum sapiant, *Heidf. l. c. Cap. XXI. p. 416.*

§. 2.

Cum Alexandro M. Carum regina Ada, scitissima subindè ac adipata mitteret obsonia, & bellaria exquisitius condita ab ejus artificii hominibus: Meliores, peritioresque habere se obsopœos & coquos *pronunciavit*, non quos mercede conductos haberet; quippè ad prandii apparatum, quæ appetentiam conciliet, præsto esse νυκτοπρείαν, i. e. antelucanum iter; ad cœnam verò, quo fiat appetibilor, ὀλιγαρκίαν quam prandium præparcum rectè dixerimus. Vidit enim quid naturæ esset convenientissimum, & quamdiu in hâc sententia permansit, maximè virtutibus floruit, deliciis posteà pessundatus, *Plutarchus apoph. & in Cæsare.* Pro exemplo præterea sint Darius & Ptolomæus, quorum ille, cum in fuga aquam turbidam bibisset, negavit unquam bibisse se jucundius: Nunquam videlicet sitiens biberat, nec esuriens Ptolomæus ederat, cui cum peregrinanti, comitibus non consecutis, cibarius, in casâ, panis datus esset, nihil visum est eo pane jucundius. Adeo verum est: Animæ familicæ quicquid amarum, dulce est, *Heidf. l. c. Dorf. Emsm. Adag. Chil. II. Cent. VII. C. LXIX. p. 548.* Artaxerxes cum in fugâ quadam direpto illius commeatu aridis ficis, & hordeaceo pane vesceretur; Dii boni, *inquit*, cujusmodi voluptatis hactenus inexpertus fui, *Plutarch. in apoph. ap. Matth. Berneggerum Observat. Miscell. XXXIV. p. 251.* Antiphanes apud Stobæum:

Απαιθ' ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὑτοῦ ποιεῖ i. e. Præter seipsam, cætere edulcat fames, *Ems. l. c* Omne amarum dulce, h. e exile etiam bonum suis non carens difficultatibus, molestiisque peculiarem tamen creat oblectationem, adeò ut panis ater, maza aut nasturtium esurienti pro cibis sint delicatissimis, quomodò *Cicero V. Tuscul.* desideriis omnia condiri scripsit, & *Xenoph. Lib. I. Ped. Cyri*; esurienti panis & maza dulcia sunt esu, sitienti dulcis est aqua potu. Ratio verò dulcedinis hujus est, quod aviditas rei concupitæ defectum vel amarorem obliteret, gaudens de necessariæ refectionis adeptione, *fames* siquidem *coquus omnibus*, qui condire potest omnium optimè cibos alioquin insipidos. Ne nimis ergò sis delicatus in discernendis æstimandisque DEI donis; ingrato namque sic es proximus; qui verò contentus est exiguis, gratoque acceptat animo, is majoribus ut plurimum posteà cumulatur, *B. Geier, in Prov. l. c. p. 1428.*

§. 3.

Inprimis militibus famelicis omne esculenti genus dulce; Nam secundum Æacidarum Symbolum: Fortis bellator magis gaudet bello, quam convivio,

Heidf.

Heidf. C. XXXVIII. p. 742. Milites Julii Cæſaris famem & ceteras neceſſitates non cum obſiderentur modo, ſed & ſi alias obſiderent ipſi, tantoperè tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompejus viſo genere panis ex herbâ, quo ſuſtinebantur, *cum ferùs ſibi rem eſſe* dixerit, amo verique ocyus, nec cuiquam oſtendi juſſerit, ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorum frangerentur, *Sueton. in Cæſ.* Hoc panis genus ex herba *Joh. Schildius in Sueton. p. 101.* interpretatur de Lapſanâ Sylveſtri, braſſicæ genere. Sic enim Plinius: Olus triumphorum Divi Julii carminibus jocisque celebratum, alternis quippè verſibus exprobravere Lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrachium. Tali frugalitatis conſuetudine militiæ labor poſteà facilior erit. *Juſtin. Lib. III. Cap. II. n. 10.* & corpus ad omnem virtutis patientiam durabit, *Id. Lib. XXXVII. Cap. II. n. 9.* Exemplo Lacedæmoniorum, de his enim *Athenæus Lib. IV. p. m. 104.* narrat, Sybaritam quendam civem Spartam profectum, cum in Phiditiis (conviviis admodum parcis, à verbo Φείδω, parco, abſtineo, *Joſ. Laurentius Polymath. Lib. I. Diſſ. XIX. p. 39. & Lib. II. Diſſ. XIX. p. 125.* Phiditia quaſi Philitia ad amicitiam comparandam & conſervandam, *Id. Lib. IV. Syn. VI. p. 316. d.* pro λ. ponendo, more Græcorum, *D. Lob. Phil. Pfeiffer. Antiq. Græc. Gentil. Lib. II. Cap. LXIX. p. 460.*) cœnaſſet, dixiſſe, non ſine causâ fortiſſimos eſſe omnium Lacedæmonios; Quemvis enim, ſi mens conſtet, millies potius optaturum mortem, quam tam vilis & ærumnoſi victus communionem, Vid. & *Andr. Chriſt. Eſchenbach. Diſſ. Sol. de Sympoſiis Sapientum §. 6. p. 14. Petrus Victorius Var. Lect. Lib. III. Cap. XV. p. 63. Joh. Boëm. Aubanus de Mor. Leg. & Rit. Gent. Lib. III. Cap. III. p. 194.* Tales enim, qui ſic eruditi ſunt, magis labores perpetiuntur, minus præterea obſonii egent, & facilius omnem eſcam admittere poſſunt, *Xenophon de Republ. & Legibus Lacedæmoniorum p. m. 289. B.*

§. 4.

Quo acrior eqvus eſt, inquit *Plinius Lib. VIII. Cap. XLIX.* eo altius in bibendo nares mergit. Sic qvoqve vir fortis ac bellicoſus, quo majora pericula ipſum circumſtant, eò alacrior & acrior redditur, intrepide admodum pergens ad propoſitum, ut ſcilicet virtutis ſuæ ſpecimen illuſtrius exhibere poſſit. Apud *Lucanum Lib. IX.* Cato Uticenſis, exercitum in Lybiam ducturus, militibus ſuis inter alia hæc ſuggerit:

— — ſerpens, ſitis, ardor, arenæ,
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris,
Lætius eſt, quoties magno ſibi conſtat honeſtum.

Claudianus etiam præclarè:

Vile decus, quod non crexit prævius horror,
Ingentes ingeminant diſcrimina magna triumphos.

Et qui Plinii mentem expreſſit, ita Diſticho ludens: Totus

Totus eqvus naſo ceu fertur anhelus in undam
Præſenti, adverſis obvius ire malis.

Joh. Pier. Valerian. Hierogl. Collectan. ex vet. & neoter. deſcr. Lib. II. p. 50. Obiter notetur, cibum delicatis præberi, ut apud Terentium *Donatus* obſervavit: Victum verò in parvis aridisque alimoniis, *Godeſcalcus Stewechius Comment. ad Veget. Lib. I. p. 10.*

Canina.

Caninam quandam famem memorant, quam Græci βουλιμίαν appellavêre (*Cœlius Rhodig. L. A. Lib. XXVI. Cap. I. p. m. 353. 354.*) nos *Eſuritionem* dicere poſſumus. David eruditiſſime eandem tetigit, Pſalm. LIX, 7. ubi canit: *Convertuntur ad veſperam, & fame corſicientur, ut canes, civitatem hac illac pervagantes*, cum futuram Judæorum mendicitatem præſagiret: nam & ipſum famis vocabulum frequenter pro mendicitate uſurpatum invenias, *Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. V. Cap. XXI. p. 64.* Fremant, vel latrent, vel ululent, *ut canis*, nempè familicus cibo diu quæſito deſtitutus. *Caninus appetitus* famem & aviditatem intolerabilem indicat. Impii perſecutores comparantur canibus, Pſalm. XXII, 17. vel prophetia hæc eſt de extremâ paupertate, quæ hic poëticè decribitur; *Veſpere*, qvum homines requieſcere ſolent &c. cogentur diſcurſare victus & hoſpitii causâ, *Polus in h. l. p. 875.*

Cruciatus.

Græcis fames, eſuries dicitur πεῖνα, indè πεινάω, eſurio, famem ſentio, ex quâ voce forſan provenit Germanicum Pein *D. Calov. Diſſ. de Jejunio Chriſti in deſerto p. 35.*

Dea inhonorata.

Sophocles inhonoratam Deam appellat Famem, quod, cum Deorum ſit de hominibus benè mereri, illa perdat atque occidat, *Suidas in v. ἀπίτμος p. m. 122.*

Amoris ſedatrix.

Crates Thebanus dixit: Amorem ſedat fames: ſin minus, tempus: ſine id quidem, laqueus, *Idem Suidas in v. Crates p. 507.*

Ingens.

§. 1.

Quid eſt, quod veſci non cogat fames? quærit *Auguſt. Lib. XV. de Civit. DEI Cap. XXVII.* Fames vah! quam intolerabile malum, *Dion. Halic. Antiq. Rom. Lib. V. Cap. IX. p. m. 482.* Der hungerige Magen redet die Sprach judas, ſagend täglich: was wollt ihr (Hände) mir geben? Harsdörff. Luſt- und Lehrreich. Geſch. *Cent. II. Cap. C. §. 99. p. 370. 204.*

Qux-

Quæsiti sæpè cibi ex radicibus & corticibus arborum, & herbis; Sic Sabellici tempore in Italiâ. In Germaniâ non uno in loco annis superioribus plurimi ex loliis, herbis victitarunt. Sic ex carnibus asinorum, 2. Reg. VI, 25. Hominum, Levit. XXVI, 29. Deut. XXVIII, 51. Thren. II, 20. Cap. IV, 10. Jerem. XIX, 9. Ezech. V, 10. Ex pellibus scutorum, cum Baculum, Apuliæ oppidum, à Gallis obsessum esset. Ex furibus suspensis, sic tempore Henrici II. Imp. An. 1005. Ex canibus, Saxo Grammaticus refert, Hunnos illos devorasse præ fame, *Boisac. Mor. Ged. p. 356.* Cum Cambyses, Cyri filius, in Æthiopes copias duxisset, tantâ fame exercitus ejus confectus est, ut Rex decimum quemque sortiri & occidere mandaverit reliquis in escam. Unde sibi metuens Cambyses, tandem receptui cecinit. Calagurii (urbis Hispaniæ obsessæ à Cneo Pompejo) cives & liberos, & conjuges proprias comederunt, *Id. Ibid.* Romæ, cum à Totilâ, Gothorum Rege, obsideretur, tanta fames fuit, ut pater, qui multos filios habuerat, spectantibus multis sese de ponte in Tiberim præcipitaverit, jubens filios petentes cibum se sequi; (Ex plebe Romanâ multi fame coacti, capitibus obvolutis in Tiberim se præcipitaverunt, *Livius Lib. IV. Cap. XII. p. m. 315.)* Cum à Vitige, itidem Gothorum Rege, obsideretur, in Italiæ quibusdam locis matres filiorum carnibus pastæ sunt, *Phil. Melanchr. in Chron. Carion. Lib. III. p. 529. 538. Wolff. Lect. Mem. Cent. XV. p. 694.*

§. 2.

Sub Honorio Imp. Romæ tanta caritas & raritas omnis annonæ fuit, ut homines hominibus jam imminerent, & in Circo palam audita sit illa vox: PONE PRETIUM HUMANÆ CARNI. In totâ Italiâ, vastantibus eam Gothis, sub Justiniano, iterum tanta, ut in solo Piceno *quinquaginta hominum millia* fame interierint, & passim in usum ciborum versæ sint non carnes solum humanæ, sed humana excrementa. Duæ mulieres (narrare exhorresco) septendecim viros per insidias noctu interfecerant, & comederant: ipsæ à decimo octavo, qui id agi senserat, cæsæ, *Zosimus VI. Annal. Procop. de Bell. Goth. Lib. XI. ap. Lipsium de Constantiâ Lib. II. Cap. XXIII. p. m. 156. Wolff. l. c. Tom. I. Cent. VI. p. 122. b.* In fame Ægyptii multos ad mutuam inter se carnis humanæ depastionem adactos ferunt; sed nemo quisquam de sacro sanctis animalibus vel degustasse aliquid, incusatus est, *Diod. Siculus Bibl. H. L. Lib. I. Cap. LXXXVII. p. 73.* Conf. *Barthium Advers. Lib. LX. Cap. XI. p. 2986. seq. Drexel. in Josepho Cap. XIII. §. 1. p. 739.* De fame Hierosolymitanâ, & Maria filium comedente, vid. *Joh. Saresberiensis Policrat. Lib. II. Cap. V. & VI. p. 49. seq.* Conf. idem exemplum, 2. Reg. VI, 28. Thren. II, 11. 12. 20. *Pfeif. Nupt. p. 218. 219.* Apud Cassilinos mus centum denariis venit, *Saresber. l. c. Lib. VI. Cap. XI. p. 301. Sextus Julius Frontinus Strategemat. Lib. IV. Cap. V. p. m. 282.*

§. 3.

Als Anno 1536. Christianus III. König in Dennemarck / sich der Stadt Copenhagen / nachdem er ein gantzes Jahr dafür gelegen / bemeisterte / hat der Hunger darinnen so grausam gewütet / daß man für 1. Gans 1. Thaler / so viel für ein paar Tauben / für 1. Pferd-Viertel 10. Goldfl. für die Pferds-Kaldaunen einen Thaler / und für eine Katze eine doppelte Krone zahlen müssen / und haben sich die Bürger nach Bemerckung / **Herman Hammelmans in der Oldenb. Chronic.** *P. I. Cap. XIII.* so lange gewehret / biß alle Pferde / Hunde / Katzen und Mäuse auffgezehret worden. Im Jahr des HErrn 1272. ist in Thüringen ein grausamer und erschrecklicher Hunger eingefallen / da die Leute aus Hasel-Zapffen und Knoten backen müssen / die Armen lagen in den Mühlen / und leckten das Staub-Mehl von der Erden auf / es kam ein Sterben unter das Vieh / daß Kühe und Kälber häuffig dahin fielen / das war ein sonderbares Glück für die Armen. Denn so bald ein Aas hinaus geschleppet wurde / kamen die armen Leute häuffig / schlachteten dasselbige gestorbene Vieh / assens also rohe / gesotten und gebraten / wie es ein iedweder haben kunnte / ohne Brod und war ein sehr elender / erbärmlicher Jammer. Es sind viel tausend Menschen hin und wieder verschmachtet / gestaltsam damals allein zu Erffurt sechs und dreyßig Scheck oder eintausend und achtzig Personen Hungers gestorben! *Joh. Binhardt. Thür. Chron. Lib. II. p. 198.* was in den Jahren 1637. 38. und 39. fast durch gantz Teutschland / für ein grausamer und schrecklicher Hunger / im Schwange gangen / ist bekandt / besiehe **M. Sachs. Käys. Chron.** *P. V. p. 561. seq.* Insgemein giengen die arme erhungerte Leute / als Geister und ein Schatten hin und her / und hatten nicht so viel Kräffte / daß sie aus einer Stadt in die andere kunnten gehen; sondern bleiben hin und wieder auf dem Felde todt liegen. Viel arme Leute wurden von dem grausamen Hunger / ihres Verstandes / Gehörs / Gesichts / und Sinnen beraubet. Tag und Nacht hörete man nichts anders / als ein jämmerliches Heulen und Schreyen: **Ach nur ein Brosamlein Brodts! Ach nur einen faulen Apffel!** Viel Männer / Weiber und Kinder / die zuvor sehr reich gewesen / haben den Unflath / den man mit dem Besen ausfeget / und durch die Wasser-Steine ausgeust / mit gresser Begierde durchsuchet / und sich damit vielmehr gefüllet / als gesättiget. Es sind viel Menschen jung und alt / niedergeschlagen / und gefressen worden. Man hat gesehen / daß ein hungriger Mensch mit grosser Begierde auffgelecket / was einer andere volle Sau / so sich überfüllet / von sich gespichen / *D. Joh. Olear.* Geduld-Schule *p. 554.* In der Neuen Marck hat man hinter einem Zaune etliche Kinder angetroffen / welche nach dem sie die Hunde / Ratzen und Katzen

mit

mit ihren Eltern verzehret / ihre todte Mutter angezapffet / und allbereit ein gut Theil von den Brüsten hinweg gefressen / *M. H. Sebald. Brev. Hist. p. 351.* Ein ander Kind an seiner von Hunger verstorbenen Mutter-Brust Nahrung gesuchet / aber keine gefunden / und verschmachten müssen / dem hat hernach sein eigener Vater mit einem Nagel die Brust eröffnet / das Hertz und die Leber heraus genommen / und verzehret / aber bald darauf seinen Geist auffgegeben / Gotthold. Andacht. *Cent. IV. n. 93. p. 1046. M. J. D. Ernst.* Bild. Hauß. *P. III. p 668. seq.*

§. 4.

Als An. 1605. Stephani Boscai Fürst in Siebenbürgen / die Ungarische Stadt Tockay belagert / war die Hungers-Noth so groß / daß die eingeschlossene Teutschen / alle Pferde ungesaltzen auffgezehret / nicht allein die Schuh / Hosen / Wams und Koller gegessen / sondern auch allbereit 2. Knaben geschlachtet / und etliche derselben das Loos über sich / einander zu fressen / geworffen / *Zeiler. Miscell. p. 135.* In der Belagerung Rochelle ist An. 1628. die Hungers-Noth so groß gewesen / daß des Hertzogen von Roan Mutter und Schwester / sammt ihren Domestiquen / 2. gantzer Monat von ihren 4. mit Saltz und Pfeffer eingebeitzten Gutsch-Pferden gegessen / sondern auch die Bürger / nach auffgespeiseten Katzen und Mäusen / alles unsaubere Leder von Schuhen / Pantoffeln / Stieffeln / ja gar die unflätigen Sohlen in kleine Stücklein zerschnitten / weich gesotten / und endlich in Ochsen-Unschlitt gebraten; da auch diese mit allen Häuten und Fellen darauff gangen / mussten die auf Pergament geschriebene Instrumenta der Notarien herhalten / und wurden dieselbige wie ein Muß mit Zucker zugerichtet / statt der besten Potage genossen / *Job. Buno Introd. in Cluver. Geogr. Lib. II. Cap. XV. p. 146.* Sancerra (Galliæ urbs) gravi obsidione Reformatorum, & horrenda fame An. 1573. innotuit ‖: Cujus specimen fuit cadaver puellæ triennis, fame mortuæ, de consilio vetulæ refossum, & ab ipsis parentibus in cibum versum, qui tamen re compertâ Magistratus sententia ad ignem damnati sunt, Vid. *Thuan. L. LV.* *ap. D. D. Beemann. H. O. P. I. Cap. VI. S. I. § 21. p. 177.* De Rupellensi fame *Id. P. II. Cap. III. p. 522.*

§. 5.

In Moscau An. 1601. und in Sina 1634. haben die Eltern ihre eigene Kinder angefallen / und gefressen. An. 1590. bey der schrecklichen Hungers-Noth / in der belagerten Stadt Paris haben die Leute die todten Cörper aus der Erden ausgraben / und mit grossen appetit, biß auf die blosse Knochen abgeklaubet / die Knochen hernacher in Mörsern gestossen / und unter das Brod-Mehl gemenget / und mit einander gebacken / *D. Christ.* Weidling *Orator.* Schatz-

Kam. *P. IV. p.130.* In dem belagerten *Brisach.* war An. 1638. die Hungers-Noth so groß / daß die gefangenen Soldaten im Stock-Hause / einen / welcher für Hunger gestorben war / roh auffrassen. Die Todten wurden aus der Erden wieder auffgegraben / und gegessen. Ein Viertel Kley galt 132. Schillina. Für ein Bredt und ein Maas Wein ward ein kostbarer Diamanten Ring gegeben. 1. Virtel vom Lachs galt 10. Rthal. Ein Pfund Roß-Mist 7. Patzen / und 1. Katze 1. Patzen / Gottfr. Schultz Histor. Chron. *ad hunc annum p. 467.* In einem Tage verlohren sich 8. Kinder vornehmer Leute / so in geheim von hungrigen Zähnen zerrissen worden / *Nic. Ziegler* im Tägl. Schau-Platz der Zeit *9. Decembr. n. 3. p. 1436.* Im Jahr 1660. war grosse Hungers-Noth in Preussen. Im Dorff Krusin / bey der Stadt Strasburg / hat ein Gärtner sein eigen Kind von 7. Jahren geschlachtet / auffgegessen / und darneben 9. Personen todt geschlagen / und verzehret / *Zeiler. l. c. p. 136.* An. 1674. wurde aus Warschau berichtet / daß 16. Polnische Soldaten / wegen der grossen Hungers-Noth sich aus der Wallachey von der allda stehenden Armée absentiret / und nach Pohlen retiriret / als sie aber bey Czernicowe angelanget / und für Mattigkeit wegen ausgestandenen grossen Hunger nicht weiter kommen können / sind sie in einer verwüsteten Bauer-Hütte eingekehret / und weiln sie nichts gefunden / den erschrecklichen Hunger zu stillen / haben sie einander selbst auffgefressen / indem sie allezeit den schwächsten nieder gemachet / und also einander biß auf 2. verzehret / diese beyde letzte aber sind von etlichen vorbey reisenden Officirern annoch erlöset / und für den König gebracht worden / *E. G. Happel.* Kern-Chronic. *ad ann. cit. mens. Mart. p. 18.*

* * *

Betrübte Zeit! wo Hunger Koch / und Elend Kellner ist /
So muß bey manchen offt das Marck in Beinen schwinden;
Schmertzhaffte Noth! wo man statt Brodts Hund / Katz- und Ratten frist /
Wo sich im gantzen Land der Früchte Mangel finden;
Da kan man nicht den Tisch mit Lecker-Bissen füllen /
Und muß offt rauhe Kost den leeren Magen stillen!

Autor. Relat. ex Parnasso An. 1698. N. XV. 18. Febr.

Invincibilis.

Superatis omnibus humanis malis, famem unam natura vinci non sinit,

Livius Lib. V. Cap. XLVIII. p. m. 452.

Saguntina.

Saguntum, Hiſpaniarum oppidum, juxta flumen Hiberum, ſocietate, fœdoreque conjunctum cum Romanis, longâ Pœnorum obſidione, fameque eo redactum eſt, ut cives extracto in foro igni, quicquid erat pretioſarum rerum in eum conjicerent: ac poſtremo, ſe ſuosque liberos eodem præcipitarent ne venirent in hoſtium manus; Hiſtoriæ meminerunt Livius, Val. Maximus, & M. Tullius in Philippicis, *Enſm. Adag. Chil. I. Cent. IX. Cap. LXVII. p. 313. Cæl. Rhod. L. A. Lib. XXVI. Cap. I. p. 355.*

Virgis ex foribus ejecta.

Mos erat olim apud Græcos famem virgis ex ædibus ejicere, dicentes: ἔξω βούλιμον, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγιείαν i. e. Foras famem, intro divitias & ſanitatem. Græci namque vehementem & intolerabilem famem, quæque λειποψυχίαν inducat, βούλιμον appellant & βουλιμιᾶν dicuntur, qui animo deficiunt, præſertim ob inediam, *Ariſtot. Sect. VIII. Problem. IV.* quærit, cur in frigore & hybernis menſibus homines magis βουλιμιῶσι, nam hoc verbo utitur: & quam Ariſtoteles vocat βουλιμίαν, Theodorus vertit famem caninam, *Cæl. & Enſm. l. cc.*

FAMIS

Autor DEUS.

§. 1.

Oportet ἄνωθεν τὴν πηγὴν διορύττειν, fontem à capite fodere, ut Græcorum habet proverbium, & ad ipſam ſcaturiginem, unde malum prodiit, aſcendere. (a) Nemini verò dubium eſt, eſſe certè non debet, quod DEUS, ut bonorum, ſic etiam malorum omnium (de malis *pœnæ* loquor, de quibus Amos Cap. III, 6. *Non eſt malum in civitate, quod non fecerit Dominus*, abſit ut de *culpæ*) proindeq; famis etiam atque caritatis primus ſit Autor, qui hanc ſimul, & bellum, & peſtem, tria ſcilicet flagella, invicem ut plurimum connexa, & ſe mutuo conſequentia, minari, infligere; iisque mortalium atrocia peccata caſtigare ſolet. De tribus hiſce junctim graviſſima in populum Iſraëliticum idololatria & ſceleribus aliis contaminatum, DEI comminatio apud Ezech. Cap. V, 17. adde Levit. XXVI, 20. extat: Mittam, *inquit*, in vos famem usque ad internecionem; & peſtilentia & ſanguis tranſibunt per te: & gladium inducam ſuper te. Conf. Deut. XXVIII, 18. Pſalm. CV, 16. Eſ. III, 1. Ezech. IV, 16. Amos IV, 6.

§. 2.

Non eſt igitur ambigendum, primum ante omnia caritatis eſſe remedium, *ad DEUM confugere*, eundemque devotâ mente, votis ſupplicibus exorare,

vitamque ad instituta sanctiora revocando nobis demereri. Perspectam hujus remedii præstantiam non modo veræ religionis homines habuerunt, ex quibus Elisæus Samaritanis abundantiam frugum loco famis, suis ad DEUM precibus obtinuit, 1. Reg. IV. sed neque gentiles unius ducti lumine rationis ignorarunt. Tempore Claudianæ famis, cujus etiam Scriptura Sacra meminit, Act. XI, 28. cum quindecim dierum alimenta urbi non amplius superfuissent, *magna Deûm benignitate, & modestia hyemis rebus extremis subvenitum*, utut alias ἐπιχειρίζειν haud rarò videatur, affirmat in *Annalibus 12. A. 48. Tacitus* Phigalenses arctiore annonâ pressi oraculi monitu, *placatâ Cerere*, fame liberantur, ut refert *Pausanias Lib. VIII. seu in Arcadicis.* In Attica regione locus est, qui λιμοῦ πεδίον *Famis campus*, ex eo fuit appellatus. quod Athenienses aliquando fame laborantes, in eo certis piaculis Deos placassent, *Ennsm. Adag. l. c. Cap. LXVIII. p. 314.* Iterumque Græci Delphicum Oraculum de fame consulentes responsum acceperunt, *nullum miseriarum effugium esse, nisi ut Æacus pro ipsis Jovem oraret*, unde montem ille conscendens, manibusque in cœlum sublatis eum, ut Græciæ misereretur, exoravit *Matth. Berneggerus Miscell. observat. XXXIV. p. 235. seq.*

§. 13.

(t) Ists nun ein grosser Jammer um den leiblichen Hunger / wenn die jungen Kinder Brodt heischen / und ist niemand / ders ihnen breche / Thren. V, 5. wenn mans auch um Geld nicht bekommen kan / oder gar unnatürliche Sachen essen muß / wie in der Zerstörung Jerusalem geschehen: so ist der geistliche Seelen-Hunger noch viel erbärmlicher / wenn GOtt einen Hunger ins Land schicket / nicht nach Brodt oder Wasser / sondern nach dem Wort des HErrn zu hören / wie also zu Samuels Zeiten des HErrn Wort theuer war / 1. Sam. III, 1. Kehret man sich aber bußfertig zu GOtt / so will er beydes wenden / daß / die da Hunger litten / nicht mehr hungert / 1. Sam. I, 5. In der Theurung wird dich der HErr vom Tode erlösen / Job. V, 20. Ich will euch Getreyde / Most und Oele ꝛc. Joël. II, 19. 24. der HErr wird und will erretten vom Tode / und ernehren in der Theurung / Psalm. XXXIII, 19. Psalm. XXXVII, 19. darum verspricht GOtt: Ich will dem Korn ruffen / und will es mehren / und will euch keine = Theurung kommen lassen / Ezech. XXXVI, 39.

GOtt hat gedräuet / daß das Land
Soll werden lauter Stein und Sand /
Und tragen keine Frucht.
Denn unsre grobe Missethat
Pest / Hunger / wohl verdienet hat.
Doch bringt er auch in Hungers-Noth

Aus

Aus schwartzer Erden Wein und Brodt/
Das unser Hertz erfreut.
Das Vieh hat Graß/ und wir die Saat/
Daß alles gnug zu leben hat!

Rev. D. Gottfr. *Drexelius in Theatro Histor. Curioso Tit. XL. p. 243.* Famis ergo timorem mihi nemo adducat, quasi non habet CHRISTUS, unde alat pauperes suos, *Æneas Sylvius in Curialium miseriis p. 10.*

§. 4.

Tria famosa hæc everricula (bellum, famem, pestem,) à DEO non tantum, ut justo judice, immitti, sed &, quatenus ipse, ut summus mundi arbiter perspiciat, reliquas creaturas vix generi humano suffecturas fore, si vel unius seculi spatio plagæ istæ nullibi terrarum grassarentur, putat *Th. Tannerus M. A. ac Rector Wintbfeldensis in Hamtonia de Origine ac incremento primæ DEI Ecclesiæ, in Actis Erudit. Lipsi. An. 1686. M. Maji p. 247.*

Nil præter *simum, fumumque, famemque* relicta
Marspiter hospitibus dat regione suis.

Francisc. Statius in Ot. & Lus. Veritatis Epigr. CCLXVI. p. 57.

Anni Davidi indicti. 1. Par. XXI, 12. 2. Sam. XXIV, 13.

§. 1.

1. Par. XXI, 12. Et venit Gad ad Davidem & dixit ipsi: Sic ait Dominus, cape tibi: An vis TRES ANNOS FAMIS &c. 2. Sam. XXIV, 13. ita: An venient tibi SEPTEM ANNI FAMIS in terra tua &c. Priore loco prædicuntur anni famis *tres*, posteriore *septem*. Quomodo hæc concilianda? *Capellus* librariorum errorem hinc arguit, quin & *Osiander* hanc discrepantiam natam censet ex incuriâ librariorum; Sed ita tota Scriptura suspecta redditur, *Sanctius in Sam.* ait: principio indictam esse famem septem annorum, sed deinde (ad deprecationem Davidis) ad trienni spatium fuisse contractam, cujus rei ex Gen. XVIII. & Ezech. IV. similia exempla adducit. Concinunt *Corn. à Lap.* & *Tirinus*; Verum unum utrobique mandatum proponitur, nec adeò David deprecatus est quosdam annos famis, ut præ illis elegerit triduum pestilentiæ. Raschba citante *Abendana ad h. l.* censet prædici septem annos famis omninò, ad tres modò continuos, & mox secuturos quatuor autem interrumpendos sparsim: hic tres modo continuos, in Samuele omnes notari. Sed & hæc conciliatio excogitata quidem est prudenter, attamen sine fundamento in Scripturâ. Posset & responderi tam *ternarium*, quam *septenarium* esse numerum sacrum, & utrobiq; poni indefinitè pro aliquot annis.

§. 2.

§. 2.

Sed commodissimè dicitur, *in Samuele comprehendi alios annos famis jam præterlapsos.* Sic consonant ubique omnia. In Paral. sensus est: *Num adhuc vel denuò tres anni famis erunt?* In Sam. hic: *Num terra tua premetur fame septem annorum, connumeratis videlicet proximè præterlapsis?* elapsi autem, erant tres anni famis propter Gibeonitas, 2. Sam. XXI, 1. & agebatur jam annus quartus, cum mandatum DEI ad Davidem deferretur, quô anno quidem DEUS, data pluvia testatus erat, se conciliatum esse, veruntamen novo regis peccato offensus, novum proponit triennium famis, quod superioribus junctum, septennium conficit. Sed obstat adhuc aliud dubium; Licet hoc modo utrumque verum sit, tamen semel propositum est mandatum, & sic veritas historica requirere videtur, ut eodem modo verba DEI recensentur, licet vel centies repetantur. Sed unus idemque Spiritus fuit, qui mandatum Gado ad Davidem dedit, & Idem in Chronicis repetit, erat proindè ipsi liberum, non κατὰ ῥητὸν, sed κατὰ διάνοιαν repetere, & in usum Ecclesiæ Judaicæ quædam in posterioribus libris declarare. Si enim solos libros Samulis habuissent, dubitare potuissent, num illi septem anni famis intelligendi sint, exclusis, an verò inclusis elapsis, quod dubium tollunt Paralip. *B. D. Pfeiffer. Dub. Vex. Cent. III. Loc. XIV. p. 463. seq.* Expedita est ex historiâ superiore concilatio, quod tres anni famis propter Gibeonitas elapsi jam sint, Cap. XXI, 1. quarto autem decurrente hæc acta fuerint, unde DEUS adhuc aliud triennium famis vehementioris, quod ideò hic solum commemoratur, minatus est, qui anni, si jungantur, septennalis indè fames proditura est, *B. Calov. in 2. Sam. XXIV, 13. p. 786.*

FAMEM

Integram ad ovum afferre.

Cicero in *Epistola ad Petum:* At quem virum: non eum, quem tu solitus es promulside conficere, integram famem ad ovum affero, itaque usque ad assum vitulinum opera ista perducitur. Ubi integram famem ad ovum afferre, non aliud esse videtur, quam ad secundam usque mensam cibi appetentiam producere. Dixit Naucratitas, autore *Athenæo*, in conviviis apponi solita bina ova, quæ in secunda mensa darentur, sicut lepus & turdus cum mellitis. *Cælius L. A. Lib. XXIX. Cap. X. p. 596.*

Pati, cur minus molestum, quam sitim.

§. 1.

Cur sitis magis torquet homines, quam fames? Et cur majorem potus,

quam

quam cibus affert delectationem? Resp. Hic verò famis, & sitis considerandæ sunt causæ. Famem & sitim ἐπέζεις appellat *Aristot. Lib. II. de Anim. Cap. III.* Famem quidem sicci & calidi; sitim verò frigidi & humidi alimenti. Fames autem, teste *Galeno*, ex ventriculi est frigiditate: hæc enim adjuvat illius corrugationem. Sitis verò, quam animalem vocamus, ex orificii ventriculi est arefactione & exsiccatione. Jam longè efficacior calor est qualitas, quam frigus. Magis igitur hominem sitis torquet, quam fames. Quod cum sit, major etiam voluptas percipitur, cum sitis potu restinguitur, quam cibo fames sedatur. Quæ enim magis nos torquent, eadem, si ab illis liberamur, majorem etiam post se relinquunt delectationem. Auget hanc delectationem subita etiam per multas partes potus distributio (facilè enim penetrat potus propter humiditatem), cibus verò, quia solidior est, & siccior, ideò paulatim communicatur membris: unde etiam multifariam ipsius comminuitur voluptas (*Macrobius Lib. VII. Saturn. C. XII.*) Hæc verò omnia de *animali*, non de *naturali* siti accipienda sunt, *animalis* enim tantum cum sensu est conjuncta: atque à calefactione & exsiccatione oritur in ventriculi orificio. *Naturalis* verò sitis appetentia est humidi alimenti familiaris, deficientis: cujus solius respectu potus alimentum dicitur. Estque hæc sitis in singulis partibus, sed sine sensu. Ad quam etiam sedandam solum humidum alimentum sufficit, sivè calidum illud sit, sive non sit. *Animalis* verò sitis & humidi & benè frigidi potus est appetitus, sive alimentum ille sit, sive non sit. Nam & aqua simplex, quæ alimentum non est, sufficit ad restinguendam hanc sitim, *Georg. Bachmanus Exercit. Philos. Cent. I. Q. LXV. Salm. in Panciroll. P. I. Tit. LI. p. 245. a.*

§. 2.

Cur minus sitim, quam famem tolerare possumus? utrum, quia sitis res magis anxia est: cujus indicium, quod suavius sitientes bibimus, quam esurientes comedimus; tristius autem quod suaviori adversum est. An, quia calor, quo vivimus, humidum magis, quam siccum desiderat. An, quia sitis rerum duarum libido est, potionis, inquam, & cibi: fames unius, cibi tantummodo est. An, quia siti amplius contristamur, quam fame: cujus indicium voluptas sanè facit, quam inter bibendum capimus vehementiorem. Tum etiam, qui sitit, res duas desiderat, cibum atque refrigerationem: ista hæc enim ambo potio exhibet. At, qui esurit, alterius tantum appetens est, *Aristot. Problem. Sect. XXVIII. Cap. V. VI. p. m. 701.* Tanta est vis sitis, ut ipsamet vita possit periclitari; Vid. de enectis siti Hispanis in Insulâ Meninge *Busbeckius Epist. IV. p. 213.* Quomodo hoc possit fieri, exhibet *Valent. Henr. Voglerus Comment. ad Cap. XV. Judic. p. 147. seq.* Voluntatem tamen sitis quandoque esse victam, & in senecta quosdam caruisse potu, habet *Cælius Lib. XXVIII. Cap. XXXIII. p. m. 562.*

Conf. *Wolff. Lect. Memor. T. II. Cent. XVI. p. 601. b.* David desiderium suum ad domum DEI comparat cum desiderio sitientis aquam, Psalm XLII, 3. quia appetitus sitibundi ad aquam major est, quam appetitus esurientis ad panem. Hinc dixit: SITIT; non autem dixit: ESURIT, quia duos aut tres dies transigere potest homo absque cibo, vivere verò absque potu non potest; quin & ut primum sitiens impetrat aquam, & bibit, statim reviviscit, ut *R. David Kimchi* in h.l. commentatur, *R. Aben Esra* ita: Aqua reficit hominem momento ut vivat, & anima ejus ad ipsum redeat, aliter ac panis solet. Hinc desiderium suum David comparat cum desiderio sitientis aquam, *D. Joh. Ben. Carpzov. Conc. Fun. P. I. p. 459.* Est autem sitis à defectu particularum *acutarum*, & dominio particularum *salsarum:* Unde quicquid *acidum* siti extinguendæ aptissimum, *G. Hornius in Arcâ Mosis p. 104.*

Quamdiu homo tolerare potest?

§. 1.

An homo *sine ullo cibo aliquandiu vivere possit?* Non ex solo pane vivit homo, Matth. IV, 4. *Supernaturaliter*, ac per miraculum posse, nemo negaverit. *Naturaliter* etiam posse, probat *Mendoza in Viridario Lib. IV. Problem. XXIV.* Exempla affert varia, pauca hîc refero. Rusticus sub ingenti fœni cumulo per autumnum & brumam perpetuo dormivit, consumto paulatim fœno, attonito similis, tanquam ab inferis excitatus surrexit. Sed hic dormiens fœnum manducavit. M. Albertus ait se vidisse Coloniæ mulierem, quæ aliquandò totos triginta & aliquando viginti dies sine alimento vixit. Pinguissimus Mauritaniæ Rex hâc nostrâ ætate, diu sine cibo consistebat: alebatur enim proprio abdomine. Venetiis homo fuit, præclaris ortus natalibus, qui integros XLVI. annos jejunus absolvit, cum esset frigidâ corporis habitudine, crassaque pituitâ, & incoctâ nutritione, obstructisque membrorum meatibus, Spiræ puella fuit, Margarita nomine, quæ tres ferè annos famem toleravit: staturâ erat æquali, oculis cæsiis, ore semper arido, potionis cibique nil appetens, plorabat tamen, nares emungebat, dormiebat. Illud nostra hâc memoriâ admirandum, spectatumque à nonnullis præsentibus, ait: Gallina absque cibo & potu post LXXX. dies reperta est viva &c. Hæc ille, & alia, quæ ideò notanda, ne quod insolitum, aut præter naturam apparet, statim miraculosum credatur. Possem ex Exemplis *Hondorffii* & aliorum, plura hujus generis, eadem diversa adferre, sed Medicum adduco *Quercetanum*, qui in *Diatetico Polybist. Sect. II. Cap. IV.* Constani se vidisse puellam refert, tres aut quatuor annos natam, quæ sine cibo & potu jam per sequiannum perstiterat. Mirabantur omnes, *inquit*, tam stupendum casum, multique sibi persvadebant aliter fieri non posse, quin alimentis clam pasceretur. Ubi verò ego ventriculum, hy-

hypochondria, meſenterii & inferioris abdominis regionem attrectavi, dimovi illos à ſiniſtrâ opinione: apertè docens, in illo abdomine, usque adeò depreſſo, & inſtar marmorei lapidis indurato, nihil colligi poſſe, cum nihil in illas partes trajici, nec influere queat. Diſputat pluribus, quomodò partes illæ nutritioni deſtinatæ lapideſcere potuerint, per aquas minerales in microcoſmo contentas? & quomodo cæteræ vitales ſolo ſpiritu & aëre refectæ interim ac ſuſtentatæ fuerint. Aliud exemplum narrat, de *Apolloniâ Chrier*, ex oppidulo *Galz* dicto, ditionis Bernenſis; quæ annos nata circiter octodecim, triennio ἄσιτος vixerit, cuſtodita à Bernatibus in Xenodochio, & à ſe viſitata, rogatu Dn. de Sillery, Regis Galliæ Legati, qui Soloduri tum agebat. De cauſis ita diſſerit: Variâ tatione, tum calore, tum frigore nimio deſtrui pōſſe appetitum obſtruive partes, per quas ſpiritus eſſuriei deſervientes deferri ſoleant: Eo ceſſante nullam eſſe neque attractionem, neque retentionem, neque digeſtionem, neque excretionem: interim vitam conſervari varia illâ aquâ vitæ, in ſangvine remanente; quæ cum aëreæ ſit ſubſtantiæ, ab aëre foveri aliquamdiu poſſit: dum vaſa aquam hanc divinam continentia, optimo, &, ut ait, Hermetico ſigillo occluſa ſint &c. *Aſtomos* ad Gangis fontes odore victitaſſe *Plinius* refert, & quendam ex Solis radiis apricando alimentum attraxiſſe, eoque citra cibum omnem vitam ſuſtinuiſſe, *Olympiodorus Platonicus* apud eundem: Multos gracili corpore & imbecillo ſtomacho, in calidis regionibus, ſolis ferè odoribus vivere, ait *Marſil. Ficinus de vitâ producendâ*: Simile enim cum ſimili nutriatur, fieri, ut ſpiritalis homo, à ſpiritu & odore, plurimum capiat alimenti: Democritum olfactum calentium panum vitam & ſpiritum quatriduo retinuiſſe. Sic fœtus in utero corroborari placentis mellitis, pane vino madefacto, balſamo puerorum & alliis ventri matris impoſitis; ac clyſteres quosdam nutritioni inſervire, quamvis ad ventriculum usq; non perveniant, tenuibus quibusdam ſpiritibus ac odoribus, ſeſe per univerſum corpus diſtribuentibus, & alia docet, *Joh. de Mey in S. Phyſiologiâ P. II. Cap. IV.* Qui tamen Confolentanam illam, de quâ Quercetanum audivimus, non modò cuſtodes, ſed & Medicos fefelliſſe, & ſimilem fraudem nuper in Meurſenſi Comitatu deprehenſam fuiſſe, infra p. 131. memorat, aliaque addit huc ſpectantia, *D. Urſinus Queſt. Bibl. Lib. III. Cap. XIX. p. 197. ſeq.*

§. 2.

Hippocrates aliique Medici docent, hominem ſanum, non poſſe ſine cibo, ultra ſeptem dies vivere. Sed Paulus naufragos ad ſumendum cibum hortatus, dixit: *Dies hic eſt decimus quartus, ex quo exſpectantes jejuni permanetis, nihil accipientes:* vel ut Syrus habet Tremellii: *Hodiè ecce decimus quartus eſt dies à concitatione*, i. e. quo mare cœpit tempeſtate concitari, *nihil guſta-*

sum est à vobis: daß ihr wartet und ungessen bleibet / und habt nichts zu euch genommen / Actor. XXVII, 33. 34. Quid ergo? *Beza* hyperbolen putat esse. *Sanctius:* Scripturæ, *inquit*, mos est, ut qui parum fecit, nihil fecisse dicatur. Sic Johannes venit, *neque manducans, neque bibens*, Matth. XI. Ergò nihil est, vel parum, vel nihil per modum stati justique prandii, sed carptim quædam libantes potius, quam comedentes, ita *Corn. à Lap.* Chrysostomus, & quidam alii, malunt miraculo tamdiu sine ullo cibo victitasse. Et plura ejusmodi exempla profert *Augustin. Epist. LXXXVI.* hæc *Tirinus.* Sed non negat Paulus simpliciter, quicquam sumsisse cibi toto isto tempore ullum, ἄσιτοι, *inquit*, διατελεῖτε, μηδὲν προσλαβόμενοι. Negat ergò σῖτον i. e. *annonam*, aut *commissum*, quotidianum demensum, quod in navi à *Simarcho* solebat distribui, accepisse: in quo certè *Simarchia* ille præfectus, quisquis fuit, ἠγνόησεν ἁγίοις μεγάλην, & ex desperatione grande peccavit peccatum, qui impransos imperatosque nautas & milites tantis laboribus objecerit; quod meritò LXX. Interpr. accusant in temerario Saulis voto, 1. Sam. XIV, 28. Hoc reprehendit Apostolus, ac salutarem fuisse eam reprehensionem, docuit conatus v. 38. Actor. l. c. ac mox eventus, *Ursinius l. c. Cap. XVI. p. 185. 186.* secundum quid Apostoli verba intelligi debent, nempè quod justo convivio nunquam fuerint refecti per totum illud tempus, non modò ob metum imminentis à naufragio mortis, sed & propter continuos labores nauticos navi salvandæ impensos, *D. Calovius Diss. de Jejunio CHRISTI. Q. IX. p. 70. & Bibl. Illustr. in Actor. cit. loc. p. 952.* Sic & *Tzetzes* exponit illud Hesiodi, - - - ἀδὲ τε σῖτον ἤθιον, quod non vacarent prandio vel cœnæ, sed armati comederent; Ita h. l. intermissum tantum quotidianum cibi usum notat, *Polus in h. l. p. 1553.*

FAME

Enervati.

Quæsitamque famem lapidoso vidit in antro,
Unguibus & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore,
Labra incana situ, scabri rubigine dentes.
Dura cutis, per quam spectari viscera possent,
Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus, pendere putares
Pectus: & à spinæ tantummodò crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

Ovid. Lib. VIII. Metamorph.

Ecce

Ecce venit funesta fames mera mortis imago.
Dura cui nigram pungenti cuspide pellem
Ossa forant: hæc semper hiat, mersique cavato
Orbe latent oculi; facies compressa, genæque
Juncta gena, & rari sordent flavedine dentes,
Quin vacua apparent sublaxa viscera felle,
Ventris ei pro ventre locus, sceletoque rigenti
Protuberant genuumque orbes, cubitique: voracem
Illius ingluviem saturare quod educat orbis,
Vix uno possit pastu: sibi quærit in esca
Escam guttur edax, epulas epulæque seqvuntur,
Implacata alvus fit semper inanis edendo,
Dulcia nec satient lurcata pignora carne,
Quod magis, interdum, vah! portentosa vorago,
Jejunia ut repleat sua viscera mandit.
Grandiat ut corpus, tenuat sibi corpus, & atrox
Hoc vultu atque habitu crudeliter excipit Adam.
Prætereà invalidas vires, rabiemque sitimque
Sedibus è nigris secum hæc in prælia ducit.

Guil. Salust. Bartasius Hebdom. II. Diei I. Lib. III. p. 68. 69.

Necati.

Ugolinus Giradescus Pisanus, Guelpharum partium Princeps, rebus omnibus absolutè beatus, & cæteris & sibi visus, adeò, ut publica voce in solenni natalis sui convivio, *ecquid abesse videretur*, exclamaret: paulò post cum duobus filiis, & tribus nepotibus ipse à Gibellinis hostibus suis comprehensus, & turri incluſus, esuriales ferias ad mortem usque sedebat non sine miserrimâ tragœdia: quippe in qua parens carissima pignora commoriens ipse in suo gremio vidit fame morientia. Vociferanti, exposcentique ut humana exigendo supplicia inimici contenti essent, etiam sacræ confessionis, sacro-sanctiq; viatici potestas facta non est, *Phil. Camerarius P. I. Med. Hist. Cap. XII. ex P. Æmilii Lib. VIII. de Rebus Gest. Francorum ap. M. Andr. VVilkium* Εορτογραφ. *P. I. p. 361.* sed fame necare, impium olim censebatur: quo nomine in vincula conjectis, uti morerentur, cibi aliquantulum apponebatur, ut sic aliquo modo expiarentur: quod in Antigone significat Sophocles, & adnotavit interpres. Sed & in Vestalium pœna scio memoratum, *Cælius l. c. Lib. XXVI. Cap. I. p. 355.* Quod si hominem eo mortis genere periturum, quod Homero Platonique omnium est miserrimum (*Hom. Odyss. μ. Plat. Lib. III. de Republ.*) Ægyptii significare voluissent,

issent; hieroglyphicum habebant aquilæ, cujus rostrum esset enormiter incurvatum; senescentibus enim Aquilis rostrum supernum accrescit adeò, incurvaturq; subindè magis ac magis, ut nulla demum aperiendi data copia, inedia plerumq; deficiant, & extinguantur. Hinc illa in bibaces, *Aquila senectus*, exprobratio: quippè quæ amissa edendi facultate, humorem assiduè sorbillare cogitur, vitamque aliquamdiu pertenui eâ ope protrahere. Ac ne usquam desint Græcorum fabulæ, commenti illi sunt, fuisse olim hominem, qui hospitem affecisset injuria, proindeque Deorum irâ in Aquilam commutatum, inque sceleris pœnam eo affectum malo, ut fame consumeretur, *Joh. Pier. Valer. Hieregl. Lib. XIX. Cap. XV. p. 232.* Hieron. Cardanus, Medicus & Astrologus Mediolanensis, qui Jul. Cæs. Scaligerum adversarium expertus est, obiit Romæ A. C. 1576. æt. 75. fame spontanea enectus, ut annum diemque propriæ mortis, à se prædictum attingeret, *Hofm. L. U. T. I. p. 723. b.*

FAX

Jactata.

Der sel. Herr *Scriver* bildet in Gold-Predigten p. 592. die Tugend ab unter einer Fackel/ und sagt: Die Fackeln leuchten am meisten/ wenn sie geschüttelt und gegen den Wind gehalten werden; Also die Gottseligkeit und Tugend thue sich am meisten herfür/ wann sie durch Widerwärtigkeit ermuntert und erreget wird; Darum billich dabey stehen kan:

JACTATA MAGIS,
oder:
AGITATA VIVACIOR.
Jemehr man sie bewegt/
Jemehr die Flamm ausschlägt!

D. Gottfreund im *Emblem.* Tugend- und Laster-Platz *p. 819.*

Vidi ego jactatas motâ face crescere flammas:
Et vidi nullo concutiente mori.

Naso Amor. Lib. I. El. I. Lampadem in Templo Veneris, ventorum flatibus inextinguibilem exhibet, *August. de C. D. Lib. XXI. Cap. VI. ap. Jac. Gaffarell. Curios. Inaud. P. I. Cap. VII. §. 14. p. 162.* De aureâ Callimachi Lucerna, & alia in Templo Veneris sub dio pendente, imbribus inexstinguibili vid. *Ursinus Anal. Lib. V. Cap. XLII. p. 294. M. J. Mich.* Schwimmer/ *Physial.* Lust-Garten *Quæst. XXXV. p. 251. seq.* Eas conficiendi hoc tradit artificium *Cardanus Lib. XVIII. de Subtil.* Multa, *inquit*, sunt mirabilia, qui tamen, cum causam noveris, cessat omnis admiratio, veluti sulphur cum cera æqualiter dissolutum, eam red-

dit

dit in extinguibilem, oportet autem sulphur valde purum esse, *Engelgnv. Cal. Empyr. P. I. p. 78. a. Noctiluca constans & per vices fulgurans Dn. G. C. Kirchmaieri Cap. II. §. 3.*

FEBRIS

Ne noceat culta_,.

Cæteros quidem Deos Romani ad benefaciendum venerabantur. Febrem autem Deam ad minus nocendum, templis colebant, quorum adhuc unum in Palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in summâ parte Vici longi extat. In eaque remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur, *Val. Max. Lib. II. Cap. V. p. 51.*

Diaria, tertiana, quartana.

Ebr. vocatur קַדַּחַת febris, ardor, Deut. XXVIII, 22. Rabb. חֲמָא Arab. חֻמִּי & חֻמְיָה Syr. אֶשְׁתָּא Joh. IV, 5. Gr. πυρετὸς. Rabb. יוֹמִית קַדַּחַת febris diaria, Syr. אֶשְׁתָּא בַּת יוֹמָא h. e. febris filia diei h. e. diaria Rabb. קַדַּחַת שְׁלִישִׁית febris tertiana. קַדַּחַת רְבִיעִית febris quartana. Morbo hoc puniuntur contemtores divinorum præceptorum, Levit. XXVI, 16. Deut. XXVIII, 22. Cap. XXXII, 24. Thren. II, 11. Sir. XL, 32. *Crellius Prompt. Bibl. in h. v. p. 296.*

FEBRIUM

Species quot_,.

Febrium (quibus subinde mortalis excoquitur imbecillitas) species præcipuè sunt duæ, quippè aut συνεχὴς dicitur, vel Synochos, quæ continua, aut διαλείπουσα i. e. intervallata. Hujus apud veteres discrimina pernoscebantur sex, ut sentit Galenus: ἀυφημερινὲς, quæ quotidiana: τριταῖος, quæ tertiana: τεταρταῖος, quartana: πεμπταῖος quintana, ἑβδομαῖος, septimana: ἐνατταῖος postremo, dicere quam possumus nonanam. Eodem modo & Synochorum interstitia norunt tria: nam alias dicunt *epaumasticas* i. e. increscentes: alias *paraumasticas*, i. e. decrescentes: tertias *homotonos*, i. e. tenore eodem perseverantes. Proditum verò memoriæ scio, Vidum Grammaticum Thrasimenum annis quatuor & viginti quartana febri fuisse mirè infestatum. Vid. *Cæl. Rhod. A. L. Lib. XXII. Cap. VIII. p. 108.*

Paroxysmi & symptomata.

Dicite Mnemosides, oracula docta docete,
Quis miles sævo cujus tremebunda furore
Membra rigent, mediosque furens, qui fertur in hostes,
Funereamque gerit medio sub pectore tædam, Quem

Quem fidi ſtipant comites, Tremor, Horror & Ardor,
Et ſitis atque freqvens pulſus, deliria, tuſſis,
Syncopa, ſingultus, Cephallagia, & oris hiatus,
Num furia eſt noto febrem quam nomine dicunt?
Cui levis immigrans formas vertumnus in omnes
Ceſſerit, aſſiduis quæ nunc ſit noxia flammis,
Otia nunc unam, captet nunc otia luces,
Per geminas, cunctis modò quæ rediviva diebus
Surgat, & aligero præceps mox uſtulet igne,
Viſcera mox lentis urat vitalia prunis,
Ut varius variosque ciet per corpora motus
Mobilis aut humor, vel pigro pondere tardus.

Guil. Saluſt. Barræſius Hebd. II. Diei II. Lib. III. p. 72. 73.

—— —— in corpore lentam
Protrahit, heu moriens, qua carperis, hectita febrim,
Elidit nervos, frontique inamœna ſerenæ
Objicit & miſero triſtiſſima nubila cordi,
Humoremque bibit vel pumice ſiccius omnem,
Lychno perſimilis, lento qui funere ſeſe
Conficit, & carptim proprios depaſcitur artus:
Nec mora, nec requies interdatur ulla, priusquam
Frigida funerea mors condidit oſſa ſub urna;
Sic nimio febris flagrans accenditur æſtu,
Quo venæ pulſu crebrum vibrante reſultant,
Lingua gravatur iners, ſqualet cutis horrida ſorde,
Pictaque tot vacuo volitant ſimulachra cerebro,
Quod natura parit, quod ſorte, quod arte creantur:
Nec mora, nec requies inter datur ulla, priusquam
Frigida funerea mors condidit oſſa ſub urnâ.

Id. Heb. Lib. II, p. 36. 37.

FECIALIS.

Nullum bellum ἀκήρυκτον i. e. citra fecialis officium; Sicuti enim Caduceator legatus eſt conciliandæ pacis miſſus, à caduceo, quem manu geſtabat, ita denominatus, *D. Georg. Schubartus de Moribus Gentium circa fœdera §. 29. p. 39.* Ita Fecialis erat, qui bellum denunciabat, *C. S. M. D. not. in Curt. Lib. III. Cap. I. p. 19.*

Hinc

Hinc solet hasta manu belli prænuncia micti
In Regem & gentes, cum placet arma capi.

Ovid. VI. Fast. Fecialis namque plerumque hastam ferratam, aut sangvineam ad hostes ferebat, *Livius Dec. I. Lib. I. Cap. XXXII.* ut scilicet terror inesset in cruento earum colore, aut ad hortorem cruentabantur, *Turnebus Lib. VIII. Cap. XXXIII. ap. Gronovium in cit. loc. Livii p. 64. Vid.* omninò *Dionys. Halicarnass. Antiq. Rom. Lib. II. Cap. VIII. p. m. 199. 200. Godescalc. Stewechius Comment. in Veget. Lib. I. Cap. VI. p. 23. A Gellius Noct. Attic. Lib. XVI. Cap. IV. p. m. 511.* Et quia clarâ voce res per feciales repetebantur, inde *Clarigatio* dicta est pro denunciatione belli, *Phil. Caroli Antiq. Rom. Lib. III. Cap. I. p. 69. Andr. Dom. Floccus de Potestatibus Rom. Lib. I. Cap. IX. p. 164. Pomponius Lætus de Sacerdotiis Rom. Lib. II. Cap. IX. p. 276.* Dicuntur ita à fœdere faciendo, seu feriendo, *id. ibid.* Seu à fero, sive facio, quod apud belli, pacisque ferendæ, seu faciendæ jus esset, *Polyd. Vergilius de Rer. Invent. Lib. IV. Cap. XIV. p. 386.* Seu à fando, quasi fatiales, quod essent Viri Φατοὶ i. e. celebres, *D. Wilh. Saldenus in Otiis Theol. Exercit. VI. §. 8. p. 94. D. Franc.* Rhyne *Diss. Pol. de Conservat. Rerumpubl. th. 21. §. 3. p. 47. Conring. de Fœderibus §. 1.* Conf. Tit. Caduceus.

FEL

E victimis exemptum.

Junoni nuptiali (pronubæ) h. e. τῇ γαμηλίᾳ θεᾷ rem divinam qvum facerent, è victimâ fel exemptum post aram abjicere moris fuit receptissimi, innuente, opinor, ejus quisquis fuit, autore, bilem prorsus iramve à conjugali sequestrandam jucunditate. Ut enim vini, sic & matronæ austeritas utilitatis plurimum, amarulenti nihil interfusum habere congruenter debet, *Cælius Lib. XXVIII. Cap. XXI. p. 535.* Fel iracundiæ & bilis putabatur sedes, *Virgil. VIII. Æneid.*

Hic verò Alcidæ furiis exarserat atro
Felle dolor. *Salm. in Panc. P. I. p. 318.*

Hinc fel à Marte regi dicitur, quia iracundiæ sedes & bilis, *Joh. Pier. Val. Hierogl. Lib X. Cap. XXIX. p. 122.*

FELIS

Ægyptiis sacra.

Inter cætere animalia bruta, quæ nimis superstitiosè colunt Ægyptii, *Æluro* sive *Feli* tantum tribuêre, ut in eos, qui alia quidem animalia sponte volentesque interemerant, decretum fuerit capitale supplicium. Quod si casu, aut

certè nolentes fecerunt, ſcelus præſcripta melota poſſe expiari putarint. Sola *Felis* inter quadrupedes: Inter Avitia *Ibis* nominatim excipiuntur. Has nolens volenſve ſi quis letho dediſſet, crimen non niſi capite luebatur. Cujus rei tanta religio fuit, ut *Diodorus Siculus Bibl. Lib. I. p. 75.* fidem atque oculos ſuos in teſtimonium adducat. Cum ætate Ptolomæi inita nuper amicitia cum Romanis, Romanus quidam, præter animi voluntatem Felem occidiſſet, factâ impreſſione Ægyptii agminatim ejus domum obſederunt, eum ad pœnam poſcentes: neque magnitudo Romani nominis, neque amicitiæ recentis neceſſitudo ei ſatis præſidio eſſe poterat,, ni Rex, Prafectique regii eum magis præſenti periculo ſubtraxiſſent, quam deliberaſſent; (Alii millenis manibus dicunt diſcerptum, ſicut nec funeri, aut rogo aliquid ſuperfuerit;) Quod ſi autem fato, aut natura diem obiiſſet ælurus, univerſa domus non ſecus funeſta fuit, ac ſi pater familias cecidiſſet. Neque modo Ægyptii, verum Arabes etiam ælurum, & eam quidem auream pro Deo habebant in Rechadita. Nec ſane mirum: cum ritu naturæ numeros Lunæ oſtendat, & lunaribus incrementis oculos etiam habeat grandes. Quid? quod Æſopus nobilis ille fabulator, puellam fuiſſe ælurum ſcripſit & quidem ita præſtanti formâ, ut invidiam in ſe Veneris concitarit. Qua Venus, percita priſtinam formam abſtulit, novam intulit, nec eam tamen degenerem aut deformem, utpote quæ vegeta atque agilis ſit, & Leonis formæ ſimillima. Quæ in æluri ſive felis commentationem literis ita prodidit *Cœlius Calcagninus Lib. I. Ep. XXXVIII.* Quem quidem Apologum etiam *Eraſmus* ita recitat, quod ſcil. Venus eam bellè adornatam in pediſſequarum ordinem adſciverit, ac ſatis aptè ἐγγυμάκιζε, donec mure è cavo quopiam procurrente, declaravit, ſe nihil aliud eſſe, quam felem: Non ſecus ac Simiæ illæ ab Ægyptio Rege ita inſtitutæ, ut ſaltandi rationem perdiſcerent, (ut eum nullum aliud animal ad figuram hominis propius accedit; ita nec aliud actus humanos aut melius, aut libentius imitatur); Artem itaque ſaltandi protinus edoctæ, ſaltare cœperunt, inſignibus indutæ purpuris ac perſonatæ; Multoque jam tempore majorem in modum placebat ſpectaculum, donec à ſpectatoribus facetus quiſpiam nuces, quas clanculum in ſina geſtabat, in medium abjecit; Ibi ſimiæ ſimul atque nuces vidiſſent, oblitæ choreæ, id eſſe cœperunt, quod ante fuerant, ac repente à ſaltatricibus in ſimias redierunt: Contritisque perſonis, dilaceratis veſtibus, pro nucibus inter ſe dimicabant, non ſine maximo ſpectatorum riſu, ut eſt ap. *Eraſmum Adag. Chil. I. Cent. VII. Cap. XI. p. 231.* Atque ut cum *Calcagnino* concludam; Alo ego, *inquit*, ælurum, qui adverſus mures, ſoricesque, perpetuos Palladis, ut *Homerus* ſcribit, i. e. Muſæi ac Bibliothecæ meæ hoſtes excubet & ſtipendia faxit, genuinæ ſiſteret naturæ impetum

Mor-

Mordaces morsu solitas consumere mures,
Invisum & domibus perdere dente genus.

Ita enim Catum describit *Petrus Afranius*; cui non delicias modò, ait *Calcagninus*, verum etiam, si gratus esse volo, dimensum & animæ authoramentum debeo *dict. Ep. XXXVIII. Lib. I. ap. Salm. in Panc. P. II. T. I. p. 34. Lipsius Exemp'. Polit. Lib. I. Cap. III. Mon. II. §. 1. p. m. 22. 23. Cl. Hubnerus Hist. Polit. T. I. Lib. IV. p. 280.* Conf. Tit. Canem ferre summa olim ignominia §. 2.

Libertatis Hieroglyphicum.

Felis libertatis appetentiæ hieroglyphicum fuit, quo prisci Alani, Burgundiones & Suevi, teste Methodio, in militaribus signis uti solebant: perindè ut Feles carcerem ferre non possunt: sic se servitutis impatientissimos esse testantes, *Pier. Val. Hierogl. in addit. Lib. II. C. IV. p. 750.*

Pullaria, Virginalis.

Nebulonum genus perversâ Venere utentium *Ausonius* eleganti locutione *Feles pullarias* appellat: quemadmodum & *Plautus* Lenonem, *Felem virginalem* indigitavit *in Rudente*, Scena, Exi è phano:

Tunc fele, hic virginalis, liberos
Parentibus sublectos habebis?

Feles enim scimus esse furaces & rapaces, (unde *Lucianus*: ἁρπακτικώτεροι τῶν γαλῶν, rapaciores felibus. Erasm. Adag. Chil. I. Cent. II. C. LXX. p. 87.) Proindè felis vel feles virginalis appositè nuncupatur Leno, quod virgines surripiat: sicut Pædico, felis pullaria, à puerorum surreptione, pueros enim veteres pullos dicebant, *Salm. l. c. P. I. T. XLVII. p. 220.*

Docilis.

Hodie utcunque interdum docetur tenere lychnum sub cœna, vel aliud quippiam facere, inquit *B. D. Wolffg. Franzius in Hist. Animal. Cap. XVIII. p. 196.* Sic fuit felis cuidam fratri nostro familiaris, cujus curæ erat pulsare nolam ad surgendum: Id munus felis didicit. Si forte, cum hora insonabat, abesset Frater, felis accurrebat ad funem, & manibus pressio ungue detrahebat, *Nierenberg. Jesuitæ Lib. III. Hist. Natur. Cap. XXI.*

FELEM

Cur quidam aversantur?

Sunt, qui tenuem felis halitum non possunt ferre, etiamsi felis includatur, ut non veniat in ullius conspectum. Nam cum respirant vel attrahunt halitum

quamvis subtilem, ibi confestim irritatur corporis temperamentum ab hâc qualitate felis alienum, adeò, ut largissimus proveniat sudor, neque ipsi quiescere possint, donec felis, licet non appareat, è medio removeatur. Causa verò hujus accidentis, seu dissidii est, quod mater gravida à felibus abhorruerit, unde in sobolem propagatum fuit qualitatis illius inimicæ odium, *Fmnzius l. c. p. 199.* Vid. & *Ephemerid. Nat. Curios. Dec. II. An. II. p. 83.* Solet enim horror ille à parentibus in liberos hæreditarius dimanare. Exemplum recenset *Pontanus in Atticis Bellar. p. 17.* Fortè tamen & aliunde contingere potest, ut quis sanguinis & spirituum tale temperamentum habeat, quod halitibus è felis corpore copiosè & indesinenter emissis modo insolito exagitetur: unde perturbatio sensuum, & hypothymia eveniat. Consule *le Grand Histor. Natur. P. IX. Art. X. Matthiolum in Dioscorid. Lib. VI. Cap. XXV. p. 997. ap. L. Job. Cyprian. Contin. in Hist. An. Fmnz. Cap. cit. p. 417.*

FELES

In deliciis.

Cati agrestes volantes in provinciâ Malabar, quos verius prægrandes vespertiliones esse putat *Kirsberus China illustrata Part. II. Cap. V. p. 84.* in cibum valde expetuntur ab Indis, uti in Europa feles agrestes. Domesticæ etiam nonnullis bene sapiunt. Vid. *Dn. ab Hohberg. Georg. Curios. Part. II. Lib. IX. Cap. LXXIX. p. 318.*

Imago judicis vitiosi.

Catus murem captum ferens epigraphen accepit:

PARIA cum FECERIT.

Judicem biliosum hæc imago designat, qui cato persimilis, aliorum furta acri censura perstringit ac castigat, plurimorum ipse, longeque graviorum reus. Narrante *Diogene Laërtio Lib. VI.* Diogenes Cynicus conspicatus à magistratibus, qui Athenis *εὐθυνήμονες* dicebantur, abduci quendam ex ærario phyalam furatum, Magni, *inquiebat*, fures parvum ducunt. Quæ *Erasmus* referens *Apophth. Lib. III. p. 227.* subjicit: Utinam hoc non possit verè dici in magistratus aliquos Christianos, à quibus ad laqueum adigitur interdum, qui decem drachmas sustulit, ipsi impunè magnis furtis, vel peculatu potius ditescunt. Cato senior dicebat, privatarum rerum fures in compedibus vitam agere, publicarum in auro & purpurâ conspicuos incedere. Tamerlanes Tartarorum Rex, alienas provincias assiduis & enormibus rapinis invadere solitus, in furta quævis minu-

minutissima, ab exercitu suo patrata, severissimè animadvertit. Unde *Vincentius Ferrerius Serm. I. Dom. X.p. Trin.* hortatur: Si suspendetur, vel condemnabitur latro &c. Bonus Judex ei compatiatur, dicendo: Et ego miser, qui ex rapina, vel usura, vel ex furto secreto, vel ex retentione Salarii servorum, vel decimarum, vel ex mortuis malè emendo aut vendendo tanta furatus sum! fortassis magis merui mortem. O Domine! magnus latro condemnat minorem. Vid. *Picinell. T. I. p. 188.*

Impii famulitii.

Feles rei Oeconomicæ utiles bestiæ, officio suo sponte funguntur in capiendis & extirpandis noxiis muribus. Nihilominus hominibus sæpe nullo suo dolo noxam afferunt, dum ipsi in cibo aut potu pilos earum incautè sumunt, aut anhelitum halitumque ex iis noxium attrahunt. Compertum enim est, quosdam, qui cum felibus adeò delectarentur, ut nunquam sine ipsis dormitum irent, attracto indè diutius per aërem earum spiritu, in tabem & marasmum incidisse, quibus postremo confecti diem suum obierunt. In quodam monachorum cœnobio universa periit familia, ex magno felium numero & contubernio, *Matthiolus in Dioscor. Lib. VI. Cap. XXV. p. 997.* Imago hæc est laborioси, sed impii famulitii. Pater familias sæpè habet servum, aut ancillam, alacriter sua opera facientes, sed cum hi verbum DEI, preces, honestatem vitæ non curent, è contra temerarii existant in exsecrationibus, futiles in verbis, turpes in operibus, & protervi in gestibus, occulto veneno, & peste res domesticas afficiunt. Nam uti DEUS propter servum pium gentilibus, impiisque Dominis benedixit, Gen. XXX, 27. Cap. XXXIX, 35. ita ob servum vel ancillam nequam sæpè benedictionem suam denegat. Quicquid iis moribus servus aut ancilla aspirat maledico suo ore, sive pecus, sive plantas, sive alia, & impuris manibus tractat, incrementum sæpè nullum capit. Ex *Gottboldi* zufäll. Andachten *Cent. I. n. 49. p. 76. Cyprian. l. c. p. 418. seq.*

Adulatorum.

Sicut vulgatum hoc est animal, ita frequentissimum est genus adulatorum, & calumniantium. *Deindè* sicut feles noctu discurrunt per omnes angulos ædium, nec etiam parcunt templis, & imaginibus collocatis in templis, Baruch VI, 21. sunt rapaces & furaces, ita quoque calumniatores sunt curiosi, inquirunt in aliorum vitam & mores, & undique aliquid rapiunt, quod possint exagitare. Sicut multi non possunt ferre feles: Ita multis bonis calumniæ sunt gravissimum onus. *Tertio*, sicut autem felis propriam graveolentiam non sentit, sed alios fœtores non potest ferre, ita quoque calumniatores aliorum vitia traducunt, propria sua segunt. Sicut felis leviter gaudet tractari manu & molliter per caput mulceri,

& sese applicat manibus tangentis, ireque & ridere sub manus solet, & proclivis est ad ludum: Ita parasiti calumniatores gaudent habere similes libenter auscultantes & amicos. Sicut felis pro DEO colebatur, apud Ægyptios, ita calumniatores & adulatores in plerisque aulis primas tenent partes, sicut dicere solebat *Menander*. Sed sicut felis fœtorem ex se mittit, ex quo cognoscitur, ita plerumque calumniatores justa DEI sequenti pœna ex malo aliquo fructu tandem agnoscuntur. Verum sicut multorum temperamentum irritatur fœtore felis, ita ipsè calumnia non quidem corpus, sed animam commovet, *Franz. l. c. p. 200. M. Baum. Anal. Typ. p. 347.*

Epitaphium.

In dieser Grube liegt ein Kater ohne gleich/
Den der ergrimmte Tod gestürtzt in *Plutons*-Reich/
Um/ weil er hier so wol/ die Mäuse konte dämpffen/
Jtzt mit dem *Cerbero* in dem *Avern* zu kämpffen!

J. C. Talman Grabschrifften *p. 213.* Turcæ in ignominiam Salvatoris felem in cruce ac vulneribus pendulam crucifixerunt, *D. Joh. Nic. Jacobi Tract. Philol. Hist. Theol. P. II. Cap. XX. §. 19. p. 904.*

FEMUR

Percussum, Jerem. XXXI, 19. Ezech. XXI, 12.

Ut lumbos, ita & femora in luctu legimus percussa, etiam apud profanos. Hæc duo enim, licet quandoq; promiscuè adhibeantur, differre tamen certum est ex Exod. XXVIII, 42. Ovid. Lib. XI. Metam. v. 82. femur mœrenti plangere dextrâ; Et *Plautus* anxiè meditabundum describens, *milit. a. 2. sc. 2. v. 47.* pectus digitis pultat, cor credo evocaturu' est foras; Ecce autem avertit, visus læva; in femine habet lævam manum, dexterâ digitis rationem computat, feriens femur dextrum ita vehementer &c. Ita Homerus Ulyssem valdè perturbatum depingit *Odyss. N. v. 198.* flevitque postea κατὰ ὦ πεπλήγετο μηρὼ χερσὶ καταπεχήνας, & sua percussit femora manibus dejectis. Et de Achille ait, quod Patroclum, igne jam naves corripiente, allocutus, *femora percusserit, Iliad. Π. v. 124.* Talem gestum in animo etiam habuit Jeremias, in personâ Ephraimi, ita scribens C. XXXI. v. 19. postquam conversus sum, pœnituit me, & postquam ostensum est mihi סָפַקְתִּי עַל יָרֵךְ *percussi femur*; nimirum ut *Kimchi* addit: instar valdè anxii ac lugentis; *Abarbenel*, sicut homo respiscens; Ita *Piscator* quoque ait esse metonymiam effecti, cum ille sit gestus lugentium. Sic etiam Ezechieli dicitur Cap. XXI, 12. (17.) clama atque ulula סְפֹק אֶל-יָרֵךְ *plaude super femur*, nimirum juxta Jarchium, ob planctum ac lamentum, *B. Geier, de Ebr.*

Ebr. Luctu Cap. XVII. §. 7. p. 319. 320. B. Pfeiffer. Antiq. Sacr. Dec. II. Pos. X. §. 4. p. 54.

Fractum.

Als Käyser Henricus II. Anno 1005. in der Stadt Pavia war/ entstund ein Streit zwischen den Teutschen und Italiänern/ und als der Käyser selbst in Gefahr kam/ sprang er zu einen Fenster herunter/ und brach ein Bein/ dahero er auch den Zunahmen CLAUDUS bekommen hat. Drum lacht man/ wenn etliche Papistische Scribenten vorgeben wollen/ als wenn die Hüffte von einem Engel/ wäre verrencket worden/ mit beygefügten Worten: Hoc ubi erit signum dilectionis DEI, *Cl. Hübner. Hist. Pol. Tom. I. Lib. V. p. 828.*

FERENDUM ac SPERANDUM.

Erat Symbolum Joh. Georgii, Elect. Br. Joach. II, Filii:

Fer patienter onus, quod sortis lege ferendum est,
Spera, cras melius superum spirabit ab aulâ.

Laurent. Peccenstenius in Symbolis & Dictertiis propriis & genuinis, Nicolai Reusneri, Comitis Palatini Cæsarei, Consiliarii Saxonici, & Ordinarii Jenensis, Symbolum erat:

Φέρε καὶ Φέρε.
FERRI BENE DISCE FERENDO
Quod Fors fert, patiens FER ATQUE FERRE;
Nam si fers male, tu malè ipse ferris;
Sic bis fers malè, ferre quod necesse est.

Desumsit hoc Symbolum ex ingenioso veteris Poëtæ Pallade epigrammate, quod ita habet:

Εἰ τό σε Φέρει, Φέρε καὶ Φέρε, εἰ δ' ἀγανακτεῖς,
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ Φέρον σε Φέρει.

H. e. *si fatum te fert, fer & ferre: Si verò indignaris, teipsum mœrore conficis, & tamen fatum te fert.* Symbolum hoc ita illustravit *P. Melissus*:

Anxia perpetuat cum sollicitudo laborem:
Ærumnæque graves lassula membra premunt:
FER, sic FERRE; iterat mens secum. Nec mora, missam
De superis promtè sentit onustus opem.
Sublevat oppressum Tolerantia, duraque passam
Sese ipsa haud patitur succubuisse malis.
O rem prodigio similem! Qui FERS mala, FERRIS
Tam benè ab his, ut in his cuiq; bono benè sit.

Martinus autem *Crusius* ita: Qui

Qui peccet, qui nos lædat, reperitur ubique:
Hos tamen adversus FER medicina valet.
FERRE hominum mores varios prudentis habetur:
Ista suâ nec res utilitate caret.
Si tu FERS alios, aliis tu FERRE vicissim:
Cessio amicitiam talis utrinque ligat.
Quam benè pulchra monet vox, FER sic FERRIS, utrumque
REUSNERE: hæc curæ sit modò cuique pio.

L. Georg. Weissius in Manipulo symbolorum p. 29. 30. Nicol. Reusner. Lib. sing. Heroicor. Symbol. p. 263. seq.

VINCO FERENDO!

Symbolum erat *D. Danielis Bucretii* (alias Rindfleisch / à βοῦς bos, & κρέας caro), Reipubl. Uratislaviensis Ordinarii, quod *D. Caspar Dornavius*, Gymnasii Bethanienſis Director, & Aulæ illustris Schönaichianæ Medicus, *in Dulcamaro suo* gemino epigrammate exposuit:

I.

Expugnent alii catapultæ viribus hostes,
Certius armorum genus est mihi, VINCO FERENDO.

II.

Æqvat sola solo regina pecunia muros:
Trita hæc sed quamvis sit via, crimen habet.
VINCAM ergò intrepidus quæcunque adversa FERENDO.
Durior hæc; nullum sed via crimen habet.

Weiss. l. c. p. 40.

FESTA

Triplicia per annum celebramus.

I. Quædam sunt *Festa DEI*, GOttes Feste / ut: Festa Natalitiorum CHRISTI, Paschatos, Pentecostes, sic dicta, quod cumprimis singularium DEI, CHRISTI & SPIRITUS S. beneficiorum in iisdem mentio fiat.

II. Festum *Angelorum*, quod est Michaëlis, in quo doctrina de Angelis omnium maximè traditur.

III. Festa *Sanctorum*, ut: Johannis Baptistæ, Andreæ, Thomæ &c. eo fine celebranda, ut Sanctorum illorum fidem & patientiam audiamus, discamus, imitemur, *Joh. Möllerus in Alveario p. 125.*

Ni-

Nativitatis CHRISTI.

§. 1.

De origine hujus Festi scriptores dissentiunt. Primus, qui in Ecclesiâ hujus Festi meminit, est *Theophilus* circa A. C. 170. Antiochiæ Episcopus in Epistolâ Paschali. Sub finem Sec. III. cum ultima, eaque acerrima esset persecutio Nicomediæ, multa millia Christianorum, ut Natalem Salvatoris agerent, in templo convenisse dicuntur. Re compertâ Tyrannus ante fores templi thus in tripode exposuit, & Christianis in templo nunciari fecit, ut qui thura Diis offerrent salvi è templo exirent, reliqui omnes vivi comburerentur. Sed amore nati JESULI, ne unus quidem templo exiit, ideoque templo inclusi omnes vivicomburio martyres facti sunt, & in cœlis nasci meruerunt eodem die, quo propter ipsos in terris natus erat Dominus. Refert ista *Nicephorus Lib. VII. H. E. Cap. V.*

§. 2.

Inprimis circa Festum Nativitatis sciendum, per prima IV. sec. etsi in Ecclesiis plurimis ageretur, universale tamen, vel per singulas Ecclesias celebratum non fuisse. Fidem ejus rei facit *Augustinus*, qui circa confinia IV. & V. seculi vixit. Is enim in egregiâ Epist. CXVIII. ad januarium Ecclesiæ Festa Oecumenica recenset ita, 1) Passionem CHRISTI, 2) Resurrectionem, 3) Ascensionem, 4) Adventum Sp. S. de cœlo. Hæc festa dicit toto orbe Christiano frequentari, non utique omissuras Festum Natale, si & hoc per universam, saltem in Africa A. C. 502. fuisset celebratum. Qui edictum promulgavit, ut Natalis Domini per totum terrarum orbem celebraretur, hanc laudem Justino *Nicephorus* tribuit, *Lib. XVII. H. E. Cap. XXVIII. B. D. Joach. Hildebrand. Lib. de Diebus Festis p. 19. seq.*

Cur Weihnacht?

Vid. Apparat. Bibl. Tom. II. p. 695. seq.

Infantum munuscula in hoc Festo.

In nostris Ecclesiis nocte natali parentes varia munuscula, crepundia, cistellas, vestes, vehicula, poma, nuces &c. liberis suis donant, quibus plerumque virga additur, ut metu castigationis eò facilius regantur. Dantur hæc munuscula nomine S. CHRISTI, quem per tegulas, vel fenestras illabi, vel cum Angelis domos obire fingunt. Mos iste à Saturnalibus gentilium descendere videtur, in quibus *ethnicos sportulas, sive varia munera ultro citroque mississe*, antiquissimus Patrum *Tertullianus* meminit *in Lib. de Persecut. ap. Hildebr. l. c. p. 23.* Vid. omninò *A. B. Tom. II. f. 797. seq.* Hospinianus & *de Orig. Fest. p. 159.* arbitra-

bitratur, eos qui primò hoc Festum menſe Decembri celebrandum inſtituerunt, non id propterea feciſſe, quod tum natum Dominum eſſe crederent, ſed ut ſaturnalium ſolennitatem, qui Romæ hoc ipſo tempore celebrabatur, in hoc feſtum commutare voluiſſe. Vid. *Polyd. Vergil. de Rerum Inventoribus Lib. V. Cap. II. M. Greg. Michaëlis in Gaffarell. Curioſit. Inaudit. p. 181.*

PASCHÆ.

§. 1.

Nomen *Paſchæ*, vel rectius *Peſa*, Ebræis à tranſiliendo dicitur, nec tam tranſitum Iſraëlitarum per mare rubrum, quæ vulgi eſt opinio, ſed tranſitionem vel ſaltum Angeli percuſſoris denotat; qui cum poſtes domuum Iſraëliticarum ſanguine agni paſchalis reſperſas cerneret, nihil noxæ iisdem inferre poterat; cujus angelici tranſitus memoriam Iſraëlitæ annuo feſto Paſchæ celebrarunt. Hinc Joſephus Feſtum τῆς ὑπερβάσεως vel *tranſitionis* appellat. Nos Chriſtiani, etſi Feſto Paſchæ nec tranſitum per mare rubrum, nec tranſitionem angeli percuſſoris, recordemur, nomen tamen Paſchæ retinemus (non à Græco πάσχω, patior, ſed Ebr. פָּסַח tranſgredi), quia eodem Feſto nos ſanguine agni immaculati h. e. CHRISTI redemtos, & ab Angelo percuſſore h. e. à Satana liberatos memoramus.

§. 2.

Germani vocant **Oſtern** ab antiqua voce **Urſtende** vel **Aufferſtehung**/ quia hoc Feſto Reſurrectionem CHRISTI expendimus. Alii putant **Oſtern** dici ab *boſtiâ*, unde etiam paſchales *oblatæ* dicuntur. Nam & nos Chriſtiani hoſtiam habemus pro nobis immolatam, qui eſt CHRISTUS, 1. Cor. XV. Alii putant **Oſtern** dici ab **Oſt**/ i. e. oriente, propterea quod ſole Oriente ſol juſtitiæ ſurrexerit, & quod oriens in ſacris lucis & lætitiæ ſit Symbolum. Alii denique **Oſtern** putant inde dici, quod in menſem Aprilis incidat, quem veteres Teutones vocarunt, **den Oſter-Monath**/ à Deâ quâdam **Oſter**/ cui menſe Aprili ſacrificabant, *D. Joach. Hildebrandus Lib. de diebus Feſtis p. 77.* Æthiopes Feſtum Paſchatos *Feſtum deſidemtum* vocant. Græcis dicitur ἡμέρα per excellentiam, *D. Lob. Jonſton de Feſtis Ebræorum C p. III. p. 11. 12.* Gregor. Nazianz. vocat ἑορτὴν ἑορτῶν. Vocatur & *dies feliciſſimus*, quo pignus & arrhabonem accepimus in vitam æternam; *Dies magnus*, μεγάλη ἡμέρα, Joh. XIX, 31. κυρία ἑορτῶν. *Car. du Freſne in Gloſſar. Tom. I. p. 765. Tom. II. p. 93.*

PASCHATOS

In Feſto Moſcovitæ de Reſurrectione CHRISTI ſibi invicem gratulantur, ſibi-

sibique obviantes dicunt: SURREXIT DOMINUS! cui alter respondet: Verè surrexit, & Simoni apparuit. Vid. omninò *Apparat. Bibl. Tom. III. p. 1228. seq.*

Tempore Sol an subsilit?

Magnas in plebejorum animis radices egit fabulosa & anilis opinio de sole die Paschatis in ortu exiliente. Ducta est erroris occasio, ex antiquo quodam hymno; quo omnes res dicuntur ad CHRISTI resurrectionem exultare, & sol ipse exilire. Hoc si revera ita esset, utique per integrum saltum illum Sol continuaret, cum per integrum diem oriatur atque occidat aliis atque aliis terræ inhabitatoribus, citius orientalibus, tardius occidentalibus. Quod si autem tale aliquid eo die nonnunquam circa solem orientem apparet, ut diebus vernalibus fieri haud insolens; in ipso sole apparentiæ causam fuge quærere; ad interpositum aërem te converte, per quem Solem tueris. Hic circa ortum & occasum vaporibus scatet. Et quidem in vere propter terræ poros apertos, plus vaporum exhalat, quam reliquis anni temporibus. Ideò propter vapores istos in aëre hinc indè agitatos tum reliqui planetæ, tum sol ipse moveri & quasi subsaltare videantur *D. Casp. Bartholinus in Astrologiâ Problem. IV. n. 377. p. 131.* Sonnen-Tantz am Heil. Oster-Tage ist falsch/ denn/ wenn die Sonne sich nur eines Fingers-breit erhübe/ würde sich/ wie ein gewisser Autor schreibt (*Georg.* Kollhagen *ap. S. Inventerum*) die gantze Welt zugleich mit erheben und krachen müssen/ *Emsm. Francisci* eröffnetes Lust-Hauß der Ober- und Nieder-Welt/ *Disc. XVII. p. 844. seq.* Es ist eine alte Sache und Fabel so billig verworffen wird/ doch scheinets/ als hätten die Anfänger solches Mährleins ein anders hierunter gesucht/ nicht daß sie dafür hielten/ die Sonne hüpffte also/ an dem Oster-Tage/ sondern daß sie junge und einfältige Leute haben hiermit wollen an diesem Fest früh auffstehend machen/ *D. Arnold. Mengering. in Informat. Conscient. Evangel. in die Pasch. P. I. Q. II. p. 263. 264.*

PENTECOSTES

Christianæ origo.

Vid *Apparat. Bibl. Tom. III. p. 1365. seq.* In Judæorum Pentecoste Lex in monte Sinai non fuit lata, *Ibid. p. 1357. seq.*

Precatio talis esse potest:

Vox tua Gnate DEI est, accendere velle parentem
Æternum Flatu pectora nostra tuo.
Promissumque jubes munus votisque fideque
Poscat ut hic cœtus qui tua jussa colit.

Hac igitur freti CHRISTE optime voce rogamus,
Ignis ut inflammet pectora noſtra tuus.
Phil. Melanchr. Epigram. Lib. IV.

CORPORIS CHRISTI.

§. 1.

Hunc diem feſtum, quem pontifici inter majora anni feſta connumerant, primus omnium paulo poſt medium Sec. XIII. Urbanus IV. Pontifex inſtituit. Occaſio inſtituendi hoc Feſtum non una refertur. *Onuphrius* Panvinius hanc fecit originem: Fuit ſub diœceſi urbis Venetæ Sacerdos, qui dum Miſſam agitat, de tranſubſtatione ſit dubius, & ecce, *ſi Vera eſt fabula*, ſtatim ex hoſtiâ vivus ſangvis emanat, qui totam altaris mappam rubefacit. Miraculo attonitus Urbanus IV. mappam ad ſe deferri jubet, & Feſtum Corporis Chriſti apud Urbeventanos primum inſtituit. Alii putant *Thomam Aquinatem*, Angelicum, quem vocant, Doctorem, & magnum tranſubſtantiationis patronum Urbano auctorem fuiſſe ut tale feſtum conderet. Hoc certum eſt, quod Thomas hymnos & cantica in hunc diem feſtum compoſuerit, pro quo labore ab Urbano argenteam columbam loco præmii accepit; quemadmodum refert *Naucl. in Generat. ſuis* Hinc adhuc Thomas Aquinas pingitur manu calicem, & in dextro humero columbam geſtans.

§. 2.

Appellatio autem hujus feſti eſt mutila. Nam Urbanus vocavit *feſtum corporis & ſanguinis Chriſti*, ut videns, eo tempore communionem ſub unâ nondum fuiſſe. Poſthinc ſubtracto ſangvine *feſtum ſolius corporis Chriſti* dici cœpit. Germ. vocatur Frohn-Leichnams-Tag. Eſt enim Frohn antiqua vox Germanica, idem ſignificans, quod pretioſum & inſigne, herrlich / köſtlich / & nominatur ſic dies, quaſi des herrlichen köſtlichen Leichnams Chriſti Tag (*D. Godofr. Wegnerus Diſſ. Theol. de Feſtis Mobilibus §. 18. p. 41.*). Hinc Eccleſiis quoque Cathedralibus Frohn-Altar altaria primaria dicuntur.

§. 3.

Præcipuum, quod Pontificii hoc feſto faciunt, ſunt *ſolennes proceſſiones per urbes & arva*. In his proceſſionibus varii fiunt ludi & comœdiæ. Circumferuntur vexilla, cruces, reliquiæ, calices & imagines ſanctorum, cumprimis hoſtia conſecrata in monſtrantia oſtenditur. (Monſtrantia dicitur capſula ſacramentaria, Græcis ἐκθεσήριον, Germanicè ein Sacrament-Häußlein. Hujus communis eſt inſcriptio:

HIC

HIC DEUM ADORA!

Vel iſta: Flecte genu, lapis hic venerabilis hoſpite CHRISTO! Hujusmodi ædiculæ ſacramentariæ hodiè in omnibus templis Pontificiis habentur: ſed ante Innocentium III. qui primus Sec. XIII. tranſubſtantiationem definivit, nulla earum mentio fit. In Poloniâ alicubi moris eſt, ut proceſſio, quæ alias ſemel in anno fieri ſolet in feſto corporis Chriſti, per ſingulos menſes agatur, & qui hæc menſtrua ſacra frequentant, novam & hactenus inauditam ſocietatem inter Jeſuitas conſtituunt; dicuntur enim *Fratres Corporis Chriſti*. Verum noſtri ſub initium Reformationis feſtum corporis Chriſti rectè abrogarunt, ob tres cauſas: 1) quod illo feſto mutilatio euchariſtiæ & communio ſub unâ confirmetur, dum CHRISTUS in monſtrantiâ non niſi ſub unâ ſpecie proponitur. 2) quia hoc feſto corpus Chriſti ſolum oſtentui eſt, cum tamen CHRISTUS ideò inſtituerit, ut diſtribuatur & manducetur. 3) quia hoc feſto panis benedictus cultu λατρείας, afficitur, adeoque triticius Deus adoratur, quæ eſt manifeſta ἀρτολατρεία, *D. Joach. Hildebr. de Dieb. Feſt. p. 95. ſeq.* Tranſubſtantiationis figmentum exploſum vide in Apparat. Bibl. *Tom. III. p. 53. ſeq.*

§. 4.

Ceremonias hujus feſti deſcribit *Thomas Naogeorgius in regno ſuo Pontificio* hoc modo:

Corporis hinc veniunt CHRISTI celeberrima feſta,
Quorum quis dicat ludos moremque profanum;
Namque ſacrum portant panem reverentur & omni
Divino cultu circum vel templa vel urbes
Incluſo fabrefacto argento. Porrò gerentis
Brachia ſuſtentant duo Summi, deque Senatu
Ornati ſertis. Alii de more cadurcum
Sericium geſtant ſuſpenſum, ne quid ab alto
Incidat, aut ſtercus fundat mala deſuper ales;
Luditur & Chriſti perſonis paſſio multis:
Urſula cum junctis incedit pulchra catervis,
Tuque Georgi acer crocodilum interficis haſta.
Principis inferni trahitur domus; Eſtque videre
Dæmonas innumeros tetrâ turpique figurâ;
Chriſtophorus puerum geſtat per cœrula CHRISTUM;
Impletur telis quidam, crebrisque ſagittis.
Incedit gladium portans Catharina rotamque
Terribilem: Calicem & ſacrum fert Barbara panem.
Hiſtoriæque illic in panis aguntur honorem,

Multæ aliæ, jucunda rudi spectacula plebi.
Quid memorem vexilla, cruces, candelabra longa,
Divùm reliquias, calices, idolaque culta?
Quæ vel Sacrifici gestant, populusve tributim.
Ante illum incedit panem Baptista, manuque
Monstrat: Eum esse DEI tollentem crimina mundi
Agnum: quem contra spargunt floresque rosasque
Angelica forma duo: tintinnabula dulci,
Multa sono crepitant, vernant & compita ramis,
Atque plateæ omnes, quaque itur gramine festo
Sternuntur, redolentque viæ, atque aulæa fenestris
Hærent: incedunt monachorum agmina multa,
Et monachæ cantu reboant, rasique scholæque.
Ultro nonnulli citharâ, aut testudine ludunt.
Procidit in genua occurrens & pilea tollit.
Divinoque omni panem veneratur honore,
Nempe DEum esse suum credunt: non carnis, ut olim,
Sed jam naturam panis sumsisse minuti.

Et mox:

In vicis equitant circum frumenta coloni
Cum crucibus multis vexillisque, ipse Sacerdos
Unâ equitat, gestans panem in pendente crumenâ
A collo: inque locis certis descendit, & alta
Voce Evangelium canit. Hæc frumenta tuentur,
Scilicet à ventis, pluviâ, rubigine certò &c.

Ceremonias autem has omnes Pontificiorum inventa non esse, sed ab Ethnicorum solennitatibus depromtas, probat *Dn. Wilhelmus Wilcke Diss. Histor. Theol. de Festo Corporis CHRISTI German.* vom Frohn-Leichnams-Fest *sub Præsid. D. Paul. Pomian. Pesarovii A. 1705. Regiomont. hab. §. 3. 4. p. 5. seq. D. Schelwigius in Libro dicto* Prüfung des Pabstums *p. 318. seq.*

Petri Stuhl-Feyer.

Festum Petri Stuhl-Feyer in honorem Cathedræ Petri non hujus particularis, sed Ecclesiasticæ in genere celebratum & nihil aliud erat, quam dies memorialis Ecclesiæ inter gentes à Petro Apostolo primum fundatæ. Hoc festo veteres DEO gratias agebant, quod gentiles luce Evangelii dignatus esset. Simul preces agebant pro Ecclesiâ inter Ethnicos servandâ. Adhuc hodiè à Papistis Festum Cathedræ Romanæ à Paulo IV. An. 1555. institutum exhibet *Jesuæ*

Arn-

Arndiw Lex. Antiq. Eccles. p. 417. 418. & in hoc festo cathedræ lingnea sella Romæ ostendi solet, in quâ Petrum primum quem vocant Pontificem, sedisse ajunt. Sed anne tempore Petri jamtum Cathedræ ? Vid. *Apparat. Bibl. Tom. IV. p. 51. seq.*

Sanctorum omnium.

§ 1.

Dies hic festus in Kal. Novemb. incidit. Est autem hæc ejus origo. Erat Romæ templum ethnicum omnibus diis sacrum, ideoque dictum πάνθεον. Hoc templum Sec. VII. ineunte *Bonifacius*, quem Lutherus *malefacium* appellat, à Cæsare Phocâ dono acceperat, & in templum B. Virginis & omnium martyrum mutaverat. Extat adhuc Romæ templum illud, & à forma circulari *Maria rotunda* dicitur. Quin & Bonifacius in honorem martyrum omnium Romæ festum celebrandum 13. Maji instituit.

§. 2.

Post illa cum mensis Majus non videretur commodus ob penuriam victualium, quibus peregrini possent excipi, Gregorius IV. A. C. 835. hac ratione permotus, diem hunc ex Majo in Kal. Novemb. transtulit, quod autumno facilius haberi victualia possent: quin & non B. Virginis tantum & martyrum, sed omnium sanctorum memoriam, cultumque, nec Romæ tantum, sed toto orbe Christiano peragi voluit. Solent alii hujus festi tres rationes reddere; 1) est, ut cum non omnes sancti in Calendariis nominatim extent, certus esset dies, quo sancti omnes, excepto nemine simul ac semel honorarentur. 2) ut compensaretur negligentia in reliquis festis Sanctorum forte admissa; (nequis Martyrologio Pontificum non insertus insuper haberetur, *B. D. Kromaier. Scrutin. Relig. Dist. II. §. 57. p. 41.)* 3) ut Sancti omnes simul ac semel invocati, quasi agmine facto DEUM accederent, suisque precibus conjunctis Ecclesiam citius juvarent, & ut brevius dicam, totum hoc festum cultui Sanctorum innititur, quo sublato ipsum quoque festum in Ecclesiis nostris meritò cessat, *Hildebr. l. c. p. 112. 113.*

Animarum omnium.

Incidit in 2. Novemb. Pontificii eo die missas pro defunctis frequentant, quibus animas in purgatorio, si quod sit, refrigerari credunt. Origo hujus festi creditur esse ab Odilone, Abbate Cluniacensi, qui ante medium Sec. XI. vixit. Hic Abbas cum aliquando in Siciliâ ignivomum montem Ætnam transiisset, fertur, querulas animas audivisse, quæ redemtionem sui ex purgatorio petierunt. Reversus igitur ad cœnobium fratres suos pro animabus defunctis orare docuit, & precibus istis hunc diem sanxit, quem postea Johannes XVII. publicè confirmavit, teste *Sigeberto Gemblacensi.* Alii rectius festum omni-

omnium animarum ab ethnicismo derivant. Nam ethnici per XII. dies februa h. e. expiationes pro defunctis egere & faces juxta tumulos accendere solebant, teste *Polydoro Vergilio Lib. VI. Cap. IX.* Undecunque sit origo festum est superstitionibus plenum, & sublato purgatorio unà concidit, *Hildeb. l. c. p. 114. Paulus Hachenbergius de Germaniâ mediâ Diss. VIII. Poster. §. 12. p. 302. Joh. Cluverus Hist. Tot. Mundi Epit. Lib. IX. p. 455. Stuckius Antiq. Convir. Lib. I. Cap. XXV. p. 81. b.* Apostolorum Festa in Apparat. Bibl. loco convenienti inveniri poterunt.

Stultorum.

Celebrabant quondam hoc festum ritibus multis ridiculis in pluribus Ecclesiis dissoluti nonnulli. Primo anni die aliquis ex iisdem, qui *stultorum Episcopus* creatus erat, officio suo defungebatur, habitu Pontificali indutus. Reliqui larvis personati choreas agebant, comedebant, ludebant, cum fumo calceos detritos incendebant, pluraque alia similia in Ecclesiâ perpetrabant facinora. *Eudes de Sully* Episcopus Parisiensis sub finem Seculi XII. in Ecclesiâ Parisiensi officia Festi Circumcisionis fundavit, ut detestandam istam aboleret consuetudinem. Verum duravit ea in aliis quibusdam Ecclesiis ab eo tempore vel ducentos annos. *Le Journal. des Sçavans s. Ephemerides Eruditorum Paris. An. 1667. Tom. III. p. 114. 115.*

FESTINATIO

Clavis pœnitentiæ.

Arabes dicunt: Patientia est clavis gaudii, festinatio autem clavis pœnitentiæ, *Joh. Henr. Hottingerus Histor. Orientat. Lib. II. Cap. VI. p. 518.*

FESTINA LENTE.

§. 1.

Augustus Imperator hoc symbolo usus est: Σπεῦδε βραδέως, h. e. *Festina lente!* Quo insinuare voluit, sat celeriter fieri, quicquid sat bene fit. Si enim vim & sententiam hujus Symboli æstimes, quam hæc tam concisa vocum brevitas in se complectitur, quam secunda, quam gravis, quam salutaris, quam ad omnem vitæ rationem patens, profectò facilè discesseris in hanc sententiam, ut non aliud dictum perindè arbitreris dignum, quod omnibus foribus inscribatur. Germani pulchrè enunciant: Eile mit weile! Ehe wiegs / denn wags / *D. C. Matthiæ T. H. T. P. p. 180. b.* Eilen bringt Heulen / und hernach wol hundertfaches weilen. Symbolo hoc & usus M. Joh. Matthesius, Pastor in Valle Joachimicâ:

ΣΠΕΥ-

ΣΠΕΥΔΕ ΒΡΑΔΕΩΣ.

Dum enim in omni vitâ *Matthesium προπετειας* vitium studiosè vitaverit, insignia, ad hunc scopum collimantia prudenter sibi elegit, videlicet *Pegasum conchæ insidentem*, additâ sententiâ symbolicâ: Σπεῦδε βραδέως. Nescio quis J. T. D. Cujus versiculi non incompositi insignibus Matthesii, in finè concionum ipsius de Diluvio An. 1605. Lipsiæ edit. subjecti sunt, mentem usurpantis ita explicare conatus est:

Pegasus à facie festinat; concha volantem
Detinet à tergo; nullipes en bipedem.
Quid monstri hoc? Animus si sumit & induit alas,
Atque pedes; fixæ est mens rationis ἄπυς.

L. Georg. Weissius in Manipulo Symbolorum p. 4.

§. 2.

Elephas grandior adeò molliter incedit, ut veluti navigantibus per mare, his, qui non assueti insederint, nauseâ commoveatur propter corporis magnitudinem, *Cardanus Lib. X. de Subtil. p. 552.* Sed gradario suo incessu tantum conficit, quantum festinans eqvus, *Gillius*. Similiter vir magnus, prudentiâ & auctoritate pollens in Republ. lentè in aliquibus difficilibus negotiis procedit, ut fastidium & indignationem plebis ferè incurrat, indicantis, negligenter res magnas tractari; cum tamen is, maturis consiliis, & actionibus bono tempore susceptis, feliciter efficiat ea, quæ alii festinando, ac præcipitando impediviſſent ac evertissent. *L. Joh. Cyprianus Continuat. in Hist. Anim. Franzii P. I. Cap. IV. p. 121.* D. Martinus aurigæ petenti, an eâ vesperâ Lutetiam pervenire posset? prudenter & propheticè respondit: Si festines, excluderis: sin lento passu incedas, urbem hac vesperâ ingredieris. Auriga indignabundus, tanquam à sancto viro irrideretur, currum concitato impetu agere cœpit. Rotâ igitur fracta impeditus, Lutetiâ excluditur ac verum Martini præsagium fuisse re ipsa cognovit, *Zwingerus Vol. VII. Lib. VI. p. 2029. a.* Scitum est illud *Talmudicorum*: Non qui præcipitanter negotiatur, illum statim lucraturum centum tetradrachma, sed qui lentè festinat, ap. *Jos. Scaliger. Lib. I. Epist. LXXVII. p. m. 228.*

FIDES

Carbonaria.

§. 1.

Meritò improbamus *Fidem implicitam*, qua minores seu simplices Fideles sensum suum Ecclesiæ, ejusque Doctoribus seu Majoribus, absolutâ quâdam obedientia submittunt, ac pro vero agnoscunt, quicquid Ecclesia præscribit,

sive illud intelligant, sive non intelligant. Quæ *Fides Carbonaria* dici solet. Cujus denominationis rationem reddit *Stanislaus Hosius Lib. III. contr. Proleg. Consult. Brentii fol. 261. fac. 2.* his verbis: Nihil est, quod majori cum periculo sit conjunctum, quam si quis de Scripturis cum Satanâ certamen inire velit, præcipuè quo tempore gravis agon instat, cum anima venit à corpore separanda. Tum verò fuerit tutissimum exemplum sequi Carbonarii cujusdam; Ex quo cum animi causa vir quidam doctus quæsivisset, quid crederet? respondit: Quod Ecclesia credit Catholica. Ille verò quid credit Ecclesia? Quod ego, *inquit*, credo. Cumque subinde ille quæreret, circulo hoc usus carbonarius nihil aliud respondit, quam se credere, quod Ecclesia credit: Ecclesiam credere, quod ipse crederet: nec aliud ab illo quicquam elicere potuit. Fertur autem evenisse postea, ut vir ille doctus, & sacrarum literarum peritus in gravem morbum incideret, deque vita sua periclitaretur: orsus est cum eo quoque tum Satanas disputare, quidque crederet, ex eo quærere. Cumque nimis urgeret Satanas, neque se miser ille satis explicare posset, venit ei in mentem Carbonarius, nec alia fuit ejus vox audita præter hanc: *Ut Carbonarius.* Qui verò assidebant, eum propter morbi vim errore mentis affici putabant; postea quam verò fuit ex morbo confirmatus, interrogabant eum, quid sibi voluerit, cum toties clamaret, *ut Carbonarius?* Ille rem omnem explicat ordine, quemadmodum in illa sua cum Diabolo disputatione, sicut olim audiverat ex Carbonario quodam, non alio sibi confugiendum esse dixerit, quam ad fidem Ecclesiæ Catholicæ, tanquam ad asylum unum omnium tutissimum: quodque plus præsidii in eâ tum inveneriit, quam in omni Scripturarum exercitatione, quas totâ vitâ suâ meditatus erat diligenter. Acceptum se ferre divinæ misericordiæ, quod in simplicem illum Carbonarium inciderit; cujus nisi succurrisset exemplum, ingens fuerit periculum & discrimen aditurus. Conf. *Claud. Espencæum Comment. in 2. Tim. III. p. 402.* Non absimilem historiam ex Baronio recenset *Bellarm. de Arte benè moriendi Lib. II. Cap. IX. Tom. VII. Opp. p. 2090. 2091.*

§. 2.

Verum ne nunc urgeamus, Carbonarium hunc Symbolum Apostolicum *explicitè* credidisse, atque ita non omni credendorum notitiâ caruisse; Quo minus tamen hanc *fidem implicitam* admittamus, persuadent sequentia Scripturæ dicta, quæ omnes fideles ad inquisitionem veritatis & profectum in eâ obligant, ipsisque examen doctrinæ, quam ministri proponunt, commendant, qualia sunt Joh. V, 39. Ps. II, 10. Matth. VII, 15. 16. 1. Cor. X, 15. 1. Thess. V, 21. 1. Joh. IV, 1. Rom. XVI, 19. 1. Pet. III, 15. Actor. XVII, 11. Berhoënses laudantur, quod quotidiè scrutati fuerint Scripturas, num hæc ita se haberent, ut à Paulo prædicabantur. Profectus autem in cognitione veritatis à fidelibus exigitur,

2. Petr.

2. Pet. III, 18. 2. Pet. I, 5. 6. 7. Epheſ. IV, 13. 14. Col. II, 19. Phil. IV, 8. 1. Theſſ. IV, Apoc. XXII, 11. Quæ omnia cum fide carbonariâ conſiſtere non poſſunt, *D. Bartholdus* Holtzfuß *Diſſ. Theol. de Fide Cap. II. §. 6. p. 21. ſeq. D. Danhauer. Theol. Conſcient. P. I. S. II. Art. I. §. 43. p. 102. ſeq.* Hæc fides *implicita* eſt velamen illud, quod multorum oculis in Papatu veritatis agnitionem intercludit. Nunquam enim vel de errore ſuo, vel de correctione erit ſollicitus, qui ſe fidem illius Eccleſiæ, quæ errare non poteſt, ſectari perſuaſus eſt, *B. D. Frid. Balduin. in Orat. Panegyr. de Impedimentis Religionis veræ Ideæ Diſſ. Biblic. annex. p. 345. & Caſ. Conſt. Lib. II. Caſ. VI. p. 57. ſeq. D. J. B. Carpzov. Comm. Fun. P. I. p. 222.* Quæ iſta eſt ſimplicitas, inquit *Hieronymus*, neſcire quod credas. *Excell. D. D. Sam. Strycke in Brunnem. Jus Eccleſ. Lib. I. Cap. III. §. 5. p. 40. Heidf. S. T. P. Cap. XLIV. p. 786.* Jener Edelman ſagte/ er beachrte nicht mehr zu glauben/ als was ſeine Bauren glaubten. *D. Alſand.* Cr. d. §l. *p. 1559.* De Fide Simplice vid. *Diſſ. Inaug. L. Joach. Frid.* Schmidt/ *Eccleſiaſt. Stargard. ſub D. J. F. Mayero Gryphiæ. An. 1702. 25. Oct. hab.*

Debilis & infirma etiam eſt fides.

§. 1.

Quemadmodum enim infans, cui adhuc creſcere & augeri neceſſe eſt, verus eſt homo: ſic etiam fides, quæ incremento atque augmento opus habet, vera eſt fides. Proinde fides noſtra, quamvis exigua, & multis imperfectionibus inquinata, nihilominus accipit, quæ DEUS ipſi largitur. Haud ſecus, exempli gratiâ, ut puerulus parvâ manu, & mendicus manu ſcabioſâ nihilominus ille panem, hic ſtipem porrectam accipit: perinde ac ſi major ac ſanior eſſet (*Joh. Spinæus de Juſtitiâ Chriſtiana p. 553.*) Tum veluti pupilla oculi licet parvula poteſt tamen apprehendere lucem ſolis, atque adeò ipſum ſolem, vel totâ terra longe majorem & ampliorem: ſic oculus fidei, quamvis puſillus, nihilominus apprehendit juſtitiæ ſolem cum ejus luce, aliisque tot tantisque donis. Unde Scriptura dicit: Calamum quaſſatum & confractum DEUS non deſpiciet, & linum fumigans non extinguet, Eſ. XLII, 3. (crepantem fidei lampadem, *D. Otho Gualterius Syllog. Voc. Exot. in Cap. XII. Matth. p. 117.* Veteres olim non ſolitos elychnium extinguere, ſed ipſum per ſe langueſcere & deficere ſolitos permitti, *Plutarchus* narrat ap. *Tungerlar. Prompt. Evang. P. III. p. 515.* Conf. *D. Emſmus Sarcerius in Cap. XII. Matth. p. m. 336. D. Fewrbornius Diſſ. XIV. Tom. VII. Gieſſ. §. 14. p. 310. Andr. Althamerus Concil. Loc. Script. pugnant. Cent. I. L. V. p. 5. ſeq. Lic. Mich.* Hörnlein *Diſſ. Inaug. de Inductione Fidei Salvificæ Cap. VII. §. 4. p. 50. ſeq.* Cor contritum & confractum DEUS non deſpiciet, Pſalm. LI, 19. Et licet CHRISTUS dicat: vos modicæ fidei, quid timidi eſtis? tamen affir-

mat, DEUM Patrem noſtrum eſſe: tamen imperat ventis ac mari, tamen apprehendit nos, Matth. VI, 30. VIII, 26. XIV, 31. Quemadmodum itaque aurum & margarita ſuum valorem non amittunt, ſive pueri, ſive viri: ſive imbecillis, ſive fortis manu teneatur: ſic etiam CHRISTI meritum eodem valet pretio, vel firmâ vel infirmâ fide apprehenſum. Et ut margarita in plumbeo, quantum in aureo annulo valet: ita etiam Evangelium, quod eſt margarita, Mat. XIII, 46. eandem obtinet dignitatem & efficacitatem, aut firma, aut infirma fide apprehenſum ac comprehenſum. §. 2.

Sed, *fides, quæ ſubdubitat, nihil impetrat*, Jacob. I, 6. 7. *Jam verò fides infirma ſubdubitat*, Matth. XIV, 31. *Infirma itaque fides nihil impetrat.* Reſp. Dubium absque negotio conciliari poteſt propter quatuor, qui inſunt ſyllogiſmo, terminos. Propoſitio enim loquitur de Ethnica impiorum hæſitatione. Aſſumptio autem intelligit infirmitatem, quæ non eſt ipſius fidei; ſed carnis corruptæ, qua ne ſanctiſſimi quidem in hac vita planè ac plenè exonerari & exui queunt. Et licet infirma fides propter adhærens, atque adeò inhærens homini peccatum ſit cum carnis dubitatione conjuncta: tamen usque adeò non eſt dubitatio, ut potius contra pugnet acerrimè, donec tandem ſuperet. Cæterum: *iſta fides reſpectu ſui eſt quidem infirma: at reſpectu ſui correlati eſt firmiſſima.* Nam in illa ipſa media carnis ac ſpiritus lucta fides ad indubitatam promiſſionem verbumque DEI reſpicit, & ſic fundamento inſiſtit immoto. Quanquam itaque homines fideles reſpectu carnis dubitant, (carò enim in renatis plena etiam incredulitatis eſt) ſpiritu tamen dimicant adverſus illas dubitationes, & dum fide, quantumvis infirmâ reſpiciunt ad verbum, tandem vincunt, & ſuperiores evadunt, exemplum eſt in Regulo, Joh. IV, 4. 6. &c. *M. Jac. Reneccius Panopl. Tom. IV. Cap. XX. p. 396.* & qui eadem verba habet *B. D. Ægid. Hunnius Comment. in Cap. V. Job. p. m. 216.* Fides conſideranda non in prædicamento *Qualitatis*, ſed *Relationis*; non in Categoria abſolutâ, ſed relatâ, non qualitativè nec quantitativè; (*F. C. p. 684. 689. 693.*) Sed relativè, quatenus eſt acceptio, apprehenſio, fiducia, inclinatio, habens ſuam tendentiam in meritum CHRISTI, quatenus eſt fides in ſangvine CHRISTI, Rom. III, 22. *D. Henr.* Freiesleben *Diſquiſ. VI. in Form. Conc.* §. *14.*

§. 3.

Invenimus gratiam apud DEUM Patrem, per fidem quidem: non autem propter fidem, (hæc enim nunquam eſt in hac mortali carne perfecta) ſed propter CHRISTUM, qui fide, etiam imbecilli, accipitur, *B. Brentius Hom. XLII. in Cap. IV. Joh. p. 276.* welcher Gärtner hat iemals den Weinſtock/ Hopffen/ Erbſen und dergleichen Gewächs verworffen/ weil ſie ſchwach ſind/ und er ſie ohne Pfähle nicht halten kan? So verwirfft GOtt die ſchwach-

gläu-

gläubigen auch nicht / welche ihn ansehen und anlauffen / derer Angesicht wird nicht zu schanden / Ps. XXXVII, 6. Gott läst ihm auch das Verlangen der Gläubigen / ihr Sehnen und Seufftzen wolgefallen / *Scriv. N. Creat. Dom. IV. p. Epiphan. p. 210.* der schwache Glaube schadet nicht. Ein kleines schwaches Kind / ist so wohl der Eltern Erbe / als ein erwachsenes / *Ib. Fer. II. Pentec. p. 551.* Ein schwacher Glaube / ein schwaches Gebet / sind auch Opffer von kleinen Vieh / obs gleich nicht grosse Farren sind / *Müller.* Liebes-Kuß / *P. I. Cap. XIX. p. 614.* der Glaube ist wie das Auge / welches alles andere sich selbst aber nicht siehet. Wie keine Flamme ohne Rauch / also ist kein Glaube ohne Schwachheit zu finden. Sonderlich hats mit dem Glauben in schweren Anfechtungen viel zu thun. Er leuchtet ja wohl / aber wie ein Licht / an einen sehr feuchten Ort / der voller Dämpffe und Dünste ist / da es seinen vollen Schein nicht geben kan / und mit einem Nebel gleichsam umzogen ist: doch ein solch kämpffender Glaube ist auch ein Glaube / und GOtt hat Gedult mit ihm / biß er alle Schwachheiten verzehret / und als eine Fackel um sich leuchtet / *Scriv.* SS. *P. IV. Conc. X. §. 73. p. 681.* Vid. omninò *Rev. D. Joh. Christoph.* Gerstäcker im Vorrath von schönen Gleichnissen / *p. 586. seq. M. Joh. Georg. Willius in Promptuar. Emphas. Biblicarum P. II. p. 332.*

Tres habet gradus & incrementa.

I. Datur *Fidei Infantia*, Kindheit, Estque cum adhuc debilis & infirma est, ut in Regulo, Joh. IV, 47. seq. qui credit quidem, CHRISTUM juvare posse, at præsentem tantum. In discipulis, Matth. VIII, 25. qui credunt, CHRISTUM mare atque ventum posse sedare; at si vigilaret. Excitant igitur CHRISTUM dormientem, & volunt auxiliatorem vigilantem. II. *Adolescentia*, die Jugend / cum incrementa sumit, & augetur. Crescit verò ex verbi divini meditatione, sacramentorum usurpatione, ardente oratione, de quibus alii alibi. III. *Ætas justa*, rechtes Alter / & senectus, cum confirmatur, ita ut homo divino verbo, ejusque promissionibus firmiter credat, ut Centurio, Matth. VIII, 8. Regulus tandem, Joh. IV, 50. 53. *Joh. Müllerus in Alveario p. 125.* Fides est lactans, luctans, triumphans, *Ib. p. 127.* Conf. *L. Adam. Zeerold Diss. Inaug. de Fidei Vitâ & morte An. 1692. Witteb. hab. sub praes. D. Casp. Læsleri.*

Multiplex.

Dividitur totus partes in quattuor Orbis:
Orbis quot partes sunt tot in orbe fides.

Joh. Owenus Epigr. Lib. III. n. 152. ubi ad Judaicam, Ethnicam, Muhammedanam

nam & Christianam Religionem digitum intendit. Dolendum verò est in unica Christianâ fide, non quatuor, sed multò plures sectas numerari, *D. Bart.* Holtzfuß *Diss. Th. de Fide Cap. II. §. 16. p. 51.* Galli dicunt, futurum tandem esse, ut in mundo sit un Roy, une Foy, une Loy, une Monnoye, Vid. *Symbola Historico-Politica Principum in Europâ p. II.*

Sacrificiis melior.

Benè *Ovidius Epist. XVIII.*

Non bove mactato cœlestia Numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Jud. Lud. Stubenrauch *Diss. Philol. Theol. de Sacrificiis, sub Præsid. D. D. Sam. Strimesii An. 1704. Francof. hab. §. 7. f. 10.*

Victoria.

D. Vincentii Schmuccii, Profess. & Superintend. Lipsiensis Symbolum erat;

FIDES VICTORIA NOSTRA.

Qui vivus multos *vicit* durosque labores,
Qui vitæ *vicit* mille pericla suæ.
Qui *vicit* Satanæ insultus, odia atque malorum,
Is tandem & *vicit* tela inimica necis.
Quam benè *vicisti*, VINCENTI! gloria quanta
Te manet inque solo, te manet inque polo.

D. Hoë. in Epiced.

Pugnatum satis est, VINCENTI! pausa laborum est,
Nilque mali, evicto mortis agone, super.
Scilicet alma Fides retulit vi sospite palmam,
Perpetis hinc vitæ pulchra corona datur.

D. Henricus Höpfnerus in Carmine Orat. Funebri subjecto: Cum lecto rursus affigeretur, fide verâ in CHRISTUM, & expectatione beatæ analyseos, omnem morbi vehementiam superavit, implens Symbolum suum: Fides Victoria nostra! *L. G. Weissius in Manipulo Symbolorum p. 11.*

FIDE ET PATIENTIA.

Erat Symbolum *D. Friderici Balduini*, Profess. & Superint. Wittebergensis. *M. J. Segerus*, P. L. C. Scholæ VVitteb. oppidanæ Rector, in Epicediis Balduinianis, ita acrologicè exposuit;

Falluntur, falluntque alios, nec tramite recto
Incedunt, quicunque aliâ ratione salutem

Dege-

Degeneres captant, quam CHRISTI sangvine, lytro,
Et merito, quod sola FIDES apprendere novit,
Edita præclaro divini semine verbi.
Tentatur verò, CHRISTUM quicunque fideli
Pectore comprendit, multo & vexatur ab hoste.
Affligit Satan & mundus, caro, etiminis hospes,
Tentat, ut ad mala pellat eum: sunt mille labores,
Innumeri hos morbi, comitante dolore, seqvuntur,
Et quid non? quæ cuncta tamen PATIENTIA vincit.
Namque FIDES vidua est, quam non PATIENTIA firmat.
Tanta igitur moles, animo patiente malorum
In CHRISTO superata mihi est, qui tædia post ista,
Aurea perpetuæ tribuit mihi munera vitæ.

Weiss. l. c.

In alterâ vitâ non simpliciter cessabit, 1. Cor. XIII, 13.

D. Hannekenius in assert. veræ & salut. doctrinæ de Justif. Disp. IV. th. 50. ostendit fidem nostram desituram ratione expectationis futurorum & inconspicuorum donorum, non tamen cessaturam ratione notitiæ, adsensus & fiduciæ simpliciter, quia nostra notitia erit major assensus firmior, & fiducia solidior. Vid. Freiesleben *l. c. §. 15.*

POLITICA

Hodienum collabascit.

Zinckgref pflegte zu sagen/ daß alles heutiges Tages auffsteige/ allein der Glaube und Christliche Liebe steige ab/ *Joh. Leonh. Weidnerus Apophr. p. 178.*

Caro ferina.

Friderici II. Regis Daniæ Symbolum erat: In DEO solo spes mea, *Fides est caro ferina!* Im Waide dürffte freylich mehr Wildes als in der Welt Treues zu finden seyn/ sonderlich itzo/ da sie mit Füchsen gantz gefüttert ist/ *Emsm. Francisci* wunderreiche Uberzug unserer Nieder-Welt/ oder Erd umgebende Lufft-Kreyß *Disc. I. p. 168.*

Avis rara.

Ad manes jam & mortuos fides, odio perfidiæ nostræ demigravit, inquit *Apulejus Lib. IV. Asin. aureip. m. 145.*

—— —— Fugere pudor, verumque, fidesque
In quorum subiere locum fraudesque doliqué.

Ovid.

Ovid. Mezam. I. Als einsmahls Brieff und Siegel nicht gehalten wurden / so machte einer diese Verse:

Magna fuit quondam notulæ reverentia L. S.
Namque locum signi significabat ea.
Omnis nunc cessat notulæ reverentia L. S.
Nam Lauter Scheinstück significare solet.

D. Misand. D. B. N. T. P. III. p. 882.

FIDES RARA AVIS.

Erat Symbolum Friderici II. Reg. Dan. Filii Christiani III. Et:

SPES MEA CHRISTUS.

Rara Fides avis est: fraus regnat ubique dolusque,
Fido DEO, sic fraus nulla, dolusque nocet. Et:
Fide DEO, confide DEO, nam fidere mundo,
Orba fide spes est, fidere certa DEO.

Laurent. Peccenstenius in Symbolis & Dictetiis propriis & genuinis.

Multis multa loqui placet, ad tu prospice cautus:
PARA FIDES: malus & regnat ubique dolus.

Nic. Reusner. Symb. Heroic. p. 240.

A principibus servanda.

§. 1.

Acuti illius ab Hetruriâ Doctoris perniciosum dogma: Principem *quidvis & simulare & dissimulare adeoque etiam juratam fidem fallere debere, quoties ipsi utile videbitur*, non heri nuperve natum, sed multorum jam olim animis insitum fuit. Talem enim Pseudopoliticum *Plutarchus in Apophr. Laconicis* describit, Lysandrum Spartanorum Regem, hominem versutum, & pleraque fraudibus miscentem, qui jus in sola ponens utilitate, veritatem nihilo meliorem esse mendacio, *ajebat*, sed utriusque dignitatem ac pretium usu definiri: & ob violatum quoddam jusjurandum reprehensus, pueros talis, viros sacramentis decipi debere, respondit. Qualis etiam Euphemi illius in *Thucydide Lib. VI. p. 467.* Sermo est minimè εὐφημος: Viro aut urbi, Principi nil injustum, quod fructuosum. Eo certè animo fuit Regens Scotiæ *Maria Guisia*, Jacobi V. Stuarti Scotorum Regis vidua: ad quâm cum anno salutis 1559. à congregationis fœderatis (ita dicti, quia à Romanensium sacris secessionem fecerant) legati mitterentur, qui supplices non ita diu ante promissa in memoriam revocarent, neve ea irrita redderentur, orarent, multis elabi conata, tandem aperuit se, palamque edixit: *Promissorum fidem à Principibus exigendam, quatenus præstari eam iis ex-*

dat. Attamen longe alia ſacræ Principem literæ docent, Proverb. XVII, 7. *Non decet Principem labium mentiens.* Quod dictum eleganter à *Günthero in Ligurino Lib. III, v. 513.* hoc carmine redditum eſt:

Non decet in labiis verſari lubrica Regis:
Non decet ore ſacro mendacia cudere Regem:
Sancta & plena ſuo ſint Regia pondere verba:
Dicta ſemel nullum patiuntur jure recurſum.

Quo ſpectavit apud *Zonaram Tom. III. in Leon. M. p. 41.* Aſpar Patricius. Imperatorem Leonem magnum in præſtandis quæ promiſerit cunctabundum, ejus prehenſa purpura ita compellans: Imperator, hac veſte indutum mentiri nefas eſt; Talis nimirum Princeps eſto, qualis Jupiter *Homericus Lib. I. Iliad. v. 528.* cujus ſunt iſta:

Nil fallax noſtro aut revocabile prodit ab ore:
Nec linquo infectum, quicquid caput annuet iſtud.

Nec ineptè *Baldus* huc accommodavit iſtud Davidicum: *Semel locutus eſt DEUS,* Pſalm. LXI, 12.

§. 2.

Eſt item nobile hujus loci Philippi Haſſiæ Lanſdgravii magnanimi Principis avi Mauritii apophthegma: Tres eſſe notas atq; characteriſmos laudati Principis: Monetæ ſcil. bonitatem, itinerum ſecuritatem, & in ſervando promiſſo fidem, *VVarenb. ab Ebrenberg de Regnor. Subſid. Cap. V. Keckerman. Curſ. Philoſoph. Diſp. XXXI. Q. XXI. p. 617.* Et alterum illud, quod Imperatori Carolo V. & Franciſco I. Galliarum Regi *Bodinus Lib. V. de Republ. Cap. VI.* tribuit: Etiamſi fides toto terrarum orbe exularet, tamen Imperatori (Regi) tenendam eam eſſe, ut qui hac ſola, & nullo metu cogi aſtringique poſſit, *Lipſius Monit. Polit. Lib. II. Caſ. XIII. Münſterus Coſmogr. Lib. III. Cap. XIX. n. 47. p. 441. Nob. Ziegler.* **im täglichen Schauplatz der Zeit** *24. Febr. n. 7. p. 180. Engelgrav. Coel. Empyr. p. 615. 616.* Quibus addo tertium Imperatoris Sigismundi: Potius rerum etiam maximarum, quàm fidei & famæ jacturam Principi ſubeundam, *Æneas Sylvius in Apopht. Imp.* (Quanquam eidem hunc ſcrupulum exemerint Nicolaus Abbas Panormitanus & Ludovicus Romanus Canoniſtæ. Indè Jeſuitæ Trevirenſes *in Lib. de Concret. Eccleſ. An. 1583. edit. p. 45.* Sigismundi Rom. Imperatorem, qui fidem datam Johanni Huſſo non ſervaverat, ſic excuſant: Huſſus ſecuritatem (in Concilio Conſtantienſi) ab Imperatore Sigismundo petiit: Imperator obſignavit; ſed Chriſtianus orbis (Conſilii Patres) major Cæſare reſignavit, *D. Chriſtian. Matthiæ in T. H. T. P. p. 1054. a.* Vid. Titul. *Huſſ. fides non ſervata.*) Siquidem ut ait *Livius:* Famæ ac fidei damna majora ſunt, quam quæ æſtimari poſſint, *Lib. III. Cap. LXXII.*

p. 296. Damna pluribus exhibet *Matthias Berneggerus in Observat. Miscell. XXIII. p. 152. seq.*

§. 3.

Johann Albrecht Hertzog in Mecklenburg / sagte: Fürsten und Herren sollten über ihren Worten / wie eine Mauer stehen und halten / *D. Jul. Wilh. Zinogref. P. II. Apophth. p. 29.* Alphonsus Rex Neapolitanus dixit: Solam fidem tantum apud Principem, quantum juramentum apud privatos valere debere, *J. E.* **von der Linde** *in Protoïypo Boni Principis.* Indignitas rerum sponsionis vinculum non levat, *Livius Lib. IX. Cap. IX.* Quod si quis, ut indignum quid, aut nimis durum, præstare nolit, ei ne pollicendum esse quidem: aut si pollicitus jam est, id etiam cum rerum suarum jacturâ præstandum. Sic Imperat. Sigismundum exigenti promissa veterano cum diceret, immoderatam ejus fuisse petitionem; hic autem respondisset: poteras negare cum peterem: nunc sine turpitudine, quod promissum est, rescindere non poteris: tum subjecisse: si ex duobus alterum me ferre oportet, facilius rerum, quam famæ jacturam subibo, *Æn. Sylvius Lib. III. Comment. in Panormit. ap. Bernegerum in Tubâ Pacis occentâ Scioppiana Sacri Belli Classico Cap. I. Part. II. p. 97.* Quod si ergò ὁ λόγος τῦ βασιλέως βιβαίκ τις κατηγγύπις ἐστι. oratio Imperatoris, firma quædam sponsio est, *Pachymerius Lib. I. Histor. Biz. Cap. XII.* si

—— —— nudo jus & reverentia verbo
Regis inesse solet

ac debet; quanto major inerit, si solennis quoque juris jurandi religio accesserit? *Bernegg. l. c. p. 77.*

§. 4.

Fides semel data servanda est integrè, erat Symbolum Rudolphi Imperatoris.

Wer sein Versprechen Standhafft hält/
Viel gutes Lob trägt von der Welt!

Happelius Thesaur. Exotic. p. 164. Venerabilem se reddet Princeps, si verbis suis pondus inesse voluerit, & promissis fidem extare curaverit: nam fides justitiæ fundamentum, & sanctissimum humani pectoris bonum: imò nulla res vehementius Rempubl. conservat, quam fides, *Cicero Lib. I. de Offic. Cap. VIII. Sen. Ep. LXXXVIII.* Hâc de causâ etiam Romani statuam Fidei in Capitolio vicinam Jovis esse, jusserunt; ut scirent homines, proximum deberi fidei locum; *Jobi Hieron. Inhof. in Singular. Polit. seu Ratione Status XVII. p. 225.* Verba Regum debent esse Regia, Prov. VIII, 6. (vid. *Grier. in h. l. p. 355.*) Principes ea, quæ digna sunt Principe cogitabunt, iisque insistent, Es. XXXII, 8. h. e. Principum cogitationes & verba, non de-

bent

bent esse AQUEA h. e. fluxa mutabilia, sed AUREA & ARGENTEA h. e. constantia & immutabilia, *D. Matthia l. c.*

§. 5.

Mendoza Admirans Arragoniæ 1598. candidè Decano Embricensi, cum ipso expostulanti, respondebat, se non teneri diutius fidem & à se promissa servare, quam Regi suo id esset utile. Notum est Legato Anglo Wottono in Germaniâ publicè exprobratum fuisse à Jesuitis, quod albo alicujus sibi oblato inscripsisset: *Legatus est vir bonus, missus ad metiendum pro Principe suo.* Qui tamen edito posteà Libello, factum hoc suum excusare studuit, *Gisbertus Voëtius, Select. Disp. Theol. P. IV. de Foro Poli & Soli p. 81.* Optimè *Silius Italicus Lib. II. Bell. Pun.*

Audite, ô gentes, non rumpite fœdera pacis,
Nec regnis postferte fidem!

Jurata servanda. Psalm. XV, 4

Jurat ad nocendum, & non retractat. Quæritur: Quomodo laudatur juramentum לְהָרַע quod scil. videtur transferendum: *ad nocendum*? & additur ולאימיר *& non revocat*: At in malè promissis rescinde fidem! Resp. Non improbabile est, vocem רע h. l. denotare impium, ut sensus sit: *Qui jurat impio.* Prov. 1.) *ex analogiâ Grammaticâ.* רע est impius (conf. Nehem. II, 1.) cum emphat. הָרַע cum ל Dat. pers. notâ לְהָרַע. *He* quidem plerumque extruditur, at non semper neque necessario, 2) *Ex analogiâ fidei.* Pacta & cum hostibus & impiis, & hæreticis inita non sunt rescindenda, si versentur circa licitum objectum, vel indifferentem materiam. Sic induciæ cum Turcis non sunt violandæ. Sic juramenta hæreticis servanda. Sic malè *Joh. Hus & Hieron. Pragensis* contra datam fidem à Pontificiis combusti sunt, *D. Pfeiffer. Dub. Vex. Cent. III. L. LV. p. 566 567.*

Deabus annumerata.

Fidem inter Deos numerasse antiquos tradit, *Plinius H. N. Lib. II. Cap. VII. p. 2.* Meminit & de æde Fidei in Capitolio posita, *Lib. XXXV. Cap. X. p. 622.* Fidei proprietatem, inquit *Nonius Marcellus* exemplo manifestavit *Cicero*, Fides enim, *inquit*, nomen ipsum videtur habere cum FIT quod DICITUR. *Cic. Lib. IV. de Rep. Crellius Prompt. Bibl. in v.* Glaube *p. 369. Joh. Borcholt. Comment. in Consuet. Feudorum Cap. I. p. 3. b.* Dionysius Halicarnassæus à Numâ Fidei publicæ Templum erectum, & sacrificia ei publico sumtu constituta fuisse affirmat: cui suffragatur *Plutarchus.* De quo *Silius l. c.* ita scribit:

Ante Jovem genita, decus divûmque hominumque,

Qua sine non tellus pacem, non æquora norant;
Justitiæ consors, tacitumque in pectore numen.
Nic. Reusner. Class. II. Symbol. Cæs. Rom. Græc. p. 209.

Canis capillis effictæ.

§. 1.

Fides effingebatur canis capillis, *partim*, quia color candidus & simplicitatis Symbolum, unde & Veritas vel niveis vestibus efficta, vel nullis: *partim*, quia antiquis temporibus vigebat fides: unde *Comicus:* Homo antiqua virtute & fide. *Virgil. 1. Æn.*

Cana fides, & Vesta Remo cum fratre Quirinus.

Ubi sic *Servius:* Cana fides, vel quia in canis hominibus invenitur:

(Ardua quippè fides robustos exigit annos.

Lucan. Lib. VII. Bell. Civ. & Senecain Octaviâ: Teneris in annis haud satis clara est fides.)Vel quod ei albo panno involuta manu sacrificatur: per quod ostenditur, fidem debere esse secretam, *Vossius de Physiologia Christianâ & Theolog. Gentil. Lib. IX. Cap. XXXVII. p. 598.*

§. 2.

Fides cana dicitur, vel quod à senibus maturis, honestisque colitur: vel quod amantes sui nimia cura efficit canos: vel quod manibus albâ lana involutis colebatur, sive, ut vetus interpres ad illud *Horatii Lib. I. Od. XXXV.*

Te spes, & albo rara Fides colit
Velata panno,

notat, quod albo panno caput velabant: quia debeat esse arcana, tecta & pura: vel quod in amicitia perseverans senescat inviolata. Sunt enim qui allusum putent ad vetustatem templi ab Æneâ, vel (ut alii) à Numâ conditi in Palatio, Fideique consecrati: quo cogebatur Senatus ad negotia Reip. tractanda. quemadmodum Pontifex Max. in atrium Vestæ, quando de Religione consultabatur, ut non abs re Poëta FIDEM cum VESTA copulaverit, *Frid. Taubmann in Virg. cit. loc. p. 360.*

In blandis rara.

Symbolum Sigismundi Reg. Polon. erat:

IN BLANDIS RARA FIDES.

Rarò blanda carent lethali verba veneno,
Rara solet blandis rebus inesse Fides.
Laur. Peccenstenius in Symbolis.

Etiam

Etiam hosti servanda.

Nam 1) fidem esse servandam generaliter leges jubent *l. 1. in pr. de pactis l. non minorem*, *C. de Transactionibus*, *l. juris gentium §. prætor ait de pactis.* 2) Quod in specie etiam hosti sit servanda fides, probatur exinde, quod pacta jure gentium servari debeant, *l. 1. de pactis*, *l. 1. de constit. pecun.* Atqui certum est, quod cum hostibus sit juris gentium communio & naturalis æquitas. Ergò 3) à contrar. Si hosti fidem dare fas est, nefas erit eandem violare. Atqui antecedens probatur *per l. 5. ff. de pact.* E. & consequens. 4.) Idem probatur de *Jur. Can. c. noli 23. quæst. 1.* ubi expressè dicitur, fidem hosti promissam servandam esse. 5.) Ex jure divino probatur, exemplo Josuæ, Jos. IX. Et quod DEUS graviter irascatur fœdifragis probatur exemplo Regis Sedeciæ, Ezech. XVII, 19. *D. Christ.* **Liebenthal** *Coll. Erb. Exercit. VII. Quæst. IIX. p. 73.* Nihil magis congruum humanæ fidei. quam ea, quæ semel placuerunt, servare, verba *l. 1. ff. pact.* Divinus naturæ genius monuit Alexandrum M. ut promissis staret, alias ipsum infelicissimum futurum. Notissimum est exemplum Ludovici, Regis Hungariæ, ad Mogazium miserrimè trucidati, calamitosissimum. Quam grave fuerit apud veteres fidem fallere, indicio est ille Roman. Attilius Regulus, qui mori morte crudelissima maluit, quam hosti fidem datam fallere, de quo Poëtæ momentum:

Prorogat æternam feritas tibi Punica famam
Regule.

D. Val. Arithmæus Feudal. Velitat. Diss. III. non long. ab init.

qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues spes linquet amici:
Non illi domus, aut conjux, aut vita manebit
Unquam expers luctus, lachrimæque, aget æquore semper,
Ac tellure premens, aget ægrum nocte dieque
Despecta ac violata fides.

Silius Lib. XII. Bell. Pun. Sec.

Græca, Gallica.

Mendaces & adulandi peritissimos Græcos proclamat *Juvenalis.* Latini Scriptores ferè omnes arguunt Græcos levitatis, *Joh. Buno Introd. in Cluv. Geogr. Lib. IV. Cap. XI. p. 444.* Sed pro Græcâ hodie substituimus Gallicam. Vid. omninò *Appamt. Bibl. Tom. II. p. 572. seq.*

Lex, Rex.

Apud Brasilianos trium ex Alphabeto elementorum FLR nullus est usus,

minimè absurda quorundam animadversione, factum id esse divinitus, eò quod FIDE, LEGE, REGE careant, nam nulla Reipublicæ species apud Brasilianos reperitur, sed domesticum tantum imperium agnoscunt, *Lerius, Sibrötterus ex iisque L. Joach. Fellerus Annot. in Horn. Orb. Imper. p. 487. Petrus du Val. Geogr. Univers. P. I. p. 142. Everh. Guern. Happelius Thesaur. Ex it. p. 112.* Cum tamen ex his monosyllabis (Lex, Rex, Grex) omnis Respublica constet. Benè *Reusnerus in Ænigm.*

Lex Regina, Magistratus *Rex*, *Grexque* popellus
Si benè habent, tunc & publica res bene habet.
Lex ceu *Rex* mutus, *Rex* ceu *Lex* viva gubernat,
Grex Legi & Regi paret utrique volens.

Carolus M. Gladium semper sibi strictum præferri jussit, his insignitum literis: D. P. C. A. D. C. h. e. Decem Præceptorum Custos à DEO Coronatus, *D. Deutschman de Terrestribus Elohim* §. 27.

FIDEM

Non adhibentes bene monitis.

Sicuti improbatur credula nimis promptaque quæsvis ad relationes auris; ita & improbatur illa, quæ cunctis relationibus clausa est. Arguitur hac de causa à *Thuano* Andreas Auria, quod de Ludovici Fliscæ conjuratione monitus, fidem referentibus denegaverit: imò morte sua incredulitatem expiarunt Petrus Aloisius Farnesius, Parmæ Dux, & Cardinalis Guisianus, negligentes, quæ de periculo, quod à conjuratis & Rege ipsis præparatum erat, per amicos acceperant. Carolus Burgundiæ Dux à Ludovico XI. Galliarum Rege, de Comitis Nicolai da Campobaccio Neapolitani, plusquam Punica perfidia certior factus, qui Regi Ducem vivum aut mortuum se oblaturum esse, promiserat, qvum Regis nuncium susque deque habuisset, paulo post à Comite derelictus ac proditus, ad Nanzeium cum infeliciſſimè pugnaret, vitam perdidit. Ferrandus Gonzaga, Mediolani Gubernator, à Carolo V. consilii alicujus, quod duo Seuenses inter se agitaverant, particeps factus, quod erat Castellum Mediolanense Gallis sine ulla dimicatione in manus tradere, cum illud risui haberet, parum abfuit, quin perdidisset; cui superando non nisi scalarum, quas muro aptaverant, levior defectus obstitit. Cum in nuperrimis Neapolitanorum turbis, Don Roderico Ponze de Leon, Duca d' Arcos, Vice-Rex, illis quæ de Mas. Anielli primis & levioribus tentatis ipsi relata erant, fidem commodare nollet, & ut ridiculosa explooderet, paulo post magnas incredulitatis suæ pœnas dedit, *Joh. Hieron. Imhof. Ration. Stat. XI. p. 153. seq.* Sic nimirum credere omnia æquè vitiosum est, ut nihil credere, teste *Augustino*; & secundum *Senecam*, utrunque in vitio est,

&

& omnibus credere & nulli. Et Philosophus quidam olim inter hostes vivendum esse dixit, tanquam inter amicos: & inter amicos, tanquam inter hostes, auctore *Chrysostomo.*

DEO qui non servat, multò minus hominibus servabit.

Theodoricus der Gothen König / ob er gleich selbst der Arrianischen Ketzerey zugethan war / so ließ er doch die Rechtgläubigen bey ihrer Freyheit: Ja er ließ einen von seinen Hoff-Bedienten zum Tode verdammen / weil er seines weltlichen interesses wegen ein Arrianer ward; indem er sich nicht einbilden konnte / daß ein Diener seinem Könige treu seyn könnte / der GOtt im Himmel eine solche Untreu zu beweisen kein Bedencken trüge / *Clar. Hübner. Hist. Pol. Tom. I. Lib. V. p. 738.* *Britomartis*, fidissima Dianæ comes, venatoriis cassibus fortè irretita, jam jamque futura jejuni Leonis præda Deam invocat: quæ Feram jaculo exanimat, & laqueis Nympham expedit. Lemma: *Fidum reperirct, qui DEO est fidus, fidum.* *Emmam. Thesaurus Inscript. p. 152.*

FIDE, sed cui VIDE.

Candor in hoc ævo res intermortua pœnè: ait *Naso*, & ut idem alibi canit:

Tuta frequensque via est per amici fallere nomen:
Tuta frequensque licet sit via crimen habet.

Nam secundum *Publium*, Bonitatis verba imitari, major malitia est. Placeat ergo Symbolum Hermanni Adolphi, Comitis Solmensis:

SINE FRAUDE, DOLOQUE!

Quod Græcis est: ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης bonæ fidei formula in omnibus negotiis, clausulæ loco, apponi solita.

Mortua res candor: fraus celsâ regnat in aulâ:
Me juvat at constans, & SINE FRAUDE FIDES.

Reusner. Symb. Heroic. p. 187. Christiani I. Elect. Sax. Symbolum;

FIDE ET VIDE!

Sub picturâ Leonis clausis oculis vigilantis, & incubantis armis Saxonicis.

FIDE, sed ante VIDE: malè fidit, qui benè fidit
Cuique; cui fidat, nec prius ipse videt,

Leonem clausis oculis vigilare, & apertis dormire, scribit Orus in Hieroglyphicis: quod custodiæ & vigilantiæ Symbolum est, ac præterea cautionis & diligen-

ligentiæ cujusdam: quâ vel maximè opus est infido hoc seculo in fidendo, & alteri credendo: sicut *Epicharmeum* illud docet: nervos atque artus esse sapientiæ, non temerè credere, *Peccenslen. in Symbolis.*

FIDE quidem, sed CUI? nam fidere censeo nulli
Fas homini: præstat fidere nempe DEO.

* * *

FIDE, sed ante VIDE, CUI tutò fidere possis:
Et quia non tutum est fidere, fide DEO.

Reusn. l. c. p. 42. 46.

Ne cuivis impone manum citò, neu citò crede
Aut temerè: RES EST LUBRICA quippè FIDES.

* * *

Schau/ wem du trauen willt/ die Welt ist gar zu schlau/
Sie sucht zu triegen dich/ drum/ wem du traust/ schau!

Autor Relat. ex Parn. An. 1699. N. 48. 16. Jun.

FIDE parum multumque VIDE, CUI fidere fas sit:
Fidere multa, sed haut multa videre nocet.

Conf. *Besselii* Schmiede des *Polit.* Glücks *p. 36. 85. 86.*

FIDELITAS

Ducis bellici Abrahami exemplum imitantis.

§. 1.

Alphonsus Perezius Guzmannus, Hispaniensis Dux, erga Sanctium, Castellæ Regem, tantæ fuit fidei, ut antequam urbem Tarteſum, hodiè Tariffam hosti tradere voluerit, potius filium proprium, quem tunc fortè hostes in castris secum habebant, jugulari passus fuerit, etiam gladio ad hoc subministrato & ad hostes projiciente, quo etiam innocentissimi Filii caput fuit exsectum. Sanctius Rex adeò præclarum Alphonsi Guzmanni facinus æstimandum duxit, ut ejus fidem & fortitudinem publicis literis commendarit, quod Patrem Abrahamum fuerit imitatus in immolando filio, quem sicut ille voto, ita iste re ipsâ victimam pro reipubl. salute obtulerit, *D. J. A. Weber. in Art. Convers. Reg. VIII. S. XV. p. 426. seq.* Filium hunc in agris fortè interceperant. Unicus porrò patri erat. Illi minati, nisi oppidum dederetur, sub oculis interfecturos se, & fœdè lancinaturos. Motis flexisque aliis, ille nec hilum: & altâ voce negat: *Si centum filios in potestate haberem, non ideò se à fide & honesto aliturum.* Quin *inquit*, si tanta libido jugulandi est, *en gladium!* & saum è mœnibus projecit. Stupor me habet hæc scribentem: quid spectantes? Ille sic

abiit,

abiit, & ad prandium se composuit; cum ecce clamor & ejulatus dissonus auditus eum evocat, iterumque in mœnibus se sistit. Quærenti consternationis causam, refertur: Filium barbarâ crudelitate à Mauris interfectum. *Hoc erat?* inquit, *credebam urbem ab hostibus captam*, & pari tranquillitate ad prandium, uxoremque sedit. Creditis posteri? sed credite, res ita gesta est: & magnitudine viri attoniti, nihil ultra tentantes, discesserunt. Libet hîc exsultare: estne factum vel omni antiquitate fortius, vel laudabilius? Gratulor tibi gens & domus illustris Ducum *Methymna Sidonia*, quæ ad hunc autorem stemma & sanguinem refers. Felix origine, esto imitatione, *J. Lipsius Mon. & Ex. Polit. Cap. VII. §. 6. p. m. 66. 67. Lansius pro Hispan. p. 230.*

§. 2.

Ut valeant, alii ferrum patiuntur & ignes,
Fert aliis tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis, tantum perjuria vita,
Teque simul serva, meque, datamque fidem.

Ovid. Epist. XIX. Heroid. Et *Plautus in Captivis:* Fac fidelis sis fideli, cave fluxam fidem geras. *Silius Ital. Lib. XIII. Bell. Pun.* ita:

Vox (scil. fidei) occulta subit, passim diffusa per aures:
Fœdera mortales ne sævo rumpite ferro,
Sed castam servate fidem: fulgentibus ostro
Hæc potior regnis.

Et Plautus in Asinariâ:

Eidem homini, si quid rectè curatum velis,
Mandes, mori sese miserè mavolet,
Quam non perfectum reddat, quod promiserit.

Octav. Mirandula in Flor. Poët. Illustr. p. 248.

FILIA

Patrem lactat.

Fœmina per densas intrat generosa phalanges,
Qua Pater est lentâ jussus obire fame.
Arida per vacuas numerat jejunia venas,
Ossaque diductâ prospicit alba cute.
Ah dolor! affectare dapes cavet arduus hostis,
Jamque fame Genitor, Nata dolore, perit.
At malè fœmineo dum verberat ubera planctu
Quid queror hoc, inquit, pectoris aucta penu?

Ergò Patri lautas impendit Nata papillas:
Fitque Patris Genitrix ingeniosa sui.
Expugnat rigidum pietas deprensa Tyrannum,
Corpora non passum tam benè pasta mori.
Quam non vincet Amor causam? movet ecce tyrannos:
Et mites, legem transgredienda facit.

Emman. Thesaurus Inscript. p. 463.

Liberat.

Zu Chester in Engelland ward im Jahr 1655. wegen einer Verbündniß wider den Protector, ein Mahler/ Nahmens Hund/ gefänglich gehalten. Dieser war zwar zum Strange verurtheilet/ sollte auch folgenden Tages sterben. Nun hat er zwo Töchter/ die wollten ihn noch eines sprechen/ welches zugelassen wurde: Also kleidete die eine Tochter ihren Vater in ihrem Habit an/ und ließ ihn also mit der andern zum Gefängniß ausgehen. Des andern Tages præsentirte sie sich in ihres Vatern Habit, und sagte/ sie hätte solches aus Kindlicher Liebe gethan/ welche That gelobet/ und ihr das Leben geschencket ward/ Gottfried Schultz *Chron. p. 722. M.* Ernst Bild. H. *P. III. p. 301.*

Sepelit.

Des Graff Geronis von Alsleben einige Tochter und Erbin that dem Käyser Ottoni II. einen Fußfall/ und schenckte dem Stifft Magdeburg die gantze ererbte Graffschafft Alsleben/ nur damit sie ihren Vater/ der Anno 979. im zwey Kampff mit dem Herrn VValdo, geblieben/ begraben möchte/ Heinrich Bünting Braunschweig. *Chron. P. I. p. 47.* Ernst *l. c. p. 339. Nob.* Ziegler im Tägl. Schau-Platz *8. Dec. n. 2. p. 1431.*

Sicut mater, Ezech. XVI, 44.

§. 1.

כְּאִמָּהּ בִּתָּהּ *καθὰς ἡ μήτηρ, καὶ ἡ θυγάτηρ, sicut Mater, ita & Filia ejus l. c.* Quelle Mere, telle fille. Liberi enim utriusque sexus Parentum mores utplurimum imitantur. Et hæc ipsa causa est, cur in commemoratione Regum tam frequens fiat mentio matrum, quippè quæ cum lacte quasi materno, vel pietatem, vel nequitiam liberis possunt instillare *B. Geier. Comment. in Prov. Cap. I, 8. p. 25.*

Scilicet expectas, ut tradat mater honestos,
Atque alios mores Natæ, quam quos habet ipsa?

Juvenal. Sat. VI. Michaël. Verinus sequentibus versibus exprimit:

Sæpè

Sæpè Patris mores imitatur filius infans:
Qualis erat Mater, filia talis erit.
Casta refert castæ genitricis filia mores:
Lascivæ nunquam filia casta fuit.

§. 2.

De sobole masculâ pronunciatur illud Græcum: τὸ πατρὸς ἐστι τὸ παιδίον. *Patris est Filius.* Et penè omnes parentibus suis filii non magis in patrimonia, quam in vitia succedunt. *Salvianus L. I. contr. Avarit. p. m. 20.* Logicorum canon est: Qualis causa, talis effectus. Ex hoc canone Domitius Imperator de Filii sui Neronis pessima vita vaticinabatur verissimè: Fieri nequit, *ajebat*, ut ex me & conjugè Agrippinâ vir bonus nascatur, *D. Christ. Matthia Theat. Hist. Theor. Pract. p. 601.* Sed nonnunquam fallit. Sic filiæ matris Romildæ libidinosissimæ, & propter libidinem urbem hosti Cagano prodentis, pullorum carnes mammis substrates calore corporis putrefecerunt, eoque fœtore milites, conservata pudicitia, abegerunt, *M. Hildebrand. Syn. Hist. Univers. Per. VII. §. 18. p. 155.*

Sæpè fit, ut pariat pravos bona mater alumnos,
Et mala sæpè parens sanctos alit ubere natos.

Guilielm. Philipp. L. II. ap. Wanckel. in Guev. p. 455. In hanc sententiam *Minerva ad Telemachum:*

Pauci nam similes patribus nascuntur honestis,
Pejores longè veniunt pars maxima semper,

ap. Homer. Odyssea Lib. II. p. 24. b.

Sacerdoti elocata felix.

Filiam Sacerdoti elocans, felix æstimatur; Dicit Sanctus B. J. Quicunque oblationes & res sanctificatas exsolverit Sacerdoti, ut convenit, promerebitur (hoc ipso bono opere), ut filias suas sacerdotibus elocet, ejusque posteri rebus sanctificatis vescantur, *B. D. Andreas Acoluthus Philolog. de Aquis Amaris Cap. I. p. 31.* Ex undecim lætitiis, seu pompis Talmudicis nuptiarum, tertia hæc erat: Portarunt ante Sponsam poculum vini, quod vocarunt כוס תרומה *poculum Trumæ:* per id denotantes, non indignam esse eam ob puritatem Virginitatis, quæ nuberet Sacerdoti, & comederet de Trumâ, h. e. de oblatione separatorum fructuum pro Sacerdote, quæ Ebræis vocata est: Oblatio magna, *Joh. Lightfoot Hor. Rab. Talm. in Job, Cap. II, 1. p. 604, Christoph. Arnoldi in Wagenseilii Sotmp. 1202.* Et fœminam commendaturi hanc frequentarunt loquendi formulam לכהונה הוגנת quod idonea esset, quæ mariteretur à sacerdote, *Excell. D. J. F. Mayer Diss. Pract. de Studiorum mutatione §. 13. p. 50.*

Herodiadis saltans.

Vid. Apparat. Bibl. *Tom. II. p. 620. seq.*

Jephtæ an immolata?

Ibid. p. 752. seq.

Pharaonis.

Quomodo vocata? Ad fluvium cui se contulit? *A. B. Tom. IV. p. 71. seq.* maritata, at sterilis *ibid.*

FILIÆ

Benè moratæ imago.

Ægyptii ornabant filias suas, etiam pauperrimas, torquibus: in quibus delineatæ & expressæ erant sex aves, videlicet,

Turtur cum lemmate: SIC SOLA!

Allein bleib ich gern/ alleine will ich seyn/
Biß mir der Himmels-Schluß schenckt fromme Wollust ein!

Columba, cum lemmate: SIC CASTA!

So lang ich ohne Mann/ flieh ich der Männer Hauffen/
Und will nach fremden nicht/ wann ich benammet/ lauffen!

Aquila cum lemmate: SIC PROMTA!

Kein Schlaff/ noch süsse Ruh/ mich an der Arbeit hindert/
Und meine Hurtigkeit/ durch faules Liegen/ mindert!

Ciconia cum lemmate: SIC PIA!

Nicht nur in Frölichkeit/ auch in betrübten Zeiten/
Will ich in Lieb und Leid dich iederzeit begleiten!

Noctua cum lemmate: SIC VIGIL!

Die Hauß-Sorg läst mich nicht im Schlaff die Augen schliessen/
Noch meine Wachsamkeit durch lange Ruh' versüssen!

Alauda cum lemmate: SIC DEVOTA!

Bricht an das Morgen-Licht/ mein Mund zum Lob bereit/
Erhebet meinen GOtt/ und preist ihn allezeit!

Cassiodorus ap. D. J. A. Webr. in Art. Discurrendi Font. LXXX. Exercit. IV. p. 616. Auct Relat. ex Parn. An. 1699. N. 76. 22. Sept.

FILIÆ

Improbæ pro dote mors debetur.

Si filias rectè educare volunt matronæ Romanæ (inquit *M. Aurelius in*

gnvi objurgatione & commonefactione ad Faustinam uxorem, & Lucillam filiam), has diligenter observent regulans: Si Filias vagari vident, crura illis frangant; si venaturam oculis facere, oculos eruant; si auribus prurire, illas obstruant; si quid dare volunt, vel accipere, manus amputent; si garrire audent, os consuant; si petulanter agere, vivas cremeliant. *FILIÆ quippè improbæ pro dote mors, pro utensilibus vermes, pro domo tumulus debetur.* Itaque meo Faustina utere consilio, & si Filiâ tuâ lætari cupis, occasiones illi, quibus corrumpi potest, adime. Ad fulciendam domum multis opus est tibicinibus; cui si unam subducas columnam, tota corruit: hoc est, adeò sunt imbecilles fœminæ, ut à mille custodibus vix possint custodiri; at unica minutulâ occasione corrumpantur. Quam stultæ fuerunt improbæ, non quidem quod esse ejusmodi vellent, sed quoniam ipsæ occasionem aperuerunt, ut aliter facere non possent! In meâ potestate est prælium inire; at in meâ potestate non est potiri victoriâ. In meâ potestate est ingredi mare; at in meâ potestate non est evadere periculum. In potestate mulieris est occasioni se offerre; at postquam illi se obtulit, in ejus potestate non est culpam evitare, *Grev. Hor. Princip. Lib. II. Cap. XI. §. 261. p. 279.*

FILIÆ

Cantici, Cohel. XII, 4.

וְיִשַּׁחוּ כָּל־בְּנוֹת הַשִּׁיר *Deprimenturque omnes cantatrices.* Concentus musici non solum à senibus contemnuntur, sed & difficulter ob aurium surditatem percipiuntur: hæ enim *filiæ cantici* h. e. aures canticis, sonisque aliis dignoscendis occupatæ (sic enim per ebraismum *Filius & Filia* appellatur illud, quod quomodocunque destinatum est alteri, vel ad illud pertinet, ceu docet *Glassius Lib. III. Philol. Sacr. p. 130. edit. prior.*) *humiliantur*, flaccescunt, debiles ac ineptæ fiunt apud senes, ita ut sæpius incurvandæ etiam sint exterius ad os loquentis, ob debilitatem internam. Ita de *Auribus* has *Cantici filias* intelligunt *Hieron. Lyranus, Del-Rio, Ferus, Pineda, Lutherus*, aliique. Haut etiam negligenda videtur illorum expositio, qui *Filias Cantici* arbitrantur dici pulmonem, arterias, lingvam, cæteraque cantici vel vocis formandæ instrumenta; ea verò *deprimuntur* h. e. multum dejecta sunt à priori sua eminentiâ ac robore, enervata ac pudibunda veluti jacent, quandoquidem non amplius ita pollent viribus ad formandos sonos ac jubila, sicut olim fiebat in juventute cantillante ac ovante, *D. Geierus in h. l. p. 455.* Sic Filia *Zion*, 2. Reg. IX, 21. *Filia Jerusalem*, Thren. II, 16. *Filia Tyri*, Psalm. XLV, 13. *Filia Babel*, Zach. II, 11. pro harum civitatum & regionis hujus incolis & habitatoribus

ſumitur. Collectivè tota civitas ſeu regio inſtar mulieris, ſeu virginis filiæ proponitur, undè & Metropolis אֵם reliquarum circumjacentium quaſi *mater* Ebræis appellatur, & *urbes minores, vici, pagi* בְּנוֹתֶיהָ *filiæ ejus* dicuntur Joſ. XVII, 16. (Filiæ dicuntur monaſteria, quæ ab aliis majoribus peculiari quadam familiaritate dependent, *Car. du Frêne Gloſſ. T. I. p. 437.*) Eſ. XXIII, 10. בַּת־תַּרְשִׁישׁ filia maris ſ. Oceani, h. e. *navis*, Ezech XXVII, 6. Tabulas tuas (h. e. tranſtra tua) faciebant שֵׁן אַשֻּׁרִים *ex dente filiâ greſſuum* (artifices) ex Inſulis Chittæorum. *Dens filia greſſuum*, h. e. greſſibus tritum. Illud enim demum germanum ebur eſt & præſtantiſſimum, quod ab elephantibus defoditur in terram, & in eâ per juſtum tempus pedibus tritum eſt. Ex profanis etiam conformia dictis afferuntur, *Horat. I. Carm. Od. XII.* Filia ſylvæ pinus. Item alibi: Fortunæ filius. Terræ filius. Albæ gallinæ filius. Veritas filia temporis &c. *Glaſſius l. c. p. 129. 131. 133.*

Servando non poſſunt ſervari.

§. 1.

Die Töchter ſind vielen Gefährlichkeiten unterworffen / und fället eſſters ſchwer eine Mann-bahre liebreitzende Tochter von denen Nachſtellungen der Liebhaber ſattſam zu bewahren; Intolerabilis ſanè dolor, quem filiæ matri afferunt. Si enim ingenioſa eſt filia, ne depravetur; ſi ſimplicior, ne ab aliquo decipiatur, veretur; ſi formoſa, ſatis habet in cuſtodienda illa curæ; Si deformis, elocari nequit; Si benè morata eſt, nollet eam à conſuetudine ſuâ ſegregari: ſi malè morata perferre illam non poteſt; Si hominum fugitans eſt, ne exoleſcat, metuit; Si petulans, caſtigare illam non audet; Breviter, ſi foras eam mittit, ne infamiâ afficiatur, timet; Si domi eam retinet, ne rapiatur, formidat. *Guev. H. P. Lib. III. Cap. XXXIX. n. 610. p. 655.* Salomo wollte es faſt für unmüglich halten / indem er des Mannes Weg an einer Magd (דֶּרֶךְ גֶּבֶר בְּעַלְמָה) mit unter den vier Wunder-Dingen rechnet / die er nicht begriffen kan / Prov. XXX, 19. (Tria ſunt impervеſtigabilia, & quartum adhuc magis, quam illa: Via aquilæ in cœlo, nemo enim noſſe poteſt, quam viam velit eligere, ſeu quam viam inſtiterit, quia myriades viarum in toto cœlo habet &c. Sic ſe habet via viri in *Alma* (vel circa Alma), qui virginem illibatam, & pro more gentis domi rigoroſiſſimè ſervatam ambit, is mille ſolet excogitare vias, & invenire rationes ad eam perveniendi, non modo pedibus corporis, ſed & paſſibus cordis, ſeu conciliandi eam ſibi, quæ nulli hominum ſunt perſcrutabiles, neque tamen ullum manet veſtigium præſentiæ, vel inventarum ejus viarum, *D. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. III. Loc. XCII. p. 652.* ſunt utique rurabiles, abſcon-

ſconditæ ac intellectu difficiles plurimæ artes illæ, quandoque etiam doli, quos ad conſequendam Virginem, quam ardentiſsimè, honeſtè tamen, amat, vel inflammato deſiderio ſæpè adamat, juvenis excogitare ſolet. Quis enim obſecrò perſcrutari poteſt animi adfectus, varias cogitationes & conſilia viri, dum honeſtam virginem, cujus tenerrimo deſiderio ac amore inflammatur, in vitæ adjutorium ſibi conciliare nititur, & allaborat? *D. Caſp. à Lilien Diſſert. Philol. Hiſtor. Theol. II. §. 10. p. 27.)* und davor man ſich nicht allzuwoll fürſehen könne. Conf. *Alciat. Emblem. XXII. M. Mich. Boccii juſtus non derelictus ex Pſalm. XXXVII, 25. Cap. I. §. 3. Flacius Clav. Script. p. 31. D. Joh. Chriſt. Wagenſeil Diſſ. Philol. de Loc. Claſſ. Eſ. VII, 14. Cap. III. §. 3. p. 19. 20. Quatuor abſcondita M. David Wendeler. §. 10. 13. D. David Clodius Diſſ. Phil. Theol. de Conceptu & Partu Virgineo ex Eſ. VII, 14. S. I. p. 10. Joh. Saubertus Paleſtr. Th. Philol. Cap. II. §. 3. p. 143. Pet. Dan. Huetius Demonſtr. Evang. T. II. Prop. IX. Cap. IX. §. 3 p. 692.* Plato talem amantem παντὸς ἐπιχειρήτην nuncupavit, quod nihil non experiatur, ut qui affectet omnia & audeat, ap. *Cœlium Lect. Antiq. Lib. XXIX. Cap. XVI. p. 612.*

§. 2.

Sie ſind nicht allemahl gewaffnet / alle Nachſteller ihrer Keuſchheit abzutreiben wie ſie nach Hieronymi Bericht vorzeiten von denen Heyden gemahlet! (SERVAT ARMATA PUDOREM! *Picinell. Mund. Symb. Lib. III. Cap. XVII. n. 42. p. 155.* Veneris apud Spartanos armatæ meminit *Pauſanias ap. D. Joh. Phil. Pfeiffer. Antiquit. Græc. Gentil. Lib. I. Cap. V. p. 7. Drexel. Roſ. Argent. Cap. X. §. 7. p. 1196.* Sie gehören unter die Sachen / von denen die Rechte ſagen: Quæ ſervando ſervari non poſſunt, die man durch bewahren nicht erhalten kan/ (*Zincgref. Apopht. P. I. p. 240. Zeiler. Miſcell. p. 51.*) und iſt hierinnen nicht nur der Eltern/ ſondern auch der Ammen / oder Hoffmeiſterinnen ihre ſorgliche Auffſicht offters hintergangen; *Plautus in Epidico:* Doctè & ſapienter dicis, non nimis poteſt pudicitiam quisquam ſuæ ſervare filiæ. Apud Ebræos mos obtinuit, ut Nutrices ad nuptiarum usque dies obſervarint puellas & virgines, ne vel à petulantibus, & luxurioſis hominibus, aut alio quovis modo virginitatis flore privarentur, *Th. I. ab Almeloveen Antiq. Sacr. Prof. in Gen. XXIV. 59. p 65. ſeq. Autor de Mirandis Nat. in Sinâ & Europ. Cap. XLV. p. 1341. Alex. ab. Alex. G. D. Lib. V. Cap. XVIII. p. 288. a.* Eas pudoris cuſtodes licet appellare, *Barthius Adverſ. Lib. II. Cap. XII. p. 73. 74.* Iis corruptis, aut interpellatis ſeverisſimè in illas animadverſum, *id. Lib. XLVII. Cap. VI. p. 2197.* hinc Nutrices, propter incuriam, quæ Cybele ſtuprata, è medio ſublatas exhibet, *Diod. Siculus Biblioth. Hiſt. Lib. III. Cap. LIX. p. 183.* Imò nutrices quotidiè tempore matutino collum virginis filo metiebantur, in ſignum

&

& notam servatæ Virginitatis. Hoc enim, si stuprari illas contigisset, intumuisse comperiebatur, *D. J. P. Pfeiffer. l. c. Lib. II. Cap. LIV. p. 354. & Lib. IV. Cap. XXVII. p. 672.* Catullus *in Epithal.*

Non illam nutrix matutina luce revisens
Hesterno poterit collum circumdare filo.

Laurent. Beyerlinck Theat. Magn. Vit. Hum. Tom. V. Lib. XII. p. 90. Et Μήτηρ vocabulum, quod apud Græcos matrem denotat, hinc à nonnullis derivationem accepit, παρὰ τὸ μὴ τηρεῖσθαι, quod non amplius custodiretur, scil. à nutricibus, parentibus, vel qui horum loco essent, *Pfeiff. l. c. Lib. IV. Cap. XXII. p. 657. & Diss. Philol. de Cura Virginum apud Veteres* §. 1. *& Dissert. II.* §. 17.

§. 3.

Last meine Mutter immer wachen;
So kan ich ihrer Thorheit lachen!

Sagte dorten die Silvia zu ihrer Mume Severia, als sie mit ihrem geliebten Seladon davon fuhr; Hierbey gedachte ich sagt ein gewisser Autor, wie schwer es sey eine Jungfer zu hüten/ dann/ wo sie nur einmahl dem durchtriebenen Liebes-Schützen Gehör gibt/ so hilfft es nicht; Und wann eine tugendhaffte Castalis die Einsamkeit erkieset/ so bedarff man es nicht. Hierbey gedachte ich/ daß es nicht undienlich wäre/ daß man der Jugend/ die Flügel der Freyheit nicht allzusehr beschneiden/ auch nicht allzusehr loß binden/ sondern das Mittel-Maaß hierinnen halten/ auch über das die Kinder in einer Scheulosen Tranquillität erziehen soll/ inmassen das Frauenzimmer eine nahe Verwandniß mit dem Queckſilber hat:

Will man sie allzustreng in Cell und Kammern schliessen/
So sind sie allezeit auff frische Flucht beflissen!

Autor. Relat. Europ. An. 1702. N. 82. p. 677. 678.

* * * * *

Ihr lieben Mütter ihr/ ihr sorget Tag und Nacht/
Die Töchter kommen euch fast niemahls von der Seite/
Damit der Vorwitz sie nicht liederlich verleite;
Doch glaubt/ daß eurer nur die Liebe heimlich lacht/
Sie hat ja freyen Paß zu allen zarten Hertzen/
Und stielt sich listig ein durch mienen/ lachen/ scherzen!

Nicolai Venette de Generat. Homin. P. III. Cap. IV. S. V. p. 383.

Primo quocunque tempore ergò elocandæ.

§. 1.

Simulatque in lucem edita filia, arcanum in corde nodum (ut ajunt) nectere

ctere parentes decebat, non ante solvendum, quam maritum filiæ conciliassent. Dum enim Patres avari dotare filias recusant, & matres ambitiosæ opulentiores expetunt nuptias, & alter hoc, altera illud causantur, tempus elabitur, & interim filiæ senescunt: (semper & nocet, & nocuit dilatio longa paratis. *Guil. Philip. Lib. III.*) atque ita ut nubant natu grandiusculæ; ut solæ habitent, nimis puellæ; ut serviant, non ita assuefactæ sunt: Unde vitam & ipsæ insuavem, & parentes anxiam, & propinqui, ne forte aliquam concipiant maculam verentes, sollicitam agunt. Quot virgines, clarissimorum Senatorum filias, non quod ob rei familiaris angustias dote carerent, aut parum virtute præstarent; sed ob solam negligentiam & procrastinationem, repentina morte parentibus orbatas, eò vidi redactas esse, ut nihil ipsis esset desertius: dum illi quidem extincti terra: hæ verò oblivione fuerunt sepultæ! Mentiar, si me in legibus Rhodiorum, ubi de maritandis liberis agitur, hæc verba legisse negem: De maritandis decem filiis pater ne unum quidem diem: at de collocanda in matrimonium unica spectata virtutis filia, vel decennium laborato; vel si aquis oretenus immergi, guttas sudare sanguineas, humi reptare pectore, filios exhæredare, opes amittere, salutis denique discrimen adire ipsum necesse sit.

§. 2.

Quid dicam, quod cum omnia caduca, & ad ruinam prona sint, id peculiariter teneræ ætatis virginibus accidit, quibus omne tempus usque ad nuptiarum diem tanquam supervacaneum & inutile perit. Homerus Heroinas Græcas ait solitas numerare annos vitæ, non ab eo, quod natæ essent, sed ab eo, quo nupsissent, die. Itaque interrogata fœminâ Græcâ, quot annos haberet? viginti respondebat, si tot anni post nuptias exierant, non XL. si tot anni postquam nata erat, elapsi essent; confirmans scil. ex quo domui regendæ & administrandæ præesse cœpisset, ex eo vitam se exorsam esse. Pepon postquam in cucumerario maturvit, aut decerpitur, aut furto surripitur; Sic virgo, quæ diu vivit innupta, aut raptus, aut infamiæ periculum vix effugit. Sicut vineæ, simulatq; uvæ maturescunt, mox custos & tuguriolum additur: Sic virgo jam matura viro, plenis jam nubilis annis (*Virg. Æn. VII.*) marito & custode indiget: quem illi qui conciliat pater, & domum periculo liberat, & animum suum curâ levat, & rem facit filiæ gratissimam. Ita *M. Aurelius ad Faustinam Conjug. ap. Guev. H. P. Lib. II. Cap. XIV. n. 269. p. 287. seq.*

§. 3.

Der Herr D. Geiler, sonst Käysersberger genannt/ saate von denjenigen/ die ihre Mann-bahre Töchter zu lange unverheyrathet liessen: wenn sie ihren Hünern nicht bey zeite Nester bereiteten/ so legten sie die Eyer in die Nesseln. Jene Jungfrau vergliche sich einem Weinstock/ der in vol-

voller Blüte daher wachsend an einen Baum verlanget angebunden zu werden/ mit der Beyschrifft:

JUNCTA QUIESCAM!

Wann ich daran werde gebunden seyn/ will ich mich gerne zu Frieden geben/ *Picinell. M. S. Lib. IX. Cap. XLIV. n. 509. p. 604.* **Da im Gegentheil/ ehe ich einen Mann bekomme/ nimmer zu seufftzen auffhören kan;** Antequam enim maritum nanciscatur fœmina, (absque intermissione) ab imo suspirat pectore, *Guev. l. c. Lib. II. Cap. XXIII. n. 315. p. 338.* Fœmina virum, ut materia formam appetit, *Lev. Lemnius de Occult. Nat. Mirac. Lib. I. Cap. VI. p. 28.* Felicior ergo semper nupta mulier, quam nuptura virgo, ut *Augustinus* rectissimè de Bono Conjugali ap. *Botsac. Mor. Ged. in v. Monialis p. 659.* Pomarium melius est, quod post flores fructus parturit; Vitis melior, quod amplexa palum & ulmum uvis gravida est, quam quæ humi jacet, & computrescit; Rosa felicior, quæ manu hominis atteritur, delectans interim oculos & nares, quam quæ senescit in frutice; Vinum felicius, quod bibitur, antequam acescat, una virgo, quæ nubit, potest multas virgines parere. *Emsmus in Colloq. proci* & puellæ ap. *Rev. D. Misand. C. C. P. II. in Append. p. 194. 195.* Syrach vermahnet dessentwegen: **Berathe deine Tochter/ so hast du ein groß Werck gethan/** Cap. VII. 27. (sanè virgineam castitatem nulla arte melius, quam maturo conjugio præservabis, *Fr. Petrarcha de Remed. Utr. Fort. P. I. Dial. LXXXIV. p. 232.*) **hingegen eine Tochter/ die noch unberathen ist/ machet dem Vater viel Wachens/ und das Sorgen für sie/ nimt ihm viel Schlaffs/** Cap. XLII, 9. seq. Benè *Menander:*

Ἀλλὰ θυγάτηρ κτῆμ' ἐστιν ἐγγῶδες πατρί.

Et alibi:

χαλεπόν γε θυγάτηρ κτῆμα καὶ δυσδιάθετον.

Ben Sira in Alph. II. Littera Teth: Absconsio vana est filia patri suo, cui dum metuit, noctu non dormit, *Grotius in hunc Simeidis locum ap. Calov. in Bibl. illustr. Tom. III. in Apocr. p. 131.*

Clericorum prohibentur nubere.

Synodus Toletana prima A. C. 420. tale decisum constituit: Episcopi, sive Presbyteri, sivé Diaconi filia, si devota fuerit, & peccaverit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni: pater verò causam in Concilio noverit se præstiturum. Mulier autem non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem vivente eo secesserit, & pœnituerit, nullo modo, nisi vitâ deficiens, accipiat communionem, *D. Sal. Gesnerus Histor. Narrat. Omn. Consil. Cap. V. p. 202.*

Prin-

Principum vocantur domicellæ.

Domicellæ universim dictæ Filiæ Principum, Magnatum, Baronum, & Militum innuptæ. Quemadmodum enim istorum filii, qui nondum ad militarem ordinem provecti fuerant, *Domicelli* tantum, ita & eorum Filiæ *Domicellæ* indigitabantur, cum Baronum & Militum uxores *Dominæ*, earum Conjuges, *Domini* vocarentur. Apud *Bromptonum* An. 1000. Ducis Normanniæ filia, quam postmodum in uxorem duxit Ethelredus, Rex Angliæ, *Domicella* dicitur. Sic apud *Sanutum Lib. III. P. XI. Cap. XIII.* Maria, quæ jus suum in Regnum Hieros. Carolo I. Siciliæ Regi transcripsit, filia Bœmundi IV. Principis Antiochiæ, eadem donatur appellatione, *Carol. du Fresne Gloss. Tom. I. p. 147.*

De lege discenda non tenentur.

Judæi filias, seu puellas teneri de lege discenda negant, neque matribus rei hujus curam incumbere debere, ideò requirunt, quod lex dicat: *Et docete ea filios* (non filias) *vestros*, Deut. XI, 19. *Et discite* וְלִמַּדְתֶּם masculin.) *ea*, Cap. V, 1. quod si tamen fœmina sponte sua discat legem, ei etiam propositam esse mercedem à DEO, quamvis non tantum, quantam viro *Buxtorff. Synag. Jud. C p. VII. p. 141. B. D. Valent. Alberti Diss. de Catechesi §. 39. p. 19. Wagenseil, Sota Cap. II. p. 434. & Cap. III. p. 471.*

Extra matrimonium.

Exclamantibus amicis: sine liberis mortem oppetis, Epaminonda! Minimè hercle, *inquit*, sed *duas Filias* post me relinquo, Victoriam Leuctricam & Mantinensem, *Pontan. Lib. III. Prog. p. 706. Pezelius Mellific. Hist. P. I. p. 204* Circa annum 1100. regnavit in Angliâ Richardus Rex, is teste *Engelhusen*, admonitus fuit à quodam Sancto Sacerdote *Sulcone*, ut filias suas nuptui daret, ne DEUS eum adhuc gravius puniret. Cumque ille negasset, se ullas habere filias, respondit *Sulco*: Imo tres, easque pessimas habes, *Superbiam, Avaritiam, & Luxuriam.* Quare consentiens Rex, convocatis suis proceribus, dixit: Do *superbiam* Templariis & Hospitalariis! *Avaritiam* monachis, & *Luxuriam* Ecclesiasticis Prælatis cum Clero, *Joh. Wolffius Lect. Memor. & Recondit. T. I. Cent. XII. p. 349. b.* Hugo scribit, Diabolum olim habuisse duas Filias, *Avaritiam & Luxuriam. Avaritiam* elocasse Judæis, *Luxuriam* Ethnicis. Cæterum jam Clericos utriusque illorum suas sponsas eripuisse, solosque velle sibi proprias utramque habere, *Id. Ibid, Cent. XIII. p. 419. a.*

FILIARUM

Educatio qualis esse debet?

Respondeat *Chrysostomus*, qui oratione gravi & disertâ, dignâque plane,

quæ hic legatur, matres ita alloquitur: Matres, filiarum curam vobis assumite, quæ vobis est perfacilis. Curate sollicitè, ut domi jugiter sint. Ante omnia pias esse, religiosasque docete, aspernari pecunias, exteriorisque ornatus contemtrices esse, atque ita demum nuptiis tradite. Eas si ita instituveritis, non ipsas modò servabitis, verum & viros, qui illas ducturi sunt, neque viros tantum, sed & filios atque nepotes. Quippè ex radice optima surculi prodeunt firmiores, ac semper in meliora proficiunt, horumque omnium merces vobis reddenda est. Non igitur tanquam unius animæ commodis prospicientes, sed ut plurimis per unam consulentes magno cum studio omnia faciamus. Ita nempè paternâ domo decet progredi virginem ac matrimonio jungi, quemadmodum ex palæstra luctatorem, ut omnem diligentissimè rei familiaris peritiam habeat; Sitque velut fermentum, quod massam omnem in suam transfert pulchritudinem, *D. Christoph. Ursinus Progr. in Fun. Evæ Elisabethæ Seidelii &c.* Isaac Jacobo filio suo benedictionem impertiens 1) rorem cœli, 2) pinguedinem terræ precatus, Gen. XXVII, 28. Prima promissio cœlestis est roris, secunda terrenæ opimitatis, inquit *Tertull. Lib. III. contr. Marc. C. ult.* Contra filio Esau, qui bonis terrenis abundaturus erat, prius terræ pinguedinem, posteà rorem cœli precatur. Qui ergò benè filiis (filiabus) cupiunt, prius eis prospiciant de bonis spiritualibus, quam de corporalibus. Ita Tob. IV. postquam filium ad virtutem, per multa documenta, instituisset, ad finem demum indicavit, ei decem argenti talenta deposita, unde sibi victum pararet, *M. Faber in Op. Conc. Tripart.*

FILIAS

Elocat S. Nicolaus crumenâ.

Paria Sancti-CHRISTI muneribus in Nativitatis Festo dari solitis, sunt munera S. Nicolai, in Borealis Europæ partibus non ignota, quem ideò sequioribus seculis puerorum & puellarum Patronum constituêre; Hi quippè jejunio & opinione quadam puerili eum colunt, ut munera ab eo accipiant in Vigiliâ ipsius. Estque ea opinio inde nata, quod S. Nicolaus dotem confecit tribus filiabus cujusdam egeni civis, nubilibus quidem, sed dote carentibus; Conjecit enim crumenam, pecunia refertam, clam noctu per fenestram in cubiculum Patris earum, ut elocare eas honestè posset, *Dresser. de Fest. p. 156. Excell. D. D. J. C. Beckmanus Dissert. de Turbamentis Vulgi Cap. III. §. 5. p. 42. 43.*

Invitas nuptui tradere insciția est.

Stultitia est, Pater, venatum ducere invitos canes.
Hostis est uxor, invita quæ ad virum nuptum datur.

Plautus in Stichо.

FEM-

FIMBRIÆ

Pelliceæ Virginibus, Venerem passis, ab amasiis datæ & exinde existimatæ.

§. 1.

Macarum in Africâ finitimi sunt Gindanes, quorum uxores ferunt fimbrias pelliceas, singulæ multas, ob hoc, quod ut à quoque viro venerem passa est, fimbriam orat: & ut quæque plurimas habet, ita præclarissima censetur, tanquam à plurimis viris adamata, *Herod. Lib. IV.* Stymphalii mulierem eam habent in honore, quæ cum pluribus viris habuerit consvetudinem, *L. Beyerlinck Th. M. V. H. Tom. V. Lib. XIII. p. 61. 70.* De Tartaris narrat *Paulus Venetus de Region. Orient. Lib. II. Cap. XXXVII. p. 93.* Nullus vir ibi ducit uxorem virginem, sed siquam ducere instituit, necesse est, ut prius à multis viris sit cognita: ajunt enim mulierem non esse conjugio aptam, nisi prius fuerit stuprata. Unde quidem viatores & advenæ aliunde venientes hanc transeunt regionem, & quietis gratia sua tabernacula ponunt, mulieres ejus loci habentes filias nubiles, ducunt illas ad peregrinos, aliquando 20. quandoque 30. aut plures, juxta numerum advenarum rogantes eos, ut quilibet unam è virginibus sibi associet, atque concubitu ejus fruatur, quam diu illic manserint. Illi igitur matronarum precibus victi, deligunt sibi ex puellis, quas volunt, & matrimonio aptiores reddunt. Et qvum recedere volunt nullam secum abducere permittuntur, sed parentibus fideliter restituunt. Exigit autem puella ab eo, qui eam defloravit, jocale aliquod, seu munusculum, quod ostendere possit ceu argumentum suæ defiorationis. Et quæ à plurimis viris fuit, amata atque corrupta, & multa habuerit talia Jocalia, quæ ostendat procis, hæc nobilior habetur, faciliusque & honorificentius maritari potest. Et quando honorificè vult incedere, suspendit ad collum omnium amasiorum insignia: quandoque pluribus fuit grata, tanto majori honore digna judicatur, *Dunbaur. Theol. Conscient. P. I. S. I. Art. III. §. 19. p. 46.* Persæ illas, quibus Amasii favent, majori honore excipiunt, *Tavernier in itin. Pers. p. 145. M. Christ. Fuchs de Moribus gentium indecoris §. 5.*

§. 2.

Die Mohren schneiden ihren Uberwundenen im Felde die pudenda ab/ præsentiren selbige in aller vornehmen Herren Gegenwart/ ihrem Könige; Sie nehmen sie erst im Mund/ und speyen sie also dem König für die Füsse; der läst sie hernach alle säuberlich zusammen lesen/ und gibt sie als ein gresses Gnaden-Zeichen/ dem vornehmsten Sieger; welcher sie ordentlich nacheinander an eine Schnur hänget/ und seiner Frauen/ oder Braut um den

Hals schnüret; die macht sich mit solchen Halsband so mausicht/ und schwäntzt damit einher/ nicht anders/ als ob sie das güldene Vließ angehänget hätte/ und eine Königin der gantzen Welt wäre; Ita ex *Linschotto D. Schenck Prof. Jen. Lib. I. Exercit. Anatom. S. II. Cap. XXXIV. p. 628. D. C. F. Paulini* Zeit-kurtz. erbaul. Lust *Tom. II. Cap. CXII. p. 579. 580.*

Judæorum.

Vid Appar. Bibl. *Tom. IV. p. 89. seq.*

FLENDUM

Cum flentibus, Rom. XII, 15.

Victi erant Galli memorabili acie ab Hispanis, Consalvo Ferdinando eorum Duce: veneratque Hispanus orator ad Leonardum Lauretanum, Venetorum Principem, & Patres, victoriæ lauream nunciaturus, aderatque eodem tempore Gallorum Regis Legatus. Qui evocati in collegium, qvum tristior alter, alter exultabundo similis assedisset: conversus Dux ad utrumque: Ego, *inquit*, penes vos Pauli Apostoli verbis in præsentia utar: ut quando divinæ voluntati nemo possit obsistere, *fleam quoque ego cum flentibus, gaudeam cum gaudentibus.* Quo principis dicto adeò omnis invidia levata est, ut Galli & Hispani vicissim gratias illi agerent, indeque discedentes, ejus singularis viri prudentiam inprimis admirarentur, *Egnatius Lib. VI. Cap. II. ap. Zwinger. Vol. VII. Lib. II. p. 1729. b.*

FLENDI

Artem non opus est, ut quis discat.

O infelicem vitam! quid vitam dico? cum mors potius dicenda sit, quam pro vitâ mortales habent; in quâ omnes scientiæ, omnes artes, omnia opificia longo indigent ad discendum tempore; & cum optimè cadit, plura sunt, quæ omittimus, quam quæ discimus; & eorum, quæ discimus, maximam partem obliviscimur: Solam flendi artem non opus est, ut quisquam discat; siquidem flentes & nascimur, & vivimus, & in hunc diem neminem vidimus ridentem mori, *Grev. H. P. Lib. III. Cap. XXXVI. n. 596. p. 639.*

FLETUS

Infantum miseriæ humanæ argumentum.

§. 1.

Es scheinet der Mensch von Natur mehr zum Weinen/ als Lachen geneiget/ möchte auch wohl mehrere Ursachen zum Weinen/ als Lachen finden/ drum weinet er sofort bey seiner Gebuhrt;

VIX NATUS NATAT!

Schwim-

Schwimmet gleich denen Fischen so fort im Thränen Wasser (*Pirinell. M. S. Lib. VI. Cap. I. n. 7. p. 433.* Præsagium est scil. eorum, quæ vitæ progressu patienda sunt, *Guev. l. c. p. 635.* Infans conditionis suæ fragilitatem ploratu ominatur, *Lactant. Opif. 3.* Procellas mundi, quas ingreditur in exordio, statim suo ploratu, rudis anima testatur, *Cyprian. Serm. 3. ap. J. Wanckel. in Guev. p. 639.* Fletus prima lucis salutatio, est prima vox primum humanitatis argumentum, *Sperling. Synops. Anthrop. Cap. V. Axiom. IV. p. 59.*) lachet aber nimmer vor den viertzigsten Tage (*Aristot. Lib. VII. de Hist. Anim. Cap. X. Plin. Lib. VII. N. H. in proœm.* Fletus præcox, risus serus; ortus enim statim flet, ante diem 40. non ridet, *Petrarcha de R. U. F. Lib. II. Dial. XCIII. p. 573.* Homo cum primum plorat, vigilat, cum primum in cœnis ridet, dormit *Cardanus Lib. VIII. de Rer. Variet. Cap. XLIII. ap. Drexel. in Aurifod. P. II. Cap. IV. p. 131.*) entweder weil in einem so zarten Alter die Werckzeuge des Verstandes und der Vernunfft viel zu schwach sind/ ein lächerliches und anmuthiges Ding zu erkennen/ oder weil die nechsten Werckzeuge des Lachens/ nemlich das Zwerchfell und die Mäußlein viel zu zart und unkräfftig sind/ sich zum Lachen zu bequemen und auszudehnen; (*Weberus Discurs. Curios. XVIII. Q. X. p. 296.*) Einen einzigen habe ich biß dato gefunden/ der da/ so bald er gebohren/ gelachet/ nemlich den Zoroaster (de cujus nomine *D. G. Morhof. Polyhist. Literar. Lib. I. Cap. XIII. p. 126. Voët. Diss. Sel. Tom. II. p. 591.*) der in allen guten Künsten trefflich zugenommen/ schreibt Solinus (*C. IV. Plin. Lib. VII. Cap. XVI.*) Und obwol Gallæus (*de Sibyllis p. 497. ap. Zimmerm. Florileg. Philol. Histor. p. 681.*) es für ein gutes Zeichen will halten/ wann die Kinder so fort bey der Gebuhrt/ wie jener Asinius Pollio (Hunc natum etiam risisse annotat *Servius* ad istum *Virgilii* versum, *Eclog. IV, 60.*

Incipe parve puer risu cognoscere matrem.

Taubman. in h. l. p. 47. a.) und der Jupiter selbst (Theodorus Samothrax narrat jovem natum, septem continuos dies risisse, indeque septenarium numero pro perfecto æstimatum, *Hephastion in Photii Bibliothecâ p. 490. ap. Tob. Magir. in Polymnem. p. 29.*) lachen/ so erwiese sich doch das Widerspiel bey diesem Zoroaster/ indem er nicht nur ein grosser Zauberer/ sondern auch von dem Nino im Krieg überwunden und erleget worden (*Augustin. Lib. XXI. de Civ. DEI Cap. XIV. Zwinger. Theat. Vit. Hum. Vol. V. Lib. IV. p. 1310. a. 1330. b. 1397. b. Munsterus Cosmogr. Lib. V. Cap. LVII. p. 1321.*) daß er also auch im Lachen sein künfftiges Elend beweinen/ und seine eigene Thorheit auslachen müssen/ (nam & quædam lachrymæ ridendæ, & risus quidam deplorandus); ob nun wohl dem also/ und der Mensch sofort bey seiner Gebuhrt/ vermittelst des Weinens ein Prophet seines künfftigen Elendes ist/ daß er mehr weinen/ als lachen werde; (Prin-

(Principio postquam è latebris malè olentibus alvi
Eductus, tandem est materno sangvine fœtus,
Vagit, & auspicio lacrymarum nascitur infans:
Ut puto, quam mala sit vita hæc, quam plena periclis,
Naturâ monstrante videt.

Palingen. Zod. Vit. Lib. VI. in Virg. p. m. 154.) so ist es nachgehends um so viel mehr für eine Gnade des grossen GOttes anzunehmen / wann GOtt an statt des Traurens uns mit Freude überschüttet / und unsern Mund voll Lachens machet! Causas hujus fletus vid. ap. *Majolum. Dier. Canic. Coll. II. p. 62. 63.* Futilem adducit *R. Menasseh. ben Israël de Resp. Mort. Lib. II. Cap. VII. p. 174.* Cæterum si binas singulis diebus horas ploret infans, tum ad ipsius incrementum, tum ad vitæ prorogationem plurimum conducere, dicit Indus quidam ap. *Gvevar. Hor. P. Lib. II. Cap. XXVIII. p. 370.* Οἱ τῶν παίδων κλαυθμοὶ συμφέρουσι πρὸς αὔξησιν, *Aristot. VII. Polit. XVII.* Romani crebrum in infantiâ ploratum adversæ puero fortunæ esse præsagium dicebant, ap. *Gvev. Lib. I. Cap. XI. p. 36.*

Pecunia emtus.

Fletus non semper concessus, & quod mirum alicui videri possit, pecunia emtus. Nam Judæi ab Imperatoribus Romanis certo pretio impetrarunt, ut liceret sibi semel in anno, die videl. 10. Augusti, Jerosolymam ingredi, ac deflere casum & ruinam Jerosolymæ, templi & totius gentis: idque factum est astantibus militibus ad certam horam; & si plus flere vellent, plus pecuniæ exigebant, *D. Christ. Matthiæ Th. Hist. Theor. Pract. p. 559. a. D. Matthia Zimmerm. Anal. Miscell. Menstr. Mens. IV. Cap. IV. p. 180. 181. P. Cunæus de Republ. Ebraor. Lib. I. Cap. VII. p. 50. Güb. Voët. Diss. Sel. Tom. II. p. 92.* Sic oculis à naturâ tributa libertas erepta, *Ælian. Var. H. St. Lib. XIV. Cap. XXII. p. m. 247.*

FOECUNDITAS
à Lunâ.

Plutarchus *in Lib. de facie in orbe Lunæ*, fœcunditatem mulierum à Luna provenire autumat, cui maximè mulier obnoxia, *Josephus Laurentius Polymath. Lib. III. Synops. XV. p. 263.*

FOECUNDITATIS
Templum.

Senatus Rom. cum Neroni ex Poppæa filiâ nata esset *Templum fœcunditati* decernebat, *Tacitus Annal. XV. Cap. VI. Lansius pro German. p. 106.* Senatus ute-

aterum Poppææ commendaverat Diis, votaque publicè susceperat, quæ multiplicata, exsolutaque. Et additæ supplicationes, & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum: utque fortunarum effigies aureæ in Solio Capitolini Jovis collocarentur: ludicrum Circense, ut Juliæ genti apud Bovillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederetur: quæ fluxa fuere omnia, quartum intra mensem defunctâ infante, *Levinus Hulsius in Vit. & Reb. Gest. XII. Primorum Cæsarum p. 137.*

FOEMINA

Angelus?

Mein Engel / gute Nacht! mein Schicksal heist uns schelden /
Weil mich Italien ins Feld der Helden rufft /
Doch dein Gedächtniß soll mich stets abwesend / weiden:
Ich bleib dein treuer Knecht / biß in die schwartze Grufft!

Dieser Hertzrührende Abschied des Grund-auffrichtigen Armandi, von seiner liebreichen Clælia, nach beyderseitigen Abtritt / da jener auf Befehl seines Obristen / nach Italien / ins teutsche Lager / sich verfügte / diese aber als eine verschüchterte Turtel-Taube / biß auf ihres Liebsten Retour, ihr einsames Quartier / bey denen klugen Castalinnen bezoge / verursachte bey denen Virtuosen diesen nicht geringen Zweifels-Knoten: **Ob man wohl mit Fug und Recht / das liebe Frauenzimmer / mit den schönen Engel-Nahmen beehren könnte?** die Meynungen hierauf fiehlen unterschiedlich aus? die Steische / Melancholische und Cholerische Gemüther peccirten in defectu, indem sie demselben fast keinen Platz bey dem menschlichen Geschlecht einräumeten / weilen sie in der Conversation junafräulicher Assembleen, ihres widerwärtigen Naturels halber / wenig Vergnügen und Trost / mehr Quaal und Mißvergnügen aber / verspühreten; Andere hingegen schienen der Sachen fast zu viel zu thun / indem sie wegen ein- und anderer genossenen Caresses, in deroselben Conversation, den Himmel ihrer Glückseligkeit suchten / und selbiges absolument, ohne Unterscheid / der Engel-Zahl einverleibten. Allein S. Majest. Apollo, damit sie diesen widrigen Opinionen ein ohnmaßgebliblliches final formirten / machten dieses Conclusum; die Schwachheit des belobten Frauenzimmers / mit welcher es dem Mannes-Volck in denen meisten Stücken gleich kommet / erinnert diese Creaturen zwar / daß sie gleich denen Manns-Bildern Fleisch und Blut in ihrem Busen tragen: Alleine der grosse Nutzen / welchen sie theils / durch ihren anmuthigen Umgang mit ihren Vertraueten / stifften / theils durch die eheliche Treu / und Hülff-willigen Beystand / in Noth- Tod- Glück- und Unglücks-Fällen / ihren Ehegatten

unermüdet erzeigen / verdienet billich und mit Recht / daß man sie denen Engeln gleich æstimire / nicht anders / als wie man / in gemeinem Sprichwort saget:

HOMO HOMINI ANGELUS.

Mit guten Fug und Recht / den Engels-Nahmen trägt /
Der seines Freunds / in Noth / mit Lieb und Treue pflegt!

Autor. Relat. ex Parn. An. 1701. N. 58. 22. Jul. Inscriptio sepulchralis talis potest esse:

Hier ruhet eine Frau / ein Weibsbild sonder Mängel
Das durch die Schönheit sich gleich Engeln konnt erhöhn:
Drum weil sie von Gesicht und Nahmen war ein Engel /
So soll mit Engeln sie auch in den Himmel gehn!

Joh. Christ. Halmans Grab-Schrifft / *p. 219.*

De affectibus.

II. e. quæ de familiâ propinquâ, *Sulp. Apollinaris Sidonius Ep. IV.* Sic *Paulinus:* Cum mihi plena domus caris affectibus esset, *D. Joh. Jonston. in Lect. Philol. Cap. XI. §. 15. p. 296.*

Cur ex Costâ creatâ? Gen. II, 22.

S. Ambrosius, illud non otiosum, *inquit*, quod non de eâdem terrâ, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius costâ facta est mulier, ut sciremus unam in viro & muliere esse corporis naturam, unum fontem generis humani; ideò non duo à principio facti vir & mulier, neq; duo viri, neq; duæ mulieres, sed primum deindè ex eo mulier. *Theodoret.* DEUS è latere Adam fœminam finxit, ut duas species *inter se conjungeret, & amores conciliaret, & naturali quadam amicitia inter se copularentur: quod ut arctius, atq; tenacius fieret, nuptiarum vinculo etiam conjugavit.* Factum ergò id *tum* ob ὁμοουσίαν, seu unitatem substantiæ, *tùm* ob unitatem principii & originis omnium hominum ex uno homine, quia ex illo Eva, uti & ex eodem costæ suæ juncto cæteri omnes: tum ob naturalem cum conjuge amicitiam & amorem. Observat porrò *Hugo* Victor: non de capite, nec de pedibus sumtum id esse, unde fieret mulier: ne aut domina, si de capite, aut ancilla, si de pedibus, putaretur: ideò, *inquit*, de medio i. e. costa sumi decuit, ut socia intelligeretur. Vox *ædificavit* & *accuratam structuram* & *ædificii similitudinem*, & *usum*, quia mulier viro pro domo est, innuit: quod autem costa non in *corpus mulieris*, sed *in mulierem* ædificata, argumentum est *pro traduce*, notante *Augustino Lib. I. de Orig. Anim. Cap. XVII. ap. B. D. Calov. Bibl. Illustr. in Gen. c. l. p. 240. a.* Vid. omninò *Appar. Bibl. Tom. II. p. 314. seq.*

Ca-

Casta nulla in totâ Ægypto.

Pheron, seu Pharao Sesostris, qui curandis oculis, qvum matronam castam, ex Oraculo adhibendam, intelligeret, nullam in totâ Ægypto invenire potuit, præter olitoris cujusdam conjugem, quàm idcircò in matrimonium accepit, suamque & cæteras omnes igni adjudicavit, *Herod. Lib. II. Diod. L. II. Joh. Cluverus Histor. Tot. Mund. Epitom. Lib. I. p. 30.*

Fortuna sæpè.

Fortuna sæpè Fœmina est, quæ solutâ comâ scansurum elevat. Quot enim muliebri se erexerunt manu? Verba sunt *Josuæ Arndii in vita Wallensteinii p. 18.*

An Homo?

Mulier & Homo non opponuntur *adversè*, sed *relativè*. *H. Kornman in Lineâ Amoris Cap. III. p. 65.* Moses utrumque (Marem & Fœminam) ad imaginem DEI esse conditum asserit, & utrumque hominis vocabulo decorat, Gen. I, 27. *Conradus Aslacus Phys. Mos. in b. l. p. 265. D. Deutschman in Paradisiacâ Divinæ Providentiæ Theoriâ de Jehova Elohim, ut vitæ Socialis Consultatore §. 7. p. 83. & §. 17. p. 90.* Et jucundum est *B. Gesnero in Gen. p. 59.* quod sancta Lingua Virum nominat אִישׁ, & fœminam אִשָּׁה, unde naturæ & speciei ταυτότης, sexus διαφορὰ evincitur! Conf. & Num. XXXI, 35. ubi virgines expressissimè dicuntur Homines (נֶפֶשׁ אָדָם); CHRISTUS passim dicitur *Filius Hominis*, nempe Matris Mariæ B. Virginis, *Dieteric. Antiq. Bibl. ex Num. XIII, 17. p. 227.* Mulier non est homo; Verum hoc est, si per Hominem intelligas primum Hominem, qui κατ' ἐξοχὴν הָאָדָם ὁ ἄνθρωπος vocatur. Hic mas erat. Ergò qui dicit: *Mulier non est homo*, dicit: *Mulier non est mas;* quo nihil verius. Falsum est, si de specie accipias, *Drusius ad Gen. II, 25. in Op. Anglic. T. I. p. 61.* Plura vide in *Appar. Bibl. Tom. III. p. 608. seq.*

Munda, ornata.

Inter *Mundum* & *Ornatum Ulpianus* distinguit, quod hoc fœmina ornetur, illo vero mundior fiat. Potest autem, inquit, fœmina esse munda, quæ tamen ornata non sit, ut solet contingere in his, quæ se emundaverint lotæ in Balneo, neque se ornaverint; Et contra, est aliqua ex somno statim ornata, nec tamen commundata. Exstat in hanc rem lepidum *Joh. Gimrdi* Tetrastichon, quod ob venustatem adscribere placuit:

Quædam non ornata quidem, sed fœmina munda;
Immunda ornata est fœmina quædam alia.
Quæritis, ô cives, quæ gratior? illa vel illâ?
Displicet ut mundus, sic mihi munda placet.

Salm. in Panciroll. P. I. Tit. XLV. p. 199. & Tit. LIX. p. 321.

Nupta nihil habet proprium.

Plutarchus *in Politicis* dicit: Fœminam postquam nupserit, nihil habere proprium. Quo enim die matrimonio juncta est, & corpus, & patrimoniam, & libertatem, & voluntatem, seque suaque omnia mariti unius imperio ac potestati subjicit. Quamobrem si uxor aliud quam maritus velle, aut aliud, quam ille, amare audeat: non curiosam (aut) amatricem, sed furem manifestariam appellabimus. Non enim tantum damni viris fures dant, pecunias auferentes, quantum uxores; animos ab illis alienantes. Quamobrem si pacificè uxor cum viro cupit vivere, diligenter quonam animus illius inclinet, observet & si hilaris ipsa lætetur: si austerior, ipsa frugi (ac moderata) sit: si tenacior, ipsa compareat: Si prodigus, eroget: si morosior, dissimulet: Si suspicax, occasiones amputet. Uxorem enim prudentem & cordatam, si non potest, quod vult, velle decet, quod potest, *Gvev. H. P. Lib. II. Cap. X. §. 252. p. 270.*

Non nominanda.

Væ illis, quorum liberi fœmellæ, & ô beatos, quorum sunt mares, dicunt Rabbini. *Petrus Vattierius* ex historiâ Tamerlanis de Tartarorum gente ita: In regione Tamerlanis fœminæ sunt ex numero rerum inhonestarum, & quarum nomina exprimere non licet. Non auderent enunciare vocabulum *Fœmina*, aut *Fœmella*, sed in eorum locum alia substituunt, à prioribus magnâ circumspectione abstinentes. Cum significare volunt, esse cui natam filiam, dicent, esse ei natam *Velatam*, aut Matrem familias, aut absconditam, aut quid simile, *D. Wagenseilii Sota Cap. IV. p. 593. 1122. & Christ. Arnoldus in b. l. p. 1204. 1205.* dicit, eas planè pro piaculo haberi.

Sponsus.

Extrema cujusdam fœminæ audacia fuit, quæ ante annos aliquot schemate virili virginem quàm honestam, non tantum ambiverat, sed & sibi more & modo solenni desponsatam publicè coram facile Ecclesiæ, in urbe quadam Hollandiæ in uxorem duxerat, celebratis insuper pro more recepto nuptiis, *Gisbert. Voëtius Disp. Sel. P. IV. p. 667.* Abi, nescis, quid valeat amor, faxit DEUS, ne ejus vires unquam experiaris, dicebat mulier illa, natu grandis, amore juvenculæ cujusdam Constantinopolitanæ capta ad Gianizarorum præfectum, apud quem accusata, eapropter quod nuptias cum juvencula hâc tentarit, & proindè ipsius jussu in profundo mersa, *Augerius Gislenius Busbeckius Legat. Turcica Epist. III. p. 185. 186.*

Virum antecedat.

Ebræi Sponsam Sponso semper ad dextram collocant; Quò illud Davidis trahunt: נִצָּבָה שֵׁגַל לִימִינְךָ *collocata est conjux ad dexteram tuam*, Psal. XLV,

XLV, 10. *Carpzov. de Chuppâ Cap. III. §. 12.* Quanquam alias iniquiores in hunc sexum videantur, ita enim occultum sensum de Adamo & Eva concorporibus explicant in *Talmud. Masſ. Bemcb Cap. IV.* his verbis: Quorsum hoc, quod de Adamo bicorpore dicitur? utrius facies ambulat antrorsum? dixit *R. Nachmon*, arbitror, quod viri facies antrorsum ambulet, ad docendum, fas non esse, ut inter eundum vir incedat post fœminam, etiamsi ejus uxor sit: Et si quæ occurrerint in ponte viro, secedant ad latera: quicunque enim transit fluvium post fœminam incedens, ei pars non est in futuro seculo, *M. P. Sterogt Diſſ. Acad. p. 495.* Bey denen in Ceylan/ ist es eine beständige Gewohnheit/ daß nicht nur bey der Braut Heimführung/ sondern auch sonst der Mann seinem Weibe nachtrit; die Ursach geben sie/ daß einsmahls/ als der Mann vorangegangen/ ihm die Frau weggestohlen worden sey/ und er doch solches nicht wahrgenommen/ *Dn. Tentzelius Dial. Mensſ. An. 1689 p. 825.*

FOETUS

In uterum regressus.

Hannibalis tempore Sagunti infans è matris utero penè editus, in ipsam matris alvum revertit, *Alex. ab Alex. Gen. Dier. L. II. Cap. XXXI. p. 111. a. Nicol. Causſinus Polybiſt. Symbol. Lib. III. Cap. I. p. 307. 308. Plin. Lib. VII. Cap. III.* Et fœtus caniculæ marinæ metu in uterum matris ingrediuntur & regrediuntur. Est animal vulpi persimile, sub ventre habens loculum, qui & aperitur vel clauditur. In eum fœtus suos nuper editos condit, ut venatores aliaque pericula effugiant, *Ælian. Lib. I. Cap. XVI. Joh. Buno Introd. in Cluv. Geogr. Lib. VI. Cap. XIII. p. 667.* Delphini teneros suos catulos, ex aliqua causa consternatos, rursus ventre suscipiunt, ac complectuntur, *Sim. Majolus Dier. Canic. Colloq. IX. p. 354.*

FORMA

Cum pudicitia discors.

§. 1.

Forma gratior, sed gibbus est tutior, *Petrarcha de R. U. F. L. I. Dial. LXXII. p. 214.* Rara est adeò concordia formæ atque pudicitiæ *Juvenal. Sat. X*, Lis est cum forma magna pudicitiæ. Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam, *Ovid. in Fast.* Raræ sunt in quas cadat illud Poëtæ:

Omnis ab egregio corpore nævus abest.
Formosis levitas semper amica fuit, *Propert. L. II.*
Ægrè formosam poteris servare puellam,
Nunc prece, nunc auro forma petita ruit;

Den ſchönen Dirnen wird das Netz ſehr offt geſtellt/
Bald werden ſie mit Bitt und bald mit Geld gefällt!

Formoſæ ſunt famoſæ, juvenesque jocoſæ:
Ingenioſa ſagax, fœmina ſalſa ſalax.

Ein Feines wird gemein/ ein Junges liebet Spiel/
Das Sinnreich/ riechet bald/ das ſcherzet/ herzet viel!

Ita *Owenus in Monoſtichis Eth. & Polit. n. 20. ap. Rev. D. M. Petr. Michaëlis in Nuptial. p. 512.* Druſus certè ſublatis in cœlum oculis, ductoquo ex intimis præcordiis gemitu dicere de formosâ ſuâ Bruſillâ cogebatur: Ego, ita me Dii ament, me Chaldæam nigerrimam, quam Romanam pulchram uxorem duxiſſe mallem. Quo enim illa candidior & pulchrior, hoc atrior & miſerior mihi vita eſt, *Guev. H. P. Lib. II. Cap. XXI. p. 327.* Sed

Tam te formoſam non pudet eſſe levem?

Prop. l. c.

§. 2.

Sæpè in eburneo corpore plumbeus habitat animus; Xerxes erat corpore formoſiſſimus, & tamen animo turpiſſimus; Saul eminentiſſimus, & tamen improbus. 1. Sam. IX, 2. Nero forma elegantî, & tamen homo peſſimus. Commodus Imperator (cunctis incommodus, *Aëirab. Bucholzer. Chronol. ad A. C. 193.*) omnium ſuæ ætatis erat formoſiſſimus, & tamen ſceleſtiſſimus, *Herodian. Hiſt. de Imperio poſt Marcum Lib. I. in fin.* (μορφὴν ἄριστος, ſed mente κάκιστος, *Dieteric. Antiq. Bibl. ex 2. Sam. XVII, 1. p. 354.*) Quid ergò juvat corporis decor, ſi animus eſt deformis? Hinc pulchrè ait *Iſocrates:* Si pulchrum tibi corpus eſt, & anima mala, bonam navim habes, & malum gubernatorem, vel (ut alius inquit) Hoſpitium pulchrum hoſpes deformis dedecorat, *D. Chriſt. Matthiæ T. H. T. P. p. 220.* Rarò admodum forma inſignis, honeſtasque, uno ſub lare habitant: benè tibi accidit, ſi pejori exclusâ, hoſpes melior tecum eſt *Petrarcha Lib. II. D. J. p. 340.*

Ut cum de ſtatua facies formoſa remota eſt,
Non decus in reliquo corpore truncus habet.
Sic reliqui mores ſpreti ſine honore jacebunt,
Ni ſint ornati laude pudicitiæ.

Phil. Melanchr. Epigram. Lib. III.

FORMÆ

Nitor rapidus.

Formæ nitor, ut rapidus eſt: ut velox, & vernalium florum mutabilitate fugacior, *Boëtius de Conſol. Phil. Lib. III. Proſ. IIX.*

Ni-

Nec forma æternum, aut cuiq; est fortuna perennis:
Longius aut propius mors sua quemque manet.

Propert. Lib. II. Falsa est ista tuæ, mulier, fiducia formæ. *Id. Lib. III. Eleg. XXIII.* Der berühmte Poët Jacobus Catsius, wenn er die Tugend-lose Schönheiten bey sich erweget/ so mahlet Er (Embl. L.) eine über alle massen schöne und hohe Pyramide, aber mit dieser Beyschrifft:

IN RECESSU NIHIL.
Schöner Augenschein/ aber nichts darein!
Grosser Schein/ ohne seyn.
OCULOTENUS.
Nur für die Augen/
Allein sie taugen!

Zu geschweigen/ daß die Schönheit nichtig/ flüchtig sey. Venit una febricula, & tollit ista omnia. Pulchritudo temporis & morbi ludibrium. *Naz. Omn. XXXVI.* Catsii versus sunt isti:

Insulsa est, quia tota patet, Rhodopœia moles,
Atriaque interior nulla recessus habet.
Hanc ego formosæ nego nomina vera mereri
Purpureis tantum si qua sit apta genis.
Plura peto: deposco salem, geniique lepores,
Hac mihi præcipuè dote puella placet.
Unica quicquid habet frons hora recentes
Ingeniosa dabit semper amica jocos.

Et *Palingenius Lib. I. in Ariete p. 12.*

Non tantum facies roseo niveoque colore
Mista placet, pulchrique oculi, pulchrique capilli,
Singulaque æthereas imitantia membra figuras:
Quantum compositi mores, & splendor honestæ
Mentis, quam vitio virtus seclusit ab omni.

Et in Cancr. p. 70.

Non te decipiat fugitivæ gratia formæ:
Forma brevis flos est primo spectabilis ortu,
Mox languens fugiente die.

§. 2.

Homines formæ perelegantis sunt
Fragranti similes violæ, quam tempore verno
Una dies nasci vidit & una mori.

* * *

Filia formosa, nunc cinis ante rosa.

Co-

Color quippè pudicus & rubicundus in facie puellarum roſæ inſtar, & crebemma comparatio formoſarum cum Roſis, *Barthius Adverſ. Lib. VII. C. p. XII. p. 356. 357.* quæ manè nitent, mox veſpere languent, *Paling. in Virgine p. 135.* Veteres hinc flore roſarum vitæ brevitatem, formæ fugacitatem deſignarunt, atque ea propter ſepulchrorum quoque monumentis inſculpere fuêre ſoliti, *Th. I. ab Almeloveen Conjectan. p. 141.*

Noſtrum ſtatum pingit roſa,
Noſtri Status decens gloſſa,
Noſtræ vitæ lectio.

Alanus p. 419. Gloſſa autem idem ac imago, exemplum rei, *Carol. du Freſne in Gloſſar. Tom. II. p. 364.* Hinc roſas olim in hominis Natali præbitas ac datas docet *Idem Tom. III. p. 629. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 531.* Flos hic pars nihil præſtantiſſima, *Th. Browne in Religione Medici P. I. S XXXIII. p. 202.*

Pulchra brevi durat Roſa tempore, forma brevique
Tempore, ſic formæ par Roſa tempus habes.

Hieron. Angerianus ap. Beyerlinck Th. Vit. Hum. Tom. VI. Lib. XVI. p. 364.

Quam longa una dies, ætas tàm longa roſarum.

Auſonius ap. Drexelium in Joſepho Cap. XIX. §. 2. p. 767.

Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent,
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi jam venient anni, formoſe, capilli,
Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.

Ovid. II. de art. amandi. Flores enim à fluendo dicti, quia citò defluunt, *Matth. Faber Auctar. Op. Conc. Tripart. P. II. p. 262. b. Petrarcha de R. U. F. Lib. I. D. II. p. 21. Engelgrav. Cæl. Empyr. P. I. p. 89. 94. ſeq.*

§. 3.

Ovidius iterum:

—— —— Formam populabitur ætas,
Et placidus rugis vultus aratus erit.
Tempus erit, quo vos ſpeculum vidiſſe pigebit,
Et veniet rugis altera cauſa dolor.

Petronius Arbiter in Satyr. ita:

Quod ſolum formæ decus eſt, cecidere capilli,
Vernantesque comas triſtis abegit hiems.
Nunc umbra nudata ſua jam tempora mœrent,
Areaque attritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura DEUM, quæ prima dediſti
Ætatis noſtræ gaudia, prima rapis.

Et *Seneca in Hippolit.* An-

Anceps forma bonum mortalibus,
Exigui donum brevi temporis,
Ut velox celeri pede laberis!
Non sic vero novo prata decentia
Æstatis calidæ dispoliat vapor.
Sævit solstitio qvum medius dies.
Sed noctem brevibus præcipitat rosis,
Languescunt folio lilia pallido,
Et gratæ capiti deficiunt rosæ:
Ut fulgor teneris qui radiat genis
Momento rapitur, nullaque non dies
Formosi spolium corporis abstulit.
Res est forma fugax.

Idem *in Hercule Oeteo*:

Ut alta silvas forma vernantes alit,
Quas nemore nudo primus investit tepor:
At quam solutos extulit Boreas Notos,
Et sæva totas bruma decussit comas,
Deforme foliis aspicis truncis nemus:
Sic nostra longum forma percurrens iter
Deperdit aliquid semper, & fulget minus,
Malisque minus est, quicquid in nobis fuit
Olim petitum cecidit, & partu labat:
Materque multum rapuit ex illo mihi.
Ætas citato senior eripuit gradu.

Nemesianus Eclog. IV.

Non hoc semper eris, perdunt & gramina flores,
Perdit spina rosas, nec semper lilia candent,
Nec longum tenet uva comas, nec populus umbras:
Donum forma breve est, nec se tibi commodat omnis.

Oltav. Mirandula in Flor. Illustr. Poët. p. 261.

FORMICA

Æstatis utique tempore esto, dicunt Arabes Φιλοπονίαν commendantes, ap. *Hottinger. Histor. Orient. Lib. II. Cap. VI. §. 16. p. 526.*

Ein jeder der den Fleiß sich zum *Compas* erwehlet/
Der segelt höchst vergnügt im Port der Ehren ein.
Wer Arbeit/ saure Müh sich jederzeit vermählet/
Bey dem wird stetes Lob sein nechster Nachbar seyn!

De Formicâ Salomonis Prov. VI, 6. vid. omninò *A. B. Tom. II. p. 428. seq.* Michaël Gehlerus D. *in Epist. de Formicâ* refert, inter alia veterum hieroglyphica reperiri formicam in gemmâ sculptam, cum tribus spicis ori ejus insertis. Imago boni Patris familias, qui aliquid pro amicis, proque DEO acervat. Nostri dicunt: Ein Hauß-Vater soll einen Zehr- Ehr- und Wehr-Pfennig haben. Sicut

Parvula nam exemplo est magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque potest, atque addit acervo,
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri.

Horat. L. I. Sat. I. ap. Ursin. in Theol. Symbol. Cap. CLXVII. p. 187.

FRANCI

Quinam?

§. 1.

Laudanda est diligentia eorum, qui Francicæ gentis originem quæsiverunt. Sed justè reprehenduntur inepti Scriptores, qui fabulas ex sese finxerunt, de filiis Hectoris, quas omitto, & ex Troja Francos educunt, *Phil. Melanchr. in Chron. Carionis Lib. III. p. 417.* Gallieni, Claudii & Probi Imperatorum Romanorum temporibus innotuerunt primum Franci: & ex eo tempore perpetuum cum Romanis gesserunt bellum, donec omni potirentur Galliâ, Francos istos Germanos fuisse, certissimum est. Quod verò à Geographis antiquis nomen eorum non memoratur, inde colligitur ab ipsa gente illud posteà assumptum esse, qvum anteà aliter fuissent appellati. Fuit autem Francorum natio Rheni accola, gens, *Hieronymo* teste, *non tam lata, quam valida, inter Alemannos & Saxones* collocata: quæ loca incoluerunt Catti: quos fortes & bellicosos his suis sedibus ab aliis pulsos non legimus. Catti igitur sunt, qui eo nomine voluerunt adpellari, dicique Franci, i. e. *liberi & libertatis propugnatores.* Adhuc hodie Germanis in usu est formula: Er ist franck und frey / *Joh. Buno Introd. in Cluv. Geograph. Lib. III. Cap. V. §. 5. p. 204.* Diese Francken haben es durch ihre unbesiegte Tapfferkeit so weit gebracht/ daß auch die Käyser selbst als ein Sprichwort von ihnen gesagt: Man müsse einen Francken entweder zum Freunde haben/ oder gar nicht sein Nachbar seyn / *M. Caspar. Neuman Parent. p. 276. in Tit.* der freye Francke. Solebat & dici: Francum & malum nummum portat Diabolus per omnem mundum, *Cl. Hübner. Hist. Pol. Tom. I. Lib. V. p. 780.*

§. 2.

Francos à feritate morum Græco vocabulo ita esse dictos, quod jussu pri-

pri-

mi Valentiniani Imp. Alanos in Mœotidas paludes refugientes ejecerint, vult *Wilhelmus Malmesbur. Lib. I. de G. Ang. p. 24.* Sed sine Doctorum calculo. Probabilius, populos Germaniæ à Romanis pressos conspiratione facta in libertatem se vindicasse, & ab eo conatu, cui successus non defuit, Francorum, i. e. liberorum hominum sibi imposuisse, ac proinde nec unius populi, sed pluriumhoc nomen fuit, quos volunt fuisse Bructeros, Chanavos, Ansibarios, Cattos, Usipios, Tencteros, Frisios, Dulgabinos, Chassuarios, Angrivarios, *Hornius Introd. ad Geog. Ant.* Idem posteà Galliæ incolis adhæsit; Et in Germaniâ iis, qui superiorem Germaniam habitarunt, quemadmodum Borealis & ex parte inferioris Germaniæ habitatoribus nomen Saxonum, der Sassen/ gesessen/ quasi Aborigines diceres, tributum: unde illa Dialectorum Lingvæ Germaniæ distinctio in Franconicam & Saxonicam. Et ex eâdem differentiâ factum, ut Francofurti ad Mœnum Electionem Imperatoriam peragi voluerint, tanquam loco in confinio utriusque Nationis sito, quam etiam nomine pro Francis exprimit *Hornius l. c.* quemadmodum urbs adsita Sachsenhausen pro Saxonibus, *D. D. J. C. Beeman. H. O. T. P. I. Cap. IX. S. I. §. 9. p. 352.*

§. 3.

Propria terrarum, populorumque nomina sæpè *latius*, quam origo ferebat, imò *latissimè* accipi, variasque gentes complecti sciendum, *Salmas. de Hellen. p. 373.* Idque vel solius *vicinitatis* ergò, vel ex *errore* quodam, vel quia gens altera cum alterâ quidquam *commune* habet. Sic 1) *EUROPÆI* cujuscunque nationis *Franci* ab Asiaticis populis appellantur. Portugalli verbi causâ, Itali, Batavi, Germani, Galli, Vid. *Tit. Europæi.* Sic 2) GRÆCI, eorumque vicini RUMI, seu *Romani* ab Orientalibus dicuntur. Indè videlicet, quod, cum Imperii Romani sedes *Byzantium* translatum esset, ipsa urbs hæc *nova Roma*, ac Thracia *Romania* appellaretur. Sic 3) SCYTHIA tertiam orbis partem, Borealem puta, & extremum Orientem jam olim denotabat, *Ammiano Marcellino* teste. Nec 4) minus latè sumta sunt Alemannorum, Celtarum, Græcorum, Cananæorum, Teutonum, Hunnorum, Turcarum, Tartarorumque vocabula, quæ ab initio unam duntaxat gentem, post immensas terras denotabant. Etiam 5) PERSÆ Sinensium nomine nonnunquam omnem extremam Asiam complectuntur, *Dn. Andreas Müllerus Disquisit. Geograph. & Histor. p. 91. 92.*

FRANCOFURTUM AD MOENUM
est media urbs in Imp. Rom.

Francofurtum ad Mœnum est media urbs respectu Imperii Romani; Marpurgum in Hassiâ: Uratislavia in Silesiâ: Noriberga in Europâ: Toletum in

Hiſpaniâ: Schweinfurtum in Franciâ; Enna in Siciliâ: Wunderslebium in Thuringiâ: Torga in Miſniâ: Middelburgum in Selandiâ: Moguntiâ in Germaniâ. Vid. *Luſtratio Hiſtorico Geographica Meditullii, & an illud ſuperficialiter occupet Hieroſolyma M. Joh. Pratorii §. 3. p. 31. 32.*

Electioni Imperatoriæ an immutabiliter deſtinatum!

De Imperio Germanico ſancit *A. B. Cap. XXIIX. §. 5.* invenimus ex clariſſimis relationibus & traditionibus antiqvorum, illud à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, per eos, qui nos præceſſerunt feliciter eſſe jugiter obſervatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris in Civitate *Franckford* celebraretur Electio, & prima Coronatio *Aquisgrani*, & in oppido *Nurinbergenſi* prima ſua Regalis Curia haberetur. Ante illa tempora locus indifferens fuit. Vid. Comment. in A. B. paſſim. Neque nunc etiam immutabilis creditur ejus neceſſitas eſſe: Quanquam enim Carolus IV. Imperator Bulla Aureâ ſtatuerit Regum Romanorum deſignationi Francofurdiæ ad Moganum celebrari debere, idem tamen Carolus A. B. conditor, ea quæ de Electionis loco ſtatuta contraria ſanctione ad prætextum, quod tantam Electionem loco reſtringi perabſurdum foret, Anno à Nativitate Domini MCCCLXIII. palam reſcidit, ſumma ratione. Non enim è Majeſtate tanti Imperii eſt, ut Princeps ſemper circum Rheni margines hæreant immobiles, fierique poteſt, ut Imperator cum Electoribus procul in hoſtili ſolo degat adeò diſſito, ut intra præfinita Bullæ tempora nullo pacto Francofordiam attingere poſſint ad eligendum, ſi Imperator fortè occumbat, aut in fata concedat. Hæc non ſcribo, quod putem temere majorum morem mutandum. Magni enim Provinciales faciunt, T. JCto, ſervari ipſis antiquas conſuetudines; *Sed quod non ſit Principibus neceſſitas impoſita*, ſolum Franckfordiæ Electionem celebrare; Non me tamen latet, diu extra Romanum agrum, qui Italiâ terminabatur, non potuiſſe dici Dictatorem. Ita doctiſſimè *Harim. Maurus de Coronat. Caroli V. in T. II. Ser. Germ. p. 853. 854. ap. Becman. l. c. Cap. IIX. S. II. §. 6. p. 236.*

FRIBURGUM
Brisgoæ.

Eſt ſub ditione Archiducum Auſtriæ oppidum, celebre eſt propter officinas polienum, in quibus cryſtallinus lapis, jaſpis & id genus alii pretioſiores pungantur. Artifices in eo hoc habent privilegium ab Imperatore, ut unus teneatur artem diſcere ad ſeptennii ſpacium, & jurare ſe nullibi, quam iſta in urbe victurum. Quid hic ſentiendum eſt de juramento? non fit contra naturalem libertatem? *D. Valent. Arithmæus Velitat. Feudal. Diſſ. X. Coroll. II.*

FUL-

FULMEN

Terebrans, dissipans, urens, brutum.

Fulmen *terebrans* est subtilissimum & tenuissimum, quod sæpè devehit lapidem, qui dicitur cuneus. Sicut enim in terræ visceribus excoquuntur metalla, ex concretione exhalationum: ita in aëre etiam possunt fieri similes concretiones, ex concursu exhalationum ac vaporum. Fulmen *dissipans* est exhalatio compacta, & valdè conglobata, quæ proindè valido ictu disrumpit & disjicit ea, quæ tangit. Fulmen *urens* est igneum magis, quam flammeum, ideòque notas ignis impressas relinquit: & subindè leviter tantum stringit, subindè omninò comburit, pro variâ materiæ dispositione. Fulmina *brutæ* vocantur ea, quæ irrito ictu, & absque ullius noxa in vanum recidunt. *D. Weberus Art. Discur. Font. LXVI. p. 542.*

Divinum quid.

Ex meteoris Fulmen divinos obtinuit honores, quod *Perunum* Rutheni, Poloni, Lithuani, Pruteni seu Borussi vacabant, *Paulus Hachenbergius de Germaniâ Mediâ Dissert. VIII. §. 20. p. 274.*

Papale.

Vid. Tit. *Excommunicatio Papalis.* Fulmen *Dictatorium* in se intentatum queritur Manlius ap. *Livium Lib. VI. Cap. XXXIX. p. m. 517.*

ô DEUS alme!
Flamine qui terras terres, & fulmine torres,
Fulmine fac subitò talia monstra peti!

FULMINE

Feriendi.

Incrassum cor populi hujus, Es. LX, 10. Ultimum suppliciorum *inductionem* Theologi vocant, extremi ferè excidii aut comitem, aut prodromum. In Tagetis Hetrusci libris legitur, Vejovis fulmine tangendos adeò hebetari, ut nec tonitrua, nec majores audire possint fragores, *Ammian. Marcell. Lib. XVII.* Sic solent manum injectantibus fatis hebetari sensus hominum, & obtundi, *Idem Lib. XIV.* DEUS, quibus fortunam mutaturus est, consilia corrumpit, ait *Vellejus Paterculus.* Noti sunt versus:

Iratus ad pœnam DEUS si quos trahit,
Auferre mentem talibus primum solet,
Caliginemque offundit, ut ruant suas

Furenter in clades, sibi quas noxiis
Accersierunt ultrò consiliis malis.
J. H. Ursin. Theol. Symbol. Cap. LXII. p. 79.

Non percussi.

Philosophus de barbaris quibusdam nationibus, Celtis puta, commemorat, quod fulminibus, & fulgure non percellantur, *D. Joh. Affelmannus Synt. Exercit. Acad. P. II. Exeg. III. §. 23. p. 70.* Nemo sentiet fulminis ictum, si ante tonitrui sonum audierit, aut præviderit coruscationem, *Joh. Saresberiensis Policrat, Lib. I. Cap. XIII. p. 39.* Hyacinthum qui secum gestat fulmine non tangi scribit *Cardanus*, sed refellit eundem *Scaliger Subtil. Exercit. CXIII. Cap. I. p. 424.*

Tacti sancti.

Wann es bey denen in Comanien und Circassien donnert / so gehet ein ieder ausserhalb des Dorffs / und die jungen Leute von beyderley Geschlechte / fangen an zu tantzen und zu springen in Gegenwart der Alten / welche sich niedersetzen; dafern einer vom Donner erschlagen wird / begraben sie ihn prächtig / und halten ihn für einen Heiligen / als welchen eine grosse Gnade von GOtt wiederfahren. Trifft es aber eins ihrer Häuser / und weder Mann noch Weib / weder Kinder / noch Thiere verletzet / so darff das gantze Haus ein Jahr lang nichts thun / als tantzen und springen. Man schickt alsobald in alle Länder / und lässet einen weissen Bock suchen / den stärcksten / den man finden kan / und dieser Bock wird von dem Dorffe / in welchen das Wetter geschlagen / ernähret / und hoch verehret / biß ein ander Ort vom Donner getroffen wird; Alle diejenige / so aus diesem Hause sind / gehen von einem Ort zum andern / nebst ihren Freunden und Verwandten / sie gehen aber nicht hinein / sondern bleiben heraussen / tantzen und springen / und alsdenn bringet ihnen ein ieder etwas / davon sie sich erhalten können / letztlich wird der Bock angebetet / &c. *Tavernier* Oriental. Reisebeschr. *Lib. III. Cap. XII. p. 145. 147.*

Consecrati.

Hinc illa persvasio, de quâ *Artemidorus*: Nullus fulmine ictus infamis & ignominiosus existit; unde etiam velut Deus colitur; Vid. *Ursinus in Anal. Sacr. Lib. II. Cap. XXVIII. p. 151. seq.* Imò locus (τόπος κεραυνοπλήξ) pro sancto habitus, *Joh. Lomeierus Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. Centil. C. XXXVII. p 360.* Collectis namq; fragmentis, constitutis Sacerdotibus, structâ arâ, cæsâ ove, locum eum, ut Diis sacrum, undique non modò septo circumsepiebant, sed semper occlusum tenebant, ut varii observarunt in v. *Bidental.* Ita vetus Per-

si

ſii Commentator: Bidental locus ſacro percuſſus fulmine, qui *bidente* ab aruſpicibus conſecratur, quem calcare nefas. Sicuti & adhuc hodiè obtinet, ut eo in loco lapidea erigatur Crux in quo aliquis eſt à latrone, vel alio quo caſu interfectus, *Theod. Janſonius ab Almeloveen Antiquit. è Sacris Profan. Specim. 73. Kipping. Antiq. Rom. Lib. I. Cap. XII. §. 10. p. 313. Alex. ab Alex. Gen. Dier. Lib. V. Cap. XIII. p. 272. b.*

Non putreſcunt, nec ſepulti.

Die vom Donner Erſchlagene/ wurden nicht begraben/ (Tob. Magirus Polymnem. ſeu Florileg. Loc. Comm. p. 1063.) ſondern nur mit einem Zaun verwahret/ um ſolche Leichname immerdar unverfaulet für ſich zu ſehen/ weil die gewaltige ſcharffe Hitze des Strahls in einem Augenblick alle Feuchtigkeit verzehret/ den Cörper gantz entſafftet/ trucknet/ und alſo für der Fäulung verſichert/ *Franciſci* Luffs Kreyß *Diſc. XXI. p. 1355. Beyerlinck Theat. Magn. vit. Hum. Tom. II. Lib. III. p. 2.* De vento in Hiſpanos idem agente vid. *Camerarius Hor. Succiſ. Cent. II. Cap. LXX. p. 284.* Quandoque tamen & eo in loco ſepulti, ubi fulmen eos occidit, niſi eſſet locus publicus, *Joh. Kirchmannus de Funeribus Romanorum Lib. I. Cap. III. p. 11. ſeq.*

Ictorum corpora cur eodem ſitu permanent, quo icti?

Reſp. Zum Grunde muß geſetzet werden/ daß die Schwefel-reiche Spiritus, die vornemſte Ingredientia bey denen Donner-Keilen ſind/ wie ſolches der nachgelaſſene ſtarcke Geruch gnugſam bekräfftiget; Ferner/ daß die unglaublich-geſchwinde Bewegung/ die menſchlich langſame Motion überwindet/ und ſelbiger zuvorkommet/ daß man alſo daraus unmaßgeblich ſchlieſſen kan/ daß die Subtilität des Feuers/ welches den Donner-Keil zugleich begleitet/ ſeiner ſchnell und penetranten Bewegung halber/ der cörperlichen langwelligen Bewegung alle Macht benimmet/ und durch ihre violente durchdringende Krafft/ und übernatürliche Hitze/ alle natürliche Wärme ausdämpffet/ auch die ſonſt langſam kommende Erſtarrung der Glieder/ auf eine nicht gewohnte/ und gantz verborgene Weiſe ſchnell verurſachet/ *Autor Relat. ex Parnaſſ. An. 1701. N. 60. 29. Jul.*

FULMINA.

Ominoſa quædam eſſe, ac multis benè, plurimis malè ceſſiſſe, habet *M. Berreggerus Obſervat. Miſcell. XX. p. 119.* quæ cum pluſcula ſint, B. L. ibidem, ſi placet, legat.

Fulminei.

§. 1.

Ptolomæus *Ceraunus* (h. e. fulminator, bellicoſus) fuit filius Ptolomæi Lagi

Lagi I. Ægyptiorum Regis primogenitus, ex Euridice natus, frater Ptolomæi Philadelphi, cognomento dictus *Cemunus* à fulmine, *D. Chriſtoph. Cellarius Hiſtor. Antiq. Lib. III. p. 33.* Seleucus *Cemunus*, V. Rex Syriæ dictus eſt, h. e. fulmineus, quod audaci & veloci ingenio præditus, videretur eſſe quaſi fulmen, *D. Chriſt. Matthiæ Theat. Hiſt. Theor. Pract. p. 377. a.* Matthias Corvinus und Stephanus II. Könige in Ungarn / auch Bajazeth, Türckiſcher Käyſer / haben gleichen Nahmen geführet / der erſte zwar / wegen voriger Urſachen / die beyden letztere aber wegen allzugroſſen Zorns- und Gemüths-Bewegung / *D. J. C. Becman. diſſ. de Cognominibus Principum Cap. II. §. 24. p. 73.)* Unter denen ehemahl berühmt geweſenen Amazoninnen wurde eine Procella, ein blitzend und geſchwind vorüber rauſchendes Ungewitter genennet (*H. Kornmannus de Virginum Statu ac jure Cap. LXXII. p. 201.*) C. Caligula Cæſar tonabat machinis quibusdam & fulgurabat, ac quoties fulmen de cœlo caderet, ipſe contra jaciebat lapidem, dicebatque in ſingulis jactibus illud Homer. ἢ μ' ἀνάιρε, ἢ ἐγώ σε. Aut tu me interficias, aut ego te, *D. Matth. p. 486. Dio Caſſius Lib. LIX. p. 761. & Seneca ſub finem Lib. I. de Ira.* Periclis eines Atheniſchen Fürſten Beredſamkeit war ſo groß (orationis vi & acrimonia cæteris omnibus præcellebat, teſte *Diod. Siculo Biblioth. Hiſt. Lib. XII. Cap. XXXIX. p. m. 433.* qui LX. annis ante CHRISTUM natum vixit, *D. G. Mœlius Theol. Canon. Diſſ. XIII. L. XXIII. Can. CXCV. p. 325.* & indice *Henrico Stephano in in Theſ. de Diodoro*: tantum inter omnes, quotquot ad noſtra tempora pervenerunt, hiſtoricos eminere dici poteſt, quantum ſolis lumen inter ſtellas, *Joh. Fes Exercit. Academ. de Vulneribus CHRISTI §. 126.*) Daß Er Olympius der donnernd und blitzende genennet wurde (*G. Hornius Orb. Polit. de memorab. Græc. p. 27.*) Clearchus ein Tyrann / ungeachtet er des Platonis Schüler / und 4. Jahr den trefflichen Redner Iſocratem gehöret hatte / (*Salm. in Panc. P. I. p. 65.*) gerieth in ſolchen Hochmuth / daß er ſich für des donnernden Jupiters Sohn ausgab / auch einen ſeiner Söhne das Donner-Kind nennete / (*D. D. Claſſenius de Orac. Gentil. Lib. II. Cap. II. p. 269. Conf. H. Engelgrav. Cœl. Empyr. P. I. p. 620. ſeq. & P. II. p. 22. a.* Ferè ut ambitioſus ille, & vanus Gallus, de quo *Rivetus in Tract. III. Catbol. Orthod. Q. VIII. p. 54.* qui, quod ipſe cognomine *le Grand* nominaretur, Filio nomen Alexandri imponere voluit, ſcil. ut haberet Alexandrum M. ap. *M. Henning. Joh. Gerdeſſen de Nominis mutatione Cap. IV. §. 3.*

§. 2.

Lehrer und Prediger führen dieſen Nahmen mit beſſern Recht / alldieweil er ihnen von unſerm Heylande ſelbſten beygeleget / Marc. III, 17. (Vid. Tit. Βοάνεργες *in A. B. p. 404. ſeq.*) und auch vielunter den Vätern damit gepran-

get

get haben/ denn sie solten mit ihrer Donner-Stimme/ Apoc. VI, 1. erschrecken/ brechen/ umkehren/ und die Erde (die Hertzen ihrer Zuhörer) fruchtbar machen (Vid. *M. Joh. Reiskius Exercit. Philol. de Lingua Vernacula J. C. Cap. II. §. 6. p. 219. Dorscheus Diss. Th. de Spiritu, Aqua & Sanguine ex 1. Joh. III. §. 1. p. 1. 2.* Unde est, quod *Beda* de Johanne dicit, ipsum adeò intonuisse, ut si aliquantulum altius intonuisset, totus mundus ipsum capere non potuerit, Veteribus dictus *Θεόλογος βροντόφωνος καὶ βροντόπαις. D. Joh Deutschman. Diss. Philol. Th. de Oraculo Divino ex Apocal. V, 5. 6. 7. in praloq.)* Paulus wird von Hieronymo der Heyden Donner genennet; (Ab aliis *Θεολήπτωρ, D. Hildebrand. de Veterum Concionibus Cap. II. §. 10.*) Nazianzenus rühmet den Basilium, in der ihm zu Ehren gehaltenen Leich-Sermon, er sey ein hochbegabter gewesen/ in welchen der Geist des HErrn sonderlich gewohnet/ wann er geredet/ so war seine Rede so penetrant, daß sie wie ein Donner der Menschen Hertzen bewegt das Leben war so helle wie ein Blitz/ daß es die Leute geblendet; der Herr Philippus schrieb zu dem Bilde Lutheri:

Fulmen erant lingvæ singula verba tuæ!
Ein jedes Wort/ das du/ *Luthere*, brachtest hervor/
War ein recht Donner-Knall/ in der Zuhörer Ohr!

D. Misand. gewiss. Beicht-Vater *p. 174. 175. Delic. Bibl. N. T. P. III. p. 1044. seq.* Lutherus ipse de se & B. Brentio *in Epistola Commentario Brentii in Prophetam Amos præmissa* ita; Ego verò præter hoc generale encomion Spiritus, de tuis Scriptis sic sentio, ut mihi vehementer sordeant mea, ubi tuis tuique similium scriptis comparantur; Non Brentium, sed Spiritum prædico, qui in te suavior, placidior, quietior est, deinde dicendi artibus instructus, purius, luculentius & nitidius fluit, itaq; magis afficit & delectat. Meus verò, præterquam, quod artibus dicendi imperitus & incultus, nihil nisi silvam & chaos verborum evomit, tum etiam eo fato agitur, ut turbulentus & impetuosus, & velut luctator cum monstris infinitis semper congredi cogatur; Itaq; si licet parvis componere magna: Mihi de quadruplici Spiritu Eliæ, 2. Reg. XIX. ventus, motus & ignis, qui montes subvertit, & petras conterit; Tibi autem, & tui similibus, sibilus ille blandus auræ tenuis, qui refrigeret, contigit; Ita fit, ut etiam mihi ipsi nedum aliis, gratiora sint scripta & verba vestra: Solor tamen me ipsum, quod existimem, imo sciam, patrem illum familias cœlestem pro magnitudine suæ domus, etiam opus habere uno aut altero servo, duro contra duros, & aspero contra asperos, veluti malo cuneo, in malos nodos: Et tonanti DEO opus est, non tantum pluvia irrigante, sed etiam tonitru concutiente, & fulgure auras purgante, quo felicius & copiosius terra fructificet. Denn das Regen-Wasser/ so der Donner herabnöthiget/ hat viele Spiritus, oder kräfftige Geisterlein bey sich; Dahero auch/

wie Plutarchus bezeuget/ die Ackers-Leute ein solch unterm Gewitter herab fallendes Wasser/ das glückliche Wachs-Wasser/ oder das wol ersprießliche nannten/ und es sehr gedeylich zu seyn glaubten/ *Francisci* Lufft-Kreiß *Disc. XV. p. 1242.* Als Lutherus von einem jungen Fürsten hart angesprochen/ und ihm fürgeworffen ward/ warum er doch so hefftig schriebe/ und die Leute so hart angriffe? Unser HErr GOtt muß zuvor einen guten Platz-Regen mit einem Donner lassen hergehen/ darnach fein mählig regnen/ so frucht es durch; Ich wollte/ sagte er/ daß ich eitel Donner-Schläge wider das Pabstthum reden könte/ und ein jeglich Wort eine Donner-Axt wäre (*Colloq. Mensal. Cap. XXXIII. p. 325. 326.*)

FULMINATRIX
Legio.

§. 1.

Anno, qui erat inchoati belli Marcomannici quartus vel quintus, & salutis nostræ 174. M. Aurelius Antoninus Cæsar recentibus copiis ex Dalmatia & Epiro auctis demùm in Marcomanniam magna cum potentiâ movit, ut cum barbaris tandem controversiam omnem, in patentibus eorum campis, Marte judice terminaret. Quem in finem, legiones quoque riparias ad Rhenum excubantes, ab eâ parte Germaniam ingredi jussit, ad divexandas, populandasque Cattorum & aliorum, qui communi Marcomannorum fœdere tenebantur, regiones, ut ita ancipiti bello petiti, & distracti citius vinci possent. Quod ita rectè dispositum, haud dubiè fuisset completum, ni Cæsar sibi ipsimet præpostera celeritate sua obicem posuisset. Cum enim in ipso Marcomanniæ aditu, hostem inito felici successu prælio, loco movisset, cladeque affecisset gravi; ratus hinc habere se occasionem rei quam optimè gerendæ, cursui victoriæ præpoperè nimis, avidiorique, quam in ignota regione ex militari disciplina oporteret, impetu institit, & hostes terga dantes, ad montana usque persecutus est. Quo in fervore, se & exercitum in maximum discrimen conjecit, adeò, ut haud multum abfuerit, quin ab hostium multitudine, intra montium valles, in locis aridis, à tergo & fronte conclusus, ob aquæ penuriam, accedente quoque sub id tempus vehementiori solis æstu, siti miserabiliter cum omnibus suis interiisset. Jam enim tanta siti premebantur, rivulis, quos in convallibus deprehenderant, exhaustis, & cœlo è nubibus expectatas pluvias pertinaciter denegante, ut nemini eorum, ab aliquot diebus, ad sedandas arentes fauces, quicquam poculenti gustare licuerit. Neque modus in tutiora evadendi reperiebatur ullus, præcluso ab hostibus omni exitu: fuissetque, vel ad iniquissimas pacis conditiones, tanti nominis Imperator, à Barbaris

baris compulsus, vel ad internecionem deleti omnes, ita ut vix fortasse ullus è tanto exercitu, qui vel cladis nuncium ad suos adferret, superesse potuisset: nisi inter hæc, jam penè desperantibus, affulsisset potens auxilium de cœlo. Trepidantem enim Cæsarem adiit Prætorii Præfectus *Ælius Pertinax*, qui postèà etiam Imperii gubernacula tenuit, adesse narrans in Legione XII. cohortem quæ se Christianam profiteatur, nihilque esse, quod precibus illa à CHRISTO suo impetrare non possit. Pergratum fuit hoc imperatori nuncium: mox ergò, ut supplicarent DEO suo, flagitavit. Indè Christiani, cum positis genibus, & profusis precibus orarent, tam pro pluvia, quam pro felici belli præsentis exitu, illicò tempestas ingens oborta est, quâ DEUS largam pluviam Romanis tribuit, eâque exercitum totum mirificè recreavit: è contra in Marçomannos eorumque fœderatos, non nisi horrida decidebant fulmina, queis perterriti illi, & Superos ipsos sibi iratos existimantes, solutis agminibus, in diversa, quò quis citò potuit, dilapsi sunt. Itaque videre licebat in eodem loco, aquam ignemque simul de cœlo cadere, atque ob eam causam valere alios bibere, alios exuri ac prorsus interire: non attingebat ignis Romanos, aut si fortè cum eis miscerentur, extinguebatur subitò; neque imber juvabat Barbaros, sed eos non secus inflammabat, atque oleum, ut aquam requirerent pluviâ perfusi; infligerentque pars sibi vulnera, quo ignem sanguine restinguerent, pars confugerent ad Romanos, quasi illis tantummodo aqua salutaris esset. De hâc miraculosa victoria elegantes versus *Claudiani*, hominis à religione Christianâ abhorrentis, notandi sunt, nisi quod id Christianis acceptum non refert. Versus hi sunt:

Laus ibi nulla Ducum: Nam flammeus imber in hostem.
Decidit. Hunc dorso trepidum fumante ferebat
Ambustus sonipes: Hic tabescente solutus
Subsedit galea, liquefactaque fulgure cuspis
Canduit, & subitis fluxêre vaporibus enses:
Tunc contenta Polo mortalis nescia teli
Pugna fuit, Chaldæa mago seu çarmina ritu
Armavere Deos, seu, quod reor, omne Tonantis
Obsequium MARCI mores potuêre moreri.

D. Christ. Matthia Theat. Hist. Th. P. 2. p. 571. a. Eusebius Pamphilus Hist. Eccles. Lib. V. Cap. V. p.m. 61. Abrahamus Bucholzerus Chronolog. ad A. C. 175. p.m. 664. Gub. Voëtius Diss. Sel. P. II. p. 1012. Casp. Ziegleri Episcopus Miles Cap. II. §. 3. D. Matth. Zimmerman. Anal. Menstr. Mens. 3. Cap. VI. p. 129. seq. Cosalius de Veter. Sacr. Christian. Rit. P. I. Cap. III. p. 37. Phil. Melanchth. Chron. Carion. Lib. III. p. 393.

§. 2.

Hunc in modum Imperator, unà cum exercitu, à præsenti immani periculo divinitus liberatus, ut memoriam tanti beneficii testatam redderet, legionem, in quâ illi Christiani militabant, & quæ alias *Melitena, à Melitæ Insula*, ubi divus Paulus semina Evangelii sparserat, vocabatur, *Fulminatricem*, quod precibus suis de cœlo excitisset fulmina, appellavit. Imò & decreta contra Christianos anteà facta abolevit, iisque imposterum æquior addictiorque fuit; & tunc quoque ab exercitu septimum Imperator appellatus est: quod &si admittere non consueverat prius, quam esset decretum à Senatu, tunc tamen non repudiavit, quasi id divinitus acciperet: de quo etiam ad Senatum scripsit. Victoriam porrò hanc, non magicis artibus, ut putant *Dio* & *Claudianus*, imperatam, fatetur ipse Imperator, qui à magicis artibus se abhorrere scribit; nec precibus ipsius fulmina de cœlo & pluviam, ut *Capitolinus Cap. XXIV.* affirmat, fuisse elicita: sed precibus Christianorum, testantur plurimi; & ex illis primi Tertullianus & Orosius, Scriptores vetustissimi, qui ambo ad literas Imperatoris ea de re scriptas provocant, quæ ad Senatum Populumque Rom. datæ sic habent: Imp. Cæs. M. Aurelius Antonius Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, Pontifex Max. Tribunitiæ Potestatis XXVIII. Imp. VII. Coss. III. Pater Patriæ Procoss. S. P. Q. R. S. D. Notos vobis facio conatus meos & successus belli Germanici, quantisque in hostico laboraverim difficultatibus, circumventus à Draconibus LXXIV. (signa erant militaria Barbarorum) intra nonum milliarium. Eos in propinquo esse indicarunt exploratores, & Pompejanus magister militum, conspectos sibi esse significavit. Itaque sensi me cum Legionibus prima, decima, gemina, Euphratensique penè oppressum, ab immensa colluvie, in qua numerabantur armatorum *nongenta septuaginta quinque millia*. Cumque non haberem copias conferendas numero barbarorum hostium, precabundus confugi ad opem patriorum numinum, à quibus neglectus, & in arctum redactus ab hoste, accivi, quos Christianos vocamus. Hi perquisiti, benè multi reperti sunt. Infremui in eos, quod non debueram, ut posteà cognovi, ex mirifica eorum patientia. Qui mox rem agressi sunt absque telis, armis, tubisque, nimirum abhorrentes ab istiusmodi paratu, & contenti DEO, quem circumferunt secum in conscientiâ. Credibile est igitur, licet impios existimemus, DEUM pro munimento habere in pectore; prostrati enim humi, non solum pro me deprecati sunt, sed & pro præsenti exercitu, petentes opem contra urgentem sitim & inediam. Quintus enim dies erat, ex quo aqua carere cœperamus: eramus quippè in hostili solo, in ipso meditullio Germaniæ. Confestim autem, ut procubuerunt in facies, & preces fuderunt ad ignotum mihi DEUM, descenderunt de cœlo, in nos quidem frigidissimus imber, in nostros verò hostes grando mixta ful-

fulminibus, sine morâ sentiremus, præsto esse invictam opem DEI potentissimi. Jam nunc igitur permittimus esse Christianos hujusmodi hominibus, ne forte contra nos tale quodpiam telum postulando impetrent: & autorem me interpono, ne cuiquam religio Christiana vertatur crimini. Quod si quis Christianum detulerit, hoc solo nomine, quod Christianus sit, volo, ut delatus Christianum se impune fateatur, modo nihil ei objiciatur, præter religionem diversam: delator verò ejus vivus comburatur. Confessum autem compertumque Christianum, nolo ad mutandam religionem induci, sed suo à Provinciæ Præside relinquendum arbitrio. Et hoc meum decretum Senatus-Consulto ratum fieri volo, jubeoque proponi publicè legendum in Trajani foro, ut indè porrò transmittatur in provincias, curâ Vetrasii Pollionis, urbis Præfecti. Hujus quoque edicti transcribendi, utendique copiam permitto omnibus, desumentibus ex nostro exemplari publicè in foro proposito. Valete.

§. 3.

Hujus victoriæ monumentum adhùc Romæ sub initium viæ Flaminiæ, in plateâ, quæ vulgò *Cursus* dicitur, supersest: columna Antoniana, arte & opere admirabilis, totiusque ejus belli, ac victoriæ viva repræsentatrix: inter alia cernitur imago Jovis Pluvii alati, capillis promissis & barbâ, qui ex omnibus corporis partibus demittit pluviam & fulgura; & sub eo hostes prostrati & equi, Romanique; eos armis aggredientes & cædentes. Altitudo ipsius fertur ped. 175. fenestellas habet 56. quibus scala, ut ipsa columna cochlidii instar, lumen admittit, intus verò gradus 206. jam detritos, quibus adscenditur ad summum, in cujus vertice extabat ejusdem Antonini statua. Hanc columnam Sixtus V. Pontifex Max. incendio, aliisque injuriis læsam instaurari jussit, & D. Paulo Apostolo: prout etiam alteram, quæ Trajani erat, divo Petro, Apostolorum Principi, super impositis ex metallo inaurato eorum statuis, consecravit. *Pessina in Marte Momvico Lib. II. Cap. II. ap. D. J. A. Weber. in Art. Convers. Reg. III. Hist. VIII. p. 151. seq.*

§. 4.

Cum non Gentiles tantum Historici victoriam illam non Christianorum DEO, sed suo Jovi Pluvio, vel ipsius Imperatoris precibus ac meritis adscribant, aut à mago quodam procuratam asserant, quod Ægyptius Arnuphis magicis excantaminibus dæmones quosdam & aërium advocasset Mercurium, *Cœlius Rhodig. Lect. Antiq. Lib. XXI. Cap. XVIII. p. m. 32.* Cum tamen ipse *Antoninus ἀπιστητικὸς* fuerit, nec præstigiatoribus magisque fidem adhibuerit, *Lib. I. Vit. Propr. §. 6. p. 1.* Sed & è Christianis Scriptoribus fuerint, quibus narratio illa suspecta, ac rationes, quibus fulciri solet, parùm solidæ sint visæ; (*Matthæus Larroquanus* negat hæc ita accidisse, *peculiari Dissertatione Adversariis ejus sacris annexa,* in cujus prima parte probare satagit, pluviæ non fuisse comites ful-

mina, in posteriori licet imbrem non neget, miraculosum tamen haud fuisse putat; quem, si placet, vide *p.553.*) operæ se pretium facturum *Hermannus Witsius Diatribe de Legione Fulminatrice Christianorum* sub Imp. M. A. Libris tribus de Ægyptiacorum sacrorum cum Ebraicis collatione annexa, censuit, si rem omnem accuratiore studio excuteret. Itaque cum de facto non dubitari ostendisset, gloriam miraculi sacrilego ausu Jovi Pluvio; ineptè etiam vanissimis magorum præstigiis tribui, Christianorum verò precibus meritò adscribendam commonstrat; Scaligero tamen, Salmasioatque Huetio assensus, literas Marci Imp. ad Senatum, quæ in *B. Justini* operibus nunc vulgò visuntur, genuinas non esse, sed ab alio quodam confictas ac suppositas, *Acta Erudit. Lips. An. 1684. mens. Maji p. 218.* Imperatoris statuam fulmen tetigit, quod gloria imbris dati non DEO, sed Jovi adscripta esset, *Baronius Tom. II. Anal. f. 225. n. 25. ap. Bosac. in Bl. G. p.386.* Fulminatricis cognomen huic Legioni & ante illa tempora fuisse, dicit *Dn. Christoph. Cellarius Histor. Antiq. p. 126. 127.*

G. G. G.

GABELLA.

Est præstatio, quæ imponitur rebus, usui hominum subjectis, emendis aut vendendis, aut de loco ad locum transferendis, ut vino, carnibus, & cæteris ad vitam & usum pertinentibus. Gallis *gabelle* vectigal. *Sel Gabelle*, sal professus, *Martin. b. v.*

GAFFARELLI

Ludovici XIII. Reg. Gall. Theologi à Consiliis, & Eleemosynarii, Divique Aumelii perpetui Commendatoris Scriptura cœlica explosa, Vid. *D. Joh. Andr. Schmidt in Arato Phænomenorum Scriptore Cap. II. §. 7. M. Greg. Michaëlis in Gaffarell. Curios. Inaudit. Not. C. & ult. p. 445. seq.*

GALAXIA.

Quid?

Democritus multarum stellarum minutissimarum propter exilitatem non apparentium collucentiam, vel confusum & commistum lumen esse putavit. Quam opinionem, ut multis aliis probabiliorem secuti sunt *Albertus M. Scaliger*, *Cardanus*, *Goclenius* & recentissimi plurimi *Tycho Brahe* substantiam quandam cœlestem, voluit à materiâ reliquarum stellarum non discrepantem, sed

ſed diffuſam & certis locis expanſam, & non in unum corpus diſcretim, ut in ſtellis factum, globatam, *in Cincluſ. Lib. I. prog.* Et hæc proximè ad veritatem accedere videtur ſententia, *D. Caſp. Bartholinuum Aſtrologia*, §. *246. ſeq. p. 85.* Im Pabſtthum nennen die Mönche Galaxiam, oder die Milch-Straſſe den Jacobs-Stab/ und überreden das albere Volck/ es ſey der Wiederſchein von ſo viel 1000. Jacobs-Brüdern/ die nach Compoſtell wallfahrten/ *D. Miſand. D. B. N. T. P. I.* Poëtæ alias fabulantur viam lacteam, ſeu Galaxiam eſſe viam lacte Junonis candidatam, & iter ad Jovem, *M. Pexenfeld. Apparat. Erudit. Cap. III, p. 9.*

GALEA

Salutis, Epheſ. VI, 17. 1. Theſſ. V, 8.

§. 1.

Capiti, integumentum, ſecuritatemque præbebat *Galea περικεφαλαία* dicta *ll. cc.* Quæ quidem verticem, occiput, frontem & ex parte genas, interdum verò etiam totam faciem præter oculos ad collum usque tegebat, *Barth. Adverſ. Lib. XXII. Cap. XIV.* Cumprimis verò inſignes & maximè celebres erant *galeæ Græcanicæ, & in his Bœoticæ.* Hinc ab *Æliano V. H. Lib. III. Cap. XXIV.* ut optima laudantur; *Bœotica galea, clypeus Argolicus, & Attica lorica.* Et eminuiſſe Græcorum ſtudium circa galeas, teſtatur *Plutarchus in vita T. Q. Flaminii. Xenophon. de Re equ. Philoſtr. Epiſt. p. 893.* Conficiebantur autem antiquitus è corio variorum animalium, & erant vulpinæ, leoninæ, pardalinæ, muſtellinæ, caninæ, taurinæ, ceu ex Homero, aliisque autoribus oſtendit *J. Phil. Pfeiffer. Antiq. Græc. Gentil. Lib. III. Cap. XXI.* Hoc tamen corium ferro inductum fuiſſe per lineas & circulos tradit, *Lipſius de Milit. Rom. Lib. III.* Sed & *æreas galeas* in uſu fuiſſe teſtis eſt *Plutarchus*, qui de Camillo dicit: Fabricatus eſt galeas, plerasque totas ferreas, ut gladii aut laberentur, aut frangerentur in iis.

§. 2.

Scitè ergò galeæ tanquam firmo capitis integumento aſſimilat Apoſtolus *ſpem ſalutis*, uti ab ipſo explicatur, 1. Theſſ. V, 8. ubi alludere videtur ad locum Eſ. LIX, 17. *Induit ſe juſtitiâ, quaſi loricâ, & galea ſalutis in capite ejus.* Quemadmodum enim galea munit ac tuetur præcipuam corporis partem, ubi ſedes eſt, & principium nervorum, unde Spiritus vitales in omnia corporis membra deſcendunt & diffunduntur: Ita Spes Chriſtiana vivida & florens, interni hominis vigorem conſervat & auget. Nec ullo in caſu pudefacit, quoniam fundatur in charitate DEI in corde effusâ, Rom. V, 4. 5. quâ certior redditus animus, ſpem magis magiſque ſtabiliri & confirmari ſentit, ibid. v. 2. 3.

Un-

Ungebantur olim ut reliqua arma, ita & galeæ, ut tanto magis essent durabiles, & ictus sustinere diutius possent: Ita quoque effusio ista Spiritus S. quæ oleo sæpè in Scripturâ comparatur, spem Christianam efficit & reddit firmam atque solidam. Et in eo hæc differt à vanâ illâ præsumtione, quâ improbi & securi homines æternam salutem sibi temerè pollicentur, cum tamen ordinem divinitus præscriptum insuper habeant, quæ spes mortua imaginaria & falsa est.

§. 3.

Habebant autem veterum galeæ diversas formas, & varios ornatus, *Æreas galeas insignibus cristis & pinnis exornatas* dicit *Dionys. Halicarnassæus* Ρωμαϊκ. ἀρχαιολ *Lib. VII.* Hinc Virgil. Lib. III. Æneid.

Et conum insignis galeæ, cristasque comantes.

Scilicet curvaturæ seu coni supernè illis inerant, his addebantur cristæ, quæ vel ab equinis, vel leoninis jubis, vel avium plumis desumebantur. Unde *Virgil. Lib. X. Æn.*

Ære caput fulgens, cristaque hirsutus equinâ.

Et alibi:

Cujus olorinæ surgunt de vertice pennæ.

Et *Homerus Iliad. Γ. v. 336.*

Cupiti autem fortem galeam affabrè factam imposuit
Cauda equinâ cristatam. Horribiliter autem crista
desuper nutabat.

Quod quidem fecerunt non tantum ornatûs causa, sed & ut eò terribiliores & animosiores apparerent. Ita cristatis galeis coruscí Romani, vibrantes clypeos, velut pedis anapæsti præcinentibus modulis, lenius procedebant, referente *Ammian. Marcell. Lib. XXV.* Ut incessus iste militaris alti spiritus, & hostem elatâ fronte despicientis animi erat indicium: ita illis, qui CHRISTO militant, galea salutis & divina virtus animum erigit, & in sublime tollit, ut læti & animosi hostibus obviam procedant. Videas sæpe improbos ex vana & levi causa cristas erigere, supercilia & cornua attollere, multò magis illis, qui omnipotenti DEO innituntur, & spe salutis coronati sunt, plerophoria fiduciæ competit, ut nulla alia nec nomina, nec numina curent, sive adversa, sive propitia, quæ ipsis tanta bona invident. *Spes* namque intimè connexa est cum *fiducia.* Atque hæc quidem in *præsentia*, illa *in futurum bona*, cœlestia maximè, fertur.

§. 4.

Insignes olim erant & præ reliquis in magnam altitudinem assurgebant Regum, Ducum & militum nobiliorum galeæ. Quos & *patoninas* gestasse docet *Ursinus Anal. Lib. III. Cap. XXII.* Ita Achillis galea stellarum instar fu-

gc-

gebat, equina terrificante juba, *Homer. Iliad. XIX.* De tali loquitur *Sidonius in Panegyr. Avito scripto:*

Includit suras ocreis, capitique micantem
Imponit galeam, fulvus cui crescit in altum
Conus, iratam jaculatur vertice lucem.

Spes illa *viva*, 1. Petr. I, 3. ad quam regenerantur fideles, Reges, Sacerdotes constituendi coram DEO. Apoc. I, 6. erigit animum, & in sublime vehit, ut præcipuè salus cœlestis illi obversetur, quam spes intuetur, & vocatur ideò *Spes gloriæ*, Rom. V, 2. *Spes salutis*, 1. Thess V, 8. vitæ æternæ, Tit. III, 7. Hæc Spes simulac efflorescit, Spes & desideria terrena sensim evanescunt, atque efficit, ut difficultates & molestias in viâ salutis non solum toleret homo, sed & superet ac transcendat, neque in diffidentiæ crimen aut desperationem eundem prolabi sinit. Quin potius in infirmitate ex potentiâ DEI semper est efficax, & incrementa sumit, ita ut gloriari queamus super *Spe Gloriæ DEI*, Rom. V, 4. neque hac spe unquam excidamus. Nam ad hoc sunt Christiani ut præsentia superent, & futura sperent, inquit Augustinus in Psalm. XC. *L. Christoph. Henr. Ritmeier Diss. Theol. Inaug. de Armaturâ Spirituali ex Epist. ad Ephes. Cap. VI, 10. seq. sub Præsid. D. Joh. Andr. Schmidt Helmstad. An. 1701. hab. §. 41. p. 39. seq.*

Saulis, Davidi ad pugnam ituro, nimis molesta, typus legis est.

Constat ex 1. Sam. XVII, 39. Davidem cum adversus Philistæum gigantem in certamen descenderet, & à Saul armis propriis exornatus, atque ad pugnam munitus esset, arma illius ipsi Davidi molesta fuisse, quæ proin deposuerit, & consveto pastoris habitu sese giganti stiterit: *Talia galea gravis lex fuit*, *partim* ob impletionis impossibilitatem, Rom. VIII, 3. *partim*, ob exactionis rigorem, Es. IX, 4. *partim*, ob damnationis terrorem. Hanc legis galeam sibi aptarunt omnes V. T. Patres, sed portare non potuerunt; Act. XV, 16. ubi cum Satanâ confligendum, abjicere habuerunt necessum, & cum David fundam fidei, lapide CHRISTO repletam, capessere, 1. Petr. I, 10. *D. Bossac. Alleg. p. 673. M. Bauman. Anal. Typ. p. 74.* Typus, hoc in passu, verè pœnitentis vid. *A. B. T. I. p. 770. seq.*

GALENUS

Angelus.

De summo illo Medico Galeno verissimum anagramma, quoniam pulcherrimè cum re ipsâ quadrabat, *Galenus*, *Angelus.*

Angelus es: bonus anne malus? Galene! salutis
Humanæ custos; Angelus ergò bonus.

Cregutus Revelat. Artav. C. XI'II. p. 680. Ex Græcæ lingvæ proprietate quietum, tranquillumque signat, *Cælius Antiq. Lib. XXX. Cap. XII. p. 670.* Sed quod *Cregutus l. c.* Galenum tanquam Angelum ulterius ad CHRISTUM, Angelum illum incarnatum, qvi infinitâ suâ virtute, quosvis morbos & langvores sanavit, applicat *B. D. Andr. Dan. Habichorstio D ſſ. Exeget. Tb. de Angelo ap. Deum Meiz ex. Jb. XXXIII, 23. 24. Disſ. I. Art. II. §. 2.* haud arridet, indignum enim, inquit, videtur, hominis ethnici nomen CHRISTO applicare, & hinc scripturam explicare.

Imperator morborum.

Cum Galenus à quodam morbo lethali Antoninum Pium liberasset (in quo depellendo Cæsar duodecim gemmas hausit, quæ novem millionibus constabant) Imperator Medico suo diadema dono dedit, dicens: *Antoninus Imperator Romanorum, Galenus morborum, Radau Orat. Extemp. P. II. Cap. I'II. Q. II. p. 329.* Nam ea una artium (Medicina) Imperatoribus quoque imperat, verbis *Plinii H. N. Lib. XXIV. Cap. I. f. 435.* Abderitæ Hippocratem ad sanandum Democritum invitarunt, quod si fecisset, non tantum Medicum, sed creatorem totius Ioniæ suæ patriæ fore asseverarunt, *Nic. Cussinus Polybist. Symbol. L. I. Cap. XXVIII. p. 251.*

Christianos ridet.

Galenus *Lib. II. de differentiis pulsuum Cap. III.* temerariis assertionibus niti CHRISTI doctrinam impiè scribit. In Mosis & CHRISTI schola, ait, vigere leges, nullâ demonstratione stabilitas, *Janus Huartus, Doctor Medicus Hispanus in scrutin. Ingeniorum Cap. X. p. 274.* Magnam tamen Christianorum constantiam exprimit. Citiùs, inquit, Mosis assecla & CHRISTI sua deserant dogmata, quam qui sectis addicti & consecrati sunt, tum Medici, tum Philosophi, *Lib. III. de differ. puls.* Et Mosi testimonium perhibet, *Lib. XI. Cap. XIV.* de usu partium scribit: Ratiocinationem Mosis de natura rerum sibi videri probabiliorem, quam Epicuri; optimum tamen esse, neutrius sequi opinionem. Moses multa dicit, nihil probat! dicebant pagani, L. Rudolph Cappelle *Disſ. Inaug. seu Schediasm. Theol. de JESU de Hostibus suis triumphante, sub Præsid. D. Petr. Haberkorn. Giess. Hass. Ann. 1660. hab. S. 41. p. 23.*

GAL-

GALLIA

Et Hiſpania lances in libra, Anglia lingula.

Eliſabetha Angliæ Regina illud Patris Henrici uſurpare potuit: Cui ADHÆREO, PRÆEST. *Camden. in Annal. Angl. A. C. 1577.* Et verum fecit, quod ille ſcripſit: Galliam & Hiſpaniam eſſe quaſi lances in Europæ libra, & Angliam lingulam, ſive libripendem. *Lanſ. pro Brit. p. 525.*

A peſtilentia immunis.

Paulus Merula *Part. II. Coſmogr. Lib. III.* ſcribit, Galliam eſſe aëris temperatiſſimi ac ſaluberrimi, minimeque contagioni & peſtilentiæ obnoxiam. Cujus rei hanc affert rationem, quod Galli cibo, potuque delicatiori & ſalubriori (etiam plebei & infimæ ſortis homines) quam aliæ gentes, quæ peſti obnoxiæ ſunt, utantur. Et ſane negari non poteſt, Gallicanas provincias præ multis aliis regionibus abundare iis rebus, quæ ad delicatiora eſculenta & poculenta pertinent. Teſtantur, qui Galliam peragrarant, tantum caponum, gallinarum, pullorum quotidiè paſſim in Galliâ abſumi, ut ſi in aliis regionibus anno unico perindè fieret, metuendum eſſet, ne ſpecies interiret. Gallinæ Numidicæ gregatim ibidem paſcuntur. Lepores, cuniculi, perdices, turdi nuſquam frequentiores. In Pictonio complures ſunt ſylvæ, quas ſi tranſeas cuniculorum numerum, ac ſi gregatim paſcerentur, circumluſitare, non levi oculorum voluptate perfuſus conſpicies. Vini quoque feraciſſima eſt Gallia. Vix credi poteſt, quanta ejus copia inde efferatur ad Anglos, Belgas, Germanosque ſeptentrionales. Ajunt centies mille circiter dolia Burdigalâ ſola quotannis offerri ſolita, *D. J. A. Weber. Art. Diſcurr. Font. XXI. Ex. II. p. 165.*

Pulchrarum veſtium regio.

Italien iſt ein Land ſchöner Worte/ Franckreich ſchöner Kleider/ Holland ſchöner Städte/ Engelland ſchöner Geſichter/ und Teutſchland ein Land böſen Geldes/ *Dn. Zenner, Novellæ Mundi Curioſi & Doctí An. 1693. m. Octob. p. 4198.*

Rixoſa.

An Gallia magis rixoſa præſumenda, dum habet octo Parlamenta, h. e. ſuprema judicia; Germania unicum maximum Spirenſe? *D. Valent. Arithmeus Feudal. Velimt. Diſp. V. Coroll. I.* Judicum, Advocatorum, Procuratorum, Scribarum, Accenſorum, & reliquorum vulturum togatorum forenſi latrocinio miſellorum clientum patrimonia deprædantium (in juſtitiam enim à populo facti ſumtus bis ſuperant regni exactiones & vectigalia, ut Archiepiſcopus

Bituricensis in Comitiis Blœsensibus calculum subducebat) multitudo tam est immanis, ut muscarum, culicum, pulicum, pediculorum, lendium, tinearum, erucarum, acarorum, cimicum, & id genus bestiolarum, hominibus divexandis natarum, examina æquare videatur; & qua vel decem mundi optimè compositi turbari & corrumpi possint. Equidem Rex Galliarum etiam *Stephani Paschasii*, Galli eruditissimi simul & integerrimi viri opinione, citius & minori negotio domi collegerit ducenta millia scribarum (*de chiquaneux & gaste-papiers, suivans l'estat de la plume*) quam militum millia vel triginta tantum. Et *Wolf. Prisbachius*, aut quicunque tandem Gallus sub isto nomine, quo in sicarios Parisienses veritatis stylum stringere posset liberius, latere voluit, arbitrabatur: *In unica Gallia Lutetia plures numerari rabulas, quam in universa Germania*, quæ tamen duabus partibus Gallia major esse memoretur. Et huc pertinet illud nobile scilicet forensium declamatorum & rabularum encomium, quod vix in Europæ regionibus, & imperiis simul omnibus tot lites, quam in uno Galliarum regno concreverint, imò nullum sit caput legis, nullum verbum, nulla syllaba, nulla litera, ex qua Galli argumenta aut vera, aut verisimilia, ad litium propagationem exprimere non possint, *Bodinus de Republ. Lib. VI. Cap. II. & VI.* Qui ibidem meminit cujusdam judicis, propter vitæ infamiam posteà relegati, qui novis legibus inhians, cum in Curiâ lex aliqua promulgaretur, dicere solebat: *Hem! præsto sunt lites, & aureorum cumuli. Lans. contr. Gall. p. 297. 298.*

Servos non patitur.

§. 1.

Inter singularia Galliæ reponendum vulgare istud: *Galliam servos non pati.* Servus peregrinosque quotquot Gallicos fines attingunt, eo ipso liberos fieri. Id quod vetere SCto Parisiorum decretum est adversus Legatum quendam Hispanum, qui servum in Galliam deduxerat, Quale & hominum memoria factum: cum mercator peregrinus servum in Hispania coëmutum Tolosam secum duxisset, hospesque re intellecta servo persuasisset, ut ad libertatem proclamaret. Rogatione enim ad Octoviros perlata, & mercatore accito, Advocatus fisci ex Archivis deprompsit antiqua privilegia, quibus servos, simul ac Tolosam ingressi fuissent, liberos fieri constitutum erat. Qua causa mercator, qui quidem exceptiones suas proponebat, metuebat tamen, ne & servo obsequentissimo, & pretio carere cogeretur, ei libertatem dedit, pactus operas serviles, quamdiu ipse Dominus viveret. Consimiliter in obsidione Metensi servus fugitivus hero relicto, in urbem transierat: quem cum cum Lud. Avila, equitatus Cæsarei præfectus, tubicine cum literis ad Franciscum Guisium, summæ rei in urbe præfectum,

ctum, missō, reposceret, Guisius quidem eqvum jam divenditum conquiri & pretio persoluto redemtum ad Avilam remitti curavit; Quod ad servum, respondit, jam in interiora regni penetrasse: cæterum terræ Franciæ id juris esse, ut quicunque servilis conditionis pedem in ea posuerit, mox libertatem recuperent, quod jus adeò honorificum, & Christianæ genti summoperè conveniens, cum violare neque debeat, neque verò velit, ea in parte desiderio ejus satisfacere se non posse. Sed quam verum hoc sit, ipsi Galli ambigunt. Quam in rem *Lansius pro Gall.* citat verba *Car. Molin. Annot. ad Consv. Biturig. Tit. I. Art. I.* Urbs Parisiorum non habet hoc privilegium. *Car le Seigneur de Chasteauroux en Berry vendica son serf, qui s' estoit retire, & fait Burgecis de Paris, & obtint la provision.* Itaque Senatus judicio patroni causa obtinuit adversus Abbatem Divæ Genovefæ. Quidam dicunt, pour le regard des serfs des Seigneurs, qui sont hors de ce Roxaume; Sed non est expeditum, *D. D. J. C. Beeman. H. O. T. P. II. Cap. III. §. 18. p. 548.*

§. 2.

Wann denen Armeniern in Persien, einer von ihren Sclaven stirbt/ ehe ihn sein Herr freygelassen/ so schreibt sein Herr/ wenn die Leiche schon in der Kirche ist/ einen Zettul/ mit diesen Worten: Er soll sich nicht bekümmern/ er halte ihn vor frey/ und gebe ihm die Freyheit; Denn sie glauben/ man würde es ihm in der andern Welt vorwerffen/ daß er ein Sclav wäre/ und daß seine Seele noch darüber würde betrübet werden. Hat der Sclav keinen Herrn/ so giebt ihm die Frau/ und so auch diese mangelt/ die Kinder diesen Brieff/ *Tavernier Hist. Orient. Tom. I. Lib. IV. Cap. XIII. p. 198. b.* Die Einwohner zu Bourges in Franckreich/ zu Londen und Warwic in Engelland/ können den Titul der Frey-Herren gebrauchen/ (*Beeman, l. c. P. I. Cap. VI. S. I. §. 21. p. 177.*) &c.

§. 3.

Durch einen sel. Tod/ wird ein glaubiger Christ zur vollkommenen Freyheit befordert/ und heisset:

Mein Kercker ist entzwey/
Ich bin nun franck und frey!
E carcere ad æthera!
Vom Gefängniß in die Lufft/
Mich nunmehr die Freyheit rufft!

Oder:

Aus dem Kercker ich mich mache/
Zu den schönen Himmels-Dache!

Lemma caveæ inclusæ avis, & posteà inde avolantis, ap. *D. Miland. D. B. N. T.*

P. III, p. 411. & C. C. P. I. p. 474. Meditare mortem, qui hoc dicit, meditari libertatem jubet. *Sen. Ep. XXVI.* In Germania dixit R. Johannes & Jannæus: scriptum est Psalm LXXXIII, 6. Inter mortuos liber. Quàm primum homo mortuus est, liber factus est ab observatione Legis. Lucem hæc aliquam afferunt, Rom. VI, 7. nam nititur illa Apostoli propositio hâc judaica juris regula; Simulac homo mortuus est, legis præceptis est solutus, *D. Matth. Zammerman. Anal. Menbr. Mens. V. Cap. II. p. 247. 248.* Liberantur credentes à peccati reatu *per justificationem*; à dominio *per renovationem & sanctificationem*: ab inhærentia denique & sensu per cinefactionem & glorificationem, *D. Kunadus de Incarnatione Filii DEI ad Loc. Class. Ebr. II, 14. §. 270. Chemnitius Exam. Concil. Trid. P. I. de Reliq. Pecc. Orig. post bapt. p. m. 181. D. Gotfr. Olearius Isagog. Anti-Papist. Part. Spec. Art. I. §. 5. p. 45. Angelus Paciuchellius Politianus in Rom. Cap. VI, p. 343.* Judæi in Midras Tillim Psalm. XVI, 2. 3. DEUS sanctus benedictus justos non vocat sanctos, donec terræ tradantur, usque ad diem mortis eorum. Quia concupiscentia mala urget hominem, ut non sit securus ab ea, usque ad diem mortis. Ideò dixit Salomo Eccles. VII, 21. Non est justus in terra &c. Quinimò etiam Patriarchæ non sunt vocati sancti, antequam terræ mandati fuerint, *D. Helvicus Tom. IV. Giess. Diss. VIII. p. 172. Raymund. Martini Pug. Fid. P. III. Distinct. II. Cap. VI. §. 3. p. 585.* Conf. Tit. Anima in Corpore tanquam Carcere.

Est pratum.

Florentissimum, in quo pascuntur infiniti ovium greges aureis velleribus, quæ tonderi possunt, quoties pastori libuerit, *Lansf. pro Gall. p. 199.*

Ventosa vale!

Als jener Spanier über das Pyrinæische Gebirge in Franckreich reisen wollte/ und ihm alsebald bey dem Eingange ein saurer Wind anbließ/ war er stracks mit seinem Disticho fertig/ und sagte:

Gallia ventosa est, ventosus est incola: Ventis
Nulla Fides: Ergò lubrice Galle vale!

In suum commodum Lector hæc ita vertat:

Vita hæc ut Bulla est, ut Bulla est incola, Bullis
Nulla Fides. Ergo Vita caduca vale!

Joh. Christ. Halman, Parent. p. 165.

GALLIÆ

Regni & ipsius Regis præstantia.

Regnum Galliæ est quasi pharetra, quam CHRISTUS sibi circa femur ac-

accinxit, ex qua ſagittas electas extrahens, ipſas, ut ſibi gentes & regna ſubjiciat, in arcu brachii potentis emittit, ait *Gregorius IX.* Rex Galliæ eſt *Chriſtianiſſimus* inter omnes Chriſtianos, ait idem. Eſt Princeps inclyta devotione præclarus, Princeps Chriſtianiſſimus, & ſollicitus fidei Chriſtianæ defenſor, ait *Urbanus IV.* Eſt tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis, eſt corporalis quidam DEus in regno ſuo, eſt ſuper omnes Reges, ejus umbra totus mundus regitur, ait *Baldus.* Imò orans pro Rege Galliæ habet centum dies indulgentiarum conceſſarum à Clemente, & decem ab Innocentio IV. *Lanſ. l. c. p. 191.*

Claves tres.

Der Cardinal Richelieu pflegte zu ſagen: Es brauchte ſein König 3. Schlüſſel 1) *Perpignan* zu Spanien. 2) *Briſach* zu Teuſchland / und 3) *Pignerol* zu Italien / *Dn. Zenner. Novell. Mundi Dofti & Curioſi An. 1693. m. Aug. p. 2005.*

Cimelia tria ſacra.

§. 1.

A tempore Clodovei ſive Ludovici I. *auriflammæ, ſcuti liliati & ampullæ Rhemenſis*, quæ tria Clinodia Regni Gallici longè æſtimatiſſima ſunt, mentio fieri cœpit. Inter alia Galliæ præ Hiſpanis præcedentiæ fundamenta ponitur, & miſſa de cœlo ampulla, de qua vid. Tit. *Ampulla.* Sed meræ ſunt nugæ, & credit *Chiffletius*, baptiſmum Clodovei piâ ſcenâ populis fuiſſe repræſentatum, indeque ortam vulgi fabulam de ampullâ per columbam, vel Angelum ad ungendum Regem cœlitus porrectâ. Nobis tam ampullæ, quam Lilia (quæ jam olim ætate Noachi Francis uſitata dicit Goropius ap. *D. Calov. de Habitatione Japheti in Tabernaculis Semi Memb. II. §. 34* Idemque oſtendit *Gregor. Tholoſanus ap. Voët. D. S. P. III. p. 111. 112.*) & vexilla Gallorum cœlitus miſſa idem ſunt, quod apud Romanos *Ancilia* (de quibus *Majolus in Supplem. Dier. Canic. Coll. II. p. 128. Polyd. Vergilius de Rer. Inventor. Lib. IV. Cap. XIV. p. 385.*) apud Trojanos *Palladium* (*Joh. Seldenus de Diis Syris Syntagm. I. Cap. II. p. 106. 107. C. Barthius Adverſ. Lib. LX. Cap. II. p. 2842. ſeq. M. Joh. Georg. Reſerus Diſſ. Hiſt. de Palladio An. 1688. Francof. ad Viadr. hab.*) apud Epheſios Diana Διοπετὴς (*M. Joh. Nic. Schülinus de Dianâ Epheſiâ §. 16. ſeq.*)

§. 2.

De *Sento Liliato* recentiores Scriptores Gallici candidè: Fides illa Francorum de Liliis nullâ probari Scriptoris autoritate confirmatur, *Bern. Gimd du Haillan. Lib. I. Rer. Franc.* Et *Joh. Tillet. de Dign. Franc.* Fabula de ſcuto

Fran-

Francico, quod Clodovæo Regi è cœlo missum fuerit in cœnobio Gaudii vallis, ubi Scutum cum tribus Liliis ostenditur, adinventa fuit post Carolum VI. Regem, *Claud. Fauchet. Senatus Monetalis Præses L. de Insign.* De Scuto Regio per Angelum ad Clodovæum Regem delato nihil invenitur in Historiâ Gregorii Turonensis. *Alibi:* Apud nullum bonæ notæ Scriptorem legi illam Scuti Francici divino nuncio significationem, creduntque viri docti insignia familiarum recentiora esse. *Scipio Dupleix Historicus Regius in Clodov. I.* Quod attinet ad scutum cœruleum liliis pictum, neque historia, neque traditio ullam fidem facit, quod è cœlo transmissum fuerit. Et scutum Regium quidem Atlantum loco binos Angelos habet, sed illi demum introducti sunt, postquam Ludovicus XI. Angelicam S. Michaëlis militiam instituit; De quo vid. *Corsetus de Ampull. Rhem. Cap. I.*

§. 3.

Auriflamma deinde fuit vexillum Ecclesiæ S. Dionysii, quo utebantur monachi ad statas & solennes pro Regis ac Regni felicitate supplicationes. De qua iterum *Scipio Dupleix* postquam de Liliis se explicuit: Fabulosum est similiter, *Auriflammam* Clodovæo Regi è cœlo missam fuisse. Erat enim vexillum Ecclesiæ S. Dionysii, quod olim Reges nostri ad bellicas magni momenti expeditiones deferri jubebant. *Marlotus* item *Lib. II. Cap. V.* Chronica antiqua silent, videturque antiquitas aut veneratio, quæ olim vexillo illi exhibebatur, hujus miraculi fidem simplicibus impressisse, qua in literatorum animos se tandem insinuavit, *D. J. C. Beeman H. O. T. P. II. Cap. III. §. 6. p. 509. 510. & Notit. Dignit. Illustr. Diss. II. Cap. II. §. 3. p. 47. & Diss. IV. Cap. II. §. 4. p. 95. seq. L. Fellerus Animadv. in Hor. Orb. Imp. p. 204. seq. Anton. Cregutus Revelat. Arcan. Cap. XXVI. p. 902. Sim. Bornmeisterus de Erroribus Historicorum Gentilium in rebus sacris recensendis p. 34. 35. Voët. D. S. P. II. p. 1025. Car. du Fresne Glossar. T. I. p. 176.*

Magnes quadruplex.

Gallia gloriatur de magnete quadruplici, qui infinitam auri externi copiam ad se pellicit: Frumento, Vino, Sale & Cannabi, *M. Sam. Grosserus de Fœminarum meritis in Rempubl. §. 19.*

Regum annus fatalis.

Ludovicus XI. Francorum Rex, sexagesimum ætatis annum, ut fatalem sibi semper horruit, quem Francorum Regum vivendo jam inde ab Hugone Capeto, generis sui auctore, nemo transcendisset. Ipse id temporis spacium quindecim diebus excessit A. C. MCCCCLXXXIII. Decessit in suburbanis Turonum hortis, *Æmil. Lib. X. ap. Zwinger. Vol. VIII. Lib. V. p. 2187. a.* sed in hodierno Rege Ludovico XIV. A. C. 1638. nato, fallit.

REX

REX
Dominus Orbis.

Aus dem Schiff des Frantzösischen Admiral Tourville, welches nach dem See-Gefechte An. 1692. durch den Ritter de la Vall in der Bay von Cherbourg verbrannt worden/ war mit güldenen Buchstaben zu lesen:

Je suis l' Unique sur l' onde,
Comme mon Roy l' est dans le Monde.

Nob. Ziegler im Tägl. Schau-Platz der Zeit *19. Maji, n. 7. p. 586. Autor Relat. Europ. de dato* Londen *10. Jun. An 92. N. 45. p. 364.* Es ist dieses Schiff mit einigen trefflichen Bildern gezieret gewesen/ und unter andern in der Kajüte der König von Franckreich auff einem triumphirenden Thron/ die Alliirte Fürsten an Ketten haltend/ künstlich abgebildet/ *Relations-Courir N. 92. de dato* Londen vom *13. Junii.* & Anno 1679. den 11. Octob. Monsr. Colbert nach München/ um den Heyraths-Contract mit der Chur-Bayerischen Printzessin/ und den Dauphin zu schliessen/ und nachgehends bey den Chur-Printzen von Bayern Audientz erhalten/ hat er ihn folgender Gestalt angeredet: Le plus grand Monarque de l' Univers vous salüe, der grösseste Monarch von der gantzen Welt lässet euch grüssen/ *E. G. Happel.* Kern-*Chronic ad an. cit. p. 107.*

DEO prælatus.

Etliche Frantzösische Officirer aus der Guarnison von Kampen/ da sie an der andern Seite des Issel-Stroms/ beym Weine lustig waren/ und von den Helden-mäßige Thaten ihres Königs Ludovici unter einander redeten/ rühmeten sie selbige so sehr/ daß einer unter ihnen ein groß Wein-Glaß gen Himmel hub und sprach: Mon Dieu, ne soyez pas jaloux, que ie mon Roy à vous prefere, h. e. **Mein Gott! laß dichs nicht verdriessen/ daß ich meinen König dir vorziehe!** welche greuliche Worte ein ander Kriegs-Beamter hoch loben thät/ sprechende: So der Cardinal Mazarini noch am Leben wäre/ würde er euch für diese affection zum wenigsten 1000. Kronen geben haben/ *D. Misand. D. B. N. T. P. III. An. 1694. p. 221, 222.*

Ecclesiæ Filius natu maximus.

Ecclesiæ Romanæ Filii natu maximi vocantur Reges Galliæ, *Gab. Voëtius D. S. P. II. p. 793.* Filii Petri!

Filius esse Petri si vult Rex, atque fidelis.

Carol. du Fresne Glossar. p. 440.

Septimus semper captivus.

Septimus Regum Galliæ semper fuit captus; Hodiernus est septimus à Johanne Rege, ergò eadem ipsum maneant, precamur, fata, *D. Neuzel. Dial. Mensir. An. 1689. p. 52.*

Duas habet uxores, publicam & privatam.

Der König in Franckreich/ wie Priolus schreibet/ hat zwey Weiber/ Publicam, welche seines Staats Auffnehmen sey/ und privatam, so in seinem Ehe-Bette wäre; weiln nun publica denen privatis vorgingen/ so dürffte er auch seine Schwägerschafft respectiren/ wann es Ratio Status anders erfoderte/ *Dn. Zenner. Novell. Mundi Curiosi An. 1692. mens. April. p. 357. 358.*

Cur solo Franciæ titulo contentus?

Als der König in Spanien an den König in Franckreich geschrieben/ und mit seinem grossen Titul ein gantz Blatt voll gemacht/ da antwortet ihm der König in Franckreich/ und schrieb: Nos DEI Gratia, Rex Galliæ, *Galliæ*, Galliæ &c. Ratio est, quia inter leges Regni est, ut quicquid Rex acquirit, id omne Galliæ accedat, Coronæque Gallicæ innectatur, unde nihil seorsim commemorari potest, quin Galliæ nomine jam comprehendatur. Galli hanc addunt, quod id fiat ad imitationem antiqui Romani Imperii, quod unico tantum, & simplici Titulo usum fuit; Et magis affectari fruitionem divitis prædæ rerum acquisitarum, quam ornatum ex subjugatarum nationum inscriptionibus, *Becm. H. O. P. I. p. 509.*

Non moritur.

Eminens privilegium est, quando dicunt Galli: *Reges Gallie non moiuntur*: Quæ causa erat, cur Reginæ Mariæ inopinâ mariti morte consternatæ & exclamanti: *Helas! le Roy est mort!* Cancellarius actutum responderit: *Vostre Majesté m' excusera; Les Rois ne meurent point en France.* Non moriuntur autem: quia nascuntur, non eliguntur. Et sicuti in omni successione, Gallorum loquendi formula, *le mort saisit le vif*; ita in regno ubi

uno avulso non deficit alter,

agnatus proximus, si vel millesimo distet gradu; jure sanguinis protinus succedit. Quod non solum inter Principem & subditos charitatem fovet & auget: sed etiam interregni tempestates omnes prævenit, & perpetuam tranquillitatem æternitate regiæ domus firmat. In electione contra, quæ turbæ? quæ mala? quæ adfectuum & respectuum certamina? *Lanf. pro Gall. p. 194. Weidnerus Apophr. p. 433.* Der itzige König ließ ihm zu Pariß An. 1686. eine Ehren-Seule setzen/ mit dieser Beyschrifft; REGI IMMORTALI, dem unsterblichen

König/ und Tag und Nacht Lichter dabey brennen/ *Novella Hamburgenses de dato Brüssel 24. Maji An. 1686.*

Asinorum.

Carolus V. Gallos, ut Regibus suis obsequentissimos, Asinos vocare solebat *Gaffarel. Curios. Inaudit. P. I. c. I. §. 3. p. 19. Luther. Colloq. Mensal. c. XXXIII. p. 336. b. c. XXXIIX. 397. a.* Imper. Maximilianus I. dicto usurpare solebat: Se Regem esse Regum; Hispanum Regem esse hominum. Gallum Regem asinorum: quia Galliæ Rex suos subditos pro arbitrio onerare poterat nemine contradicende, ipsi verò à Germanis nihil amplius exigere, quam ultrò concessissent, licere; Hispani denique Regis suo plus pendere recusarent, quam legibus, statutis, & consvetudine tenerentur, *P. Merula Cosmogr. Part. II. Lib. II. p. 83.* Angliæ Rex Diabolorum dicitur, *Matth. Th. Hist. Th. Pr. p. 1941. b. Horn. Orb. Polit. Cap. I. §. 6. p. 9.* Der Pabst aber regiert über lauter Narren/ denn alle die/ so ihn als einen GOtt auf Erden anbeten/ sind lauter Narren/ *Zinckgref. Apoph. P. I. p. 71. 72.*

Vir secundum cor DEI.

Vid. omninò *Appar. Bibl. T. I. p. 756. seq.*

REGIS.

Hodierni nutrices.

De hoc *Grotius in Epist. 1089. p. 490.* ad Regni Svecici Cancellarium Oxenstirn ita: Delphinus jam ter mutavit nutricem. Fugiunt eum conquisitæ ad hoc fœminæ, quod ubera earum morsicando lancinet, robustus calidique spiritus puer, non sine omine futuræ rapacitatis. Et *Epist. seq. p. seq. 1. Jan. 1639.* Delphinus jam nonam nutricem fugit, aufugiunt omnes, quod mammas earum malè tractet. Deindo *Epist. 1101. p. 493.* de 5. (15. Jan.) Delphinus soluto linguæ retinaculo fugit melius, & multum lacte cocto utitur. Tandem *Epist. seq.* ad Reginam Christinam de 12. (22. Jan.) Puer Regius nunc lactat, quam ante hac melius expeditiusque, *D. Tenzelius l. c. 50.*

Nominis anagrammata.

Als der itzige König An. 1672. in Niederland einbrach/ und sich unsern Utrecht auffhielte/ hat einer diese Disticha anagrammatica ihm überreichet:

Ludo vicisti gentes Ludovice, potentes,
Sic Ludovice, tibi nomen & omen habes.
Si Ludo fortes didicisti vincere gentes,
Quid facies, quando seria bella geres?

Ein ander hat ihm dieſes Epigramma gemachet:

Una dies Lotharos, Burgundos hebdomas una,
Una tulit Batavos Luna, quid, an ne! feres?

D. Zenner. Nov. Mund. Doct. & Cur. An. 1696. p. 1155.

Communio ſub utrâque.

§. 1.

Caroli IX. Gallo-Francorum Regis, in concilio Tridentino, quod Seculi XVI. Anno XLVI. cœpit & LXIII. finitum eſt, Oratores publicâ liberâque adſerverunt voce, Galliæ Regum eam eſſe prærogativam, ut in Inauguratione ſuâ DOMINICUM accipere calicem conſveverint, quemadmodum refert Tridentini Concilii Hiſtoria, quam ſub *Petri Sparvii Polani* nomine edidit *Paulus Servita*, Theologus Venetus longè celeberrimus. Ludovici XIII. Gall. Regis A. C. CIↃ IↃCX. factam inaugurationem deſcribens *Gabr. Barthol. Gumondus Hiſt. Gall. Lib. I.* Parlamenti Tholoſani Præſes: Sacro *inquit*, abſoluto Rex à theatro in ima delapſus, duodecim miniſterio Parium corona exuitur ita Reges accedere ſoliti ad Regem Regum. Ivit humillimè, pientiſſimè, probatusque novâ inauguratione ſacerdos, *ſub utraque ſpecie* CHRISTI Corpus & ſanguinem, delibavit; quod primitus Chriſtianis omnibus, hodiè ſacerdotibus, & quia uncti Reges, & Regibus permiſſum eſt privilegio ſingulari. Ludovici XIV. moderni Gallo-Francorum Regis præpotentiſſimi, inaugurationem A. CIↃ IↃC LIV. peractam, ubi *Chriſtianus Adolphus Thuldenus Hiſtor. Europ. Lib. III.* deſcribit, inter alia: ſub finem ſacri, ait, ad cœleſte epulum Rex progreditur. Præſto ſint è veſtigio Pares, & coronam capiti ejus exemtam reverenter attollunt. Coronâ ſublatâ in genua demiſſus Rex cœleſti menſæ pius advolvitur, ſumit CHRISTUM *ſub utrâque Specie*, quod non ſolet, niſi à Sacerdotibus fieri: Sed in Regum Galliæ conſecratione, iis etiam, non ſine privilegio, conceditur.

§. 2.

Eâdem prærogativâ uſus & in Inauguratione Carolus V. Imp. Rom. invictiſſimus; De hujus enim coronatione apud Bononiam A. C. CIↃ IↃ XXX. agens *Henricus Cornelius Agrippa*, Conſiliarius Cæſareus ſcribit: Pontifex Imperatori ſacro-ſanctiſſimum Dominici corporis Sacramentum in aliâ minori hoſtiâ propriis manibus miniſtravit. Quod cum ille devotiſſimâ reverentiâ accepiſſet, ſurgens Pontificem in maxillâ oſculatur, rurſusque recumbens in genua, è manibus Diaconi Cardinalis vinum, quod vocant, perceptionis recepit, prægustante ſibi Caurienſi Epiſcopo. Hæc ille. Eundem Gallo-Francorum prærogativam in ſuâ inauguratione ſub utrâque ſpecie communicandi *ad conſvetudinem* rectiſſimè referunt CAROLI IX. Oratores. Etenim Chriſtianiſ-

nissimi Gallo-Francorum Reges Dominicum Calicem benedictum, quæ *Gnemondo* fatente, *primitus Christianis omnibus permissus est*, contra institutionem CHRISTI divinamque ejus ordinationem, & priscæ ac purioris primitivæ Christianæ Ecclesiæ doctrinam atque praxin, sibi auferri & adimi neutiquam voluerunt pati, *D. Casp. à Lilien Diss. Sacr. Philol. Histor. Theol. IX. de Regum Gallo-Francorum Prærogativâ circa Dominicum Calicem §. 1. p. 128. seq.* Gratulanda hæc felicitas Regi Galliæ, qui se vel eo nomine Christianissimum probat, quod eam sentiendi libertatem sibi sumat, neque auspicatò regnum suscipi posse credat, nisi CHRISTI sacra sarta tecta serventur, riteque peragantur, *Excell. D. D. Joh. Frid. Mayerus de Communione Regis Galliæ sub utráque §. 2. p. 9.*

GALLUS

Inversus Hispanus.

Galli ab Hispanis ita sejuncti, ut *Moebius Lib. I. de contr. humor.* Non ineptè dixerit: Gallum melius, accuratiusque definiri non posse, quam inversum Hispanum, *M.* **Gottlieb Wernsdorff** *de Characteribus Gentium §. 2.* Quamquam in religione sic satis conspirant Hispani & Galli, in moribus tamen toto cœlo inter se distant. Diversos utriusque gentis genios expressit, *Gnemond. Lib. I. p. 28. 29. G. Horn. Orb. Polit. Cap. III. §. 5. p. 59. 60.* Hispani naturâ sunt patientes, Galli impatientes, illi lenti, hi præcipites, illi consilio, hi impetu, illi cunctando, hi pugnando valent, *Horn. Orb. Imper. p. 304. & Feller. Animadv. CXIX. in eund.*

Lutetia in Belgium indusia sua lavanda mittit.

Ut Galli luculento quodam novo argumento proderent, temeritatem vestiariam sibi esse innatam, unus de illis indusia sua Lutetiâ in Belgium usque lavanda misit; lotrici pro mercede Testone (sex bacium nummo) in singula dato, *Lansf. contr. Gall. p. 340.*

In unius anni chirothecas expendit CCCC. Coronatos.

Chirothecas inficiunt odoribus, easque lucrosè distrahunt Itali; & quidam illius artificii magister à Gallo quodam, primariæ Nobilitatis Viro, pro chirothecis, in unius duntaxat anni usus venditis, accepit quadringentos coronatos, *Id. contr. Ital. p. 795.* Der Gouverneur zu Oudenarden/ ehe die Frantzosen in Flandern/ vermög des getroffenen Friedens zwischen Spanien und Franckreich Anno 1660. ausgezogen/ foderte von denen 134. Dörffern im Lande von Aelst/ eilff tausend/ und von der Gegend Ninove/ Cortrick acht

tausend/ und also insgesamt neunzehn tausend Gülden/ und zwar zu ein paar Handschue/ die er davor wollte machen lassen/ *Zeiler. Miscell. p. 191.*

GALLI
Castrati Epitaphium.

Es hat fast alle Welt bey dieses Jünglings Fall/
Die Augen naß gemacht durch Seufftzer reichen Schall.
Die Eh-Frau ebenfalls hielt hier kein Schmertz gebunden/
Weil sie ihn Hahn geschätzt/ und nun Cappaun befunden.

J. C. Helman. Grab-Schr. *p. 219.*

GALLI
XXX. Maurorum Equitum 2000. in fugam verterunt.

In bello Africano Equites minus XXX. Galli, quod incredibile dictu, Mauretum Equitum, aliquin in eò militiæ genere excellentium, 2000. in fugam totum conjecerunt, teste *Hirtio de Bell. Afric.* Unde Fuentius Comes, Hispanorum Dux in Belgio, summam inde gloriam sibi vindicavit, quod An. 1595. propè solus cunctis formidabilem Equitatum Gallicum deviciſſet, annotante *Botereo Lib. II. Comment. Gall. p. 71. ap. M.* Gottl. Wernsdorff *l. c. §. 5.*

Papæ hostes.

Semper proverbium fuit: Cave tibi Roma à Gallo! Nunquam Gallus cecinit, quin Petus fleret peccator, *Excell. Dn. Joh. Petr. Ludovici* im päpstlichen Unfug wider die Krone Preussen *Cap. IV. p. 96.*

In vestibus mutabiles.

Galli vestes indies atque adeò in horas mutant (ornatum suum in pretio vestium, aut colore, aut forma, aut usus novitate, consistere opinantes, *Joh. Saresber. Policrat. Lib. VIII. Cap. XII. p. 514.*) & quas manè gestare cœperunt, vesperi pro obsoletis habent, id demum circa cultum corporis magnificum & splendidum ducentes, quod diu magnificum, splendidumque esse non potest, ne videlicet novæ semper sumtuum occasiones desint, *Henr. Stephan. in Apol. pro Herod. p. 44.* Est autem hæc trita semita, qua compendiosissimè itur ad ptochodochium. Sed anne & Germani hujus insimulandi novitatis? Nonne & apud hos vestis serica fecem plebis tegit, & sutor sæpè tibialibus sericis comparet?

GAL-

GALLORUM

Impetus non durabilis.

Florus *Lib. II. Cap. IV.* de Gallis: Experimento deprehensum est, sicut primus eis impetus major, quam virorum est, ita sequens minor, quam fœminarum. Ita & *Livius Dec. I. Lib. X. Cap. XXVIII.* Quemadmodum & Parthi intolerandi forent, si quantus his impetus est, vis tanta & perseverantia esset, *Justin. Lib. XLI. Cap. II. n. 8.* ut apes & vespæ amisso aculeo torpent; Ita temeraria audacia post effusum primum impetum, *Tacitus III. Hist.* Jam usu hoc cognitum est, si primum impetum, quem fervido ingenio, & Cœca irâ effundunt, sustinueris, fluunt sudore, & lassitudine membra, labant arma, *C. S. M. D. in Curt. Lib. IV. Cap. XIV. p. 238.* Angnovit hoc hodiernus, Rex in suis, ideò cum Exercitus auxiliaris Gallicus in Candiâ cædi Turcicæ se incautè objecisset, Gallos ob præcipitantiam suam nunquam rei magnæ sustinendæ aptos fore dixit, ap. *D. Beeman. H. O. T. P. I. Cap. IX.* §. *3. p. 397.* Benè ergò *Euripides in Phœniss.* Melior est Dux circumspectus, quam projectè audaculus, vid. *Lipsius Polit. Lib. V. Cap. XV. p. m. 248. seq.*

Sors in Italiâ.

Ludovicus XI. Gallorum Rex (cujus post Filius Carolus IIX. regnum Neapolitanum tam leviter amisit, quam facilè acquisivit) à multis sæpè nec levibus de causis ad res Neapolitanas impulsus à Genuensibus insuper ad suæ patriæ, à patre suo Carolo possessæ, dominatum evocatus: semper Italicarum rerum curam recusavit, ratus rem esse sumtus infiniti, molestiarum plenam, ac denique regno Galliæ pernicioſam: affirmans semper, exercitus trans Alpes mittere aliud esse nihil, quam molestias & pericula infinito regni Galliæ auro & sangvine comparare, *Guicciard. Lib. I. ap. Zwinger. Vol. VI. Lib. IV. p. 1923. b.* In præsenti hoc bello & exitus acta probat.

GALLICA

Lingua.

Pro Sclavonicâ Linguâ, quam Carolus IV. Imp. in Aureâ Bullâ commendat, nunc in animos non Electorum & Principum tantum, sed omnium penè cultiorum hominum se ingessit Gallica lingua: infeliciter quidem, & deplorandâ seculi nostri calamitate, si Nobilissimum Virum *Joh. Jac. Wagnerum à Wagenfels*, Equitem ordinis Christi & Serenissimi (cui DEUS perpetuò bene faxit) Regis Josephi (Rom. nunc Imperat.) in Historiarum ac Politicæ scientia Daduchum, audimus, cujus in libro, cui nomen fecit: Ehren-Ruff Teutschlandes/

derer Teutschen und ihres Reichs / hæc *Cap. IV.* seria est testatio: In Wahrheit / wer das Ubel / welches vermög der Frantzösischen Sprach sich in unser Vaterland bißhero hat eingedrungen / recht zu Gemüthe führet / wird bekennen müssen / daß fast keine Sache zu finden / welche von der allerhöchsten Obrigkeit ehender und schärffer sollte verboten werden &c. Cui tamen sententiæ, ultra, quam hæc lingua mereri videtur, rigidæ, nos album nostrum calculum addere minimè audemus, *D. J. C. Wagenseil in Thes. Miscell. Confusaneis §. XI. p. 8. 9.* Quidam qvum à Parentibus missus esset in Galliam, ut Gallicè disceret, qvum illic egisset quatriduum, querebatur apud suos, quod nondum loqueretur Gallicè: putans hanc vim habere solum ipsum, ut quisquis adisset Galliam, illicò Gallicè loqueretur, *Zwinger. Vol. VII. Lib. VI. p. 2022. b.*

GALLICÆ

Mulieres doctiores Germanis.

Norunt enim disserere graviter & eruditè de rebus gravissimis ethicis, politicis, physicis &c. *D. Valent. Arithmæus Velitat. Feudal. Diss. V. Corull. XVIII.*

GAUDIUM

Mundanum dolor.

§. 1.

Benè *Ovidius Lib. II. Metam.*

Gaudia principium nostri sunt sæpè doloris.

πρῶτον ἡσθέντες, ὕστερον ἀλυπήθημεν, principio gavisi, post dolemus, *Isocrates in Parænesi ad Demonicum p. 25.* Crus ægrum Socrates fricabat, non sine voluptate, sed mox dolorem sentiens: Quam natura inquit, nihil admittit gaudii sine mœrore? *Drexel. in Davide Cap. VI. p. 1147.* In ipsis voluptatibus causæ doloris oriuntur, inquit *Seneca Epist. XCI.* Concinnè *Plautus in Amphitr.* Ita Diis placitum, voluptati ut mœror comes consequatur; quin incommodi plus malique illicò adsit, boni si obtigit quid. Et *Lucret. de nat. rer. L. IV.*

- - medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid quod in ipsis floribus angat.

Item *Ovid.*

- - - - nulla est sincera voluptas,
Sollicitumque aliquid lætis intervenit.

Hinc ubi mel, ibi fel,: ubi uber, ibi tuber; vinum desinit in feces; *B. Geier. Comment. in Prov. Cap. XIV, 13. p. 700.*

§. 2.

§. 2.

Meffreth *Part. æstiv. Serm. XII. p. 102.* introducit *Hugonem Lib. de Vanit. ver. mundan.* cum discipulo per modum dialogi sic loquentem: Discipulus dicebat: videre se navigantes in mari in magna tranquillitate & aëris serenitate, hominesque in navi discumbentes ad epulas, & canentes *in lyrâ, & tibiis, & citharis*, & in omni genere dulcis cantilenæ auditum mulcentes, piscesque in omni lætitia alludentes. Cui Hugo: Quid tibi videtur? Respondit discipulus: quid nisi magnum gaudium, magnaque jucunditas, & si posset esse diuturna felicitas. Et Hugo: istud ergo est propterea, quia mundus tibi placet. Discipulus: Cur mihi displicere debeat, ignoro. Hugo: Fige paulisper oculum, donec videas finem. Et post paululum: Quid, *inquit*, vides? Discipulus: Video, *inquit*, nigrescere cœlum, nubes ventis agitari, mare conturbari, fluctus intumescere, & navim quasi è fundo everti. Hugo: quid tibi videtur? Discipulus: Heu qui laudem? O miseri, quid vobiscum in mari? O infelices! *Ecce illa lætitia vestra, quomodo tàm citò immutata est? & vita vestra ad quam miseriam devoluta?* prius vobis exultantibus pisces maris alluserunt, nunc vos naufragos & submersos miserabiliter in pastum recipiunt. Hugo: quid tibi videtur? Discip. *Vanitas est, & vanitatum vanitas.* Similem Dialogum fecit Hugo de Mercatoribus, per viam cum multis & magnis mercibus, de omni genere pretiosarum rerum, cum magno gaudio incedentibus, quibus ex improviso supervenit cuneus armatorum, qui omnia rapuerunt, & viros, qui effugere non poterant, occiderunt. Quæ videns discipulus exclamavit: ô miserum gaudium! *mundi vanitas, & vanitas vanitatum!* Similes Dialogos fecit in eodem libro de divitibus, de nuptiis, proponens multa & varia eorum gaudia, sed omnia tandem cum tristitia concluduntur, *M. Bauman, Anal. Sacr. Typ. Art. III. Punct. I. §. 18. p. 208. 209. Drexel. Prodr. Æternit. C. p. I. §. 32. & in Josepho Cap. VII. §. 1. p. 716. 717.*

Das was uns izo nur erfreuet und ergetzet/
Dasselb uns bald hernach betrübet und verletzet!

Vid. Tit. *Doloris Gaudiique vicissitudo.* Sicut in cœlo pura & mera sunt gaudia, in inferno puri & meri dolores: Ita in terra, quæ inter cœlum & infernum media est, permiscentur gaudiis dolores, *D. Weberus Art. Convers. Reg. I. S. III. §. 96. p. 32.*

Impostura.

Imperator Musulmannorum Ali dicit: Gaudium hominis in hoc mundo est impostura. Mundus est deceptio, *Joh. Henr. Hottingerus Hist. Orient. Lib. II. Cap. VI. p. 513.*

Instabile & vanum.

§. 1.

Exempla variantis fortunæ, inquit *Plinius N. H. Lib. VII. Cap. XLII. p.m. 119.* innumera sunt. Et enim quæ facit magna gaudia, nisi ex malis; aut quæ mala immensa, nisi ex ingentibus gaudiis. Bey dem Einzuge des HErrn JEsu in die Stadt Jerusalem war alles vollet Freuden/ Luc. XIX, 37. 38. Matth. XXI, 10. Und doch mitten in dieser Freude/ lauffen ihm die Thränen über die Backen/ Luc. XIX, 41. anzudeuten/ daß keine Freude auf dieser Welt beständig/ sondern mit Thränen/ Creutz und Leyd angefüllet und vermenget sey. Da *Ammon* gedachte am lustigsten zu seyn/ da wurde er ermordet/ 2. Sam. XIII, 28. Da Jesabel sich am prächtigsten gedachte zu schmincken/ wurde sie vom Königl. Pallast herab gestürtzet ꝛc. 2. Reg. IX, 30. Da *Haman* die grösseste Freude erst zu genieſſen gedachte/ kam er an Galgen/ Esth. VII, 9. *Belsazar* war lustig/ aber ꝛc. Dan. V. Da *Holofernes* noch viel auszurichten gedachte/ wurde ihm der Kopff abgeschlagen/ Judith. XIII, 9. Da der *Philister*-Fürsten gedachten ihre Lust mit dem Simson zu haben/ ward ihre Lust in Unlust und Traurigkeit verwandelt/ indem das Haus auf die Fürsten und alles Volck fiel/ und sie erschlug/ Jud. XVI, 30. *D. Christoph. Nicolai* Evang. JEs. Fr. *P. III. p. 24. 25.*

§. 2.

In hac omni vitâ nullum tam optabile aliquod bonum est, quod non mixtum aliquo mœrorum poculo, *Lipsius Cent. I. Epiſt. XLIII.* Et *R. Moses Barcesa Lib. de Pænit.* Peccatum initio supra modum placet, & in fine luctum parat patranti. Der Schmetterling bildet sich bey dem brennenden Lichte eine Freude ein/ aber wenn er hinzukommt/ so verbrennet er sich/ dazu schrieb jener:

GAUDIA SPERAT.
Verhoffte Freude/
Wird zu Leide.

Dieser Wurm ist ein Bild eines Welt-lustigen Menschen/ der sich bey der Wollust viel Freude einbildet/ aber darüber verdirbet. Wenn ein frommer Christ mit recht geistlichen Augen die Welt-Freude ansiehet/ so ist es in Wahrheit nichts anders/ als eine läppische Kinder und Puppen-Freude. Wann wir sehen/ wie die Kinder mit einander spielen/ sie bauen Häuser/ reiten auf Stecken/ zehlen einander Steingen oder Zahlpfennige vor gut Geld zu/ sie machen einen zum Könige/ stellen Gasterey an/ und nehmen andere dergleichen Dinge für/ so wissen sie sich sehr viel damit/ sie bilden sich ein/ es sey was rechtes/ und nicht geringe Sachen/ wir Alten aber lachen darzu/

und

und verwundern uns / wo doch die Einbildung über solche nichtige Dinge herkomme / und was sie für Vergnügen in dergleichen suchen können / welches Gleichniß der Chrysostomus stattlich an einem Orte ausführet ; Eben so ists beschaffen mit aller Welt-Hertzen ihrer Welt-Lust und Freude / wenn ein frommer Christ es recht ansiehet / so befindet ers allerdings einer Kinder-Freude gleich / gesetzt / daß auch grosse Herren allerhand Lust anstellen / so kommt mirs nicht anders für / als wann die Kinder spieleten. Denn man sehe nur an / ist etwann zu Hofe eine Wirthschafft / Königspiel / sind Auffzüge und Auffführung allerhand Nationen / hält man Ringel-Rennen / Thurnire / tantzt man Ballette, und stellet anders mehr an / so lästs nicht anders / als wann ein Hauffen Kinder beysammen wären / so schön angeputzet / und sich einer so / der ander anders angestellet hätte / ist das Spiel aus / so redet man davon / wie die Kinder von dem / was sie gestriges Tages fürgenommen haben / *D. Misand.* Cr. des Fl. *p. 269. 271.*

§. 3.

Einer legte die Freuden der Welt also aus: Freude über Macht und Herrlichkeit / ist eine **Blumen-Freude**; Freude über Fressen und Sauffen / ist eine **Sau-Freude**; Freude über Reichthum / eine **Dorn- und Distel-Freude**; Freude über Gesundheit und Schönheit / eine kurtze *Aprillen*-Freude. Es ist ja wohl Freude in den Creaturen / aber sie ist mit Bitterkeit vermischet / und gebieret bald einen Eckel; das **Honig** ist ja wohl süsse / wenn mans aber zuviel isset / bekommts einem übel. Die Welt-Freude ist eine elende Freude / denn es können nicht so viel Tropffen im Meer seyn / als viel Elends im menschlichen Leben ist / *Müller.* **Liebes-K.** *P. I. Cap. XIII. p. 303.* In diesem Leben führet alle Lust eine Unlust mit sich / ja alle Ergetzlichkeit ist also beschaffen / daß sie kan zu Gifft werden / wann sie übermäßig gebraucht wird / und gehet damit / als wann eine **Imme** in ein gantz Gefäß voll Honig fällt / oder wie jenem Hertzog von Clarentz in Engelland / welchen sein Bruder der König / in einem grossen Gefäß voll Malvasier ersäuffen ließ. Die Rosen dieses Lebens haben ihre Stachel / aus der Lust wird manchmal eine Last / Scriv. N. **Creat.** *Dom. II. p. Trin. p. 63.* Hier in diesen Welt-Freuden ist alles gemenget ; Hat man gegessen und getruncken / so hat man / wo ein wenig die Sache zu viel geschehen / Drücken und Beschwerung darauff. Neben dem Leben stehen die Kranckheiten / als des **Todes Trabanten** und Vorboten; Neben den Rosen wachsen zunechst stachlichte Dornen / darinn man sich sticht. Hat ein Land köstliche **Pomerantzen** und **Citronen** / so hats gewiß auch **Scorpionen und Schlangen**; Ist es lange nach einander schön **Wetter** / so kommet mehrentheils schädlich **Ungewitter** darauff:

auff: findet man in der See Perlen / so seynd schädliche See-Fische nicht weit davon/ die leichtlich einen um ein Glied des Leibs / wo nicht gar ums Leben bringen / *Geier.* Zeit und Ewo. *Dom. VII. p. Trin. p. 432.* gleichwie die blühende Bäume offters gute Hoffnung machen / die Früchte im Herbst mit Freuden zubrechen/ aber vielmahls durch einen schädlichen Mehl-Thau die Raupen entstehen / die die Blüte samt den Blättern verzehren/ und die blossen Zweige/ als vom Feur versenget/ hinterlassen; So gehets auch mit der Freude/ ehe man sich versiehet/ verrauchet sie wie ein Dampff/ und wenn wir meynen/ unsere Glückseligkeit stehe in voller Blüthe / und machen schon Anstalt ihrer nach Wunsch zu geniessen/ so ists im Augenblick geschehen / daß sie wie ein Schatten sich verlohren hat/ Gottholds And. *Cent. I. M. XXIII. p. 34.*

§. 4.

Gleichwie das Queck-Silber sich schwerlich erhalten läßt/ wann es erwarmet: Also die Welt-Freude/ wann sich der Mensch derselben am besten zugebrauchen gedencket/ so weichet sie; Die weltliche Freude ist wie der Rosen-Stock/ der eine kurtze Zeit grünet und blühet/ hernach nur Stacheln und Dornen behält; Wer heute reich ist/ der kan morgen arm seyn; Die heute einen Mann hat/ kan morgen eine Wittwe seyn; Die heute Kinder hat/ kan morgen einsam seyn; Die Bäume/ so itzo mit Laub und Früchten gezieret sind/ werden bald kahl und aller Zierde beraubet seyn/ *Scriv. N. Creat. Dom. XVI. p. Trin. p. 809.* Gleich ist die Welt-Freude einer Wachs-Kertzen/ die/ indem sie brennet/ sich selbst verzehret/ und endlich mit einem Dampff ausgehet. Gleich ist sie dem Kürbis Jonas/ und verdorret offt in einer Nacht/ Müll. Evang. Schl. K. *Dom. Jubil. p. 544.* Die Welt-Freude ist wie das grünen der Meyen/ die man ins Wasser setzet/ welches nur wenig Tage währet; oder wie das Schreyen der Frösche in den Sumpffen und Pfützen/ welche/ wenn das Wasser in der Sommer-Hitze ausgetrocknet ist/ ein Ende hat/ *Scriv.* S. S. *P. V. Conc. III. §. 68. p. 244.* Die Welt-Freude gleichet einem Todten-Grab / welches von aussen mit Blumen gezieret/ und inwendig mit Stanck angefüllet; Denen Pillulen/ die überauldet und überzuckert/ in der Mitte aber so bitter als Enzian und Gallen ist; Dem schönen Adams-Apfel/ der dem Mund wohl geschmecket/ und das Hertz vereifftet hat; Einem niedlichen Biß-lein/ mit welchen der unvorsichtige Fisch den Angel einschlucket! Einer grünen lustigen Wiesen/ über welche ein armer Sünder zum Hochgericht geführet wird/ Otto Tugend-St. *p. 685. ap. Rev. D. Joh.* Christ. Gerstäcker im Vorrath von schönen Gleichnissen *p. 391. seq.*

Inxti-

Inæstimabile.

Joh. Boissardus schreibt in vit. & Icon. Sultan. Turc. p. 229. von der Abyssiner Königreich/ daß dasselbe gaudium inæstimabile, & gemma pretii indicibilis von ihnen genennet werde/ eine unschätzbare Freude. Ja ein Edelgestein eines unaussprechlichen Werths. Der König will allein diesen Titul haben/ daß man ihn nennen soll: Thus virginis, einen Weyrauch der Jungfrau. Unser Christ-Kindlein ist ein HErr aller Herren/ und &c. 1. Tim. VI, 15. Apoc. XVII, 14. und hat ein Reich/ da er nicht nur über zwey und siebenzig Könige/ wie der Abyssiner König/ sondern über alle Käyser und Königreiche der Welt zu gebieten hat. Ja er hat ein ewiges Freuden-Reich ꝛc. *Vid. D. Christ. Nicolai* Evang. Jes. Fr. *P. I. p. 149.*

Magnum annuncio vobis.

Simulac Pontifex electus Cardinalis Prior Diaconus accurrit ad fenestram, quæ vergit ad aream Petrinam, protensaque crucis, quæ ipsi præfertur, figurâ populo inspectanti, & circa meridiem ferè, aut vesperam alias confluenti, areamque celebranti acclamat: Annuncio vobis gaudium magnum, habemus Papam! *D. Joh. Frid. Mayerus Comment. de Electione Rom. Pontif. Cap. VII. §. 3. p. 170. Joh. Wolffius Lect. Memor. Cent. XV. p. 868. a.*

Infelix propter captum Joh. Frid. El. Sax.

Vid. Tit. *ἐπιχαιρεκακία*, & *D. Mis.* Cr. d. §l. *p. 243. seq.*

An mœror hominem magis afficit?

§. 1.

Freud und Leid sind zwey Affecten, welche beyderseits über des Menschen Gemüth grosse Gewalt haben/ und man deßhalben nicht weiß/ welcher man die grösseste Stärcke geben soll. Man muß es gestehen/ daß die Betrübniß das vollkommene Wesen der Dinge vernichtet und ruiniret/ die Freude oder Wollust aber/ weil nur zufällig und vergänglich/ ist so beschaffen/ daß ohne ihr das Wesen eines Menschen bestehen kan/ welches durch Betrübniß gantz und gar verdorben wird. So starb Licinius für Hertzeleid/ als er sich der Bestehlung des öffentlichen Schatzes überwiesen sahe/ und Julia die Tochter des Cæsaris, da man ihr die blutige Kleider ihres Eh-Gemahls Pompeji zeigte. Doch muß man auch sagen/ daß die Freude eine sehr hefftige passion sey/ welche indem sie die beliebten objecta durch die Sinnen der Phantasie fürstellet/ die Vernunfft des Menschen so sehr ruiniret und bemeistert/ daß ihm gleichsam alle Freyheit seiner functions benom̃en wird/ und dahero die Freude fast mächtiger als die Betrübniß zu seyn scheinet. Weßwegen man bey dem Hieronymo von einem Christen lieset/ welcher ihm seine eigene Zunge abgebissen/ um die

Kitzelung der Wollust/ so in ihm zwey unkeusche Weiber erreget/ durch den Schmertzen zu vertreiben. Und Aristoteles die grosse Macht der Wollust betrachtend/ gibt den Rath/ solcher am besten zu widerstehen/ wenn man sie nicht von forne beschauet/ wann sie sich uns præsentiret/ sondern von hinten/ indem sie uns mit zurück gelassenem Stachel einer bittern Betrübniß verlässet. Denn so könne man den Schaden/ so sie uns zufüget/ am besten erkennen. So ist derhalben unsere Meynung diese/ daß man keinen von diesen affecten ertragen kan/ wenn darin die Maaß überschritten wird/ weil wir wissen/ daß so wohl die übermäßige Freude/ als die unmäßige Betrübniß manchen Leuten den Tod verursachet. Wovon uns Diagoras Rhodius ein Exempel seyn kan/ welcher/ da er seine drey Söhne auff einen Tag zugleich als Uberwinder in den Olympischen Spielen gekrönet sahe/ für Freude plötzlich gestorben/ *Autor Relat. Europ. An. 1700. N. 59. p. 457. 458. Quæst. CXVI.*

§. 2.

Dionysius und Sophocles sollen für Freuden über den gewonnenen Preißern andern Comœdien Spielern gestorben seyn/ (vid. omninò *Aulus Gellius Noct. Attic. Lib. III. Cap. XV. p. 133.*) Schrecken und unversehene Traurigkeit tödten den Menschen durch die violente Bewegung derer Lebens-Geister/ und ihrer drauff folgender engen Zusammenziehung/ durch welche ineinander Dringung alle Zugänge zu ihnen verstopffet/ und sie aus Mangel der Lufft ersticken müssen. Denn so bald es dem Hertzen an respiration fehlet/ so ist es mit des Menschen Leben gethan. Freude hat dieselbe Wirckung/ aber aus contrairen Ursachen/ nemlich durch die allzugrosse Zerstreuung derer Lebens-Geister. Die/ welche für Freuden sterben/ sind gemeiniglich von einem sanguinischen/ delicaten und flüchtigen Temperament, so daß/ wenn bey ihnen die Freude diese Zerstreuung derer Lebens-Geister verursachet/ und dadurch das Hertz von ihnen ohne Hülffe gelassen/ und die Respiration durch Stopfung der Lufft-Gänge gehindert und anffgehalten wird/ sie unter dieser passion den Geist auffgeben müssen/ *Relat. cit. Anni ejusdem N. 95. Quæst. CLXXXVIII. p. 737. 738.*

§. 3.

Magna vis in morbis gignendis est animi motuum & affectuum; inprimis *iræ, gaudium, timor, mœstitia*, si modum excedant, magnas in corpore mutationes efficiunt. In irâ enim spiritus & sanguis in corde quasi effervescit, & cum impetu ab interioribus ad exteriora movetur. Unde *iræ*, spiritus atque humores turbare atque agitare, & accendere, corpus universum calefacere, febresque generare potest. Patiuntur etiam irati tremores artuum cordis palpitationem, convulsiones quandoque, & mulieres interdum abortiunt. Nemo tamen ex

irâ

irâ mortem proximè obiit, utpote in qua nec calor exstinguitur, nec suffocatur, sed liberè saltem atque cum impetu per universum corpus fertur. Nam quod ex ira nonnulli mortui dicuntur, id intermediis aliis affectibus, nimirum apoplexiâ, vel epilepsia, ex agitatione humorum excitatis, factum est. *Gaudium* verò &si, si moderatum sit, totum corpus, atque inprimis Cor & spiritus vitales recreat: tamen si nimium sit, spiritus per id adeò dissipari & cor deserere possunt, ut observatum sit, quosdam ex profuso gaudio repentina morte exstinctos fuisse. *Timor* & *pavor* etiam insignes in corpore mutationes efficiunt. Nam in iis calor omnis & spiritus ac sanguis exteriora deserunt, atque ad cor subitò revocantur, unde vires resolvuntur; & pulsus fit parvus cum extremorum refrigeratione; testanturque historiæ, quosdam metu mortis & pœnarum unica nocte canos factos fuisse, quas collegit *Schenckius Lib. I. Observ. I.* Imò in nimio metu & pavore, suffocato calore, quosdam mortuos esse, quoque observatum est: Sicut & illud quosdam ob terrorem & metum convulsione correptos & extinctos fuisse, ut apud *Platerum Lib. I. observat.* videre est. *Mœstitia* tandem tam subitas quidem mutationes in corpore, ut timor & pavor, non efficit, tamen sensim & paulatim id plurimum immutat. Spiritus enim dissolvit, corpus refrigerat & siccat, concoctionem vitiat, vigilias inducit, & morbos melancholicos generat, *D. Dan. Senertus Instit. Medic. Lib. II. P. II. Cap. II. p. 224. & Lib. IV. P. I. Cap. V. p. 861.*

Rudolphi in patriam reversuri.

Cum Rudolphus ex Hispaniâ à Patre Maximiliano Viennam, in patriam, evocaretur, tantum apud eum fuit gaudium, ut abitum antecedente totâ nocte dormire non potuerit. vid. *Nob. Ziegler.* im tägl. Schauplatz der Zeit *10. Jan. n. 7. p. 23.*

Apostolorum quandò impletum?
Joh. XVI, 22.

Quidam statuunt, tum demum illud esse impletum, quandò CHRISTUS Apostolos omnibus vitæ hujus miseriis ac doloribus defunctos ad se in cœlum recepit, & beatificâ sui visione eos exhilaravit, argumentis permoti potissimum duobus: tum quod in illâ die gaudii sui CHRISTUM non amplius dicantur interrogaturi, id quod hujus vitæ imperfectioni & mutabilitati non videtur convenire; tum quod gaudium ejusmodi promittatur, quod non sit Apostolis iterum auferendum. Quidam existimant, in effusione Sp. S. die Pentecostes factam hanc CHRISTI promissionem in Apostolis fuisse completam, argumento permoti eo, quod post resurrectionem CHRISTUM videntes, ipsum adhuc de quibusdam interrogaverint, Joh. XI, 21. Act, I, 6. cum tamen in illâ

die

die nihil quicquam dicantur interrogaturi. Quidam verò ſtatim poſt reſurrectionem hoc impletum eſſe ſtatuunt, cum Johannes diſertè teſtetur, Apoſtolos, viſo poſt reſurrectionem Domino, magnoperè gaviſos fuiſſe, Joh. XX, 20. ac poſtquam CHRISTUM in cœlos aſcendentem viderant, Hieroſolymam rediiſſe cum gaudio magno, Luc. XXIV, 52. ſed inter has expoſitiones nulla eſt contrarietas, ſed ſibi invicem ſubordinantur. Hæc enim CHRISTI promiſſio de ſui viſione, & Apoſtolorum lætitiâ ex eâ oritura impleri quidem cœpta in *gloriosâ CHRISTI reſurrectione*, quandò ipſum ex mortuis reducem magno cum gaudio viderunt, Joh. XX, 20. & *in SPIRITUS SANCTI effuſione*, quando in ſpirituali viſione fidei confirmati, quævis adverſa propter Evangelii confeſſionem perferenda læto animo ſuſtinuerunt, Act. V, 41. perfectè autem impleta eſt *in beatificâ CHRISTI viſione*, quandò animæ ipſorum à corporibus ſolutæ in cœleſtem gloriam translatæ, CHRISTUM à facie ad faciem viderunt, ac implenda adhuc reſtat in die judicii, quandò animæ ipſorum & omnium electorum cum reſuſcitatis corporibus unitæ, ad intuitivam & beatificam DEI & CHRISTI viſionem evehentur, & ex eâ ἀνεκδιήγητον lætitiam percipient, *Gerhard. Evang. p. 1553. ſeq. ap. M. Harm. Otton. U ſinum in Faſciculo Quæſtionum in Theologia admodum vexatarum Q. CLXXX. p. 241. 242.*

Nullum ſine DEO verum.

Deut XIV, 26. legitur: *Et comedes ibi coram Domino* In de jactatum apud Talmudicos proverbium: אין שמחה בלא בשר Non eſt lætitia ſine carnibus; quo volebant ſignificare, nullum eſt verum gaudium, quod non fieret cum Domino, *Ezgius ad h. l. in Op. Anglic. Crit. Sacr. T. I. p. 1230. & Grotius ad h. l. ibid. p. 1233.*

Sine virtute.

Rectè *Senecæ Ep. XXVII.* Sola virtus præſtat gaudium perpetuum ſecurum. Et *Ep. LIX.* Sapiens nunquam ſine gaudio eſt, gaudium hoc non naſcitur, niſi ex virtutum conſcientia. Non poteſt gaudere, niſi fortis, niſi juſtus, niſi temperans. Et Poëta;

Gaudia vera dabit mens omnis criminis expers,
Heu mihi! quam pauci gaudia vera ferent.

* * * * *

Ein unbefleckt Gemüth kan wahre Freud erregen/
Ach! aber wenig ſieht man wahre Freude hegen!

D. Dexelius im Emblemat. Tugend- und Laſter-Platz *p. 877.*

Verum in DEO.

Man ſehe alle Creaturen in der Welt an/ woher haben ſie ihre

Freude

Freude / die sie denen Menschen mittheilen können? von niemand als von GOtt / welcher ihnen ihre gute Krafft und Sutzigkeit verliehen hat / wie nun der es am besten hat / der die Quelle und einen gantzen Strom besitzet / als der ein geringes Regen-Bächlein hat / so nicht lange bestehet. Das Bächlein Crith / zu Eliä Zeiten / hatte anfangs etwas Wasser / aber hernach vertrocknete es auch / da war die Freude aus / 1. Reg. XVII, 7. Also ist die beste Freude frommer Hertzen der Schöpffer aller Creaturen selber / gegen welche alle Welt-Freude / Lust und Ergetzlichkeit / wenn sie gleich auf einen Hauffen beysammen lege / nur ein elendes Strömlein / oder gar nichts gegen den Schöpffer aller Freuden / da werden die Menschen truncken ꝛc. Psal. XXXVI, 9. *D. Miss.* Cr. des Fl *p. 265.* die Welt-Freude währet kaum einen Augenblick. Sie ist gleich einem Hause / das auf den Sand gebauet ist / kommt ein kleiner Creutz-Sturm / so wirfft er das gantze Haus um. Die Göttliche Freude bestehet in der Trübsal / wie ein Haus / das auf einen Felsen gegründet ist / das stehet unbeweglich / wenn gleich die Wellen toben / und die Winde stürmen: laß sich alle Teufel und Menschen mit einander verbinden / was gilts / ob sie mit ihrem Wüten ein Hertz / das in GOtt frölich ist / werden betrüben können / *Müll.* Geistl. Seelen-*Music. Med. V. p. 70.* die Welt-Freude ist wie Hagars Flasche / die bald leer wird / die keinen Trost geben kan: die himmlische und Göttliche Freude ist wie eine stetig und nimmer versiegende Quelle / daraus man immer schöpffen kan Trost um Trost / *Sonn.* Gedenck-Spr. *Fest. Visit. Mar. p. 944.* die Welt-Freude ist wie ein Regenbach / der in der grössesten Hitze versieget; die Geistliche und himmlische aber / wie eine lebendige Quelle / die ins ewige Leben quillet / *Id.* Siech- und Sieg-B. *P. I. Med. X. §. 11. p. 149. op. D.* Gerstäcker / *c. p. 389. 391.* derowegen

Weg du Lust der tollen Welt
Kurtze Zeit kanst du vergnügen!
Was der tollen Welt gefällt /
Sollte sich das zur Seelen fügen:
Zu der Seel' / die sich ergeben
JEsu dir mit Leib und Leben:

Wohl allen / bey denen es heist:

Schönster Bräutgam! süsse Lust /
Ausser dir soll mir auf Erden /
Nichts von Lust sonst seyn bewust /
Soll auch wohl nichts liebers werden.
Du nur / JESU! solle allein
Meine Lust und Freude seyn!

Denn
Keine Lust ist auf der Welt/
Die mein Hertz zu frieden stellt.
Dein/ O JEsu/ bey mir seyn/
Nenn ich meine Lust allein!

D. Dexel. Theat. Histor. Curios. Tit. XLVII. p. 289. 292.

Cœleste felicitatis cumulus.

§. 1.

Der rechte Smaragd hat eine solche hohe grüne Farbe / iemehr man ihn ansiehet / iemehr man ihn ansehen will / daher schrieb jener darzu:

RECREAT, NEC SATIAT.

Wer ihn gesehen hat/
Wird sehens doch nicht sat!

Was kan man auf die Freude im ewigen Leben ziehen / denn derselben werden die Auserwehlten soviel geniessen / und doch nicht damit ersättiget werden können / Gregor. ita: in istis appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit, augent enim Spirituales deliciæ appetitum in mente, dum satiant, Bernhardus. Erit ibi cumulus felicitatis, supereminens gloria, & superabundans lætitia. O igitur gaudium, exclamat Augustinus, super omne gaudium. Gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium, *D. Mis. l. c. p. 744.* Oculus non vidit, quia non est color; auris non audivit, quia non est sonus; nec in cor hominis descendit, quia cor hominis debet illuc ascendere, *August. ad Dioscorum.* Vid omnino *D. Christ. Nicol. E. I. F. P. II. p. 116. seq.*

§. 2.

Augustinus gedencket in einer Epistel an Cyrillum, wie er ihme fürgenommen an Hieronymum, der dazumal zu Bethlehem gewesen / zu schreiben und zu bitten / daß er ihm doch den Zustand und die Herrlichkeit des ewigen Lebens schreiben wolle. Ehe aber sein Schreiben an ihn gekommen / ist Hieronymus gestorben / darüber Er sich hertzlich betrübet. Er habe aber hernach im Traum ein Gesicht gehabt / darinn ihm Hieronymus erschienen und gesagt: Siehe Augustine, kanst du die Sterne am Himmel / oder den Sand am Meer / oder die Tropffen im Regen zehlen? und als er es für unmüglich gehalten / hat Hieronymus gesagt: das sey leichter / als daß einer die Freude des ewigen Lebens aussprechen sollte / denn es sey ein solches Werck / davon er gesagt: nisi ipse vidissem, nunquam credidissem; wann ich es mit meinen selbst eigenen Augen nicht gesehen hätte / so hätte ichs nicht geglau-

bet /

bet / ja es sey alles / was er ihm in dieser Welt davon eingebildet / wie ein Kinderspiel / ja wie nichts zu achten / *D. Nicol. l. c. p. 159.*

GENOVEFA

Parisiorum Patrona.

In Franckreich schätzete man es An. 1696. für ein grosses Glück / daß die Theurung / so in etlichen vorhergehenden Jahren / sonderlich in Paris / verspüret worden / nachmahlen durch eine reiche Ernde sich wiederum verlohren hatte; Und weiln zuvor die heil. Genovefa, als Patronin der Stadt / um Aenderung der schlimmen Zeit war angeruffen worden: So hat im April der Magistrat zu Paris / zur Danckbarkeit ein kostbares Gemählde ihr zu Ehren verfertigen / in ihre Kirche zum steten Andencken auffhengen / und folgende Verse darbey schreiben lassen:

Urbs jam passa famem, messisque incerta futuræ,
Patronam implorans, supplicat illa DEO.
Rumpuntur Nubes, seges arida crevit ab undis,
Obstupuit fruges terra beata suas.
Regia ne steriles timeas urbs amplius annos,
Fundus non mendax stat GENOVEFA Tibi.

*** ***

Als Hunger diese Stadt in harte Dürre drückte /
Und sie zu guter Ernd gar schlechte Hoffnung sah:
Bat sie die Helfferin / die ihre Fürbitt schickte
Zu GOtt / und siehe / da war eilends Hülffe da.
Die Wolcken rissen aus / die wohlgetränckte Erde
Sieht mit Verwunderung nun ihren Reichthum an.
Drum sage nicht Paris / daß es mehr theuer werde /
Dein Grund ist *Genovef*, der dich nicht triegen kan!

oder wie es andere übersetzet haben:

Es kam die Hungers-Noth zur guten Stadt Paris
Und künfftig dorffte man sich nicht vielmehr versprechen:
Doch ihre Helfferin / so *Genovefa* hieß /
Bath GOtt / da sahe man die Wolcken eilends brechen /
Daß Erdreich ward erfrischt / die Erndte kam vergnügt /
Und künfftig soll Paris kein theures Jahr erzehlen /
Wann *Genovefa* nur für GOttes Throne liegt /
So kan es ihr gewiß an keinem Glücke fehlen!

Hic DEUS nihil fecit! *Rev. D. Dexelius Theat. Hist. Curios. p. 233. 234.*

GENTES

Omnes ad CHRISTUM ductæ.

Quando Jacob, Gen. XLIX, 10. dicit: וְלוֹ יִקְהַת עַמִּים Cabbaliſtæ ex Ebræo nomine conſtructo יקהת omnes populos Meſſiæ adhæſuros colligunt, ſecundum literarum ſeriem, quas in voces Germanicas transformant integras, nempè **Jüden/ Chriſten/ Heyden/ Türcken**/ quibus hodiè omnium populorum agmen verè abſolvitur in univerſo terrarum orbe, *B. D. Mich. Walthervs Exercit. Bibl. Diſſ. I. §. 123. p. 63.*

GENUA

Sontium receptrix.

Ita vocatur à *Poſſevino in Appara. v. F. Vamblus*, quod Reformatos è Galliâ profugos in Eccleſiæ gremium reciperet, & in Reipubl. cives adoptaret, *D. Frid. Ulric. Calixtus Diſſ. Th. de Pœnis Hæreticorum Cap. V. §. 23. p. 107.*

Habet mare

Sine piſcibus, viros ſine fide, fœminas ſine verecundiâ! *Lanſius contr. Ital. p. 790. Dn. Zenner. Novell. Mund. Doct. An. 1695. menſ. jun. p. 390.*

GENUÆ

8000. Sericorum textores.

Mediolani tanta mechanicorum frequentia, ut totam Italiam artifices Mediolanenſes opibus & mercibus ſuis inſtruant, unde & proverbio Itali dicunt: Chi voleſſea reſtaurare l' Italia, ruinarebbe Milano, i. e. *qui Italiam reſtaurare vult, Mediolanum prius funditus deſtruat*, Vid. *Webers* **Unterredt Kunſt/** *P. I p. 404.* Genuæ 8000. ſericorum textores eſſe dicuntur, *M. Joh. Henr. Erneſti. de non indignâ Principibus delectatione ab artibus Mechanicis petitâ* §. 5.

GENUENSES

Piſces maris.

Pabſt Julius II. hat die Spanier Volucres Cœli, die Vögel des Himmels zu nennen pflegen/ weil ſie nach hohen Dingen ſtrebten; die Genueſer Piſces maris, die Fiſche im Meer/ anzudeuten/ daß ſie ſich auf dem Meere nehreten; die Schweitzer Pecora campi, das Vieh auf dem Felde/ weil ſie ſich von ihrer Viehzucht erhielten; die Franzoſen und Teutſchen vari

am-

amphoras, Wein-Fässer / weil sie starck tränckten / *Emsm. Francisci* Geschicht- Kunst- und Sitten-Spiegel *Lib. II. Cap. XXXIX. p. 840.*

Perfidi.

Habentur Genuenses parum hospitales, & lucro inhiantes ; foris splendidi, domi tenaces. Fœminæ splendidè vestiuntur : juniores in luxum profusæ, vergentes ætate, ad pietatem feruntur. Galli perfidiæ eos haud obscurè insimulant : Quare, qvum sese obtulissent in tutelam Ludovici XI. Regis Galliæ, ipse eos dæmoni addixit, tanquam tali domino dignos, *Joh. Buno Introd. in C'uv. Geogr. Lib. III. Cap. XXXVI. p. 345.* Dicitur & virtutem à Genuensibus centum milliaria distare. Unde Scaliger:

Genuensis osor pacis, ac boni moris:
Unus Britannis tetrior Ligur cunctis,
Saxicola, pelagi cursor, invidus, spurcus,
Famelicosus, turpis, archipirata,

Lans. l. c.

GENUENSIS

Quædam impudico dicterio designat Nobilitatis originem.

Nequam illam mulierem Genuensem omnibus infamiæ pœnis affecerim, quæ uxori cujusdam Doctoris, nullis imaginibus clari, impurissimo & petulanti ore dixerat: Non esse pennam, quæ faceret Nobilitatem, sed penem, *Lans. p. 502.* Sed clarior quem virtus, quam quem venter Matris Regem facit, dicebat Stephanus Rex Poloniæ Johanni Basilidi ap. *D. D. Beeman. Notit. Dignit. Illustr. Dissert. IX. §. 9. p. 298.* Non gens, sed mens! Erat Symbolum Julii Æmiliani Imp.

Aus Tugend / reichen kecken Muth
Kommt Adel her / nicht aus dem Blut!

Everh. Guern. Happelius Thesaur. Exot. Part. III. p. 156.

Sint tibi Gallorum Rex & Regina Parentes,
Et maneat virtus pectore nulla tuo:
Non tanti faciam te, quam tibi rustica mater
Si sit, & ignotus rusticus ipse Pater.

D. Christ. Matthia Theat. Hist. Tv. Pr. p. 539. D. Henr. Habnius Diss. Jurid. Politic. de Jure Nobilium singulari §. 16. Genuenses privilegio Innocentii IV. nunquam sedis Pontificiæ excommunicationem incurrunt, *Acta Erudit. Lips. An. 1691. mens. April. p. 156.*

GENUENSIUM

Dux.

Apud Genuenſes DUCIS Titulus nomen officii eſt, denotatque ſummum caput, ſeu Præſidem Senatus, qui & titulum gerit, ac honores non alienos à dignitate tali, publicas ædes quoque *Palatium* dictas, inhabitat, ſtipatus inſuper quingentis Germanis Satellitibus; Sed primis duobus ab initio Magiſtratus diebus tantùm, Ducalibus utitur veſtibus & ornamentis, toto verò reliquo tempore deinceps privati in modum veſtitur: Imperium deindè duos annos ſolùm tenet, poſtmodò Reipubl. Procurator perpetuus futurus, & interjecto tempore, quæ ad ſenatum ſeu conſilium referenda & ad deliberandum proponenda ſunt, ipſe refert & proponit, quod nemini reliquorum ſenatorum licet, *D. D. Beeman. Notit. Dignit. Illuſtr. Diſſ. VI. Cap. II. §. 3. p. 205.*

GEORGIUS.

Eques armatus pingi ſolet, quem, prout pictores penicillo, ita calamo deſcripſit *Joh. Baptiſta Mantuanus in Georgio.* Verè ſanctum fuiſſe hunc Georgium teſtatur Laurentius Surius *Tom. II. menſe Aprilis p. 798.* Serarius *Lit. II. p. 20.* Extat Epigramma Veranti Fortunati de Baſilicâ in Anglia, in quo de ejus martyrio (*cit. Baron.*) ſequentes leguntur Verſus:

Carcere, cade, ſiti, vinclu, fame, frigore, flammis,
Confeſſus CHRISTUM duxit ad aſtra caput.
Qui virtute potens orientis in arce ſepultus
Ecce ſub occiduo cardine prabet opem.

Idem à Pontificiis his colitur verbis: *Hic nos ſalvet à peccatis, ut in cœlo cum beatis poſſimus quieſcere;* Hinc Petrus Paulus Vergerius in Concil. Trident. cum Traditionem hanc de Georgio non per omnia approbare vellet, in diſcrimen dignitatis imo vitæ, ac capitis adductus fuit; teſte Chemn. *Exam. Concil. Trident. de Invocat. Sanct. fol. 575. a.* Conf. Joh. Sleidan; *Comment. de Stat. Relig. L. XXI. p. 651.* Micræl. *H. E. L. III. Sect. II. Q. XXIV. & XXVI. II. Q. XLVIII. p. 787.* De Gerhard Tom. VI. *de Magiſt. Polit. §. 205.* Attamen quascunque crepent minas, quibuscunque ſeviant fulminibus, ſine dubio hic Georgius in rerum natura nunquam fuit, adeò ut Gelaſſius Diſt. XV. fabulam hanc hæreticis tribuat inventoribus. Vid. *Melchior Canus Loc. Com. Lib. II. c. VI.* Baronius, qui alias in traditionibus hujusmodi cenſendis adeo rigidus eſſe non ſolet, hunc tamen Georgium nunquam vixiſſe credit. *Pictura illa S. Georgii, qua effingitur eques armatus, qui haſtæ cuſpide Draconem interficit, juxta quem etiam virgo poſita, manus ſupplices tendens implorat auxilium, Symboli potius, quam*

alio

alicujus historiæ opinor esse expressam imaginem. In nullis enim, quæ recensuimus Gegorii actis antiquis quicquam ejusmodi legitur, sed à Jacobo de Voragine absque aliquâ majorum autoritate, ea ad historiam referuntur, quæ potius typum exprimunt, in Martyr. Rom. April. XXIII. Cum eo sentit Alcasar ad c. VII. Apoc. *p. 444.* Conf. Andreæ Riveti *Jesuita vapulans Cap. VII. n. XX. XXI. p. 128.* Joh. Reinoldi *de Ecclesiâ Romanâ Idololatriâ Cap. V. Sect. XXII.* Simili ferè modo videtur Judæus ille fictus non-mortalis ad Christianam Religionem confirmandam, prout Christophorus & Georgius. Hac de causa D. Danhauer in Dramat. Sacr. Theat. II. (ubi phantasmata fictarum personarum introducit) in eâdem scena sistit Christophorum M. Georgium & Judæum immortalem, *Martinus Schmid sub Præs. M. Christoph. Schulz. Dissert. Histor. de Judæo non mortali §. VIII. seq.* Conf. & *Danhauer. in Fato Flagelli Turcici Fatig, Luce Theor. II. §. 2. B. D. Joh. Georg. Dorschæus Syllog. Vindiciarum ad Bellarm. Allegat. ex Exod. Mos. P I. Diss. III. §. 7. p. 84. D. Christ. Franc. Paullini* Heilsame Zeitkürtzende Lust *Tom. II. Cap. XLVII. p. 302. seq. D. Beeman. Not. Dignit. Illustr. Diss. XVI. Cap. I. p. 422. & in Hist. Orb. Terr. P. II. Cap. IV. §. 25. p. 604.* Georgius hic & apud Turcas satcelebris, *Henningius Henningi in Mahamedano Precante p. 214. seq.*

GLORIA

S. S. Triadi.

Gloria sit Patri, Nato sit gloria, sancto
Gloria spiritui, Triadi sit gloria sanctæ.

D. Habnius Diss. cit. §. 43.

DEO soli.

SOLI vera DEO sit GLORIA: vana facessat
GLORIA: sit SOLI GLORIA vera DEO.

Erat hoc Symbolum Ernesti Archi-Ducis Austriæ; Et Johannis Landgravii Leuchtenbergii:

TIBI DEUS SOLI GLORIA!
Sit TIBI laus, sit honor DEUS, & sit GLORIA SOLI:
Quantus sum, tantus glorior esse tuus.

Gloriari enim de viribus propriis, quid aliud est, quam gloriari de לא דבר h. e. de te nihili, *B. Brentius in Cap. VI. Amos p. m. 40. b.* Peccarunt in hoc Saul, Simson, Nebucadnezar &c. Vid. omninò *Appar. Bibl. Tom. I. p. 1002. seq.* Die Ehre GOttes ist und muß seyn der Nord-Stern / unser Wille und Hertz aber die Magnet-Nadel; Wie dieselbe in allen sich nach gemeldeten

Stern

Stern richtet/ so muß auch unser Hertz/ Sinn und Gedancken sich nach der Ehre GOttes richten/daß selbige ausgebreitet werde/*S. riv.* Ged. Spr. *Dom. Sept. p. 312.*

An appetenda?

Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.

Ita *Ovid. Lib. II. de Ponto VII.* Sed quomodo Gloria potest appeti, cum CHRISTUS eandem multoties abesse jubeat, modestiam verò commendet? Annon gloriam quærentes cum cœlitum copiis è sua conditione detrudi, & cum parentibus nostris cœcati, facillimè errare, & decipi possunt, erumpente mox ambitione & superbia? Resp. Conceditur, quod ob gloriam facilè in excessum possit fieri lapsus, at nos inanem & levem laudem cane pejus & angue vitare jubemus, eam tantum commendantes, quæ stabilis, & ex virtute est. Hanc CHRISTUS nunquam interdixit, quippè qui rerum autor non delet, sed erigit naturam; Gloriæ verò appetitus animis nostris à natura est insitus. Sic ipse discipulos suos mundi lucem appellans, gloriam commendat, dicens: Sicuti civitas in excelso loco non occultatur; Ita excellens virtus celari non potest. David exclamat, Psalm IV, 3. *Quousq; gloria mea ignominia?* Et Ps. VII, 5. Si intuli malum &c. persequatur inimicus animam meam, & faciat, ut *gloria mea* in pulvere habitet. Ita Paulus amore complectebatur Timotheum, quia fratres, qui Lystris & Iconii ipsi dabant testimonium, Act. XVI, 2. quod Græcus textus reddit: ὃς ἐμαρτυρεῖτο, testibus comprobabatur Germanicè: der hatte ein gut Gerüchte; Et 2. Thess. I, 3. iterum Paulus inquit: Gratias agere debemus DEO semper de vobis, quod vehementer augescat fides vestra, abundet charitas, adeó ut nos ipsi de vobis gloriemur apud Ecclesiam DEI. Ex quibus omnibus appareret, CHRISTUM & sanctos DEI homines, non interdixisse nobis verâ ex virtute laude, sed inani inanis populi, laudantis caduca & fragilia: Eam quæ simulatione existit, nec tendit ad gloriam DEI & Reipubl. salutem, sed ut ultimum bonum aspicitur, *M. Joh. Henr. Löderus Diss. Hist. Mor. de Germanorum Veterum Gloriâ Cap. I. §. 22.* Conf. *D. Christ.* Liebenthal *Colleg. Ethic. Exercit. X. Q. I. p. 102. seq. Kekermannus Curs. Philos. Diss. XXI. Q. VII. p. 14. & Diss. XXIV. Q. X. p. 109.*

Fugientem sequitur.

Non memini me legere, ullâ in re idem, quod in gloria usu venire. Quare singulari, qui cum ea rem habent, circumspectione indigent. Hoc enim est Gloriæ ingenium: Eum quærit, à quo non cognoscitur; cum eo loquitur, à quo non auditur; cum eo rem habet, à quo visa non est; eum insequitur, qui ipsam fugit; eum honorat, à quo parvi penditur; nolentem vult, non petenti se of-

offert; ignoto se credit. Denique Gloriæ hoc est peculiare, quod eum deserit, à quo magni æstimatur, & cum eo manet, à quo parvi penditur. Providi viatores non qualis sit locus; sed quænam eò via ducat, quærunt. Ad eundem modum viros præstantes & excellentes non decet mox oculos adjicere gloriæ, sed eos in viâ tantum virtutis, quod ad gloriæ arcem ducit, defigere. Alioquin enim videmus quotidiè infames reddi multos, tantum quod gloriam quærunt, multos verò tanto glorioſiores evadere, quanto magis gloriam fugiunt, *Guev. Hor. Princip. Lib. I. Cap. XVII. n. 70. p. 63.* Die Ehre ist wie ein Irrwisch oder *Crocodil*, denen fliehenden folgen sie nach/ denen aber/die ihnen nacheilen/ entkommmen sie: Also wer nach Ehren strebet/ dem wird sie entzogen/ die für ihr fliehen/ erlangen sie/ *Otto* Tugend-St. *p. 1188.* Catonem *Salluſtius Catil. 54.* laudat, quod quò minus gloriâ petebat, eò magis assecutus fuerit.

Majorum excitat.

§. 1.

Als Carolus V. An. 1527. Rom eingenommen hatte/ ließ er eine Müntze schlagen/ darauff ein alter Mann die Tyber præsentirte/ mit folgenden Worten: *In spem prisci honoris!* *Zinegref Centin. P. IV. p. 289.* Apud Romanos statuis, cæterisque monumentis addi solebat formula: *Posteri virtutem imitantor! Boxborn. Instit. Polit. Lib. I. C. p. IX. p. 191.* Nihil enim omninò reprehendimus *honestam æmulationem, & illius gloriæ desiderium*, quæ cum virtute conjuncta est. Quis enim vitio *Themistocli* vertet, quod *Cicerone* teste *IV. Tusc. n. 44.* noctu in publico ambulabat, quod somnum capere non posset, quærentibusq; respondebat, Miltiadis tropæis se è somno suscitari. Quis alios Heroas & summos viros reprehendet, quibus *stimulos dedit æmula virtus?* Igitur juvenes homines non modo venia, verum etiam laude dignissimos judico, si immortalitatem sectantur, victurique nominis famam & virtutum suarum memoriam ad seros posteros derivare allaborant, *Excell. Dn. Christoph. Cellarius Diss. de Gloriâ §. 10.*

§. 2.

Plutarchus in *Themistocle* idem narrans, addit: Reliqui cladem barbarorum Marathoniam belli finem esse censebant: At Themistocles eam initium majorum certaminum putabat, ad quæ se pro totâ Græciâ assiduo præparabat. Et *Julius Cæsar* animadversa apud Herculis Templum magni Alexandri imagine, ingemuit: & quasi pertæsus ignaviam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset in ætate, quâ jam Alexander Orbem terrarum subegisset, missionem continuò efflagitavit, ad captandas quamprimum majorum rerum occasiones, *Sueton. Cap. VII.* Et Theseo nocte in somnis gesta Herculis occurrebant, &

interdiu concitabat æmulatio, ſtimulabatque edere paria agitantem. Præclarè *Symmachus Lib. X. Ep. XXV.* Ornamentis bonorum incitatur imitatio: & virtus æmula alitur exemplo honoris, *Joh. Schildius in Suet. l. c.* Ut non eſt verus amor, qui caret Zelotypia: Ita nemo amat vehementer virtutem, niſi qui ardet æmulatione rectè factorum ab aliis, *Plutarchus in moralibus.* Piſandrus virtutum Ageſilai æmulator erat, contendebatque, ne à rebus geſtis ejus, & gloriæ ſplendore decederet, *Juſtinus Lib. VI. Cap. III. n. 8. p. 82.* Iſocratis Rhetoris gloriâ commotus Ariſtoteles prudentiâm cum eloquentia conjunxit, *C. c. Tuſc. Queſt. Lib. I. p. 149. Zwingerus Vol. IV. Lib. II. p. 1114.* Paulus Æmilius, qui devicit Perſam, Regem Macedonum, in ornandâ vitâ ſuâ & omni virtute expolienda, ſolitus fuit, tanquam in ſpeculum inſpicere in hiſtoriam, atque ita ſtudioſe ſemper conatus eſt imitari virtutes, & præclara facta eorum, qui illic laudati forent, *Petrus Victorius Var. & Antiq. Lect. Lib. XXXVIII. Cap. V. p. 1038.* Alit æmulatio ingenia: & nunc invidia, nunc admiratio incitationem accendit, Velleji Paterculi *Lib. I. Cap. XVII.* eſt effatum. Conf. *Joh. Jov. Pontanus Lib. I. de Fortitud. Cap. XIX. p. 196.*

§. 3.

Boleslaus IV. König in Pohlen/ trug das Bildniß ſeines Vaters in Gold gefaſſet/ ſtets bey ſich am Halſe/ und wenn er etwas fürnehmen wollte/ küſſete er daſſelbe/ und ſagte: Eja, dive Parens, ne ſinas, ut quid vecors indignumque tuo nomine admittam, *Saavedr. Symb. XII. p. 126. M. J. D.* Ernſt in Ehrenh. zufall. Ged. *Cent. I. Med. LXXVIII. p. 386.* Joh. Hunniades Corvinus in Ungarn ſagte/ als er ſterben wollte/ zu ſeinen Söhnen: Lieben Söhne! Im fall ihr meiner Leiche ein Ehren-Mahl auffzurichten bedacht ſeyd/ ſo wird mir das das annehmlichſte ſeyn/ wenn ihr euch befleißiget/ nicht nur in eures Vaters Fußſtapffen zu treten/ ſondern ihn auch an Tugenden und Frömmigkeit zu übertreffen/ *Nob. Zigler* im Tägl. Schau-Platz der Zeit *10. Sept. n. 3. p. 1117.* Apud Macedones Tabernaculum Alexandri in caſtris ſemper erat erectum, etiam poſt mortem, *Plutarcho & Diodoro* auctoribus. Imaginum illeuſus cum ob alias, tum etiam ea de causâ, ut opinor, inventus ut milites in expeditionibus eas intuentes, tam defunctorum, quam vivorum memores ſtudio imitationis in hoſtem audacius irent, & ob venerationem, militarem diſciplinam diligentius ſervarent. Non abſimilis ritus apud antiquos in gymnaſiis, ubi non modò ſimulacra Deorum, ſed & Philoſophorum imagines, propoſuêre. Vid. *Godeſcalcus Stewechius ad Veget. Lib. II. Cap. VI. p. 122. 123.*

§. 4.

Similes parentibus ac majoribus ſuis filii plerumque creduntur, *Fab. Lib. V. Cap. XIX.* Mago Carthaginenſium Imperator, diem fungitur, relictis duobus filiis, Hasdrubale & Hamilcare: qui per veſtigia paternæ virtutis decurren-

tes, ſicut generi, ita & magnitudini Patris ſucceſſerunt, *Juſtinus Lib. XIX. Cap. I. n. 2. p. 203.* Non enim nativitate ſolum, ſed etiam imitatione filios poſſe alicujus vocari, certum eſt, *Iſidorus de ſummo Bono Lib. I. Cap. XX. p. m. 13. b.* Juniores ſeniorum gloriæ ſuccreſcere debent, *Livius Lib. X.* Quale itaque Patris veſtri inſtitutum fuerit, recordemini: domeſticum & illuſtre habebitis exemplum. Nec enim ſic exegit ætatem, ut vel virtutem negligerer, vel ignaviæ ſeſe dederet, ſed & corpus laboribus exercuit, & animum ad pericula paratum habuit. *Socrates ad Demonicum p. m. 5.* Parentis virtus acris veſtri præſtabit vicem, *Caſſiodorus Lib. IX.* nec illis vos patiemini eſſe impares, quos gaudetis auctores, *Gronovius Not. in Liv. Lib. I. Cap. XXII. p. 44. Mantuanus* de bonis filiis ita:

In ſobolem tranſire ſolet cum ſemine virtus.

Si ergò Patris veſtri robur, ac virtus in vobis fuerit, qualis erat ille ad aliquid re ac verbis obeundum, ſic vos negocium perficietis. Minerva ad Telemachum ap. *Homer. Odyſſea Lib. II. p. 14. a.*

Inanis.

Gloria inanis eſt inordinatus animi motus, quo aliquis propriam deſiderat excellentiam, ut alios honore præcellat, *Hieron. in Epiſt.* Gloriatio vana habet flores, ſed non grana: quia verbis eſt plena, ſed factis egena;

Der eitle Ruhm
Hat Blüth und Blum;
Die Frücht ſind nicht gerathen;
Ob er iſt gleich
An Worten reich/
Iſt er doch arm an Thaten!

Qui multum gloriatur, non multum operatur. Großſprecher arbeiten nicht gern. Weitläufftige hohe Reden nennen die Perſer leere Paucken/ *Olearius Oriental. Reiſe-Beſchr. in Dedicatione.* Nichts iſt die Ehre/ weil der/ ſo ihm düncken läßt/ er ſey etwas/ nichts iſt/ gleich einer Paucken/ die helle klingt/ und doch leer iſt/ Müller. Evangl. Schl. R. *Dom. Jud. p. 459.*

§. 2.

In den Mexicaniſchen Ländern wächſt ein Baum/ deſſen Frucht/ wenn ſie zeitig/ mit ſolchen Krachen von einander berſtet/ und hervor platzet/ daß ſie ſehr ferne hinweg fleucht/ nicht anders/ als käme eine Kugel aus dem Geſchütze geflogen; Dieſem Baume ſind alle diejenige ähnlich/ welche ihre vermeynte Glaubens-Früchte und geiſtliche Tugend-Blumen mit ſo groſſen Geräuſche und Krachen der Ruhmräthigkeit hervor bringen/ daß es überall durch alle Häuſer/ in allen Gaſſen/ in allen Geſprächen und Geſell-

schafften/ wie ein Donner knallet/ und sehr weit durch der Leute Ohren und Mäuler herum fleucht/ *D. Mis. in d. Cr. d. Fl. p. 1330.*

Fumus.

§. 1.

Die Welt-Ehre/ Ruhm/ Nahmen/ Ansehen sind **Wasser-Blasen**/ die im Tode verschwinden/ und in der letzten Noth so viel helffen/ als der **Schatten von einem Apffel**/ einem Hungrigen. Die Ehre ist wie der **Abend-Schatten**/ je grösser derselbe wird/ je näher er wieder dem Abgange kommt. Man könte sie nicht unfüglich vergleichen mit **dem Rauch**/ so von der Räucher-Pfanne auffsteiget/ welcher eine zeitlang einen lieblichen Geruch machet/ bald aber wiederum vergehet/ oder vielmehr **dem gemeinen Rauch**/ wann derselbe auffsteiget/ beisset er die Augen/ und hernach verschwindet er. **Wer vom Toback** truncken wird/ was hat der mehr davon/ und im Kopffe/ als Rauch/ Dunst und Dampff: Also/ was machet die Leute in der Welt so truncken/ als eben die Ehre/ so sie doch nichts anders ist als Rauch und Dunst. Jener mahlte eine **Raquete**/ und schrieb dazu:

QUID SUMUS? FUMUS.

Was sind wir! ein Rauch! Es ist wahr! wann eine Raquete angezündet wird/ es läst sich hüpsch ansehen/ aber was wird draus? wenn sie eine weile gestiegen hat/ so thut sie einen Knall/ damit ist sie hin: Also steigt mancher hoch in der Welt/ er bringt viel vor sich/ endlich thut er einen Knall/ so ists aus. Quid sumus? fumus! Bey Erwehlung eines neuen Pabsts/ muß unter andern Ceremonien einer **Werck** anzünden/ und darbey austruffen:

SIC TRANSIT GLORIA MUNDI!

Heiliger Vater/ so vergehet alle Ehre in der Welt! *D. Beckman Not. Dign. Illustr. Diss. VI. Cap. II. §. 8. p. 172.*

§. 2.

Die weltliche Ehre ist wie der **gemeine Rauch**/ den der Wind hintreibet/ wohin er will/ und ihn dahin führet/ daß man nicht weiß/ wo er geblieben; die himmlische aber und Göttliche ist wie **der Rauch**/ der ehemals vom Altar des Tempels im Alten Testament auffgieng/ welcher der Jüdischen Rabbinen Bericht nach/ **kein Wind**/ **wie stärck er auch war**/ **iesmalen bey Seite ausgetrieben**/ sondern ihn immer gerade gen Himmel/ wie eine Seule auffgehen lassen/ *Dn.* **Gerst. in Vorrath von schönen Gleichnissen** *p. 261. seq.* In פרקי אבות Cap. V. Et Massechet Joma Cap. I. ita: Decem miracula facta sunt Patribus in domo Sanctuarii: Nunquam abortivit mulier ex nidore carnis, quæ in Sanctuario immolabatur: Non fœtuit unquam caro illa sancta: Nec conspecta fuit unquam musca in domo mactationis:

nis : Nunquam accidit casus nocturnus Sacerdoti Summo in die Expiationis : Nunquam extinxerunt pluviæ ignem lignorum struis illius : Non vicit ventus columnam fumi: Non repertum fuit vitium in Homer, & in duobus panibus, vel in panibus facierum : Stabant coarctati, & incurvabant se dilatati : Nullum unquam læsit serpens aut scorpio in jerusalem : Nullus dixit unquam socio suo : Angustus nimis est locus, quam ut possim pernoctare in Jerusalem, *Dn. Joh. Fischmuth. Diatr. Philol. de Arcâ Fœderis Cap. I. §. 8. p. 9.*

Ab honore, laude, famâ quomodo discernitur?

Non ad palatum nobis est illa differentia, quam *Piccolom. Gnd. VIII. Cap. XXVI.* proponit, sed potius sequi lubet *B. Jacobum Martini*, qui *Synops. Eth. p. 52. seq.* in eo videtur *honorem* à *gloriâ* discernere, quod ille per externa signa etiam ab uno homine ob virtutem & benè gesta alicui possit exhiberi: hæc verò in communi voce & testimonio, tum quorumvis bonorum, tum universi populi merita nostra approbantis & extollentis consistat. *Laudem* autem distinguit à *gloriâ*, *p. 55.* tanquam minus à majore, non solum ratione fundamenti, quod *gloria* & numerum & gradum virtutum majorem exigat, sed etiam ratione subjecti, quod *gloria* in communi hominum voce sit, *laus* etiam unius esse possit. Tandem *fama*, ut habet *Piccolom. l. c.* cum *gloriâ* summoperè conjuncta est, & licet ille ita discernat, ut *fama* defunctorum sit, *gloria* viventium : *fama* quoque in utramque partem possit sumi, *gloria* non nisi in bonam : persvasi tamen sumus, si *fama* pro bonâ famâ atque in excellenti gradu accipiatur, nihil à *gloriâ* differre, nec mortuis tantum, sed vivis, etiam convenire, *D. Christoph. Cellarius Diss. de Gloriâ Leucop. hab. §. 2.*

Ad ardua impellit.

Denique non parvas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor.

Ovid. Lib. V. de Tristib. El. XIII.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Id. Lib. IV. Tristium El. III.

Excitat auditor studium, laudataque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Id. Lib. IV. de Ponto. II.

Arripuit, traxitque virum fax mentis honestæ
Gloria.

Silius Italicus Lib. VI. de Bell. Pun.

Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires,
Non juvat ex facili lecta corona jugo.
Propert. Lib. IV. Eleg. 4p. Oct. Mimnd. in Flor. Poët. p. 281.

GLORIÆ

Cupiditas.

Cicero avebat ſupra modum celebrari, tenebatque eum perpetuò cupiditas immenſæ gloriæ, quæ multa ejus præclare conſilia frequenter interpellavit, *Plutarchus in Cicerone*, *Zwingerus Vol. VII. Lib. VI. p. 2024.* Phœbidas magis gloriæ, quam vitæ tenebatur cupiditate; erat enim à naturâ conſilio & prudentia non admodum inſtructus, *Xenophon de Rebus Geſtis Græcorum Lib. V. p. m. 239. F.* Talis & fuit *Plinius* ille, cæteroquin homò moderatis valdè moribus, qui *Lib. IX. Epiſt.* ſcribit: Ego celebritate nominis mei gaudere non debeo? Ego verò gaudeo, & gaudere me dico. Et cur? quia neſcio, quis alteri dixerit: Vides hunc? Plinius eſt. Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quisque maximè gloriâ ducitur. Ipſi illi Philoſophi etiam in illis libellis, quos de contemnendâ gloriâ ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt: ac in eo ipſo, in quo prædicationem & nobilitatem deſpiciunt, prædicari ſe ac nominari volunt, *Cic. pro Arch. Poëta, & I. Tuſcul.* Nemo eſt tam averſus à Muſis, qui non mandari verſibus æternum ſuorum laborum facilè præconium patiatur, *Id. pro Arch.* Vix invenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculisque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam, *I. Offic.* Perfecti homines, & excellentibus ingeniis præditi, excitantur ſpe gloriæ, quæ habet formam honeſtatis, & ſimilitudinem, *Cato major ap. Lang. Floril. in h. v.* Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, *Val. Max. Lib. VIII. Cap. XIV. p. m. 286.*

Diſſimulatio gloriam auget.

§. I.

Taciti hæc ſententia eſt, *in vit. Agricol. Cap. XVIII.* non modò in malam partem veriſſima, quomodo *Martialis Lib. III. Ep. XLII.*

Quod tegitur, majus creditur eſſe malum:

Sed potiſſimum, in bonam, quâ ratione etiam *Tacitus* accipit, cum oſtendit ſocerum ſuum eo ipſo, quod res à ſe præclare geſtas non oſtentavit, gloriam uberiorem fuiſſe conſecutum. Ut enim crocodilus terribilis contra fugaces bellua eſt, fugax contra inſequentes, *Plin. Lib. VIII. Cap. XXV.* & ut umbra invitos comitatur, *Sen. V. de Benef. Cap. I.* Ita gloria fugientes magis ac magis ſequitur; & in tempore ſpreta, cumulatior redit, *Liv. Lib. II. Cap. XLVII.* Acutè Martialis ille Britannicus (*Joh. Owenus Lib. III. Epigr. XIII.*

Con-

Contemnit laudem virtus, licet usque sequatur
Gloria virtutem, corpus ut umbra suum.
Est & enim virtus aliquid, nil gloria; sicut
Est aliquid corpus, corporis umbra nihil.

§. 2.

Atque hic famæ, gloriæque neglectus, viros magnos, ut in aliis, sic in minoribus præcipuè rebus decet, quemadmodum de Agricolâ *Tacitus* ibidem scribit, eum tacuisse minora illa à se gesta, spe futurorum, ex quibus longè uberiorem gloriam consequi posset. Sicuti Scipio, parvum instar eorum, quæ spe magnitudineque animi concepisset, receptas Hispanias ducebat, *Liv. XXVIII. Cap. XVII.* cum cæteri lætitiâ, gloriâque ingenti eam rem vulgò ferrent. Contra M. Crassus, cum se capta urbe Zenodotiâ Imperatorem ab exercitu salutari sustinuisset, magnam sustinuit infamiam, abjectusque est habitus, nec majora sperare, qui se tam tenui successu efferret, ut est apud *Plutarchum in Crasso*. Ut enim, teste *Cornelio Celso*, tantum levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt: magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit etiam simplex erroris confessio: ita etiam homines viles & obscuri non facilè ullam gloriolam, etiam ex minutulis rebus transmittunt aut negligunt: clari verò eximiique minorem gloriam non captant, spe fiduciaque majoris, *Matthias Berneggerus Observat. Miscell. XXXII. p. 222. seq.*

GLORIANDUM
In solo DEO.

§. 1.

Ne jactet sese sapiens in sapientia sua, nec jactet sese potens in potentia sua, neque jactet sese dives in divitiis suis, Jerem. IX, 23. 1. Cor. I, 31. *Bernhardus Serm. XIII. sup. Cant. Tom. I. p. 251.* Si gloriandum est, Paulus me docuit, unde & in Quo: Gloria, inquit, nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, 2. Cor. I, 12. Securus glorior, si teste conscientia de gloria conditoris nihil mihi usurpo. Securus planè, quia jam non contra Dominum, sed in Domino. Hæc nobis gloriatio non solum non prohibetur, sed & suadetur, cum dicitur? Gloriam ab invicem quæritis, & gloriam, quæ à solo DEO est, non vultis? Joh. V, 44. Revera gloriari in solo DEO, non nisi à solo DEO est. Nec mediocris ista gloria, quippè tàm vera, quam de veritate, & in veritatem tàm rara ut vix vel paucis perfectorum perfectè glorietur in eâ. Eant ergò vani filii hominum, mendaces filii hominum, eant & decipiant ipsi de vanitate in id ipsum &c. Gloriatio hæc piorum vera constans est & sana; Impiorum falsa est,

est, fugax & vana, *B. id. Joh. Tungerlar. Prompt. Evang. P. III. Dom. Jubil. p. 1044. 1045.*

§. 2.

Gloriandi datur diversitas. Alia gloria est *Sana, Vera, Licita*, quando quis gloriatur α) *de DEI libenlitate*, ut Jacob, Gen. XXXIII, 11. β) *Conscientiæ bonitate*, ut Paulus, 2. Cor. I, 12. Samuel, 1. Sam. XII, 3. γ.) *Fidei sinceritate*, Gal. VI, 14. δ) *Cruce & calamitate*, exemplo Pauli, Apostolorum, Rom. V, 3. Act V, 41. Alia est *Vana, Falsa, Illicita*, eaq; triplex, α) *Diabolica* quâ membra Diaboli gloriantur de vitiorum designatione, commessatione, scortatione, proximi defraudatione &c. *Bernhard.* Quid magis perversius, quam de culpa gloriari, sive lætari, de quibus debemus tristari. Dupliciter peccat, qui se de crimine jactat. Hinc David Psalm. LII, 3. Quid gloriaris &c. Prov. II, 14. β) *Hypocritica*, cujus finis est א) Applausus vulgi captatio. ב) Sanctitatis & pietatis opinio, affectatio. γ) *Thrasonica*, quando quis gloriatur de bonis 1) *Naturæ*, ut Fortitudo, Pulchritudo, ut Absalon, 2. Sam. XIV, 25. 2) *Fortunæ*, de potentia, divitiarum copiâ, ut Nebucadnezar, Dan. IV, 27. Matth. III, 9. 3) *Animæ* de scientia, prudentia, ut Gorgias Leontinus, qui putavit neminem sibi parem in eloquentia, sapientia. Hinc Jerem. IX, 23. Ne jactet sapiens &c. *Tungerlar. Analys. Log. Theol. Epist. Dom. Sexages. p. 158. 159.*

§. 3.

Sic *R. Jochanan* gloriabatur de se ipso, (qui anno ætatis CXX. fuit Præceptor famigeratissimi illius Historici Josephi, *Christ. Gerson Talmud. P. II. Cap. XVII. M. J. D.* Ernst in Ehrenh. zufäll. Ged. *Cent. II. Med. LXXVI. p. 1058.*) si omnes cœli essent pergamena, & omnes arbores calami, & totum mare atramentum, & omnes homines scribæ, tamen non sufficere, ad scribendam omnem sapientiam, quam didicerit à Præceptoribus suis, *B. D. Pfeiffer Diss. Philol. I. §. 16. p. 6. & §. 44. p. 19.* Et *R. Eleazar:* Omnes sapientes Israëlis coram me sunt instar tuniculæ allii cujusdam, hoc calvo excepto, h. e. R. Akiba, qui calvus erat, *Guil. Vorstius in R. Mos. Maimonidis Theorem. de Fundamentis Legis Cap. V. n. 5. p. 57.* Democritus intemperantius eruditionem suam prædicans de se ipso: Homines, *inquit*, doctos audivi plurimos, & in componendis cum demonstratione lineis, nemo me adhuc superavit, ap. *Nic. Caussinum in Observat. ad Hori Apollinis Hierogl. p. 190.* Sed benè alius quidam *R. Eleasar*: Quisquis est fastuosus, is tanquam lucus, qui idolis consecratur, excisionem meretur, *D. J. C. Wagenseil. Sota Cap. I. p. 103.* Et verè Arabes: Qui se ipsum habet pro sapiente, habent eum DEUS & homines pro ignaro. Item: Ne ascendas cacumen montis, cum fueris ornatus, ne fortè cadas, i. e. cave à typho & fastu: Nam qui velociter ambulat, cadit. Undè etiam Ali: Exitium hominis in Φιλαυτία. Et iterum: Tria sunt quæ interimunt hominem: Fastus, avaritia & de-

desiderium. Cujus minor est intelligentia, major est philautia. Inter omnia, autem vitia difficillimè curatur Φιλαυτία & Φιλεγκλία. *Hottinger. Hist. Orient. Lib. II. Cap. VI. §. 3. p. 510.* Ambrosius concionaturus precabatur ita: Obsecro Domine, & suppliciter rogo, da mihi semper humilem scientiam, quæ ædificet, & da mitissimam, & sapientem eloquentiam, quæ nesciat inflari, & de suis bonis super fratres extolli, *B. D. Joach. Hildebrand. de Veterum Concionibus C. p. ult.*

GLORIOSI

Fecit nihil.

Facit huc paræmia illa Turcica, quam *Azizus* quidam *Nesiphæus* scripto nobis reliquit. Is ergo *libelli sui p. 102.* sic ait: *Chataius nihil glorioſi fecit;* Neque enim quævis terra pulvis Philosophicus est. Simile est hoc illi, quod *Nathanaël Philippo* objiciebat: Ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; *Ex Nazarethâ potest aliquid boni esse?* Joh. I, 47. Et isti: Ἀεὶ φέρει τι Λιβύη κακόν. Semper aliquid mali è Lybiâ. Sunt scilicet aliquæ gentes, quibus ingenium, moresque non satis probi sunt. Inde tot *proverbia gentilitia*, quibus Arcadum *Stoliditas*, Carum *vilitas*, Cretum *mendacia*, Pænorum *perfidia*, Scytharum *asperitas*, Thracum *bibacitas*, perstringitur. Quo & illud judæorum spectat, quod Nicodemo objiciebant: Ἐρεύνησον καὶ ἴδε ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται. Scrutare & scito, ex Galilæâ Prophetam non fuisse suscitatum, Joh. VII, 52. Tales ergò & Chataji vulgò, vel secundum *Azizum*, erant, & proverbium tanto elegantius est, quod eo ipso, ad vocem *Chataja*, quæ appellative *aberrationem & peccata* significat, alludi videtur, *Dn. Andreas Müllerus, Præpositus olim Berolinensis, Disquisit. Geograph. & Histor. de Chataja p. 77.*

GOEL

Job. XIX, 25.

§. 1.

גאל propinqvum seu cognatum sonat, cui competit jus redimendi res propinqui venditas, atque hoc sensu CHRISTUS videtur à Jobo *l. c.* dictus גֹּאֵל *Petr. Dan. Huetius Demonstr. Evang. Propos. VII. §. 13. p. 503.* Redemtor Ebræis dicitur גּוֹאֵל à rad. גָּאַל, cujus derivationis rationem hanc reddit *R. D. Kimchi Lib. Radicum in Rad.* גאל *coll. 77. edit. Venet.* quia adpropinquat ad jus גְּאֻלָּה sive Redemturæ, dicitur גואל. Erat verò גְּאֻלָּה sive jus istud, quædam potestas, res aliorum divenditas, vel etiam ipsas personas venditas ante statum jubilæi tempus, soluto pretio, aliorum jurisdictioni eximendi &

vel sibi, vel proximo adserendi, ut cum aliis vocem exponit *Schindlerus Lex. Pentagl. in R.* גאל. Competebat autem hoc jus non nisi proximis venditorum cognatis: unde vocabuli pondus non asseqvuntur nonnulli Rabbini, quandò גְּאֻלָּה dicunt *quamcunque liberationem, sive cum, sive sine pretii solutione, sivè à proximo consanguineo, sive aliis factam:* appellantque adeò Exodum, sive secundum Mosis librum סֵפֶר גְּאוּלָה sive *Librum Redemptura*, quia scilicet in illo describatur redemtio & exitus ex Egypto. Nimis etiam frigidus est Aben-Esra, qui, teste *Spenglero in Miscellan. Sacr. p. 38.* גּוֹאֵל interpretatur hominem, *qui causa non sit iniqvus, sed benignè de ipsâ judicet.* Longè rectius rem explicat *Tarnovius in Cap. IV, 10. Micha*, inquiens: גאל est redimere dato pretio atque id, quod erat alterius ob debitum quoddam, sibi iterum vindicare, & ad suum referre peculium, quomodo in V. T. ex lege peculiari, genere proximo competebat jus redimendi possessiones tam vivi, quam demortui cognati, Levit. XXV, 33. Ruth. Cap. IV, 6. &c. Hinc גואל dicebatur olim consanguinitate propinqvus Levit. XXV, 25. Et optimè *B. Glassius Orat. de Ling. Ebr. Nec. inserta Philol. Sacr. p. 366. Edit. Fnnc.* גּוֹאֵל propriè & accuratè loquendo notat ejusmodi assertorem & vindicem, Liberatorem & Redemptorem, qui jure consangvinitatis motus causam propinqui sui interfecti, ejusque sanguinem vindicat, vel qui bona à consangvineo proximo, donatione seu venditione, seu quoquo modo devoluta, & contractu quodam implicata, jure proprietatis pristinæ ei rursus adserit & vindicat, *M. Georg. Gœzius Diss. de Redemptore Ebræorum* §. 1. *B. D. Nic. Selneccerus Exam. Theol. P. I. p. 443.*

§. 2.

Jobi loco citato גואל nemo alius est, quam Redemtor noster JESUS CHRISTUS. Probatur 1) *ex emphasi vocis*, quæ jam tum adducta, & quæ omnia ad Salvatorem eleganter applicari queunt. 2) *Forsterus in Dict.* observat, quoties, verbum גאל nominaque inde deducta ipsi DEO tribuantur, tum immediatè secundam Divinitatis personam intelligi, Vid. Gen. XLVIII, 16. Exod. VI, 6. Cap. XV, 13. Psalm. LXXIV, 2. Es. XLIV, 22. Cap. LXIII, 8. Jerem. XXXI, 11. Hos. XIII, 14. Mich. IV, 10. 1. Cor. XV, 15. 3) Opus redemptionis CHRISTO peculiariter tribuitur, Tit. II, 1. 1. Pet. I, 18. 19. 4) Redemtor Jobi describitur tanquam θεάνθρωπος. Nam חי (*vivus*) in Scripturâ absolutè & κατ' ἐξοχὴν DEUS ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, 1. Tim. VI, 16. ὁ ζῶν Apoc. I, 18. Conf. Dan. IV, 31. Ezech. XVIII. & XXXIII. Qui verò super pulverem stat *vers. seqq.* & est ἐφαπὸς, idem homo est, *B. D. Pfeiffer. Dub. Vex. Cent. III. Loc. XXXIX. p. 506.*

GO-

GOLEM

Judæorum.

Die Jüden in Pohlen machen nach gewiß gesprochenen Gebeten/ und gehaltenen Fast-Tagen die Gestalt eines Menschen von Thon/ oder von Leimen/ und wenn sie das Schemhamphoras (cujus virtute & JESUM miracula perpetrasse dicunt Judæi; *Huetius Demonstr. Evang. T. II. Prop. IX. Cap. XXXIX. §. 5. p. 752. Raymundus Martini Pug. Fidei P. II. Cap. VIII. §. 6. p. 362. 363. & Jos. de Voisin. in h. l. p. 372.* Schemhamphoras autem nomen Expositum, seu explicatum, quod illud exponeretur in significatione dominii scil. per nomen אדני vel per nomina divina XII. literarum, *Joh. Saubertus Palæstr. Theol. Philol. Diss. III. §. 7. p. 59. M. Johan. Paschius de Schembamphorasch Cap. I. §. 5. Voët. D. S. Part. II. p. 139. & Part. V. p. 54. Joh. Buxtorff. Diss. Philol. Theol. V. Cl. I. §. 13. p. 249. 250.*) drüber sprechen/ wird er lebendig; Ob er gleich nicht reden kan/ so verstehet er doch ziemlich/ was man redet und befiehlet/ denn die Polnische Jüden brauchen ihn an statt eines Famuli Communis, der allerley Arbeit verrichtet/ aber er darff nicht aus dem Hause gehen; An seine Stirn wird geschrieben der Name GOttes אמת Veritas (de quo *R. Menasseh Ben. Ismël. Conciliat. in Gen. Quæst. XXXVII. §. 2. p. 49.*) weil er aber täglich stärcker und leicht grösser wird/ als alle andere Hausgenossen/ ob er gleich im Anfang gantz klein gewesen/ derowegen/ deren wegen/ damit sie ihm seine Krafft/ dafür sich alle andere fürchten müssen/ wiederum benehmen/ so löschen sie geschwinde den ersten Buchstaben des Wortes אמת an seiner Stirn aus/ daß nur das Wort מת/ das ist/ der Tod/ übrig bleibet; wann dieses geschehen/ fällt der Golem (das ist sein Cabbalistischer Name) übern Hauffen/ und wird in den vorigen Thon und Leimen resolviret; Man sagt/ es habe ein Jüde in Pohlen/ Elias Baal Schem, einen solchen Golem gemacht/ der aber so hoch worden/ daß er nicht mehr an seine Stirn rühren können/ hat derowegen diesen Fund erdacht/ daß der Knecht dem Herrn die Stiefel abziehen sollte/ denn so meynete er/ Gelegenheit zu haben/ wann der Kerl sich bücken würde/ daß er den ersten Buchstaben an seiner Stirn auslöschen könnte/ welches auch geschahe; Aber da der Golem wieder zu Leimen ward/ fiel die gantze Last über den auf der Banck sitzenden Herrn/ und ertruckte ihn/ *B. D. Tenzelius Dial. Menstr. An. 1689. p. 145. 146. D. Valent. Alberti Diss. de Sagis Cap. I. §. 2.*

GRAMMATICAM
Contra locuti.

§. 1.

Parisienses Theologi veteres eo confidentiæ processere, ut sacrarum literarum Professoribus merum imperium in omnes artes & scientias attribuerent, & vel invito Prisciano *ego amat. Tu credit, Christus pradicas*, si non Grammaticè, at certè Theologicè dici posse affirmarent, *Zwingerus Vol. IV. p. 1104. Cornel. Agrippa de Vanit. Scient. Cap. III.* Non immeritò ergò *Despauterius in Syntaxi Reg. X.*

Grammaticæ leges plerumque Ecclesia sprevit,
Tu vivendo bonos, scribendo sequare peritos.

J. H. Ursinus Anal. Sacr. Lib. II. Cap. X. p. 119.

§. 2.

Sigismundus Imperator cum reprehenderetur à Cardinale Placentino, quod Schisma (dictum ἀπὸ τῦ χίζειν, rumpere, discindere, qualis scissura est in sectione lignorum; hinc German. Schieden, it. Schiedeln; Græcè κλάσματα τῦ ξύλυ; & per metaphoram ad sententiarum divortia vox translata est, & ad homines, qui charitatem & communionem Ecclesiæ scindunt, *D. Botsac. Mor. Ged. p. 957. D. Casp. Læscher. Diss. de Vitandis Hereticis ex Tit. III, 10. 11. S. II. §. 6.*) in genere fœminino protulisset, dixit: Si supra leges sumus, quare etiam supra Grammaticam esse non possumus? *D. D. Clasenius in Conviv. Plut. p. 93. Zinegref Apophth. P. I. p. 54.* Bethlehem Gabor, Princeps Transylvaniæ, cum contra Grammaticam peccaret, & ea propter reprehenderetur, dicebat: Quid curamus Grammaticam, & Priscianum, qui non curamus Imperatorem; *Weidnerus in Apophth. p. 421.* Vitium hoc in literatore reprehendendum, sed in imperatore (nî fallor) tolerandum, inquit *Busbeckius* de Imp. Ferdinando *Epist. Turc. IV. p. m. 378.*

§. 3.

Veteres non semper Grammaticè locuti, *Philipp. Ruben Elect. Lib. II. Cap. XVI. ap. Zimmerman. Floril. Philol. Histor. Part. II. p. 384. Jos. Arndium Lex. Antiq. Eccles. p. 745.* Quidam noluit discipulos suos amplius dicere *Sum, Es, Est*, sed *Sum, Sus, Sut*, eò quod comprehensu facilius esset: Cui verò Vir quidam fide & moribus antiquis præditus, in aurem dixit: *Sum, Sus, Sut*, thut kein gut! *Sum, Es, Est*, loß es bleiben! wie es ist geweſt! *D. de Jena de Rat. Stat. Dissert. XI. Concl. I. D. J. C. Beeman. de jure Idiomatis Cap. I. §. 21. p. 30. 64.* Quomodò Johannes Caramuel, Episcopus Viglevanensis, ausu sane

fane puerili. affirmarit, loco *Sum* dici posse, *Sam, Sem, Sim, Som, Sum* &c. exhibent *Acta Erudit. Lipsi. An. 1683. p. 532. Excell. D. A. Rechenberg de Ineptiis Clericorum Rom. literariis. §. 9.* Olim verba illa, oraculi instar, habita: Quantò melior Grammaticus, tanto pejor Theologus, *Paul. Hachenberg. de German. Mediâ Diss. VI. §. 6. p. 200.* Conf. *D. Joh. Reinhard. Hermenevt. Sacr. P. IV. Sect. II. R. II. p. 366.* ubi invenies usum loquendi, & in Theologicis, quandoque dominari Grammaticæ, ita ut illius potior, qvam hujus habenda sit ratio.

GRATIÆ
DEO agendæ.

§. 1.

Philo *in Lib. de Plant. Noæ* ita: In hoc universo nihil planè desideratur, quam vox penetrans, quæ pro omnibus beneficiis DEO gratias agat, eidemque laudes perpetuas occinat, *Dietericus Antiq. Bibl. in 2. Sam. VI, 5. p. 349.* Parentem nostrum Adamum jure merito ejectum fuisse è Paradiso, quod tot tantisque DEI beneficiis nihil retulisse gratitudinis legatur, censet *Rupertus Lib. II. Cap. XXXIX.* Creatus enim erat à DEO ad imaginem ipsius, & Imperator mundi constitutus, nec tamen in gratiarum actionem prorumpere auditur. Positus est in paradisum, locum deliciarum plenissimum, & adhuc mutus est; Datur ei adjutorium simile ei, nec dum laudes DEO canit, *Matth. Faber Auctar. Op. Conc. Trip. P. I. p. 651.* Ebræorum proverbium est: Ad unumquemque halitum aut spiritum, quem homo spirat, debet laudare DEUM, creatorem suum, *D. Pfeiffer. in Coronide sistente ritus quosdam Ebraor. Pos. III. §. 3. in Exercit. Bibl.* Et quando innuere volunt, pro quâvis re, gratias esse agendas DEO, proverbialiter dicere solent: Benedictus sit Dominus hujus particulæ, *M. David Wendelerin quatuor absconditis ex Prov. XXX, 18. 19. §. 13.* Centum minimum quotidiè gratiarum actiones recitare tenentur, quas plerumque tempore matutino in Synagogis unà cum reliquis precibus decantare solent; appellant istas מאה ברכות *Centum gratiarum actiones. R. Leo Mutinensis de Ceremon. & Consuet. Judæor. P. I. Cap. IX. §. 3. p. 36.* Imperator de jure Naturæ dicit: Naturam omnia animalia LAUDES docuisse, *D. J. C. Beeman Diss. de Laudibus Regalibus ad illustrandam Acclamandi Formulam VIVAT, Cap. I. §. 19. p. 27.* Gratias DEO esse agendas pro quolibet beneficio, dicit & Mahomed ap. *Joh. Henr. Hottinger. Hist. Orient. Lib. II. Cap. IV. p. 412.* Vid. & omninò *Tob. Pfannerus Syst. Theol. Gentil. Pur. Cap. XVI. §. 26. p. 387. seq. & Appar. Bibl. Tom. I. p. 876. seq.*

§. 2.

Laudandus est DEUS, eidemque gratiæ agendæ, non quod hoc ipso glo-

riam DEO conferamus, sed eandem laude debitâ extollamus. Quo de scitè *B. Gerhardus LL. Theol. Tom. I. de Nat. DEI Cap. XXIII. p. 156.* Non ita magnificatur à nobis Dominus, ac si nostris laudibus major redderetur, sed tunc à nobis exaltatur, quando Altissimus esse cognoscitur & prædicatur; Tunc magnificatur, quando ipsius magnitudo agnoscitur & prædicatur, *D. Jeb. Meisnerus Diss. de Fulmine Crystallino ex Apoc. XXII, 1. Cap. II. §. 11.* Distinguendum inter fundamentum laudis, & ipsam laudem. Fundamentum laudis, excellentiam divinam, DEUS semper retinet, etiamsi nemo sit, qui agnoscat illud, & deprædicet. Bonorum nostrorum non eget, nec prior quis dedit illi, ut reddatur ei, Rom. XI, 35. ex Jobi Cap. XLI. DEUS opera sua fecit non ex indigentia, sed ex benificentia: non ampliatur nostris laudibus, sed manifestatur suis operibus. Quod Lutherus de sanctificatione divini nominis in catechesi majore dicit, cum distinguit nomen divinum in essentia suâ, & in usu consideratam, huc etiam accommodare possumus, *B. D. Kromaier. Theol. Pos. Pol. Art. II. p. 283.*

Diis Gentilibus actæ.

§. 1.

Rebus prosperè ac feliciter gestis gratias Diis agi, supplicationesque ad omnia pulvinaria haberi plerumque Senatus Romanus decernebat. Causa titulusque vulgaris erat: Ob Rempublicam benè seu prosperè gestam, ob res benè, fortiter, feliciterque gestas, ut *Cic. Philip. XIV. Liv. L. XXXI. XXXIII. XLI. XLII. & XLV.* testatum faciunt. Idem *Livius Lib. XXX.* scribit, post Legatos Saguntinorum auditos à Senatu decretum fuisse, ut gratiæ Diis, victoriarum gratiâ, agerentur. Et ita cum multis Scipionis in Africâ victoriis Carthaginenses in desperationem acti, Hannibalem ex Italiâ in salutis publicæ auxilium revocassent, isque anno XVI. Italia excessisset, mentione in senatu facta, quantum terroris, pavorisque transitus Hannibalis in Italiam injecisset, quæ deindè clades, qui luctus incidissent. Visa hostium castra è muris urbis, quæ vota Senatorum, universorumque fuissent, quoties in consiliis voces, manus ad cœlos porrigentium auditas, an nunquam dies ille futurus esset, quo vacuam hostibus Italiam bona pace florentem visuri essent. Dedisse tandem id Deos XVI. post anno, quo decretum, ut quinque dies circa omnia pulvinaria supplicaretur, victimæ majores immolarentur CXX. Apud eundem *Lib. XXVII.* Senatus, quod M. Livius & C. Claud. Coss. incolumi exercitu Ducem hostium legionesque vicisset, supplicationes in triduum decrevit. Catilinæ quoque conjuratione patefacta supplicationem ad omnia pulvinaria decretam *Cic. III. Catilin.* gloriatur. Quibus gentilibus supplicationibus respondent apud Christianos processiones & Litaniæ, & solennis decantatio Hymni Ambrosiii & Augustini: TE DEUM LAUDAMUS.

§. 2.

§. 2.

Videamus etiam, quomodo privati homines Diis gratias egerint, ob accepta beneficia, aut ubi res benè & feliciter evenerit, *Plaut. Stich. Act. III. Sc. I. v. 1.*

Cum benè re gesta salvus convertor domum,
Neptuno grates habeo, & Tempestatibus.
Simul Mercurio, qui me in mercimoniis
Juvit, lucrisque quadruplicavit rem meam.

Apud *eund. Mercat. Act. V. Sc. II.* Eutychus ita Fortunæ gratias agit:

Divum atque hominum quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus.
Spem speratam quoniam obtulisti hanc mihi
Grates ago.

Terent. Phorm. Act. Sc. II. Diis magnas merito gratias habeo, atque ago, cum evenerint hæc nobis, frater, prosperè. *Plautus Pers. Act. V. Sc. I.* Toxilus Diis ita gratias agit:

Hostibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis,
Bello extincto, re benè gesta, integro exercitu & præsidiis,
Cum bene nos, Jupiter! juvisti, Dique alii omnes cuncti potentes:
Eas vobis grates habeo atque ago, quia probè sum ultus meum inimicum.

Philip. Caroli Antiquit. Roman. Lib. I. Cap. VI. p. 14. seq.

GRATIARUM
Scrinium ac præmiorum.

§. 1.

Simonidem tradunt primum astutiam & quæstum in artem induxisse. Erant illi duo scrinia, alterum *Gratiarum*, alterum *Præmiorum:* quæ cum post tempus aliquantum aperuisset, Gratiarum arculam semper offendebat inanem, præmiorum semper plenam. Hoc commento significans, se nolle gratis donare carmina. Meminit hujus rei *Plutarchus in libello,* περὶ τῆς πολυπραγμοσύνης. Unde *Aristophanes apud Suidam,* ἄσαι Σιμωνίδου μέλη, i. e. Cane Simonidis carmina. Hinc proverbium: Simonidis cantilenæ, de vafris ac subdolis dictum est, *Zwingerus Vol. IV. Lib. III. p. 1155. b.* Ad duo scrinia alluit *Theocritus in Charitibus:*

Rursus ad ignavæ, vacuo intra scrinia fundo.

Erasm. Adag. Chil. II. Cent. IX. Cap. XII. p. 580.

§. 2.

§. 2.

Omnia sunt ingrata, nihil feciſſe benigne eſt,
Debita pro meritis gratia nulla redit.
Simonides binas ponebat in ædibus arcas,
Ledeis charus fratribus ille senex.
Hanc, unde officium facilis promebat egenti,
Et tempestiva forte juvabat ope.
Quam, postquam multa effudit, nova copia rerum
Accumulata diu non vacuam esse sinit.
Altera facta fuit, si gratia forte rediret,
Munera quæ grati conderet arca viri.
Sed nihil huc quisquam intulit, arcamque semper inanis,
Officia, inditio, cuncta perire fuit.
Simonides Thecam monstrabat utramque laborem
Ærave si peteret mutua ferre aliquis.
Et testatus opes se plena effundere Theca,
Pro meritis monuit præmia nulla dari.

Phil. Melanchr. Epigrammat. Lib. II.

GREGORIUS NAZIANZENUS
Patri substitutus.

§. 1.

Gregorius Nazianzenus in partem sollicitudinis à Patre vocatus, & veluti adjutor constitutus in curanda Nazianzi Ecclesia, cui pius Parens præerat, hanc instituti rationem adferre videtur, quod noto, ac familiari gregi præesse sit jucundius, quam externo & alieno, *ἡδὺ μὲν γὰρ πατρὸς πόνοι κληρονομούμενοι καὶ τὸ συνηθέστερον πέμπιον τὸ ξένου καὶ ἀλλοτρίου Orat. ad Patrem suum Tom. I. p. 148. ap. Matthæum Larroquanum Adversar. Sacr. Lib. II. Cap. IX. p. 258.*

§. 2.

Sophocles felicitatem in eo posuit, si quis liberos habeat, qui Patri succedant, *Guevar. Hor. Princip. Lib. I. Cap. XL. p. 182.* Sacerdotis autem Pater, sacerdotisque filius, nisi sanctus est, rubo similis dicitur, quem de rosis natum, rosasque parientem, dumorum vallat asperitas, *Sidon. Lib. IV. Cap. XII. ap. Joh. Wanckel. in Guev. p. 84.* Preces Pontificis Maximi pro filiis successurisin V. T. hæ fuere: O benignissimè DEUS! qui me dignatus es hoc officio, hanc mihi repende gratiam, ut & filii mei eodem digni inveniantur, illudque me mortuo probè administrent, *B. D. Acoluthus Philolog. de Aquâ Amarâ in Dedicat. Joseph. de Voisin in Proœm. Pug. Fid. Raymundi Martini p. 15. seq.*

Sim-

Studia ejus Academica.

G. Nazianzenus *de se & Basilio in Orat. Funebri* ita: Duæ nobis Athenis erant viæ notæ: altera & quidem primaria, quæ ad Templum sacrosque Doctores: altera secundaria, nec ejusdem primaria, quæ ad externæ doctrinæ Doctores ferebat: reliquæ omnes, quæ ad spectacula, epulas, choreas &c. ignotæ, cum nihil magni faciendum putaremus, nisi quod ad rectè vivendum conduceret, ap. *Heidfeld. S. T. P. Cap. XX. p. 397.* Non ludebant aleam, nec versabantur apud tibicines, aut in hujusmodi conventiculis, in quibus nunc totos dies consumunt: sed iis studiis immorabantur, quibus erant destinati, & qui principem in illis locum tenebant, eos admirabantur, & sectabantur, *Isocratis Areopagiticus p. m. 355.*

MAGNUS

An Trajanum Imp. precibus suis ex inferno liberavit?

§. 1.

Gregorius, qui Dialogos à nostris dicitur, veteris Romæ Episcopus, cum per forum Trajani lapidibus stratum iter faceret, validas preces ad misericordem, animabusque propitium Dominum habuit, ut Trajano Regi peccata dimitterentur. Et confestim vox divinitus allata, audita est in hunc modum dicens: Preces tuas audivi, & veniam Trajano do: Tu verò deinceps pro impio hostiam mihi ne offeras. Testatur autem Oriens & Occidens totus miraculum hoc germanum & irrefutabile. Ita *Joh. Damascenus in Orat. pro Defunctis.* Bellarminus *Lib. II. de Purgat. Cap. VIII.* scribit: Trajanum non fuisse damnatum absolutè ad inferos, sed solum punitum in inferno, secundum præsentia ejus demerita, & suspensam sententiam propter prævisas B. Gregorii preces: & præterea non immediatè ex inferno ad cœlum transiisse, sed prius corpori unitum, & tunc baptizatum, pœnitentiam in hâc vita egisse. Papa Gregorius fusis pro eo lachrymis inferorum compescuit incendia, Domino remunerante in misericordia uberi justitiam, quam viduæ flenti exhibuerat Trajanus. Fertur autem B. Greg. Papa tamdiu pro eo fudisse lachrymas, donec ei revelatione nunciatum sit, Trajanum à pœnis inferni liberatum, sub eâ tamen conditione, ne ulterius pro aliquo infideli DEUM sollicitare præsumeret, *Joh. Saresberiensis Policrat. Lib. V. Cap. VIII. p. 240, 241.*

§. 2.

Trajanum à Gregorio M. ad hanc vitam revocatum & baptizatum rursus mortuum in cœlum objisse, Pontificii fingunt. Alii non corpus Trajani, sed animam revixisse, & Gregorio M. apparuisse, eamque baptizatam, existimant. Alii solum cranium Trajani, vividâ adhuc lingvâ, repertum dicunt,

quâ miseriam suam inferos detlens Gregorium ad commiserandum, & pro se orandum permoverit ? sed non est, quod in refutando hoc figmento simus operosi, cum dudum nos hàc operâ sublevarit ipse Cardinalis *Baronius ad A. C. 119. op. D. Joach. Hildebrand. in offertorio pro Defunctis Cap. XII. §. 8. p. 93. 94. Voët. D. S. P. V. p. 538. seq. D. Christ. Franz Paulini* in der Zeit-kurtz. erbaul. Lust *Tom. II. Cap. CXXXVIII. p. 777. seq.* Multi ex Papæis fabellam hanc in dubium vocarunt, Soto, Medina, Valentia, Svarez; alii acriter impugnarunt, Albertus M. Canus, Baronius ap. Joh. Paulum Nazarium, qui rectè concludit, narrationem illam nec Damasceni esse, nec colorem habere veritatis, *D. Joh. Tob. Major. Diss. de Ornt. pro Defunctis Hugon. Grotio oppositâ Cap. I. §. 50.* Hæc Damasceni credulitas ex condigno commentum falsissimum appellatur à *Possevino Tom. I. Appar. p. 865. cit. D. Joh. Meisnero Diss. de Sepulturâ Mariæ Sect. I. §. 5.* Hanc rem non probant plurimi viri doctissimi, ideoque fidem hujus rei penes Autores esse permitto, inquit *Simon. Majolus in Dieb. Canic. Coll. II. p. 60.* vid. & *Acta Erudit. Lipsi. An. 1686. p. 350. & An. 1687. p. 253.*

§. 3.

Mirum quis ex inferno hæc retulerit, *Joh. Wolffius Lect. Memor. Cent. XVI. p. 4. b.* Tota hæc fabella est α) ἀγραφος. Ideoque dicimus cum *Hieronymo* : Quod sine autoritate Scripturarum Sacrarum affertur, illud eàdem facilitate, quâ affertur, rejicitur. β) ἀνήγραφος : quia CHRISTUS inquit Joh. III, 18. qui credit in Filium DEI, non condemnatur, qui verò non credit, jam condemnatus est. Jam verò ex inferno nulla est redemtio, sicut Abraham inquit ad divitem epulonem, Luc. XVI, 26. inter nos & vos est hiatus ingens &c. γ) est ψευδόλογος. Quia ipse *Bellarminus l. c.* eam refutat, & ita seipsum intricat, ut non satis mirari possis hominis (si legas) cœcitatem, *D. Christ. Matthiæ Theat. Hist. Theoret. Pract. p. 555.* Orpheus ἐξ ἅδου τοὺς τεθνεῶτας ἀνῆγεν, mortuos ab inferis reduxit, *Isocrates in laudatione Busiridis p. 529.* viventes ante fatum orco tradidit, *id. ibid.*

Angelos excepit, pavit.

§. 1.

Gregorius I. Magnus appellatus, Gordiani senatoris filius, Felicis quarti pronepos, monachus primum fuit, & Abbas. Parentibus defunctis, de patrimonio sex monasteria in Siciliâ extruxit : ædes Romæ in Cœnobium convertit. Angelum ter in specie hominis naufragi excepit, pavit, & pecuniâ juvit: à quo posteà miraculis donatus est. Tandem post Pelagium II. Pont. Rom. creatur, sanctitate vitæ, & eruditione posteriores omnes vincens. Ecclesias & Scho-

Scholas benè instituit: in episcopis examinandis acerrimus fuit. Plurima scripsit, quorum major pars ab æmulis combusta est: aliqua tamen, intercessione Petri Diaconi servata. Primus se *servum servorum DEI*, appellavit, *episcopi Oecumenici sive universalis titulum*, tanquam notam Anti-Christi, cum anathemate *detestatus est*. Erga pauperes liberalis maximè fuit, & castitatis amator. Contra Judæos & hæreticos varia certamina suscepit. Eutychium Episcopum Constantinopolitanum ipse adhuc Diaconus coram Tiberio Imp. confutavit, qui scripserat corpus nostrum post resurrectionem impalpabile fore. Obiit A. C. 606. Phoca imperante, IV. Idus Martii, qui & natalis ejus dies fuit. In lecto recubans modulabatur & pueros baculo moderabatur, *Zwinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1316.*

§. 2.

Minimè hoc titulo (servi servorum) hodierni Papæ uterentur si Canoni, ex *Augustino* desumto, crederent, quo humilitatis specie mentiri, prohibentur. Hæc verò sunt ejus verba: Qvum humilitatis causâ mentiris, si non eras peccator, antequam mentireris, mentiendo efficieris, quod evitaras; nam quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas, *Innocentius Gentiletus Exam. Concil. Trid. Lib. IV. Sess. XXIII. §. 11. p. 233.* Non sine causâ ergo *Petrus Damianus* Papam vocabat sanctum Satanam, ap. *Lansium contr. Ital. p. 823.*

GREGORII
Festum,

§. 1.

In fastis d. 12 Mart. Gregorio M. sacer est, qui Romæ Episcopus fuit A. C. 590. Antequam Pontifex fieret de suo patrimonio VI. monasteria in Siciliâ, & unum Romæ fundavit. Gregoriana hæc monasteria nihil aliud erant, quam Scholæ pietatis & literarum, quarum ipse fuit inspector, donec à Pontifice Pelagio ad Angliam convertendam missus, *Anglia Apostolus* fieret.

§. 2.

Auctor est Gregorius M. *Litaniæ septiformis, & renovator stationum urbis Romæ.* Quid verò est statio? Resp. *Processio Episcopi & clericorum per urbem, ita ut juxta quodvis templium consistatur, & publica sacra audiantur.* Litaniam autem septiformem Gregorius ad avertendam pestem instituit, quæ tanta erat, ut vel sternutando homines mortui concciderent. Eadem pestis Pelagium Papam sustulit, cui ipse datus est successor. Papa factus inprimis Scholas curæ habuit, & Romæ celebrem *Scholam Cantorum* ordinavit, quâ de re videatur *Onuphrius de vocibus obscuris.* Propter egregia scripta tanti habitus est, ut

inter Patres cardinales, qui vocantur, fuerit relatus, & quamvis ad superstitionem valde pronus fuerit, meliorem tamen Pontificem post hæc tempora non habuimus.

§. 3.

Hic verò Papa, cum insignis Scholarum patronus fuerit, inde factum est, ut adhuc in ipsius die festo Scholares, cum Episcopo personato urbem circumeant, & canant. Dari iisdem munuscula solent, ut pueri ad Scholarum amorem invitentur. Videtur mos iste à *Quinquatriis gentilium* descendere, quæ Romani d. 20. Martii in Scholis suis adhuc ethnicis feriati sunt. Hoc die discipuli Præceptoribus suis didactra, vel, ut vocabant, minervalia, præceptores vicissim discipulis spicas dare solebant, quâ de re *Horatius*:

— — — Crustula blanda
Dant Præceptores pueris.

Et *Ovidius*:

Qui benè placarit Pallada doctus erit.

B. D. Joach. Hildebrand. de Diebus Festis p. 57. 58.

GROBIANUS

Quid?

Est homo inurbanus, rusticanus & Grobianus animal semirationale, quadratum, malè tornatum, parum dedolatum, ad elegantiam morum, sicut asinus ad lyram conformatum, ex familiâ M. Crassi oriundum, *D. J. Adam. Weberus in Art. Discurr. Font. V. Exempl. V. p. 44.* Talium imperitiam & stoliditatem sustinere posse, artis laudisque est haud infimæ, *Pythagoras ap. Stobæum Tom. II. Tit. XLX.* Μεγάλης δεῖ παιδείας, τὴν ἀπαιδευσίαν δύνασθαι φέρειν, *Thom. Gatakerus Annot. in Lib. I. M. Anton. §. 9. p. 17. a.* Grossus Rusticus appellatus à Gallis Princeps quidam Saracenus, qui regiones Ægypti, & tractui Damasceno adjacentes, possidebat, dum illi primam expeditionem sacram suscepere, præ nimiâ, pinguique corpulentiâ, vilique personâ, in quâ totus Rusticus esse videbatur, ait *Albertus Aquensis Lib. VII. Cap. XI. & Lib. X. Cap. V. apud. du Frêne in Glossar. Tom. II. p. 657.*

H. H. H.

H. H. H.

Jener Canonicus hatte viel auff 3. H. gehalten/ als Hunde/ Hengste und Huren; Als er sterben sollte/ wurde ihm leide vor dem vierdten H. nemlich der Höllen/ denn der Himmel nimt solche nicht an. Bey frommen Christen ist das H. in Hölle und Himmel entsetzlich und ergötzlich/ denn ausser diesen findet man keinen mehr/ *D. Misand. D. B. N. T. P. I. An. 1692. p. 1104.*

HABDANCKORUM

Familia.

Legatus quidam Polonus apud Imperatorem quendam Germaniæ, cum illi Imperator thesauros ostentaret, quibus se Polonos debellaturum gloriabatur, annulum ex digito detractum in thesaurum injecit, dicens: Adamus aurum auro. Cui Imperator vernacula respondens dixit: Habt Danck! Ex hoc nomen deinceps promeruit familia Habdanckorum, *M. Radau Ont. Ext. P. II. Cap. VI. Q. II. p. 273.*

HABENTI

Dabitur.

§. 1.

Sæpius hoc dicto usus Servator, Matth. XIII, 12. C. XXV, 29. Marc. IV, 25. Luc. VIII, 18. & videtur proverbiale. Sensus autem ejus est, *quisquis habet* auxilia divinæ gratiæ ad veritatem cognoscendam, suique conversionem necessaria, iisque auxiliis rectè usus (quod per ipsa, ut fieri possit, conceditur) aliquousque in veritatis cognitione progressus est, *is amplius habebit*, h. e. plura & majora auxilia consequetur, & ad plenam ac sufficientem mysteriorum notitiam perducetur. *Quisquis autem non habet*, h. e. auxilia divinitus data negligens & contemnens in veritatis cognitione nihil quicquam profecit; *etiam quod habet* auxilii, & hactenus si voluisset, uti potuisset, justo DEI judicio contemtum suæ gratiæ vindicantis, *auferetur ab eo*, quo ablato non potest non labi, errare & in erroribus obstinatus esse, *D. Georg. Calixtus Concord. Evang. in Cap. XIII Matth. p. 182.*

§. 2.

Generalis ergò hic indicatur ratio, cur Apostolis mysteriorum notitia data sit; non verò æquè illis, qui foris sunt. *Qui habet*, ait CHRISTUS, i. e. qui verbum DEI intelligit, illius scientia & intelligentia augmentum acquiret: *qui non habet*, hujusmodi intelligentiam, ab illo *auferetur* etiam id, *quod habet*, quia indignus est, ut habeat. Videtur in hâc altera proverbii Salvatoris parte mani-

festa implicari contradictio, quando nihil habenti id, quod habet, auferri dicitur. Verùm facilè hæc res ex parabolâ de Talentis explicari potest, Mat. XXV, 28. 29. Is qui unum talentum habet, perindè dicitur habere, ac si non haberet, cum eo non utitur; non dicitur habere, sed videri habere. Luc. Cap. VIII, 18. idem proverbium hoc modo refertur: *qui non habet, etiam id, quod videtur habere, tolletur ab eo:* ut sensus sit: (Qui putat se DEI notitia egregiè imbutum & instructum, atque ex hac falsa opinione verbum prædicàtum, auxiliaque gratiæ divinitus fastidire, & negligere incipit, ei eripietur aliquandò, quod se habere putat: h. e. detrahetur ei falsa hæc opinio, *D. Joh. Meisnerus Exercit. Theol. in C. XIII. Matth. §. 8.*

HABUISSE

Et nihil habere, dolor maximus.

Dolor non ex ablatione ignoti boni, sed ex consueti privatione existit, ut ait *Thucyd. Lib. II. in Orat. fun. Periclis sub finem;* omninoque

Miserum isthuc verbum & pessimum est,
Habuisse & nihil habere.

Ut ait festivissimi Poëtæ leno Labrax ap. *Plautum Rud. Act. V. Sc. II. M. Berneggerus in Tuba Pacis occenta Scioppiano Sacri Belli Classico p. 178.*

HABITUS

Singulis apud inferos talis, qualis in hâc vitâ fuit.

§. 1.

Gentiles eandem habitus & negotiorum formam singulis apud inferos credunt, quâ superstites fuerunt insigniti, quo errore deceptus Saul Samuelem à Pythonissa evocatum putavit. Unde illud; qua gratia curruum armorumque fuit in vivis

quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Joh. Saresberiensis Policrat. Lib. II. Cap. XXVII. p. 113. 114.

§. 2.

Sic & Rabbini dicunt, cum illo indumento, cum quo homo descendit in sepulchrum, cum illo ipsum in resurrectione rediturum esse, ex Job. XXXVIII, 14. ut homo cadit, sic resurget veste aut justitiæ, aut peccati, *D. Geier de Ebr. Lectu Cap. V. §. 10. p. 59.* Vid. Tit. Defuncti.

HABITUS

Sui tenaces.

Fœminarum & Virginum Lemovicensium habitus cum ipsa urbe (Lemovico,

vico, vulgò Limoges in Galliis) natus videtur, ejusque sexus iste, quod in hâc gente mireris, adeò tenax est, ut si quæ Parisiis, aliove comtiori loco huc veniat habitatum, neque Lemovicensem assumat habitum, licet castissima sit, habeatur vilis & lasciva, *Joh. Buno Introd. in Cluver. Geogr. Lib. II. Cap. XV. §. 3. p. 145.* Laudandus & mos Bernatum ac Tigurinorum, qui apud hos morari vult necesse habet, ut caligas Helveticas induat, si ad officia aspirare cupit, ita novationem habitus damnant, ex quâ regulariter novationem animi conjecturantur, *D. Sprengerus Axiom. Status XXII. p. 126.* wann ein Schweitzer (Gallorum isti dii titulares, ut *Lansius habet Ont. pro Germ. p. 993.)* aus Frantzösischen Diensten zu Hause komt/ mag er wohl 8. Tage/ aber länger nicht sein Frantzösisch Kleid tragen/ nachgehends aber muß er solches ablegen/ und seinen Schweitzer-Habit wieder anziehen. Vid. *Symbola Historico Politica Principum in Europâ p. 54.* Laudantur & hoc nomine Hispani ac Hungari. *D. Becman H. O. Geogr. Cap. IX. S. IV. §. 5.* Et apud Sinas cum vitâ pari passu ambulat amictus patrius, *Neuhoff. append. Sin.* gesand. *ap. M. Joh. Lud. Petri de Vestitus mobilitate S. I. §. 19.*

HAFNIA.

Hafnia dicitur ab Hafen/ quasi Portus per eminentiam dicta, & Kopenhagen/ quasi Kopmanshafen à portu negotiatoribus frequentata, qui hanc terram, cultoribus vacuam, oppositis erectisque aggerum molibus in Insulas redegerunt, atque extructis primum casis, minutisque atque angustis tuguriis, sementi ac pascuis reddidere idoneam, *Levin. Lemnius de Occultis Nat. Mirac. Lib. IV. Cap. II. p. 354.* cum antea *Axelhuys* dicta esset, & Arx tantummodò fuisset ab Absolone, seu potius Axelio seu Aximio Archiepiscopo contra invasionem piratarum extructa, *D. Becman H. O. P. I. Cap. III. §. 2. p. 45.* Insula *Amack* seu *Amagria*, Hafniæ ab Oriente adsita, eidemque ponte ligneo in Christiano IV. juncta, ac simul novâ urbe, Regioque Armamentario donata. Elogium *Penuarii Hafniæ*, quo passim celebratur, industriæ Hollandorum debet, qui à Christiano II. in gratiam Isabellæ Reginæ suæ & Caroli V. Sororis è patriâ evocati hic sedem acceperunt, *Id. ib. Cap. V. §. 9. p. 128.*

HAGA

Comitum in Hollandia.

Non nisi pagus est, sed maximus, pulcherrimus & ditissimus totius Europæ, cum ultra bis mille ædes complectatur. Mœnibus caret; castellum tamen habet optimè munitum, in quo Conventus Hollandorum, seu Fœderatorum Ordinum Belgii celebrari solent. In eo cernitur palatium spatiosum, cujus trabes

bes ex Hiberniâ allatæ, nullam sentiunt cariem, nullas aranearum telas ferunt, *D. Weber. Art. Disc. Font. XXIV. Exemp. II. p. 190. 191.* Propè est nemus opacum, avium cantu, & ferarum aspectu, & oculis & auribus jucundum *Cosmopolin* potius appellaverim, & cum Ctesiphone Pago in Assyria ad Tigrim flavium, ab omnibus Scriptoribus celebrato, comparare ausim: de quo *Strabo* scribit, eum pagum urbis potentiâ & magnitudine esse, ibique Parthorum Reges hiemare solere, Seleuciæ urbi parcentes, *Beeman l. c. Cap. IIX. S. II. §. 15. p. 344. Buno l. c. Lib. II. Cap. XIX. p. 169. Laur. Beyerlinck M. T. V. H. Tom. VI. Lib. XIV. p. 2. b.* Censetur pagus, quia nullis muris inclusus. Ergonè urbs ex muris æstimanda? N. *Henon. Polit. XI. th. 11. lit. b. Val. Arithmæus Velinat. Feudal. Disp. IX. Coroll. IV.*

Hagestoltzen qui?

Vid. Tit. Cœlibes infames & inhonorati.

HALEC.

Hering quasi Herr/ quia est princeps quidam piscis, nobilis, & inter coryphæos meritò censendus, ut verbis *Junii* commendatur. Halex fumo durata est Bücking/ quasi *halex* hircina à fœdo nempè odore; sed malo à Backen/ coquere in sicco, *Martin. in h. v.*

HALECES

Quomodo & quando capiuntur?

§. 1.

Harengarum piscationem & usum soli Hollandi ferè habent, neque dubitant, qui res Belgicas penitius inspiciunt, hanc piscaturam tanquam unam è principalibus fundamentis mercaturæ Belgicæ substernere. Quodque istud negotiorum gens circa Britanniam inprimis tractetur, sæpè numero in Anglorum de enervando Belgio consiliis fuit, ut Rex Angliæ non armis, vel aliis laboriosis molestiis Belgas affligeret, sed unicè subditos suos juberet, rem piscariam eâdem, qua Belgæ soleant, sedulitatè exercere; Sic Belgis magnam partem opum præreptum, Regnum Angliæ verò commodis immensis auctum iri. Vid. *Joh. Keymon. Observat. de Piscaturâ Belgarum App. ad Contin. XVI. Diar. Europ.* & Anonymi consilium de eadem re *Diar. Europ. Contin. VI. p. 304. seq.* Vorschlag/ welchen Sr. Königl. Maj. in Engelland ein Staats-Mann daselbst fürgetragen/ welcher gestalt Engelland vermittelst des Herinafangs zum mächtigsten und reichesten Königreich in der gantzen Christenheit könne gemachet werden.

§. 2.

§. 2.

Ipsa piscatio autem ita ferè se habet: Quod initio Junii mille & amplius naves majores emittant, quas *Buysas* & *Bussas* vocant, quarumve plurimæ centum & viginti, aliæ centum, sexaginta, quinquaginta Tonnarum, seu dimidio tanti Lastarum sunt, impositis singulis XXIV. XIIX. XVI. hominibus, quibus olim XXX. vel XL. naves bellicas adjungebant in defensionem ab Ostendanis & Dynckerkanis: Sed sumtibus hisce nunc parcitur, nec nisi VI. ejusmodi naves in securitatem & defensionem à piratis adjiciuntur. Naves hæ deindè Hitlandiam versus pergunt, & usque ad XIV. Junii ibi subsistunt: Statuti enim loco inter piscatores est, ne ante diem istam retia projiciantur, quod Harengas ad saliendum citius haud aptas esse autument. Hinc porrò piscationem incipiunt, ac è regione Scotiæ & Angliæ Varmoutham usque, totis CC. milliaribus progrediuntur, quo circa Festum San-Bartholomæanum perveniunt, & interjecto tempore bis vel ter Harengis replentur, quas aliæ naves ipsis obviam venientes excipiunt, acceptasque Harengas in alias Regiones statim exportant. Quas verò post Festum Bartholomæi in regione Varmuthensi capiunt, non amplius ad saliendum idoneas judicant, sed vel domum avehunt, vel Anglis Varmutham adventantibus liberè vendunt, undè & *Harenga infumata* fiunt. Lucrum quod trahunt est maximum, & singulæ harum navium una vice repletæ MMD. imperiales putantur lucrari, quod bis vel ter repetitum, non potest non summam maximam efficere. Unde & tutores orphanis non melius prospectum autumant, quam si pecuniam eorum in Bussas ejusmodi impendant.

§. 3.

Anglos verò quod attinet, illi etiam naves suas quidem emittunt, sed vix ultra quadringentas, qui non nisi VII. hebdomadibus piscaturam hanc exercent, & mense quidem Octobri ac Novembri, meliori piscaturæ, parte à Belgis jam finita; Neque alto se committunt, sed propè litora morantur, & ingruente tempestate in portus se recipiunt: Cum è contrario Belgæ totis XXVI. hebdomadibus, & usque in finem Novembris ferè in mari subsistant, nec adversa tempestate, aut alius periculi metu dimoveantur. Quam negligentiam prudentioribus Anglorum cordi esse scripta superius laudata docent, ipsique Regi visum fuit singularia privilegia promovendæ piscationis gratia publicare d. XXII. Aug. An. MDCLXI. Nec obscuro eidem indicio est, quod jam tum Cromwelli tempore Belgis interdictum fuerit, ne intra decimum milliare ab Anglia piscarentur, *D. Becm, l. c, C. X. §. 4. p. 425. 426.*

§. 4.

Haleces in nullo flumine, neque mari mediterraneo: sed solo septentrionali Oceano reperiuntur, *Arithmæus l. c. Coroll. V.* Ludovicus Guicciardinus

dinus berichtet/ daß die Heringe in unglaublicher Menge aus des Nord-Meeres äussersten Theilen in das Teutsche/ Schottische und Englische Meer/ und sonderlich gern nach dem Lande an des Meers-Gestade/ oder wo Feur/ Licht oder Menschen sind/ kommen/ sich selbst anbiethen/ und gleichsam stillschweigend sagen: **Fang mich!** Sie haben auch unter sich/ gleich denen Immen/ ihre Könige/ so zwar an Grösse die andern nicht übertreffen/ doch durch die Wunderns-würdige Natur von ihren Unterthanen darinnen unterschieden/ daß sie ein röthlich Zeichen/ gleich einer Kronen/ auff ihren Häuptern tragen/ auch vom Kopffe biß zum Schwantz dermassen artig beschuppet sind/ daß es eine Parade macht/ als wärens lauter güldene Kronen; Und da sonsten ein weltlicher König mit einer muß verlieb nehmen/ so kan einer dieser Könige wol 100. Kronen entbehren/ und nicht desto minder doch ein König verbleiben. Diesem Könige/ der wohl der reichste an Unterthanen auff dem Runde der Welt/ folgen selbige aller getreueste in unaussprechlichen Schaaren/ und Wundergrosser Menge/ und weil ihre Augen glänntzen/ scheinen sie des Nachts/ wie Feur-Strahlen/ welche die Anwohner sonst insgemein Meer-Strahlen zu benahmsen pflegen. Diese Fische ernähren sich allein vom Wasser/ welches die andern nicht thun/ und so bald sie aus demselben in die Lufft kommen/ blasen sie die Lebens-Fackel aus. Je näher sie ans Land schwimmen/ je magerer werden sie/ und hat die raison, wie solches zugehe/ biß hieher noch niemand recht ausgründen können/ ob sich gleich viel dahin bearbeitet haben/ *Autor Relat. ex Parnass. Ann. 1697. N. 61. 30. Jul.*

Virgis cæsæ.

Der Heringsfang ist eine solche Gabe GOttes/ daß dieselbe mit Worten nicht anugsam auszusprechen. Es werden viel Millionen profit in Engelland/ Schottland/ Norwegen/ Dennemarck/ Holl- und Teutschland gemacht. Wir wollen aber hiervon eine denckwürdige Begebenheit erzehlen: In dem Teutschen Meere liegt eine Insul/ welche das Heilige Land genennet wird/ auff derselben haben im Jahr 1530. bey zwey tausend Menschen von dem Heringsfang gelebet und sich erhalten. Nachdem aber einsmahls selbige Einwohner aus Ubermuth einen Hering mit Ruthen gestrichen/ hat sich Fisch von der Zeit an dermassen verlohren/ daß 24. Jahr hernach kaum hundert Menschen davon ihre Nahrung und Unterhalt haben können. So gar kan GOtt nicht leiden/ daß man seinen Segen verachtet/ noch seine Gaben schimpfflich tractiret. Denn diese/ so man nehmen soll mit Dancksagung/ soll nicht mit Ruthen gestrichen/ noch mit Verachtung verschmähet werden/ 1. Tim. IV, 3. So soll man auch im Gegentheil keinen übermäßigen

Ge-

Gewinst damit suchen/noch Schinderey treiben/wie jener Geitzhals/welcher/ als er gehöret/ daß man vor etliche 100. Thlr. Heringe auff einen Zug fangen könte/ von einer Wittbe einen Wurff um 300. Gülden gekaufft/ in Hoffnung gantze Berge von Heringen/ und hernach von Geld und Geld zu gewinnen. Es hat aber der Ausgang solche Hoffnung gäntzlich vernichtet/ indem Er derer nicht mehr als Dreye gefangen/ hat also auff eine Mahlzeit 300. Gülden verzehret/ und sich doch nicht wohl satt essen können/ *Cass. Sibertus Phys. Curios. Lib. X. Cap. XIX. p. 1352. 1354. Dn.* Ernst/ *Bild. Z. P. III. f. 159.*

Saliendi artem quis invenit?

Bierflietè regione Ysendici Insulæ ejusdem nominis impositum oppidum, olim non ignobile, nunc tantum munimentum, patria Guilhelmi ilius *Beuckelens* sive *Buckeldi* (alii *Buchole*) quem primum haleces muria & sale condivisse scribunt: quod hominis inventum tanti fecit Carolus V. Imp. ut cum An. 1556. Bierflietum appulisset, cum sorore Maria, Hungariæ Regina, sepulchrum ejus adierit, super illud Harengam talem salitam comederit, ac ipsius manibus pro invento isto gratias egerit, *Buno l. c. Lib. II. C. XIX. p. 162.* Gottfr. Schultz *Chron. ad An. C. 1386. p. 120.*

HECLA

An inferni locus?

§. 1.

Vulgus incolarum Insulæ Islandiæ sibi quondam persuasum habuit, esse in hac Insula descensum ad inferos sub Hecla monte, qui immanis barathri profunditate terribilis, ejulantium miserabili & lamentabili ploratu personat, aut voces plorantium circumquaque ad intervallum magni milliaris exaudiantur. Adhæc cum prælia committuntur alibi in quacunque parte orbis terrarum, aut cædes fiunt cruentæ, tumultus ajunt circum circa horrendos commoveri & clamores, atque ejulatus ingentes excitari, circumvolitantibus interim hunc montem corvorum & vulturum nigerrimis agminibus, quæ ibidem nidulari existimantur, *D. Philip. Nicolai de Regno CHRISTI p. 6. Camerar. Cent. III. Cap. XVII. D. Cass. Peucerus Comment. de Præcipuis Divinationum Generibus p. 180. b.* Erumpunt ex eodem monte fontes duo, quorum alter aquarum frigiditate, alter fervore intolerabilis excedit omnem elementarem vim, *Id. ibid.* Emergit & ignis illic quidam, qui aquam absumit, stuppam non absumit. Visuntur illic mortuorum spiritus, qui in nota specie offerunt se familiaribus colloquiis hominum, idque adeò, ut adhuc vivere putentur ab illis, qui eos nesciunt vel submersione, seu alia violenta morte periisse. (Nam tales præcipuè apparent). Cum autem

orant eos amici vel noti, ut domum redeant, dicunt cum ingenti gemitu se petere montem Heclam, illicoque disparent, *Laurentius Surius Rerum in Orbe gestarum ad An. 1537. p. 294.*

§. 2.

Veruntamen si ibi est inferni locus, ubi est mons ignivomus, cur infernum non ponunt in Siciliâ sub monte Ætna, aut in Italiâ sub Vesuvio, aut in Strongyle, aut Hiera, aliisque maris mediterranei Insulis, flammivomis; Scilicet partientur infernum, ut Ætna pro Occidente, Hecla pro septentrione sit. Nam *Bleskenius* testatur Episcopum Bremensem navi in Ætnam esse deductum: Sicut Gregorius docet Theodoricum ex Italiâ in Liparim jactatum, & Eumorphium quendam in Ætnam ap. *Munster. Cosmogr. Lib. IV. Cap. XXXII. Majol. D. C. Coll. XVI. M. Mart. Lipenius in* Ὁρολογία *s. Diss. Phys. de Montibus Cap. II. Q. IX. D. C. F. Paullini* Zeit-Verk. erbaul. Lust *Tom. II. Cap. IV. p. 41. Erasmi Francisci* Lufft-Kreiß *Disc. V. p. 558. Dn. Zenner. Novell. Mund. Dæli & Curiosi An. 1692. p. 581. seq.*

HELENÆ
Epitaphium.

Mich hat fast alle Welt zu einem Raub gemacht/
Indem mein schöner Leib nie keine Ruh verspüret;
Daß meine Leiche nun nicht etwan werd' entführet/
So hab ich mich versteckt in dieses Grabes Nacht.

Halman Grabschr. *p. 213.*

HERI ET HODIE.

§. 1.

Heri sumitur pro quolibet tempore præterito. Sic 2. Sam. XV, 20. תְּמוֹל *heri venisti* i. e. nuperrimè venisti, Job. VIII, 9. Qui תְּמוֹל *heri sumus*, neque experti sumus h. est nuper nati, q. d. hesterni sumus, wir sind von gestern her. Per *μείωσιν* instituitur cum priscis majoribus comparatio, Es. XXX, 33. Quia paratus est מֵאֶתְמוֹל *ab heri exitii locus* h. e. jam ante. Conf. Matth. XXV, 41. Loquitur autem de inferno, Mich. II, 8. וְאֶתְמוֹל *at heri populus meus quasi hostis insurgebat* h. e. tempore hoc antecedente. Sic usurpantur etiam duo Adverbia connexa, *heri, nudius tertius*, Gen. XXXI, 2. Et vidit Jacob faciem Labanis, & ecce non erat erga se כְּתְמוֹל שִׁלְשֹׁם sicut heri, nudius tertius, hoc est, sicut antea. Et interposita voculâ, 2. Sam. III, 17. גַּם שִׁלְשֹׁם גַּם תְּמוֹל *etiam heri, etiam nudius tertius* quærebatis Davidem in Regem super vos, h. e. jam anteà quærebatis.

§. 2.

§. 2.

Hodie pro præsenti tempore ponitur, הַיּוֹם *hodie* isto effectus es populus Jehovæ DEO tuo, h. e. hoc tempore. Nomen adverbiascens, Psalm. XCV, 7. הַיּוֹם *hodie* si vocem ejus audieritis, h. e. præsenti hoc tempore, quo verbum gratiæ divinæ vobis prædicatur, Es. LVIII, 4. Non jejunate כַּיּוֹם *sicut hodie*, ut efferatis in excelsum vocem vestram, i. e. hoc tempore, Hos. IV, 5. Itaque corrues הַיּוֹם *hodie*, & corruet etiam Propheta tecum *nocte casuros*, ostendit allegoricè durissimam circumstantiam, quod cum apprehendet eos calamitas, etiam conscientiæ malæ stimulis exagitabuntur, quod tantum ventris sui causa in tantum discrimen adduxerint populum: quæ verba *Lutheri sunt in Comment. b. l. Tom. IV. Jen. Lat. p. 627. b.*

§. 3.

Alia verò eaque diversissima ratione הַיּוֹם *hodie*, usurpatur in dicto Psalm. II, 7. Jehova dixit ad me, Filius meus es, *ego hodie genui te.* Quia enim de Filii DEI à Patre generatione his verbis agitur, τὸ *hodie*, non ratione ullius successionis, sed ratione nudæ præsentiæ (quod enim jam est & hodie, id præsens est) DEO competit, & sic meram æternitatem notat, *B. D. Glassius Philol. Sacr. Lib. III. Tract. V. Can. V. p. m. 413. seq.* Sed quomodo *hodie*, si ab *aterno?* Resp. Imò hoc ipsum *hodie* est fluxus interminandus æternitatis, in qua non est prius & posterius, *heri* & *cras*, sed merum & continuum νῦν & *hodie.* Itaque *hodie* non infert determinatum tempus, sed omnia temporum intervalla excludit. Conf. Ebr. III, 7. Es. XLIII, 13. *B. D. Pfeiffer. Dub. Vex. Cent. III. L. XLVIII. p. 554. D. Justus Fevrbornius in Anti-Ostorodo Diss. VIII. §. 11. p. 127. D. Frid. Balduin. Colleg. Trin. Diss. VI. th. 24. seq. & Cas. Consc. Lib. II. Cap. II. Cas. IV. p. 94. L. Joh. Thilo Medull. p. 504. 508. Joh. Clauberg. Diss. Select. IX. de S. S. Trin. §. 10. 11. p. 65.* Cum DEUS hic ipse loquatur, quid coram ipso est HODIE, nisi ab æterno? Nam cum coram DEO omnia præterita, præsentia & futura vix sunt unum unius horulæ punctum, perspicuum est, æternitatem esse hodiernum ejus diem, qui ex innumeris constat punctis, *B. Brentius Hom. II. in Cap. I. Joh. p. 19.* Quamvis *heri* & *hodie* sint nomina temporis, præteriti & præsentis, tamen quando conjunguntur cum vocabulis etiam futuri temporis durationem significantibus, ut hac ratione omnes durationis differentiæ exprimantur, tunc per conjunctam earum enumerationem Scriptura describere consuevit absolutam æternitatem, omni initio, interruptione ac termino carente, accommodans scilicet se ad nostrum captum, qui ut finitus est, ita quoque infinitam æternitatem non nisi sub imagine præteriti, præsentis & futuri temporis concipit,

Apoc. I, 4. Gratia vobis ab eo, *qui est, qui erat, & qui venturus est*; quin & *heri* & *hodiè* absolutè posita æternitatis quandoque symbola sunt, ut colligi potest ex Es. XXX, 33. Hic enim τὸ *heri* idem est, quod ab æterno secundum plerosque interpretes, eò quod ab æterno infernus præparatus sit reprobis, *B. D. Joh. Gerhard. Homil. Sacr. P. I. p. 236. L. Job. Tbilo.* Conf. Ebr. XIII, 8. *Hodie* ad nullam temporis referri potest mensuram periodicam, quippè egressiones Filii ante principium, ante dies seculi, Mich. V, 2. Matth. II, 5. 6. Huc illud *Scaligeri de caus. L. L. Cap. CXIII.* Præteritum jam non est, futurum autem nondum: unum præsens semper est: nam etsi abit tempus, tamen hoc quod est, præsens est, *D. Geier. Prælect. in Psalm II, 7. p. m. 36.* Summa: Sol æternitatis Tropicos non habet, (Jac. I, 17.) Sed semper in Solstitiali culmine immutabiliter hæret, *D. Scherzer. Syst. Def. L. II. §. 9. p. 40.* Non opus hic est nobis, ut היום *hodie*, æternitatem significet, potius ex tota phrasi Æternitas colligenda: Ego hodiè genui te! *D. Joh. Fechtius Diss. de Generat. Messiæ Ætern. ex Ps. II, 7. Sect. II, §. 27. & num. 162.* Glossa Talmudica *Tr. de Festo Tabernaculorum Cap. V.* ita explicat; Egò hodiè ostendam hominibus, te esse Filium meum. Falso *Jos. Voisin. Observat. in Cap. VIII. P. III. R. M. P. F. p. 529.*

HIERARCHIÆ

Tres.

§. 1.

Tres numerantur Status sive Ordines à DEO instituti, videlicet, Ecclesiasticus, Politicus & Oeconomicus, quos etiam Hierarchias appellare consueverunt. Oeconomicus Ordo inservit generis humani multiplicationi; Politicus ejusdem defensioni; Ecclesiasticus ad salutem æternam promotioni. Oeconomicus Ordo oppositus est à DEO vagis libidinibus; Politicus tyrannidi ac latrociniis; Ecclesiasticus hæresibus ac doctrinæ corruptelis; in lingua Germanica hi Ordines vocantur der Lehr- Wehr- und Nehr-Stand/ officia ipsorum comprehenduntur hoc versiculo:

Tu supplex ora, tu protege, tuque labora!

Conf. *D. Gerhard. Loc. Theol. Tom. VI. n. 2. p. 2. Dante Cas. Const. Cap. XVIII. p. 615. Mart. Francisci Parent. in dedicat.*

§. 2.

Uber dem Thor zu Basel stehen folgende Worte mit güldenen Buchstaben angezeichnet:

Pfaff supplex ora, Fürst protege, Baur que labora!

Welcher Verß auch auffn Rath-Hause daselbst mit beygefügten Abbildungen der drey jetztgenandten Personen zu sehen; Der Pfaffe hält ein Buch

in

in der Hand und pfleget seiner Devotion; Der Fürst stehet in seinem weltlichen Habit und hat in der rechten Hand ein Schwerdt/ in der lincken aber einen Palm-Zweig. Der Baur stehet in seiner elenden Dorff-Kleidung und fasset in seinen Händen eine Mistgabel. Ist eine schöne Abbildung aller dreyer Haupt-Stände! Denn wo ist wohl jemahlen in der Welt eine Republic im Wolstande und Flor befunden worden/ wann berührte Stände nicht einander die hülffliche Hand geboten? Und darff man sicherlich glauben/ daß wo selbige gegen einander auffstehen/ oder verhetzet werden/ es nimmer ein gutes Ende nehmen könne; wo der **geistliche Stand** nicht mit Bitten/ Beten/ Vorbitten und Ermahnen anhält; der **weltliche** handhabet/ schützet/ straffet/ und belohnet; Und der **Hauß-Stand** fleißig arbeitet/ sorget/ und sich bemühet/ alles/ was zur Erhaltung des Lebens dienlich/ anzuschaffen/ da kan nimmer ein Land/ oder Republic in die Länge bestehen:

Drum soll es Mir und Dir im Friede wolergehen/
So müssen diese Ständ allzeit im Flore stehen!

Autor Rel. ex Parn. A. 1698. N. 35. 29. April.

HIERONYMUS

Ab Angleo castigatus, quod gentium libros legerit?

Vid. Apparat. Bibl. Tom. II. in Tit. Episcopus Literisne secularibus eruditus? p. 183. seq.

Quod ignoravit, nullus hominum scivit.

De Hieronymo dicitur: Nemo hominum scivit, quod Hieronymus ignoravit. Lampas mundi post obitum vocatus est, *Jos. Arndius Lex. Antiq. Eccles. p. 973. 974.*

Cardinalis.

Hieronymus à Judæis vocatur Cardinalis, cum tamen Cardinalia dignitas, sensu Curiæ Romanæ temporibus illis nondum innotuerit, *Hottingerus Thesaur. Philolog. Lib. I. Cap. III. S. III. p. 380. M. Henr. Kipping de Triplici Coronâ Rom. Pontif. §. 2.*

Vulgatæ an Autor?

Ita quidem à multis putatur (ostenditur etiam Bethlehemi adhuc quædam camera in qua Ebraica & Chaldaica Biblia in Latina transtulerit, **Otto Fried. von der Gröben Beschreibung des Brandenb. Adel. Pilgers** *Cap. XXVII. p. 268. 269.*) Sed falsò, quâ de re lege imprimis, *D. Gerhard. Exeges. p. 562. & D. Walther. in Offic. Bibl. p. 307. seq.* Romanen-

nenſes quidam nomen Hieronymi derivant ab iera ſanctum, & nemus, quaſi ſanctum nemus, *L. A. Rechenberg de Ineptiis Clericorum Rom. literaris §. 7.*

HIERONYMI
Et Auguſtini diſſenſio.

§. 1.

Interceſſit quædam inter Auguſtinum juvenem, & Hieronymum ſenectute jam laſſum diſſenſio, ea occaſione: quod *Commentariis ſuis in Epiſtolam ad Galatas* Hieronymus ſcripſerat, & Petrum & Paulum pro ratione temporis ſimulatione uſos. Quod ita verò Auguſtinus acceperat, quaſi ſenſiſſet Hieronymus, admittendam eſſe in literis divinis mendaci i ſuſpicionem. Pugnat igitur vehementius contra eum, cum quod de ſimulatione Hieronymus affirmaverat, ipſe ad mendacium concedendum in Scripturis Sacris, cum nonnullâ vehementiâ detorqueret. Reſpondit autem Hieronymus acerbius. Poſteà uterque alterum ad amorem mutuum & concordiam exhortatus eſt. Faceſſant, inquit Hieronymus, iſtiusmodi querimoniæ, ſit inter nos pura germanitas: & deinceps non quæſtionum, ſed charitatis ad nos ſcripta mittamus. Et: ſuper eſt ut diligas diligentem te, & in Scripturarum campo juvenis Semen non provoces. Nos noſtra habuimus tempora & cucurrimus, quantum potuimus: nunc te currente, & longa ſpatia transmeante, nobis debetur otium, *Zwingerus Vol. V. Lib. IV. p. 1535.*

§. 2.

Non male dictum vetus: Actuoſa ſit juventus: otium decet ſenes. It. Debitum otium ſenectæ, junioribus labor, *Gronovius in Liv. Lib. IX. Cap. III. p. 663.*

Felix qui meruit tranquillam ducere vitam,
Et lætos ſtabili claudere fine dies.

Cornelius Gallus Eleg. Lib. XX. Licuit eſſe otioſo Themiſtocli; licuit Epaminondæ, *Cic. Tuſc. Quæſt. Lib. I. p. m. 155.* Argyraſpides illi queruntur, quod quod illis in ſenectâ quieſcere non liceat, *Juſtin. Lib. XIV. Cap. III. n. 10. p. 165.*

- - - Hac mente laborem
Seſe ferre, ſenes, ut in otia tuta recedant
Ajunt.

Horat. Lib. I. Sat. I. Satis multum temporis ſparſimus: Incipiamus in ſenectute vaſa colligere; In freto viximus: moriamur in portu, *Seneca Ep. LXXVI.* Eodem ſpectant illi verſus *Ennii*, quibus propè actam jam, decurſamque ætatem

tem

tem ſuam equo forti & victori comparat, quorum in *Catone* mentionem facit *M. Tullius:*

Sicut fortis eqvus, ſpacio qui ſæpè ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.

Pontan. Prog. p. 1048. Non malè igitur *Marcus Antoninus Imp.* Tanquam vitâ jam functus, ejusdemque munere defunctus planè, quod relinqvum eſt, tanquam ex abundanti, naturæ convenienter fac vivas, *Lib. VIII. Vit. Propr. §. 56. p. 66.* Et felix materia ſvadere otium, *Symm. VI. LXII.* Sola ſenum vita eſt, quietis inveniſſe remedia, *Caſſiod. V. XXV. ap. VVanckel. in Gvev. p. 584.*

Sumtus in Ebræam lingvam.

Hieronymus tanto ſtudio Ebræam lingvam didicit, ut Bethlehemæ magno labore & pretio compararit ſibi nocturnum Præceptorem Barrabanum quendam Judæum, quæ interdiu docere Chriſtianos, propter metum Judæorum non audebat. Multis quoque nummis redemit Lyddæum quendam præceptorem, ſummæ apud Ebræos auctoritatis. Teſtis ipſemet *in Epiſtolâ ad Pammachium & Oceanum.* It. *in præfat. Job.* Idem ut barbararum vocum ſtridores exprimere poſſet, limâ ſibi anteriores dentes atteri curavit; *Fulgoſius Lib. VIII. Cap. VII. ap. Zwinger. Vol. IV. Lib. I. p. 1102. a.* Joh. Capnio Ebraicæ linguæ operam dans Romæ, pro ſingulis horis Ebræo Doctori aureum unum perſolvit, *Joach. Cureus in Sileſia Annalibus ap. Zwing. l. c. p. 1083.*

HILLELIS
Et Schammai diſſidium.

Hilleliſtæ & Schammaiſtæ inter Judæos tantâ animorum exacerbatione inter ſe decertarunt, ut diſcipuli eorum ad necem ſe mutuo quæſiverint, neque hoc diſſidium, vel per ipſum Eliam crediderint poſſe componi, *D. Joh. Ben. Carpzovius Introduct. in Theolog. Judaic. Raymundi Martini Pug. Fid. præfix. Cap. III. §. 2. p. 8. & Joſeph. de Voiſin Obſervat. in proœm. Pug. Fid. p. 12.*

Diſcipulorum præſtantia.

Inſana ſunt mendacia quæ jactant Judæi de ſuo Hillel & R. Akiba. Illi nempè fuiſſe aliquot auditorum millia; quorum octoginta ita eminuerint, ut triginta fuerint digni divinâ converſatione ad inſtar Moſis: triginta alii digni, in quorum honorem Sol ſubſiſteret, Joſuæ exemplo, reliquis excelſum nomen inter doctos obtinentibus. Akibam audiviſſe diſcipulos viginti quatuor mille, *Herman. Conringius. in Supplemento LX. Antiq. Acad. p. 357.*

HOLLANDIA

Quot urbes habet & pagos?

Hollandia in universum non numerat oppida supra octoginta, pagos supra mille sexcentos, *Laur. Beyerlinck M. T. V. H. Tom. VI. Lib. XVI. p. 27.* Triginta tres comprehendit urbes, *Lansius pro German. p. 55.* Auswertig aber besitzet Holland soviel Landereyen / als die 3. Nordischen Königreiche austragen / und beherrschen so viel Meilen / als Ruthen Landes in Holland seyn; wie sie denn mehr als Königliche Einkünffte aus denen Indien ziehen / auch vielen Königen zu befehlen haben / *D. Zenner. Novell. Mundi Docti & Curiosi An. 1693. p. 1386. Buno Introd. in Cluver. Geograph. Lib. II. Cap. XIX. §. 15. p. 176. & Lib. V. Cap. VIII. §. 1. p. 531.*

HOLLANDICÆ

Provinciæ parvitas.

§. 1.

Johannes König in Dennemarck / Schweden und Norwegen / nahm ihm An. 1500. für Dithmarsen zu überwältigen / und argumentirte gar zuversichtlich: weil er Schweden hätte bezwingen können / welches wohl hundertmal so groß wäre / so würde er mit einem solchen Ländgen in *Duodez* bald zurechte kommen. Aber er ward geschlagen / und blieben die Dithmarsen damalen frey / Vid. *Cl. Hübner. Histor. Polit. P. III. Lib. II. p. 836. 837.* Belgicæ Provinciæ itidem manipulus hominum sunt, si ad potentiam Hispanicam respicias, *D. Mich. Piccartus Comment. in Arist. Polit. Lib. V. Cap. VI. p. 718.* De quibus superbè satis Tyrannus Turcicus, siquantum Hispano molestiæ, negotiique ab illis ortum est, sibi obtigisset, missurum se fuisse, dixit, qui ligonibus, furculisque in mare conjicerent; Isti tamen tantillum terræ limbum incolentes, felici tædio concrescentem servitutis Hispanicæ jugo cervicibus suis callum detruncarunt, justâ irâ ac desperatione ad fortitudinem erecti (ut fere solet plus impetùs, major constantia, penes miseros esse, *Tacit. Agric. C. XV.*) cæteroquin omnibus modis inferiores, pro patriâ & libertate, præter jus fasque oppressâ, tam strenuè feliciterque pugnarunt, ut potentissimus hostis, post 120. auri millionum impensam, post tot ingentium exercituum jacturam, & quod caput est, post nobilissimarum provinciarum amissionem, demum in ipsum Hollandiæ meditullium, Pacem ultrò delatum venerit, *M. Berneggerus in Tubâ Pacis occentâ Scioppiano Sacri Belli Classico p. 31.* Potentiâ toti orbi formidabilis Philippus, partem Belgii, quæ Hispanorum abnuebat imperium, & amplissimis eorum regnis, provinciisque collata, puncti instar erat, nunquam

quam ad officium redigere valuit, *M. Sebast. Edzardus Diss. Prior. de Rebus in Hispaniâ gestis* §. 7. Pusillæ illius Hollandorum provinciæ successum, non gentis ingenio, industriæque imputare possum, sed divinæ clementiæ, inquit *Thomas Browne in Religione Medici P. I. Sect. XVI. p. 96.*

§. 2.

Solo igitur angusto comprehenditur, eoque impari alendo stupendam istam hominum multitudinem, quam habet; sed cujus defectum commercia supplent, mari importante, quod Terra negavit, & copiosissimam omnium totius orbis rerum supellectilem suppeditante. In quam Hollandiæ conditionem lusit *Joh. Scaliger* sequenti ad *J. Dousam* svavi poëmate;

Ignorata tuæ referam miracula Terræ,
Dousa, peregrinis non habitura fidem.
Omnia lanicio lassat textrina Minerva;
Lanigeros tamen hinc scimus abesse greges,
Non capiunt operas fabriles oppida vestra,
Nulla fabris tamen hic ligna ministrat humus,
Horrea triticeæ rumpunt hic frugis acervi;
Pascuus hic tamen est, non Cerealis ager,
Hic numerosa meri stipantur dolia cellis;
Quæ vineta colat, nulla putator habet,
Hîc nulla, aut certè seges est rarissima lini;
Linifici tamen est copia major ubi?
Hic mediis habitamus aquis, quis credere possit?
Et tamen hic nullæ, *Dousa*, cibuntur aquæ,

D. D. Beeman, H. O. T. P. I. Cap. VI. S. I. p. 209. 210.

HOLLANDICI

Lactis copia,

§. 1.

Unicuique regioni sua laus & merces. Non omnis fert omnia tellus. Italia frumento, Hispania lana, Gallia, Germaniaque vino, Flandria lino, Anglia stanno, Hollandia lacte & caseo abundat, & curiosâ subductione scribit *Scribonius in Politico Christiano Lib. I. Cap. XXIV.* Hollandiam, provinciarum non maximam, tot lacte implere singulis annis mulctralia, quot Gallia tota vini dolia; tantum lactei depluere roris, Provinciam è Septendecim Belgii unam, quam Gallia universa vini, quod pro portento, *inquit*, esse potest. Tum subdit; Qvis non obstupescat, Belgium unum, orbem propè

universum divitissimâ lineâ supellectile, arte materiam superante, universum orbem ditare, qua & serica, & Damascena, & attalica, aliaque pretiosissima mercimonia commutare & sibi comparare solet, *Engelgrav. Cal. Empyr. P. I. p. 574.*

§. 2.

Compertum est aliquibus partibus Hollandiæ, vaccas singulas vernis atque æstivis mensibus 44. lactis heminas quotidiè in mulctralia fundere; ac prætereà *Joh. Benningus*, Curiæ Hollandicæ Consiliarius, certâ observatione, & minimè fallente calculo ostendit, Assendelphi, & quatuor vicinis pagis tantum lactis uno anno è vaccis emulgeri, quantum devehatur ex Germaniâ Rhenensis vini Dordracum, ubi tamen celebre emporium, seu stapula est, *Lansius pro Germ. p. 68.*

HOLLANDORUM

Moneta.

Rectè concordia statuitur Palladium, quo salvo, salva est Respublica. Quamdiu ferox Leo uniti Belgii indivulsos fasces tenuit, ad nullius exhorruit galli cantum; nec locum, ubi nidum sibi componeret, ei concessit. Sic iidem illustres Ordines uniti Anno 1588. contra Angliæ Reginam inconculsi stabant. Nam cum mutua jam inciperent alere odia, novum Belgæ cudebant numisma, cujus altera facies duos boves aratrum trahentes repræsentabat cum lemmate: *Trahite æquo jugo!* altera exhibebat duas in mari natantes ollas, hoc epigrammate notatas: *Frangimur, si collidimur!* Hæc ingeniosa inventio scrupulum non modò Reginæ injiciebat; sed & ad constantem pacificam pactionem eam componebat, *Meteranus Histor. Belg. Lib. XIV.* Cudebant Anno 1592. Geldri, Hollandi, Selandi, Frisii, Transisalani & Ultrajectini numismata, quibus ab una parte insculptæ erant duæ manus invicem connexæ, adjunctis sex telis firmiter coadunatis, hâc inscriptione Latinâ: *DEO juvante!* Ab alterâ parte columna unica, magno libro (cui nomen Religio) insistens, & eidem superimpositus erat pileus libertatis signum. Columna hæc à manibus sex virorum (qui sex provincias illas unitas signabant) tenebatur additis his verbis: *Hâc nitimur, hanc tuemur! Wolff. Rer. Memor. Tom. II. Cent. XVI. p. 1001. B. M. Joh. Gabr.* Dredyslex *Syncretism. Pilato-Herodiano ex Luc. XXIII. 12. §. 21.*

HOMO

Pro quolibet, aliquo.

In fontibus vox ἄνθρωπος *distributivè* sumitur pro *quolibet*, seu unoquoque

que 1. Cor. IV, 1. ὅτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἀνθρωπος, sic nos æstimet homo i. e. unusquisque. Quæ Enallage non modo Ebræis *tùm* in voce אִישׁ *Vir*, 2. Reg. XX, 20. Es. XXXIII, 16. Hos. II, 20. *tùm* in voce אָדָם Psalm CV, 14. Sed & Scriptoribus N. T. in voce Ἄνθρωπος, perquam familiaris 1. Cor. XI, 28. δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, probet autem *quisq;* seipsum, Gal. II, 16. οὐ δικαιῶται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, non justificatur *quisquam* ex operibus legis. Conf. Matth. X, 35. Alias vox Ἄνθρωπος stilo Evangelistarum etiam *indeterminatè* sumitur pro *aliquo*, Matth. XIII, 45. ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ *cuidam* mercatori, Cap. XIIX, 23. ἀνθρώπῳ βασιλεῖ *alicui* regi. Idem observare licet in voce Ἀνὴρ, Luc. V, 8. ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς Cap. XXIV, 19. ἀνὴρ προφήτης, Act. IIX. 27. ἀνὴρ αἰθίοψ. Ebræos etiam sic loqui novimus, Zachar. IIX, 27. *Exc. D. D. Job. Olearius Pos. Philol. Græci Ep. Dom. Text. Conc. Exercit. III. Pos. I. p. 17.* Es. XXXVI, 16. וְ אִישׁ comedite אִישׁ vitem suam, LXX. reddiderunt ἕκαστος. Vid. *J. C. Dieteric. Lexic. Philol. Theol. p. 110.*

Ampulla sanguinis.

Quid est Homo nisi ampulla sanguinis, consecrata Religioni, Patriæ, veritati? *M. Radau Or. Ext. P. I. Cap. I. Q. II. p. 11.*

Angelorum factura.

Dixit R. Jehuda, filius Simonis, Michaëlem & Gabrielem fuisse Paranymphos Adami primi hominis, in Bereschith Rabba Sect. VIII. f. 10. 4. cit. *D. J. B. Carpzov. in de Chuppâ Ebræorum Sect. I. Cap. II. §. 5.* Evam ministerio Angelorum ex costâ Adami fuisse ædificatam, dicat *Comestor in Cap. XVII. Gen.* Quemadmodum multi Rabbinorum probare satagunt, cum DEO ad creationem hominis concurrisse Angelos, alii terram, alii animas, jam tum à DEO creatas, posteaque corporibus infundendas, idque in genere causæ efficientis, Vid. *P. Slevogt. Acad. Disp. XVI. §. 9. p. 351. seq. Carpzov. Conc. Fun. P. I. p. 407. 408. Pelargus Diss. V. §. 6. 7. p. 28. 29. Hackspan. in Es. LVII, 16. p. 702. Pocockius in Not. Miscell. Cap. VI. p. 59. Menasse ben Israël Conciliat. Gen. Q. VI. §. 4. p. 12.* Sicuti & Saturnianorum fuit error, hominem Angelorum facturam esse, ap. *D. Job. Pappum Epit. Hist. Eccles. p. 201.*

Animal loquens.

Homo à Rabbinis vocatur חיה מרברת (Chaja medabbæreth) animal loquens, *L. Job. Cyprianus Continuat. in Hist. Animal. Fmnzii P. I. Cap. I. p. 3. Sam. Bochardus Hieroz. Lib. I. Cap. I. p. 3. Job. Buxtorff. Diss. Philol. Theol. I. Cap. I. §. 4. p. 2.* ad discrimen cæterorum animantium mutorum, quod animal ἄλογον vocant בעיר, undè Latin. Brutum, *D. Job. Deutschman Diss. Philol.*

Theol. ex Omn. Divin. Apoc. V, 5. 6. 7. Duabus rebus homo ſupra reliquorum animantium conditionem extollitur, *Ratione* ſcil. & *Oratione. Ratione* præſtamus belluis, per quam conjecturâ valemus, argumentamur, refellimus, diſſerimus, conficimus & concludimus: *Sermone* exprimere dicendo ſenſa animi poſſumus, interque nos colloquimur. Solius ſapientiſſimi architecti opus *oratio*, multò verò magis *ratio*, quæ ſanè radius eſt quidam lucis divinæ, quo etiam ea, quæ longè ſupra ſenſus poſita ſunt, apprehendere, adeoque ad eum penetrare poſſunt, à quo vis omnis intelligendi manat, *Heidfeld S. P. T. Cap. XI. p. 249.*

Unus homo vitæ pulchro moderamina rectæ
Exprimit eloquio, *Guil. Sal. Bartaſ. Hebdom. II. Lib. V. p. 158.*

Conf. *J. H. Urſini Theologia Symbol. Cap. XXV. in Tit. Animalium ſermo p. 35.*

Animalium omnium digniſſimum.

Homo omnium animalium digniſſimum & præſtantiſſimum animal vocatur, *L. 44 ff. de ædil. edict. ap. Val. Arithmæum Velinat. Feudal. Diſp. IV. §. 4. lit. a.* Sed & omnium ſuperbiſſimum, *Plin. VII.*

Anteiri ſe ab aliis vix patitur.

Diomedes & Ulyſſes conſilium de interficiendo Palamede ineunt, more ingenii humani, quod imbecillum adverſus dolores, animi, & invidiæ plenum, anteiri ſe à meliore haud facilè patitur, *Dictys Cretenſis de bello Trojano Lib. II. p. m. 39.*

Annorum L. mortem cogitet.

Veriſſimè homines cordatos poſt quinquageſimum vitæ annum, potius cogitationibus de excipienda morte, quam quærendis ad prorogandum vitæ ſpatium delitiis, voluptatibusque fatigari decet. Cornelia Romana ad Filios ap. *Guevar. H. P. Lib. II. Cap. XXXVI. n. 378. p. 407.* Omnes homines oportet aut immortalitatem ſuam, aut mortalitatem cogitare, *Plin. VIII. Epiſt. III.* Speculum intuens indecora carnis depone, & de morte aliquid cogita, *Sen. I. Nat. Quæſt. XVII. cit. Wanckel, in cit. Guev. loc.*

Antiqvus & Novus.

§. 1.

Hominem veterem exuere jubemur propter fœdus novum, Rom. VI, 6. Epheſ. IV, 24. Coloſſ. III, 9. Vetus fœdus eſt, ſordidiſſimus, veterrimus. Quid ergò? Audi Paulum ex Rom. VII, 14. *Carnalis*, & ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν πεπραμένος. O mancipium miſerabile! Non operatur quod vult, bonum v. 19. propter νόμον ἕτερον ἐν τοῖς μέλεσιν ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, ἀἰχμα-

ἀιχμαλωτίζοντα ἡμᾶς τῷ νόμῳ ἁμαρτίας v. 23. ut fidelis & regenitus, imò Apostolus exclamet ipse, v. 24. ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος. Hæc veteris Adami propria elogia & prædicata; ut dicatur *animalis*, 1. Cor. II, 14. *Carnalis*, Gal. V, 17. *peccati corpus*, Rom. VI, 6. *Caro* passim, & præcipuè Gen. VI, 3. *ex carne natus*, Joh. III, 6. Neque tamen ipsam hominis substantiam, sed à nativitate insitam, cum habitu malitiæ conjunctam pravitatem, & corruptionem superadditam naturæ denotat, opponiturque homini interiori & spirituali. Optimè *Chrysostomus Homil. XIII. in Ep. ad Ephes. IV, 24.* Renovari est, quando, quod inveteravit, aliud ex alio factum, renovatur. Itaque eadem quidem permanet substantia, & idem subjectum, immutatio verò fit circa accidens. Quemadmodum unum quidem, & idem corpus est, fit verò transmutatio juxta id, quod accidit; Ita & hic *induite novum hominem!* Vides quod unum quidem sit subjectum, indumenta verò duo: unum, quod exuitur, & alterum, quod induitur. Quâ verò ratione hominem virtutem vocat? Et quare hominem malitiam? Quemadmodum facile est vestem, ita videre illud est etiam in virtute induenda, seu malitia deponendâ.

§. 2.

Vi oppositorum, habito ad veteres respectu, facilè intelligas, cur *Creatura nova*, Gal. VI, 15. dicatur. Ratione scil. *Regenerationis* primum, quia consepultus per baptismum homo vetus est in CHRISTO, Rom. VI, 4. ut cum resurgente CHRISTO ambulet in vitâ nova. Ratione *Renovationis* posteà continuari novitas hæc debet. Per *illam* homo novus fit & existit; per *hanc* restituitur ac reparatur. Induendi modus adhibetur, per metaphoram, à vestibus aptandis novis, & antiquis exuendis ab interiori homine, per naturalium affectuum, à motibus spiritualibus, suppressionem, tolerantiamque Christianæ crucis, Matth. XVI, 24. Luc. XIV, 27. ut exterior corrumpatur, & interior resuscitetur homo, 2. Cor. IV, 16. *M. Christ. Ernest. Musigk de Antiquo & Novo (Homine inprimis) sub Præside G. C. Kirchmaieri Cap. I. §. 7. p. 8. 9. & C. II. §. 7. p. 14. 15.* Quando jubemur exuere veterem, & induere novum hominem, non de mutatione substantiali, sed accidentali, mutatione scil. qualitatum vel reparatione divinæ imaginis, quæ consistebat in qualitatum perfectione, id venit intelligendum, *D. Kromaier. Scrutin. Relig. Diss. VI. §. 46. p. 155. D. Ægid. Hunnius Comment. in Cap. IV. ad Ephes. p. m. 362. D. Abrah. Schulter. in Id. Conc. p. 97.*

Arbor, ergò semper ferat fructus.

§. 1.

Meminisse enim debet, ficum, quæ absque fructu erat, à CHRISTO maledictam fuisse, Matth. XXI. tametsi, ut Marcus addit, Cap. XI, 13. tempus ficorum

rum non erat. Nimirum docere voluit CHRISTUS, ne in virtutum progressu imitemur arbores, quæ certo tantum tempore fructificant, sed ut nullo tempore steriles inveniamur, quin potius virtutum studio assiduè incumbamus. Similes nos esse decet ligno vitæ, quod describitur, Apoc. XXII. & affert fructus XII. per menses singulos fructum suum; Danda proindè opera, ut singulis mensibus singulos peculiarium bonorum operum fructus edamus, uti confessionem, & communionem menstruam, aliisque piis operibus, quantum fieri potest, semper studeamus, juxta id Ecclesiastis Cap. IX. quodcunque facere potest manus tua, instanter operare. Quod etiam palma docet, quæ singulis mensibus singulos protrudit ramos, teste *Pierio Hierogl. Lib. L. C. II. p. 631.* Cui similem esse justum, ait Prophetæ, Ps. XCII, 19. Justus ut palma florebit.

§. 2.

Wann die Menschen in der Schrifft denen Bäumen verglichen werden/können wir bedencken/ Jud. IX, 9. Psalm I, 3. LII, 9. XCII, 3. I. *Arborum diversitatem*, die Vielfältigkeit und Unterscheid der Bäume. Es sind etliche gar edle Bäume/ als im Jüdischen Lande waren die Palm-Bäume/ Feigen- und Balsam-Bäume: Etliche aber unfruchtbare/ kahle Bäume/ Epist. Jud. v. 12. Also sind auch die Menschen unterschiedlich/ wir sollten zwar alle gute Bäume seyn/ nach den ersten Psalm/ aber etliche bringen gute Früchte/ etliche aber bringen nur Blätter/ und keine Frucht/ und dieselben werden von Christo verflucht/ Matth. XXI, 19. Luc. XIII, 19. II. *Moriendi necessitatem*, daß alles/ was lebt/ auch sterblich ist. Die Bäume werden alt/ sie verdorren/ es kommt ein Erd Feur über sie/ Donnerschlag/ Hagel kan sie verderben; Also ist es mit den Menschen beschaffen/ es lebt einer zehen/ hundert oder tausend Jahr/ muß er doch endlich sterben/ und da fragt man nicht/ wie lang einer gelebet hat/ Syr. XLI, 7. Der Mensch ist nicht allein wie ein Baum/ sondern auch wie ein Graß/ wenn der Wind ꝛc. Psalm CIII, 16. III. *Revirescentiæ suavitatem*, daß die Bäume gleichwol wieder ausschlagen/ blühen und Frucht bringen/ Luc. XXI, 30. Also ists uns tröstlich/ ob wir gleich im Tode verwelcken/ sollen wir am Frühling des Jüngsten Tages lieblich wieder herfür kommen. Allein haben wir einen schweren Spruch Job XIV, 7. Ein Baum hat Hoffnung/ wann ꝛc. wie sind diese Worte zu verstehen/? Etliche gehen dahin/ Job habe sie aus Ungedult geredet. Ruffinus und Lyra wollen/ Job bringe es Frage-weise für/ q. d. Ein Baum kan herfürschossen/ sollte nicht auch ein Mensch wieder ausblühen? Etliche wollen/ es rede Job, was natürlicher Weise geschehen könne/ der Natur sey es unmüglich. Etliche/ er trage es für/ nicht aus seiner Meynung/ sondern der Freunde/ die leidige Tröster waren. Die beste Antwort ist/ Job han-

dele

dele von der Wiederkunfft in dieſes Leben/ welche nicht geſchehe/ als lange des Himmels-Lauff bleibet. Und wird ſonſten aus dieſem Gleichniß die Aufferſtehung der Todten beſtätiget/ Joh. XII, 25. 1. Cor. XV, 36. Eſ. LXVI, 14. Darum ſetzet Job hinzu: So lange der Himmel bleibt/ da kommt keiner wieder/ ſonſt iſt er allerdings der Hoffnung/ daß er aufferſtehen/ und mit ſeiner Haut werde umgeben werden/ Job. XIX, 25. *D. Röber. Tom. III. Funeb. p. 150.*

§. 3.

Meffreth. Hort. Regin. Tom. II. Dom. VIII. p. Trin. Ser. LIX. p. 364. ſeq. Holkot. ſup. Lib. Sap. Lect. XLVII. dicit, *quod homo arbori comparetur*, juxta illud: Video homines, ſicut arbores. Homo enim & arbor habent quandam ſimilitudinem I. *in vivendo.* Arbor enim non vivit, niſi per calorem cœleſtem, & humorem terreſtrem: ſic nec moraliter vivit homo, niſi per charitatem & humilitatem. Humilitas oritur de terrâ i. e. de conſideratione quod terreni ſumus, & in terram reverſuri in brevi, undè ſicut illæ arbores, quæ profundius ſuas radices, in terram figunt, ſtant ſtabilius; ita illi homines, qui ſe diligentius terrenos eſſe cogitant, firmius ſtant contra tentationes varias culpæ. II. *in creſcendo:* quamvis arboris pars inferior terræ adhæreat, potior tamen & pulchrior pars ſupereminet, tendens verſus cœlum: Sic moraliter, licet nos operteat aliquam ſollicitudinem circa terrena habere, tamen potior pars voluntatis noſtræ debet tendere verſus cœlum. III. *in fructu ferendo.* Arbores primò germinant deindè florent, & tandem fructus ferunt; Ita homo primò germinat bonis cogitationibus, floret deindè bonis voluntatibus & fructus fert bonis operationibus, juxta *Chryſoſt. Hom. XXXII.* IV. *in cadendo.* Arbor quæ diu crevit & vixit, tandem præ ſenio deficit & cadit: *ſic & homo* Sed dolendum, quod, quemadmodum arbores quædam tales producunt fructus, qui ſunt inutiles & acerbi ad manducandum; ſic & homines. *Quidam ferunt fructus laſcivia*, & carnalis delectationis: hi fructus pleni ſunt vermibus. Videmus pomum pulcherrimi coloris exterius & tamen intrinſecus latet vermis, & invenitur totum corroſum: ſic ſuggeſtio voluptatis apparet exterius ſuavis & delectabilis tempore tentationis, & cum ſcelus fuerit perpetratum, invenitur vermis corrodens conſcientiam, qui niſi interficiatur in hâc vitâ, vivet in æternum. *Quidam ferunt fructus plenos amaritudinis*, qui ſunt fructus avaritiæ, & mundialis poſſeſſionis. Quicunque enim rebus mundi incumbit acquirendo, poſſidendo, opponendo, frequenter amaricatur & conturbatur, etiam ſi videatur in pace vivere. Et ſicut *comedentibus poma* cruda, & fructus immaturos, ſani cibi fiunt inſipidi: Sic etiam, qui delectatur in divitiis vel acquirendis, vel conſervandis, vel diſponendis, ei cibus animæ, qui non perit, cibus verbi DEI, cibus devotionis, cibus orationis & contemplationis apparet

insipidus. *Quidam ferunt fructus plenos humoribus inflativis*, qui sunt fructus superbiæ & ambitionis. Licet enim honores svaviter sapiant, tamen cum periculis inflant. §. 4.

P. Carol. Stengel. in Dea Pomona Cap. II. p. 10. 11. Homo similis est arbori I. *Proceritate & altitudine.* II. *Rectitudine.* III. *Rotunditate.* IV. *Cortice & Comâ:* quod enim in arbore est cortex & foliâ; hoc in homine est pellis & capilli. V. *Ramis.* Homo enim expansis brachiis est arbor expansis ramis. VI. *Vita & venis.* Sicut homo vivit aliturque cibo, chylo, sanguine per totum corpus in venas distributo; sic arbor vivit aliturque succo per fibras in omnes partes dispertito. VII. *Arbor è parva frutice* sensim tendit in altum; *sic & homo* crescit occulto velut arbor ævo: adeoque sicut homini sua est pueritia, adolescentia, virilis ætas, senium & mors: sic & arbori. VIII. *Bona arbor* producit fructus bonos, mala malos: sic homo &c. *M. Bauman. Anal. Allegor. p. 348. seq.*

Bos, Leo, Aquila.

Sis ratione vigens HOMO, BOS carnalia mactans,
Sis LEO prava domans, sis AQUILA alta petens.

Tungerl. Prompt. Evang. P. III. p. 817.

Breve enthymema.

Homo est breve enthymema, habens pro antecedente ortum, pro consequente interitum, *D. J. A. Weber. Art. Convers. Reg. I. Sect. III. §. 61. p. 29.*

Bulla.

Appendebatur olim pueris ante pectus Bulla ad similitudinem ejus, quæ aqua excitatur, præcipuè dum bullit, ut admonerentur illius, quod dici solet: HOMO BULLA. *Salm. in Pant. P. I. Tit. XLIII. p. 152. 153. Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. XLI. Cap. VII. p. 512.* Vid. Tit. Bulla. Vitæ humanæ brevitas & fragilitas indicatur per puerum inflantem aqueas bullas, cum epigraphe: Homo Bulla! *M. Pexenfeld. Apparat. Erud. Cap. XX. p. 85.*

Cinis.

Homo, si sacros Scriptores interrogemus, est esca vermium, saccus stercorum calamitatis ludibrium, imbecillitatis exemplum; est nuncius procurrens, navis pertransiens, avis transvolans, fumus evanescens, gracilis spuma, invidiæ trutina, stilla situlæ, momentum stateræ; gutta roris antelucani, hospes unius diei; est flos, fœnum, universa vanitas, pulvis & cinis, inane & nihilum, *Drexel. in Prodrom. Æternitatis Cap. I. §. 11. p. 51.* Homo cinis, ein Ubelgebohrner von Aschenburg *D. J. C. Danhauer. Theol. Conscient. T. I. P. I. S. III.*

A. II. §. 25. p. 225. Hinc Abrahamus: Cum ſim *pulvis & cinis*, Gen. XVIII, 27. עפר eſt humus, vel pulvis humectatus; Dicit ergò Abraham, quod ſit pulvis & cinis, & in humo, vel inpulvere humectato exprimeret hominis materiale principium, & in cinere finalem ipſius reſolutionem, *L. Job. Thilo in Medullâ Theol. p. 90.*

Cithara.

Clemens Alexandrinus *in Orat. cont. Gent.* hominem eſſe Citharam dixit. Pulchrè! nam ſicut Cithara è variis chordis, ita homo ex corpore & animâ, opibus, honoribus, compingitur; ex quibus tamen omnibus una harmonia fit in laudem DEI, Patriæ, ſui. Rumpitur hæc cithara dolore & morte, *M. Radau Orat. Ext. P. II. Cap. VII. Q. II. p. 303.*

In Cœlum aſcendens bis mille requirit annos.

Lapis molaris, ſecundum Ptolemaicos, ob octavæ ſphæræ ſuperficie deſcendens XC. annis indiget, antequam terram attingat, quamvis ſingulis horis ad ducenta milliaria deſcenderet, & hominem directè hinc aſcendentem ad eandem ſphæram octavam, non perventurum ad ejus concavum intra bis mille annos (quamvis quotidiè 100. millaria conficeret); Quomodò ergo CHRISTUS, Elias, Enochus, & noviſſimo die omnes fideles, manente corporum materia, quantitate & localitate brevi tempore in cœlum pervenire poterunt? *Gisb. Voëtius Select. Diſp. P. I. p. 702.*

Creatura κατ' ἐξοχὴν, Matth. XXVIII, 19. Col. I, 6.

§. 1.

Cum dubitationis anſam hoc loco capere poſſent ſimpliciores, quid ita omnem creaturam diceret Dominus, homines ſolos intelligi volens, ſcita mihi interventio doctiſſimorum præſulum videtur, qui omnes creaturas hominem ſolum meritò appellari concluſerunt, eâ ratione, quod homini in eſſet junctim omnis vis, quæ in creaturas cæteras diſperſa eſt, atque diviſa, de quo multis *Dn. Caſp. Barthius Adverſ. Lib. XLIX. Cap. II. p. 2280.* Omnis quippè creatura eſt in homine, quia intelligit ſpiritu, & ſentit animâ, & localiter movetur corpore: quæ fermè coincidunt cum iſto Talmudico: הוא סיף כל ההויות האדם Homo eſt finis omnium exiſtentiarum. Eſt nodus & vinculum omnis Creaturæ, microcoſmus & mundi miraculum, quia Homo ab omnibus creaturis aliquid participat, ab Elementis ſcil. eſſe, à plantis vegetari, ab animalibus ſentire, ab Angelis ratiocinari, *D. Job. Meiſnerus de Creaturâ Gemebundâ ex Rom. VIII. 19. 22. Sect. II. Cap. I. §. 1.* Exiſtit cum elementis, vivit cum plantis, ſentit cum beſtiis, intelligit cum Angelis, *Caſp. Schottus Phyſ. Curioſ. Lib. III. in præam. p. 351. D. Job. Chriſtoph. Otto Diſſ. de Gemitu Crea-*

tura non intelligentis ex Rom. VIII. Memb. II. Punct. I. §. 3. 4. Homo & creationis & naturæ centrum est, *August. Lib. X. de C. D. Cap. II.* Illa enim bona, quæ DEUS creaturis sparsim communicavit, in homine conjunctim inveniuntur, *B. Georg. Mœbius Theol. Canon. Disp. VII. Can. LXXXIX. p. 159.*

§. 2.

Mundus μεγάνθρωπος, & Homo μικρόκοσμος, *Mart. Bohemus Theol. Contemplat. Hom. P. I. Conc. I. p. 9. 10. seq. Fagius ad Gen. I, 26. in Op. Arg. Pars Crit. Sacr. Tom. I. p. 15. Vossius de Idolol. Lib. III. Cap. V. p. 751. seq.* Parvus mundus, & parvus Deus, *Joh. Amos. Comenius de Uno Necessario Cap. V. §. 3. p. 26.* (Vocat quidem scriptura Principes ad Magistratus Deos, non quod naturâ sint Dii, sed quod officium ipsorum sit divina ordinatio. Et si primam creationem hominis consider averis, non magistratus tantum, sed etiam quivis homo dicendus esset Deus, *Brentius Hom. LXXXII. in Cap. X. Job. p. 558.*) Et sic Epitome Creaturarum, קטון עולם ut vocat eum R. D. Kimchi sup. 2. Zach. cit. *D. Heinr.* Freyesleben *Disquis. Synod. in Form. Conc. II. §. 3. R. Menasseh ben Israël Conciliat. in Gen. Q. VII. §. 2. p. 13.* Naturæ centrum, *D. Gerhard. Hom. Sacr. P. I. p. 36.* Magnum mundi miraculum, *Hermes Trismegistus de Nat. Deor. ad Asclepium ap. Apulejum p. 436.* θᾶμα θαυμάτων, *B. D. Kromaier. Th. Pos. Pol. Art. VIII. p. 418.* τέλος ἁπάντων, *D. Waltherus de Immort. Anim. Rat. p. 2.* Nobilissimum Rerum, *Lipsius de Const. Lib. I. Cap. XIV. p. m. 46.* Deus terrestris, *Brentius Hom. LXXXII. in Cap. X. Job. p. 558.* κατ' ἐξοχὴν κτίσις, Polanus Synt. Th. Lib. V. Cap. XVII. p. 984. γένος θεῖον, Act. XVII, 28. *Id. ibid. p. 987.* Tantoque gradu cæteris excellentior, quanto imagini divinæ vicinior, *Isidorus de S. B. Lib. Cap. XIII. p. m. 8.*

§. 3.

Alii Philosophi *Hominem* vocarunt *modò* mundi breviarium, *modò* cœli terræque interstitium, modò Horyzontem temporis & æternitatis, modò naturæ superioris & inferioris hymenæum, modò corporeorum & incorporeorum copulam, perfectionem & mensuram omnium, *Mich. Bauman. Anal. Typ. p. 258. D. Deutschman in Paradisiacâ Adami Theologiâ p. 163. Salden. Ot. Th. Lib. II. Ex. II. §. 1. p. 219. Voët. Disp. Sel. P. I. p. 755. 756.* Non enim verum, quod *Isocrates ad Nicoclem p. 61.* dicit: Naturæ nostræ dotibus nihil cæteris animantibus antecellimus: Sed ab illis longè tum celeritate, tum robore, tum aliis facultatibus superamur. Nam homini à naturâ nihil datum esse dicemus? *Cic. de Fin. Lib. II. p. m. 88.* Weberus certè *in Art. Convers. Reg. IX. Problem. IX. p. 492.* probat, has dotes animalium ab aliquibus hominibus superatas esse, decebat namque, *inquit*, dignitatem naturæ humanæ, ut in nulli re ab aliquo bruto omnes homines vincerentur. Exempla pernicitatis, roboris,

ris, visus, auditus, &c. vid. ap. *Solin. Cap. VI. p. m. 171. seq. Plin. Lib. VII. Cap. XX. XXI. XXII. p. 113. seq. Apulejum de Dogmate Platonis p. 37.*

§. 4.

Quomodò occurrendum sit bruta animalia nobis præponentibus vid. ap. *Rhodig. Lib. III. Cap. X.* Quodcunque robur est animantibus, quæcunque velocitas, quæcunque opportunitas, quæcunque commoditas, tota homini deservit. Ille indomitos boves ad jugum, & feroces equos ad frenum cogit. Ursos ungvibus, apros dentibus cervos cornibus, metuendos, decus fecit ille mensarum &c. Sic ex omni naturæ parte partum aliquid. Non est tibi bovis robur, at tibi bos arat. Non est tibi equi celeritas, tibi tamen eqvus ambulat. Non est tibi elephantis, aut cameli moles, sed ille tibi turrim vehit, hic sarcinam. Non est tibi cervi corium, non agni pellis, aut vulpeculæ, sed illi hæc tuo nomine possident. Anne igitur his, qui vos inopes talium dicunt, haud inelegans responsum illud sit Romani Ducis: Habere ista hominem nolle, sed hæc habentibus imperare, *Fr. Petrarcha de R. II. F. Lib. II. Dial. XCIII. p. 573. 574.* Quadrat huc illud Talmudicum: Quatuor sunt superbi (i. e. præstantes) in mundo: Leo inter feras; Bos inter jumenta; Aquila inter volucres; Homo verò super omnia, quia omnibus imperat; at DEUS eminet super universa, *Crellius Promt. Bibl. in* v. Hoffart *p. m. 509.* Ast & malitiâ hominem bestias vincere, ap. *Spineum de Tranquill. Animi Lib. II. p. 68.*

DEI Aëtius Arrianus.

Eunomius Arrianus Aëtium Arrianum scriptis suis extollebat Θεῖ ἀνδρα, *Hominem DEI* vocitare consueverat, *D. Sal. Gesnerus Histor. Narrat. Omn. Concil. Cap. IV. p. 143.*

Diebus quot in utero formatur.

Vid. *A. B. Tom. III. p. 593.*

Erectæ cur staturæ?

Duas ob causas, tum quia animantium perfectissimus, acceditque plurimum ad cœli æqualitatem; tum quia proportione corporis calidior est aliis omnibus. Calidi autem proprium est in arrectum tollere, *Heidf. S. T. P. C. XI. p. 252.* Homo cur solus erectæ staturæ eleganter disserit Cardinalis *Job. Bona de Psalmodia Cap. I. p. 53.* Cætera scribit, animantia pronâ facie incurvantur in terram, quia ventris, in quem deflectuntur, solas sequuntur voluptates: Homo recto stat corpore despicitque terras, ut qui erecto vultu intuetur cœlum, quæ sursum sunt, quærere discat. Rectè *Silius Italicus Lib. V. v. 84.*

Nonne vides hominum ut celsos ad sidera vultus
Sustulerit, DEUS ac sublimia finxerit ora?

Cum pecudes volucrumque genus, formasque ferarum
Segnem, atque obscœnam passim straviſſet in alvum.

D. Matthias Zimmerman Anal. Miscell. Menstr. Mens. II, Cap. X. p. 98. Et *Manilius Lib. IV. Astronom.*

—— —— projecta jacent animalia cuncta
In terrâ, vel mersa vadis, vel in aëre pendent,
Omnibus una quies, venter, sensusque per artus,
Et quia consilium non est, & lingua remissa,
Unus & inspectus rerum viresque loquendi,
Ingeniumque capax varias educit in arteis,
Hic partus, qui cuncta regit, successit in orbem,
Et domuit terram ad fruges, animalia cepit,
Imposuitque viam Ponto, steterit unus in arce
Erectus capitis, victorque ad sidera mittit
Sidereos oculos, propiusque aspectat olympum,
Inquiritque Jovem, nec sola fronte Deorum
Contentus manet, & cœlum scrutatur in alvo,
Cognatumque sequens corpus sic quærit in astris.

Ovid Lib. I. Metam.

Pronaque qvum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Claudian. de raptu Proserp. Lib. III.

Quid mentem traxisse polo? quid profuit altum,
Erexisse caput? pecudum si more pererrant
Avia?

Octav. Minund. in Flor. Poët. p. 288. 289. Conf. Tit. Ἄνθρωπος.

Es Philippe.

Philippe homo es, per puerum ei cotidiè acclamatum, *Ælianus V. H. Lib. VIII. Cap. XV. p. m. 139.*

Fœnum.

§. 1.

Fœni etiamnum herbascentis fasciculus à Rosso epigraphen cepit: *Citò arescet!* Vita nostra fœnum &c. *D. Phil. Picinellus Mund. Symbol. Lib. X. Cap. XVII. n. 63. p. 621.* Plutarchus in Romulo scribit, eum primum populum Romanum in centurias distribuisse, quarum unamquamque vir unus ducebat, qui manipulum fœni ac herbarum in conto affixum gestabat, unde militibus

manipulariis nomen eſt inditum. Idque Ovidius quoque Lib. I. Faſtorum notat, dicens:

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris nomina miles habet.

Hoc poſteà imitati Chriſtiani (ſenſu longè quidem meliore) vitæ humanæ brevitatem ac fugacitatem ita voluerunt exprimere, juxta Prophetæ dictum: Omnis caro fœnum, & gloria ejus ſicut flos agri, Eſ. XL, 6. Pſalm CIII, 15. Igitur

Quisquis es, hunc fœni qui ſpectas forte maniplum,
Reſpice te. Fœnum es, pone ſupercilium.

Joh. Pier. Valer. Hierogl. Collect. & vet. & recter. Deſcr. Lib. VI. p. 241. Sylvanus Epiſcopus Philippopolis Thraciæ ſandaliis induebatur, ex fœno confectis, *Socrates H. E. Lib. VII. Cap. XXXVI. Sim. Majolus D. C. Coll. XXIII. p. 774.*

§. 2.

Omnis caro fœnum! Ad quæ ibidem *Gloſſa*: Fœnum naſcendo habet virorem, creſcendo habet decorem; & habet ultimò florem, ſed tandem ſiccatum ſolis ardore redigitur in pulverem, & deputatur nutrimento animalium. Sic homo naſcendo habet *virorem vitæ*; creſcendo habet *decorem formæ*; & poſt augmentum quandoque *florem fortunæ*, & temporalis gloriæ: ſed ſolis ardore i. e. gravis tribulationis, vel infirmitatis fervore ſiccata i. e. exhauſta, redigitur in pulverem, vel mortis, vel infimæ dejectionis. Item hoc fœnum, h. e. corpus per mortem præciſum & per totalem privationem vitæ præſentis ſiccatum, quando eſt in ſepulchro clauſum & humatum, fit nutrimentum animalium, h. e. eſca vermium, Syr. X, 12. indè verſus:

Poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor & horror,
Sic in non-hominem vertitur omnis homo.

D. C. Kortholt Conſid. Theol. Gloriæ Corporum beatorum ex Phil. III, 20. 21. S. I. §. 12. Et *Bernh. in Cant.* Cur carnem pretioſis rebus impinguas, quam poſt paucos dies vermes devorabunt in ſepulchro? & animam tuam bonis operibus non exornas, quæ etiam DEO & Angelis præſentanda eſt in judicio? Cur animam vilipendis, & ei carnem præponis? Dominam ancillari, & ancillam dominari magna eſt abuſio &c. Pulchrè *Aug. in Pſ. CIII.* Totus ſplendor generis humani honores, poteſtates, divitiæ, typhi, minæ, tumores, flos fœni eſt! Vix eſt annua omnis pulchritudo anni. Quicquid ibi viget, quicquid ibi candet, quicquid ibi pulchrum eſt, non perannuat, imò per totum annum duci non poteſt, quam exiguo tempore tranſeunt flores, & hoc eſt pulchrum in herbis. Hoc quod valdè pulchrum eſt, hoc citò cadit. Omnis caro fœnum, & omnis claritas fœni,

ut

ut flos agri, fœnum aruit, & flos decidit; Verbum autem Domini manet in æternum, *M. Bauman. Anal. Allegor. p. 357.* Homo vermis, Job XXV, 6. Vid. *Sam. Bochartus Hieroz. P. II Lib. IV. Cap. XXVIII. p. 629.*

Flos.

Eine wunder- und schau-liebliche Sache/ findet sich bey Chingtu, einer Haupt-Stadt der Sinischen Provintz Suchurn, nehmlich ein Vöglein/ so von den Sinesern Thunghoafung benahmt wird/ welches einen Mennig-rothen Schnabel hat/ und durch seine schöne Vielfärbigkeit jedermans Augen zu anmuthiger Verwunderung zeucht; Dieses wächst aus der Blumen Tunghoa, daher es auch mit seiner Blumen-Mutter einerley Nahmen führet. Es lebt so lange/ wie die Blum am Baum sitzet. Man dörffte es für eine lebendige und fliegende Blume ansehen/ so gar ist es an Schönheit und kurtzen Alter der Blumen gleich/ *D. Misand. D. B. An. 1691. p. 785.* Der Mensch gehet auff wie eine Blum/ Job XIV, 2. Er blühet wie eine Blum Ps. CIII, 16. In diesem Gleichniß/ als in einem schönen für Augen gestellten Spiegel/ sehen wir den wunderlichen Anfang/ Fortgang/ Ausgang und Wiederbringung unsers Lebens &c. vid. *Baum. l. c.* juvenalis:

— — festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ miseræque brevissima vitæ
Portio, dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit mea intellecta senectus.

Pier. Valer. l. c. p. 242. Pratum floribus amœnè consitum, epigraphen tenet: *Statim languet!* Genuina vitæ humanæ imago, *Picinell. M. S. Lib. XI. Cap. I. n. 1. p. 641.*

Folium.

§. 1.

Cecidimus quasi folium universi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos, Es. LXIV, 6. Sic Job XIII, 25. quæ ita verti possunt:

Ut folium excutias, DEUS heu mihi, concutis armos?
Nec vento abreptum cernis, ut ante volet?

Simonides apud Stobæum, sermone, quod vita brevis, vilis & curis plena sit, in fragmenti initio:

Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον ΧΙΟΣ, ἔειπεν ἀνὴρ
Οἵηπερ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Quæ ita vertit *Conr. Gesnerus:*

Unam sententiam optimè vir Chius protulit:
Quod hominum generatio talis sit, qualis est foliorum:

Ubi

Ubi in margine notatum legitur, Vir Chius, i. e. Homerus. Elegans verò illa vitæ noſtræ caducæ cum arborum foliis comparatio exſtat ap. *Homerum Iliad. ζ. v. 146. ſeq.* quam dignam judico, ut integra legatur, qvum eandem ferè ad verbum expreſſiſſe videatur Siracides Cap. XIV, 19.

Ὅιη περ Φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Φύλλα τὰ μέν τ' ἀνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα Φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη.
ὣς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν Φύει ἡδ' ἀπολήγει. i. e.
Qualis foliorum generatio, talis & virorum.
Folia quidem ventus humi fundit: alta autem ſylva
Germinans producit: veris autem ſuccreſcunt tempore;
Sic virorum generatio, hæc quidem naſcitur, illa autem deſinit.

Joh. Sanderus in Collectan. de Homeri Vita & Scriptis Cap. II. p. 11.

Sternit humi frondes alias vis aſpera venti:
Aſt alias natura parat, quæ vere vireſcent.
Sic hominum genus eſt: hic naſcitur, occidit ille.

Marcus Antoninus Imp. Vit. Propr. Lib. X. §. 34. p. 103.

§. 2.

Non abludit, quod reſpondiſſe *Adriano* dicitur *Epictetus:*

Poma ut in arboribus pendent, ita corpora noſtra
Aut matura cadunt, aut citò acerba ruunt.

Et *Quintus Calaber Lib. IX. v. 500.*

Parcarum nutu & juvenes in fata feruntur
Aſſimiles foliis, quæ turbidus abripit Auſter.

Urſinus Anal. Sacr. Lib. V. Cap. XXX. p. 275. Nec eſt huic abſimile, quod Doctores Talmudici in עירובין ſivè *Mixtorum Tractatu* habent: Filii hominum ſimiles ſunt herbis agri; quarum aliæ florent, aliæ marceſcunt, *Auguſt. in Pſalm. CI. Conc. II.* ubi adduxerat Salomonis illud ex Eccleſ. Cap. I, 4. *Generatio vadit una, venit altera.* Videtis generationes hominum ſic eſſe in terra, tanquam in arbore folia; ſed in arbore olivæ, vel lauri, vel cujuſcunque alterius, quæ toto tempore fronde veſtita eſt. Sic tanquam folia, genus humanum portat: plena eſt hominibus, ſed cum aliis morientibus, alii naſcendo ſuccedunt. Semper enim arbor illâ veſte viridi ornata eſt. Sed ſubter attende, quam multa calces arida folia, *Thom. Gataker. in M. Anton. cit. loc. p. 379.* Homo eſt quaſi folium, quod in paradiſo ab arbore vitæ avulſum eſt, quodque vento tentationum rapitur, ac deſideriorum flatibus levatur, ſuorumque peccatorum pondere ad infernа trahitur, *Rabbi Salomo in quâdam gloſſâ ap. Heidf. in Sybing. Th. Phil. Cap. VIII. p. m. 177.* Conf. & *Drexel. in Prodromo Æternit. Cap. II. §. 1. p. 69.* & Tit. Familia una abit, altera advenit.

Fortunæ lusus.

Homo est fortunæ lusus, inconstantiæ imago, corruptionis speculum, temporis spolium, mortis mancipium, fragile simulacrum, tenuis umbra, umbræ somnium, spirans cadaver, viva mors, pila quâ ludit DEUS, *P. Mich. Pexenfelder Apparat. Erudit. Cap. XXIX. p. 120.* Aristoteles interrogatus, quidnam esset homo? respondit, imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus invidiæ & calamitatis trutina: reliqvum verò pituita & bilis, *Stob. Serm. XCVI. ap. Lang. in Floril. in v. Homo.*

Fragilis.

Nil sum, nulla miser novi solatia, massam
Humanam nisi quod tu quoque CHRISTE geris.
Tu me sustenta fragilem tu CHRISTE guberna,
Fac ut sim massæ surculus ipse tui.

Phil. Melanchr. ap. B. D. G. Weinrich. Postill. Evang. P. ult. p. 300.

Homini lupus.

§. 1.

Maximum indè homini imminet periculum, unde minimè oportuit, ab homine scilicet; *Homo enim homini lupus.* Nullum malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur, antequam surgat, crepant ædificia, antequam corruant, prænunciat fumus incendium. Subita est ex homine pernices, & eò diligentius tegitur, quò propius accedit. Erras, si istorum, qui occurrunt, vultibus credis: hominis multi effigiem habent, animos ferarum. Nunquam illas ad nocendum nisi necessitas, incitat: aut fame, aut timore coguntur ad pugnam: Homini perdere hominem libet, *Seneca Epist. CIII. Heidfeld. S. T. P. Cap. XXII. p. 456.* Plinius *in Proœm. Lib. VII. p. 106.* ita: Cætera animantia in suo genere probè degunt, congregari videmus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petit serpentes, nec maris quidem belluæ ac pisces nisi in diversa genera sæviunt, at herculè homini plurima ex homine sunt mala. Et *Plautus in Asinariâ:* Lupus est homo homini, non homo, qvum qualis sit, non novit, *Ausonius in Bia Prienai sententiis:* Pernicies hominum quæ maxima? Solus homo alter, *Octav. Mirand. in Flor. Poët. p. 292.* Cum animante si res sit, unum est, quod caveas; at cum homine si sit commercium, vix unum est, in quo tutò ipsi possis fidere, *Goev. H. P. Lib. III. Cap. XXXVI. n. 596. p. 640.*

§. 2.

Lachrymarum non imbre, sed fonte uberrimo & perennante, deplorari dignissima querimonia de naturæ humanæ pravitate insignissima, ab institutio-

ne primævâ solitariè degenerantis. Μόνα τὰ τοιαῦτα τῶν ἁπάντων ἐπιλέλησται τῆς πρὸς ἄλληλα φυσικῆς καὶ συντρόφου, inquit *Marcus Antoninus Imp. Vit. Propria Lib. IX. §. 9. p. 86.* i. e. Homo solus ex omnibus creaturis originis officiique (studii ac consensus) oblitus est sui, *Joh. Chrysost. in Gen. Orat. XII.* ubi docuisset creaturas cæteras creatori suo debitum obsequium jugiter præstare. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, inquit, τὸ ἥμερον ζῶον, τὸ λογικὸν, τὸ φιλικὸς, τὰ ἐναντία τῇ ἰδίᾳ Φύσει διαπράττεται, καὶ διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν εἰς τὴν τῶν θηρίων ὁμοιότητα ἑαυτὸν ἐξάγει. Idem deplorat Basilius Cæsar. in Psalm. XLIX, 12. & in Esai. Cap. II, 9. Verum hoc ipso in genere, de quo Marcus Ant. illic, hominem plus feris naturæ legem transgredi, monet *Juvenal. Sat. XV.*

Sed jam serpentum major concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera. Quando leoni
Fortior eripuit vitam Leo? quo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: sævis inter se convenit ursis.
At homini ferrum lethale incude nefanda
Produxisse parum est.

Objurgat *Seneca Epist. XCV.* Non pudet homines mitissimum genus sangvine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere, cum inter se etiam mutis ac feris pax sit? *Thom. Gataker. in Marc. Anton. cit. loc. p. 330.*

§. 3.

Herr *D.* Müller in seinen Erquick-Stunden schreibet *p. 175.* also: Ein Mensch ist des andern Teufel/ hört man doch soviel nicht über den Teufel klagen/ als über böse Menschen/ doch läufft's auf eins aus/ Teufel und Mensch ist hie ein Ding/ wie Braut und Bräutigam/ der Mensch ist das Pferd/ der Teufel der Reuter. Ein wildes Thier schadet dir nichts/ es werde denn gezwungen von Noth und Hunger/ aber dem Menschen ists eine Lust dir Leid anzuthun. Wütet doch kein Löwe wider einen Löwen/ kein Wolff wider einen Wolff/ kein Teufel wider einen Teufel/ und der Mensch wütet wider sein Fleisch und Blut/ *D. Misand.* Cr. d. Fl. *p. 1372.* Sed anne animalia penitus inter se non pugnant? Vid. Tit. Animalia ante diluvium non carnivora.

Ab Hominibus non potuit redimi.

Vid. Apparat. Bibl. *Tom. I. p. 563. seq.*

Quoad inferiora à Diabola, superiora à DEO.

Paterniani s. Venustiani docebant hominem à lumbis usque ad pedes à Diabolo, superiorem autem corporis partem à DEO esse conditam.

Innocentiæ in ſtatu quomodò ex hâc vitâ in alteram fuiſſet transferendus?

Marius *in Gen. Cap. III, 22.* ſcribit: Arbor vitæ dicta, quia vitam conſervaſſet, & potentias vitales, calorem quoque vitalem, & humidum radicale reparaſſet, atque ita illius beneficio vixiſſet homo in ſtatu innocentiæ ſive mille, ſive quater mille annis, aut amplius, ſanus perpetuò, & vegetus; usque dum placuiſſet DEO eum in cœlos, & beatitudinem plenam (qualis nunc erit poſt reſurrectionem) transferre, *non exutum naturâ, ſed ſuperveſtitum gloriâ*; ac ita pro liberrimâ ſuâ voluntate huic terrenæ vitæ finem impoſuiſſet, *D. Chriſt. Chemnitius Diſſ. de Arbore Vitæ IV. §. 2.* Conf. omnino *J. H. Urſinus in Arboreto Biblico Sect. VI. Cap. XLV. §. 13. p. 580. ſeq.*

Imperiale animal.

Cogita, ô homo Chriſtiane, quòd ſtatim, ut conditus es, Princeps ſis conditus: contributa eſt tibi imperandi facultas, Imperiale es animal, ô homo! & quid ſervis affectibus? Quid tuam ipſius dignitatem deſtruis, ut ſervus ſis peccati? Cur teipſum facis captivum Diaboli? *Baſilius Hom. X. ap. Meiſner. Synt. Himmel. Diſſ. VII. §. 57. p. 85. Barth. Adverſar. Lib. XLV. Cap. XVII. p. 2098.* Regis quisque intra ſe animum habet, inquit *Seneca de Irâ Lib. II. Cap. XXXI. p. m. 427.* Exeundum ergò ad libertatem eſt, *Id. de vitâ beatâ Cap. V. p. 492.* maximè cum durum, & inviſum, & grave ſit ſervitia ferre, *Seneca in Troade Act. IV.* Apud Indos lege cautum eſt, ne quisquam omninò ſervus inter ipſos ſit, *Diod. Siculus Biblioth. Hiſt. Lib. II. Cap. XXXIX. p. m. 120.* Τῶν ἐβραίων οὐδεὶς ἐδούλευεν, Ebræorum nullus ſerviebat, inquit *Joſephus Antiq. Lib. VII. Cap. III. Huetius Demonſtr. Evang. Prop. IV. §. 13. p. 82 & Cap. VI. §. 1. p. 140. J. Boërius Aubanus de Mor. Leg. & Rit. Om. Gent. Lib. II. Cap. VIII. p. 105. Engelgrav. Cæl. Empyr. P. I. p. 51. 52. Libertas res inæſtimabilis!* erat Symbolum juſtini II. Imp.

Die Freyheit iſt der gröſte Schatz auf Erden/
Wer dieſe hat/ dem kan nichts beſſers werden!

E. G. Happelius Theſaur. Exod. in Hungar. p. 159.

Inermis naſcitur.

Æquoreas quæcunque plagas, quæcunque per auras
Terrarumve ſinus animali corpore conſtant,
Principio ſunt arma ſuæ ſortita ſaluti:
Dentibus hunc natura parens, hunc cortice duro,
Hunc rigidis vallat ſquammis, hunc tabe veneni,
Hunc denſis armat coriis, hunc tegmine villi,

Hunc

Hunc cornu bifido, aut mordacis acumine roſtri;
Cætera nudus homo dias in luminis auras
Exiit; at contra tenuem pro munere magno
Eſt nactus rationis opem, quæ Dædala rerum
Obſtupe fit tamen, & cœca rubigine torpet,
Si ſua virtuti ſpecies, & commoda deſit
Materies, ac ni variis, exercita bellis
Durat, & adverſus luctantem deſtinet hoſtis.
Guil. Sal. Barræus Hebdom. II. Lib. VI. p. 196.

Juvenis muſto ſimilis ſemperque vult videri.

Ein junger Menſch iſt wie ein neuer Moſt/ der läſt ſich nicht halten/ muß gehren und übergehen/ will ſich immer ſehen laſſen/ und etwas ſeyn für andern/ kan ſich nicht innehalten/ *Lutherus in Colloq. Menſal. Cap. X. p. 97. b.*

Luti pugillus.

Rol radiis ſuis viles & abjectos vapores ad ſe de terrâ attrahit, eosdemque ad mediam usque aëris regionem ſubvehit, ubi luminoſæ & reſplendentes nonnunquam formantur impreſſiones, Cometæ nimirum, fulgura & ſtellæ licet erraticæ. Quid eſt homo, quod memor eſt ejus? Homo utique ante ſuam creationem nihil aliud, quam quidam luti pugillus fuit, & tamen lutum hoc in ſupremi artificis manu, viliſimus hic vapor à Sole juſtitiæ irradiatus ad humanæ naturæ ſublimem dignitatem evectus fuit, verba ſunt *Joſephi Manſi Biblioth. Mor. Tom. I. p. 137. ap. M. Andr. Rittner. Conc. Fun. ex Jerem. XXXI, 3. p. 33.*

Lyra.

Aus denen Hiſtorien und Poëten iſt bekand/ daß auff des Orpheus Grabe eine Leyer geſtanden/ mit dieſem einigem Worte: LUSIT! Es hat geſpielet! was iſt der Menſch anders als eine von lauter wolklingenden Seiten zubereitete Leyer? was iſt das menſchliche Leben anders/ als eine durch ſolche beldſeliae Leyer angeſtimmete Muſic? was iſt die Welt anders/ als eine in ſolche Leyer Engliſch ſingende Sirene? Ach aber des groſſen Elendes/ ehe man ſichs verſiehet/ werden die wolklingenden Seiten dieſes von dem Himmel entſproſſenen Seiten-Spiels durch die Feindſelige Senſe der Zeit in ſcheußliche Todten-Knochen/ die Freuden-volle Muſic des Glücks durch die Kriegeriſche Pfeile des Todes in ein trauriges Sterbe-Lied/ und die liebkoſende Sirene dieſer Welt/ durch die blitzende Fackel des Teuffels in eine Hölliſche Furie verwandelt/ *Joh. Chriſt. Hallman Parentat. p. 171. 473.*

Manibus DEI formatus, Job. X, 8.

§. 1.

(a) **Deine Hände haben mich gearbeitet und gemachet alles/ was ich um und um bin!** c. wie ein Seidensticker ein gülden Stück schön weiß auszunehen/ wie ein Bildhauer einem Bilde weiß eine feine Gestalt und Ansehen zu machen/ also künstlich weiß GOtt im Mütterlichen Leibe alle Nerven/ Aederlein/ Hertz/ Lung/ Leber/ Gedärm/ Augen/ Ohren/ Nasen/ uns anzuerschaffen/ wie das Wort רקם im 139. Psalm v. 14. andeutet/ *D. Christ. Nicolai* Jes. Fr. *P. I, p. 114.* Et quanquam alibi verbum hoc (רקם) non occurrat, facilè tamen ex derivatis (רוקם acupictor, phrygio, Exod. XXVI, 36. XXVII, 16. &c. & רִקְמָה opus phrygionatum, Jud. V, 30. Ezech. XVI, 10. (vestivi te רקמה opere phrygionico): Psalm. XLV, 15. לְרִקְמוֹת in *aciem* adducitur Regi,) elicitur, elegans, artificiosum, decenterque variegatum designari opus, quale scil. deprehenditur in embryone, ubi tot elegantissimè figurata cernuntur membra, ubi ossa, cartilago, nervi, arteriæ, venæ, caro, musculi, cutis &c. ubi alius etiam color capillorum, alius oculorum, alius Labellorum, alius generum, alius unguium &c. ubi venæ arteriæque instar filorum per totum corpus variè sunt intextæ, aut traductæ, *B. Geierus in Psalm CXXXIX, 15. p. 1223.*

§. 2.

Gleichwie ein Bau-Herr aus Holtz/ Stein/ Eisen/ Brettern/ Kalck und andern Materialien sein Hauß auffführet/ und nach seiner Bequemlichkeit zurichtet/ daß er darinnen seine Stuben/ Kammern/ Keller/ Boden/ Küche/ Gänge habe; Also bereitet GOtt auch unsern Leib aus Adern/ Nerven/ Beinen/ Fleisch/ Blut/ und was es mehr ist/ daraus unser Leib bestehet/ und ordnet alles/ so wol nach allen Gliedern/ da ist das Haupt eben/ die Füsse unten/ die Brust in der Mitten/ die Arme und Hände zu beyden Seiten/ und in allen diesen Zimmern/ so zu reden/ wohnet die Seele/ denn sie machet/ daß sich das Haupt und alle Gliedmassen regen und bewegen können/ *Joh. Ben. Carpzov. Conc. Fun. P. VI. p. 621.* Die grössesten Künstler/ als Mahler/ Bildhauer/ Uhrmacher verbergen ihre Arbeit/ und pflegen/ wann sie an einem öffentlichen Orte dieselbige verfertigen müssen/ sich mit Decken und Umhängen zu umgeben/ biß sie dieselbige völlig verfertiget haben/ alsdenn stellen sie selbige jederman zu beschauen dar: Also/ wann ich auff Menschen Weise von ihm reden mag/ hälts auch unser GOtt/ der Künstler über alle Künstler/ Er bearbeitet den Menschen im Verborgen des Mutter-Leibes/ und verdecket solche seine Arbeit dermassen/ daß kein menschliches Auge Ihm zu sehen/ und die selbst/ welche die Werckstat ist/ es nicht wissen kan/ wie es damit zugehet/ sie ver-

vernimt und empfindet wohl/ daß der grosse Werck-Meister in ihr ein grosses Werck angefangen hat/ wie Er aber damit verfähret/ das kan sie nicht begreiffen; Der menschliche Verstand forschet zwar fleißig und muthmasset/ so gut er kan/ wie es damit zugehet/ muß aber endlich gestehen/ daß er ein geringes/ oder wohl nichts davon errathen kan/ zumahlen die Gelehrtesten sich noch nicht darüber vergleichen können/ wie die Frucht im Mutter-Leib ernähret wird/ wie sie Oden holet/ welches das erste oder letzte von den Gliedern ist/ ꝛc. wann aber nun das lebendige und edle Kunst-Bild fertig ist/ so bringet es sein Meister ans Licht/ und stellet es allen zur Verwunderung für; auff eine solche Weise/ darüber/ wann es nicht so offt geschähe/ aller menschlicher Witz erstaunen würde/ *Scriv.* J. S. *P. IV. Conc. VI. §. 30. p. 321. seq.* Christl. Haußh. *Dom. Jubil. p. 696. Theogn. Dom. Cant. p. 714.* GOtt hat uns von Nerven/ Adern und Beinen so artlich zusammen gesetzet/ wie ein Seiden-Sticker/ viel Fädenlein von mancherley Farben so art- und künstlich zusammen setzet/ daß ein schönes Bild daraus wird/ Müller. Gräber der Heil. *p. 127. Scriver. Theogn. l. c. ap. Rev. D.* Gerstäcker im Vorrath von schönen Gleichnissen *p. 976.*

§. 3.

Gen. II, 7. DEUS וַיִּיצֶר *& formavit hominem*; Radix est יָצַר *formavit, finxit*. Qvæ vox licet de quâvis effictione sumi consueverit in S. literis, verbum tamen proprie *figulorum* est, qui ex argillâ, aut crassiore terra vasa fingere & formare solent. Hinc darticip. Ben. יוֹצֵר *figulum* denotat. Sic Zach. II, 13. legitur, ubi Jehova Esaiam jubet abjicere 30. ἀργύρια, ut figulo tradantur. Conf. Es. XLI, 25. Cap. XLIII, 1. 1. Paral. IV, 23. Quo vocabulo modus exactissimè exprimitur, DEUM nempè more figuli glebæ terrenæ manus divinissimas quasi admovisse, indeque corporis humani fabricam pulchertimam singulari artificio extruxisse. Hinc accuratius notanda illa Scripturæ dicta, in quibus homines σκεύη appellantur, quâ voce semper respectus habetur ad hanc corporis Adamitici efformationem. Sic 2. Tim. II, 21. qui probam, agunt vitam, σκεῦη εἰς τιμὴν ἡγιασμένον Rom. IX, 22. σκεύη ἐλέους vocantur: qui pessimis & depravatis vivunt moribus, σκεύη ὀργῆς apppellantur v. 22. *D. Joh. Meisner. Diss. de Protoplast. ad imaginem DEI creatis §. 7. D. Joh. Olearius Exercit. Philol. in Epist. Dom. p. 164. 165. D. Calovius Diss. Theol. de Jure Figuli in vasa ex Rom. IX, 20. seq. S. II. §. 17.* Vocatur & Vas ea corporis pars, quæ inter serias res nominari non debet, *Plaut. Pœn.* Facio, quod manifesti mœchi haud solent. Refero vasa salva i. e. testiculos. Undè benè vasati, quales adamasse Faustinam Adriani uxorem tradit Spartianus. id. *Simon Abbes Gabbema in Petron. p. 37. H. Salmuth in Panciroll. P. II. Tit. II. p. 87. 176.*

§. 4.

§. 4.

Obſervandum præterea verbum יצר Gen. II, 7. præter conſuetudinem geminum habere Jod in futuro Kal; Idque ut monent Ebræi ad ſignificandam duplicem hominis formationem, cœleſtem & terreſtrem, corporis & animæ, quorum ut illa terrenæ, ita hæc cœleſtis eſt originis; Infra verò Gen. II, 19. cum de animalium brutorum creatione loquitur, hoc ipſum verbum unicum ſolummodo Jod habet, ad indicandum, quod illa non duplicem vitam inſtar hominis, mortalem videlicet & immortalem habeant, ſe ad unicam hanc mortalem duntaxat ſint efformata, *C. Aslacus Phyſ. Moſ. in b. l. p. 326. 327.* Conf. & *G. H. Lehman in* פרקי אבות *Cap. II. §. 11. p. 135. D. J. Affelman Exercit. Acad. P. I. Diſſ. XV. §. 60. p. 440. D. Deutſchman in Paradiſiacâ Adami Theologia p. 155. M. Georg. Lanus Diſſ. Philol. de Coſta Adami S. II. Q. II. Fagius in Op. Angl. T. I. p. 42. R. Menaſſeh ben Iſraël de Reſurrect. Mort. Lib. I. Cap. I. p. 2.* De corpore vaſculo animæ vid. *Rietersbuſ. in Epiſt. V. Salvian. p. 392. Barthius Adverſ. Lib. XLIV. Cap. XXIX. p. 2046.*

Marinus.

De homine illo marino à Legatis Danicis clarâ luce ex navi in mari viſo, vid. *Theatr. Europ. An. 1619. Danhauerus Theol. Conſcient. Tom. II. Dial. IV. p. 61. 62.* Sed homines marini non dantur. Vid. Tit. *An in Aqua veri homines?*

Ut Maximus, ita & maxima ei obtingunt mala.

Apud *Herodotum* inquit *Solon: πᾶν ἐστὶ ἄνθρωπος συμφορή* h. e. Homo hoc totum, quod eſt, eſt obnoxium multis calamitatibus & adverſis caſibus, ap. *Phil. Melanchr. in Coron. Carionis Lib. II. p. 200.* Nullus unquam vir magnus fuit, qui non ad extremum ſit factus exemplum imbecillitatis humanæ & pœnarum. Heroici viri ferè omnes inſigni probro à Diabolo deformantur, *Gregor. Richterus Axiom. Polit. Reg. LIV. p. 122. ſeq.* ubi exempla plurima. *οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.* Nullus homo in omnibus felix. Aut enim cum bonus ſit, non habet unde vivat: aut cum ſit degener, divitem arat campum. *Suidas p. 687.* Omnibus fortunæ telis expoſitus & ſecundum *Euripidem*: Nullum adeò dici atrox poteſt malum, neque divinitus inflicta calamitas, cujus onus natura humana non admittat, *Suid. p. 128. in v. ἄρατον.*

Μικροκόσμος.

§. 1.

Multis in ore eſt hoc dictum: *Homo eſt parvus mundus*, ſed pauci genuinum illius ſenſum perſpectum habent. Paucis igitur illud explicabimus. Quod ergò quidam ex veteribus dicebat de *Roma* loquens, eam *mundi epitomen* meritò

ritò vocari posse, id longè melius & verius de homine dicetur, quod nempè ille sit *mundi totius, & omnium operum divinorum epitome, breviarium atque compendium.* Nam DEUS in illius structurâ & fabrica non minora suæ sapientiæ, bonitatis, potentiæ & providentiæ, quam in reliquis totius mundi compositione & architecturâ testimonia dedit, imò majora dedit, dum magnum illum & peramplum mundum tàm artificiosè collegit, & contraxit in homine. *Nihil enim in mundo, cujus proprietas non reperiatur in homine.* Atque hæc causa est, quod homo totius mundi fasciculus, ingenium cujusque creaturæ & proprietatem exprimere potest. In ipso enim sunt semina omnifaria, quæ prout aliâ atque aliâ cultura subiguntur, etiam alios atque alios ferunt fructus. Nam videns nonnullos homines delectari vegetabilium contemplatione: alios sensualia curare, & obbrutescere: alios ex colore intellectum. & Angelis similes evadere: alios præteritis creaturis ad creatorem anhelare, & in illo acquiescere. Unde quæsò hoc est? certè semina latent in homine, sed ita, ut diversis colonis operam suam navantibus, aliter atque aliter germinent, *Alsted. in Theolog. Natural. p. 642.*

§. 2.

Ebræi hominem vocant עולם קטן i. e. mundum parvum aut compendiarium, *D. Kromaier Scrutin. Relig. Diss. IV. P. I §. 26. p. 79. & P. II. §. 40. p. 98. Menasse bèn Israël Conciliat. in Gen. Q. VII. §. 2. p. 13. P. Fagius ad Gen. I, 26. in Op. Anglic. s. Crit. Sacr. T. I. p. 15. Voëtius D. S. P. I. p. 581. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 64.* Cicero de Univers. Quod si ergò propositum nobis hic esset, aureâ illâ catenâ Homeri cœlum alligare terræ, & singulas partes Mundi conferre cum partibus, sive facultatibus hominis, sanè expressa quædam appareret Hominis & Mundi similitudo, *M. Georg. Backmanus Exercit. Philos. Cent. II. Q. LXXIV.* Caput enim est veluti *cœlum supremum* divinitus paratum, quia, ut in cœlo DEUS & Angeli, sic in capite recta dominatur *Ratio.* Medius venter est tanquàm *cœlum stelliferum*, quia ut Sol in cœlo vivificat omnia, sic *Cor* in homine lætitiæ atque vigoris causa est. Infimus venter respondet *Regioni sublunari* quia, ut hic animalia nutriuntur, & procreantur, ita & ibi beneficio χυλώσεως καὶ αἱματώσεως generatio perficitur, & nutritio. Stellæ errantes etiam sunt in homine, ut *Luna* est Cerebrum, *Mercurius* lingua cum facie, *Venus* genitalia, *Sol*, Cor, *Jupiter* hepar, *Mars* vesica fellis, *Saturnus* lien. Porrò Spiritus corporis humani *Cœlum* refert, quatuorque humores totidem Elementa, videlicet bilis flava *Ignem*, sanguis *Aërem*, pituita *Aquam*, atra bilis *Terram*. Meteorum quoque analogia hic deprehenditur, ita nempè, ut rubræ oculorum suffusiones referant *Fulgura*, flatus & ructus *Tonitrua*, tinnitus aurium *Ventum*, coacta sputa *Grandinem*, lachrymæ *Rorem*, catarrhi *pluvias*. Quin & *Fodinæ* sunt in Ho-

mine, ut generatio lapidum in renibus & vesicâ ostendit. Quatuor insuper Mundi hic sunt Cardines, *Oriens* in facie, *Occidens* in dorso, *Auster* in dextro, in sinistro latere *Aquilo*. Vim vegetativam amplius communem habet cum *Terræ nascentibus*, & sensitivam cum Animalibus brutis, quibuscum etiam corporis membra habet communia. Solâ verò animi sublimissimi ratiocinatione & immortalitate, ab his distingvitur, & à reliquis creaturis corporalibus & elementaribus ad unam omnibus. Quid miraris, ô Homo, siderum altitudines & profunditatem maris; Animi tui abyssum intra, & mirare si potes, *Isidorus* inquit *Lib. I. de Summo Bono. D. Mich. Walthervs Diss. de Immortalitate Animæ Rationalis p. 23. Reneccius Panop. Tom. III. Cap. VI. p. 58. 59. Dietericus Antiq. Bibl. p. 776. seq.*

§. 3.

Cœlum est anima, in quâ sol ratio, lumen voluntas; ejusdem actiones & actus reliqua sidera, errantia quidem, si à rectâ mentis semitâ devias: Fixa, si constantem servant, & imperturbatum virtutis ordinem. Microcosmi mundus inferior est corpus in quo caro terra; sangvis aqua; spiritus vitalis aër; bilis ignis; cor aurum; cerebrum argentum; sensus gemmæ; meteora affectiones; fulmina ira; pluvia tristitia, *M. Pexenfeld. Appar. Erudit. Cap. XX. p. 83.* Partes, membra, si vis, præcipua saltem habebis apud *Plutarchum de facie Lunari:* Solem cor, Lunam jecur, stellas oculos, Terram ventrem, Mare vesicam præsentat. Secius paulo quam Serapidis oraculum ap. *Macrob. Saturn. Lib. I. Cap. XX.*

Mi cœlum caput est; mare venter, terrâ pedes sunt:
Sunt aures æther; oculus Sol omnituens est.

Th. Gataker. Annot. in M. Anton. Lib. IV. §. 40. p. 164. Vid. omninò *Martinus Bohemus Theol. Contemplat. Hom. P. I. Conc. I. p. 9. 10. seq. Nicolaus Nancelius de analogiâ Microcosmi ad Macrocosm. Lutet Paris. 1511. in fol. Franc. Tidicæi* Μικρόσμος *Lips. in 4to, 1615. Heidfeld. S. T. P. Cap. XII. p. 255. seq. D. Guil. Saldenus in Otiis Theol. Lib. II. Exercit. II. §. 1. p. 219. Vossius de Idolol. Lib. III. Cap. V. p. 751. seq. Voët. Diss. Sel. P. I. p. 755. 756.*

§. 4.

Habet Homo Orientem in ore (inquit *Jonstonus in Thaumatographiis*), occidentem in ano: meridiem in umbilico, septentrionem in dorso, *D. J. A. Weberus Art. Discur. Font. XCVI. Exempl. I. p. 556.* Sicut Homo est Microcosmus, ita in seipso velat in imagine mundum majorem, præsertim cœlum & cœli sidera exhibet. Etenim in oculis ejus stellæ, in intellectu Sol, in voluntate Luna: aut si mavis, Sol totius vitæ, motionisque fons in corde, Luna fœcunditatis humidæ mater in cerebro, jupiter blando calore omnia fovens in he-

pate,

pate, Saturnus totius melancholiæ ſedes in ſplene, Mars in cíſtâ fellis, Venus in partibus ſpermaticis, Mercurius in pulmonibus, ſigna Zodiaci in lineamentis corporis, planetæ in membris, in capite Zenith, in Vigilia Oriens; in ſomno occaſus, in manibus Zonæ, in nervis poli, in capillis centrici, in vultu aurora, in fronte via lactea, in calculis & arenulis grando, in lachrymis & catharris pluviæ, in ſuſpiriis vapores, in verbis tonitrua, in minis fulgura, in planctibus nimbi in pace iris, in triſtitiâ & paſſionibus animi nubes in aliis alia expreſſa relucent, *Id. Font. LXXXI. Exempl. II. p. 622.* Dabo, inquit CHRISTUS, Carnem meam pro vitâ mundi. Annon & tu mundi pars es? Imo mundus tu ipſe es. Rectè enim Veteres hominem vocarunt parvum mundum. Si autem pars es mundi, aut mundus ipſe, certè dedit CHRISTUS carnem ſuam etiam pro te ut & tu vitam haberes, *Brentius Hom. LVII. in Cap. VI. Joh. p. 374.*

An Maſculini tantum generis?

Ἀνώνυμος ille γυναικομάστιξ, homines mulieres eſſe negans, inter alia objicit, quod Homo tantum ſit generis maſculini, ſed reſpondemus negando & provocando ad vocem illam *Servii Sulpitii de Tullîâ Ciceronis filiâ:* Paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuit. Poſito tamen in bello Grammaticali obtentum fuiſſe, vocem hominis eſſe generis Maſculini, tamen inter genus Grammaticum & phyſicum eſſet diſtingvendum, *B. D. Kromaier Theol. Poſ. Pol. Artic. VII. p. 448.*

Minor ſe ipſo factus.

Commentemur inter nos, quo pacto hoc effectum ſit. Non poſſum autem aliud ſtatuere, quam id factum eſſe in lapſu & defectione à DEO. Non quidem ſic defecit, ut omninò nihil eſſet, ſed ut inclinatus ad ſeipſum, minus eſſet, quam erat, cum ei, qui ſummus erat, inhærebat. Nam homo plus appetendo, minus fuit, qui dum ſibi ſufficere deligit, ab illo, qui ei verè ſufficit, defecit, *Auguſtinus de Civit. DEI Lib. XIV. Cap. XIII.* Ab initio ſancti & juſti eramus. Quoties dico, ERAMUS, toties ingemiſcanus, quod theſauros incomparabiles amiſimus. Homo naturæ ſuæ nobilitate, quam in creatione ſuâ acceperat, primus fuit inter Creaturas corporeas: poſt mobilitate ſuâ cadens peccato, factus eſt ultimus inter omnes creaturas: nec mirum, quia cum omnes aliæ creaturæ ſuam ſtationem ſervent, nec ab ordine ipſis à Creatore præſtituto declinent, ſolus homo peccando à DEO receſſit, & ſeipſum corrupit. Ah! quantum mutatus ab illo Adamo! *Heidfeld. Sphing. Theol. Philoſ. Cap. XI. p. 241.* Vid. omninò *Appamt. Bibl. Tom. I. in Tit. Adamus Filius defectus p. 113. & Tom. IV. p. 982. ſeq.*

Mitis ſit & benignus.

Homines brevis ſunt vitæ, quicunque enim immitis fuerit, & tantum in humana ſapiat, huic & vivo homines mala imprecantur, & mortuum poſtremò inſectantur. Qui verò bonus ac comis ipſe fuerit, ac animo benè ſentiat, hujus gloriam hoſpites latè per omnes ferunt populos, bonumque prædicant, *Penelope ad Ulyſſem hoſpitem ap. Homer. Odyſſeæ Lib. XIX. p. m. 149. a.*

Moritur ſicut jumentum, Cohel. III, 19.

§. 1.

Wie die Sünder in ſo vielen ſündlichen Ergetzlichkeiten/ und viehiſchen Lüſten gelebet/ ſo werden ſie auch gleich dem Viehe/ nimmer des ewigen Lebens theilhafftig werden; Quidni ſimiliter exeat, qui ſimiliter vixit? more beſtiali incubuit terris, more beſtiali excedet terris, ſagt *Bernhardus Serm. LXXXII. in Cant.* wann er die Worte Salomonis: **Es gehet dem Menſchen/ wie dem Vieh/ wenn dis ſtirbt/ ſo ſtirbt das auch/** *l. c.* betrachtet; Sicut bruta vixerunt, ſicut bruta pereunt, ſchreibt *Chryſoſtomus in Pſalm. LXXXIV.* Sie haben gelebet wie das Vieh/ drum fahren ſie auch davon/ wie ein Vieh/ Pſal. XLIX, 21. (Vid. *Hackſpan in h. l. p. 213. ſeq.* Similiter pereunt, ſed non ſimiliter puniuntur, *Salvianus Lib. III. contr. Avarit. p. 122. & Ritterhuſ. in h. l. p. 513. Franciſc. ab Huſen. Annot. ad R. Iſaac Abrabanel Comment. in Huſ. Cap. IV. p. 235. 236. Drexel. in Daniele Cap. XII. §. 1. p. 804.*

— — — qui pecudum ritu terrena ſecuti
Neglexere Deos, pecudum quoque corpora juſto
Judicio induere.

Palingen. Zod. Vit. Lib. VI. in Virg. p. 160.) Drum wurde nicht ohne Urſach denen Canonicis zu Münſter/ wenn ſie ſterben wollten/ ein Schweins-Kopff fürgehalten/ und geſagt: Sie hätten gelebet wie die Säue/ drüm ſollten ſie ſich bekehren/ wo ſie nicht ſterben wollten/ wie die Säue/ *Limnæus Lib. VIII. P. I. Cap. I. n. 30.* Notatu ibidem digna ſunt verba *Joh. Gorop. Becani:* Non equidem, *inquit*, ſuilli capitis concionem derido, ſed mallem ut mox in principio, dum in Canonicorum Collegium cooptantur, cum porcis illis prandium parari, ut diligenter caverent, ut tam lutulento & immundo animali perpetuò comparandi viderentur. Und bey den Tunquinern müſſen die Verbrecher/ ſo um Vergebung bitten/ einen Buſch von Kräutern in dem Munde haben/ zum Zeichen/ daß ſie durch unordentliches Leben/ und übles Verhalten/ denen unvernünfftigen Thieren gleich worden; (*Tavernier Hod. Orient. Tom. III. Lib. IV. Cap. XI. p. 90. b.*) Jener eiffrige Prælat hieng ungerathenen Mönchen zu

Præ-

pœnitentz ein von Bley gegossenes Ehrn ein um den Halß/ womit sie sich so lange schleppen musten/ biß sichere Hoffnung zur Besserung da war/ *D. Paullini* Zeitkürtz. erbaul. Lust *Tom. III. Cap. CLXV. p. 1052.*

§. 2.

Tertulliorum dogma fuit, hominum animas converti in animantia iis vitiis similia, quibus ipsi viventes addicti fuerint, *D. Joh. Pappus Epit. Hist. Eccles. p. 274.* Sic Benedictus Papa, referente Petro Damiano ad Nicolaum Pontificem, quod bestialiter vixerat, eremitæ cuidam in forma Asini apparuit post mortem, *Scherzer. Syst. Def. L. XIX. §. 13. p. 556. Micræl. Hist. Eccles. Lib. III. S. I. Q. XIV. in Catal. Pontif. Ursin. Epit. Hist. Eccles. Secul. XI. p. 129.* Ich erscheine/ sagt er/ in dieser Gestalt/ weil ich Zeit meiner Regierung ohne Vernunfft/ ohne Gesetz/ ohne GOtt gelebt/ und mit allen Lastern den Römischen Stuhl besudelt habe/ *Barlæus in Vit. Benedicti IX. Cent. II. p. 146.* ap. *D. Lassenium Atheism. Devict. N. XII. p. 728. 761.* Gonf. *Heidfeld. S. T. P. Cap. XIII. p. 268. Franciſci* Ehre der verblichenen alten Heyden/ Juden und Christen *Convers. II. p. 629. 630. D. Joh. Frid. Mayerus Comment. de Elect. Rom. Pontif. Cap. V. §. 3. p. 106. Wolff. Lect. mem. T. I. Cent. XI. p. 217. & Cent. XIII. p. 454. a. & T. II. Cent. XVI. p. 470. a.*

§. 3.

Quod ad Salomonis citatum attinet locum, loquitur hic, si non ex vitiatæ carnis & impiorum voluptatibus securè indulgentium sensu, quod placuit *Gregorio Lib. IV. Dial. Cap. IV. de moriendi necessitate*, quæ hominibus cum brutis est communis, nequaquam *de pari utrorumq; statu ac conditione post mortem.* Quod verò sub finem per περίληψιν additur: *Quis novit an Spiritus hominis ascendat sursum?* non est latius extendendum, quam comparationis tertium permittit; Rex enim verba facit *de notitiâ naturali & experimentali*, quam homo consequitur ex consideratione eventuum, qui hominibus & bestiis ex æquo conveniunt, quod enim externos illos eventus in oculos incurrentes attinet, illorum respectu homo à bestia non videtur differre, quoniam utrique æqualiter est commune cadere, dolere, algere, æstuare, sitire, esurire, dormire, mori. Ex revelatione interim verbi divini, *per spiritualem notitiam* cognoscimus, maximum utrinque militare discrimen, qvum anima hominis tam verè sit immortalis, quam verè corpus ejus ex terræ pulvere suo tem pore est suscitandum, quorum neutrum competit bestiis, *D. Walcherus Diss. de Immortal. Animæ Rat. p. 26.* B. Lutherus *Comment. in h. l. Tom. III. Jenens. Lat. f. 255. 256.* accipit hunc locum de judicio Salomonis, quod *ex rebus sub sole*, h. e. ex lumine naturæ, ejusque phænomenis de hominum fine aliud ferre non potuerit, quam eundem esse cum brutorum interitu. Quæstio est, *inquit*, quare con-

tulit homines cum bestiis, quasi nihil habeant amplius, quam bestiæ, cum tamen suprà docuerit pietatem, seu timorem DEI, & post hanc vitam esse æternam vitam? hoc est, quod maximè torsit interpretes. Responsio brevis. Interpretes hic non observant scopum libri, neque meminerunt, quòd tamen toties inculcet, se (NB.) *de rebus sub sole loqui.* Et post alia: *Loquitur de rebus sub sole.* Mundus certè non potest intelligere, neque credere, animam esse immortalem. Quin si spectes contingentiam & speciem, de quâ Salomo dicit, Homo moritur ut bestia, habet anhelitum eundem ut bestia, in specie ergò convenimus. Philosophi de animæ immortalitate disputarunt quidem, sed ita frigidè, ut meras fabulas egisse videantur. Potissimum verò Aristoteles sic de anima disputat, ut diligenter & callidè caverit ubique, ne alicubi dissereret de ejus immortalitate, neque voluit exprimere, quid sentiret. Plato retulit potius audita, quam suam sententiam. Neque enim potest ullâ ratione humanâ convinci ejus immortalitas; quia (NB.) *res est extra solem*, credere animam esse immortalem. In mundo non videtur nec intelligitur certò animas esse immortales, *B. D. J. Carpzov. Conc. Fun. P. II. p. 635. 636. Scherz. l. c. p. 115. 574. Lassen. l. c. N. XLIV. p. 650. seq. Hackspan in b. l. p. 467. seq. Geier, in b. l. p. 113. seq.*

§. 4.

Contextus ita fluere videtur: *Dixi ego* (Salomo) *in corde meo* (diligenter cogitavi) על דברת *de cognitione filiorum hominis,* לְבָרְם *probare eos DEUM* (deprehendique, quod probet sive examinet eos DEUS conditione illa, quam in hâc vita habent) *& videre,* (& quod DEUS homines probando deprehendat) *quod ipsi jumentum sint* ipsis (quod illi ceu jumenta invicem sese gerant, tùm abjectè de se secundum cœcæ, carnalisque rationis judicium sentiendo, tum brutaliter inter se vivendo, neque recordandi qui sint. Quidnam verò eos inducit, ut ita sentiant, & vivant? Quoniam vident externam conditionem hominis & bruti esse eandem, *tùm* ratione mortis, scil. non quoad mortis qualitatem, sed moriendi necessitatem: *tùm* ratione vitæ conservandæ per respirationem: *tùm* ratione materiæ, *tùm* ratione resolutionis istius materiæ, quâ de re conferri potest Dietericus ad h. l. p. 611.) *inde quod eventus* (externus sive accidens) *filiorum hominis* (sit quoque testante experientiâ) *eventus bruti, & eventus idem sit illis, uti moritur hoc, ita etiam hic,* (scil. æquè necessariò, ut & eadem ratione externa, quantum ad causas mortis, morbos præcedaneos, conatus & gestus moribundorum, similiaque ubi nulla evidens difformitas oculis deprehendi potest) *& idem Spiritus* (non verò anima, sed modus vitam naturalem ad tempus conservandi per respirationem, quæ & æquè facilè intercludi potest) *omnibus & præstantia* (sivè prærogativa in illis passibus) *nulla est hominis præ bestia, quia vana* (i. e. mutationi & corruptioni externæ obnoxia) *omnia* (tam homines, quam

quam bruta) *tendunt ad locum eundem* (idem receptaculum corporum, scil. terram, è quâ utrorumque corpora primitus desumta fuere) *omnia enim* (corpora) *sunt expultere* (terræ primum condita) *& omnia redeunt in pulverem*, Gen. III, 19. *Et quotquot quis* (conf. Es. LIII, 1.) *novit* (agnoscit sibi relictus) *Spiritum filiorum hominis, qui ipse* (nam ה, quod punctatio arguit, non est interrogativum, sed notificativum) *ascendit sursum*, (non tam ratione loci, quam status, quod non pereat, sed permaneat, & redeat ad eum, qui dedit eum, Cap. XII, 7. adducatur ad DEUM in judicium v. 14.) *& spiritum bruti, qui ipse descendit* (ratione status ad interitum) *deorsum ad terram* (quod una cum corpore pereat. Hoc, inquam, centesimus mortalium non expendit, verum ex statu externo corporis ante & circa mortem æstimant quoque statum animæ post mortem.) *Itaq; vidi nihil esse melius, quam ut homo lætetur in operibus suis* (i. e. ne nimium indulgendo mœrori vitam sibi reddat magis molestam, sed ut laboribus vocationis pro virili incumbat, & bonis à DEO per ordinaria media datis contentus iisdem lætè fruatur, & sic miseram hanc vitam sibi tolerabiliorem reddat) *hæc enim est portio ejus*, (quam DEUS ipsi non invidet &c.) Atque hâc ratione in verbis Salomonis nil restat, quod aliquem movere queat: ipse potius disertissimè innuit, quanquam status hominum & brutorum, quoad externa corporis accidentia idem sit, statum tamen animæ humanæ & brutalis post mortem esse diversissimum, *B. D. Pfeiffer. Dub. Vex. Cent. III. Loc. XCVI. p. 659.*

Mundi hospes.

Ipse Christianus, & in domo suâ, etiam in patriâ sua peregrinum se esse agnoscit. Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus. Nam unusquisque hic & in domo sua hospes est. Si non est hospes, non inde transeat. Si transiturus est, hospes est. Non se fallat, hospes est, velit nolit hospes est &c. *Augustin. de Verb. Dom. Serm. XXXII. ap. Heidf. I. Cap. XXXVIII. p. 732.*

Pars Nobilissima.

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est, sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Ovid. Lib. XV. Metamorph.

In Nativitate non ambulat, sicut cætera animalia.

Omne animal postquam natum est, subitò ambulat, & quo
Cunque libet graditur, : non sic homo, tempore longo
Non pedibus, non ore valet, non mente: sed instar

Vocalis ſtatuæ, ſolis vagitibus omnem
Nocte dieque domum vexat, turbatque quietem.

Marcell. Palingenius Zod. Vit. Lib. VI. in Virus p. 154.

Nihil.

I. Propter nativitatis impuritatem. II. Virium imbecillitatem. III. Intellectus cœcitatem, *Tungerlar. Anal. Log. Theol. Epiſt. P. II. p. 171.*

Nobilis primus dici nequit.

Primus humani generis conditor, civili ratione Nobilis dici nequit, ut apud Germanos dudum in proverbium abiit:

Da Adam hackt und Eva ſpann/
Wo war da der Edelmann!

Quod eleganti carmine reddidit *Rudolphus Goclenius:*

Cum ſarciret Adam, ſua penſaque duceret Eva,
Pulcher ubi titulus Nobilitatis erat?

Quale idiomate vernaculo lapidi inciſum, Maximiliano Imp. Oenipontem ingreſſo in Curiâ oſtenſum, digniſſimam Summo Principe vocem expreſſit, quæ in Latinum ſic ferè poteſt converti:

Par ego ſum reliquis, niſi quod mihi nomina magni
Cæſaris & Sceptrum contulit ipſe DEUS!

M. Joh. Helv. Willemer de Honore §. 10. p. 15. D. Henricus Habnius Diſſert. Jurid. Polit. de Jure Nobilium ſingulari §. 11. Henricus Gieſebertus Deuteron. Harmon. Cap. XVII. n. 607. p. 763.

Nudus & naſcitur, & moritur.

§. 1.

Singulis animantibus tegumenta natura dedit, quo facilius poſſent calorem æſtivum, & frigus hybernum ſuſtinere. Ovibus enim lanam, avibus plumas, porcis ſetas, equis pilos, urſis villos, piſcibus ſquamas, & teſtudini conchas (& involucra) dedit. Quid multis opus eſt? Nullum animal neceſſitate aſtringitur, vel manibus veſtem ſibi conficiendi vel alienis ſe velandi opibus. Hæc verò omnia Homo deſiderat, qui nudus & naſcitur, & moritur, ne unicam quidem veſtem ſecum vel afferens, vel auferens; & ſi vitâ progrediente veſte aliquâ vultuti: ab animalibus pelles lanamque petat, in iisque operam & induſtriam exerceat neceſſe eſt. Liber interrogare Principes & megiſtanes, quando naſcuntur, ecquid ſecum indumenti afferant: & quando moriuntur, num quid de theſauris ſecum auferant? Nihil verò minus: ſed uno, eodemque modo divites juxta ac pauperes, imò primique & oriuntur & moriuntur. Etſi enim in hac vitâ ratione ſtatus diſcrimen aliquod inter homines fortuna facit: Ortus tamen

men & mortis tempore natura omnes exæquat, *Guev. H. P. Lib. III. Cap. XXVI. n. 593. p. 636. 637.*

§. 2.

Quemadmodum nudus egressus est ex utero matris suæ, ita &c. inquit Salomo, Cohel. V, 4. Opes ergo spernendæ, quia nimirum in morte prorsus nil juvant, sed sicut homo absque omni opum adjumento, solius naturæ viribus, in mundum hunc productus est, & quidem omnibus carens nummis, annulis, margaritis, vestibus &c. ita quoque omnes totius orbis divitiæ morientem hominem prorsus nil juvare poterunt, quò eò diutius in vitâ hâc remaneat, sed eædem omnes relinquendæ eruntaliis, cadaveri nil, præter sindonem fortè, relicto. Utut enim quandoque Regi uni vel alteri sepulto, splendoris causâ opponi soleant pretiosa; illa ipsa tamen cadaveri prorsus nil conferunt; neque enim ex illis satiatur calefit aut recreatur; imò ne millesima quidem facultatum aliis relictarum pars sunt, & hic ipse Rex ne millesimus est hominum aliorum, qui communiter omnes citra splendorem, aut vestimenta in sepulchris reconduntur. Huc illa *Nudi* in sacris acceptio, quæ non rarò ponitur pro malè vestito, ut Deut. XXVIII, 48. 1. Cor. IV, 11. 2. Cor. XI, 27. Jac. II, 15. Matth. XXV, 43. &c. Sic igitur tenuis illa sepultorum sindon, vel indusium non impedit, quo minus ipsi *nudi* abiisse dici possint, *B. D. Geier. in Job. V, 4. p. 189. 190.*

§. 3.

Quando Jobus Cap. I, 21. ait: *Nudus egressus sum de utero matris meæ nudus revertar illuc.* Vox fidei est, quâ omnia DEO resignat, ut docet hic *D. Brentius*, non carnis blasphemiæ, murmur & querimonia, ut illa *Plinii*: Naturam novercam hominem nudum in nudâ humo abjecisse, cum cæteris variè tegumenta præbuerit, testas, cortices, coria, spinas, villos, setas. Subtilius explicant, qui per *uterum Matris* terram intelligunt, in quam infans recens natus statui solebat, ut mater deindè, quasi

— — tellure cadentem
Exciperet

& sinu suo foveret, quod Sap. VII, 3. indicatur quoque, ubi vide *Lorinum Comment. p. 191. & Pinedam in h. l.* nam, *inquiunt*, nisi matet hic loci tellus est, quomodò se illuc rediturum, ait vir sanctus? Putant aliqui, ut eximant hunc scrupulum, illud *S. hamma* ILLUC, hic respicere non uterum Matris, sed aliquid, quod vel tum fuerit in mente dicentis, vel in gestu demonstrantis. Sed præstat affirmare, ex communi dicendi usu, illud absolutè hoc loco poni & significare terminum viventium, omnibus ut communissimum, ita & notissimum: ILLUC; nempè quo omnes contendimus, metam properamus ad unam, vel ut *Catullus:*

ILLUC, unde negant redire quenquam!

ut vertit D. Lutherus: Nackend werd ich wieder dahin fahren/ in locum communem, *Ursinus Quæst. Bibl. Lib. IV. Cap. XV. p. 271.*

§. 4.

Mens oblita DEI, vitiorumque oblita cœno,
Sicne licet fieri? nonne olim nudus ab alvo
Existi, & nudus terræ es rediturus in alvum?
O demens, non hæc tua sunt: sed Jupiter harum
Est dominus rerum, tu dispensator & hospes,
Non res, sed nobis rerum conceditur usus.

Palingen. l. c. Lib. II. in Tauro p. 39.

Nudus ego huc veni, simul hinc ego nudus abibo!

Id. in Virg. p. 162. Egregio dialogo hoc porrò deductum vide ap. *Tob. Pfanner. Syst. Theologiæ Gentilis puriorîs Cap. XX. §. 6. p. 448. 449.* Quod nudus & inermis natus, illum non malè habeat, inquit *Aristoteles de Part. Anim. Lib. IV. Cap. X. p. 521.* DEUS enim qui cæteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incursibus, atque periculis tutiora generavit: hominem verò nudum, fragilemque formavit, ut eum sapientiâ potius instrueret &c. *Lactantius Lib. VI. Instit. Divin. ap. Nic. Reusnerum Class. III. Cas. Rom. German. Symb. XII. p. 85.*

Opus DEI ultimum, cur?

Multæ hujus rei sunt causæ:

I.

Monstrat sic DEUS nobis ordinem, quem observarit, atque etiamnum in naturâ observet, ut ab imperfecto ad perfectum progressus fiat. Condiderat prius inanima, materiam primam, lucem, cœlos &c. post plantas, quæ animam habent vegetatricem tantum; deindè pisces, ut avibus imperfectiores, porrò volatilia tanquam minus perfecta, quam terrestria animalia. Mirum igitur esse non debet, quod homo perfectissimus omnium conditus est ad extremum, cum & corporis & animi dignitate omnia antecellat animalia.

II.

Voluit, ut homo μικρόκοσμος esset, in quo summatim & cœlestia & terrestria omnia, tanquam in parva mappâ depicta, continerentur: Idcircò prius oportuit totum mundum fabricari, antequam ejus summa in homine describeretur:

III.

Conditurus DEUS hominem animo & corpore constantem, quæ ad utrius-

fe-

felicitatem pertinebant, voluit præparare, prius quam conderetur ipse. Ad animæ felicitatem pertinebant cœli, eorumque ornatus, quem contemplaretur: rerum enim cœlestium contemplatione mirificè afficitur humana mens, & in cognitionem etiam opificis, inque ejus amorem adducitur facilius: reliqua omnia ad corporis beatitatem pertinebant, quæ nimirum infra cœlos sunt, & quæ illi ad fruendum tradita esse videmus.

IV.

Quid? quod prius etiam oportuit domum totam exædificari rebusque necessariis instrui, ac tum demum inhabitatorem induci, *H. Zanch. Lib. de Operibus DEI. ap. Heidf. l. c. Cap. XI. p. 146.*

§. 2.

Viventum ex omni numero, quæ Flaminis almi
Sunt animata satu, vitales ultimus auras
Hausit homo, non ille minor, non ille, timentis
Hinc exordiri cœptum, factura tonantis:
Sed quia nequicquam regem DEUS antecreasset,
Quam populos, humilem posset queis ponere morem.
Ut non ante Sophus convivam inducit ad altum
Triclinium, quam strata thoris, & lampadis igni
Aula micet, fumentque dapes ac ordine longo
Plenas sustineant mantilia Belgica lances;
Sic aulæ omnipotens, qui gentibus atria pandit
Lata suæ, centum juges qui nectare rivos
Manat, & æternos scatebris huc irrigat haustus!
Non prius antiquum mensâ dignatus Adamum,
Quam latè circumque domum straviſſet amœnam,
Inque ibi sidereis aulæa nitentia gemmis
Pandisset, lectasque dapes & vesca ciborum
Fercula, quæ variâ caperent dulcedine gestum!

Guil. Saluſt. Bartasius Hebd. II. Lib. VI. p. 204. 205.

Participat de Tempore & Æternitate.

Scimus, quod adsit Tempus, adsit etiam Æternitas; At DEUS noster sic disposuit, ut homo creatus de utroque participaret, quippe hominem posuit in mundum, ceu in medium quoddam, inter tempus & æternitatem, & dedit homini de utroque, partem scil. corpus de tempore, animam de æternitate, *Lutherus Tom. III. Op. Witeb. in explic. Psalm XC. f. 440. Bened. Reichardus in Paneg. Georg. Wilhelm. Elect. Brund. dict. p. 80. 81.*

Peccat omnis.

Non est homo, qui non peccet, 1. Reg. VIII, 46. Et:

Quamvis cuncta notes, quæ lustat regna Bootes,
Non reperire potes; quem sine labe notes.

D. Christoph Pelargus Schol. Pœnit. p. 18. Pontificii maximam perfectionis ἀκρίβειαν tribuunt quibusdam sanctis, B. Mariæ Virgini, Jeremiæ, Joh. Baptistæ & aliis, imò Sanctulo etiam suo fictitio & factitio Francisco, quippè de quo in ejus Conformitatibus blasphemo ore hæc eructare non erubescunt: Franciscus fuit exemplar omnis perfectionis; totum Evangelium observavit ad literam; mundus omni peccato usque ad quadrantem ultimum; Sanctus ad perfectionis apicem. Pari passu ambulat hoc Alexandri Alensis de Bonaventura pronunciatum, teste Trithemio: In hoc fratre natura non videtur peccasse, *D. Joh. Deutschman Diss. Th. de Samaritanismo Pontificio Sociniano-Fanatico in Art. de Bonis Oper. eorumque perfectione S. I. §. 2.*

Sine Pi, sine Pa.

Homo sine *pi*, sine *pa*, sine *con* & *veri* h. e. sine pietate, sine pa, sine patientia, sine con, sine conscientia, sine veri, sine veritate, *D. Misand. D. B. N. T. P. III. An. 1694. p. 236.*

Planta inversa.

Vid. Tit. Arbor inversa & *Scalig. de Subtil. ad Cardanum Exercit. CXL. Cap. II. p. 474.*

Platonicus.

Ideæ Platonicæ, id est, formæ quædam à materiæ societate, & nascentium atque intereuntium rerum multitudine abjunctæ, meritò exploduntur; uti & homo ipsius, quem dixit esse *animal bipes, implume*, *M. Pexenfeld. Appam. Erudit. Cap. LVII. p. 334.*

Piscis & Avis.

Vid. *M. Bauman. Anal. Allegor. p. 353. seq.* In Boreali Oceano juxta Moscoviam piscis est, cui nomen MORS. Hæc maris bellua maximè dentata est, ideò ex ejus dentibus, quod *Cardanus Lib. X. de Subtil. p. 338.* scribit, gladiorum capuli conficiuntur. Corpus cujusque nostrùm, ô mortales, vivarium est, in quo piscem hunc, MORTEM, alimus: Ideò non procul nobis hæc bellua quærenda est: MORS sua cuiq; domi est, *Drexel. in Prodromo Æternit. Cap. I. §. 17. p. 35.* Exilite super undas, ô homines, quia pisces estis; non vos opprimant seculi hujus fluctus. Si tempestas est, petite altum & profundum: Si serenitas, ludite in fluctibus, si procella, cavete à scopuloso littore, ne vos in rupem furens æstus, illidat. Pisces estis ô homines! Audite ergò, quia pi-

sces estis! *Ambrosius Lib. V. Hexäem. Cap. VI. & VII. ap. Dieteric. in Antiq. Bibl. ad Psalm. L, 11.12. p. 416.* Conf. *A. B. Tom. I. in Tit. Adamus Pisci forformis p. 101. seq.*

Primus cur permissus à Satanâ tentari, cum DEUS præsciverit, ipsum esse ab hoste in hoc certamine vincendum?

§. 1.

Resp. Permisit DEUS hominem à Satanâ tentari, non eo fine, ut laberetur, sed ut vires in creatione acceptas exerceret & ex hoc certamine victor abiens coronam gratiæ, & confirmationem in bono consequeretur. Sicut adhuc hodiè fideles, in regnum gloriæ receptos, variis tentationibus exerceri sinit, 1. Cor. X, 13. ut ipsorum fides probetur & exerceatur. Homo enim in statu integritatis viribus sufficientibus Satanæ resistendi instructus fuit, & eâ voluntatis libertate præditus, ut tam bonum, quam malum potuisset, si voluisset, liberè eligere, aut respuere: suâ igitur culpâ cecidit, non ex deficientiâ gratiæ, *M. Otto Ursinus Quæst. in Theol. admod. vexat. Q. XLVII. p. 74.*

§. 2.

Si autem DEUS præscivit hominem lapsurum, nonne ergò lapsus causa? Resp. DEI præscientia non infert rebus futuris contingentibus necessitatem, nec etiam ideò aliquid fit, quia DEUS præscivit: sed ideò, quia aliquid futurum erat, ideò DEUS id præscivit. Unde præscientia DEI similis est speculo: Sicut enim speculum non facit hominem deformem, sed talem jam existentem repræsentat: Sic etiam præscientia DEI neminem facit malum, sed malum futurum, & aliquem in tempore malum existentem, ab æterno habet notum & cognitum. Vid. omninò *Appam. Bibl. Tom. IV. in Tit. Protoplastorum lapsum cur DEUS non impedivit? p. 289. seq*

Mortuus eâdem die, quâ lapsus.

מוֹת תָּמוּת morte morieres, i. e. certissimè, & in totum morieris, dicebat DEUS, Gen. II, 17. ita ut nihil vitæ tibi sit reliqvum futurum. Sed quomodò comminationi huic veritas sua constat? Dixerat enim Dominus: Quocunque die comederis ex arbore, morte morieris: *Atqui factum est omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est*, Gen. V, 5. *Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone* confugit ad mensuram diei DEI, de quâ Psalm. XC, 4. & 2. Petr. III, 8. dicatur: Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit. Secundum hanc mensuram igitur dicit eâdem die Adamum mortuum fuisse, quâ comederit ex arbore scientiæ boni & mali. Nec ipse enim, nec quisquam alius Patriarcharum millenarium annorum nu-

merum ſupergreſſus eſt. Sed hæc ſententia juſtini longius petita, & allegorica potius eſt, quam hiſtoriça, Vid. *Raymund. Martini Pug. Fid. P. III. Dift. II. Cap. IV. §. 2. p. 562.* Sicut etiam illa, quando apud *Mercerum p. 50.* Ebizi putarunt; Morituram fuiſſe illo die, niſi egiſſet pœnitentiam, quod non eſt multi momenti. Mortuus igitur ſtatim eſt eâdem die primus homo, qua ex arbore comedit, *morte ſpirituali*, dum per transgreſſionem, gratiam DEI, & omnem ſpiritualem vitam amiſit. Unde Paulus Epheſ. II, 4. dicit: Nos in peccatis fuiſſe mortuos, *Morte corporali* autem *quoad Imperium*, quod mors in ipſum poſt eſum de arbore vetita obtinuit, ſeu *quoad moriendi neceſſitatem & debitum*, quod per peccatum ſibi contraxit, *Morte æternâ* autem mortuus eſt, eadem die, *quoad reatum*, quoniam ei propter transgreſſionem factus fuit obnoxius, *D. Chriſtian. Chemnitius de Arb. Scient. Boni & Mali §. 17. 18. 22. Scherzer, de Offic. Min. Eccl. Elenchi. ex Ezech. III, §. 10. D. Joh. Reinhard Hermen. Sacr. P. IV. S. II. R. XXIV. §. 1. p. 437. C. Aslacus Ethic. Moſaic. in h. l. Problem. IV. p. 532. Gregutus Revelat. Arcan. Cap. I. p. 76. ſeq. Engelgrav. Luc. Evang. P. I. Dom. XIV. poſt Pentecoſt. §. I. p. 555. ſeq. L. Thilo Med. Th. p. 23. D. J. F. Mayerus de Arbore ſcientiæ Boni & Mali §. 19. 32.*

Ex ovo factus.

Adami loco Sinenſes primum hominem Puonchuum nominant, eumque dicunt è chao, tanquam ex ovo natum, *Caſp. Schottus Phyſ. Curioſ. P. II. Lib. VII. Cap. III. §. 1. p. 655. Dn. Andreas Müllerus D. ſq. Geogr. & Hiſtoriâ de Cathajâ p. 39. b.*

Proponit, DEUS diſponit.

Rabbini ita: Pedes (actiones, nam pedes inſtrumenta actionum) hominis hujusmodi ſunt, ut ipſi placeant, ſed DEUS ducit illum, quò vult, *Druſius ad 1. Sam. II. 9. in Oſ. Angl. Tom. I. p. 2179.*

Propria tria habet, & non habet.

Jener ſchertzte und ſagte: der Menſch habe dreyerley/ das ſein eigen/ und doch nicht ſein eigen ſey; Er habe die Seele/ darüber gebieten Lehrer und Prediger; Er habe den Leib/ den müſte er denen Medicis unterwerffen; letzlich habe er ſeine Güter/ die beherrſchten die Juriſten/ *D. Aliſand.* wohlgepl. Prieſter *Cap. VI. p. 69.*

Pulvis.

Abraham Gen XVIII, 27. *Cum ſim pulvis & cinis* &c. עפר eſt humus vel pulvis humectatus; Dicit ergò Abraham, quod ſit pulvis & cinis, ut in humo, vel in pulvere humectato exprimeret hominis materiale principium & in cinere finalem ipſius reſolutionem *L. Joh. Thilo Medull. Theol. p. 90.* Nonnulli Ge-

Germanorum Mensch / quasi non Asch / nur Asch / deducunt ap. *B. D. Deutschman. in Paradisiacâ Adami Theologiâ p. 165.* Etymologia desumta est à materiâ primitivâ corporis humani, quæ vocatur אֲדָמָה terra, eaque rubicunda, ab אדם rubuit, rufus fuit. In regione namque Babylonicâ, ubi nomen hoc Adamo fuit impositum, terram rubere perhibent. Rationem hujus denominationis evidenter ostendit ipse SPIRITUS S. Gen. II, 9. Formavit igitur DEUS hominem עָפָר מִן־הָאֲדָמָה pulverem de terrâ, h. e. homo non tantum ex terrâ, tanquam ex materia formatur, sed & ipse pulvis est, si absque concreata imagine ex ortus sui principio (*Calov. T. III. System. Theol. p. 971.*) natura ejus æstimetur, *M. Alb. Vogt Delic. Sacr. p. 163. 164.* Quantus quantus est, pulvis existit è pulvereâ mole efformatus, *C. Aslacus Phys. Mos. in b. l. p. 327. Dieteric. Antiq. Bibl. ex Num. XIII, 17. p. 227. 228. Voët. Disp. Sel. P. I. p. 780.* Franciscus Georgius Venetus vi vocis אדם hominem triplicem naturam participare ait, divinam scil. cœlestem & corruptibilem; Literam enim א designare, quod in homine divini, ר quod cœlestis & מ quod corruptibilis quippiam offendere liceat. Sed vid. *M. Joh. Phil. Treuneri Somnia Vigilantium Sapientum §. 18. n. 5. & §. 19.* Secundum idioma Germanicum ADAM potest significare: Ach Du Armer Mensch. EVA: Erd Und Asche / *D. Missand. Delic. Bibl. N. T. P. I. p. 1102.* Omnes homines sunt γηγενεῖς Erdgebohrne / Gen. XVIII, 27.

Pulvis & umbra sumus, tellure lutoque creati.

Staub und Aschen / Schatten-Werck
Ist der Menschen Lebens-Stärck.
Die Geburth ist Erd und Koth
Erd und Koth macht draus der Tod.

D. Dexelius Theat. Histor. Curioso Tit. LXX. p. 499.

Rectus, Cohel. VII, 39.

עָשָׂה הָאֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם יָשָׁר *Fecit DEUS hominem rectum* LXX. reddunt per ἄνθρωπον εὐθῆ, quod derivant aliqui ab εὖ & τίθημι, ut εὐθὺ sit quod benè positum, dispositum & statutum est: & sic Act. VIII, 21. de Simone dicitur: cor tuum *non est rectum* coram DEO; εὐθεῖα, quæ non rectitudo ibidem appellatur malitia, *Mart. Hundius Disp. Select. Disp. II. de Imag. DEI. §. 14. p. 502. 503.* Fecit *rectum* h. e. omni vitiositatis aut illegalitatis labe carentem, *tùm* quoad intellectum, qui rectè DEUM, ejusque opera attributa ac voluntatem agnoscebat; *tùm* quoad voluntatem, quæ rectè ac promptè ad bonum tantummodò ferebatur; *tùm* quoad affectus, qui ab omnibus inordinatis passionibus immunes, rectæ rationis dictamen promtè sequebantur,

D. Geier in b. l. p. 286. Nomen יָשָׁר *rectus* opponitur tortuositati vitiorum, itemque hiulcis defectuum lacunis, in quantum homo planè non convenit cum recta Legis linea vel norma. *Id. ib. 287. L. Thilo Med. Th. p. 750. D. Joh. Osiander de Statu & Oeconomiâ Vitæ primævæ §. 9. p. 11. D. Joh. Frid. Mayer de Arbore Scientiæ Boni & Mali §. 24. & Problem. Theol. utrum humanum genus non alio potuerit modo, nisi cruentâ DEI morte, reparari? §. 1.*

Sardus

Opem plurimam de imbrido cœlo habet; (hybernæ enim pluviæ in æstivam penuriam reservantur) *Julius Solinus Polyhistor. Cap. X. p. m. 193.*

Superbus sed sine causa.

§. 1.

Sosiphanes apud *Stobæum Tom. II. Tit. XXII.*

Ἢν δ' εὐτυχεῖτε, μηδὲν ὄντες, εὐθέως
Ἴσ' ἄειρα φρονεῖτε.
Si faverit fortuna, cum sitis nihil,
Cœlo levatis capita.

Sed memor naturæ, nunquam superbies, inquit *Basilius*; Et *Chrysost.* Is maximè se novit, qui se nihil esse putat, ap. *Lycost. in Apophth. p. 124.* Miseret, atque etiam pudet æstimantem, quam sit frivola animalium superbissimi origo, *Plin. Lib. VII. Cap. VII.* Mulus Lydus suam in flumine contemplatus imaginem, pulchritudinemque, & magnitudinem corporis sui admiratus, ferocire & equi in morem procurrere intendit; mox autem recordatus *asini se esse filium*, inhibuit cursum, ferociamque & spiritus repressit (κατέπαυσε ταχὺ τὸν δρόμον καὶ ἀφῆκε τὸ φρύαγμα καὶ τὸν θυμόν) ap. *Plutarch. in Conviv. VII. Sap. p. 10.* Sic cessat alios urgere, qui se respicit, *Eman. Thesaurus Inscript. p. 171.* Nullum autem animal magis suarum virium obliviscitur, quam homo! *Petrarcha de R. U. F. T. I. Dial. XCVI. p. 264.*

§. 2.

Si se inter stercus & urinam conceptum fuisse reminisceretur, si se nudum in lucem prodiisse animadverteret, si cum miseriis & laboribus vitam ducere perpenderet, si tandem se mortis vinculis astrictum pensitaret, non diutius superbiret. Magna est miseria superbus homo, sed major misericordia humilis Deus, ait *August.* Sic aliter ille:

Iste mali fons est, tam sum miser, ut miser ipse
Cum sim, me miserum non tamen esse sciam.

Heidf. S. T. P. Cap. XI. p. 245. Num ergò justissima magnificiendi tibi causa, quod ex crassissimo elemento, & eadem cum brutis ipsis materia compositus?

Spi-

Spinæus de Tranquill. Animi Lib. II. p. 67. Inter excrementa natus? *Vossius de Idolol. Lib. III. Cap. XXII. p. 830.* Heu dementiam! ab his initiis existimantium ad superbiam se genitos, *Plin. l. c.* O ergò homo recordare unde veneris, & quò sis abiturus, & ubi consistas! Muhammedanorum est admonitio ap. *Hennig. Henningi in Mubammedano precante p. 518.*

Nemo superbus amat superos, nec amatur ab illis:
Vult humiles DEUS ac mites: habitatque libenter
Mansvetos animos procul ambitione remotos;
Inflatos verò ac ventosos deprimit idem,
Nec patitur secum puro consistere Olympo.

Palingen. Z. V. in Sagittar. p. 274.

Terra.

§. 1.

In Regno Var in India est consvetudo, ut tam Rex, quam exteri homines in terra sedere soleant. Et cum ob hoc ab aliis redarguuntur, respondere solent: De terra nati sumus, & in terram convertendi, ideò terram honorare volumus, *Marc. Paul. Venetus de Regionibus Orientat. Lib. III. Cap. XXV. p. m. 145.* Quidam tabulam sibi pingi curavit, in qua è terræ caverna erumpebat homo nudus, qui fugienti similis, per lutosam viam in alium specum è regione dehiscentem festinabat, cum lemate: *E terrâ per terram in terram! M. J. Ernestus Prodromo Apantbismatum Historico-Theologico-Mysticum Cap. XXIV. p. 121.*

§. 2.

David se formatum dicis בְּתַחְתִּיּוֹת אֶרֶץ in inferioribus terræ h. e. in utero matris, loco magis abdito, quam ullum est antrum terræ, Psal. CXXXIX, 15. Et pulchrè hac appellatione, monemur de origine prima nostri corporis, quæ terra est. Undè & *Prudentius in hymno de Natali CHRISTI*, matris uterum, quo conceptus CHRISTUS, *Limum* vocat; Et *Nazianzenus* homines δισταφίας, *bis sepultos*, quod primum in alvo matris tecti, & quasi sepulti jaceant, antequam in hanc vitam nascuntur: deindè in alvo terræ lateant, donec ad vitam æternam, aut judicium resuscitentur, unde & resurrectio mortuorum παλιγγενεσία vocatur, Matth. XIX, 28. *D. Fesselius Adversf. Sacr. Lib. II. Cap. XXIX. p. 184. D. Seb. Schmid. Colleg. Bibl. Prior. L. VII. D. II. §. 13. p. 217. D. Friedlieb Theol. Exeget. in h. l. p. 686. P. Fagius ad Gen. XXXVII, 35. in Op. Angl. p. 331. Dieteric. A. B. p. 773. D. Quensted. Syst. Theol. P. I. Cap. XIII. S. I. p. 529. Polus in h. l. p. 1290.*

Tripes, quadrupes.

Sphinx monſtrum Thebanum, citante *Natali Comite Lib. IX. Cap. XVIII. Mythолog.* cogebat tranſeuntes conſiſtere, tali quæſtione propoſitâ: *Quidnam id eſt in orbe, quod quaternis primum pedibus inambulat, inde tribus, duobus porrò, atq; mox tribus, & poſtremò quaternis, quodque per omnes ternus volitat, & omnium animantium linguis loquitur?* Hoc ænigma neſcientes diluere, ſublatos in rupem agebat præcipites. Oedibus illac iter habens, ænigma ſolvit, & de homine interpretatus eſt, qui infans manibus ac pedibus repit, adultus erectus incedit, ad ſenectam vergens pro tertio pede adhibet ſcipionem: poſtremum decrepitâ ſenecta duobus ſcipionibus, quatuor quaſi pedibus, gradum facit. Vide plura ap. *Ovid. Metam. XV. Aſcenſius* ſic de eodem brevius:

Quod pedibus binis animal meat absque ruinis,
Mox graditur ternis, poſt claudicat atque quaternis?

Poteſt etiam ſic quæri? *Quidnam illud eſt, quod quò plures habet pedes, eò tardius; quo pauciores eò rectius & velocius incedit, orbem perambulat, & bis decem habet cornua?* Homo eſt, qui tripes & quadrupes (τρίπους καὶ τετράπους) incommodè, bipes (δίπους) feliciter incedit, habet in digitis manuum ac pedum cornua, i. e. ungues viginti, *Heidf. l. c. p. 245. 246.*

Vanitas.

§. 1.

Omnia humana ſunt vana h. e. incerta fallacia & inſtabilia, unde Rex ſapientiſſimus Salomo, Cohel. I, 2. ait: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Et David Pſalm. LXII, 10. Profectò filii hominum ſunt vanitas, filii viri ſunt mendacium: ſi ponderentur in ſtaterâ, ipſi ſimul ipſa vanitate ſunt leviores. Hæc μείωσις totius humani generis eſt valdè elegans & vehemens ad dejiciendum faſtum. Nam ſi homines ponerentur in unâ lance bilancis; vanitas verò in altera lance: tum homines aſcenderent, vanitas verò deſcenderet, hoc eſt, homines ipſa vanitate vaniores & levitate leviores deprehenderentur. Etenim omnia illa, quæ ſplendida & magnifica videntur, ſunt vanitas. Nam *corpus* noſtrum imbecille eſt & *forma* fragilis, *valetudo* incerta, *vita* breviſſima & fugaciſſima (Pſalm. XC. Jac. IV. Eſ. XL. *Honor* vanus eſt: quia aut ſimulatus, aut non diuturnus eſt. *Voluptas* inſincera, *ſapientia* hominis exigua, *virtus* languida eſt; denique *affectus* turbulentus. Licet itaque ob mobilitatem & vanitatem omnium mundanarum & fluxarum rerum exclamare:

O vanitatum vanitas!
Terrena cuncta perfida,

Mun-

Mundana cuncta sordida,
O vanitatum vanitas!
O vanitatum vanitas!
Terrena cuncta noxia,
Mundana cuncta pessima,
O vanitatum vanitas!
O vanitatum vanitas!
O misera terrena omnia,
O umbra mundana omnia,
O vanitatum vanitas!

D. Christ. Matthia Theat. H. S. Th. Pr. p. 250. 335.

§. 2.

כל הבל universa vanitas est omnis homo, Psalm. XXXIX, 6. h. e. hominem si intuearis, quicunque etiam ille fuerit, universam quoque vanitatem in brevi quodam compendio, te intueri credas, ita ut nihil solidi, & verè constantis boni in homine, prout physice is ipse, aut extra DEI gratiam consideratur, deprehendas, nil enim præstat eorum, quæ certò polliceri externo aspectu videbatur; in rebus fortunæ summa est inconstantia ac fallacitas, sanitas & robur corporis sunt incerta, in intellectu plurimi errores, dubitationes, inscitiæ, in voluntate turpis sæpè repugnantia ac discordia, in affectibus rebellio, in sensibus molestiæ, deceptiones, varii itidem aliàs casus, injuriæ &c. uno verbo: *omnia fallacia & fluxa* ob mortem, omnes inevitabiliter tandem manentem, cunctasq; vanitates cæteras terminantem. Nomen הֶבֶל est propriè *res inanis ac fallax*, vel facilè transiens, instar *halitus*, ex ore prodeuntis tempore hyberno, qui mox evànescit, ita ut nullum ejus supersit vestigium, vanusque sit omnis labor in eo retinendo. Sic apud Talmudicos הַבַּל est *vaporare, calefieri:* hinc הָבֶל *vapor* oris in hyeme, in *Targum* Psalm XC, 9. sic in Ebræo fonte, Es. LVII, 13. ventus & הֶבֶל ceu Synonyma conjunguntur. Undè & Syrus: sicut לַהגָא *vapor* (Jacob IV, 14.). Idipsum verò abstractum emphaticè ponitur pro concreto: *Homo est vanitas* h. e. extremè vanus, inconstans, peccato, peccatorumque pœnis graviter obnoxius; quæ emphasis adhuc insigniter intenditur per appositam universalitatis notam; Homo est universa vanitas (Ps. XXXIX, 6.) q. d. quicquid uspiam modò inconstantiæ vel fallacitatis deprehenditur in orbe universo, id omne etiam reperire licet in microcosmo, homine. Vid. *D. Geier in Psalm. XXXI, 7. p. 506. XXXIX, 6. p. 729. in Cobel. I, 2. p. 11. 12.*

§. 3.

Mensch/ gedencke/ daß du ein Mensch und nicht GOTT bist; Es stehet

dein Leben/ dein Odem/ dein Thun nicht in deiner Macht/ du bist wie eine Blume/ die ihre Wurtzel in der Erden hat/ wird sie abgerissen/ so verwelcket sie; wie ein Zweig am Baum/ der aus dem Stamm Krafft und Safft empfähet/ wird er abgehauen/ so verdorret er/ und gehört ins Feur; wie ein Schatten/ der vom Licht sein Ansehen hat/ und wenn das Licht sich verbirget/ nirgends zu finden ist/ *Scriv.* Siech- und Sieg-B. *P. II. Med. X. §. 1. p. 155.* Du bist von dir selber wie Schloß ohne Wall und Mauren/ das der Feind leicht ersteigen/ und überwinden kan/ ja der Feind und der Verräther ist mitten im Schloß/ dein eigen Hertz/ das dem Teuffel wider dich getreuer ist/ als dir selbst. Du bist wie ein irdener Topff/ den man leicht brechen mag; wie ein kleines/ schwaches/ krancken Kind/ daß man mit einem Finger mag umstossen; wie ein Hauß/ das auffm Sand gebauet/ und für keinem Sturm sicher ist/ Müll. Lieb. K. *P. I. C. p. XXII. p. 694.* wir sind ausser GOtt und seiner Gnade nichts. Wir seyn elende Würmlein/ die man mit den Füssen zertritt: wir sind geringe Lichter/ die eine geringe Lufft ausswehet; wie eine Blume auff dem Felde/ die da abgenaget wird von dem Viehe; wie ein Glaß/ das leicht zerbrochen wird; wie ein Dampff und Rauch/ der bald vergehet; wie eine Wasser-Blase/ die mit einem Stiche zernichtet wird; wie eine Feder/ die vom Winde getrieben wird/ *Scriv.* Gedenck-Spr. *Fest. Trin. p. 821. ap. Rev. D.* Gerstäcker im Vorrath von schönen Gleichnissen/ *p. 978. 979.*

Vermis.

R. Akiba ita: Considera tres res, & non venies in manus transgressionis: Cognosce, unde veneris, quò sis abiturus, & coram quo rationem redditurus. Unde venisti? Ex guttula sordida. Quo tandem abis? Ad locum pulveris & vermium. Coram quo futurum est, ut rationem reddas? Coram Rege Regum omnium, qui & sanctus est & benedictus. Ergò

Quis sis, quis fueris, quis eris semper mediteris.
Subindè quoque has tibi propone Quæstiones:
Quid sum? Quis? Qualis? Quotus? Unde? Quibusve
Ortus Avis? Quorsum tendo? Quibusque viis?
Vermis. Homo. malus. exiguus. postremus. ab imo
Talibus & cretus. Nitor ad Astra fide.

D. Walther, Dissert. de Immortalitate Animæ rationalis p. 37.

Vetus deformis, novus imperfectus.

Als von dem Cardinal Bellarmino verlanget wurde/ er sollte sich abmahlen lassen/ versetzte er: Der alte Mensch bey mir ist allzu ungestalt und heß-

lich

lich/der Neue aber erst angefangen und allzu unvollkommen/dahero schicke ich mich zu keiner Abbildung/ *Nob. Ziegler* im tägl. Schau-Platz der Zeit *3. Sept. n. 3. p. 1100.*

Viator.

Wann die Persianer ihre Freunde wegen des Verstorbenen trösten/ halten sie ihre Unterredung von Verachtung der Welt/ und sagen/ daß man darinnen sey/ als auff einer Wanderschafft/ da einer eher/ als der ander/ an den bestimten Ort kommt/ *Tavernier Hod. Orient. Tom. I. Lib. II. Cap. XLX. p. 284. a.*

Inter Vitam & mortem spectrum procedens.

Arabes dicunt: Vita nostra somnus est, & mors excitatio; Homo verò inter illa duo se habet instar spectri procedentis, *Hottingerus Hist. Orient. Lib. II. Cap. VI. p. 518.*

Nullus sine Vitiis.

Si homines, qui unquam vixere, celeberrimos consideramus, sanè tàm quod vituperium, quam quod laudem mereatur, deprehendemus. Herculis robur ac fortitudo commendatur, ejusdem tamen tyrannis vituperatur. Thebani Alcamanem ut sobrium laudant, in eodem tamen linguæ petulantiam notant. Lacedæmonii Lycurgum, velut reipublicæ regendæ peritissimum commendarunt, eundem tamen, ut minus æqvum judicem, calumniati sunt. Athenienses Platonis divinam doctrinam ad cœlum usque extulerunt: sed ejusdem notarunt parsimoniam. Æneas Trojanus ob pietatem erga Patrem benè, ob perfidiam erga patriam, malè audit. Julii Cæsaris laudatur mansuetudo, & ad ignoscendum facilitas: ejusdem tamen notatur superbia & fastus. Bellicosus fuit Hannibal, sed versutiâ, adeoque perfidiâ plenus. Balduinus Longobardorum Dux ob beneficentiam & liberalitatem commendatur: idem tamen ebriositatis insimulatur. Eloquentiæ laudem in Phalari crudelitas obscuravit. Denique da mihi, quemcunque alium, quantumvis magnum, cui non labecula aliqua fuit aspersa? Non est sine furfure farina, non sine putamine nucleus, non sine cortice arbor, non sine paleâ granum, non sine vitio homo quicunque, *Guevar. Epist. ad Franciscum Manriques p. 110.*

Vitrum.

§. 1.

Pulvis es, ait DEUS, Gen. III, 19. scilicet origine, non substantiâ. Carnem jam teneo, non terram: licet & caro audiat, Terra es, & in terram reverteris: origo recensetur, non substantia revocatur, ait *Tertull. de Resur. Carn. Cap. VI.* Vitrum ergò homo origine! Finxit non Prometheus (unde *Sym-*

macbus Lib. IV. Epist. XXXIII. Homullus Promethei manu fictus, i. e. luteus), sed divina προμήθεια *& quidem statuaria sui., sicut & vitrum statu figuratur.* Vitriarius enim dicitur, qui spiritu vitrum in habitus plurimos format, qui vix diligenti manu effingerentur, *Plin. Lib. XXXVI. Cap. XXVI. Seneca Epist. XC. Materia fuit pulvis:* vitriarena, quam primam præbuit Belus amnis, qui judaico mari illabitur, circa cujus os collectæ arenæ, admixto nigro, in vitrum excoqvuntur, *Tacit. Lib. V. Hist. post princip.* Inventum enim in Phœniciâ primum; Sidone quondam iis officinis nobili, quæ etiam specula excogitaverat, *Plinus l. c.* Tempus inventionis ignoratur & autor: sed generis nostri scimus. Non adeò antiqvum fuisse conjectant aliquo modo, quod in sacris literis non extet vetus memoria. Sed ut pulvis; sic limus ille, è quo homines sumus, DEI opificio in melius commutatus est. Finis denique conditionis voluptas & gloria creatoris: quomodo de Tacito Imp. *Vopiscus* scripsit: Vitrorum diversitate vehementer fuisse delectatum. Homo igitur Vitrum origine.

§. 2.

Altera ratio comparationis est *humana fragilitas.* Quid enim homo & humana omnia? *Vitrum si dixeris, non erubis.* Novit DEUS fragile nos figmentum esse, Psalm. CIII, 14. non è duro saxo, non è solido ære, Job VI, 12. Sed è pulvere. Itaque magna cum longanimitate sustentat, ne allidat, Rom. IX, 22. quomodo diligens & attentus ad rem paterfamilias, etiam venenarium calicem in quem mors aliqua ructarit (ut Tertull. loqui amat) mavult extergere, quam proterere, si modò nos purgari sinamus. Non facit ut Cotys, Thracum Rex, qui furoris sui sibi conscius, donata ab hospite quopiam elegantissimè cælata vasa, sed fragilia, comminuit, ne si minister aliquis fregisset, in irâ modum non posset tenere, *Plutarch. Apophth Reg. & Princip.* Vult potius prudenter tractari terrestre hoc vasculum, 1. Thess. IV, 4. 1. Pet. III, 7. cum cura emundari, 2. Tim. II, 21. portantesque immensum gratiæ thesaurum in vase testaceo, vitreo, fragili, ambulare sollicitè, 2. Cor. IV, 7. Ephes. V, 15. Quis apud pollionem Vedum Crystallinum firma manu tenuisset, ut cor non palpitasset, qui servum (& quidem Augusto præsente, & convîva) quod tale fregisset casu, murenis suis jussit in cibum objici; periisset puer, nisi ad Cæsaris pedes confugisset: qui illum mitti, crystallina omnia coram se frangi, piscinamque compleri jussit, *Seneca Lib. III. de Irâ Cap. XL.* Graviter *S. Bernhardus*: si stillantem in cruce Domini sanguinem collegissem, esset que penes me repositus in vase vitreo, quod & portari sæpius oporteret, quid animi habiturus essem in discrimine tantò? & certè id servandum accepi, pro quo mercator non insipiens, ipsa utique sapientia sanguinem illum dedit. Sed & habeo thesaurum istum in vasis fictilibus, & quibus multò plura, quam vitreis, imminere pericula videantur, *Serm. III. de Advent.*

§. 2.

§. 3.

Celebrantur in historiis *Vitreus Archimedis globus cœlestis*, de quo *Claudianus Epigr. XXVI*, Vitrea *domus Firmi* Tyranni, qui sub Aureliano Ægyptum occupaverat: homo tam dives, ut domum vitreis quadraturis, bitumine aliisque medicamentis insertis induxerit: Vitreæ *columnæ Templi* in Arado (Insula est in Phœnica) magnitudinis immensæ, quas miratum S. Petrum scribit Pseudo *Clemens* ille *Lib. VII. Recognit.* Vitreum *Castellum Venetorum*, ad Imp. Ferdinandum donum, quod ostensurus principibus quibusdam viris, cum ministri timidè mussarent, confractum esse, nihil commotus, *Vitreum*, inquit, *erat!* Sic sunt quæ in mundo maximè spectantur.

Fortuna *vitrea* est, cum splendet, frangitur.

Ait *P. Syrus*. Voluptas in hoc corpusculo, ut vinum est in vitro, Prov. XXIII, 31. Forma bonum fragile est, vas figuli Tyranni, cum omni suâ potentiâ, Psalm. II, 9. Mundus, quantus quantus, est mare vitreum, Apoc. IV, 6. & hæc tam multos inflamment, tam multos ad se rapiant, ut pueros ignis periculi ignaros? Nam fidem, spem, patientiam & cætera solida bona in sarcinis habere, jocus vulgò & risus est. Quid dicam illa mundi promissa magno cum hiatu? *Vitrea* fracta, cum Petronio, & patiantur tam multi adeò os sibi oblini! Sic & hæreticorum acumen vitreum, quod lucet vanitate, sed frangitur veritate, ap. *August. Serm. II. de Verb. Apost.* Sunt inanes contradictiunculæ, vitreæque sententiæ, veritatis malleo obterendæ.

§. 4.

Fuit Romæ sub Tiberio mirus artifex, qui vitrum ductile fecerat, ut duci in laminas & malleo fingi posset, sicut cætera metalla. Historiam recitat *Dion. Lib LVII.* his verbis: Architectum illum, cujus ne nomen quidem invidus Imperator voluit extare, porticum maximam in latus inclinantem firmatis fundamentis, velleribus & centonibus undique circumdedisse, funibusque alligatam, in pristinum positum restituisse; Tiberium artem miratum, artifici gloriam invidisse, donatumque ex urbe ejecisse. Rediisse illum, oblatum dono vitreum calicem affabrè cælatum, consultò, quasi fortunà excidisset, è manu abjecisse, fractumque manibus subegisse, & refecisse: sic veniam sperantem, mortem consecutum esse. Major artifex DEUS est: qui ex vitreis vasis aurea facit & argentea! quæ tamen sic aurea dixeris, quia charitate fulgent, ut ut vitrea non negare possis, quia puritate translucent, ut loquar cum *Gregorio M. Lib. XVIII. Moral. XXVII.* Solida ea sunt, & frangi non metuentia, tanta firmitatis securitas est. Patent omnia, quæ hic latent, nec Momi fenestellis opus est, ut cordis secreta alter alterius perspiciat. Sic ergo homo vitrum quoque erit in renovatione, sed non auro illusum obiter, verum ex solido auro. Vasa

Gra-

Gratiæ, quæ præparavit ipse, sæpè quasi pesfundaturus solo affligit, ut stupeat orbis, expaveſcant ipsa: *Num robur mihi lapideum? num caro mea chalybea?* tinnit quasi sanctissimus Jobus, optatque *conteri & comminui*, Cap. VI, §. 11. Sed expecta paulisper: refingit ille opus suum de pulvere susciatum, quod ita temperavit, ut cadere possit, perire non possit, *De operibus DEI non est judicandum ante Quintum Actum.*

Dextra DEI in melius vertere cuncta potest!

Ursin. Theol. Symbol. Symb. CVI. p. 129.

§. 5.

Pellucet hic quoq; hominis animus ut vitrum, si oculum prudentiæ admoveas. Vultus, frons, gressus, habitusque produnt. Nec operta mentium rimari necesse est, in serenis frontibus animorum judicia perleguntur, inquit *Nazarius in Panegyr. Constant.*

§. 6.

Cadit aliquis tuorum charissimorum? memento vitrum fuisse, genuisse te mortalem. Quid homo? Lucerna ventis exposita, ajebat *Epictetus altercatione cum Hadriano Imp.* utique & vitreâ: Bulla & ampulla; utraque vitrea, nisi quod isti nihil subest solidi. Itaque unicuique nostrum dicitur: Dispone domui tuæ, velut vitreæ ampullæ, super quam si ceciderit lapis, vel ipsa super lapidem, confringetur, *Petrus Blesensis Serm. XVI. in Hebdom. pœnos.* Et mirabitur aliquis, si bulla evaneſcat? ampulla vitrea disiliat? vitrea denique navis, dum vitreas perlabitur undas, allisa naufragium faciat? aut insolenter mœrebit, si anima, quæ in corpore, ut in angusto vase, arctè satis habitabat, in latitudinem cœli immensi evolet?

§. 7.

Memorat *Casp. Ens in Pausilypo suo* fuisse ante hos annos Thomam quendam Rosarium in Hispania, cætera sanum, nec indoctum, sed cui rationem phantasia adeò perturbarit, *ut se vitreum seriò crederet.* Itaque gossypio & lana sub veste fultus, quaqua incedebat, suspectabat, ne repentino aliquo ictu, allisuve creparet. Avebat in aulâ aliquis primorum festivum caput visere, & frui alloquio. Ille tuta omnia formidans, inter vitrea vasa diligenter compactus & stramine multo obligatus, tandem Salmantica Vallisoletum plaustro se deportari sivit. *An non insaniet, qui se ex animo vitreum reputans, tanto majorem in servando seipsum curam adhibeat:* Non adeò insciturn fertur illud: Bonum castellum custodit, qui corpus suum custodit, ap. *Bernh.* Nonne casus nostros nobiscum in hâc carne portamus? nonne fragiliores sumus, quam si vitrei essemus? Vitrum enim fragile est tamen diu durat, & invenies calices ab avis & proavis, è quibus bibunt nepotes & pronepotes: tanta fragilitas custodita est per annos; nos autem homines,

mines, & in tantis casibus quotidianis fragiles ambulamus, & si casus repentini non accederent, diu tamen vivere non valeremus, ait Augustin. Lib L. Hom. XXVIII. apud quem & vitro lætitia comparatur, fragiliter splendida, cui timeatur horribilius, ne repentè frangatur, *Lib. IV. de C. D. Cap. III.* Ergò τὸ ἀνώτερον κάλλιον.

Sunt ubi Chrysolithis fabricata palatia gemmis
Atque Smaragdineo janua poste viret.
Limina Sardonycho variata ubi lumina florent,
Et Hyacintheus circuit ordo domum.

Ursinus Anal. Sacr. Lib. V. Cap. IX. p. m. 245. & ex eodem M. Bauman. Anal. Allegor. p. 370. seq.

§. 8.

B. Lutherus D. Justo Jonæ vitrum vino plenum propinabat, hisce verbis;

Dat vitrum vitreo Jonæ vitrum ipse Lutherus,
Ut vitro fragili similem se noscat uterque!

* * * *

Dem gläßern Jona gibt ein Glaß/ der selbst ist Glaß/
Daß beyde wissen/ wie sie sind/ so schwach/ als das!

D. Geier. Temp. & Æetern. P. I. p. 306. Quovis vitro homo fragilior. Vid. *H. Engelgrav. Luc. Evang. P. I. Dom. XXIII. p. Pentec. §. 1. p. 662. seq.*

Umbræ somnium.

Pindarus: τί δέ τις; τί δὲ οὐ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Quid verò aliquis? Quid nullus? Umbræ somnium homines. *Homerus:* Nihil homine terra nutrit imbecillius, *Suidas in voc. ἀνύπαρκτον p. 98.*

Unicus cur creatus in mundo?

§. 1.

Respondent Talmudistæ: Ob pacem hominum, ne unus dicat alteri: אבי Pater meus nobilior est Patre tuo, *Danh. Uti p. 83. Ligfoot Hor. Hebr. & Talm. in Marc. Cap. XIV. 36. p. 460. Raymundus Martini Pug. Fid. P. III. Dist. II. Cap. III. §. 3. p. 558.* Benè *Seneca:* Eadem omnibus principia, eadem origo. Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium & artibus bonis aptius. Unus omnium Parens mundus est: sive per splendidos, sive per sordidos gradus ad hunc prima cujusque origo perducitur, *Paulus Hachenbergius de Germaniâ Mediâ Dissert. II. §. 3. p. 29.* Conf. *& Sam. Puffendorff de Officio Hominis & Civis juxta Legem Naturalem Lib. I. Cap. VII. de agnoscenda Naturali Hominum Æqualitate p. 86. seq.*

§. 2.

Sed si omnibus eadem prosapia, cur ergò unus alterum odit, persequitur?

Quid referam, quod damna homini persæpè venire
Culpa hominum soleant? adeò ut fera nulla magis sit
Formidanda illi, quam semine natus eodem.

Al. Palingenius Zod. Vit. Lib. VI. in Virg. p. m. 158. Cur quos sanguinis communio, eosdem nec amicitiæ affectus copulat? Summum inter se hominum vinculum est humanitas: quod qui diruperit, is nefarius, & parricida existimandus est. Nam si ab uno homine, quem DEUS finxit, omnes sumus oriundi: certè consanguinei sumus, & ideò maximum scelus putandum est, odisse hominem vel nocentem. Propterea DEUS præcipit inimicitias per nos nunquam faciendas, sed semper eas esse tollendas: ut scil. eos, qui sunt nobis inimici, necessitudinis admonitos mitigemus. Quod si ab uno DEO inspirati omnes, & animati sumus: quid aliud, quam fratres sumus? Et quidem conjunctiores sumus animis, quam corporibus. Itaque non errat *Lucretius*, Poëta vetustissimus, qvum dicit:

Denique cœlesti sumus omnes semine nati:
Omnibus ille idem pater est.

Ergò pro belluis immanibus sunt habendi: qui homini nocent: qui contra jus humanitatis & fas omne spoliant, cruciant, occidunt, exterminant. Ob hanc necessitudinem germanitatis, docet nos DEUS malum nunquam facere: bonum autem semper. Id autem ipsum benefacere quid sit, idem ipse præscribit DEUS: præstare auxilium depressis, & laborantibus, & impartiri victum non habentibus &c. *Nic. Reusnerus Class. III. Symb. Cæs. Rom. German. p. 86.*

HOMINIS
Imbecillitas.

Homo est imbecillum corpus & fragile, nudum, suapte natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum &c. *Senec. consol. ad Marc. Cap. XI. cit. Drexel.* qui meritò hisce superbiam humanam perstringit: Interim nos miselli nomenclaturas ingentes texìmus speciosissimorum titulorum: grandia nomina operosè ambimus, & sine omni aurium vulnere audimus Magnifici, Perillustres, Felices, Pii, Potentissimi, Augustissimi, Optimi, Maximi, *Tom. I. Op. II. Cap. I. §. II. p. 51. ap. D. Christian.* von Stoßen *Serm. Baptism. II. n. 23.*

Fe-

Felicis Epitaphium.

Ausonius in tumulum hominis felicis tale epigramma scripsit:

Sparge mero cineres, & odora perlue nardo
Hospes, & adde rosis balsama puniceis.
Perpetuum mihi ver agit illachrymabilis urna,
Et commutavi secula, non obii.

B. D. Calovius de Baptismo pro Mortuis ex 1. Cor. XV, 29. Cap. I. §. 9.

Nomina in Scripturâ.

Dicitur inter alia Homo בָּשָׂר וְדָם γεννητὸς τῆς γυναικὸς σὰρξ καὶ αἷμα עֵרֶם בָּא ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. Illud Matth XI, 11. Istud Cap. XVI, 17. Hoc Joh. I, 9.

In Opificio quid desideravit Momus.

§. 1.

Momus (quem nocte matre, & somno patre progenitum depingit *Hesiodus ap. Danb. Hod. ſ. Phæn. XII. p. 1444. Picinell. M. S. Lib. III. Cap. XXXV. n. 100. p. 163.)* perspicacissimus ille operum omnium contemplator & reprehensor fuit; qui cum ipse nihil faceret, cæterorum opera reprehendit, & in homine illud inprimis carpsit, quod prætermissum fuisset id, quod maximè erat necessarium; quasi artifex non providisset, quot dolii in pectoribus laterent. Et opus multo laudabilius visum fuisse, si fenestratum pectus fuisset, ut sciri posset, quid in animo quisque strueret. 2.) Indignum illi visum fuit, oculos non fuisse ita collocatos, ut circumagi planè possint, atque interiora, id est, ea, quæ in homine sunt, intueantur, non solum ea, quæ extra hominem sunt. 3.) Non probabat tibias non esse collocatas, ubi suræ sunt, & vicissim: Nam hæ non ita facilè ex offensione dolorem sentiunt, ut istæ. Præterea accusabat istud in tauri opificio, quod oculi cornibus non essent, ubi maximè opus erat, *Lucianus de Hæresibus Aristot. de Part. Animal. Lib. III.*

§. 2.

Sed valeat cum perverso suo judicio σῦρος μῶμος, ut ab antiquis dictus fuit. Noscimus, DEI opera omnibus planè numeris absoluta esse, Gen. I. adeò, ut

— — Non ullum carpere livor
Possit opus Domini.

καλῶς γὰρ πάντα πεποίηκε, Marc. VII. v. ult. Ad primum lepidè respondet ei *Plutarchus in Sympos. Lib. III.* Quid obsecrò eos cancellos, eas fenestras requiris, per quas alter alterius animum intueamur? Vinum abundè nostra pectora

recludit, personam frontisque tectorium detrahens nobis, ut longissimè à lege, ceu à pædagogi latere recedentibus. Astuti ergò, juxta *Homerum:*

Reges dicuntur multis urgere cùlullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant,
An sit amicitia dignus.

Sic alius quidam asserit hominis ingenium *in oculis, loculis & poculis* elucere, (בְּכִיס בְּכוֹס בְּכַעַס) *D. Georg. Calixtus Lucubrat. in Gen. Cap. XLIV, 5. p. 30.*

§. 3.

Sic queruntur porrò & alii divinorum munerum iniqui æstimatores, ut habet *Seneca Lib. II. de Benef. Cap. XXIX.* quod mole corporis non æquemus elephantos, velocitate cervos, levitate aves, impetu tauros; quod sagacitate narium nos canes vincant, acie luminum aquilæ, spatio ætatis corvi; imò vix sibi quidam temperant, quin eò usque impudentiæ provehantur, ut naturam oderint, quod infra DEUM sint constituti. Absit ista impietas, ab ipsis etiam ethnicis sanioribus exagitata. Scitissimè respondet *Plutarchus in Mor.* Equi celeritas, *ait*, in nostrum cedit emolumentum; canum pugnacitas hominem tuetur: piscium, suum, & id genus aliorum alimur corpulentia: Elephas terribilis est ille quidem, & vasto corpore, sed adeò nobis obnoxius, ut tantam molem in ludicra verterimus. Itaque si cui putet ac vilior est hominis status, sic nos reprimamus: Non inest quidem nobilis leonis robur, leporum pernicitas, aquilæ visus, taurorum impetus &c. verum inest prudentia, divinior mens inest, qua unicuique istorum dominamur ad societatem, vertimus ad delicias, & utcunque libuerit, vertimus. Adde, quod societas innata homini, adversus valentissima quæque nos communiit validissimè, ac dominari etiam mari jussit. Isthæc rei summa est:

Multiplici Natura feras munimine texit,
Plus habet ingenii munere nudus homo!

Heidf. S. T. P. Cap. XI. p. 247. seq.

§. 4.

Alphonsus X. Hispaniæ Rex impiè dixisse fertur: Si principio mundi DEO adfuisset, multa melius ac ordinatius condenda fuisse, *Danh. Uria p. 84. Lipsius Monit. Polit. Cap. IV. p. 23.* O misselle, quo mente & linguâ abis! exclamat *Slevogt in Disput. Acad.* Vid. *Rodericus Sanctius P. IV. Cap. IV. & V. & quod ex eo habet Thomas Bozius Eugubinus, de Ruinis gentium & regnorum adversus impios Politicos Lib. VII. Cap. IV. p. 636. Voët. Disp. Sel. Tom. I. p. 216.* Vid. Tit. Cœli foramen §. 2. Erasmi Roterodami calumnia fuit: Si DEUS non esset, ego per sapientiam meam mundum regerem ac dirigerem, *in Colloq. mers. Lu-*

Lucberi Cap. XXXII. p. 284. b. Sed bene *Seneca iterum Epist. CVII.* Hic est magnus animus, qui se DEO tradidit. At contra ille pusillus ac degener, qui obluctatur, & de ordine mundi malè existimat, & emendare mavult Deos, quam se! Quoniam bonus mundum Rector temperat, rectè fieri cuncta ne dubites, *Boëtius de Consolat. Philos. Lib. IV. Pros. V. p. m. 187. b.*

Præstantia.

§. 1.

Quem DEUS imaginis dignitate cohonestavit, pari quoque formationis paratura exornavit. Cætera namque animantia aut toto corpore terram verrunt, naturæ lege non progrediendi, sed reptandi vim sortita, aut ad terram inclinantia, quod nullum in cœlo jus hæreditatis habeant, ipsa figura contestantur. At solus homo ostentat fictionis suæ modo nobilitatem, dum rectus in cœlum assurgit: Pedibus ille quidem terram tangit, dum tantisper in eâ versatur; verum ore ad cœli fornices sustollitur, & extentis manibus cœlestem patriam animo repræsentat, *Basil. Sel. Hom. I.* Singulis diversa arma ad conservationem sui natura concessit animalibus. His unguium robur, illis vim dentium, aliis acumen cornuum, aliis velocitatem pedum, alas aliis, aliis venenum. Horum quidem homini concessit nihil: Nam & nudum edidit, & imbellem ac debilem: Robur exiguum, velocitatem propè nullam dedit; Volandi facultatem omninò negavit. Natandi vix parvam indulsit. Quid ergò? Occultam, quâ se tueri posset, quasi scintillam concesit ei, quam *mentem* dicunt homines. Hoc uno setuentur, hoc uno quicquid deest resarcit, reliquaque, quæ concessa sunt corpori, explet: Hoc uno singula, quibus reliqua antistant animalia facilè compensat, *Max. Diss. XXXII.*

§. 2.

In homine optimum quid est? Ratio. Hâc antecedit animalia, Deos sequitur. Ratio ergò perfecta proprium hominis bonum est. Cætera illi cum animalibus satis communia sunt. Valet? & Leones; formosus est? Et pavones; velox est? & equi. Non dico, in omnibus vincitur, non quæro, quid in se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet? Et arbores; habet impetum & motum voluntarium? Et bestiæ, & vermes; habet vocem? Sed quanto clariorem canis, acutiorem aquilæ, graviorem tauri, dulciorem, mobilioremque luscinia. Quid in homine proprium? Ratio. *Senec. Epist. LXXVI. ap. B. D. Christoph. Nagelium Tract. de Luctu Parentium sup. Fil. Lib. II. Cap. IV. p. 73. 74.*

In Usum omnia creata.

§. 1.

Vid. Tit. *Conservationis divinæ partes considerata* §. 5. 6. 7. Sustentat

DEUS familiam tuam, quæ tibi deserviat; pascit bovem, qui pascat te, tuetur fructus agri & arborum, quibus tu vescaris, producit fœnum jumentis, & herbas ministerio hominum, *inquit Psalmus.* Creaturæ quicquid producunt & laborant, id omne in usum tuum redundat. Tibi bombyces nent sericum, tibi arbores frondes & fructus ferunt, tibi hortus, tibi vinea, tibi ager fructificant. Tibi semper aqua fluit, tibi anser & gallina fovet & excludit ova. Ut te oblectet, pavo caudam explicat &c. Sic omnes actiones naturales, omnesque creaturarum labores, si benè consideres, tua sunt beneficia. Hic rectè dici queat:

Sic vos non vobis nidificatis aves
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis vellare fertis oves;
Sic vos non vobis fertis aratra boves.

Sed homini, in cujus gratiam & usum, & aves & apes, & oves & boves sunt conditi. Hæc cum ita sint, nihil esset tam inhumanum, tam immane, tam ferum, hoc non agnoscere grato animo, & committere, ut non modo DEUS εὐεργέτης, sed & omnes creaturæ de tuâ ingratitudine & impiâ turpitudine conquerantur, *Otto Casmannus in Christianismi Integritate asserta P. II. p. 122.*

§. 2.

Omnia propter hominem esse condita, quidam negant 1) ex eo, quod animalia, terrâ nascentia, & mineralia multa sint homini noxia. Sed Resp. Omnem scil. creaturam DEI esse bonam, licet non omnibus sit apta. Item: Venena venenis posse opponi: animalia & herbas, ut videntur, noxias medicamenta ingredi. Animalia noxia quadrifariam homini prodesse queunt, ut eum, aut *pœnaliter ledant*, aut *salubriter exerceant*, aut *utiliter probent*, aut *ignoranter doceant*, B. D. Frid. Balduin. in 1. Ep. ad Tim. Cap. IV. Q. VII. p. m. 272. Ipsa venenata antidotum largiuntur, ut apud Medicos constat, *D. Jac. Henningius de Munimento Securitatis Humanæ ex Imagine Divinâ Ejusiemque Reliquiis ab ipso Sanctissimo mundi Creatore exstructo, Gen. IX, 6. §. 4. Scaliger de Subtil. Exercit. XXXIII. Cap. II. p. 142.* Vid. Tit. Animalia venenata & noxia an à DEO creata? 2) quod in plerisque creaturis finis ille non compareat. Sed Resp. ab ignorantiâ nostrâ ad negationem ipsius rei non valere consequentiam. Quod eruditis innotescit, vulgus ignorat, & propterea tamen non negandum est à vulgo. 3) Quod dominium super animalia, præsertim fera, super volatilia cœli & pisces maris non conspiciatur. Sed Resp. Neg. Minorem. Licet enim propter lapsum primorum parentum dominium istud valdè imminutum, non tamen prorsus extinctum est, & sublatum. Sic videmus animalia robustissima, ut equos, tauros, camelos hominum, quin & pue-

ro-

rorum sæpè, imperio subjici, animalia ferocissima, ut leones, ursos, elephantos, simeas majores, quas belbos vocant, domari & ad artes ludicras assvefieri, volatilia cœli, & pisces maris dominio rationis humanæ inferiores esse, *B. D. Hier. Kromaier Theol. Posit. Polem. Artic. IV. Antithes. IX. p. 282. D. Joh. Ad. Osiand. Theol. Cas. T. I. p. 454.*

§. 3.

Animalia fecit DEUS propter hominem, hominem propter seipsum. Si ergò animalibus ministrat propter hominem, quomodò hominibus non ministrabit propter seipsum, *Chrysost. sup. Matth. ap. Jos. Langium Floril. in h. v.* Quod si quando inveneris animal aliquod, vel plantam aliquam, quæ nulli rei utilia esse, nec escæ inservire tibi videantur, fit hoc ob angustiam scientiæ nostræ; cum fieri non possit, quin unicuique herbæ ac fructui, nec non cuique animalis speciei, ab Elephante usque ad vermem, insit aliquid, quod hominibus prosit, inquit, *Maimonides ap. Pocockium in Portâ Mosis p. 94.* O homo, omne quod hujus mundi est, servitio & subjectioni tuæ liberalitas munifici Creatoris indulsit. Quicquid cœli micat, radiat & splendet, ornatus; quicquid terra fragrat in floribus, sapit in fructibus, gaudet in animantibus, nostro amore factum est, nostræ addictum est servituti, ut venustè loquitur, *Petrus Chrysologus Ravennas Serm. LX.*

ONNIA PROPTER HOMINEM, HOMO PROPTER DEUM.

M. Greg. Michaëlis in Gassarell. Curios. Inaud. p. 488.

Status sunt quatuor.

Consideratur enim homo in naturâ 1) *institutâ*, ubi integritas, 2) *destitutâ* per peccatum, ubi perversitas, 3) *restitui cœptus*, ubi adest adhuc infirmitas, 4) *plenè restitutâ*, ubi est omnimoda beatitas. Vel ita: status *primus* agit de gratiæ collatione, *secundus* de collatæ amissione, *tertius* de amissæ restauratione, *quartus* de restauratæ consummatione. *Primus* dicitur innocentiæ, & fuit in Adamo ante lapsum, *secundus* injustitiæ, in Adamo & posteris post lapsum, *tertius* gratiæ in renatis per CHRISTUM, qui hîc inchoatur, *quartus* gloriæ, qui in alterâ vitâ consummatur.

Tres se invicem subsequentes & excipientes.

Primus est *sanitatis*, ubi cibo & potu indigemus. *Secundus* est status *ægritudinis*, ubi medicinâ nobis est opus. *Tertius* est status *mortis*, ubi in terram revertimur, unde desumti sumus. In *primo* statu homines plerumque fiunt nimium solliciti. In *secundo* nimium impatientes. In *tertio* nimium mœsti. *Sollicitudini* verò opponenda est DEI, providentia; *impatientiæ*, DEI

ad

ad auxiliandum promptitudo; *mæſti.ie*, ſpes futuræ vitæ & reſurrectionis beatæ, *Joh. Möllerus in Alvear. p. 135. 136.*

Vita à filo dependet.

Proverbium hoc exſtat apud *Synesium*: Vita hominis à filo dependet. Ex quo Poëta cecinit:

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.

Quod & Dionyſius Tyrannus ſignificare voluit, quandò diſtrictum gladium à ſeto equino ſuſpendi juſſit ſuper caput illius, qui ſtatum βασιλικὸν exiſtimabat nihil habere moleſtiæ. Cum qua convenit uſitatum illud dictum: Vitam noſtram lapidem eſſe molarem à filo ſerico ſuſpenſum. Atque hoc antidotum eſt ſuperbiæ, *D. Walberus Diſſ. de Immortalitate Animæ Ration. p. 36. 37.*

HOMINI

Semper pugnandum, præliandum, Job. VII, 1.

Muß nicht der Menſch immer im Streit ſeyn? *B. Schmidius in h. l.* ita effert: *Nonne conditio ſervilis homini?* Sed verbum צבא notionem militarem denotare, ſeu exercituationem, nec facilè dari locum, in quo non militarem habeat reſpectum, ſi non propriè, tamen analogicè ſicuti & h. l. dicit, *B. D. Andr. Dan. Habichhorſt de Mulieribus Zebbeorh ex Exod. XXXVIII, 8. Membr. I. §. 4.* Schmidium defendit & ſequitur, *D. J. B. Carpzov. Conc. Fun. Part. I. p. 1157. 1161. ſeq.*

HOMINEM

Te eſſe cogita.

De Philippo Macedone referunt, illum aluiſſe puerum nobilem, qui auribus ipſius dietim inſuſurraverit: Βασιλεῦ, *μέμνησο ἄνθρωπον ὦν!* *Rex, memento te hominem eſſe.* Hujusmodi præcone nihil nobis eſt opus, quoniam tota rerum univerſitas innumeros nobis ſiſtit & exhibet caduceatores & concionatores, qui plenis buccis, buccinisque brevitatis & fragilitatis vitæ noſtræ nos ſemper & ubique fortiſſimè convincunt, *D. Walther. l. c.* Triumphanti apud Romanos fumigationes fibeant, & ſvaviſſimi adurebantur odores: ac ſervus publicus auream coronam, gemmisque ornatam ſuſtinebat, hoc etiam atque etiam ſubjiciens: *Reſpice futura, & hominem te eſſe cogita!* Ideoque in curru iſto campanula, & flagellum pendebat, ut nemineriſſet Triumphans, poſſe ſcil. in ea ſe incidere tempora, quibus & ipſe flagellis cædi, aut etiam capite plecti poſſet, *Guido Pancirollus Rerum Memorabilium & Deperditarum P. I. Tit. LVII. p. 296.* Fuit & in more poſitum, ut à militibus & abjectiſſimis quibusque triumphalem currum ſequentibus diverſis Triumphantes con-

convĩciisinceſſerentur, ne proſperâ illa fortunâ plus juſto inſolelescerent, *Salm. in cit. Pand. loc. p. 298.*

Eſſe ſolum non eſt bonum, Gen. II, 18.

Non bonum eſt hominem eſt ſolum, *tum* ratione *divini eloquii*, quia DEUS dixit, tum *ratione adjutorii*, quia maritus uxori, & uxor marito adjutorium eſt, tum *ratione remedii*, quia melius eſt nubere, quam uri, *tum ratione myſterii*, quia conjugium eſt ſpeculum ſpiritualis copulationis Chriſti & Eccleſiæ, *D. Mich. Walberus Harm. Bibl. Edit. VI. p. 79.* Vid. omninò *D. Joh. Deutſchm. in Pandiſtatâ Providentiæ Divinæ Theoriâ, de Jehova Elohim Proviſore, ut vitæ Sortis Conſultatore §. 14. p. 87. ſeq.* DEUS dicit: **Non** eſt bonum, hominem eſſe ſolum. Paulus autem dicit: Bonum eſt hominem ſic eſſe, 1. Cor. VII, 26. Quomodò itaque DEUS & Paulus conciliandi? Nulla eſt contradictio, DEI ſermo ſimpliciter eſt intelligendus, puta de conjugio; Pauli verò conſilium ſecundum quid eſt accipiendum, videlicet de incommodo, *Reneccius Panopl. Tom. IV. Cap. XXIII. p. 346. & Cap. XXIV. p. 363.*

Nullum ſpernas.

Sapienter monet R. Ben-Azai; Nullum hominem ſpernas unquam aut rem quampiam nihili facias, quantumvis tibi nullius ponderis eſſe videatur; Cuique enim rei ſuus locus eſt, & uſus, ſicut & cuilibet homini ſuum tempus, *Picinell. M. S. Lib. VII. n. 128. p. 496.* Noli contemnere odium cujusquam hominis, etiam viliſſimi: aliquandò enim homo ſuffocatus â muſcâ minimâ, *B. D. Chriſtoph. Nagelium LL. CC, Hebræo-Rabbinico-Talmud. in voc. Odium.*

HOMINES

Inter beſtias viventes, educati.

§. 1.

Hi ſummè feri ſunt, & vix exiguarationis veſtigia ſervant, quæ licet eos non deſtituat, ſub feritate tamen velut obruta jacet, cujus vincula etiam licet tardiusculè rumpit, ſi hominum conſortio reddantur. Talisque forſan ille Danorum Princeps *Biarno* ſ. Bähr/ urſus dictus, non quod ex conſuetudine mulieris cum urſo natus fuerit, ſed quod fato inter urſos conſervatus horum indolis aliquid aſſumſerit. Et ante paucos annos ſimile exemplum in Lithuania viſum hominis inter urſos educati, urſinamque feritatem induti, ac tandem capti, & ad rationem reducti; Carmen Alcaicum Auctore Johanne Redwiz ad Dn. Petrum Adamum Opalinsky ſcriptum exhibet, *D. D. Becmian H. O. T. P. I. Cap. IX. S. IV. p. 411. ſeq.*

§. 2.

Mithridates Ponticus κυνηγετικομανίᾳ adeo correptus & corruptus fuit, ut VII. annos neque urbis, neque ruris tecto usus, inter sylvas quasi errabundus vegatus fuerit, *Francisc. Patrit. Lib. III. de Regn. Tit. VI.* Sic & Nebucadnezar, Dan. IV, 12. seq. VII. annos inter bestias versatus; Et si quis quærit quomodo tamdiu inter bestias absque detrimento incolumis manere potuerit, ne ab aliis dilaniaretur? ei respodemus, quodipse, DEO supremo mundi Domino sic volente, inter feras immanissimas facilè tutus esse potuerit, ut justitiæ divinæ, & punitæ superbiæ illustre exemplum esset: Sicut Daniel inter Leones mirabiliter à DEO conservatus, Dan. VI, 21. 22. Vid. *A. B. Tom. III. p. 725. D. Christ. Matthia Theat. H. T. P. p. 87. B. Arbornius Magiolog. P. II. Cap. VI. §. 4. f. 569. D. Dan. Sennertus Instit. Med. Lib. II. P. III. S. I. Cap. VII. p. 323. 324.*

§. 3.

R. Aben-Esra de quodam in Insulâ Sardiniâ, quæ in montes secesit, seq; cervis aggregavit, longo tempore cum illis herba victitavit, refert. Et *Aurelius Perusinus ad an. 790.* de Rege Poloniæ Boleslao, qui ob Episcopum Cracoviensem, Stanislaum in altari trucidatum, à Gregorio Papâ excommunicatus, emota statim mente hominum consortium exhorruit, & ad bestias se contulit, *M. Joh. Casp. Nimptsch de Metamorphosi Nabuchodonosoris §. 20.* Romulus & Remus in profluentem projecti Lupæ clementia servati dicuntur, ut est apud *Livium.* Sed & Cyrum; Mandalæ filium à cane fuisse enutritum: Telephum Agaves, & Herculis F. à Cervâ: Pelium, Neptuni & Tyrus F. ab equa: ut & Alopes Priamique Filium Alexandrum ab ursa: Ægysthum verò Thyestæ & Pelopis F. à capra, *Ælianus* prodidit *Lib. XII. Var. H. St. Cap. XLII.* Sic Semiramis Decretæ Deæ Syriacæ filia in solitudine de viâ à matre infans projecta, ab avibus enutrita, coagulato lacte è proximis opilionum mapalibus rapto: deinde magistro regii pecoris dono data, quoad forma & innati leporis commendatione Nino Assyriorum Regi nuberet, *Diod. Sicul. Lib. II. Cap. II. ap. Salm. in Panc. P. I. Tit. XXXII. p. 111. 112.* Conf. omninò *M. Carol. Frid. Pezoldi ἡμιοτρόφους s. Homines à Bestiis enutritos Diss. Philol. Hist. Mor. ad illustrandum locum 1. Reg. XVII, 6. An. 1703. Lips. consid. per tot.*

Boni.

Die Florentiner erwehleten einmahl 12. Männer/ welche sie bonos homines hiessen/ *Machiavell. Hist. Flor. Lib. II. p. 73.* Conf. Tit. Boni. Et in genere de hoc Tit. in posterum, σὺν θεῷ plura.

JO-

JOHANNES HUS

Luthero maledictus.

Lutherus jam Studiosus in Academiâ Erfurtana in Bibliotheca Academica Biblia sacra, nunquam anteà à se visa reperit, cujus voluminis aliquando compos fieri optavit; Tum temporis & Lutherus Johannem Hus tam maledictum fuisse hæreticum, ut vel de eo cogitare sceleratum esset, cogitavit, *Danhauerus in Memoria Thaumasiandri Lutheri renovata C. IV. p. 10, & Cap. V. p. 13.*

Anser.

Joh. Hus seu de Husinecz, ex nobili Hussorum, Husinecii Dominorum familia natus, & Philosophiæ ac Theologiæ in Academia Pragensi Professor, Sophiæque Reginæ à Confessionibus sacris (Æneas Sylvius *Hist. Boh. Cap. XXXV. p. 103.* Obscuro loco natum esse scribit, dictumque Johannem ex villâ Hus. Vid. *Joh. Hus Martyr. D. Reichenbergii S. I. §. 5. Dn. Georg. Greenius Diss. Hist. de Ecclesia Bohemica Cap. IV. §. 9.*) Latinè Anser dici potuisset. Jam flammis absumendus tale vaticinium protulit:

Ihr bratt ein Gans/ und das ist wahr/
Ub'r hundert Jahr/ nehmt eben wahr/
Wird kommen ein Schnee-weisser Schwan/
Den werdt ihr ungebraten lan!

D. Joh. Christ. Frommanus de Ansere Martiniano P. II. Cap. I. §. 1.

Treutlerus de hoc eleganter ita:

Anser eras, & te Romana caterva cremabat,
Quod nimis obstreperus Pontifici anser eras,
At tua vindicias habuerunt fata, repertus
Nempè fuit, quem vox summa canebat, olor.
IgnIs Corpora saCra saCri ConsVMserat HVssI
Post HVssVM CœCo CygnVs In orbe CanIt,
Constantem inconstans Constantia sustulit HUSSUM,
Pro CHRISTO ardentem cum subit ille rogum.
Anni abeant centum, causam CHRISTOque mihique
Dicetis; cygnus cum anseris ultor erit.

M. Joh. Henr. Melissander, aliàs Acker / Disp. Inaug. in quâ Joh. Theologus Reformator Ecclesiarum Asiaticarum è Cap. II. & III. Apoc. recensitus, suoque modo applicatus ad B. Mart. Luther. S. IV. Membr. II. Artic. II.

Quis ille cygnus.

Lutherus Decimum confecit strage Leonem,
De clavâ noli quærere, penna fuit.

Joh. Textor in Syllog. Var. Ænigm p. 112. Ejusmodi se colaphum ut livorem ejus ne post 100. annos quidem detersura sit Romanæ sedi impacturum esse, professus est, uti refert *Dubravius in H. B. Bob. Lib. XXIII. p. 223. ap. Greenium l. §. 14.*

Aurea ova peperit.

Wenceslaus VI. Boëmorum Rex, Hussitarum moribus ab initio delectabatur, quod anserem hunc (Joh. Hussum innuens) multa sibi aurea argenteaq; ova in multis exigendis parere diceret, *Dubravius Lib. XXIII. ap. Zwinger. Vol. VI. Lib. III. p. 1625. a.* Denn indem es die Böhmen mit Hussen, und die auswertigen Studiosi mit dem Pabste hielten/ so theilte sich die Universität zu Prage in zwey Factiones; Und solches sahe König Wenceslaus nicht mehr als gerne; Denn weil er von beyden Partheyen reichlich beschencket ward/ so schob er den Streit auff die lange Banck/ und weil das Wort Huß auff Böhmisch eine Gantz heist/ so pflegte er zu sagen; Joh. HUSS wäre eine gute Gantz/weil er seinem Könige güldene Eyer legte/ *Cl. Hübner, Hist. Polit. T. I. Lib. V. p. 949.* Quanquam & verba hæc Regis de vero animæ thesauro ab HUSSO comparando, tutò intelligi possint, *Greenius l. c. §. 13.*

Crematus.

§. 3.

Hussus in Concilio Constantiensi An. 1415. Sess. XV. die VI. Julii damnatus, eodem die comburitur, de cujus supplicii processu operæ precium est ea adjicere, quæ in *Panlipomenis Abbatis Urspergensis* habentur, quæ adscribo: Educitur ad combustionem, lictori præcipitur, ne exueretur vestibus: Erat autem indutus duplici tunicâ nigra de panno satis bono, cingulum habens cum deaurato argento paruniper paratum, & in vagina cultellos duos, bursulam coreaceam. Infulam albam satis longam gestabat in capite è papyro factam, in qua depicti erant duo dæmones, & inter hos scriptura erat hæc: HÆRESIARCHA. Plusquam mille armati comitantur, virum duo ministri Ducis Ludovici deducunt, in medio istorum incedentem: Inter eundum non admodum populum appellabat, sed orabat sedulò, nec aliud nisi hoc: JESU CHRISTE Fili DEI vivi, qui passus es pro nobis miserere mei. Interrogatus an velit confiteri ab Ulrico Schorand Sacellano D. Stephani, inquit: Non est necesse. Volebat autem populo valedicere sermone cohortationis, id Dux Ludovicus nolebat permittere, sed præcipiebat, ut actutum comburetur, *D. Sal. Gesnerus Histor. Narrat. Omn. Concil. Cap. XV. p. 536.*

§. 2.

Cum fascem lignorum, rusticum misellum, magna contentione & studio

rogo

rogo injicientem videret, in hæc verba prorupit: *O ſancta ſimplicitas! Zwing. Vol. VII. Lib. VI. p. 2024. a.*

Mulus ſub quisquiliis defoſſus.

Referunt Hiſtorici, quod paulo ante, quam Joh. Hus igne cremandus eſſet, Pancratius Cardinalis ibi, ubi rogus Huſſo extruebatur, mortuum mulum ſub quisquiliis defodi curaverit: ut hâc ratione, ſi cadaver iſtud inter flammas intolerabili fœtore ſpiraret, Huſſius ita fœde oluiſſe, ac proinde peſſimus fuiſſe, crederetur, *Joh. Wolffius Lect. Memomb. Cent. XV. p. 643. a.*

Locus ſupplicii nec hodiè ullo gramine viridis.

Die Stelle/darauff Joh. Hus verbrandt/ iſt noch heutiges Tages nicht mit Graß bewachſen/ *Nob. Zieglerus* im täglichen Schau-Platz der Zeit *6. Jul. n. 4. p. 794.*

HUSSI
Doctrina.

XXX. recitabantur articuli è libris Johannis Hus excerpti, qui pro hæreticis, impiis & blaſphemis ſunt damnati. Placet nonnullos ſubjicere, ut appareat, qualem Joh. Huſſi doctrinam iſti Patres pro hæreticis damnaverint.

I. Unica eſt ſancta univerſalis Eccleſia, quæ eſt prædeſtinatorum univerſitas IV. Duæ naturæ, divinitas & humanitas, ſunt unus CHRISTUS. V. Prædeſtinatus ſemper manet membrum Eccleſiæ. VII. Petrus non fuit, nec eſt caput Eccleſiæ Catholicæ. VIII. Sacerdotes criminoſe viventes ſacerdotii pollunt poteſtatem. IX. Papalis dignitas à Cæſare inolevit. XII. Nemo gerit vicem CHRISTI, aut Petri, niſi ſequatur eum moribus. XIII. Papa non eſt verus ſucceſſor Petri, ſi vivit moribus contrariis Petro, *Geſnerus l. c. p. 535.*

Cor incombuſtibile.

Vid. Tit. Cor veneno infectum incombuſtibile.

Epiſtola IV. Conſtantiæ in carcere ad Bohemos ſcripta.

DEUS vobiſcum! Multæ cauſæ, chariſſimi, & in DEO dilecti amici, in eam me opinionem adduxerant, ut literas, quas proximè ad vos dedi, poſtremas eſſe putarem, propter inſtantem meam mortem. Nunc autem cognita ejus dilatione, ducens loco oblectationis, quod liceat mihi vobiſcum per literas colloqui; iterum vobis ſcribo, ut ſic ſaltem meam erga vos oſtenderem gratitudinem. Quod autem ad mortem attinet; DEUS novit, cur differat & meam, & mei chariſſimi Fratris, Magiſtri *Hieronymi*, quem ſpero ſanctè & ſine culpa moriturum, ſcioque, nunc etiam magis ſtrenuè eum agere, aut pati, quam me miſerum

peccatorem. Concesſit nobis DEUS longum tempus, ut melius peccata noſtra nobis in memoriam reduceremus, & ageremus fortiori animo pœnitentiam. Concesſit nobis tempus, ut longa & magna tentatio deleret gravia peccata, & afferret conſolationem. Concesſit nobis tempus, in quo recoleremus noſtri Regis Domini DEI JESU CHRISTI miſericordis horrenda opprobria, & penſitaremus crudelem mortem, ſicque æquiore animo mala perferremus: prætereà ut in memoriâ teneremus, non dari immediatè gaudia vitæ futuræ, poſt gaudia hujus mundi; Sed quod per multas tribulationes ſancti intraverunt in regnum cœleſte. Quidam enim eorum ſunt fruſtatim conciſi, quidam terebrati, alii cocti, nonnulli aſſati; alii vivi excoriati, vivi terrâ obruti, lapidati, cruci affixi, triti inter molares lapides, huc & illuc tracti usque ad necem, in aquis ſubmerſi, combuſti, laqueo ſuffocati, particulatim diſcerpti, & ante mortem probris affecti, macerati in carceribus & vinculis. Et quis poteſt omnia omnium Sanctorum tormenta ac ſupplicia deſcribere, quæ ſub Veteri & Novo Teſtamento propter veritatem DEI pertulerunt, præcipuè qui Sacerdotum malitiam exprobraverunt, & contra illam ſunt concionati? Mirumque erit, ſi quis etiam nunc impune ferret, fortiter reſiſtendo perverſitati, præſertim Sacerdotum, quæ non patitur reprehenſionem. Et gaudeo, quod jam libros meos coacti ſint legere, in quibus malitia eorum utcunque depicta eſt. Scioque, quod eos perlegerint accuratius, quam ſacrum Evangelium, volentes invenire errores. Data die jovis ante Vigiliam Divi Petri. Amen! *D. C. Matthia T. T. H. P. p. 1007.*

Somnium.

Narrat *Zalanskius:* Huſſo in Bethlehem, Sacello recenti, cui curando admotus fuerat, habitanti ſomnium oblatum: Videbatur ſibi imagines CHRISTI & Apoſtolorum pingere, at ſemper intervenire Pontificem, qui omnes deleret imagines; Tandem tot pictores in auxilium Huſſi ſubitò adveniſſe, ut Papa delendis tot imaginibus ſufficere non poſſet. In quo non obſcura ſecutorum temporum imago relucet, *D. J. C. Becman, H. Q. T. P. II. Cap. IX. §. 3. p. 707.*

HUSSO

Fides non ſervata.

§. 1.

Sancitum porrò in eodem hoc Conſilio, ne ſervetur fides hæreticis, aut ſuſpectis de hæreſi, licet fide publicâ Imperatoris ad Synodum venerint, cognitionis causâ. Hinc etſi promiſſum Huſſo fuerat, abiturum fide, quâ veniſſet, *Tacit. II. Annal. Cap. LXIII.* tamen crudeli, ne dicam nefario, vivicomburio (vox *Tertulliani in Lib. de Animâ, Cap. XXXIII.*) ſublatus eſt. Hieronymo quo-

quoque Pragenſi commeatum obtulerunt: qualem ægrotus leo promittebat beſtiis ad ſe viſendum accedentibus, ubi veſtigia apparebant,

Omnia ſe adverſum tendentia, nulla retrorſum.

Hornt. Lib. I. Epiſt. I. Verba decreti ſubjicio: Præſens ſancta ſynodus declarat, quod ſalvo conductu non obſtante liceat judici competenti & Eccleſiaſtico hæreticos, vel de hæreſi diffamatos punire, ſi ſuos errores revocare pertinaciter recuſaverint, etiamſi de ſalvo conductu confiſi ad locum venerint judicii, alias non venturi, nec ſic promittentem ex hoc in aliquo remanſiſſe obligatum, *Geſner. l. c. p. 538.* Lux & tenebræ inter ſe conciliari non poſſunt: veritas cum mendacio: Phariſæi & Scribæ cum CHRISTO. Talis ergò promiſſio pacis, hæreticis facta, ipſo jure nulla eſt. Ita *Melch. Cleſelius, Epiſcopus & Conſiliarius Cæſareus in ſcripto ad Archi Duc. Matthiam de pace Hungar.* Et alius Regem ſuum hortatur, nunquam patiatur, ullâ ſe ratione ad ea, quæ promiſerit Hæreticis, præſtanda teneri: quia juramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, *Hoſius Cardinalis Epiſt. 193. 202. 220. ad Henric. Reg. Polon.* quam admonitionem poſteà ad Stephanum Regem repetiit *Poſſevinus Jeſuita.* Vid. omninò *Matth. Berneggerus in Tubâ Pacis occenta Scioppiano Sacri Belli Claſſico p. 79. ſeq.*

§. 2.

Sed perjuri hi Doctores peſſimum in ſeipſos exemplum ſtatuunt, dum non modò ſibi, ut hominibus ex profeſſo perfidis, omnem apud Proteſtantes fidem abrogant (quippè *ubi ſemel quis pejeraverit*, & quanto magis, ubi ſe ſemper pejeraturum ante denunciaverit? *ei credi poſteà, etiam ſi per plures Deos juret, non oportet, Cicero pro C. Rabirio*) verum etiam Proteſtantibus, & quibusque aliis non catholicis (qui non minus Catholicos, ac hi illos, pro hæreticis habent) idem in ſe juris, eandemque non ſervandi pacti facultatem, concedunt: atque ſic abrogatâ undique fide, quæ juſtitiæ fundamentum eſt, omnem humanam ſocietatem tollunt, *Livius Lib. VI. Cap. XLI. Cic. I. Offic.* nullo fœdere, nullâ pace reparandam, cum nihil ſit, quod aſtringat, *Bernegger. l. c. p. 82.* Aſt non tantum hæreticis, ſed & Turcis & Ethnicis ſervanda fides eſt, *D. Andreas Kühn in Diſcreto Catholico Autocatacrito Cap. XXXV. p. 194. ſeq.* ubi Pontificiorum hanc praxin examinat. Si ſervare hæretico fidem eſt injuſtum, turpe & erit promittere. Et probandum erat poteſtatem Papæ & Epiſcoporum eſſe poteſtate Politicâ ſuperiorem: cum de jure ne dominandi quidem poteſtatem habeant, Vid. *Joh. Hus Martyr M. Ad. Rechenberg. Sect. II. §. 4.* Optimè Carolus V. Imp. Etiamſi Fides toto terrarum orbe exularet, tamen Imperatori tenendam eſſe. Conf. Tit. *Fides à Principibus ſervanda §. 2. & Fides juratæ ſervanda.*

Hu-

HUSSITICA

Acta & Bella.

§. 1.

Bohemi vim Hussо ac Hieronymo Pragensi (Qui itidem A. C. 1416. d. 30. Maji fuit combustus, ut sequens declarat distichon:

NVLLos persentIt LVCTVs HIeronŸMVs VstVs:
GaVDIa sed sVprà CarpIt VbIVIs oVans.

G. Greenius l. c. Cap. IV. §. 38.) illatam in contemtum injuriamq; universæ nationis vertere, armisque vindicandum rati, non tantum Bohemiam, sed circumjacentes regiones bello victoriisque suis implevêre. Initia Pragæ à Defenestratione Consulum d. XXX. Jul. A. MCCCCXIX. capta, actu inchoandis magnis motibus per quam fatali, quique præterito seculo eâdem in urbe ignem ministravit incendio, quo universa Europa totis XXX. annis flagravit. Militiam rexêre *Nicolaus Hus* Hussinecii Dominus, agnatus Hussi, & præcipuè *Johannes de Trocznowa* (Ziska seu Cocles appellatus, quod altero oculo in prælio amisso careret) Camerarius Wenceslai, ab eodemque ad arma sumenda animatus. Inambulaverat mœstus in Arcis Pragensis area Johannes Hussi mortem secum reputans rogatusque à Rege, quid ita mœreret? Cum is causam dixisset, Nationis universæ contemptum. Rex respondisse dicitur: *Mi bone vir, neque ego, neque tu hanc vindicare injuriam possumus; Si tamen occurrit ratio age ingenio utere, Bohemos tuos vindica.* Accepit conditionem Johannes Zisca, quantusque ulter Hussi & suorum, & Catholici nominis hostis evaserit, loqvuntur Historiæ, *Balbin. ex Zalanskio Lib. IV. Cap. VI.*

§. 2.

Neque virum hunc rudem militiæ fuisse suspicandum. Narrat idem Zalansky, Polonis diu ante militasse, & Lithuanis ac Prutenicis bellis omnibus interfuisse, ac præsertim A. MCCCCX. in cruentissimo prælio, quo Crucigeri cæsi sunt, maximum ad victoriam attulisse momentum. Natalis domus ejus pagus Trocznow fuit, in quo Nobilibus parentibus in lucem editus est. Progressuum belli hujus magnitudinem è reliquiis castrorum Hussiticorum, quæ in vicinis Bohemiæ provinciis passim adhuc supersunt, æstimare est, quales etiam in agro Francofurtano, ipsaque Neomarchiâ, occurrunt. Fructus tantis victoriis dignos impedivere nata in exercitu dissidia, quæ tamen tanta non fuêre, quin Catholicos per Concilium Basileense Compactata offerre, & communionem sub utrâque Ordinibus Bohemiæ annuere oportuerit. Autoritas Pontificis M. apud fideliores Hussi assecias in suspenso mansit, quam posthac &

Ge-

Georg. Podiebracius, Rex Bohemiæ, ſuſpectam habuit, undè varia in eum vibrata fulmina. Neque reliqua etiam Huſſi doctrina abrogata, ſed in noſtra usque tempora, licet poſitis armis, variis in Eccleſiis communi Unitatis nomine nexis conſervata fuit. Quæ res ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam, tanquam propriam ejus ſedem, remittenda, *D. Leeman H. O. T. P. II. Cap. IX. §. 3. p. 708.*

I. I. I.

JANITZARI

Unde?

Gianizari vel Janitzari forſan à loco, ubi educantur, Turcico vocabulo Yſarai, ita dicti, *M. Joh. Georg. Hattenbach Diſſ. Hiſt. Philol. de Plagio ex Exod. XXI, 16. Cap. III. S. IV. §. 26.* Es heiſt das Wort JANIZAR oder accurater zu ſchreiben / GENIZAR, nichts anders als ein Novitius, oder ein Lehr-Junge / weil ſie nicht wie andere Soldaten geworben / ſondern alſobald von der Kindheit an zu denen Kriegs-Ubungen gewöhnet werden; welche unter den Hiſtorien-Schreibern auf die Meynung gerathen / als wenn ſie von dem lateiniſchen Worte JANUA den Namen hätten / weil ſie nemlich die Pforte / das iſt / die Reſidentz des Sultans bewachen / die hätten keine ungereimte Meynung / wann nur das Wort / Janua, Türckiſch und nicht Lateiniſch wäre / *Cf. Hübner. Hiſt. Polit. Tom. I. Lib. V. p. 636.*

Chriſtianorum liberi.

Atque hæc, ut loquitur *Carion. Chron. p. 1212.* triſtiſſima omnium ſervitutum ſervitus eſt, quam ſub Turcis Chriſtiani perferunt; Quid enim poteſt piis mentibus accidere acerbius, quam ſpectare, ut liberi jam per baptiſmum CHRISTO inſerti & ad æternam cum DEO conſvetudinem ſanguine Filii DEI redemti, rurſus ab eo avellantur, & imbuti blaſphemo Muhammedis dogmate fiant ex profeſſo truces & immanes hoſtes CHRISTI & Eccleſiæ, & cum cœlo bellum gerant, atque in æternum pereant, *Henningius Henningi in Mubammedano Precante, Pret. III. p. 150, Auger, Giſlen, Busbeckius in de Re Milit. contr. Turc. inſtit. conſil. p. 433. ſeq.*

Hoſtes acerrimi.

§. 1.

Hi plerumque omnes à Chriſtianis, Turcarum tributariis abripiuntur, (quanquam plures etiam reperiantur ex Turcarum filiis, facti Janitzarii); Infelices ſiquidem hi Chriſtiani, ſub jugo Tributario Turcarum Imp. gementes,

cum omnia præstiterint officia, semper tamen adhuc jus sibi reservat Tyrannus, optimum quemque ex liberis Christianorum deligendi, (und zwar den dritten Sohn / er ist allezeit Vater des dritten Kindes / *Lutherus Colloq. Mensal. Cap. XXXV. p. 349. a.*) quem circumcisum, atque submotum à parentum conspectu in militiâ alit, nec unquam ad parentes redire finit, eam maximè ob causam, ut pueri isti eò facilius CHRISTUM Salvatorem suum dediscant, mox etiam parentes & consangvineos, adeò ut si diu inter bestias has versentur, neminem propè suorum agnoscant. Atque hi demum in veram perniciem Christianorum educantur, hi matrem pulli calcitrant, atque arma sua deinde in propria viscera & sangvinem Christianum, ex quo prognati sunt, *convertunt*, *Hattenbach l. c.* Septimo quoque anno mittitur à tyranno puerorum *collector*, qui oppida illius transiens, debitos pueros colligit. Unaquæque autem civitas vel quatuor, vel tres, vel duos minimum debet, uti narrat *Metroph. Critopulus in Confess. Eccles. Orient. Paulus Hegelius Disp. Th. de Veritate unica Religionis Christiane, & aliarum, que preter hanc in mundo sunt, falsitate, Cap. I. §. 12. p. 99. 100.* Eliguntur ex his, qui forma excellunt, ex his postea educantur bestiales illi & Cacodæmone pejores, qui vocantur Janizari, inquit *Paulus Thuri, Scholæ Tolnensis in Hungariâ Collega in Epistolâ ad Amicos perscripta ap. Zimmerman. Anal. Misc. Menstr. Mens. VII. Cap. III. p. 357. D. Georg. Mæbius Disp. Theol. de Causis & Mediis, quæ Mahomedisticam Relig. p. introduxerunt, p. adhuc conservarunt, Cap. II. §. 24.* Similes his sunt Apostatæ οἱ ἐπεφάνησαν πεῖσαι τὸ πονηρὸν, 1. Maccab. I, 16. *Danh. Hodosoph. Planom. IV. p. 396. Hottinger. Hist. Orient. Lib. II. Cap. VI. p. 463.*

§. 2.

Hi Regno Turcico multum profuêre, multum & nocuêre; Virtutem Janitscharorum, non peditatui, sed origini adscribendam puto, inquit *Lazarus Somnzius.* Initio enim delecti fuêre, ex filiis subjugatarum bellicosarum gentium, qui tributi loco Tyranno pendebantur. Ex illis generosissimi quique delecti, & à teneris ad militiam instituti, terrori initio fortasse potuerunt esse. Hodiè, ut pleraque bona instituta, ita illud quoque eviluit, & ei rei delecti nummis & muneribus corrumpi se patiuntur, inque numerum Janitscharorum recipiunt, non qui bello sit aptissimus, sed qui largitionibus irrepserit, *D. Mich. Piccartus Comment, in Polit. Aristot. Lib. IV. Cap. XIII. p. 614.*

A quo instituti.

Multi Amurathem II. Turc. imp. ponunt, ut *Zwingerus Vol. VII. Lib. III. p. 1767. b. Piccartus l. c. p. 612. &c.* Sed autor jam tum fuerat Amurathes I. qui A. C. 1360. post captam Adrianopolin eosdem instituit, Amurathes II. in meliorem tantum ordinem redegit, Vid. *Hübner. l. c. p. 635. 646.* No-

Noſtro tempore enervati.

Milites hi liberius agunt, & in poteſtatem ſuam jam dudum pertraxerunt facultatem Regnum transferendi, quo velint. Ideò præterito ſeculo Othomanem ac Ibrahimum è medio ſuſtulerunt; nec meliora fata Muhammedem IV. manſiſſent, niſi prudentia Magni Vezirii conſervatus fuiſſet, ac loco ejus ipſa Architecta mortis ejus Avia Auguſta, Achmedis Imperatoris quondam Sultana, ſtrangulata fuiſſet, quam memoratu dignam hiſtoriam prolixè tractat *Autor Deſcript. St. at. Turc, Lib. I. Cap. IV.* Ac ne ſimili licentiâ in poſterum in Familiam Ottomannicam graſſari poſſint, feruntur omnibus modis nunc enervari. Creditурque id inter conſilia ultimi Belli Hungarici M. Vezirius poſuiſſe, ut Janitzarios præſentiſſimis periculis objiceret, ſicque minueret eò citius eorum numerum, aditumque ſibi pararet ad inſtruendam novam, ac magis obſequioſam militiam. Cur in tot Jantizariorum motibus nihilominus perſiſtat Imperium Turcicum, ratio eadem eſt, quæ olim erat perdurantis Romani Imperii, cum tot Imperatores violentâ militum manu caderent: Quia in ſcopo eodem perſiſtunt conſervandi ſub unius Imperio Rempublicam, unde licet imperium perſonæ adimant, Imperio ipſi tamen nullam vim injiciunt, *Beeman, l. c. p. 742.*

IGNATIUS

Puer ille, Matth. XVIII, 2.

Ingnatius, Epiſcopus Antiochenus circa A. C. 71. creditur à nonnullis, ut *Nicep. Lib. II. Cap. III.* & aliis fuiſſe puer ille, quem CHRISTUS ad commendandam humilitatem produxit, Matth. l. c. quod tamen ipſe *Baronius* in medio relinquit; Adde *Centur. Magdeb. Cent. II. Cap. X.* qui expreſsè ſcribunt, ea non ſatis eſſe certa. Fuit ipſius Johannis Evangeliſtæ diſcipulus. *Joſua Arndius Lex. Antiq, Eccleſ. p. 867.*

Ad beſtias damnatus.

In Epiſtolâ quam ad Romanos ſcripſit, Ignatius ita: De Syriâ usque ad Romam pugno ad beſtias in mari & in terrâ, nocte dieque, ligatus cum decem leopardis, hoc eſt, militibus, qui me cuſtodiunt: quibus & cum benefeceris, pejores fiunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina eſt, ſed non idcircò juſtificatus ſum. Utinam fruar beſtiis, quæ mihi ſunt præparatæ, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, & allici eas ad comedendum me: ne ſicut & aliorum martyrum non audeant corpus meum attingere. Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam, ego me ingeram, ut devorer. Ignoſcite mihi, filioli, quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incipio CHRISTI eſſe diſcipulus, nihil de his, quæ videntur, deſiderans, ut JESUM CHRISTUM inveniam.

Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diviſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant, tantum ut CHRISTO fruar. Cumque jam damnatus eſſet ad beſtias, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait: Frumentum CHRISTI ſum, dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus inveniar. Paſſus eſt anno undecimo Trajani, *Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum Cap. XVI.*

JESU Nomen in corde geſſit.

JESUM adeò unicè in corde geſſit, ut non abs re Veteres, eo poſt mortem diſſecto, Jeſu nomen inſcriptum eſſe viſum narrarint, *Arndius l. c. p. 870.* Signatura hæc admodum eſt dubia, *Glaſſ. Exeg. Evang. T. I. p. 777. ap. D. Miſand. D. B. Ann. 1694. p. 571.* Piè hoc fingitur, *Joh. Conr. Dieteric. Lex. Philol. Theol. Græco-Latin Vol. I. p. 395. b.*

IGNATII
Amor crucifixus.

Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, *Amor meus crucifixus eſt!* Celebre eſt, ac verè igneum S. Ignatii emblema, quo Epiſtolam, quam ad Romanam Eccleſiam, illà tempeſtate, (cum adhuc eſſet exemplum fidei, nondum degeneraſſe in ſcandalum; veritatem cuſtoditet, nondum proderet; mater eſſet caſta, non fornicaria è variis conventoribus imprægnata) perſcripſerat, ornavit. *Amor meus Crucifixus eſt*, ait Vir Apoſtolicus, igneus Martyr; Igneus fidei & luminibus & amplexibus, quos rotundo hoc Symbolo prodit; nec aliter in JESUM amore ſuo fertur, quam ſi, excluſis aliis mortalibus, ſoli Ignatio natus, ſoli crucifixus eſſet: ait enim: JESUS AMOR MEUS, magnes meus, qui me attraxit, ſcopus meus, ad quem unicè tendo; exemplar meum, è quo amandi artem diſco; materia mei amoris, quem exoſculor: JESUS delicium meum, corculum meum, regnum meum, cordis jubilus, oris mulſum, auris melos: is, *inquit*, JESUS meus, an ἰσχήσωσιν ἐν ἡμῖν; Id parum, quanquam maximum. Ἑαυτὸν ἐνέτασεν, ἐταπείνωσε, μορφὴν δούλου λαβών. id majus quidem, ſed adhuc minus; ἐσταύρωται *crucifixus eſt*, tetterrimum, exquiſitiſſimumque ſupplicium ſubiit. Id verò amare eſt, id maximè amare, id ſine exemplo amare. O ſvavitatem (liceat è *Bernhardi Serm. LXIV. in Cantic.* complere, qui in Ignatio latebat affectum), ô gratiam, ô amoris vim; ſummus omnium factus eſt imus omnium. Quis hoc fecit? amor dignitatis neſcius, dignatione dives, affectu potens, ſvaſu efficax. Quid violentius? triumphat de DEO amor, *R. D. Joh. Conr. Danhauer. in Programm. Diſſertat. V. D. Joh. G. Dorſchei Admirandorum JESU CHRISTI Spicilegio præfix. p. 485. ſeq.*

Epi-

Epistolæ.

Septem scripsisse dicitur. Unam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos, ad Philadelpheos, ad Smyrnæos, & ad Polycarpum. *Hieron. cit. loc.* Sed has Epistolas olim interpolatas fuisse, doctiorum nemo est, qui audeat negare. An autem breviores illæ, quæ & ipsæ hodienum extant, genuinæ sint, sub judice lis est. Historiam controversiæ fusè exposuit *Tentzelius* Part. I. Dissertat. Select. Dissertat. III. Hodiè consentiunt doctiores, quæ præter has septem, ab Hieronymo commemoratas, sub Ignatii nomine circumferuntur, reprobandas esse, *Ernest. Sal. Cyprianus in cit. Hieron. locum p. 243.* Sunt autem illæ, quam scripsisse dicitur ad B. Virginem τὴν Θεοτόκον (cui additur per modum responsi, Epistola B. Virginis ad ignatium); Ad Johannem Evangelistam ad Mariam Cassabolitam, ad Antiochenos, ad Tarsenses, ad Philippenses, ad Heronem &c. Sed omnes suppositicias esse (quanquam priores illæ veræ esse possint) probat *D. Augustus Varenius in Rationario Theologico de Scriptoribus Ecclesiasticis p. 26. seq.*

IGNIS

Aromaticus, Chartaceus & Stramineus.

§. 1.

Zu Antorff ist Carolus V. von einem reichen Kauffman zu Gast geladen worden / da man ein Camin-Feuer gehabt / welches nur von Canneel oder Zimmt-Rinden ist unterhalten worden; Dem hats ein ander Kauffmann wollen zuvor thun / und hat ein Camin-Feuer nur von Papier anzünden und stets unterhalten lassen / da man denn für gewiß ausgeben / das Papier-Feuer habe mehr gekostet / als das Canneel-Feuer; Wiewohl GOtt denselben Mann also hernach gestraffet / und ihm seine Nahrung durch vielfältig Unglück also entzogen hat / daß er zum armen Mann worden / weil er des reichen Segens GOttes so schändlich und unnütz mißbrauchet / und seinen armen Nechsten neben sich hat darben lassen / deme er vorhin durch mancherley Kauffmanns List und Rencke sein Vermögen entzogen gehabt.

§. 2.

Die Israeliten in Ægypten machten ein Stroh-Feur / denn sie haben das Stroh nicht unter die Ziegel gemacht / sondern von dem Stroh-Feur / damit sie die Ziegel gebrannt haben / damit denn des Ot. Venii Emblema p. 218. wohl gefallen hat / in welchen er eine unbeständige / wanckelmüthige Gunst und Liebe einem Stroh-Feur vergleichet / in diesen Versen:

Ut ſubitò incenſa eſt ſtipularum flamma, citoque
In cineres, ſtipula deficiente, cadit:
Sic properatus amor ſubitò evaneſcit in auras,
Principium fervens ſæpè tepere ſolet.

Ita *Dn. Abrahm Burggravius de Dobna* in ſeinen Chriſtl Gedancken über die wunderbare Ausführung des Volcks Jſrael aus *Ægypten*/ *Lib. I. Cap. VI. p. 222. 223.*

Animata belua.

Ægyptii perſuaſum habent, ignem animatam eſſe beluam, & omnia, quæ naſcuntur, devorare, & poſtquam devorando fuerit expleta, unà cum ipſa re devoratâ, emori, *Heidf. S. T. P. Cap. V. p. 92.*

In Aqua.

Vid. Tit. Aqua, & *Scaliger de Subtil. Exercit. XIV. p. 73. ſeq.*

Æternus.

Trithemius hat/ wie Bartholomæus Korndorffer in Aureo Vellere erzehlet/ durch Chymiſche Kunſtgriffe ein ewiges Feur zu Wege gebracht; Præparationis modum oſtendit *D. J. A. Weber, in Curiöſ. Diſcurſen, Diſcurſ. III. Cap. VI. p. 73.*

Aqua auctus, oleo exſtinctus.

In ditione Namurcenſi lapis effoditur, unde excitatur ignis, qui augetur aquâ, exſtinguitur oleo, *Ortelius ap. Job. Bunon. Introd. in Cluver. Geogr. Lib. II. Cap. XIX. §. 4. p. 163.*

Abditus magis urit.

Die Jungfrauen lieben offtermalen mehr weder ſie ſelbſt geliebet werden; Sie dürffen wol nicht alle einen ſpitzigen Diamant mit dieſer Beyſchrifft in ihren Wapen führen: je bleſſe tous, & nul me bleſſe!

Mit meiner Schönheit/ Glantz verwund ich iederman/
Da gegen niemand mich mit Lieb verwunden kan!

Eman. Theſaurus inſcript. p. 147. Viel mehr könnte der Carbunckel oder Rubin ihr Wapen mit dieſen Worten zieren: Glacies videtur, & flammas in ſinu fovet!

Von auſſen gleichet ſie dem kalten klaren Eiß/
Jnwendig iſt ſie doch vom Liebe Feuer-heiß!

(Pyropus ſivè Carbunculus, vulgò Rubinus. Hujus dos in arcanæ quodam flammulæ fulgore poſita eſt, undè *Ovidius*:

Flam-

—— —— Flammasque imitante Pyropo.

Pyropus hic nihil eſt, niſi in glaciem concretus humor rutilus. Puellæ Symbolum, quæ adverſus amantes apathiam ac torvitatem quandam affectat, arcanis tamen igniculis uritur, *Theſ. l. c.* Ignis quidem urit homines tangentes, at formoſi eas etiam accendunt, quos procul ipſæ ſpectant, ita ut amore æſtuent, mutatis mutandis ad Araſpam dicit Cyrus ap. *Xenophont. de Pædia Cyri Lib. V. non procul ab initio p. m. 50. C.*) Denn die Liebe bleibet doch der Mannbaren Jungfrauen / wie die Blattern der kleinen Kinder gewöhnliche Kranckheit / (*Francisci* Luſt. Schau. B. *p. 582.* Tireſias electus arbiter (ut ajunt) à Jove ac Junone de amoris quantitate contendentibus, *tres amoris uncias in viro, novem in fœmina pronunciavit, Cæl. Lib. XIV. Cap. XIV. Zwing. Vol. V. Lib. II. p. 1217. a.* Fœmina virum ut materia formam appetit, *Lemnius de Occult. Nat. Mirac. Lib. I. Cap. VI. p. 28.* Et antequam maritum nanciſcitur, absque intermiſſione ab imo ſuſpirat pectore, *Guev. Hor. Princip. Lib. II. C. p. XXIII. p. 338.* Hinc quædam puella ſeipſam viti ſimilem dixit, quæ ſupra terram repens, ulmo ſuſtineri cupit, cum lemnate: *Junctæ quieſcam! Picinell. Mund. Symbol. Lib. IX. Cap. XLIV. n. 509. p. 604.* R. Joſua ait: Magis expetit mulier cabum unum rei Venereæ, quam novem cabos vitæ ſolitariæ, quod ulterius deductum exhibet, *Wagenſeilii Sota Cap. III p. 501. ſeq.* Omnis mulier amat magis viro: pudibunda verò occultat ſtimulum amoris, *Nonnus Dionyſ. ap. Tob. Magir. in Polymn. p. 1657.*) und düffte alſo freylich der heimlich beiſſende Hund ärger und gefährlicher / als der bellende ſeyn (*Theſaurus l. c. p. 161.* Occultus longè magis æſtuat ignis. *Mantuan. Eclog. VII.* Quoque magis tegitur, tanto magis æſtuat ignis. Cave tibi à cane muto, & ab aqua ſilente, dicunt Galli. Bactrianorum, teſte *Curtio Lib. VII.* verbum fuit: Canem timidum vehementius latrare, quam mordere, altiſſima quæque flumina minimo ſono labi, *D. Saldenus, in Ot. Theol. Exercit. VII. §. 3. p. 129. Picinell. l. c. Lib. II. Cap. I. n. 20. p. 64.*

Abditus ignis adhuc cineris ſub tegmine fervet:
Sic flagrat obductus nube pudoris, Amor.

Id. ib. Cap. V. n. 182. p. 77.

—— —— Secretos augent ſecreta furores.

Ovid. 2. remed.

Sævior eſt tantò, quantò eſt occultior hoſtis. *Victor.*

Alta petit.

Miratur *Chryſoſtomus*, cur cum omnis ignis alta petat, in Sole contrarium

DE-

DEUS fecerit, cujus radios ad terram convertit, & lucem fecit inferius vergere, tandem verò dicens ipsi; Persta tu, inferius prospice & hominibus luce, propter illos enim factus es, *Heidfeld. S. T. P. Cap. V. p. 89.*

Altaris in Templo Hierosolymitano, Levit. VI, 12. 13.

§. 1.

Dieses Himmlische Feuer soll nach Anmerckung der alten Talmudisten in der Masseches Joma Cap. I. in fine col. 2. auff dem Altar wie ein Löwe gelegen/ gantz klar und helle/wie die Sonne geschienen, eine starcke reine Flamme gehabt/daß Feuchte so wohl/ als das Trockne verzehret/ und keinen Rauch von sich gegeben haben; ohne wenn das Holtz darauff geleget/ und das Opffer angezündet worden; (Quinque res dicuntur de igne struis lignorum (in altari): Recubabat sicut leo, purus erat instar solis, continebat aliquid solidi, consumebat humida pariter & atida, denique nullum emittebat fumum. Post pauca: Sed quomodo dicitur recubuisse sicut leo? An non traditio exstat, quod R. Chanina antistes Sacerdotum dixerit: Vidi eum cubantem instar canis? Sed id facilè solvitur. Illud (*de leone*), intelligendum est de templo primo, hoc (*de cane*) de templo secundo. In *Caphtor vaphemech f. 70. 2.* ex libro *Tomat haelah P. 3. C. 2.* ista analogia ignis sacri ad leonem & canem non è forma, sed constitutione æstimatur, & dicitur, quod in templo primo, ubi multi viri pietate excellentes fuerint, *cubuerit* (כארי) *instar leonis discerpentis, devorantis, & alimento abundantis*, in templo verò secundo, seculo piorum minus feruli, cubuerit (ככלב) instar canis i. e. tenuis, & alimenti indigus. Conf. *Bextorffius Exercit. ad Hist. Ignis Sacri Cap. II. p. 245.* Villalpandus inter alia rationem hujus appellationis captat è sculpturis Cherubinorum, adeoque partim, ex hypothesi ipsius, leonis, circum altare, & quod leonina crura pro pedibus haberet. Corn. à Lapide ad *Ezech. p. 1226.* causam reddit, quod DEUS in altari ceu leo excubaret ad tutelam suæ urbis & gentis. Oecolampadius *ad Es. XXIX.* hanc dat inter leonem & altare analogiam: Sicut leoni manè & vesperi offerebatur agnus vel vitulus, ita & in altari mane & vesperi offerebatur agnus. Nobis videtur leoni altare holocaustorum conferri commodè posse, quod instar immanis leonis devorantis prædam, absumeret victimas innumeras, earumque sanguine maderet, *B. D. Pfeiffer. Exercit. Bibl. p. 165. seq.* Conf. *Append. Bibl. T. I. in voce Ariel p. 341.*

§. 2.

Ingleichen erzehlen die Rabbinen von diesem Feuer unterschiedene Wunder/ als daß der Brand-Opffers-Altar/ darauff es stets gebrennet/ welcher von Cedern-Holtz gemacht/ und mit Ertz so dicke als ein Ducaten sey war/ überzogen war/ doch niemahls davon schadhafftig geworden/ und weder das

dün-

dünne Ertz geschmoltzen oder gesprungen/ noch das Holtz angebrannt ist; Daß kein Regen/ auch nicht die allerstärckste Platzregen/ ungeachtet der Altar unter freyen Himmel gestanden/ das Feuer ausgelöschet; Daß keine Winde/ wenn sie auch noch so sehr gewehet und gedrehet/ den bey den Opffern gerade auffsteigenden Rauch zertrieben/ &c. *B. D. Joh. Ben. Carpzov.* in Davids Lob- und Danck-Opffer *ex 1. Paral. XXII. 25. 26. 27. p. 146. seq.*

§. 3.

Alias recensent Ebræi decem miracula templi perpetua, 1.) quod nunquam abortirent fœminæ ex odore sanctæ carnis. 2.) quod caro sancta nunquam fœtuerit. 3.) quod nunquam reperta fuerit muscæ in domo poparum. 4.) quod nunquam acciderit Pontifici gonorrhæa vespera diei expiationis. 5.) quod ne maximi quidem imbres extinxerint ignem in altari holocaustorum. 6.) quod ventus columnam fumi non potuerit impellere, seu declinare sive ad dextram, sive ad sinistram. 7.) quod nunquam illegitimi quippiam repertum sit in panibus propositionis. 8.) quod Israëlitæ singulis Sabbatis, Neomeniis & tribus festis majoribus convenientes starent pressi & conglobati, & tamen procidentes ad adorandum habuerint sufficiens spacium. 9.) quod nunquam serpens vel scorpio aliquem læserit Hierosolymis. 10.) quod nemo eorum, qui ad festum ascenderant dixerit ad socium suum: Angustior mihi est locus, quam ut pernoctare queam Hierosolymis. Quæ nec omnia miraculi nomen tuentur, neque videntur referentes fidei ubique litasse, *Pfeiff. Dub. Vex. Cent. II. L. XCIV. Cap. X. §. 3. p. 427. Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. Centur. Chorograph. Matthæo præmissa Cap. XXI. p. 186.*

Cœlitus demissus, Levit. IX, 24.

§. 1.

Das Heilige Feuer/ das bey Einweyhung der Stiffts-Hütten zu Mosis Zeiten von dem HErrn auskommen war/ und auf dem Altar das Brand-Opffer verzehret hatte/ Levit. IX. 24. wurde stets von den Priestern im Heiligthum auf dem Brand-Opffers Altar unterhalten/ und damit die Opffer angezündet/ so offt gegrifft wurde/ wie der HErr durch Mosen verordnet/ Levit. VI. 12. 13. Außer diesem heiligen Opffer-Feur durffte kein frembdes und gemeines Küchen-Feur in das Heiligthum gebracht werden/ gestallt denn auch die Priester/ wann sie räuchern wollten/ selbiges von dem Brand-Opffers Altar nehmen/ und in das Rauch-Faß legen musten. Dannenhero als Aarons Sohn/ Nadab und Abihu fremd Feuer für den HErrn brachten/ das ihnen nicht geboten hatte/ da fuhr ein Feur aus von dem HErrn/ und verzehret sie/ daß sie sturben für dem HErrn/ Levit. X. v. 1. Vid. *A. B. Tom. III. in Tit. Nadab & Abihu &c. p. 686. seq.*

§. 2.

Geschahe es aber/ daß man ausser dem Heiligthum nach Mosis Zeiten oder vorher/ ehe die Stiffts-Hütte auffgerichtet ward/ dem HErrn einen Altar gebauet hatte/ und darauf opfferte/ so ließ der HErr Feur vom Himmel herab auf dem Altar fallen/und das Opffer anzünden/und das nahmen die Gläubigen für ein Zeichen an/ daß das Opffer dem HErrn angenehm und gefällig gewesen/ und nanten es deswegen eine **Erhörung des HErrn durchs Feur vom Himmel auf dem Altar des Brand-Opffers.** Exempla vid. Gen. IV. 4. 5. Judic. VI. 21. Cap. XIII. v. 20. 1. Reg. XIIX. v. 24. 1. Paral. XXII. v. 26. *Carpzov. l. c. p. 149. seq.*

An semper cœlestis, nunquam naturalis?

§. 1.

Ignis super altare foveatur & non extinguatur &c. Levit. VI, 5. 6. Ignem hunc à Sacerdotibus semper & perpetuò fovendum fuisse verè naturalem, & ab iis accensum, cui supernaturalis & cœlestis ignis extraordinariè quandoque supervenerit, ubi DEUS gloriam suam peculiariter manifestare vellet, probabile fieri queat, *tùm* quod hoc præceptum detur, ubi nil planè de igne cœlitus demittendo sciebant; *tùm* quod accensa videantur ab Aarone sacrificia ante ignem cœlitus delatum, Cap. IX, 10. seq. & conf. Levit. I, 7. nec abnuunt quidam ex Ebræis; de quibus conf. *Hottingerus in Jur. Ebr. p. 177. seq.* & *Buxtorffius Exercit. p. 241.* Sed responderi posset ad 1.) præceptum dari de igne nutriendo ubi semel arsisset, quod cœlitus fore DEUS sciebat. Ad 2.) esse antilepsin.

§. 2.

Ignem in primis Aaronis sacrificiis cœlitus delapsum postmodum perpetuò in altari permansisse, eque igni materiali vel vulgari fovendum fuisse, Junius, Tossanus, Lorinus, Sigonius, Franzius, aliique existimant. Sed illud *Cl. Buxtorffius* rejicit ob hasce rationes: 1.) Minus congruum videri Majestati miraculi, si ignis cœlestis, qui dicitur gloria DOMINI, & divinæ præsentiæ Symbolum erat, & quasi ὄχημα, igni materiali misceatur. 2.) Hæc dicta esse antequam Israëlitæ nossent de igne cœlitus demittendo, verum suo miscendo quicquam. 3.) Ignis cœlestis finem fuisse, testari oblationes eo accensas DEO fuisse gratas. At verò de hâc divina approbatione certos esse non potuit, si ignis iste appositis lignis & igne materiali in altari conservatus fuisset. 4.) In scriptura nullibi dici, vel ignem cœlitus delapsum fovendum esse, vel semper mansisse, postquam descendisset. Conjicit verò *Buxtorffius*, postquam gloria divina, primo tabernaculum, deinde quoque Templum implesset, continuò aliquas ignis illius scinturas in S. S. remansisse, & inde quotiescunque opus esset flammas erupisse, &

has sacrificiis consumtis, in suum locum rediisse. Sed ad *Buxtorffi* rationes responderi posset: 1.) Ex ipsius sane Buxtorffii sententia ignis cœlestis materiali superveniebat & miscebatur. Neque tamen, opus ut dicatur, ignem igni mixtum esse, sed ignem cœlitus demissum appositis modò lignis fotum esse. Ad 2.) agi de igne, quo primum sacrificium incenderetur, quocunque & undecunque esset. Ad 3.) satis erat, quod hic DEUS testaretur, sibi & præsentia, & omnia secutura sacrificia (cæteris paribus) grata fore. Finis proindè delapsi ignis fuisset, initiare in præsenti altare & sacrificia Levitica. Ad 4) id explicitè non quidem dici, tamen haud obscurè colligi posse.

§. 3.

Decisio: *Tenebantur quidem vi præcepti Israëlitæ, ignem, nisi cœlitus descendisset, pro se suscitare & fovere; quia tamen ignis cœlestis gratiosè demittebatur, eum deindè lignis appositis fuisse conservatum probabile est.* Probatio: prius patet *tùm* ex Levit. I, 7. *tùm* ex praxi sub templo secundo, 2. Maccab. X, 3. Posterius probabile est, *tùm* indè, quia ignis, quo prima sacrificia incendebantur perpetuò ardere debebat, nec extingui, uti ex Levit. VI, 5. 6. colligitur. At verò ignis, quo prima sacrificia incendebantur (Levit. IX, 10. 13. 14. 20.) erat cœlitus allapsus v. 24. ubi scil. illa consumta innuuntur, quæ Aaron in præcedentibus dicitur apposuisse; *tùm* inde etiam, quæ ita melior ratio dari potest, quare ignis filiorum Aaronis dicatur *alienus*, Levit. X, 1. Obvertitur: *Contra dignitatem flamma cœlitus delapsæ esse nutriri àligno materiali.* Resp. Id factum non ex necessitate, sed ex divinâ ordinatione. Volebat DEUS igni undecunque esset, indesinenter subministrari pabulum, *Pfeiff. D. V. p. 254. seq.*

Fecialis fuit venturi seminis pacifici.

Ignis ille cœlitus delapsus, toties extra sanctuarium dispensatus annorum tot centuriis intra sanctuarium nutritus, *fecialis* fuit venturi seminis pacifici. *Feciales*, antiquo Romanorum instituto, è templo Jovis Feretrii lituum & silicem, unde ignis elici potuerat, attulerunt, cum fœderum pacisque agebant internuncios. Divino instituto ex adytis æternis ipse ignis progressus est, sponsor atque pararius ejus, qui venturus erat plenus igne. Vid. omninò *D. Joh. Georg. Dorschei, Admirandorum JESU CHRISTI Septenarius Dissert. III. p. 239. seq.*

Falsò delatus apud Gentes.

§. 1.

Mosi, Eliæ, Salomoni immolantibus ignis cœlitus demissus victimas inflammat ac consumit, & quidem largissima perfusas & madefactas aquâ. Non potest hoc perficere Diabolus, & si ludibria quandoque similia oculis objicit, ut

cum Seleuco Pellæ rem ſacram facienti, ligna aræ impoſita ſua ſponte ſe ad ſimulacrum jovis converterunt, & ſine igne ſua ſponte exarſerunt: aut cum ex lignis extructis in arâ Egnatiæ Nymphæ in Appulis, & non incenſis, repente flammæ exilierunt: aut cum in colle Vulcanio apud Siculos juxta Petrenſium ſtagnum ſarmentorum faſces ex ſeſe ſua ſponte ignem conceperunt, & nullo carbone adhibito, nulloque flante halitu in incendium eruperunt: quæ tamen fabuloſa eſſe, aut faſcino excœcatis hominibus miſeris à Diabolo perfecta igne ſubdito reor, *D. Caſp. Peucerus Comment. de Præcipuis Divinationum Generibus p. 8.*

§. 2.

Ethnicorum ſacrificia ſæpè nullo inflagrante à litato Numine (Diabolo) fuêre accenſa, ut *Solinus* habet *Polybiſt. Cap. XI. p. m. 199.* Hanc Diaboli æmulationem absque dubio Baalitæ norant, hinc cum Eliâ in certamen de accendendis ſacrificiis progreſſi, quod aliàs, niſi Diabolus hoc & antè præſtitiſſent, non feciſſent; Inflammatio enim hæc Satanæ potentiam non ſuperat. Sed obſtabat major è cœlo poteſtas, & Baal ignem, quo alias poteſt, artificio emittere non poſſet, vid. Job. I, 16. 1. Reg. XVIII, 24. Licet illi non alieno, ſed ſuo ſacrificarint ſanguine, ſectis invicem humeris, ut de Bellonæ Sacerdotibus refert *Lactantius Lib. I. Cap. XXI.* Quomodò & Galli illi Hierapolitani: Inter ſacrificandum brachia & terga ſibi mutuo concidebant *multis* vulneribus, dum alii interim tibiis accinerent, alii pulſarent tympana, *alii* entheati divina *ſcil.* cantarent carmina, *Lucianus de Dea Syria ap. Ulſp. Quæſt. Biblic. Lib. III. Cap. IV. p. 142.* Conf. *Kipping. Antiq. Rom. Lib. I. Cap. XII. §. 9. p. 348. Sim. Bornmeiſterus de Erroribus Hiſtoricor. Gentil. in Rebus ſacris recenſendis p. 20. Lomeier de Luſtrat. Vet. Gentil. Cap. XIV. p. 134. Salden. in Or. Theol. Lib. II. Exercit. VI. p. 336. Bochart. Hieroz. Lib. II. Cap. XXXV. p. 363. 364. Huetius Demonſtr. Evang. Cap. X. Propoſ. IV. §. 6. p. 222. & p. 297.*

Chriſtianos.

Non poſſum hîc ſicco pede præterire fabuloſum miraculum, quo credulo Græcorum popello Clerus imponit, quaſi Sabbato magno (quo CHRISTUS in ſepulchro dormivit) quotannis Hieroſolymis in monumentum CHRISTI miraculoſus cœlo deſcendat ignis; à quo ſimulator Patriarcha primò cereum ſaum, tum lampadas ad monumentum Domini ſuſpenſas, præcedentibus autem Dominicæ paſſionis diebus extinctas, & dein cereos ſingulorum Chriſtianorum, qui magnâ frequentia ad hoc pſeudomiraculum convolant, accendit. De qua fraude vide ſis, *Leonis Allatii Epiſtolam de Quorundam Græcorum Opinationibus §. 30.* Hic audire juvat *Franciſcum Ferdinandum*

de

de Troilo, Equitem ſanctiſſimi ſepulchri, & oculatum teſtem, *in ſuo Itinerario Orientali* hanc Græculorum ludificationem ita deſcribentem *p. 234. ſeq.*

Im Jahr 1668. da ich das letztemal und zwar eben zu den Oeſterlichen Zeiten zu Jeruſalem war / habe ich auch dazumal ihre Ceremonien geſehen / wie ſie das Feuer am offtbemeldeten Oſter-Sonnabend machen / welches gemeiniglich um ein Uhr Nachmittage in der Kirchen des Heil. Grabes zu geſchehen pfleget. Darinnen verſammelt ſich nun alle das Griechiſche / Armenianiſche / Sorianiſche &c. Volck / und andere viel mehr / über die zwey biß drey tauſend Chriſten / und hat ein ieder einen groſſen zuſammen gebundenen Buſch kleiner Wachs-Kertzlein ohngefehr einer halben Ellen lang unangebrennet in der Hand / und werden zuvor alle Lichter und Lampen in der gantzen Kirchen / und im Heil. Grabe ausgeleſchet. So bald nun der Griechiſche Patriarch und der Armeniſche Biſchoff ſammt dem gantzen Clero kommt / fänget das Volck um das Heil. Grab / ſo ſtarck es immer kan / mit einem ſolchen Geſchrey und Getümmel an zu lauffen / daß auch niemand ſein eignes Wort vernehmen kan. Andere ſetzen ſich auf den Hindern / und rütſchen auf den Pflaſter rings um das Grab herum / deren unterweilen über die hundert hinter einander ſeyn werden / und matten ſich dermaſſen ab / daß ihnen der Schweiß über das Angeſicht herunter läufft. Andere ſteigen auf ihrer zween und zween Cameraden Achſeln / und ſpringen mit ihnen herum. Unterweilen fället alles Volck auf die Knie / rücken die Köpffe mit verkehrten Augen in die Höhe / und heben die Hände mit den Kertzen auf gen Himmel / wincken und fuchern damit / und ſchreyen jämmerlich / **das Feuer ſoll doch bald vom Himmel herunter fallen** / und ihre Kertzen anbrennen. Alsdenn ſtehen ſie wiederum auf und rennen im vollen Courier mit einem groſſen Geſchrey in der Kirchen um das Heil. Grab gleich als wären ſie alle unſinnige Leute / oder wäre der Feind hinter ſie / der ſie jagte. Sie fallen auch unterweilen über einander zur Erden / daß es kein Wunder ſie erdrückten einander gantz und gar. Bald ziehen ſie auch ihre Kleider aus und werffen ſie gegen den Himmel / **das Feuer damit herunter zu locken** / und ſchreiet jung und alt: Kyrie eleiſon! &c. dieſe Comœdi oder Gauckel Spiel wäret auffs wenigſte zwey guter Stunden / welchen zu zuſehen auch vielhundert Türcken mit ihren Kindern zum Spaß hineinkommen und über dergleichen Narren-Spiel über laut lachen. Wann nun dieſes Turnieren und Schwermen lang genug gewäret / als denn kommt der Griechiſche Patriarch und Americaner Biſchoff ſamt ihrer gantzen Cleriſey aus der Sacriſtey in ihrer prieſterlichen Kleidung daher getreten / vor ihnen wird ein groß ſilbernes Brett und viel Pfannen getragen und ſingen ſtets Kyrie eleiſon! Kyrie eleiſon! wann ſie nun zu dem Heil.

Grab kommen sind / da wird also bald Platz gemacht / und die Thür geöffnet da gehet der Patriarch mit etlichen Griechischen Pfaffen wie auch der Armenische Bischoff hinein in das Grab und wird die Thüre hinter ihnen zugemacht / diese stellen sich nun gleich als beteten sie drinnen / in dessen aber haben sie ein Feuergezeug bey sich und schlagen ein Licht auf. In dessen turniret das Volck haussen und schreiet noch immer darauf und erwartet das vom Himmel herab fallende Licht mit gressen Verlangen. Wann nun der Patriarch das Licht unter dem prætext, gleich als hätten sie es erbeten / und wäre es schon vom Himmel herunter gefallen gewesen / auffgeschlagen hat / so brennet er zum ersten darinnen an seinen Busch-Kertzen / so er in Händen hat / darnach die Lampen / so über dem Heil. Grabe hängen / und des Armenischen Bischoffs / welcher in dessen bey dem Heil. Grabe bleibet. Nach diesem wird die Thür des Grabes geöffnet / und fähret der Patriarch heraus gleich wie eine Furie aus der Höllen mit ausgereckter Hand / in welcher er einen gressen Busch brennender Lichter hat. So bald nun das Volck das Licht ersiehet / da fänget es an zu schreyen / heben alle die Hände mit ihren Kertzen auf / und dringen mit so grosser Gewalt auf den Patriarchen loß / daß es kein Wunder wäre / sie erquetschten ihn / denn ein ieder will sein Licht zum ersten von des Patriarchen anbrennen / indem sie meinen / und gläuben nicht anders / wie es ihnen von ihren Pfaffen vorgeredet wird / als daß es vom Himmel herunter gefallen sey ---- daß aber dieses ein rechter Betrug sey / wissen nicht allein die Türcken / sondern auch so gar die Jüden / sammt andern viel Secten mehr zu Jerusalem. Hæc Eques ille, *Joh. Joach. Hombergius de quadragesimâ Veterum Christianorum*, §. 64.

Vere delapsus ex Christiano Judæum factum totum absumsit.

Robertus Sosatensis Scholasticus & Canonicus, Judaicam amplexus religionem inter Francofordianos Judæos aliquamdiu vixit. Sed cum ultimo Adolphi Imp. anno mortem obiisset, vasculo iucluditur & ad sepulturam, per rusticum curru clam deportatur ; Sed cum ad pontem perveniisset, ex ultione divinâ ignis, qui nullâ arte, vel aquâ extingvi poterat, cadaver ex vasculo totum absumit. Judæi ideò hæc ei eveniisse fingebant, quod secundum legem ipsorum minus vixisset, *Joh. Wolffius Lect. Memor. Cent. XIV. p. 526. b.*

Aurum probat.

Ignis aurum probat, miseria fortes viros. *Sen. cur bon. mal. cap. V.* Die Gedult wird fürgestellet durch das Gold unter dem Hammer auf dem Amboß: darzu einer setzte:

FRO-

PROBATUM ÆSTIMOR.
Wohl geprobt/
Dann gelobt!

Oder/ wie ein anderer über das Gold im Probier-Ofen schriebe:

DONEC PURUM.
Es hält aus allezeit/
In voller Reinigkeit!

Damit zuverstehen zu geben/ daß derjenige erst den Namen eines rechtschafenen und gedultigen Christen verdiene/ welcher bey entstandenen Creutz und Widerwärtigkeit nicht also bald den Muth sincken lasse/ und ungedultig werde; Sondern sich durch die brennende Hitze der Trübsal anreitzen lasse/ herliche Proben ungefärbter Gottesfurcht und eines unschuldigen Lebens an Tag zu legen; Auf gleiche Weise schreibet Joh. Audenus hiervon:

Quod fornax auro facit hoc tribulatio justis,
Rebus in adversis certa probanda fides.

Der Ofen prüfft das Gold die Trübsal auch die Frommen/
Der Glaub und die Gedult wird dadurch wahr genommen!

NON LÆDITUR SED PROBATUR.
Gar nichts wird hier verletzt/
Was gute Prob ersetzt!

Schrieb jener zum Gelde/ welches aus dem Probier-Ofen auf dem Ambos mit dem Hammer geschlagen wird/ und da nicht wie ander Metal einen sonderbaren Klang von sich giebt/ sondern die Probe desto besser hält und erweiset/ wie ein gewisser Autor eben diß Gleichniß brauchet/ wenn er saget: Gläubige und gedultige Christen sind wie das Sonnen-Metal das Gold/ ob es gleich auf dem Ambos geschlagen wird/ gibt es doch keinen Schall von sich/ wie ander gering Metal. Eben das schreibet auch Hr. Scriver in S. S. *P. IV. p. 1479. §. 32.* Eine gedultige Seele ist wie das Gold unter dem Hammer/ das keinen Klang von sich giebet/ sondern sich in der Stille bearbeiten lässet; Gleich wie das Oel/ wann es aus gegossen wird/ das kein Geräusche machet/ als das Wasser/ sie klaget/ schreyet/ noch murret nicht/ sondern ist still; Sie ist nicht wie eine Sau/ welche ein gräßlich Geschrey machet/ wenn sie angegriffen wird/ sondern wie ein Schaaf das verstummet für seinem Scheerer/ und ihm die Wolle willig abnehmen lässet. D. Gottfreund *im Emblemat.* Tugend- und Laster-Platz. *Emblem. XCIII. p. 1130. seq.* conf. Tit. Argentum probatum septies.

Au-

Augustale insigne.

§. 1.

Ante faciem ejus ignis exurens, & post eum flamma vorans, Joël. II, 3. De Chaldæorum Rege & exercitu loquitur, & videtur omninò alludere ad sacrum ignem, qui boni ominis gratia Regibus & Ducibus præferri solebat in argenteis altaribus, quem à Chaldæis Persæ, ab his Romani acceperunt, & inter imperii pignora habuerunt, *Ammian. Marcell.* Ferunt Magi, si justum est credi, ignem cœlitus lapsum apud se sempiternis foculis cüstodiri, cujus portionem exiguam, ut faustam, præisse quondam Asiaticis Regibus dicunt, *Lib. XXIII.* Conf. *D. Joh. Olearius in Abrahami Theologiâ è Genesi Mosis libata Cap. I. §. 7.* Summa mundi potestas, ut Deo proxima, qui *ignis comburens* est, sic igni simillima, sive elementi sublimitatem spectes, sive necessitatem, sive parem nocendi ac benefaciendi facultatem &c. *Ut ignis est urere & lucem præbere; Ita Regis benefacere & punire. Procopius in Cap. II. Gen.* Fallor? an eodem respiciunt Reges Monomotapæ? qui quotannis ad subjectos Regulos Legatum mittunt, cujus adventu omnes, quicunque ubique sunt, quaqua ejus imperium patet, inges extinguuntur, & si quis non illicò extinguat, pro rebelli habetur, punitur; posteà in foro alius ignis accenditur ad quem incolæ veniunt, suis usibus petitum, *Osorius de Reb. Emanuel. Portug. Reg. Lib. IV.* Sed ignis tamen iste cœlesti multò inferior est. Ita, ut ait *Cassiodorus in variis*, quamvis ignis in nocte reluceat, Soli tamen præsentatus, obscurus est.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est jovis.

§. 2.

Denique quod ad modestiam facit, in cinerem desinit hic ignis; quod recogitantes Æthiopum Christianorum Reges, pro igne sacro, sibi cinerem in aureo vase præferri jubent. Vidit S. Augustinus Cæsaris in sepulchro cadaver, cum Romæ cum matre Monica ad spectanda opera paganorum circumduceretur, nec temperare potuit, quin exclamaret; Ubinam est Cæsaris corpus præclarum? ubi magnitudo divitiarum? ubi apparatus deliciarum? ubi multitudo dominiorum? ubi caterva Baronum? acies militum? ubi canes venatici? ubi equi veloces? ubi aves cantantes? ubi thalamus pictus? ubi lectus eburneus? ubi thorus regalis? ubi thronus imperialis? ubi mutatoria vestimentorum? ubi capilli solares? ubi facies decora? ubinam quæso sunt hæc omnia? meminit ipse *in Sermon. J. H. Ursinus Theol. Symbol. Symb. LXV. p. 83. 84.* Sic & Bohemorum Regum adventus per flammam fuit indicatus. Carolo IV. Imp. Comitia Noribergæ celebrante eodem filius Wenceslaus cum instructissimo exercitu accesit, & adventum suum duobus in locis per flam-

mam

mam indicavit, qui ritus Bohemiæ Regibus ab antiquo usitatus est, *Balbin. Lib III. Cap. XXI. ap. D. J. C. Beemau in H. O. T. P II. Cap. IX. §. 4. p. 709.* Et prænunciam Principis advenientis Lucernam ita commemorat *Corippus L. II.* de Justini ad circum adventu:

— — Prænuncius ante
Signa dedit cursor, positâ de more Lucernâ.

Procul dubio testimonium & admonitionem illustrium Actionum, quas perpetuò ederent, cum igni illustrentur omnia, indicandique simul ardoris, quo accensos esse deceat in solio tam sublimi collocatos, *Beem. Not. Dignit. Illustr. Diss. VI. Cap. II. §. 8. p. 171. 172.* Quomodò Persarum Regibus & Rom. Imperat. ignis prælatus fuerit, habet *Crellius Prompt. Bibl. in v.* Feur *p. m. 295.* Conf. & *Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. XLVI. Cap. X. p. 580.*

Bellariorum omnium jucundissimum.

Evenum dicere solitum accepimus: Ignem videri omnium bellariorum jucundissimum. Salem vero *Homerus* divinum vocat. Plerique autem χάριτα i. e. gratiam, quod pluribus intersitus gustui sapida reddat & grata. Verum præcipuè divina bellaria, & mirè grata, amici sunt & familiares, *Cœlius Rhodig. L. A. Lib. XXVII. Cap. XXIV. p. m. 469.*

Bellicum signum.

Das Feuer zieret den Krieg / wie das Magnificat die Vesper / sagte jener Fürst / ap. *Ensm. Francisci* in der Lust. Schau-B. *p. 767. edit. prior. Autor. Relat. ex Parn. An. 1702. N. 35. 2. Maji.* Ignis & fumus vexillorum præstabant vicem in denunciando vel hostium, vel sociorum & auxiliorum adventu. Hostium adventum per noctem flammæ, per diem fumus significat sociis, *Vegetius Lib. III. Cap. V.* Locus unde ostenderentur fuêre montes, arces, castella. Modus & finis duplex; Erant enim φρυκτοὶ φίλιοι, faces quæ amicorum auxilia indicabant, immotæ elevatæ, & πολέμιοι quas qui tollebant *agitare* solebant, ut hostes adesse monerent, ut ex Thucididis Scholiaste *Bootius ap. Ursin. Anal. Sacr. Lib. I. Cap. LII. p. 79. Pierium l. c. Cap. XVI. p. 581.*

Burgundiæ Ducis.

Von Carl Hertzog in Burgundien / der in seinen Fahnen / Feur-Eisen / Feuer-Stein / und etliche Scheit Holtz führete / wurde gesagt: Er sey capabel die gantze Welt in Brand zu stecken / *Nob. Ziegler* im tägl. Schau-Platz der Zeit *5. Jan. n. 3. p. 12.*

Caleme?

Qui tam stultè quærunt, ait *Aristoteles*, ignem tangant, & sensus ipse idoneus est, qui ejusmodi quæstioni respondeat. Nam experientia hîc ita certa

est, ut dubitare de eâ ne Carneades quidem, qui tamen de omnibus dubitare solebat, possit aut debeat, *Heidf. S. T. P. Cap. V. p. 90.*

Cultus.

§. 1.

Neminem facile latebit, modò historiarum gnarus sit, quantâ in admiratione apud veteres semper fuerit ignis, elementum illud nobilissimum. Chamum ipsum Noachi Filium, ferunt, ignem in Ur Chaldæorum urbe, Abrahami patriâ, adorandum posuisse, annexâ in pertinaces ac renuentes gravi pœnâ. Quæ constitutio Chaldæorum mentes, successu temporis, ita excœcavit, ut referente *Rufino Lib. II. Hist. Eccles.* sub Constantino M. totum terrarum orbem peragrarint, demonstraturi : DEUM suum ignem omnibus præstantiorem esse, utpotè, qui statuas Deorum cunctas dissolveret. Quam miserè autem cum Deo suo steterint in Ægypto, docet dictus *Rufinus & Suidas in voce Canopus p. m. 464.* Sequenti modo: Olim ferunt Chaldæos, ignem Deum suum celebrare volentes, passim circumtulisse, ut cum omnibus provinciarum Diis compararetur : & is à quo ille victus esset, ab omnibus judicaretur Deus. Ac cæterarum nationum dii, cum ex ære, argento, ligno, lapide, similive materiâ confecti essent, facilè igne consumebantur. Itaque ignem ubique vincere necesse erat. Eo audito, Canopi sacerdos callidum init consilium. Fictiles hydriæ continuis minutis foraminibus interpunctæ conficiuntur, ut per foramina illa aqua turbida colata, limpidissima reddatur. Harum *hydriarum* unam accepit, & foraminibus cerâ obturatis, variisque coloribus depictam, & aquâ repletam pro deo collocavit : & veteris statuæ caput amputatum, quæ ferebantur gubernatoris Menelai fuisse, accuratè impositum, simulacro illi adjunxit. Adsunt Chaldæi accenditur ignis : cera, quâ obturata erant foramina, liquescit. Hydriâ sudante, & per foramina destillante aquâ, ignis exinguitur. Sic calliditate Sacerdotis Canopus Chaldæos vincit, & ex eo pro deo colitur. Conf. & de Ægyptiorum *πυρολατρείᾳ D. Ægid. Strauchium Dub. Histor. & Chronol. Sinar. XIII. Posit. V.*

§. 2.

De Persis idem fermè refert ex Hermippo, Eudopo, Theopompo, *Otto Heurnius de Philosoph. primordiis Tract. IV. p. 254.* Ignem, inquit, summo honore dignum sanctissimumque existimabant. Quamobrem in arcidiculis quibusdam sacris ac abditis, Magni eum perpetim asservabant, inque ipsum despicientes, arcana sacra peragebant, ac de rebus futuris respondebant, *D. Joh. Heinr. Tavius Brudenb. Diss. Phys. de Igne sub Præsidio M. Henningi Hutmanni An. 1675. Kiliæ hab. in præsam.* Persarum gens igni sacrificatura in oblatione alimenti dicebat : *πῦρ δίοπτον ἔδε!* *Ignis Domine comede! Maximus Tyrius*

Dis-

Dissert. XXXVIII. ap. Ursin. Anal. Sacr. Lib. I. Cap. LI. p. 76. M. Greg. Michaëlis in Gaffarell. p. 342. Ignem inquinare, est nobis sævâ morte acerbius, dicit Persa quidam ap. *Suidam in v. ἀυχὴ p. 159.* Annuatim certis diebus festis, candido impositum equo, tanquam numen circumducebant. Cum pompâ maximâ sequebatur eqvum Rex Persicus: hunc regni proceres, & maxima populi multitudo comitabatur, *D. Casp. Peucerus de Præcipuis Divinationum Generibus p. 223.* A Persis ignis cultum acceperunt Cappadoces, & Græci; Et sicut Ægyptii ignem sub nomine *Vulcani*, ita Romani sub nomine *Vestæ* coluerunt. *M. Joh.* Fromme *Brandenb. Diss. Philol. de Ur Chaldæorum ad Gen. XV, 7. sub Præsid. Dn. Andr. Sennerti §. 13.* Imò non dissimile vero est, è Gentilium κακοζηλίᾳ Judæis aliquandò cultum ignis solennem fuisse, cove alludi voce חַמָּנִים Levit. XXVI, 30. Vid. *B. Pfeiffer. Dub. Vex. Cent. II. L. XVI. p. 276, Grotius & Calov. ibid. cit.* Etiam Lithuani olim ignem tanquam Deum coluerunt, *Mart. Cromerus Lib. XV. in frontispicio de rebus Polonorum ap. Crellium in P. B. p. 295.*

DEUS

§. 1.

GOtt heist ein Feur/ Deut. IV, 24. Es. XXXIII, 14. theils wegen seiner Natur/ die durch den Glantz/ durch die Reinigkeit/ durch die Subtiligkeit und Durchdringlichkeit des Feurs in etwas entworffen/ und von fernen abgebildet wird: theils wegen seiner höchstnöthigen und nützlichen Wirckungen/ denen wir so wenig und noch bey weiten weniger/ als des Feurs entrathen können; theils wegen seiner herrlichen Offenbahrungen/ die offt im Feur geschehen/ und sonderlich mit allen Gnaden im Alten Testament durch den brennenden Busch/ und durch das Heilige Feur/ so von Anbeginn der Welt her/ auff die Opffer gefallen/ vom Himmel herab; und im Neuen Testament durch die sichtbare Ausgiessung des Heil. Geistes/ der in Gestalt Feuriger Zungen erschienen über den Aposteln/ *D. Walth. Medit. I. Bibl. p. 120.*

§. 2.

Idem dicitur igneus murus circa suos fideles Zach. II, 5. Murus quidem 1) *ob solidiatem*; quemadmodum murus benè exstructus spernit arietes: ita nomen Domini est turris fortissima, refugium tutissimum, Psalm XLVI, 1. Prov. XVIII, 10. Spernit insultum arietum hostilium, spernit consilia populorum, Ps. II, 2. Spernit fluctus aquarum, Psalm XLVI, 4. Spernit tumultus adversariorum, Ps. LXXVI, 2. Es. XXV, 4. 2.) *ob telorum receptionem*, Murum cum petunt tela hostium ipsos cives petere censentur; sic injuriæ piis illatæ, ipsi DEO inferuntur, Act. IX, 5. Zach. II, 8. Es. LXIII, 9. *Igneus verò dicitur a.) ob iræ vehementiam.* Confestim ignis Domini vindictam exercet, Act. XII, 32. hunc

murum qui tangit, manus adurit. β) *ob Angelorum obsequentium copiam*, qui in muris Ecclesiæ ignei apparent, 2. Reg. VI, 27. γ) *ob defensionem.* David & milites ejus pastoribus Nabalis pro muro fuerant, 1. Sam. XXV, 16. CHRISTUS verus David, cum militibus Angelis, in deserto hujus mundi, nobis pro muro est adversus hostis insidias, cui si quis hostili animo adpropinquat, facilè expellitur, *Bl. Bauman Anal. Allegor. Art. II. p. 168.*

Elementum non accidens.

§. 1.

Fuerunt quidam, qui solum ignem principium & elementum fecere; contra quos *Aristotelem Lib. III. de Cœlo Cap. V. text. 44.* agere putant (*Conimbricenses in Annot. ad h. l.*) Heraclito eam sententiam expresse tribuit *Alex. ab Alex. Gen. Dier. Lib. III. Cap. II.* Contra inveniuntur, plurimi, qui ignem è numero elementorum planè extirpatum volunt, uti *Valla, Cardanus, Franc. Patricius Lamb. Danæus & Olaus Worm.* qui in notis *ad libr. de mundi fabricâ Aristot. Cap. II.* in suam sententiam ipsum Aristotelem pertrahere conatur. Nos neutri subscribimus sententiæ, sed, ut præter ignem alia elementa dari, ita etiam ignem verissimè elementum esse asserimus.

§. 2.

Hoc *Magirus in Physiol. Peripat. Lib. III. Cap. II. p. 167.* fusè probat argumentis septem. Quorum tamen plurima hypothesibus falsis sunt superstructa. Nobis unicum idque firmum adduxisse sufficiat, petitum à definitionis competentia. *Elementum est corpus naturale simplex, sub cœlo contentum ad universi integritatem, mistorumque constitutionem à Creatore factum.* Hanc definitionem exactè igni competere, cum probatum tibi dederimus, facilè nobis concedes, ignem esse elementum, secundum illud notum axioma: Cui competit definitio, ei etiam competit definitum. Ergò.

§. 3.

Ignis corpus naturale est, quia gaudet cum principiis internis; materiâ & formâ, tum affectionibus corpori naturali propriis, quantitate &c. Ignis corpus simplex est. Ex materiâ enim simplici constat, non compositâ, uti corpora mista. Impurum esse ignem utut concedamus, non tamen ex eo concludendum, eum mistis esse annumerandum. Impuritas eidem tantum per accidens competit. Ignis sub cœlo contentus est, &, ut species mundi integritatem omninò facit. Ignis mistorum etiam constitutionem ingreditur. Quod non modò certum est in pipere, urticâ & centenis aliis: verum etiam in mistis indifferenter omnibus, in quibus ignis dantur accidentia & proprietates, quæ testimonium perhibent planè infallibile de præsentiâ subjecti & formæ à quâ emanant. Argumenta, quæ citati supra Autores pro suâ adducere solent sententiâ,

tiâ, assertionem nostram verissimam vix ac ne vix feriunt. Procedunt enim aut ex elementi definitione minus probâ, quam *Cardanus* proposuit, aut eò tendunt, ut ignem elementarem sub concavo Lunæ extinguant.

§. 4.

Ignem ergò elementum esse dum probavimus, simul etiam improbavimus absurdam illam sententiam *Thomæ Fieni*, qui in *apolog. adversus sanctæ cruz p. 50.* ignem Accidens esse statuit; asserens, res quas nos igneas dicamus, ut ferrum, carbones, flammam, quidem substantias; illud verò, quod iis inest, & cujus ratione vocantur ignis vel ignitæ, substantiam esse negat, eò quod igneitas, ferro, ligno, nil superaddat præter calorem, qui omninò accidens. Quod commentum solidissime refutat *B. D. Sennertus in Hypomn. III. Cap. I. p. 95. Hutmannus & Tarvius disp. cit. §. 2. seq.* Si ignis esset accidens, non substantia, proprium subjectum non corrumperet, nam quæ natura consumit principia sua? Actio siquidem fit à valentiore. At principiorum actio est, non passio. Et à subjecti principiis fluunt accidentia. Si igitur depascitur, & asumit id, in quo est: igitur non habet proprium subjectum. Aut ergò substantia est, aut non ens, *Scaliger de Subtil. Exercit. XII. Cap. III. p. 68.*

Evangelium.

§. 1.

Confert CHRISTUS prædicationem Evangelii Igni, quandò Luc. XII, 49. ait: *Ignem veni missurus in terram.* Desumpta est hæc similitudo ex Prophetis, Jerem. V, 14. Cap. XXIII, 29. Confertur autem *Evangelium igni*, multos ob causas. I. *Ignis est elementum purissimum*: ita verbum DEI mundum & purgatum est ab omnibus scoriis mundanis, præ reliquis doctrinis omnibus, Psal. XII, 7. II. *Ignis* cum calore splendorem habet conjunctum: ita verbum DEI non tantum fovet & calefacit corda humana, sed etiam eadem illuminat. Est enim lucerna, Ps. CXIX, 105. 2. Petr. I, 19. III. *Ignis* nusquam latere potest, nec se arculæ includi patitur; sed erumpit, seque conspiciendum præbet: ita Evangelium non sub modio occultari potest, Matth. V, 12. nec latitare vult saltem in cordibus hominum, sed virtutem suam exerit, & per omnia obstacula & pericula perrumpit, sicut hoc videre est in Apostolis, postquam igne sunt baptizati, & Spiritum S. acceperunt. IV. *Ignis* omnia, quæ apprehendit, exurit, & in suam naturam commutat: Sic exurit verbum Evangelii opera Diaboli, idolomaniam veterem Adamum cum suis fructibus, illorumque hominum corda, quæ simplici fide illud amplectuntur, emollit, & in suam naturam convertit: quæ verò duriora convertere nequit, illa infernali igni comburenda relinquit, *D. Lyserus in Harmon. Evang. Contin. C. CX. p. 1200.* Conf. *Guevar. Dissert. Ignem veni mittere in terram &c. p. 190. seq.*

§. 3.

Herr JESU dein Evangelium ist ein durchdringendes Feur/ Luc. XII. Jerem. XXIII. Das soll keinmahl in deiner Christenheit auslöschen/ deinen Tod soll man verkündigen biß zu deiner Wiederkunfft/ 1. Cor. XI. Die Lehre von dem bittern Leiden/auf dem Brand-Opffers-Altar des Heil. Creutzes/ an welchen du hast im Zorn-Feur deines Vaters gebrennet/ bringet eigentlich Licht und Leben in unser Hertz; Dann es ist allezeit darneben die mitwirckende Krafft des Heil. Geistes/ welcher dadurch Lehr/ Trost und Heiligkeit in unser Hertz trägt/ und das helle Licht des wahren Glaubens in unsern Hertzen anzündet. Diese Lehre leidet nichts unreines neben sich/ auch nichts unreines in unsern Hertzen/ sondern feget alles/ wie ein brennendes Feur. Diese Lehr bringet uns ein Erkänntniß GOttes/ und unser selbsten; Ja sie erwärmet uns/ daß wir Lust gewinnen/ GOtt und unsern Nechsten feurig zu lieben; Ja sie leuchtet durch den zeitlichen Tod zum ewigen Leben/ derowegen muß sie allezeit mit Ernst getrieben werden. St. Paulus will nichtss anders wissen 1. Cor. II. Er will sich auch nichts anders rühmen Gal. VI. Derowegen soll jederman sein Stücklein Holtz darzu bringen: Alle fromme Christen sollen nach ihren Vermögen das Predigt-Amt helffen fördern/ dem Evangelio in Andacht nachlauffen/ und ernstlich beten/ daß es Gott rein und lauter wolle erhalten. Fremd Feur und fremder Trost bringet lauter Unglück! Drum hüt dich für der Menschen Gesatz/ davon verdirbt der edle Schatz/ das laß ich dir zu letzte! *Val. Herberg. Magnal. Tom. VII. p. 80.*

Extinguibilis stuppâ, fœno, panno.

Das Feur des Berges Hecla wird von Wercke; Des Berges Chimæræ von Hew/ und dessen zu Hippo in Marsilien von Tuch erlöschet.

Inextinguibilis.

Daß man eine so gewaltsame Feur-Flamme könne zurichten/ welche durch keine hefftige Sturm-Winde noch starcke Platz-Regen könne ausgelöschet werden/ ist aus der Erfahrung bekandt. P. Athanasius Kircher in Arte magnâ Lucis & umbræ Lib. X. P. II. bezeuget/er habe dergleichen selbst gemachet/ führet auch daselbsten die Art und Weise an/ wie man es zurichten könne; Kan aber auff leichtere Weise folgender Gestalt geschehen: Nimm des allerreinesten Schwefels/ welcher mit dem Wachs gleich dissolviret werde/ so wirstu dein Begehren erlangen/ wo du aus dieser Vermischung ein Licht zubereitest/ *D. J. A. Weber. in Discurs. Curios. Disc. III. Cap. V. p. 72.*

Ex-

Extinctus in luctu.

Apud Persas scilicet Rege defuncto. Hephæstione defuncto, scribit *Diodorus Siculus Lib. XVII.* omnibus per Asiam incolis imperasse Alexandrum, ut sacrum, quem Persæ vocant, ignem exstinguerent, usque dum justa ei essent perfecta: quod Persis de more fuerit facere Regibus defunctis. Romæ in funere Principum præibant signa incomta, fasces versi, *Tacit. Lib. III. Annal. Pedo Albinov. ad Liviam:*

Quos primum vidi fasces, in funere vidi,
Sed vidi versos indiciumque mali.

Ursin. An. Sacr. Lib. I. Cap. LII. p. 78.

Fatuus.

§. 1.

Ignis *ermiticus* seu *fatuus* est fumus crassior & tenacior, in imo aëre per antiperistasin nocturni frigoris accensus, qui vento agitatus decliviora loca petit, & viatores à recta viâ in præcipitia, vel aquas plerumque ducere solet. Ob instabilem agitationem *fatuus* dicitur. Hic ignis per devia sæpè ducit homines, quia cum ad lumen illud, proposito itinere relicto, cursum suum dirigunt, via aberrant, & vel in fossas, vel amnes, vel in profundas valles præcipitantur, unde se à Diabolo seductos esse dicunt. Nec verò dubium est, quin Diaboli astutia & machinatione talia sæpè hominibus objiciantur spectra. Interdum etiam, qui huic spectro occurrunt, cum ob subitam consternationem, tum ob venenatos halitus exanimantur. Potest præterea ejusmodi ignis fatuus varios sonos & ejulatus edere, prout materia in seipsam, aut aliud quoddam variè incurrerit, vel impegerit, *Jac. Magirus Physiol. Peripat. Lib. IV. Cap. II. §. 42. p. 242. 247.* Hoc meteorum crebrius apparet circa cœmeteria & loca suppliciis nocentum destinata, patibula, & quibus magna militum strages est facta, quod è cadaveribus viscosæ exhalationes prodeant. Nam ex locis illis facilè elevatur fumus spissus & pingvis, citoque inflammabilis, *Id. ib. §. 43.* Sæpè navigantibus, aut terra iter facientibus apparet, eosque modo præcedere, modò sequi, nullumque certum iter persequi videtur, quia è diversis locis aspirante aura variè impellitur. Quandò itaque velocius curris, tanto & ipse velocius currit; sin fugis, insequitur. Aër enim motus ipsum impellit, *Heidfeld. S. T. P. Cap. V. p. 92.*

§. 2.

Videmus ignem in culinâ & fornace, nunc sub forma flammæ: quæ nil aliud est, quam copia igniculorum, levius paulò cohærentium, & jamjam disgregandorum nunc sub formâ carbonis, qui cumulus est igniculorum arctius con-

jun-

junctorum, qui non tam facilè disperguntur, præsertim, si lignum sit solidius, uti est quernum. Videmus etiam ignem non rarò in nubibus, aëre etiam inferiori. Quid enim ignis fatuus aliud est, quam flamma subtilior, quæ alimentum suum, pinguem exhalationem sequitur? *Hutmannus l. c. §. 11.* Ignis hic adeò frequens est in zonâ torridâ, ut toti in Æthiopiâ campi, noctu ceu stellis colluceant, *Isaac Vossius observat. ad Pompon. Melæ Lib. III. Cap. IX. §. 46. p. 306.*

Fidei, ubi camini incendium extinxit?

In Babyloniâ.

— Quanta est credentum gloria, flammis
Ardentis fidei restincta est flamma camini.

Sedul. Pii occluserunt ora leonum, exstinxerunt vim ignis, Ebr. XI, 33. *Heidf. p. 89.*

Græcus, quo hostium naves incensæ.

§. 1.

Imperante Constantino Pogonato sive Barbato (appellatus autem ita, quod imberbis in Siciliam profectus, barbâtus rediisset: πώγωνα enim Græci barbam appellant, *Joh. Baptista Egnatius Rom. Principum Lib. II. Cap. XX. p. 515.*) excogitata fuit ars, quâ ignis sub aquâ concitaretur. Atque hunc ignem Græcum dixerunt, quod auctorem habuit Callinicum Græcum, Anno CHRISTI DCLXX. Hoc Constantinopolim delato Constantinus in navali pugna contra Saracenos se defendit, ut *Zonaras in vitâ Constantini* prodidit, *Guido Panciroll. Rer. Mem. seu Deperdit. Lib. II. Tit. XIX. p. 287. Phil. Melanchth. Chron. Carion. Lib. III. sub Constant. Pogonato p. m. 579.* Hac machinatione Saraceni haud dubiè plus damni senserunt, quam Syracusii, quorum vires Archimedes comburentibus speculis frustrasse legitur. Speculis enim illis versus Solem suspensis, radiosque in navigia dirigens, aëre ob densitatem & levitatem speculorum ex iis radiis incenso, effecit, ut ingens flamma, rectà in naves delata concremavit. Græco hoc igni & alii quoque usi. Inter quos Leo Imperator præcipuè commemoratur. Nam cum Orientales populi adversus Constantinopolim urbem hostiliter navigassent Dromonibus mille octingentis, Leo Imp. igniferis navibus contra eos directis, hoc ignis genere omnes absumsit. Idem paulo post CCCC. hostium naves, itemque CCCL. eodem igni absumsit, *Robertus Vulturius Lib. XI. de Re milit. Cap. IX. ap. Salm. in Panciroll. cit. loc. p. 288.* Aceto ignis hic extingui potuit, *Cl. Hübner. Hist. Pol. T. I. Lib. V. p. 511.*

§. 2.

Commemoratus *Zonaras in Anastasio Dioscoro Imp.* de igne illo ex speculis dis-

differens: Anastasius, *inquit*, Vitaliano Thraci, qui Mysis & Scythis sibi conciliatis, seditionem commovebat, & in agro Byzantico prædas agebat, & classe urbem obsidebat, per Marianum præfectum resistit: navalique pugna commissâ, ex machina quâdam à Proclo viro excellentissimo confecta, classis hostium debellata est. Nam *specula ustoria* fabricasse fertur Proclus, in quæ cum radii solares impegissent, ignem inde fulminis instar erumpentem classiarios, ipsasque naves hostium combussisse. *Id. ibid.* Conf. *Scaliger de Subtil. Exercit. XIII. Cap. III. p. 71. seq. Carol. du Fresne in Gloss. Tom. II. p. 16.* Vocatur πῦρ θαλάσσιον, it. ignis humidus, **Hamburg. wochentl. Curiöser Zeit-Vertreiber** *N. XLV. p. 357.*

§. 3.

Sed id mirum, aliorum colorum materias facilè flammas concipere, candidissimas non nisi multo sole, & longo tempore, ut autor est *Bodinus Lib. IV. Theol. Nat.* Ita cum impios ignis ille iræ, quo mundus & mundana omnia in cinerem ibunt, & in nihilum succendet ignis à facie Domini erumpens, *qui limpidissimum divinæ virtutis speculum est*, Sap. VII, 26. tamen candidæ mentes, & jam hic, dum in carne viverent, à vitiorum sordibus Dominico sanguine emundatæ, transibunt intactæ, obviam factæ DEO judici in nubibus, *Ursinus Theol. Symbol. Symb. CXXXVI. p. 159. 160.*

Infernalis qualis?

Vid. omniò *Appamt. Bibl. Tom. II. p. 473. seq.*

Johannis.

§. 1.

Notæ sunt, inquit *Scaliger Lib. VII. de Emend. Temp. notis in Eclogas Maximi Monachi p. 713.* πυρκαΐαι, lampades, faces, quæ vigilia & die natalis Johannis hodiè accenduntur, vestigia priscæ gentilitatis. Eæ hodiernum in Africâ à Mahumedanis eodem anni tempore incenduntur, eumque morem à Christianis relictum refert, *Joh. Leo, in suâ Africâ.* Clare de hujusmodi paganorum igne *Alex. Rossæus Sect. III. de Tot. Orb. Relig.* ubi de *Fetuanis* agit, testatur, ignem, *inquit*, accendunt ex ossibus in die Johannis Baptistæ, *p. 122. Amstelod. 1667.* Mos iste satis superstitiosus, & cum idolomania conjunctus, improbatur à Patribus Concilii Constantinop. qui Can. LXV. hoc habent: Qui in noviluniis à quibusdam ante officinas & domos rogos, supta quos etiam antiqua quâdam consuetudine transilire audent, cessare jubemus. Notanter, *antiqua consuetudine.* Respicere videntur ad ignem à Manasse accensum, ut docet *Zonaras*, & cum his facere videtur Poëtarum Princeps *Maro XI. Æn.*

— — cui pineus ardor acervo

Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia prunâ.

Vid. in h. l. *Taubmannus p. 1006.*

§. 2.

Non possum, quin *B. D. Quistorpii* pia, utinam pluribus exaudita! desideria citem: Iniquè, *ait*, insana gaudia in Festo Johannis agitantur, dum nostri per prata ac colles discurrunt ad sanguinem Johannis conquirendum, cujus beneficio per anni spatium immunes à febri & morsu canum esse possunt: & pueros ignes in publica platea transilire cum animi prolubio sinimus ac contemplamur. Qui ritus ex gentilismo desumtus est ap. *Hospinianum de Orig. Fest. Christ. p. 79.* Nativitatis, *ait*, Johannis Baptistæ festum post annos CHRISTI celebratum 400. ex Maximini Taurinensis Episcopi Homilia apparet, quam in illo habuit, *Durandus Rational. Lib. VII. Cap. XXVI.* In eo verò tria fiunt. Nam in quibusdam locis, ex antiquâ consuetudine, colligunt pueri ossa, & alia immunda, & simul cremant, ut fumus fiat. Habent hoc à gentibus (testis supra citatus *Rosseus*), antiquitus enim Dracones hoc tempore ad libidinem propter calorem incitati, volando per aërem frequenter in puteos semen emittebant, undè aqua inficiebatur. Et qui ex hâc aqua bibebant, aërem corruptum hauriebant, vel moriebantur, vel in gravem morbum incidebant. Hoc animadvertentes Medici; ignes jusserant frequentes passim circa fontes fieri, & quæcunque magnum & immundum redderent fumum, ibi cremari, eis siquidem Dracones fugari posse arbitrabantur. Hæc quia circa Festum Johannis fieri solebant, Christiani in Papatu hunc morem imitati etiam ignes accenderunt, per quos agmine facto transilierunt, & injectis herbis comprecati sunt, ut omnis ipsorum adversitas flammis istis combureretur. (2) Soliti sunt olim in Festo Johannis ardentes faculas manu gestare, iisque arva & segetes circumire, rati hoc modo frugibus benedici. (3) In quibusdam locis rotam volvunt, qua volutatione indicant, quod Sol (in festo Johannis) in Zodiaco jam ad summum gradum pervenerit, & descendere per diem Johannis incipiat, ut omnium rerum vicissitudo in memoriam revocaretur. Hæc ille. Vid. *M. Greg. Michaëlis in Gaffarel. p. 10. seq.* *D. Joach. Hildebr. de Diebus Festis p. 96.* Conf. Appar. Bibl. Tom. II. in Tit. *Johannis nox molestè ac tumultuariè peracta p. 871. seq.*

Lambens.

Ignis lambens est fumus rarus & subtilis, qui accensus & per aërem dispersus aliquando hominum vestimentis, eorumque & equorum capillis sine ulla læsione inhæresci, eam rem, quam tangit, non lædit, sed quasi lambit, ut de Servio Tullio *Livius Decad. I.* & de Ascanio *Virgil. Æn. II.* commemorat. De Servio quidem Tullio scribit Livius, quod puero dormienti caput arserit, & tamen il-

læsum permanserit, indicium futuræ dignitatis & eminentiæ regiæ, ad quam posteà fuit evectus; Ignis quippè nominis splendorem hieroglyphicè denotat *Joh. Pier. Val. Hierogl. Lib. XLVI. Cap. XII. p. 581.*

An semper prodigiosus sine omni causa physica?

Si rem diligentius perpendamus, finem quidem prodigiosum esse negare, non possumus. Materiam autem & causam efficientem habent naturalem. Nam si Servii Tullii exemplum ex tota Livii historia consideremus, in hoc igne eadem fuit materia, quæ est aliorum meteororum ignitorum, exhalatio scilicet calida & sicca. Fuisse enim Tullium calidioris naturæ, ex indole & ingenio, ad artes discendas apto, animique magnitudine apparet. Undè & ea, quæ ex corpore ejus, & præcipuè capite exhalabant, calidiora & sicciora fuerint, & propter humidiorem pueritiæ ætatem copiosiora, necesse est. Deindè causam efficientem fuisse calorem, hinc constat, quod hæc flamma ipso dormiente conspecta fuit, & cum somno solveretur statim evanuit. In somno enim calor internus major est, & in exhalantem materiam agit fortius. In vigiliis verò debilior est, & exhalationem incendere non potuit. Ea propter ignis etiam hujus lambentis causa esse poterit halitus quidam præpinguis, agitatione & calefactione corporum, hominum vel equorum excitatus, & mutuo partium attritu, vel collisione vel per antiperistasin inflammatus. Non tamen interim nego, peculiari quadam & occultâ ratione hujusmodi flammas produci, ad singularem quandam & eximiam præstantiam ostendendam, *Joh. Magir. Physiolog. Peripatet. Lib. IV. Cap. II. §. 46. seq. p. 242. 248.*

Lex.

Lex ignea, Deut. XXXIII, 2. 1) propter promulgationis modum & rationem, Exod. XIX, 18. 2) propter iræ divinæ annunciationem. Ezech. XXXVI, 5. Deut. IV, 74. Cap. XXXII, 27. Jerem. IV, 4. Psal. XVIII, 9. 3) propter legis consumtionem. Ignis lignum & alia consumit, conf. Psal. XXXII, 4. 4) propter lucis diffusionem, Psal. XC, 8. Exod. XXXIV, 35. 2. Cor. III, 13. 5) propter pœnarum procreationem, Num. XXI, 6. *Buxtorf. Tom. III. Mall. p. 62.* Lex est ignis 1) lucens nobis in tenebris, & justitiam DEI ostendens. 2) Verum à falso discernens, bonum à malo: 3) Illuminans nos, ut sciamus, quæ opera verè DEO placeant. 4) Urens conscientias nostras, juxta illud: misit ignem in ossa mea, Thren. I, 13. *D. Botsac. Mor. p. 536.* Ich will/ spricht der HErr/ mein Wort in deinem Mund zum Feur machen/ und diß Volck zum Holtz/ und soll sie verzehren/ Jerem. V, 14. & Cap. XXIII. Ist mein Wort nicht wie ein Feur! sunt fortia sicut ignis, gibt es der Chaldæus, und die LXX. Interp. interpretiren es: τὸ πῦρ φλέγον, es sey ein brennendes und fressendes Feur/ deñ

das Feuer greiffet alles an/ also schonet das Wort des Gesetzes auch keines Dinges: Es greifft getrost an alle falsche Gottesdienst der Menschen/ alle ungeheure Abgötterey der Heyden/ alle selbst erdichtete Satzungen der Papisten/ alle Wercke des leidigen Teuffels/ alle böse Früchte des alten Adams/ alle Epicurische Sicherheit/ und fleischliche Wollust der Welt-Kinder ꝛc. *D. Walth. Med. I. Bibl. p. 122.* Vid. *Baum. Anal. Alleg. p. 117. seq.*

Mundus quo coflagraturus, qualis? 2. Petr. III, 7. 10. 12.

§. 1.

Ignis erit *verus*, quod ex nomine, nullibi metaphoricè exposito, *affectionibus & effectu* combustionis apparet. τὸ ῥητὸν Scripturæ, nisi ipsa præeat, deserendum non est. Et si metamophoras fingere licebit, etiam extinguetur tandem ipse inferni ignis; Nobis tamen *incognitus*. Scriptura enim α) non revelavit β) Elementaris esse nequit, quia ipsa elementa (adeoque ignis etiam elementaris) & mare hoc igne comburentur 2. Petr. III, 12. γ) Ignis hic juxta quosdam se ipsum etiam comburet, & δ) Nihil incinerabit, sed penitus annihilabit, quod igni elementari & ordinariè creato est impossibile. ε) Ignis sub concavo Lunæ, quo Pseudo-Physici, tanquam calore febrili æstuant, figmentum est: Nec eo instrumento DEUM usurum ex sacris literis probari potest. ζ) Idem de radiis solaribus dicimus. Nihil enim de istis scriptum est: nihil annihilare possunt. Rectè proinde η) *Augustinus:* Cujusmodi ille ignis, & in quâ mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitrior neminem, nisi fortè, cui Spiritus divinus ostendit, *Lib. XX. de C. D. Cap. XVI. B. D. Scherzer. Syst. Def. L. XXII. §. 3. p. 611.* Cum nullæ non res possint servire DEO ad quosvis, quos ipsi libet, effectus producendos: Scriptura verò nuspiam dicat, doceatve, qualis futurus sit iste ignis: præstat hîc sententiam suspendere, quam quicquam cum Scholasticis Doctoribus audacius extra DEI verbum definire, *B. D. Brochmand. Syst. Th. Art. XLVI. S. II. p. 611. D. Joh. Ad. Osiander Theol. Casual. P. VI. Cap. IX. p. 492. seq.*

§. 2.

Conjecturam magis, quam certò demonstratam sententiam *Calixti* de hoc igne legat, qui volet, in ejus Tractatu *de Conflagratione mundi p. 144.* Vana pronunciata de origine hujus ignis annotavit, *B. Gerhard. L. de Consummatione Seculi §. 23* Quidam purgationem mundi non tam per ignem fore statuunt, quam per rerum purgandarum ignitionem, *Seneca Lib. III. Q. N.* per aquas mundum periturum censuit, quod diluvium prolixè ibidem describit. Aliqui ex *Beroso* addunt, futuram illam inundationem, quando sidera omnia,

quæ nunc diversos agunt cursus, in capricornum convenerint, *Scherz. l. c. p. 612.*

Nuptialis.

Vid. A. B. *Tom. III. p. 1086. seq.*

Sanctus & perpetuus, 2. Macab. XIII, 8.

Vocatur אֵשׁ הַקּוֹדֶשׁ, πῦρ ἅγιον l. c. nunquam extinctus usque ad captivitatem Babylonicam Levit. VI, 12. 13. indè & vocabatur אֵשׁ הַמַּעֲרָכָה h.e. ignis ordinis, seu ordinationis, Græc. *πῦρ συνταξίας ἢ ἐν τεταγμένον* ein Feur der Ordnung/ Ebr. אֵשׁ תָּמִיד ignis perpetuus, seu continuatus *πῦρ ἀϊώνιον.* Hunc morem & gentes imitati, præprimis Romani, qui juxta institutum Numæ Pompilii per Vestales Virgines sacras ignem perpetuum servarunt, *Dionys. Halic. Lib. II.* & *Plutarchus in vitâ Romuli & Numæ.* Hinc *Virgil. Lib. II. Æn.*

Sic ait & manibus vittas, Vestamque potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Crellius Prompt. Bibl. p. 295. Si quando extinctus foret, id inter maxima prodigia habitum, & anxia solicitudine expiatum fuit: nec minus negotia omnia cessabant, & intermittebantur, illo non procurato, aut Diis non propitiatis, quam si dira aut tetra prodigia nunciata essent. Ea verò virgo, cujus incuriâ defeciisset ignis, à Pontifice Maximo in conclavi abdito, locoque penitus abstruso, lineo velo obtento, flagris cædebatur. Extinctus reparabatur vase æneo pellucido, trium angulorum, ad Solis jubar exposito, detentoque eo usque, donec radiorum repercussu, vibratuq; & collectione, calore aucto, aridus fomes, ex adverso collocatus, ignem inde conciperet, *D. Casp. Peucerus Comment. de Præcipuis Divinationum Generibus p. 222.* Cernere est nonnunquam lucernam in basi alicujus simulacri, id æternitatem significare, nonnulli interpretantur, *Joh. Pier. Val. Hierogl. Lib. XLVI. Cap. IX. p. 580.* Et Magi apud Persas ignem perpetuum servarunt, & tanquam DEUM coluerunt; Abdas Episcopus eorum cum ritum hunc immutare vellet sub Varanne Rege ipsorum trucidatus est, *Nicepb. Calixtus Lib. XIV. Cap. IX. ap. Crell. l. c.* Græci in Delphico templo perpetuum fovebant ignem, cujus custodia, mulieribus matrimonio solutis demandabatur. Attici in templo Minervæ Poliadis, unà cum Palladio, lychnum inextincti luminis, virginibus custodiebant, *Peucer. l. c. p. 223.*

Suppliciorum maximum, & tamen multi hanc leti viam elegerunt.

Non absre miratur *Casaubonus in Animadvers. ad Athen. Lib. XII. Cap. VII. p. 530.* cum ignis sit suppliciorum maximum, *τῶν κολάσεων μέγιστον*, juxta

Clementem Alexandrium, qui factum sit, quod tam multi olim, quibus erat liberum mortis arbitrium, hanc potissimum leti viam elegerint. Nam ita periit *Simri*, 1. Reg. XVI. Sic *Calanus* Indus ap. *Cicer. Lib. II. Tusc. Q. p. 204. & de Divin. p. 360.* postquam Alexandro ex se rogum conscendente quærenti, ut si quid vellet, diceret, respondisset: Optimè, propediem te videbo. Sic *Indorum Gymnosophista* ap. *Curt. Lib. VIII Cap. IX.* quibus pulchrum est occupare fati diem, & vivos se cremari jubent. Sic passim multi incolæ Insularum *Chemeng*, quos *Dugbiin* vocant, ap. *Benjaminem Tudelensem in Itinerario.* Sic *Timanthes* Cleonæus athleta, cum fractis præ senectute viribus, queis olim plurimum præstiterat, vitæ afficeretur tædio. Sic *Hercules* in fabulis: & Peregrinus ap. Lucianum in libro hâc de re scripto. Imò integri populi, ut Saguntini, Astapenses, & in Lyciâ Xanthii, qui semel iterumque ap. *Plutarchum* & *Appianum* incendio sese ab hostili manu liberasse leguntur, *M. Joh. Cnussii Exercit. Hist. de Sardanapali corruptissimâ vitâ, rebus gestis & tragicâ morte* §. 3.

Voluptuarius ultimi ignis homines admoneat.

Viel schöne Lust- und Freuden-Feur werden in der Welt angezündet/ die bißweilen so gar sonderlichen effect haben/ daß man sich darüber verwundern muß; wollte Gott! die eitlen Menschen erwegten und behertzigten/ wenn sie ein solches Lust- und Kunst-Feuer sehen oder davon hören/ wie betrübt und schrecklich es aussehen werde/ wann Gott sein grosses schon angerichtetes Feuer-Werck wird loß brennen und anzünden? Ich meyne/ wann die gantze Welt/ und alles was darinnen enthalten ist/ im Feuer wird auffgehen! Da wird das Lachen werden theur/ wenn alles wird vergehn im Feur! was für ein Jammer und Elend muß nicht bey dem erschrecklichen Feuer-Werck zu *Troja* gewesen seyn/ als selbiges in voller Glut gen Himmel auffgefahren/ und an tausend Orten lichter Loh gebrennet hatte? was für eine verfluchte Freude wird der tyrannische wüterich Nero gehabt haben an seinem Feuer-Werck/ als er die Stadt Rom in volle Flammen gesetzet/ auf daß er davon einen Abriß der jämmerlich verbrannten und eingeäscherten Stadt Troja nehmen könnte? da dieser Blutdürstige Tyran die Harffen genommen/ und auf dem Dach seiner Berge ein Lied von dem zerstöreten Troja hergespielet; da hingegen seine Unterthanen solch Leid mit einem gräßlichen Geheul und Zeter-Geschrey untermenget/ indem sie gantzer 7. Tage nacheinander ihr Haab und Gut im Rauch gen Himmel mit betrübten und nassen Augen auffgehen sehen/ was Jammer muß nicht bey dem Feyer-Wercken zu sehen gewesen seyn/ als die Einwohner zu Jerusalem ihren schönen Tempel/ der billich für ein Wunder-Werck der Welt/ und Kleinod des

Königreichs zu halten war/ haben müssen sehen für Augen verbrennen? Ingleichen der Tempel der Göttin Dianæ zu Epheso daran gantz Griechenland hundert und mehr Jahr gebauet/ und durch einen einigen Menschen/ der sich mit seiner Thorheit ein ewiges Schand-Gedächtniß gemacht/ ist eingeäschert worden? Das aber alles ist nichts gegen das Feuer-Werck/ das der Odem des Herrn anzünden wird am letzten Tage dieser Welt/ wann er die grausamsten Cometen wird anstecken in denen Lüfften/ daß die Elemente zerschmeltzen/ und die Erde/ mit allem/ was drinnen ist/ verbrennen werden! wohl alsdenn denen/ die geschickt seyn im heiligen Wandel und gottseligen Wesen!

Sieht man Feuer-Werck/ *Raqueten*
Gleichsam steigen zu Himmel auf:
So hat GOtt schon die *Cometen*/
Angezündt in ihrem Lauff/
Dieses Welt-Rund anzufeuren/
Wer mag solchem Feuer steuren?
Wann die letzte Feuer-Flamm
Alles lege in { Nichts / Asch } zusamm!

Rev. D. Dexelius in Theatro Historico-Curioso Tit. XLVI. p. 283. seq.

Urbibus fatalis.

Urbibus est magnis fatalis terminus ignis.

Der grossen Städte Tod ist meist die Feuers-Brunst/
Wodurch ihr Stoltz und Pracht ausdämpfft wie leerer Dunst.

Diese Worte führete die gantze Assemblée derer Virtuosen/ über das von denen Vulcanischen Feuer-Flammen gantz ruinirte Adrianopel/ und bezeugte aus dem erfahrnen Alterthum (der neuen Exempel zu geschweigen) mit Einäscherung der berühmten Städte Cartago, Jerusalem, Rom, Troja und andern vornehmen Plätzen/ daß dieses gemeinialich der Besem sey/ wodurch die erzürnte Allmacht/ die grossen Oerter wegzufegen und umzukehren pflege. Die Ursach aber des fast eingeäscherten Adrianopels/ war Sr. Maj. Apollinis Zusatz/ mag wohl seyn/ daß die Muselmänner/ gleich andern ihren Grentz-Nachbarn ihre Häuser von Holtz auffbauen/ dahero sich dann Vulcanus sehr offt sowohl in gedachtem Ort/ als zu Stampol und Muscau/ ein hell flodernde Lust-Feuer anzündet: wiewohlen in der letzten Stadt noch gut ist/ daß man/ wenn iemand sein Haus angebrandt ist/ gleich wieder selbigen Tag zu einen neuen Gebäude kommen kan/ inmassen die gemachte

Woh-

Wohnungen wie an andern Orten die hölzerne verfertige Geschirr/ Kannen und Schachteln/ zu Kauffe stehen. Zum Schluß gedachte Apollo aus Arnol. Montan. Japan. Gesandschafft (aus welcher es der gelehrte Franciſci ſeiner lustigen Schaubiene 2ten Theil einverleibet) der schröcklich Auffiederung der Käyserlichen Residentz Stadt Jeddo, auf der Insul Japan, so im Jahr 1657. innerhalb 2. Tagen/ mit 100000. Häusern wobey eine gleiche Anzahl Menschen zu Pulver worden/ in die Asche gäntzlich verfallen/ *Autor. Relat. ex Parn. An. 1701. N. 97. 6. Decemb.*

IGNIS

Ardore vestis absumta, nec tamen corpus læsum.

Poppo Sleſvicenſis Epiſcopus Danis prædicans fidem ſuam ſequenti miraculo probare coactus fuit: Veſte cerâ copioſa prius illita indutus, in medio populi circo eam incendit: ipſe verò nullum ſe ignis calorem ſentire teſtatus eſt, licet ipſa veſtis corpori circumdata in favillas redacta eſſet. Quo miraculo multa millia ex Danis CHRISTO ſe addixerunt, & Popponis nomen in hunc usque diem apud eos celebre habetur, *Cranzius Lib. III. Cap. XLIII. Metropoleos ap. Zwinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1309. a.* Richardis Caroli Crasſi Römiſchen Käyſers Gemahlin/ als ſie Ehebruchs beſchuldiget wurde/ zog/ ihre Unſchuld und Reinigkeit zubeweiſen/ einen gewächſten Rock an/ und trat in ſelchen mitten in ein auffgeſchürtes Feur/ mit dieſen Worten: **So wahr/ als ihr Leib von keinem Manne befleckt worden/ ſo wahrhafftig würde das Feur ihrem Leibe und Kleidern nicht den geringſten Schaden beybringen;** Und als ſie eine geraume Zeit darinnen verzogen/ trat ſie gantz unverſehret wieder heraus/ *D.* Gottfr. *Emblem. T. II. L. P. p. 355.*

Conjuratio ſeu inhibitio.

§. 1.

Ehe wir zu unſern Vorhaben ſchreiten/ erinnere ich mich der Invention eines ingenieuſen Eſprits, da einsmals bey dem Brandt eines Schorſteins in dem Cabinet der Princeßin Henrietta von Naſſau Tochter Friderici Henrici, Printzen von Oranien und Schweſter der Gemahlin/ Friederich Wilhelms/ Churfürſten zu Brandenburg/ Chriſtmildeſten Andenckens/ dieſe Frantzöſiſche Arie darauf gemachet worden:

La Flamme ceſſe
Mais non pas la flamme d'amour;
Tant que vous ſeres à la Cour,

Bey:

Belle Princeſſe,
Toute la Cour ſera pour vous en feu,
Et l' amour n' en fera qu' un jeu!

* * * * * *

Das Feuer hat man dämpffen können/
Doch dämpffen ſich der Liebe Flammen nicht;
Und weil ihr eurer Schönheit Licht
Princeßin dieſem Hof werdt gönnen/
So wird der gantze Hof um euch im Brande ſtehen/
Und man wird Amor nur darüber lachen ſehen!

§. 2.

Das Feuer wird beſprochen entweder mit bloſſen Wörtern / oder Hineinwerffung einiger Dinge. Die Natur-Kündiger haben dieſes Axioma: In herbis, verbis & lapidibus magna eſt virtus, das iſt / in Kräutern / Wörtern und Steinen iſt eine groſſe Krafft enthalten; Und kan die Wahrheit deſſen auch von den aller Klügſten nicht umgeſtoſſen werden; Dennoch aber gleichwie man von Kräutern und Steinen viel fabuleuſe Dinge vorgibt/ alſo iſt auch von denen Wörtern zu bemercken / daß / obgleich eine unſägliche Krafft darinn ſtecket / nichts deſtoweniger viel aberglaubiſches / ja ſündliches Weſen mit unterlauffe; Man wird befinden/ daß viele dergleichen conjurationes des Feuers aus Worten fremder Sprachen beſtehen / als der Arabiſchen/ Griechiſchen und andern / welche wann man ſie recht examiniret/ ins gemein eine GOtts-Läſterung begreiffen; So ſind auch unter den Teutſchen Formuln einige / welche wegen Mißbrauch des allerheiligſten Göttlichen Namens nicht allein verwerfflich / ſondern auch höchſt ſtraffbar zu achten ſind; Darnach werden auch etliche Dinge ins Feur geworffen/mit dabey geſagten gewiſſen Worten / worauff ſie denn geſchwind ſich retiriren müſſen/ woferne ſie nicht von dem Feuer Schaden nehmen wollen; Etliche werffen hinein ein Hüner-Ey/ und zwar ein am grünen Donnerſtage gelegtes. Auch pfleget man das Brod (wie denn keine Materie in der Welt iſt / welche mehr zu aberglaubiſchen und zauberiſchen Sachen gebrauchet wird/als eben dieſes) zu dieſem Ende mit gewiſſen Characteren bezeichnet/ ins Feur zu werffen. Die Zigeuner pflegen eine Wurtzel im ſchwartzen Wachs zu verkauffen / welche man ſolle zwiſchen die Balcken des Hauſes einſtecken / um den Brand abzuwehren/ welches die radix felicis iſt/ in welcher man dieſe Zahl von der Natur gezeichnet findet/ CIIJ und dahero von etzlichen Jeſus Chriſt-Wurtzel genennet wird/ aber man hat auch geſehen / daß dieſe und die vorhergehende Dinge manchmahl nichts geholffen; Andere werffen das mit gewiſſen Cere-

monien bereitete menstruum primum von einer Jungfer hinnein / weil dieses artige Volck viele Dinge an sich zu haben geglaubet wird / womit man in der Natur erstaunliche Wercke verrichten könne / aber auch solches haben viele zu weilen von eben so grossen Nutzen befunden / als jener Baur seine von Marcktschreyer gekauffte Brand-Salbe / welche er in sein brennendes Hauß ohne Nutzen hingeworffen. Nun sind wir nicht gäntzlich der Meynung / als sey nichts in der Welt / so natürlicher Weise das Feur dämpffen könne; Dem weil man unterschiedliche Künstler gesehen / welche durch Gebrauchung einer gewissen mixtur, das Feur ohne Schaden in den Händen / ja gar in dem Munde halten können / so argumentiren viele Physici daraus / daß man ein Mittel bedencken könne / die radios ustivos, oder die brennende Strahlen des Feurs / welche nichts anders / als ein scharffer verzehrender Spiritus ist / zu dämpffen und stumpff zu machen; Ja es gedencket Bickerus Prophylact. S. II. Schol ad Cap. VII. selbst eine Wurtzel gesehen zu haben / da sie von einander geschnitten / und gerade gegen ein brennend Licht gehalten worden / die Flammen des Lichts nicht anders wackelnd gemachet / als wann sie vom Winde getrieben worden / biß sie durch die Ausflüsse dieser Wurtzel gantz ausgelöschet / und solches habe man bey dem wieder angesteckten Lichte noch unterschiedlich mahl probiret. Es wäre zu wünschen / daß ein solches Mittel besser bekandt würde / um so vielen Unglück des Feurs zu wehren; Anlangend sonst den Brand eines Camins / habe ich gesehen / daß etliche bey solchen Fall / die Kehlen auff dem Heerd / eine nach der andern weggenommen und ausgelöschet / gleichsam auff Sympathetische Weise das Feur zu dämpffen; Andere wollen es mit schiessen löschen / wiewol offt unglücklich. Der Hochberühmte Nürnbergische Medicus Hr. D. J. G. Volckamer hält für das beste Mittel / eine Hand voll mit Speichel benätzten Pulvers auf den Heerd anzuzünden / und solches offt zu wiederholen / so werde durch den häuffigen Dampff die Flamme glücklich erstücket / und die Gefahr am aller behutsamsten abgewendet / Hamburg. Curiöser Feier-Vertreiber / *Anno 1700. N. VI. p. 41. seq.*

§. 3.

Jesuita Adamus Schall *Hist. Relat. de prop. fid. in regno Chin. p. 102. 103.* incendia & vel septies injectum ab incendiariis ignem, cereis & Agnis DEI exstingui credit. Leo IV. Pontif. igni metam, crucis signo, præfigit, *Mirael. H. E. Lib. III. S. I. p. 508. Edit. Hartn.* Paulinus particulam Dominicæ Crucis incendio injectam, actutum ignem incendii domare contendit, *Dorscheus Herr. Diss. Hist. Theol. Diss. II. p. 111. 119.* Non memorabo, quid superstitiosum genus hominum exortis incendiis opponere soleat, verbis & gesticulationibus interdictoriis: quod ipse vidi injiciendo ovum, Die Viridium à gallina exclusum, & inseri-

ſcribendo ædium januis & parietibus verba; *Aſſe vorſe; averte ignem*, *J. H. Il-ſinus in Arbor. Bibl. Cap. XXIV. p. 335.* JESUS eſt qui vim flammarum à corporibus, animabus arcere & cohibere ſolus omnium optimè poteſt ac debet, Ante faciem ejus ignis vorans &c. Joël. II, 3 Voçat ignem &c. Amos VII, 4. *D. Joh. Nicol. Jacobi Tmeſt. Philol. Hiſt. Theol. de Vulneribus CHRISTI. P. I. Cap. II. §. 41. p. 138.*

Ænigma.

Ex me nata Sophi perhibent primordia rerum,
Ultimus & rerum finis, & orbis ero.
Omnia conſumo; noſtrum neque nomen abhorret
Ipſe DEUS, levius, mobiliusque nihil.

Nic. Reuſner. in Ænigmat. Var. p. 72.

Judicium.

Hoc purgationibus vulgaribus accenſetur, quo ſcil. manu in ignem immiſsâ, innocentiam ſuam quis tueri tenebatur, *Car. du Frêne Gloſſar. Tom. II. p. 17. 18.* Sic de Chunigunde, Henrici II, Imp. Conjuge:

Judicio vomeris Chunigundis virgo probatur,
Cœtus ad hoc procerum mirans, ipſam veneratur.

* * *

Die Feuer-Probe muß die theure Unſchuld weiſen/
Drum kunt man Kunigund/ als keuſch und züchtig preiſen!

Sed indicium hoc per vomeres ignitos, (quod *pedale examen* fuit appellatum, *Car. du Frêne l. c. Tom. III. p. 1367.*) à Stephano VI. Papâ penitus ſublatum, *D.* Gottfreund *Emblem.* Tugend- und Laſter-Platz *Emblem. XXXIII. p. 357.*

Producendi ratio mira.

Ex duorum baculorum attritione ignis elicitur, mox utrumque abſumit. Aliquando ventis colliſa ſecum ſylva in montibus ſua ſponte ignem edidit, & ex eo flammam, quæ ſylvam conſumſit. Hoc exploratorum in caſtris paſtorumque inventum eſt, quibus cum ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſſet, ignem ex diverſis arboribus concipere didicerunt. Sed nihil hederâ præſtantius, quæ teratur lauro, laurumq; terat, *God. Heidfeld. Sphing. Theol. Philoſ. Cap. V. p. 90.*

Atque Vini par utilitas.

Sic enim Poëta *Cyrenæus* (Callimachus);

Eſt eadem vini ac ignis vis: corpora noſtra
Cum ſubiit, fluctus commovet, in Libyco,

Ut pelago nothus, aut boreas: occulta revelat
Ex imo: mentes concutit atque hominum.

Et *Panyasis:*

Hominibus terrarum incolis, ignis atque vini par est utilitas.

Athenæus Naucratites Deipnosophist. Lib. II. p. m. 29.

Usus ignotus.

In Insulis Fortunatis seu Canariis inventi sunt Barbari spurcis moribus, quibus ignis usus ignotus, *Joh. Buno Introd. in Cluver. Geogr. Lib. VI. Cap. X. p. 658.* adeoque usus mirum in modum placuit, ut amplecti etiam flammas, & ardentia sinu abdere, donec nocerent, maximè libuerit, *Heidf. l. c. p. 93.*

IGNI

Nulli incolæ dati.

Incolæ creationis 6. diei dati sunt aëri & aquæ; Igni autem nulli incolæ dati sunt propter activitatem summam, unde nullum animal diu in igne vivere potest, ne quidem Salamandra: nam duas expertus fuit parens meus Andreas Beyerlinck, Pharmacopœus excellens, me præsente, & experientia edocti fuimus, eas frigore suo prunas nonnihil sopivisse. At statim flammâ accedente, consumtas esse, *Laur. Beyerlinck Theat. Magn. Vit. Hum. Tom. II. Lib. III. p. 521.* Dubitare ergò quis posset de illò, quod *Ælianus de Nat. Anim. Lib. XII.* scribit, in fornacibus Cypriis muscas nasci, paulo nostris majores, quibus extra ignem degere naturâ sit negatum, (musca dicitur Pyralis, *Heidf. p. 92.*) Doctissimus *Ursinus* assumit hinc argumentum, posse damnatos æternis ignibus uri, & tamen non comburi, *in Theol. Symbol. Symb. LXVI. p. 84. 85.*

IGNEM

Tria ædibus immittunt.

Vulgò dici solet, tria esse, quæ in ædes ignem mittunt: Filius prodigus, mulier adultera, & obstetrix lena, *Thom. Garzon in Theatr. del mondo in annot. ad discurs. 130. Rutg. Ruland. de Commess. Lib. IV. Cap. XVII. ap. D. Joh. Georg. Simonem de Jur. Obstetricum §. 21.*

Ad IGNEM

Omnes res majoris momenti gestæ.

Chaldæi omnes majoris momenti res ad ignem peragebant, perinde *ac si in conspectu DEI agerent.* Ad ignem enim cibum, somnumque capiebant,

ad

ad ignem negotia contrahebant & transigebant, nunquam matres infantibus nisi ad ignem mammam dabant. Tum enim infanti lac salubre esse autumabant, si coram igne, numine suo, illud sugeret. Cinna Catulus testis ap. *Guevar. in Horol. Princip. Lib. II. Cap. XXVIII. §. 341. p. 367.*

IGNE

Absque homines nihil facere possunt.

Quod Dii ignem nobis dederunt, frigus arcentem, tenebras dissolventem, ad omnem artem, omniaque utilitatis gratia hominum facienda cooperantem, magnæ hoc providentiæ est. Nil enim illorum, ut uno verbo dicam, quæ ad vitam humanam utilia sunt homines absque igne faciunt; Excellentis hoc benignitatis est erga homines, *Xenophon de Factis & Dictis Socratis Lib. IV. p. m. 341. E.*

Purgandi, qui ad aspectum Tartarici Cham adspirant.

Purgationum tria olim erant genera, nam aut purgabantur & sulphure, aut aqua abluebantur, aut aëre ventilabantur, *Joh. Lomeier. Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. Cap. XVII. p. 173. seq.* Omnia (ita *Casp. Sanctius ad Lib. 4. Reg. 16. p. 1539.*

Purgat edax ignis, vitiumque metallis
Excoquit (juxta *Ovid. in Fast.*) idcircò cum duce purgat oves.

Et idem eodem loco igne lustrat oves, & dicit se transiliisse flammas:

Certè ego transilii positas ter in ordine flammas.

Quo auspicatus esset & felix annus, in ejus principio cremabatur laurus, qua bene putabatur initiatus, i. e. bona sortitus initia, quæ felices in reliqvum exitus portenderent, *Tostatus Abulensis Q. III.* de hâc purgatione per ignem, quam etiam dicit familiarem esse Tartaris. Nam cum alios omnes, qui non fuerint ex suo genere, immundos esse putent, non prius externos homines Regem sui alloqui, aut in ejus conspectum venire permittunt, quam transierint inter duos ignes, quibus purgati digni existimantur, qui regios subeant oculos, & illius fruantur vel alloquio, vel adspectu, *Danhauerus Hodosoph. Phænom. X p. 1054. 1055.*

Purgatur pannus.

Vid. Tit. Pannus incombustibilis.

Sextuplices perierunt, juxta S. literas.

I. Sodomitæ, Gen. XIX, 24. 25. II. Nadab & Abihu, Levit. X, 1. 2. III. Ducenti quinquaginta viri, Num. XVI, 35. IV. Milites Samariæ, 2. Reg. I, 10.

I, 10. 12. V. Paſtores Jobi, Joh. I, 16. VI. Adverſarii trium virorum orthodoxorum, Dan. III, 12. *Joh. Möllerus in Alveario p. 142.*

Et aliæ urbes præter Sodomam & Gomorram periere.

Præter Sodomam & Gomorrham etiam aliæ civitates poſthac igne punitæ, cum etiam DEUS igne contendiſſe dicatur, Amos VII, 4. ita ut perirent urbes quædam more Sodomæ & Gomorrhæ, Amos IV, 11. Eſ. I, 9. *Ligh-foot Hor. Hebr. & Talm. Centur. Chorograph. Matthæo præmiſſa Cap. VIII. p. 176.* Im Jahr 823. zur Zeit Käyſers Ludovici Pii iſt in Sachſen in einem erſchrecklichen Wetter Feuer vom Himmel gefallen/ und hat drey und zwantzig Flecken und Dörffer angezündet/ auch eine unzehlige Menge an Menſchen und Vieh verderbet/ *D. Chriſtoph. Nicolai* in der Evang. Jeſ. Fr. *P. I. p. 39.*

An labore calefieri melius?

Wenn wir allhie einen faulen Menſchen fragen ſollten/ der die Arbeit ſcheuet wie die Peſt/ und an dem Fieber des Müßiagangs kranck iſt/ der würde es mit der Wärme des Feuers halten. Ein Philoſophus aber der die Vernunfft und Erfahrung zum Grund ſeiner Reden ſetzet/ wird nach reiffer Erwegung der Natur des Feurs/ und der Beſchaffenheit unſerer natürlichen Wärme antworten. Denn das gemeine Feuer verdirbt unſere natürliche Wärme/ ändert die humores, und trucknet die Glieder. Wiewohl uns die Nothwendigkeit/ und die rauhe Kälte der uns umgebenden Lufft dieſes Mittel/ welches wir von Göttlicher Gnade haben/ zu brauchen nöthiget. Die Arbeit aber und ſtetige Bewegung wecket auff unſere natürliche Wärme/ welche in denen Lebens-Geiſtern beſtehet/ indem dieſelbe durch die Bewegung rege gemachet/ alle Theile des Leibes einnehmen/ und uns mit einer viel beſtändigern Hitze/ als die vom Feur kommt/ erfüllen. Das Feur öffnet zwar die Lufft-Löchlein unſers Leibes/ aber auch dadurch beraubet es uns der natürlichen Wärme/ welche mit den ausdünſtenden Spiritibus verflieget/ weil wir bey einem allzugroſſen Feur eine merckliche Mattigkeit und Abnehmung der Kräffte befinden. Da hergegen ein mäßiges Exercitium des Leibes auſſer dem Vortheil/ daß es die aus Unmäßigkeit entſtande rohe Feuchtigkeiten/ gleichſam kochet und zertheilet/ auch den Leib durch Ausdehnung der Geiſter und des Bluts ohn aller Entkräfftung erwärmet. Wenn man nur die güldene Regul: Sit modus in rebus, Maaß iſt zu allen Dingen gut/ in Acht nimmt/ weil deren Uberſchreitung auch das Gute ſchädlich machet/ *Autor Relat. Europ. An. 1700. N. 62. Queſt. 122. p. 481. ſeq.*

Cur

Cur puniuntur hæretici.

Placuit Papæ, ipſiusque creaturis, *igne hæreticos tolli oportere*; Cur autem? primum quod hoc elementum ſit edaciſſimum, & protinus facinoris authores conſumat. Tum, quemadmodum Rom. Pontifex ſummum locum in terris occupat: ita ſummum elementum, tanquam ſummæ injuriæ vindicem, elegit. Quidni enim in poteſtate ſupremi judicis in terrâ ſit, quo potiſſimum mortis genere velit ſibi contradicentes è mediò tollere? ἀυτὸς ἔφα! *Heidf. l. c. p. 94.*

In IGNE illæſi.

Ignis pepercit Polycarpo Smirenſi Epiſcopo ſub Antonino Pio Imp. flammâ quippe jam admodum emicante, ignis facta cameræ ſpecie, ad morem veli nautici vento repleti corpus martyris, quaſi muro quodam circumcinxit: eratque illud in medio, non tanquam caro ardens, ſed tanquam aurum & argentum in camino ignitum: unde & tanta boni odoris fragrantia ſentiebatur quaſi vel thus, vel aliud quoddam pretioſum aroma ſpiraret. Tandem cum corpus illius ab igne non conſumeretur, ferro transfoſſum copioſo ſanguine manavit, ita ut ignis extingveretur, *D. Joh. Pappus Epit. Hiſt. Eccleſ. p. 118.* S. Benedictus wurde von Totila der Gothen König/ in einen brennenden Ofen geworffen/ hat aber nicht verbrennen mögen/ ſondern iſt des andern Tages unverſehret an Kleidern und Leibe herausgegangen. Auch ein Juden Knab zu Conſtantinopel wurde in Glaß-Ofen geworffen/ und darinnen 3. Tage unverſehret mitten in der Glut erhalten. Danielis ſociis in fornace ardente ſervatis tale apponitur lemma: Experimentum virtutis! In ignibus aurum! *M. Pexenfeld. Appam. Erudit. Cap. XCIX. p. 849.*

IMPRECATIO

In Sacris eſt Prophetia

Omnis imprecatio & devotio in Sacris eſt prophetia, & quandò David dicit: Aber du GOtt/ ſtoſſe ſolche Leute ohne alle Gnade hinunter/ Pſ. LVI. 8. (wie es nemlich denen Gottloſen ergehen werde); dixit enim hoc non ex vindictæ cupiditate, ſed inſtinctu Spiritus S. ut 2. Sam. XXIII, 2. dicit: Spiritus Domini locutus eſt per me, *B. Selneccer. in explicat. Pſalm. LVI.* Imprecationes Prophetarum & ſanctorum hominum, non tam imprecationes, quam pœnarum divinarum ſunt denunciationes, *B. D. Georg. Mœbius in Hiſt. Prophetæ Bileami Diſſ. I. S. I. §. 25. p. 15. 16.* neque referuntur ad hominis pœnam, ſed ad punientis juſtitiam. Prophetiæ potius, quid impiis eventurum ſit, quam preces, quid ipſi fieri velint, *D. Joh. Ern. Gerhard. Diſcurſ. Theol.*

de

de appellatione ad ſupremum & incorruptum Judicem JESUM CHRISTUM, quam vulgo Citationem dicunt in Vallem Joſaphat §. *14. p. 25.* Certaque determinatio pœnæ ſecuturæ ſivè finalis impœnitentium omnium ſententia, *D. Chriſtoph. Pelargus Schol. Pœnit. p. 11. b.* non ut pereant peccatores, ſed ut territi emendentur, *D. Balduin Comment. in Epiſt. ad Tit. Cap. III. Q. I. p. m. 155. D. Joh. Nic. Jacobi Tranſl. Philol. Hiſt. Theol. de Vulneribus Chriſti P. II. Cap. XII.* §. *7. p. 811. ſeq.* Maledicta cum ex prophetia dicuntur, non ſunt de malo voto, ſed de præſcio Spiritu denunciantis, *Auguſtinus Lib. XVI. contr. Fauſtum Manich. T. VI. Cap. XXII. p. 324. ap. B. D. Balduin. Caſ. Conſc. Lib. II. Cap. VII. Caſ. VIII. p. 242. a.* Omnis pia & ardens precatio incluſam habet imprecationem. Qui enim orat, ut DEUS rectè agnoſcatur, & colatur in terris, *ille* ſimul imprecatur hoſtibus, qui agnitionem & cultum DEI impedire conantur. Dominus *Lutherus* dixit : Non poſſum precari, quin ſimul imprecer, *Matthæus Dreſſerus Rhetor. Lib. III. p. 816. 817.*

Mira ac dira.

§. 1.

Hibernorum maxima pars odium in Anglos alit contumacisſimum, & quaſi inexpugnabile? adeò quidem, ut *Conus*, Coni filius, cognomento *Bacco*, i. e. *Gladius*, qui Patri in dignitate *O-Neal* ſucceſſerat, (hæc dignitas barbaris tanti eſt, ut inſolenti faſtidio elati *Principum*, *Ducum*, *Marchionum*, *Comitum* titulos præ nomine *O-Neal* dedignentur) ſuis poſteris malè fuerit imprecatus, *ſi vel Anglicè loqui diſcerent, vel triticum ſererent, vel ædes extruerent*; Solicito timore, ne Angli his invitamentis in ſuos agros pellicerentur, *Lanſius comm. Brittan. p. 598.*

§. 2.

Superatus in judicio qui fuit reus,
Converſus inquit ad ſuum adverſarium:
In aquis cuperem te videre genu tenus
Stantem. *Quid*, inquit hic, *noceret id mihi?*
Reſpondit alter: At ſub undis ſit caput.

Sic Demonides claudus precabatur, ut crepidæ, quas furto amiſerat, quadrarent ad pedes ejus, qui ſuſtulerat, *Heidfeld. Cap. XXII. p. 479.*

Hoſtibus ac per nomen Domini mala imprecari licet?

§. 1.

Rem totam duobus pronunciatis brevisſimè circumſcribemus. *Primum pronunciatum* eſto; Hoſtibus odio perſonarum, aut privatæ vindictæ cupiditate, im-

pre-

precari mala non licet: nec æternæ damnationi hostes devovere concessum est; nec hujus temporis afflictiones hosti imprecari permissum est, nisi sub hac cautione, si ita DEO placeat, & ipsi visum non sit aliter Ecclesiam suam tueri. Firmatur pronunciati veritas dictis sequentibus, Matth. V, 39. 44. Rom. XII, 17. 19. 20. *Posterius pronunciatum* ita habet: Odio scelerum, amore gloriæ DEI & justitiæ, & spe indubia promissionum divinarum de liberatione opportuna piorum è manibus impiorum, præter meritum pios affligentium non tam nostris, quam DEI, & Ecclesiæ & publicæ honestatis hostibus mala per nomen Domini imprecari licet. Fecit hoc David, Psalm. VII, 7. Paulus, 2. Tim. II, 14. Apostoli, Act. IV, 29. Quinimò idem factitasse leguntur animæ martyrum, Apoc. VI, 10. Non itaque quævis imprecationes sunt interdictæ, *B. Brochmand. Syst. Th. Tom. II. Art. XVIII. Q. VI. p. 36.*

§. 2.

Licitum est interdum orare contra alios; sed ne hoc in genere peccetur in charitatem Christianam, sequentes observandæ sunt cautiones. I. *Non fiant preces contra quemvis promiscuè*, sive sit noster privatim, sive publicus DEI & Ecclesiæ hostis: sed saltem contra eos, qui sunt incorrigibiles. Nam dum adhuc spes emendationis est fiant potius preces pro ipsorum conversione: quo pacto CHRISTUS oravit pro crucifigentibus se, Luc. XXIII, 34. Stephanus pro lapidantibus Act. VII, 60. Conf. Matth. V, 44. 1. Tim. II, 1. Jerem. XXIX, 7. II. Contra hostes pertinaces & planè incurabiles oretur quidem, *sed preces non tam contra personam, quam contra causam ipsorum dirigantur*, ut nimirum DEUS conatibus eorum resistat, consilia perniciosa impediat, aliis negotiis eos occupatos reddat, ne tranquilitatem nostram & Ecclesiæ diutius interturbent: quo pacto contra Ahitophelem oravit David, 2. Sam. XV, 31. Apostoli contra Pontifices, Act. IV, 15. 19. III. *Contra personas hostium nemo oret, nisi ex revelatione DEI certus sit, hominem illum, contra quem orare vult, esse incurabilem*, ac proindè jam divino judicio pœnæ destinatum, quod David & Paulus certo scire potuerunt &c. IV. Etiam qui contra personas incurabilium hostium DEI & piorum orant, non faciant hoc ex vitioso affectu, sed pio Zelo, commendantes justitiam & potentiam DEI in evertendis hostibus suis: idcircò relinqvunt DEO executionem suæ imprecationis, vel ad perditionem, vel ad conversionem impiorum. Solet enim interdum temporalis impiorum confusio conversioni impiorum inservire, juxta illud Davidis, Psal. LXXXIII, 17. imple facies eorum ignominiâ, & quærent faciem tuam Domine, *Bald. C. C. l. c. p. 240. seq.*

§. 3.

Vota illa non ex affectu carnis, sed Zelo pio, qui monente *Augustino Tract. X. in Joh.* quemque Christianum in domo DEI comedit, profecta sunt

pro DEI gloria, & recte concipiuntur ab illis, qui publicam induunt personam, & totius Ecclesiæ curam suspiciunt, *Pelarg. l. c. p. 121.* Imprecationés suis limitibus coarctatæ Christianæ charitati nihil repugnant, si à publica personâ potius, quam privata fiunt; Conferatur ira in vitii, pro persona sanabili preces interponantur: castigatio temporalis petatur, salus æterna promoveatur, sine Davidico, Psal. LXXXIII, 17. *B. Danhauer. de VII. Verbis CHRISTI novissimis in cruce, Verb. I. Quæst. IV. p. 8.*

An graviter peccant, qui nocituri hosti suo, ac mala ipsi imprecaturi, quotidiè ultionis studio recitant Psalmum Davidis centissimum nonum?

Inveniuntur, qui Psalmum CIX cujus initium est: DEUS laudem tuam ne tacueris &c. quotidiè recitant, idque quod putent, se hac Psalmi continua iteratione effecturos, ut omnia ista mala, quorum in dicto Psalmo fit mentio, hominem, quem cupiunt perditum, certò invadant. Qui quam graviter peccent, & quam præsentissimo periculo seipsos exponant, paucis ostendendum est. *Primò:* Qui hunc aut alios Psalmos, imprecationibus refertos, recitant, ut proximo noceant, hi hoc obtinent, ne peccata ipsis unquam à DEO remittantur. Fallere enim nescia regula est, à CHRISTO sæpè & servere inculcata, quod DEUM de peccatorum suorum remissione frustrà sollicitent, qui ira & odio proximi æstuant, Matth. VI, 12. & XVIII, 22. *Secundò:* Tu quisquis es, qui Psalmo CIX. abuti voles ad inferendum noxam proximo tuo, debes quam certissimus esse, quod tantæ sanctitatis & innocentiæ homo sis, ut dignus jure habearis, qui cum Salvatore tuo CHRISTO sanctitate & innocentia conferri possis. Etenim Davidem hoc Psalmo non tam se, quam de sanctissimo Salvatore JESU CHRISTO, à Juda nequiter & dolosè prodito, agere, testis est exceptione omni major Petrus in Actis Apostolicis, Cap. I, 20. Quis verò adeò impudentis oris & cordis esse poterit, ut se CHRISTO, servatori ut unico, ita ipsissimæ sanctitati sine pudendâ blasphemia parem dicere possit? *Tertiò:* Non poterit quisquam ejaculari in hostem suum istas maledictiones, quæ cumulantur Psal. CIX. nisi planè certus sit, quod tot & tanta in hostem suum cumularit beneficia, quot Servator JESUS Judam affecerat. Nam verus Psalmi scopus est, docere & declarare, quæ & quantæ Judam maneant afflictiones, temporariæ pariter ac æternæ, quod JESUM, à quo tot & tantis affectus esset beneficiis, nequiter & dolosè proderet, teste ac interprete Petro, Act. I, 20. Non datur autem inter homines unus, nec dari potest, qui tot affecerit proximum beneficiis, quod servator JESUS proditorem Judam. Unde quam planissimum est, quan-

to animæ periculo usurpent hunc Psalmum, qui proximo, cui infensi sunt, nocere gestiunt, *Brochm. l. c. Art. XXXVII. Cas. Conf. X. p. 502.*

Imprecationibus & maledictionibus hostium an vis & efficacia quædam inest.

Resp. Neg. Optimè hoc noverat Imp. Fridericus Barbarossa. Hinc imprecationes malorum hominum, & magorum minas magno contemnebat animo, atque deridebat. Mediolanenses, contra quos pugnabat, in ipsius exercitum Arabem magum miserant, qui illum veneno tolleret. Re hâc cognitâ, Imperator Arabem cepit, & severè in illum animadvertit. Licet vero Magus ille graves in laudatum Imp. detorqueret minas, quod verbis illum vellet enecare, nisi dimitteretur, nullo tamen modo commovebatur ille, benè cognitum habens, verbis tantam non inesse vim; Graviorem ergò huic mago propterea dictitavit pœnam, *D. G. Mœbius in Hist. Prob. Bileami Diss. I. S. I. §. 19. p. 19. p. 10. seq. §. 21. p. 12.*

INCARNATIO

Quomodo omnium trium Personarum.

Licet opera Deitatis ad extra sint indivisa *inchoativè* & *operativè*; tamen quoad modum operandi *denominativè*, *appropriativè*, vel *œconomicè* & *terminativè* sunt distincta, sic Patri creatio, Filio redemtio, Spiritui S. sanctificatio tribuitur, *Excell. D. Ad. Rechenberg Diss. de Sanâ in Theol. Curiositate Aphor. IV. §. 13.* Atque ita Scholastici dicunt, Incarnationem esse omnium trium personarum *inchoativè*, ob decretum & carnis formationem; sed *terminativè*, solius Filii, ob personalem carnis assumtionem. Alii dicunt, totam Trinitatem incarnare, non incarnari, quod idem est, *D. Joh. Gisenius Diss. ex 1. Tim. III, 16. §. 12. 13.* Humanitatem CHRISTI tota S. S. Trinitas produxit; sed solus λόγος assumsit. Quemadmodum tres Virgines communi manu fertum nectunt & tertiæ imponunt, quæ sola idem gestat, *B. D. Scherz. Syst. Def. L. II. §. 29. p. 80.* quæ similitudo est Lutheri, *D. Dav. Wendeler Discurs. Theol. de Sp. S. pro Sanctâ intercessione §. 43. p. 48.* Est à totâ Trinitate *effectivè*, & refertur ad unam personam *terminativè*, ab omnibus *quoad actum*, ad unam *quoad terminum*, *D. Pfeiff. Dub. Vex. Cap. I. L. XLV. p. 122. D. Valent. Veltheimius Dec. Diss. Theol. D. II. Contr. VIII. §. 5. p. 46. Meisner. Synt. Himmel. Diss. XII. §. 10. p. 167. seq. D. Balth. Menzerus Tom. I. Giess. Diss. II. §. 53. p. 39. seq. D. Jac. Martini Theorem. Theol. T. I. D. IV. §. 18. 19. 20. & Tom. II. Diss. I. §. 7. 8. 9. seq. D. Zach. Ursinus Explicat. Catechet. Dav. Parei P. I. p. 247. 248. &c.*

Cur ſecunda Perſona Trinitatis incarnata?

Rationes reddi ſolent iſtæ; ut qui 1) Filius DEI ab æterno fuit, fieret Filius hominis in tempore. 2. ut qui Filius naturalis eſſet, faceret adoptivos. Ut 3) per quem omnia facta ſunt, ea quæ defecerunt, reficerentur, ac per imaginem DEI ad amiſſam imaginem reformarentur deformati. Ut 4) quæ media perſona eſt in Trinitate, etiam mediatrix eſſet officio, *Danhauer. Hodoſoph. Phænom. VIII. p. 613. Ebartus in Supplem. Q. XXVI. p. 30. Meiſner. l. c. Diſp. XII. §. 14. p. 168. Chytræus in Matth. Cap. I. p. m. 49. Daneus Iſagog. Chriſt. Lib. I. Cap. XLII. p. 73. 74. Raymund. Martini Pug. Fid. Part. III. Diſt. III. Cap. IV. §. 14. p. 702. ſeq.* Myſterium hoc magnum. Vid. *Hofman. Lex. Un. Tom. III. p. 18.*

Cur tam diu dilata?

Cauſæ adduci poſſunt ſubſequentes: 1) DEI beneplacitum & deſtinatio. 2) Magnitudinis peccati manifeſtatio. 3) Patientiæ divinæ & longanimitatis cognitio & declaratio. 4) Gloriæ Redemptionis univerſalis illuſtratio. 5) Inopinata gloriationis & triumphi Satanæ confuſio & ſublatio. 6) Deſiderii ardentioris in piorum cordibus excitatio, *D. Matth. Hoë Lib. II. Comment. in Apocal. Joh. Cap. V. p. 250. ſeq. M. Joh. Tungerlar. Prompt. Evang. P. II. p. 315.* Cornelius Muſſus *in Concione de Nativit.* ita: Utilitas pluviæ non cognoſcitur, niſi tum, cum terra aliquando arida fuit, & ſolis ardoribus exſiccata, id quod liquet ex 1. Reg. XVIII. Ideò noluit Dominus hanc pluviam ſupracœleſtem demittere ſtatim poſt peccatum, ſed expectavit plenitudinem temporis, & in fine temporum omnibus jam areſcentibus demiſit, ap. *M. Jac. Reneccium Panopl. T. II. Cap. XL. p. 106. 107.* quem omninò vide.

IDULGENTIÆ

Papales.

§. 1.

Indulgentiæ Purgatorio ita ſunt colligatæ ut ſtentque cadantque ſimul. Quamdiu enim nulla fuerat de purgatorio cura, nemo quæſivit Indulgentias. Nam ex illo pendet omnis indulgentiarum exiſtimatio Si tollas purgatorium, quorſum indulgentiis opus erit? Cœperunt igitur indulgentiæ, poſtquam ad purgatorii cruciatus aliquamdiu trepidatum eſt, *Matth. Berneggerus in Tuba Pacis occenta Scioppiano Sacri Belli Claſſico p. 295.*

§. 2.

Johann Tetzel ein Franciſcaner Mönch / und teutſcher Ablaß-Krämer / (fuit enim hic Idulgentiarum, verius Emulgentiarum inſtitor, Pirnâ Miſnicus,

D. Joh.

D. Joh. Gezelius in Jubilæo Antichristi Romani ipsius exitio ex Dan. XI, 45. Cap. III. §. 45. p. 80.) dessen Name in der Türckischen Sprache einen Teufel bedeutet (*Heidfeld. Spbing. Theol. Phil. Cap. XVIII. p. 371.* Dicere non verebatur, etiamsi quis Divam Virginem Mariam vitiasset, ac gravidam fecisset, se tamen ejus condonandi peccati, dummodò adsit pecunia, potestatem habere, *D. Frid. Ulric. Calixtus Diss. Theol. de Pœnis Hæreticorum Cap. IV. §. 17. p. 76. Kromaier. Hist. Eccles. Cent. XVI. p. 572. seq. Compend. Hist. Eccles. Goth. Lib. II. Cap. V. S. I. n. 3. p. 728*) und der zu Inspruck so unglücklich gewesen / daß er sein Gelübte der Keuschheit übertreten / und seinen Geistlichen Saamen in fremden Acker gestreuet / Käyser Maximilianus I. Befehl ertheilet / die Brunst dieses verliebten Paters im Wasser zu kühlen / und in einen Sack zu ertränken / auf fleißiges intercediren aber Churfürst Friedrichs / vor dißmal mit dem Leben davon kommen / (*Nob. Ziegler.* im tägl. Schauplatz der Zeit / *7. Aug. n. 3. p. 941. M. Joh. Heinr. Melisander Disp. Inaug. in quâ Job. Theologus è Cap. II. & III. Apoc. recensitus, & ad B. Lutherum applicatus S. IV. Membr. II. Artic. I. D. Joh. F. Mayer Thesibus D. M. Lutheri Tezelio oppositis Q. II. M. J. D.* Ernst Bilder-Hause *P. III. Concl. V. Divis. I. Cap. LXVIII. p. 88. Miscell. Hist. Eccles. Lib. III. S. II. Q. XV. p. 654. Edit. Haren.*) kunte aus geschenckter Vollmacht des Leonis X. so viele Ablaß schencken / und damit so viel Geldes zusammen bringen / daß auch die auf dem Tridentinischen Concilio versammlete Väter / sich dessen schämen musten (*D. Heinr.* Linck *Jur. circa Relig. Dissid. modern. in Germ. recept. Cap. I. §. 10. Voët. Disp. Sel. P. II. p. 291. seq.* Et Cæsar Borgias cum aliquandò centum millia aureorum aleâ perdidisset, fertur dixisse, *peccata* illa *Germanorum esse.* Palatium Campegiense Bononiæ ideò per jocum *peccata Germanorum* appellarunt, *D. Mayer de Hæresi Papâ multum superstite p. 25. M. Joh. Balth. Rebelius de Veterum in Lapsos Disciplinâ Eccles. §. 22. p. 28. 29.* Et Martinus Pontif. sæpius optasse fertur, ut tota Germania unum stagnum esset, ipseque in ciconiam, Germani autem in ranas verterentur, *P. Hachenberg. de German. Med. Dss. VIII. poster. § 23. p. 311. 312. Joh. Wolffius Lect. Memor. T. I. Cap. XIII. p. 452. a. 458. b.*) Und die päpstischen Stände selbst A. 1530. auf dem Reichs-Tage zu Augspurg den Käyser gebeten / er sollte bey dem Pabst zuwege bringen / daß er keinen Ablaß mehr in Teutschland schickte (*Danhauer. Memoria Thaumasiandri Lutheri renovata Cap. X. §. 7. p. 86. L. C. T. Rango de Dolis & Fraudibus Pseudo-Theol. not. 75. p. 73.*) und hatte lange zuvor Pabst Sylvester / der Lateranischen Kirchen zu Rom / soviel Krafft der Vergebung der Sünden geschencket / daß diesen Ablaß kein Geschöff erzehlen / sondern der Allmächtige GOtt allein aussprechen kan: Ja als Gregorius von neuen diese Kirche zu weihen anfing / hat er so viel Tage Ablaß auffs neue

geschencket / als Troffen vom Himmel fallen / wann es drey Tage und drey Nächte nacheinander regnet / *D. Misand.* gewiß. Beicht-Vatr. *p. 93. 94. D. F. U. Calixtus de Jubileis Rom. Pontif. §. 603. p. 280. 281. D. Joach. Hildebrand. Sacr. Antiq. de Precibus Vet. Christ. Cap. XXX. p. 39. 40.*

§. 3.

In der St. Marien Kirchen zu Rom / wird am Johannis Tage ein vollkommener Ablaß auff hundert / acht und funffzig tausend / 967. Jahr / und 250. Tage; Im Augustoam St. Peters-Tage hundert / acht und funffzig tausend / 968. Jahr und 265. Tage geschenckt (*D. G. Mœbius de admiranda vindictâ DEI, quam occasione peccati à Rege Davide commissi, qui populum numeraverat, sustinuerunt Ismëlitæ ex 2. Sam. XXIV. Diss. II. Cap. III. §. 39.*) und als die Käyserl. Armée Anno 1683. beym Anfange des damahligen Türcken-Krieges / den 16. April bey Preßburg auff den Kitzer-Felde ihr General-Renderous, in Gegenwart Ihro Käyserl. Majestät hielte / schenckte der Ertz-Bischeff von Gran / nach Ablesung einer Bulle / aus dem geistlichen Rechte allen wider den Erb-Feind streitenden 360. Jahr Ablaß / (*Ziegler. l. c. 2. Sept. n. 3. p. 1069.*). Aber alle diese Geschencke müssen untergehen / Syr. XL, 12. (vid. *Gezelius l. c. Cap. I. §. 9. 11. p. 20. 22. seq.* Jam olim Bonaventura affirmavit, animabus nunquam dari id, quod indulgentiarum literis scriptum est, & in eo Papam facere, ut matrem, quæ infanti pomum monstrat, sed non dat: & propterea facit, ut infantem ad se trahat, *ap. Wolff. l. c. p. 440.* Hinc & A. C. 1380. Schola Parisiensis has indulgentias tubis, campanis, & aliis publicis testimoniis damnavit, *Id. ibid. Centur. XIV. p. 572. b.* Non obstante, quod *Frater Joh. Naas Cap. V. p. 141.* scribat, indulgentias esse unum de XII. articulis fidei: Credo remissionem peccatorum, *Id. Cent. XVI. p. 933. a.* Imò A. 1572. Gregorius XIII. Papa Romæ publicè proclamari jussit, dispensari & accipi gratis: Sed quare? quia earum vanitate cognitâ, nemo ipsas amplius ne teruncio quidem redimere volebat, *Id. p. 968. b.*) weil auff solche Weise der Pabst andern den Himmel verschencket / so möchte ihm selber nichts als die Hölle übrig bleiben; Vendidit & cœlum Romanus & astra sacerdos, ad stygias igitur cogitur ire domos (*Heidf. l. c. Cap. XXXVIII. p. 749. 750.*) Im Fegfeur finden sie keinen Raum / weil Urbanus VI. Römischer Pabst / mit der Erlösung daraus / so verschwenderisch umgangen / daß er dasselbe gar ausgeleeret (vid, *Hildebrand. Offert. pro Defunctis Cap. XVI. §. 10. p. 126.*) wiewol man an dem Innocentio III. zweiffeln könte / als welcher nach Bellarmini Zeugniß (*de Gemitu Columbæ Cap. IX. p. 293.*) biß an den Jüngsten Tag im Fegfeur bleiben muß / (Licet alias à Papistis piè credatur, quod nullus sit in purgatorio per L. annos, aut fortè non per XX. uti visum Dominico à Soto. Nec mirum alicui videatur, quod aliquando in indulgentiis *decem millia anno-*

rum

rum ponantur, quia fortè correſpondent decem annis purgatorii, ratione ſatis paſſionis in igne februo exantlatæ, ubi propriæ ſatisfactioni nullus amplius reſtat locus, *D. Joh. Tob. Major Diſſ. de Onut. pro Defuncto Hug. Grot. oppoſ. §. 86. D. Sebaſt. Niemannus Diſſ. Theol. de diſtinctu Pontif. in inferno Claſſibus Cap. I. §. 5. p. 4. 5.* Quando multorum, puta centum vel etiam mille annorum Indulgentiâ ab ipſis conceditur, id eos velle, remitti tantum de pœna purgatorii, quantum ſufficienter, aut etiam ſuperabundanter redimi poſſet per pœnitentiam in hoc ſeculo ſevere actam, ſi tot annos duraret, quemadmodum hoc explicat & excuſat *Greg. de Valentia Tom. IV. Diſp. 7. q. 20. p. 2.* Guilielmus tamen Eſtius in IV. ſent. d. 20. iſtam excuſationem non admittit, *ſed abſurdam eſſe dicit, ac ſedi Apoſtolicæ minimè adſcribendam, & vel merè commentitiam vel imprudenter ex-ortam in annos centenos aut millenos indulgentiarum liberalitatem; Cum nec ullo canone tam diuturna pœnitentia præſcripta unquam fuerit pro quantiscunque peccatis, nec verò pro humanæ vitæ brevitate præſcribi poſſit, M. Sebaſt. Nieman. ſub Præſid. Dn. Joh. Muſæi Diſp. Theol. de Indulgent. Papal. Theſ. 35.)* So denen löblichen Käyſern Carolo V. und Ferdinando zu einiger Zeit-Verkürtzung dienen kan/ als welche/ wie die Jeſuiten voraeben/ ebenfals noch im Fegfeur ſind/ darum/ daß ſie denen Proteſtanten den Religions-Frieden zugeſtanden/ (*Dedeken. Vol. I. Conſil. Lib. I. Part. I. S. V. N. III. p. 261. & Vol. II. S. X. p. 267.* De qua tamen ipſe Ferdinandus gratulatus ſibi eſt, teſte *Cratone à Craffsheim, Archiatro Cæſareo, in Epiſt. præliminari in Dubrav. Hiſt. Bob.* inter ſumma, quæ DEUS in gubernatione Imperii conceſſiſſet, primum atque maximum vero animi judicio ſe hoc ducere, quod ad ſedandas diſcordias publicas animum adjeciſſet, & tolerantiæ in religione formulam Deus ſibi inventem dediſſet. *D. Joh. A. Oſiander de Jure circa ſacra, & in ſpecie de jure Reformandi th. 9. p. 17. 18. D. Danhauer. Gamaliel Hebræo-Teuto p. 34.*

L. L. L.
LUTHERUS.

Natus eſt B. Lutherus A. C. 1483. die X. Novembr. Patre Johanne, & matre Margareta Lindemanna, *Islebiæ*, ubi adhuc domus Lutheri oſtenditur, Datum eſt illi *Martini* nomen, quod in vigiliâ S. Martini Turonenſis natus eſſet. Ætatis ſuæ anno XIV. ſtudiorum gratia *Magdeburgum* abiit, poſteà *Iſenacum* venit, ibique quadriennium ſtudiis impendit. Iſenaci cum oſtiatim panem quæreret, ſæpè panis illi fuit negatus. Abire igitur ex Schola voluit. Dum in via eſt, matrona quædam dato pane puerum revocat. Hinc de providentia certior factus ad Scholam rediit, donec ad *Academiam Erfurtenſem* ſe conferret,

ret. Erfordiæ anno ætatis ſuæ XX. in *Magiſtrum* promotus eſt, & poſteà animum ad *ſtudium juris* contulit, ſed fulmine aliquando territus ſtudium juris dimiſit, & *ſacris ſtudiis* ſe totum devovit. Itaque anno ætatis ſuæ XXII. Erfordiæ factus eſt *Monachus Auguſtinianus*, & votum monaſticum edidit, ſed odio habitus à fratribus eſt, quod in Bibliis legendis nimius videretur. Poſthæc ætatis XV. anno *Witebergam* vocatus, & *Philoſophiæ Profeſſor* conſtitutus Logicam Ariſtotelis publicè docuit. Anno ætatis XXIX. in *Doctorem Theologiæ* promovit Witebergæ Decano Carolſtadio, qui poſteà auctor fuit belli ſacramentarii. Doctor factus novo exemplo ſacræ Scripturæ libros, initio à Pſalmis Davidicis facto, publicè expoſuit, adeoque primus ayorum memoria Theologiæ priſtinum ſuum fulgorem reddidit, *D. Joach. Hildebrand. de Diebus Feſtis p. 114. ſeq.*

Sequentia Diſticha de Actis Lutheri ſimul annorum numerum, quædam etiam diem in ſe comprehendunt, ut

D. Martinus natus eſt Anno 1483. Quod tempus comprehenſum eſt hoc ſequenti Diſticho:

Natus es Islebii divine Propheta Luthere,
Religio fulget, te Duce, Papa jacet

ANNUS MAGISTERII.

1503.

Erfurdi juvenis titulos capit urbe Magiſtri,
Luſtra ſuæ ætatis quatuor acta colens.

ANNUS MONACHATUS.

1504.

Vana ſuperſtitio corpus juvenile cucullo
Ornat, id omne tibi fraudi age Papa fuit.

ANNUS QVO WITTEBERGAM VENIT.

1508.

Mittitur Albiorin CHRISTO auxiliante Lutherus,
Quantus erat Vates? gloria quanta Scholæ?

ANNUS DOCTORATUS, ET QUO ROMÆ FUIT.

1511.

Staupicii eſt juſſu titulos Doctoris adeptus.
Ut trucis Italiæ venit ab urbe Lupi.

ANNUS RESTAURATÆ RELIGIONIS

1517.

Relligionis opus cœno extrahis auſpice CHRISTO,
Verax, ò dextro, nixe Luthere, DEO.

AN.

ANNUS CONFESSIONIS CORAM CAJETANO
Augustæ, quæ extat Tom. I. p. 207.
1518.
Augustæ CHRISTUM profitetur in urbe Lutherus,
Non curans vultus, Præsul acerbe, tuos.
ANNUS DISPUTATIONIS LIPSICÆ.
1519.
Eccius est justi victus virtute Lutheri,
Disputat ut Julii Lipsiæ in urbe die.
ANNUS CONFESSIONIS IN COMITIIS VORMATIENSIBUS
1521.
Cæsaris ante pedes, proceres stetit ante potentes,
Accola quæ Rheni Vangio littus adit.
ANNUS PATHMI.
1522.
Carlstadii ob furias ad Saxona tecta recurrit,
Faucibus ex sævis rursus oves que rapit.
ANNUS MATRIMONII ET SEDITIONIS RUSTICORUM.
1525.
Seditio Agrico ferro est restincta potenti,
Fœdera conjugii casta Lutherus init.
ANNUS CONVENTUS MARPURGI.
1529.
Marpurgi Cœnæ CHRISTI ferit acriter hostes;
Stabat ut à sævis cincta Vienna Getis.
ANNUS CONVENTUS AUGUSTANI.
1530.
Augustæ statibus fidei confessio cunctis
Proposita est CHRISTI gloria læta redit.
ANNUS OBITUS LUTHERI
1546.
Nona bis obscuro lux februa constitit ortu,
In patrio ut moreris, clare Luthere, solo.

Hæc Districha mutuati sumus ex schedâ quâdam, quam Johannes Stolsius VVitebergensis, Amicus meus, M. VVolffgango Stein dono dederat, Anno 1547. Ita *Philippus Melanchthon Comment. de Vita & Actu Rev. Viri D. Martini Lutheri p. 42. seq.*

LUTHER

Per Anagramma.

Lux Vera Totius Hujus Ecclesiæ Romanæ! *D. Misand. D. B. N. T. An. 1692. p. 1103.*

Avaritia non tentatus.

Omnium quidem tentationum genera Lutherus perpessus fuit, sola excepta avaritia. Ita enim de se ipso: Non credo ullam tentationem supereſſe, cui ferè implicatus non fuerim, excepta sola tentatione avaritiæ. Hinc legimus apud *Ludovicum Rabum in ejus Historia p. 50.* quod in Comitiis Colonienſibus, Nuncius Apoſtolicus Alexander, hoſpiti ſuo interroganti: Cur non Lutherum Monachum, res novas in religione machinantem, pecunia corrumperent? indignabundus atque cum ſtomacho reſponderit: *Hæc beſtia omnem pecuniam reſpuit! alias Fuggerus ei jamdudum quater mille florenos dare debuiſſet & imperare, ut linguam moleſtam compeſceret, Wellerus in Antidoto Tentat. ap. D. Chemnit. Diſſ. de Tentationibus Spiritualibus in præam.* Merz igitur ſunt calumniæ, quas *Petrus Joh. Perpinianus, Valentinus Hiſpanus Jeſ. Ont. XIII. de retinenda veteri religione p. 410. 411. 412.* de Luthero evomit, indignæ, ut hic referantur, vide, ſi placet eundem *l. c.* Interduo ergò iſta miranda referendus, de quibus vulgariter:

Sunt miranda duo, mulier ſine labe pudoris,
Et Vir, quem nummi non temeravit amor!

D. J. A. Weber. Art. Converſ. R. J. S. IV. p. 38.

Camos ille Islebicus.

Archicalumniator (*Greſerus* malleus ille hæreticorum, ut fortem honorat, h. e. *Antonius Poſſevinus* hunc Greſerum Tom. II. Biblioth. Lib. I. ap. *Wolfgang. Mayerum in Vulneribus Eccleſiæ Romanæ nondum cumulo p. 23. Excell. D. Joh. Frid. Mayer Diſſ. Inaug. de Idolatria Judæorum, Papiſticæ eximiis idolatriæ Commentario ad Cap. II. Jerem. v. 27. in præfam.*) de Camos illius Islebici, uti vocat Lutherum, ſcriptis dicit, *lib. de expurgandis libris:* Lege ure! Lege ure! *D. Joh. Meiſnerus Diſp. de Sepultura Mariæ Sect. I. §. 6.*

Damnatus.

Defunctum Clerus dum narrat in æde Lutherum,
Ob falſum ſtygios dogma ſubiſſe lacus;
Et ni vera ferat populo, ſe Dæmonis eſſe
Velle ſtatim absque omni conditione, refert.

Der-

Dentibus en albus, vultuque nigerrimus Afer
Intrat ut auditor forte locumque subit
Voce perorantis; quo viso orator omissis
Vocibus è templo præcipitanter abit.

* * *

Alter in ereptum dum fulminat ore Lutherum
Clerus, & hunc pariter Dæmonis esse refert;
Subsultat, pultat, suggesto gestit in alto;
En! cum suggesto corruit exanimis,

Sal. Kuselius in Hor. Succisiv. p. 237.

Divertens ex Conventu Smalcaldensi ad Spalatinum.

CHRISTUS in infirmo venit hic Spalatine Luthero,
Et tua pro requie tecta benigna petit.
Quicquid huic facies sibi factum judicat ille,
Qui nos membra sui corporis esse docet.

Phil. Melanchton Epigr. Lib. IV.

Erasmus Roterodamus & Ulricus Hüttenus.

Da Er aß muß und Lauter Hüttenrauch/
Da war alles in guten Brauch!

In diesen alten Reimen sind die drey gelehrtesten Leute des damahligen Seculi zu sehen/ welche die Studia, und die theure Religion wieder Empor gebracht/ nemlich Erasmus Roterodamus, Lutherus und Ulricus Hüttenus, *Dn. Zennerus in Novellis Mundi Docti & Curiosi An. 1696. Nov. p. 2172.*

Non ab Electore, sed Elector à Luthero defenditur.

Lutherus aliquoties affirmavit, se non ab Electore, sed Electorem à se defendi, id quod etiam ipso opere per omnem Lutheri vitam luculenter est completum, *Joh. Wolffius Lect. Memor. T. II. Cent. XVI. p. 78. a.* In datâ ad Electorem Epistola T. II. J. G. p. 79. b. ita; E. Churfl. Gnaden wissen/ ich komme gen Wittenberg in gar einem höhern Schutz denn des Chur-Fürsten/ ich habs auch nicht im Sinn von E. C. F. G. Schutz zu begehren. Ja ich halt/ ich wolte E. C. F. G. mehr schützen/ denn Sie mich schützen könte/ dazu wenn ich wüste/ daß mich E. C. F. G. könte und wollte schützen/ so wolte ich nicht kommen/ dieser Sachen soll noch kan kein Schwerdt rathen oder helffen/ GOTT muß allhie allein schaffen/ ohn alles menschliches sorgen und zuthun/ darum/ wer am meisten gläubet/ der wird hie am meisten schützen. Dieweil ich denn nun

nun spüre/ daß E. C. F. G. noch schwach ist im Glauben/ kan ich keinerley Weise E. C. F. G. für den Mañ ansehen/ der mich schützen oder erretten könte.

Coronam Papæ & ventres Monachorum tetigit.

Fridericus III. Churfürst zu Sachsen fragte einmahl den Hochgelehrten Erasmum Roterodamum/ was doch D. Luther gethan/ daß ihm jederman im Pabstthum feind wäre? Darauff antwortete Erasmus: Coronam Papæ & ventres Monachorum tetigit: Das ist/ wie jener Frantzoß in seinem Gefängniß gesungen:

Des Pabstes Krone/ die er träget/
Hat Luther allzusehr gereget.
Der Mönche Bäuch hat Er gerührt/
Drum jeder ob ihm Klage führt!

Vid. Lutherisches Glaubens-Schild/ *An. 1688. Northus. excus. p. 165.*

Leonem vicit.

Lutherus Decimum confecit strage Leonem,
De clavâ noli quærere, pénna fuit.

D. Gerhard. Tutius Exercit. Acad. de Papâ & Papatu Romano Cap. I. §. 20. Insitati verò isti, & cum grandi Pontificiæ Majestatis præjudicio conjuncti conatus, qvum summæ nullum superiorem agnoscentis, potestati, nimium quantum derogare viderentur, tantam in Leonis nasum bilem ciebant, ut furibundus atroci cum fremitu, & tetro rugitu exclamaret: *Exsurge Domine, & judica causam tuam -- Exsurge Petre & pro Pastorali curâ tibi divinitus demandata intende in causam sanctæ Rom. Ecclesiæ -- Exsurge tu quoque quæsumus Paule, qui eam tuâ doctrinâ ac pari martyrio illuminasti, atque illustrasti, jam enim surgit novus Porphyrius -- Exsurgat denique omnis Sanctorum, ac reliqua universalis Ecclesia.* Ita inclamavit Leo, quod crimen læsæ majestatis Pontificiæ vindicare, & Lutherum è tutelâ & protectione Friderici Saxoniæ Electoris ereptum ad vitæ supplicium trahere non liceret, *D. Frid. Ulric. Calixtus Disp. Theol. de Pœnis Hæreticorum Cap. IV. §. 19. p. 78.*

Martyr.

Argumentor: Qui ob immotam in agnitâ semel veritate constantiam, & intrepidam pro gloria DEI confessionem, ea à persecutoribus coguntur subire suppliciorum genera, per quæ ipsam oppetere mortem ex intentione hostium eis fuisset necessarium, nisi supremus vitæ mortisque arbiter DEUS mortem, quæque ad eam infligendam excogitata fuére consilia, in vitæ veluti novæ largitionem, ringentibus adversariis, cum summo fidelium gaudio, convertisset, ii verè sunt martyres. Atqui Lutherus &c. Ergò. Major est in confesso. Mino-

rem

rem multis probat *M. Joh.* Gottlieb *Möllerus in Lutbero ut Martyre Confessori contradistincto §. 37. seq. p. 29. seq.* Distinctionem inter martyres cruentos & incruentos, inter martyres & confessores examinat *D. Sperlingius in Nicodemo quærente & JESU respondente P. I. p. 1272. seq.* Conf. *A. Bibl. Tom. II. in Tit.* Johannes martyr absque martyrio *p. 886.*

Et Melanchthon.

De his tale exstat Distichon:

Divisæ his operæ, sed mens fuit unica, pavit
Ore Lutherus oves, flore Melanchthon apes.

Heidf. S. T. P. Cap. XX. p. 398.

Papatum destruxit.

Invalescente Pontificum Romanorum potestate, insolentia ipsorum quoque crevit, qui variis subinde machinationibus, Imperatoribus, aliisque Principibus secularibus omni circa sacra imperio, *vi vel fraude nunc non disputabo*, erepto, supra vertices ipsorum sese constituêre, & Monarchiam in Ecclesiâ condere annisi sunt. Et quanquam Pontifices diu in possessione hujus monarchiæ manserint, de jure tamen ipsorum semper inter doctos dubitatum fuit. Vid. *Marcus Antonius de Dominis de Republ. Eccles. Lib. V. Cap. III. n. 4.* Tandem detecta per B. Lutherum fraude Pontificum, quidam Principium, qui hodiè Protestantium nomine veniunt jurisdictionem Ecclesiasticam recuperare, *mirabili profecto, & ut eventus docuit, divino successu*, tentarunt. Unicus enim miselus monachus maximam Germaniæ partem ab obsequio Pontificis avertit, & irrecuperabile sedi Romanæ intulit damnum. Inde orta inter Principes Germaniæ & Imperatorem Carolum V. *Papâ vires & consilia subministrante*, bella, quorum strepitu universa sonabat Europa. Quæ cum primo tempore Protestantibus, captis Electore Saxoniæ & Landgrafio Hassiæ, infeliciter cessissent, de religione restauranda actum videbatur, donec Mauritii Saxonis armis Carolus V. Protestantibus liberum religionis exercitum, *frustra ringente Papâ*, permittere coactus fuit, inita An. 1550. transactione Passaviensi (de quâ suo loco & tempore), *Jo. V. V. Relfendso Heromontanus de Summâ Principum Germanicorum potestate Cap. V. p. 65. seq.*

Populo fœnum edendum fuisset, Lutherus si non venisset.

Refertur dictum Abbatis celebris monasterii Neuhusiani in Vangionibus; Si, *inquiebat*, Lutherus non venisset, se persvasuros fuisse populo, ut fœnum comedissent, *Vötius Disp. Select. Part. IV. p. 184. de cæcâ obedient. Papist.* Ja andere haben sich wohl eher berühmen dürffen/daß/ wann es mit Luthero noch

länger hätte anstehen sollen/ so hätten die Deutschen Heu und Haber-Streh fressen sollen / *D. Pfeiffer.* Evangel. Aug-Apffel *p. 1516. Sperling. l. c. p. 764.*

Romam Pontificiam invasit.

Cum Romam Ponficiam invaderet Lutherus, tot operibus præcictam, ridendo apparatu solitarius arrepere videbatur. Protestantibus in os exprobratum Augustæ, quid pugillus hominum talia attentarent adversus Imperatorem, tot Reges & mundum universum : numerare enim & metiri sese modulo suo, ac comparare cum hoste, ut Syri ad copiolas Israëliticas, 1. Reg. XX, 27. amabant, ludibrio habentes, ut Tigranes ille Luculli copias ap. *Plutarch.* Xerxes Spartanos in præsidio Thermopilarum ap. *Herod.* Nempè id erat regnum CHRISTI de hoc mundo non esse, nec arma militiæ nostræ carnalia. Ratum ergò Reformati Poëtæ elogium:

Roma orbem domuit, Romam sibi Papa subegit,
Viribus illa suis, fraudibus iste suis.
Quantò isto major Lutherus major & illâ,
Illum illamque uno qui domuit calamo.
I nunc Alcidem memorato Græcia mendax,
Lutheri ad calamum ferrea clava nihil,

Beza in Epitaph. ap. D. Phil. Müllerum Diss. VI. de Statu Confess. ex 1. Petr. III. 15. 16. S. II. §. 48. p. 41. 42. Dedeken. Vol. I. Consil. P. I. Lib. I. S. IV. p. 73. 74.
Et sic postquam Lutherus prostravit decimum calamo non ense Leonem ; De comedente exiit cibit (svavissimi Evangelii) & de forti egressa dulcedo, *D. Danhauer Gamaliel Hebræo-Teuto p. 38.* Digitus DEI hic est, Exod. VIII, 19. *Heidf. Cap. XXIII. p. 494.*

Testamentum Novum scripsit.

In Schottland haben es der Cardinal David Betonius, und der des Königreichs Verweser / Jacobus Hamiltonius, so weit gebracht / daß man das Neue Testament nicht hat lesen dürffen / und war daselbst eine solche Blindheit / daß die meisten Priester bestreiten thäten / daß selbiges Buch neulich Martinus Lutherus geschrieben hätte / wie *Georg. Buchananus Lib. XV. Histor. Scot. p. 518.* berichtet / *D. Nicol. Selneccerus* in der Erklärung des zehenden Psalmes / *fol. 39. a.* berichtet von einem vornehmen Bischoff / daß er gesagt: lieber GOtt! wie viel neues Dinges hebt sich täglich; Man prediget itzt die zehen Gebot auf der Cantzel bey den Lutherischen / *Mart. Zeilerus in Miscell. lan. p. 354.*

Wor-

Wormatiam vocatus.

§. 1.

Non pœnitebit audire ipſam hanc in rem Imperatoris epiſtolam. Sic autem habet illa in genuinis hujus rei actis: Carolus V. DEI Gratia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Honorabili, noſtro dilecto, devoto Doctori Martino Luthero, Auguſtiniani Ordinis. Honorabilis dilecte, devote. Quoniam nos, & imperii ſtatus nunc hic congregati, propoſuimus, & concluſimus propter Doctrinam & libros, aliquamdiu hactenus abs te editos, ſcrutinium de te ſumere, dedimus tibi ad veniendum huc, & iterum hinc ad tuam ſecuram tuitionem, noſtram, & imperi liberam, directam ſecuritatem & conductum, quem tibi circa hæc mittimus, deſiderantes, ut velis te ſtatim accingere itineri, ita, ut infra 21. dies in hujusmodi conductu noſtro, nominatis omnibus modis, hic apud nos ſis, & non domi maneas, neque ullam vel violentiam vel injuriam timeas. Volumus enim te in præfato noſtro conductu firmiter manu tenere, & nobis perſvadere te venturum. In hoc namque facies noſtram ſeveram ſententiam, *Datum Wormatiæ die 6. Martii, An. Dom. M. D. XXI. &c.*

§. 2.

Sed quid ad hæc Lutherus? Simulac juſſu Electoris Saxoniæ quæſitum ex eo per literas fuiſſet, *ſi vocaretur à Cæſare, id enim adverſarios moliri, quid facturus eſſet?* reſpondit jam An. 1520. d. 21. Decembr. ad Spalatinum L. I. Ep. 205. ad floridam ſe confeſſionem præparans: *Se omninò venturum, Cæſariique vocationem pro divinâ habiturum eſſe, ſi autem vis fiat, ſicut verſimile ſit, DEO commendaturum eſſe cauſam, qui tres pueros in fornace ignis ſervaverit, ſi vero ſervare nolit, parvam rem eſſe caput ſuum, ſi ad CHRISTUM comparetur, & quæ ille paſſus ſit.* Quæ intermixtis aliis tandem hiſce concludit: *Noſtræ nunc curæ id unicum eſt officium reliquum, ut oremus Dominum, ne Caroli Imperium in meo aut illius ſanguine pro impietate tuendâ primas operas cruentet: mallemque, quod ſæpius dixi, in ſolis Romaniſtarum manibus perire, ne ille cum ſuis in hanc cauſam involveretur. Scis quæ miſeria Sigismundum Imperatorem poſt occiſum, Huſſum conſecuta ſit. Si tamen ita fieri oportet, ut & ego non modo Pontificibus ſed & Gentibus tradar, fiat voluntas Domini, Amen. En habes meum conſilium & animum. Omnia de me præſumas, præter fugam & palinodiam. Fugere ipſe nolo, recantare multo minus. Ita me confortet Dominus JESUS. Neutrum enim ſine periculo pietatis, & multorum ſalutis facere poſſum.*

§. 3.

Hoc igitur armatus animo Heros fidei ad iter ſe accinxit, poſt habitis omnibus amicorum admonitionibus, præſentiam periculi exaggerantibus. *Non ede-*

decenant, inquit Sarpius ipſe Hiſt. Concil. Trid. p. 12. *qui profectionem deterrerentur, damnatione ſuâ per Pontificem jam publicata, & templorum valvis affixâ, præter cujus confirmationem, niſi ſi quid gravius accideret, fruſtrâ quidquam eſſet ſperandum. Quorum ille opinione rejectâ magno animo reſpondit, eſſe ſibi decretiſſimum, eò proficiſci, licet contra ſe tot inſurrecturi eſſent dæmones, quot in tectis ædium illius oppidi cernerentur tegulæ.* Quæ eadem placeat audire (ſiquidem probatio vera & minimè contradictioni obvia eſt, quæ adverſariorum dictis elicitur, ut loquar cum *Irenæo Lib. IV. adv. Hæret. Cap. XIV.* cum aperta veritas clauſos etiam feriat oculos, ut alicubi ait *Auguſtinus*) etiam ex *Maimburgio Hiſt. Luther. Lib. I. Sect. XXXIX.* ſcribente: *amicis, qui cum ab itinere deborrabantur, quia ab Imperatore, qui libros ejus comburi fecerat, jam condemnatus eſſet, reſpondit: quod ſe omnes homines toto orbe junctı, omnesque dæmones inferni, ab hoc itinere non eſſent impedituri, ſe enim cauſam DEI tueri.* Veritati quippè conformia ea ipſa eſſe, quæ *Tom. II. Jen. Germ. f. 79. a.* in literis ad Electorem, hunc in modum ipſe exprimit Lutherus, nos docent: **wann ich hätte gewuſt/ daß ſo viel Teuffel zu Wormbs auff mich gehalten hätten/ als Ziegel auff den Dächern ſind/ wäre ich dennoch mitten unter ſie geſprungen mit Freuden.**

§. 4.

Imò quantumvis in ipſo jam itinere conſtituto offerrent ſeſe plurima, quæ ab executione propoſiti deterrere ipſum poſſent, ſpretis tamen & hiſce difficultatibus VVormatiam properavit Noſter. Audiamus ipſa ejus verba ad *Spalatinum Lib. I. Epiſt. p. 314.* Francofurto VVormatiam ſcripta: Venimus, & ſi non uno morbo me Satan impedire molitus ſit, tota enim hâc via ab Iſenaco usque huc langvui, & adhuc langueo incognitis mihi ante hac modis. Sed & mandatum Caroli eſſe in terrorem mei evulgatum intelligo. Verum CHRISTUS vivit, & intrabimus VVormatiam invitis omnibus portis infernı, & potentatibus aëreis - Satanam terrere & contemnere propoſitum eſt. Ulteriora Acta exhibet *Möllerus in Lutbero Confeſſore* §. 21 *p. 27. ſeq. &c.*

LUTHERI
Bettlers / Mantel.

§. 1.

Monachi *Georgii Schereri Jeſuitæ Viennenſis* chartas impudicas, impudentiſſimasque dum evolvo, & oculos vertens ad *centonem*, ceu vocat, *Lutheranum*, den Lutheriſchen Bettler-Mantel *Tom. I. Opp. p. 437.* doleo, quod Scherero non ſanguis miſſus fuerit, ſed de capite. Expreſſit ſummam ſcripti hujus ſequenti (in quo ipſe ingenii ſui felicitatem miratur) epigrammate:

Hiet

Hier sitzt ein Bettler auff dem Stock/
Von vielen Flecken ist sein Rock/
Bedeut des Luthrs geflickte Lehr/
Von alten Ketzern kommt sie her.
Drum sey gewarnet jederman/
Leg keinen solchen Mantel an.
Trag Christi Kleid / welchs unzertrennt/
Gewirckt vom Anfang biß zum End/
Halt dich beym unzerstückten Glaubn
Laß fliegen alle andre Taubn.
Also bestehst du hier und dort/
Und bleibst beym unverfälschten Wort!

Quod & fol. 444. in den XVII. fürnehmen Streit-Artickuln repetit cum proprio præconio: Daraus der Christliche Leser zu allen seinen Genügen klar und deutlich vernehmen soll/ daß ich dem Prædicanten (quam invidiosum & nimis abjectum Jesuitis sit *Prædicantium* nomen vid. in Apparat. Bibl. Tom. I. p. 548. seq.) mit dem **Bettlers-Mantel** nicht Unrecht gethan/ sondern sie (NB.) artlich mit ihrer gantzen Lehr jedermänniglich zum Schau-Spiel/ neben öffentlicher Gassen und Strassen/ auff einen dürren Stock gesetzet/ mit diesen teutschen Versen: **Hier sitzt ein Bettler** &c.

§. 2.

Quis verò tussim retineret histrionicos hos versus legens? Iniquiora certè fata, quam Volusii Annalibus à Catulli oculis eruditis ipsis promitterem. Exiguam, hoc Poëta hymnos componente, imò nullam Papistis ausim polliceri per carmina hominum conversionem, quam *Adamus Conzen* consilio suo *Lib. Polit. Cap. XVIII. p. 89.* Hymni Lutherici, sicut Bezani, animas plures, quam scripta occiderunt. Quidni igitur hoc ad medicinam Princeps Orthodoxus, quod ad perniciem impostores excogitarunt, adhiberet? Ipsas verò scripti Strophas elusit Jacobus Heerbrandus Doctor Theologus Tubingensis **in der Ausklopffung des Bettler-Mantels** *D. D. J. F. Mayerus l. c. de Idololatriâ Judæorum, Papist. n. 4. seq.*

Doctrina.

Weil beym Anfang der Reformation Lutheri die auffgegangene Studia die Leute allbereit so klug gemachet hatten/ daß sie leicht sehen kunten/ wer Recht hatte: So sagten damahls viel kluge Leute:

GOttes Wort und Luthers Lehr
Vergehet nun und nimmermehr.

Cl. Hübnerus Hist. Pol. Tom. III. Lib. I. p. 169. Als im Jahr 1530. der grosse Reichs-Tag zu Augspurg gehalten worden/ haben Chur-Fürst Johannes von Sachsen/ und Philippus Land-Graff in Hessen/ ihre Diener absonderlich gekleidet/ und mit güldenen Buchstaben auff dem rechten Ermel im Wams setzen lassen: V. D. M. I. Æ. Hierüber hat gedachten Land-Grafen aus Hessen der Ertz-Bischoff von Saltzburg angeredet und gesagt: E. Liebden sehen und bekennen V. D. Manet im Ermel! worauff der Land-Graff geantwortet: E. Liebden verstehen es nicht recht/ wir haben es lassen setzen: Verbum Diaboli Manet In Episcopis) Hierüber muste der Ertz-Bischoff verstummen/ *M. J. D.* Ernst Bild-Hauß. *P. III. S. III. Cap. LIX p. 400.*

Fiducia & παῤῥησία in officio.

Παῤῥησίαν hanc *Matthias Flacius Illyricus* non satis mirari poterat; Sæpè, *inquit*, cum piæ memoriæ D.M.L. plenâ in Deum fiducia, lætaq; & erectâ fronte in templum vadentem intuitus sum, ejusque actiones plana ipso Eliâ dignas perpendi, visus sum mihi Venetam illam maximam navim (quam illi *Galconem* vocant) omnibus velis vento inflatis contra hostes pergentem cernere. Quæ cum magnitudine, pulchritudine & celeritate sit insignis, illud tamen habet præcipuum decus, quod toties à Turcis, aliisque impiis summa vi oppugnata, ad extremum contra omnes victrix permansit, *Trall de Re Fidei Part. II. p. m. 66. 67.* Ach GOtt hilff! daß dieser Geist auch hinkünfftig bey mir erfunden werde/ 2. Reg. II, 9. Laboranti mihi summitte animos, & dicenti verba, & facienti vires, & hortanti nervos, & objurganti aculeos. *Turnerus Orat. p. 129.* Denn welche du o grosser GOtt schickest/ die machest du auch geschickt ꝛc. Dabit virtutem, qui contulit dignitatem, *Leo Serm. anniversar. 1.*

Gulam demordere desideravit monachus.

Sane, si suum, quod erga Lutherum foverunt odium Pontificii, tam libera omnes confessione prodidissent, quâ procerum monasteri Dominicalis quidam (cujus in suis meminit epistolis *Erasmus L. XVI. p. 736.*) laicis aliquot audientibus, hæc evomens blasphema: Utinam mihi liceret dentibus meis demordere gulam Lutheri, nihil vererer, ore adhuc cruento accedere ad corpus CHRISTI; quæ non sanguinaria nobis eorum innotuissent consilia. Sed cum, ut nocerent magis, secretò omnia peregerint, centesimam vix eorum innotuisse partem, extra controversiam est. Ex iis tamen, quæ innotuêre, aliqua saltem, in aliqualis Papalis tyrannidis documentum, infra adducemus, *Möllerus in Lutthero Martyre §. 69. p. 53.*

Imago

Imago saxea.

Circa A. C. 1152. Fridericus Imp. templum exstruxit in Carinthiâ. Das grosse Thum-Stifft bey Ygingen im Wüsterthal genannt. Illud variis picturis & statuis exornavit. Inter illas reperta est imago saxea, quæ habuit formam monachi vertice raso; corpus ejus fune circumdatum, & supra caput hæc majusculis literis scripta sunt, LUTHERUS. Refert *Theophr. Paracelf. in Descript. Carinthiæ, Argentorati impressa ap. D. Christ. Matthiæ Theat. Hist. Theor. Pract. p. 941. a.*

Laus.

§. 1.

Als Urbanus Regius den Herrn Lutherum zu Coburg/ nach dem Reichs-Tage zu Augspurg/ angetroffen/ hat er einen Tag stille gelegen/ und hat mit holdseligen Gesprächen mit dem Herrn Luthero solchen zugebracht/ und diesen Tag/ hat er in seinem Leben/ für den allerlustigsten und fröhlichsten Tag gehalten. Und setzet diese Wort hinzu: Talis ac tantus est Theologus, ut nulla secula habuerint similem, *D. Urban. Regius Tom. II. Op. p. 80. Mathesius de Vit. Luth. Conc. VIII. p. 92. Titius* im Exempel-Buch *p. 316.* Als Joachim von Beust zu Leipzig studiret/ hat er D. Lutherum, nach Hertzog Georgens Tode/ daselbst gesehen und predigen gehöret/ von welchem er gesagt: Er hätte ihn nicht gnugsam ansehen können/ denn aus seinen Augen/ Worten und Gebärden/ hätte ein rechter Helden-Muth und Löwen-Hertz geleuchtet/ *D. Christoph Nicolai* Evang. Jes. Fr. *P. III. p. 91.* Rhedarii illius (qui Matthesium aliosque doctos VVittebergam vexerat) gaudium propter visum ibidem Lutherum describit ipse *Matthesius in Vitâ Lutheri Conc. XVII. & ex eodem D. P. F. Sperling, in Nicodemo quærente & JESU respondente P. I. p. 574.*

§. 2.

Johannes Pollicarius Cygnæus sequens ipsi posuit εὐλέγιον.

Hoc Doctore fides nobis cultusque revixit,
Et pietatis honor, Sed dogmata prava ruinam
Cœpere, & subitò cecidere ad Tartara lapsu.
Multum igitur tibi nos omnes debere fatemur,
Cujus ope est ingens tam mundo gloria nostro.

Aliud:

Dircæum referens Cygnum, Linon, Orphea, Phœbum,
Quem non voce tua magne Luthere rapis?
Allicis, invitas, flectis mortalia corda,
Nil mortale melos, quod modularis, habet.

Deterres homines duros à Marte cruento,
Duritiem morum, barbariemque domas.
Divinis ornas ſtudiis formasque juventam,
Hortaris tremulos ad meliora ſenes.
Præſtigias aboles veterum cultumque Deorum,
Et ſternis veræ relligionis iter.
Et retegens hominum fraudesque dolo<que malorum,
Ad præcepta DEI nos veneranda vòcas.
Virtutem & pacem inſtillas, cœleſtia dona,
Unde ſalus, quæ ſit vita beata doces.
Tam ferus eſt nemo, quem non tua dictio frangat,
Nam fluit à labris ſuada medulla tuis.
Scripta tua oſtendunt, quæ ſint tua dona Luthere,
Nempe trahis quercus flumina, ſaxa, feras.
Tanta Pater ſummus qui per te monſtra ſubegit,
Is animæ nunquam nolit adeſſe tuæ.

Philipp. Melanchr. de Vitâ & Actu Lutheri p. 44. 45.

§. 3.

Der Jeſuit Ludw. Maimburg. dans l' hiſtoire du Lutheran. Liv. I. p. 25. muß ſelbſt Luthero ein groſſes Lob beylegen / von welchem er dieſes ſchreibet: C' etait un homme d' un eſprit vif, & ſubtil naturellement, eloquent, diſert, & poli dans ſa langue, infiniment laborieux, & ſi aſſidu a l' etude, qu'il y paſſoit quelque fois les jours entiers ſans meſme ſe donner le loiſir de prentre un morceau, ce qui luy acquit une aſſez grande connoiſance des Langves, & des Peres, à la lecture deſquels, & ſur tout à celle de Saint Auguſtin, dont il fit un tres mauvais uſage, il ſ' etoit fort attache, contre l' ordinaire des Theologiens de ſon tems. Es war ein Mann von ſonderbarn lebhafften Geiſt / ſubtil und von natürlicher Beredſamkeit / in ſeiner Sprache nett und ſauber / trefflich arbeitſam / und im ſtudiren ſo fleißig / daß er auch gantze Tage vorbey gehen ließ / ohne einen Biſſen zu nehmen: welches ihm dann eine groſſe Wiſſenſchafft / ſowohl in den Sprachen / als in den Kirchen-Vätern zuwege gebracht / bey deren Leſung und vornemlich des heiligen Auguſtini / welchen er ſehr übel anwandte / er ſich wider die Gewonheit / der damaligen Theologen auffgehalten / Philippus Melanchthon de eo ita:

Nulla ferent talem ſecla futura virum!

& iterum: Fulmina erant lingvæ ſingula verba tuæ!

D. Joh. Groningius in der Hiſtorie der heutigen Religion *Cap. IV. §. 15. p. 96. 96.* Conf. Tit. Fulminei.

Wolffgangus Severus, Præceptor Ferdinandi I. rectisimè:

Japeti de gente prior majorque Luthero
Nemo fuit: sed nec credo futurus erit!

§. 4.

Erasmus à Friderico, Saxoniæ Electore, de Luthero Coloniæ interrogatus, insigniter quidem dixit eum deliquisse, quod triplex Papæ diadema & ventrem monachorum tangere fuisset ausus: sed doctrinam ejus cum verbo DEI consentire, nec mirum esse, si severius procedat, cum similes debeant habere labra lactucas. Es gehöre doch auf einen wölffenen Braten eine solche scharffe Salsen. Quam ipsam etiam ob causam Erasmus ad oppugnandum Lutherum ab initio multis pollicitationibus invitatus, noluit in aciem progredi, qvum eum majoris, quam omnes Scholasticos æstimaret. Quid, quod ipse Maximilianus Imp. per D. Degenhardum Pfeffingerum legatum Saxonicum, sibi hunc Lutherum asservari jusit, cujus opera sibi ad res arduas (quas effecisset, visione nocturnâ monitus, nisi morte fuisset præventus) posset olim adversus Pontificem usui esse, ut testatur *Hondorpius & Job. Matthesius in Concione II. de Vit. Lutheri.* Paulus Langius autem Citicensis monachus, Trithemii abbatis discipulus, Luthero hoc dedit testimonium: Theologum eum esse consummatum, profundum, incomparabilem, qui sacram Theologiam ad fontalem primævamque paritatem, nec non evangelicam, sinceram, simplicemque suam illam innocentiam, omni prorsus seculari philosophia explosa, revocaret. Vid. omninò *D. Job. Micrælius Hist. Eccles. Lib. III. S. II. Q. XIII. p. 650. seq.* ubi plura, etiam Papistarum, de Luthero judicia.

Libri exusti.

§. 1.

Quod Leo X. crimen læsæ majestatis Pontificiæ vindicare, & Lutherum è tutelâ & protectione Friderici, Saxoniæ Electoris, ereptum, ad vitæ supplicium trahere nequiret, igne ipsi destinato in absentem sæviit, atque viri effigies unà cum scriptis ejus, in rogo collocatis, populo Cleroque spectante, infami flammâ est exusta. Quomodo res gesta sit è Lib. V. Catalogi Hæreticorum, quem ante seculum, & quod excurrit, *Bernhardus Luxemburgius, Monachus Dominicanus Coloniæ* edidit, hîc adscribere non pigrabimur. Verba ejus hæc sunt: Non prætereundum est, quod factum est Romæ, Anno CIↃIↃXXI. duodecimâ Junii, horâ decima secundum nostrum horologium, in campo agonis coram infinitâ ferme multitudine, hominumque utriusq; sexus, ubi erecta erat machina. Ab unâ parte fuit depictus Martinus in habitu Monachi, ab alterâ

parte fuit ſcriptum in tabellis : Martini Lutheri hereſiarchæ doctrina hæretica declarata & reprobata; & paſſim libri ejus fuerunt affixi: & coram hac machina præhabita fuit oratio & declaratio ſententiæ per venerabilem Patrem Cyprianum Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Doctorem, lectorem legentem in ſapientia de domo vicarii Papæ. Ignis quoque cum machinâ compoſitus fuit & accenſus per byrros, i. e. familiares inferiores vicarii Papæ: & ſic libri cum imagine Autoris aduſti ſunt, Eſ. I. Erit fortitudo veſtra ut favilla ſtupæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur utrumque. Et Jobi XXII. Nonne ſucciſa eſt erectio eorum & reliquias eorum devoravit ignis?

§. 2.

Fractum autem fuiſſe generoſum Lutheri animum, iſtâ per vim & injuriam illatâ ignominiâ, tantum abeſt, ut nihilo magis eam fecerit, quam Robertus Stephanus, Typographus Regius Pariſienſis, eandem cum Luthero fortunam expertus, quippe qui dicere ſolitus eras, *nunquam ſe magis riguiſſe, quam cum Pariſiis* (in effigie) *uſtularetur*, quemadmodum ſub finem Appendicis Cornelii Tollii ad Pierii Valeriani de Literatorum infelicitate Librum legere licet. Ubi enim reſcivit Lutherus, tam acerbè in libros atque ſimulacrum ejus eſſe ſævitum, in fermento jacenti, iràque turgenti Leoni inſultaſſe, & ut inanes ejus conatus illuderet, decimo Decembris ejusdem anni, Pontificias Decretales, Brevia ac Bullas, in agrum Wittenbergenſem deportatas, exſtructo ibi rogo applicaſſe, ignique conſecraſſe, ab iſtorum temporum Hiſtoricis refertur, *D. Calixtus de Pœnâ Hæreticorum, quos vocant, Civili Cap. IV. §. 20. p. 78. 79.* addens illud dictum Samſonis heroicum: Quemadmodum fecerunt mihi: ita feci eis. Facti ſui rationes publicè ſcripto edit, *D. Matth. T. H. T. P. p. 1053. a.*

Locupletavit multos.

Confecta ſex menſium ſpatio Auguſtanæ Confeſſionis refutatione, ampla autores præmia, & in his Faber Epiſcopatum Viennenſem obtinuit, unde natum eſt proverbium: Pauperem ac tenuem Lutherum locupletare multos, *M. Joh. Chriſtoph. Pratorius in Hiſtoria Saxonica Specimine Secundo Cap. II. §. 5.*

Mors & Epitaphia.

§. 1.

Anno 1546. Lutherus Φῶς καὶ ὄμμα ſanioris Theologiæ, *D. Joh. Mirælius l. c. p. 773.* cum evocatus eſſet Witteberga à Comitibus Mansfeldicis Islebiam, ad controverſias quasdam componendas, quæ inter ipſos erant de finibus & hæreditate, in itinere ipſo ſub exitum Januarii valetudine tenuiori uti cœpit, absque tamen vitæ periculo; & cum magis magisque vires labefactarentur morbo; ad ſacram Synaxin magna cum devotione acceſſit. Decimo ſeptimo

verò

verò Februarii die cœpit ægrotare gravius ex pectore. Inter cœnandum eodem die de variis & gravibus quibusdam rebus in præsentia multorum, & ipsius *Justi Jonæ*, Hallensis Ecclesiæ ministri, disseruit A cœna cum divertisset precandi causa, sicut consvevit, cœpit augeri dolor pectoris. Ibi monitu quorundam, usus est cornu monocerotis ex vino, post in minorequodam lectulo hypocausti per unam & alteram horam svaviter dormivit. Deinde assurgens cubiculum ingressus, genibus flexis, oravit: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum: redemisti me, DEUS veritatis &c.* Cum horam mortis imminere animadverteret, se totum CHRISTO Redemtori suo commisit, ejus auxilium imploravit, & confessionem suam sub forma precationis edidit, dicens: Pater mi cœlestis, DEUS & Pater Domini nostri JESU CHRISTI, DEUS omnis consolationis, ago tibi gratias quod filium tuum JESUM CHRISTUM mihi revelasti, cui credidi, quem sum professus, quem amavi, quem celebravi; quem Pontifex Romanus, & reliqua impiorum turba persequitur & afficit contumeliâ: Rogo te, mi Domine JESV CHRISTE, suscipe animulam meam: mi Pater cœlestis, etiamsi migrabo ex hac vita, certò tamen scio, me tecum permansurum esse in sempiternum, neque posse me tuis ex manibus à quoquam avelli. Non multo post eam precationem, ubi Spiritum suum in manus DEI semel & iterum commendasset, tanquam dormiturus, sine magno cruciatu in complexi *Martini & Pauli* filiorum, propinquorum & piorum complurium placidè obdormivit 18. Febr. die *Concordiæ* atque *Constantiæ* mane hora tertia, ætatis 63. Ultimam suam concionem habuit Islebiæ 14. Februarii, quatriduo ante mortem. Mandato Electoris Wittebergam delatus, & præmissa concione funebri à *D. Bugenhagio*, & oratione *Philippi Melanchthonis* in Templo Arcis die Petri, 23. Febr. honorificentissimè humatus est, *Sleidan. Lib. XVI. Comment. p. 487. 488. Hondorff. in Theatro Historico p. 284. 285. Matth. l. c. p. 1067.*

§. 2.

Notet B. L. quod *die Concordiæ* Lutherus noster objisse communiter credatur; Sed error est ex vulgarium Calendariorum inspectatione natus, diei XIIX. Februarii S. Concordiæ memoriam contra fidem omnium Martyrologiorum (quibus unicè niti illa in re debemus) assignantium. Equidem memoratur in Martyrologiis Concordia martyr Romæ sub Valerio passa, verum die XIII. Augusti: at die XIIX. Februarii nulla prorsus fœminæ sanctæ ibi fit mentio cui *Concordiæ* nomen fuerit. Die quidem proximè præcedenti, XVII. inquam Februarii, hæc in Martyrologio Romano habentur: *Concordiæ sanctorum Martyrum, Donati, Secundiani, & Romuli, cum aliis octoginta sex ejusdem coronæ consortibus.* Concordia autem ibi non fœminæ nomen est, sed urbis Ita-

Italiæ Nempè qui Calendariographorum nimis securè in talibus sequuntur fidem, iis idem contingit, quod Calendariographis ipsis interdum, quandò, Eclipsium tempus in libellis suis expressuri sola Ephemeridum auctoritate nituntur, nec ipsimet manum calculo admovent. Illustre ante annos non adeò multos accidebat exemplum ubi ita decepti, in tempus minimè conveniens eclipsin aliquam communi lapsu rejiciebant Astrosophi isti, ipseque etiam noster *Dn. D. Caspar Marchius* p. m. in universitate tunc Rostochiensi meus Collega: sed qui tamen maturè παρέργως hoc animadvertens, priusquam indicatæ eclipseos tempus adesset, in publicè valvis Academicis affixo programmata commissum hunc errorem corrigebat, in quem nulla alia de causa incidisse se, quam quod temerè nimis Ephemeridibus crediderit, ingenuè vir candidus fatebatur, *D. Christ. Kortholt in Miscellaneis Academicis* §. *18. p. 17*

§. 3.

Plippus Melanchthon Epigram. Lib. III. sequens ei posuit Epitaphium:

Πολλ' ἀγαθὰ ποιῶν, πολλ' εὐσέβεια διδασκών
Λούτηρ-Θ, τύμβῳ σῶμα δίδωκε ἔον.

Qui CHRISTUM docuit purè & bona plurima fecit,
Lutheri hâc urnâ molliter ossa cubant.

Joh. Pollicarius tale:

Hic tibi terminus est vitæ, terræque malorum,
Quæ tua perpessa est proprietate fides.
Membra quidem fragili defuncta teguntur ab urnâ,
Sed permixta sedet mens tua cœlicolis.
Tali compensat nostros mercede labores,
Qui jubet imperio cuncta subesse suo.

* * *

Eisleben hat gebohren mich/
Eisleben bin gestorben ich/
Dem Pabst thät ich sehr grossen Zwang/
Davor verdient ich wenig Danck/
GOtt's Wort und Ehr sucht ich mit Fleiß/
Wich' davon nicht in keiner Weiß/
Drum mich sehr haßt die gantze Welt/
Doch schützte mich der Höchste Held/
Dem ich sehr danck in Ewigkeit/
Und preise sein' Barmhertzigkeit/
Gebt Ihm allein den Preiß und Ehr/
Hüt' euch für fremder falscher Lehr.

Laßt euch das Licht befohlen seyn/
Wollt ihr meidn / Tod Höll und Pein/
Solchs hab ich frey heraus bekandt/
Zu Wittenberg im Sachsen-Land.
Zu Worms persönlich selbst auch stund/
Bekandt' die Lehr aus Hertzen-Grund/
Schaw für dem Käyser und gantzen Reich/
In Teutschland gschahe mir dergleich!

Gottfr. Schultz *Chron. Hist. p. 133.*

In nativitate Phosphorus augustior apparuit.

A. C. 1483. in vesperâ Martini natus est Islebii D. M. Lutherus quo Lucifer*um*, quam Φωσφόρον Græci nominant, multò augustiorem & lucidiorem apparuisse mundo, quam ullo vel ante, vel post tempore, Astronomi scribunt, *Joh. VVolffius Lect. Mem. Cent. XV. p. 779.*

Nominis prava detorsio ex Apoc. IX, 11.

§. 1.

Nisi verò Lectori grave sit respiret paulisper à seriis & patiatur, ut producamus morionem in theatrum, qui ita ad nugas natus videtur, ut vel redivivo Catoni risum extorquere possit. Iste est *Guilh. Alabastrus*, qui *Appanatu suo in Revelat. JESU CHRISTI Cap. XI. p. 293.* probaturus Lutherum esse *Abaddon* suoque proprio nomine designatum, hæc habet: 1) *Abaddon* unico verbo est *perditio* rerum, vel *destructio*, & similiter לותר *Luther* est rerum conjunctarum dissolutio. 2) אברון per nominis divisionem est *pater* vel *inventor sectarum* & *contentionum:* Sic nomen *Lutheri*, si Ebraicis literis scribatur, sonat *sectarum investigatorem.* Nam LU est secta & TER *investigator.* 3) אברוך est *pater* vel *autor contendentium, rixantium, protestantium:* & similiter *Luther* est *copulator* vel *conciliator protestantium.* LU enim significat *copulatorem*, qui in unam societatem reducit, & *Ter* תרא Chaldaicè est *protestans.* Lingua autem Chaldaica dialectus quædam est Ebraicè. Nomen autem *Appolluon* est *dissolventis*; &, si *Luther* Græcè scribas λυτὴρ, est ipsa propria dictio, significans dissolventem, ab eodem themate deductum cum *Appolluon*, i. e. à λύω, quia à λύω *solvo* secundum analogiam fit. λυτὴς *solutor*, sicut à Φύω Φυτὴς. Et si legas Απολλύων i. e. abluens, sic etiam nomen *Lutheri* significat *pelvim*, in qua sordes abluuntur λυτὴς. Et si secundum Latinam versionem addas, (quod Latinè significat exterminatorem), id etiam facit *Lutherus* à verbo *lues*, quod significat exterminium, à *luo*, sicut à *suo* fit *sutor.* Atque has quidem primitias damus ex Apocalypsi, ut sciant Hæretici, quid expectandum sit illis ab Apostolico Pro-

pheta,

Pheta, quem tam mirâ impudentia hactenus in sectam suam detorserunt. Hæc *Alsbastrynus.* Sanè plus à te audivimus, quam ab Apostolico Prophetâ unquam exspectare potuissemus. E primitiis tuis messem, ex auriculis asellum agnoscimus, *B. D. Pfeiffer. Ebraic. & Exotic. N. T. Loc. XLVIII. §. 3. p. 954.*

§. 2.

Miseret profectò pediculosi Grammatici, quot lineæ, tot ferè sunt vitia. 1) inepta & ridicula est nominis *Abbaddon* divisio. 2) non est verum, LU esse sectam. 3) ἀπολλύων gnaris idiomatis est perdens ab ὀλλύω seu ὄλλυμι, ἀπολύων est absolvens à λύω, dissolvens verò est διαλύων. 4) ἀπολλύων est monstrum in linguâ Græca, ἀπολύω notum. At transeant hæc, nolo Camarinam movere; Bellam potius παρῳδίαν facere nobis est integrum, *Papabaddonopolytico Mysta* opponere, ita ut ex nominum horum, *Papa, Apollyon, Abaddon* evolutione elicuerimus, *Papam Dominum Absolventem* (subditos ab obedientiâ Magistratus) *Patrem sectarum perdentem* (in exitium præcipitantem) *supremum sacerdotem idolatricum Romæ.* Rescisçat jam Hæreticus Primipera, quid sibi expectandum sit ab Apostolico Prophetâ, *B. D. Henr.* Freyesleben *Disquis. Synod. in Form. Concord. I. in Coroll.* Conf. omninò *A. B. T. I. p. 16. seq.*

Pathmum ne Diabolus quidem scivit.

Joh. VVolffius *Præfat. Tom. I. Oper. & Tom. II. Cent. XVI. p. 591. a.* ex *Chytræi Chron.* memorat, postquam Lutherus in pathmum suum ablegatus erat præ metu Papæ & Imp. paucissimi eo tempore notum habebant, quo loco Lutherus subsisteret. Pontifex igitur Romanus, & si omnes ariolos & vates Italiæ adhibuerat in consilium, ut indicarent locum, in quo delitescceret Lutherus, tamen nullus in tota Italiâ magus vel ariolus pathmum Lutheri prodere potuit. Quæ res admiratione digna est, & Satanæ insciticm satis declarat, *D. Georg. Mœbius Tract. Philol. Theol. de Oraculorum Ethnicorum Origine, propagatione & duratione Cap. V. p. 69.* DEI potentiæ adscribendum, quod ipsius etiam Diaboli sævitiæ repagula fuerint positâ, quo nec hostis veritatis infensissimus, licet à Pontificiis per magos, aliosque hujus farinæ sodales, de loco, in quo lateret Lutherus, ejusque manifestatione, consultus fuerit, arcana prudentissimi hujus consilii aperiendo, diros promovere adversariorum conatus, utut voluerit, referente *Chytreo Saxoniæ Lib. IIX. Möller. in Luth. Mart. §. 67. p. 52.*

Polygamiæ an fautor?

B. Lutherum fautorem Polygamiæ fuisse Papistarum, *Bellarmini Lib. VIII. de Matrimonio, in Luthero Septicipiti, Ungersdorffii in Gratulatione ad Austriacos p. 91. & Jesuitæ Sandæi in Themate Sæculari de Sectâ Protestantium deserendâ*

ib.

sb. 132. calumnia est. Lutherus verò (cujus scripta priora à posterioribus probè sunt distinguenda) in posterioribus mentem suam clarissimè expressit, Polygamiam improbavit, & in locis ab Adversariis adductis non *absolute*, sed *ex hypothesi*, non de *Christianis*, sed *Judæis* loquitur. Ex multis sufficiat unicum testimonium: Si quæratur, *inquit*, quomodo Abrahæ factum defendi possit, ut ipse interim maneat Christianus, simplicissimè respondetur: Polygamiam in Evangelio esse sublatam verbis CHRISTI, Matth. XIX. *In principio non erat sic*, & Apostoli, 1. Cor. VII. Quilibet habeat uxorem suam, & quælibet maritum suum, *Comment. in Gen. XVI. f. 102.* Vide omninò B. Gerhard. de Conjugio §. 202. seq. ubi alios, qui defenderunt B. Lutherum, adducit, *D. Sberz. S. D. L. XXVII. §. 14. p. 813.*

Propositiones contra Tezelium intra 14. dies totius Germaniæ pervolutarunt angulos.

Propositiones Lutheri, quas primum omnium adversus Tezelium, in Festo omnium Sanctorum A. C. 1517. ad valvas templi arcis Vittebergensis affixit, intra XIV. dies pervolutarunt omnes angulos totius Germaniæ. Cur non intra viginti aut triginta annos perveniisset Evangelium, tot miraculis confirmatum, ad omnes angulos totius orbis terrarum? quærit *Moebius l. c. contra Ursinum, Evangelium Americanis esse prædicatum, negantem, disputans, Diss. II. p. 112.*

Reformatio ipsis Pontificiis profuit.

Quantum Pontificiis Reformatio B. Lutheri, ipsis non diffitentibus profuerit, singulari Disputatione exhibuit *Excell. D. D. Joh. Frid. Mayerus An. 1684. Witteb. hab.* nam quod Scripturam ad probandos fidei articulos Pontificii adhibeant, Lutheri beneficium est; Catechismos Romana Ecclesia Lutheri laboribus possidet. Cantus in linguâ vernacula Luthero debet. Indulgentiarum nundinatio in angustias quod redacta, Reformationi Lutheri adscribere necesse habent Pontificii, quod ulterius ibid. deductum. Daß Maximilianus dergleichen Reformation selber gewünschet hat/ das kan man daraus abnehmen/ weil er zu sagen pflegte: **wann die Pfaffen fromm wären/ so dürffte kein Luther kommen/** *Hübner. Hist. Pol. T. I. Cap. IV. p. 983.*

Somnium Frider. El. Sax. de hâc Reformat.

Kurtz vor der Reformation des sel. Lutheri soll dem Chur-Fürsten zu Sachsen/ Hertzog Friedrichen/ da er sich mit seinem Herrn Bruder/ Hertzog Johanne, zu Schweinitz auffgehalten/ den 31. October nachfolgender Traum geträumet haben/ welchen er früh morgens damit er ihn desto eigentlicher behalten möchte/ auffgezeichnet/ auch denselben seinem Herrn Bruder/ in Bey-

sein des Cantzlers erzehlet: Nemlich/ es dauchte ihm/ als ob GOtt einen Mönch zu ihm schickte/ mit diesem ausdrücklichen Befehl/ er sollte ihm verstatten/ daß er etwas an die Schloß-Kirche zu Wittenberg schreiben möchte. Als aber der Mönch nach erlangter gnädigster concession angefangen zu schreiben/ so habe er eine solche Schrifft gemacht/ daß er/ der Fürst/ solche zu Schweinitz habe erkennen können/ die Feder aber/ womit er solche geschrieben/ sey so lang gewesen/ daß sie mit dem Hintertheile gen Rom gereichet/ und mit ihrem Sturtz habe er daselbst einen Löwen ins Ohr gestochen/ auch habe die Feder an die dreyfache Päbstliche Krone gestossen/ daß sie angefangen zu wackeln/ worüber der Fürst sich erzürnet/ und zugelauffen/ damit er solche erhalten möchte; Er sey aber hierüber auffgewacht/ aber bald wieder eingeschlaffen/ da ihm denn solcher Traum noch zweymahl vorkommen. Da er aber solchen zum drittenmahl gehabt/ so hätte ihm gedaucht/ als ob er sich sehr bemühete/ daß er dem Münche seine Feder zerbrechen möchte; Aber alle seine angewendete Mühe sey vergeblich gewesen. Er habe aber den Mönch fragen lassen/ wo er doch zu solcher Feder kommen sey/ und wie das zugienge/ daß sie so zähe und fest wäre? welcher ihm diese Antwort habe geben lassen: Sie wäre von einer alten Böhmischen hundert jährigen Gantz/ die hätte ihm einer seiner alten Schulmeister verehret/ und gebeten/ weil sie sehr gut sey/ er wolle sie zu seinem Gedächtniß behalten und brauchen/ er hätte sie auch selber temperiret und geschnitten/ daß sie aber so lange währete/ und so feste wäre/ käme daher/ daß man ihr den Geist nicht nehmen/ noch die Seele/ wie mit andern Federn geschicht/ heraus nehmen könte. Es hat aber der Ausgang gelehret/ daß solches ein göttlicher Traum gewesen/ in welchem GOTT diesem theuren Chur-Fürsten das Werck der heilsamen Reformation geoffenbahret/ **Grundmans Geschicht-Schule** *P. I. p. 739. ap. D. Paul* **Sperling** *in Nicodemo quærente & JESU respondente P. I. p. 337.*

Reformatio hæc an in Sacris prædicta.

Resp. dist. inter id, quod *explicitè* & quod *implicitè* in sacris literis prædicitur. Etiamsi totidem verbis non dicatur, quod Lutherus aliquando Papatum reformare debeat, cum tamen, Antechristi revelatio, 2. Thess. II, 8. & Angelus per μεσουράνημα volitans æternum Evangelium habens, & incolis terrarum Evangelizans promittitur, Apoc. XIV, 6. *implicitè* mentio de Luthero injicitur, *B. Krom. Th. Pos. Pol. Art. XIX. p. 1070.* Vid. omninò *M. Joh. Heinr.* **Weihermayer Fest-Posaune** *p. 1465. seq.* Dölingius de Antichristo Lib. III. Cap. XXVII. p. 333. vaticinia de Luthero (Hussi & Hiltenii) annotat, & Jeremiæ Cap. L. LI. (ubi Babylonem ab Ararath, Menni & Ascenas desolatum iri dicitur)

con-

considerari jubet: Significat, *inquiens*, fossores & fusores metallorum, quales fuerunt Parentes Lutheri ex Mennis seu Mannis (undè adhuc Comitatus Mansfeldicus) oriundi. Per juvenem igitur electum, Jerem. L, 44. ex Ararath, Menni & Ascenas Cap. LI, 27. Lutherum intelligit. Quam veritatem tamen firmioribus argumentis probari velim, *B. D. Siberzer. Syst. Def. L. XXVIII. §. 18. p. 863.*

Sepulchrum inviolatum.

Cum A. 1547. Carolus V. Victor VVittebergam urbem ingrederetur, & quæ inibi publica essent ædificia, lustraret avidè, urgebant eum Ferdinandus Albanus & Episcopus Atrebatensis, ut Lutheri sepulchrum dirui, demortuique cadaver publicè cremari juberet, non solum illorum petitio ipsi displicuit, verum etiam severè, atque vitæ etiam capitisque periculo sanxit, inviolatum Lutheri sepulchrum ut esset, *D. Matth. l. c. p. 1045. b.*

Sermones Convivales.

§. 1.

Bißweilen wird von einem bey Tisch/ oder bey guter vertrauter Gesellschafft/ etwas geredet und erzehlet/ so man vermeynt/ daß es nur bey denen/ die es angehört/ verbleiben solte; welches doch nicht allwege geschiehet/ sondern andern offenbahret/ ja gar nach dem Tode eines/ so solches auffgezeichnet oder geredet/ in den Druck/ und unterweilen mit Andichtung eines andern Verstandes/ als es gemeynt gewesen/ oder mit einem Zusatz/ und doch unter desjenigen Nahmen/ der es geredet haben solle/ in den Druck gegeben wird; Inmassen auch D. Luthern/ mit seinen Tisch-Reden wiederfahren ist; Davon D. Thomas Lansius in der Oration, die er den 8. Nov. An. 1617. zu Tübingen gehalten/ p. 532. Mantis. Consult. & Orat. also sagt: Scriptorum Lutheri voluminibus sive tomis, post mortem ejus, posthuma quorundam, at præpostera, nec satis oculata pietas, adjecit illos notissimos sermones Convivales; factum tale, quod, quâ fuit prudentiâ vir circumspectissimus, infectum vellet, si viveret, & toto pectore aversaretur. Et fatuus amor illorum est, qui ita amant Lutherum, ut etiam omnia ejus æquè, & sine exceptione ament, & simul, cum ipso amoris excessu, malevolis materiam calumniarum subministrent, *D. Joh. Müller. in Luthero defenso Cap. X.* schreibet/ daß Lutherus zufälliger Weise/ als ein Privatus, nicht als ein Kirchen-Lehrer geredet habe/ darum er aus den Tisch-Reden/ nicht zu urtheilen sey; Und in des D. Joh. Gerhardi Patrologiæ Zuschrifft stehet also: Quod ad Symposiacos sermones, ipsi profitentur Nostrates, quam plurima in istis legi, quæ ex joco prolata à viro animi non minus inter amicos aliquando læti, quam præclaro veritatis adsertore; nec probatum hactenus fuit, cujus fidei sermones isti convivales sint; certè à B.

Luthero nec editus, nec adprobatus libet iste Sympoſiacus fuit. Et ſanè ſi, ut ſermones convivales, quos adverſarii B. Lutheri, ſuper menſa, in familiari colloquio, proferre ſæpè adſolent, in publicum ſpargerentur, contingeret, næ futurum, ut quam plurimi erubeſcant notabiliter, *M. Zeilerus Miſcell. p. 35. 36.*

§. 2.

Sermonibus iſtis convivalibus non eadem habenda fides, quæ aliis habetur Lutheri ſcriptis, cum eos ille nunquam viderit, legerit, approbarit, perindè ut libros ſuos alios. Audiatur quæſo Megalander ipſe, ecquid de τραπεζολογίοις judicarit. Id Poſtillis Domeſticis, Jenæ impreſſis, Dom. Jubilate, ita docuit: Es redet in dem Evangelio Joh. am 16. der Apoſtel Fleiſch aus der Vernunfft/ ohn den Heiligen Geiſt. Und man findet in Auguſtini Büchern viel Sprüche/ welche Fleiſch und Blut geredet hat. Und ich muß auch von mir bekennen/ daß ich viel Worte rede/ welche nicht GOttes Wort ſind/ wenn ich rede/ auſſerhalb dem Predigamt/ daheim über Tiſch/ oder ſonſten. Et in Præfatione ſuper Diſpoſitiones Pæricoparum Evangelicarum Dominicalium Amico cuidam adornatas *T. Jen. Lat. III. f. 543. B.* hæc habet: Sunt in meis, ut ſumus homines, quæ humana, imò & carnem ſapiunt, dum enim ſoli ſumus & diſputamus, ſæpius etiam iraſcimur, DEUS ridet noſtras iſtas egregias ſapientias, quibus coram eo geſticulamur, credo, quod & delectetur iſtis ſuis morionibus, eum regere conantibus: Id quod ego non rarò feci, & adhuc facio ſæpè. Sed ſi in publicum proderentur, næ ego fabula pulcherrima fierem omnium fabularum totius mundi. Non quod impia & mala ſint, quæ ſic ardens cogito, ſed quod præ nimiâ ſapientia ſtulta ſunt, etiam me ipſo judice, poſt refrigeratum calorem inventionis. Qualia ſunt multa, quæ in principio cauſæ meæ fervens ſcripſi, *D. Waltherus Diſp. de Immortalitate Animæ Rationalis p. 81. 82.*

§. 3.

De iisdem Pericopis mox ita: Has cogitationis meas, cum reſurrexiſſem à mortuis, & domum reverſus eſſem his diebus, inveni raptas ſub incudem Typographi, & aliquantâ parte excuſas. Effuderam autem eas amici cujusdam gratia, ſub prandiis & cœnis, non ut in publicum ederentur, ſed ut ille haberet, quo ſe exerceret aliquo exemplo tractandi & docendi verbi. Nunc etſi ego fruſtra indigner & iraſcar eſſe in publicum raptas, cogor etiam aliorum amicorum urgentibus precibus, præfatione ornare, cum tamen nihil habeam, quod dicere poſſim, niſi quod negare non audeo, mea eſſe cogitata & verba. Verum ſi juſto tempore & loco licuiſſet, ſaltem paulo uberiora & pleniora potuiſſem vulgare. Si quibus igitur iſta jejuna & egena fragmenta placent, placeant, ſanè me vel invito & favere coacto &c. omninò, *D. Mengering. Inſtruct.*

mat. Conscientiæ Evangelicum Dom. XVII. p. Trin. Q. V. p. 827. seq. Dicendum ergò hosce sermones non ab ipso Luthero αὐτοχεδὶ conscriptos esse, sed centones hosce ab Aurifabro congestos, & post Lutheri mortem in lucem editos, ideoque parvæ autoritatis. Lutherus populariter & exotericè multa inter sermones convivales protulit, quæ nec semper ita, ut protulit, fuerunt intellecta vel accepta, *B. Krom. Th. Pos. Pol. Art. I. p. 31. 32.*

Versio Bibliorum à Papistis laudata, culpata.

§. 1.

Hertzog Georg zu Sachsen/ ein arger Papist/ soll gesagt haben: wann der Mönch doch die Bibel vollend verteutschte/und gieng hernach dahin/wann er wollte / *Luther. Colloq. Mens. Cap. II. p. 30. a.* Et cum primum prodiret hæc versio, cui Lutherus totos viginti annos & quatuor, unà cum Forstero, Bugenhagio, & Judæo converso, quem hospitio exceperat, impendit, quidam Novellus Doctor Papanus gloriolam aucupari volens eam in cathedram & suggestum comportavit, & virgis cæcidit, clamans: lerne es besser! lerne es besser! *D. Meisner. de Sepult. Mariæ S. I. §. 11.* (Ferè ut *Albertus Cranzius* lectis thesibus Lutheri, contra Tezelium scriptis exclamasse fertur: O frater! abi in cellam tuam, & die: Domine miserere mei! *D. Mieræus Hist. Eccles. Lib. III. S. II. Q. XII. p. 649. Edit. Harm.*) Sacrilegus est, qui sacras literas vulgari lingva vertendas, & omnibus sine discrimine communicandas putat, inquit Jacobus Ledesima Jesuita ap. *VVolff. Cent. XVI. p. 970. b.* Huntlæus Scotus, imitatus Cochlæum, plura, quam millia errorum in versione Lutheri se observasse dicit, nullum verò allegavit, quam illud, Rom. III, 28. ad quod ipse respondit, *T. V. Jen. ad An. 30. in lit. ad Spengler. à p. 140. ad 146.* (*Vox* allein non *Sola*, sed *solum* adverbialiter, non nominaliter significat, *B. Scherz. Syst. Def. L. XVI. p. 434 Meisner. Philos. Sobr. P. II. Cap. II. S. II. p. 961. seq.*) Imo non veritus est scribere: Divina providentia effectum esse, ut statim post factam Vulgatam depravaretur textus Ebræus, ne videlicet rejecta communi versione, confugeret quispiam ad Textum Ebræum, ap. *B. D. Quensted de Puritate Fontium Ebræi V. & Græci N. T. th. 1. obs. 2.* Verius Isiodorus ex Vulgata Versione extraxit octuaginta millia errorum, uno nomine vitia Grammatica, graphica, elliptica, pleonastica, diærctica, chronographica, topographica, historica, dogmatica, contradictoria, *Meisner. l. c.* Mendas quippè quamplurimas ipsimet Papæi in sua Vulgata (cujus Autorem Rabbini vocant מְפָרֵשׁ תּוֹעָה *interpretem erroneum*: vel מְפָרֵשׁ לַתּוֹעִים *Interpretem erroneum. Hackspan. de Script. Jud. in Theol. usu Cap. III. n. 12. & Syllog. Diss. p. 558. M. Christian.* Schütz *de Vetis Veterum Diss. I. Cap. II. Hottinger. Thesaur. Philol. Lib. I.*

Cap.

Cap. III. S. III. p. 378. M. Imman. Weber. ad prom. Grammat. Ebr. XIII. 16. in proœm.) agnoſcunt vid. *Joh. Morinus Eccleſ. Orient. Antiquit. Ep. LXXXIII. p. 610. D. Joh. Ad. Oſiander Theol. Caſ. P. I. p. 242. ſeq. Joh. Arndius Lex. Antiq. Eccleſ. p. 1103. M. Georg. Eilmarus de Valore Interpret. Vulgata §. 5. ſeq. D. Chriſt. Kortholt de Variis Scripturæ Editionibus Cap. X. p. 110. ſeq. D. Joh. Georg. Dorſcheus Syllog. Vindic. ad Bellarm. Alleg. ex Exod. Moſ. Diſſ. I. ad Cap. I. p. 17. ſeq. D. J. C. Beeman. de Jure Idiomatis Cap. III. §. 6. p. 91. Joſ. de Voiſin Obſ. in proem. Pug. Fid. R. M. p. 145. ſeq.*

§. 2.

Lutherum verò in verſione librorum N. T. Vulgatam adhibuiſſe ducem, non ipſum Græcum fontem ut quidam volunt, μὴ λίαν αἱματικὰ, & tam facili niſu probari poterit, quam quod in V. T. translatione preſſerit veſtigia LXX. Interpretum. Gratis hoc & ſimilia de Lutheri labore, nunquam ſatis deprædicando dicuntur, & ab iis præſertim, qui cum ipſo parum conveniunt. Princeps inter innumera teſtimonium, à Principe incomparabili, Reverendiſſimo ac ſereniſſimo Dn. Dn. Georgio, Eſrâ Anhaltino, Lutheri coætaneo, in hoc negotio datum, hîc ſolum laudo: ita quipe is loquitur: Wer kan aber ſagen/ was für ein groſſer Nutz und Göttliche Wohlthat es iſt/ daß die gantze Bibel/ beyde Altes und neuen Teſtamentes/ durch den Ehrwürdigen lieben D. Martinum Luther/ und andere/ ſo Er dazu gezogen/ aus den Ebräiſchen und Griechiſchen Haupt-Quellen/ in unſere deutſche Sprache/ aus ſonder Gnade und Gabe des Heiligen Geiſtes ſo reinlich/ klar/ und verſtändlich gebracht/ daß auch der Heil. David/ und die heiligen Propheten/ ſo fürnemlich und deutlich in Worten und Sinne reden/ als wären ſie in unſerer Mutter-Sprache gebohren und erzogen/ dagegen ſie doch hiebevor in andern Dolmetſchungen ſo dunckel und undeutlich/ und ſchwer zuverſtehen geweſen/ daß alle liebe Lehrer hoch darüber geklaget/ und derhalben ſo viel und lange Comment. darüber geſchrieben/ und ohne Zweiffel S. Hieronymus und Auguſtinus, ſo ſie noch in dieſen Leben wären/ dieſe hoch rühmen/ loben und ſich ſelber der erfreuen und beſſern/ und nichts weniger zeugen würden/ daß noch niemals die heilige Bibel in einige Sprache ſo rechtſchaffen und eigentlich/ als in dieſer Translation gegeben wäre worden/ *D. Joh. Nicol. Jacobi Tract. de Vulneribus JESU CHRISTI Cap. III. p. 344. 345.*

§. 3.

Feſtum hoc translationis Germanicæ Bibl. Domini Lutheri ductu & opera anno 1542. perfectæ, quotannis privatim cum ſuis celebravit D. Bugenhagius, *Urſinus Anal. Sacr. Lib. II. Cap. II. p. 106.* Quemadmodum olim apud Judæos *Penteccoſte* erat memoriale Legis, DEI digito in Tabulis lapideis exaratæ, &

& Israelitico populo traditæ, Deut. XVI. &c. Sic in Ægypto, & quidem ut appareret ex voto Philadelphi Regis, quotannis agebatur *celebritas Translationis Græcæ*, in Insula Pharo, in quâ tantum opus fuit elaboratum. Ad eam, ut *Philo* perhibet, non judæi modò, sed etiam alii plurimi trajiciebant, Deoque pro tanto beneficio, quasi recente, acturi gratias. Post vota autem & gratiarum actiones alii tentoriis in ipso litore fixis, alii in ipsa arena discumbentes epulabantur cum amicis & domesticis, prælato ipsis Regiis palatiis litore. Quod verò *Philo* præsagiebat fore, ut pleræque gentes, patriis legibus renunciantes ad divinæ hujus observationem transeant, CHRISTO Duce jam evenisse vidimus. Somnium est, quo se infelices appellæ beant, quod attexit: Legem hanc cum Judaicæ gentis felicitate denuò exorituram, cæterasque omnes obscuraturam, veluti Sol minora sidera, *Id. ibid.*

Vacatio an extraordinaria?

§. 1.

Falluntur in eo Jesuitæ maximè, cum nos *extraordinariam* vocationem Luthero tribuere blaterant; nam provocavit Lutherus ipse ad *ordinariam* vocationem tum *ministerii Ecclesiastici*, qua vocatus erat mediatè ad officium docendi in Ecclesia Wittenbergensi, *in Comment. in Epist. ad Gal. C. I. Tom. IV. Lat. Jen. f. 8.* tum *Doctoratus Academici*, vi cujus potestatem accepit, veritatem Evangelicam defendendi, doctrinas vanas & peregrinas profligandi, imo jure jurando ad id adstrictus fuit, vid. *Tom. II. Germ. in admonitione publicâ ad Capitulum Wittebergense fol. 279.* nec non *Tom. V. in explic. Psal. LXXXII. fol. 76. & in glossâ super edictum Cæsaris Tom. eod. f. 320. ut & Ep. quadam eod. Tom. de concionat. clancul. f. 553.* tum *Professionis Theologicæ*, de quâ in statutis Friderici Sapientis ita habetur: *vestrûm est interpretari legem divinam, & librum vitæ docere.* Quæ ulterius persequi nolumus, quandoquidem hæc ab aliis sufficienter pertractata passim legantur, nominatim à *B. Hülsemanno in Brev. Theol. Cap. XIX. th. 25. seq. Danhauero Tom. I. Theol. Conscient. Part. II. Dial. III. Q. XI. p. 999. Kromaiero Theol. Pos. Pol. Art. XIX. th. 2. p. 1066.* inprimis verò *Nicol. Hunnio petul. Tract. cui titulus:* Beweiß / daß *D. Martin* Luther zu des Papstthums *reformation* von GOtt sey beruffen worden / *it. in demonstr. minist. Luther. P. II. p. 28. seq. Keslero* im Lutherthum / *Müllero in Luthero defenso Cap. II. ejusque porrò institutâ adversus Creuzium defensione, nec non in Anti-Jan. Senio §. 389. seq.*

§. 2.

Quanquam verò nonnunquam nostrates *aliquid extraordinarii* in vocatione Lutheri eminere dicant, nemo tamen ipsi *immediatam* & *extraordinariam*

vocationem tribuit, quemadmodum etiam ipse hâc de re protestatus est, se nunquam jactasse immediatam vocationem, *Epistola ad Senatum Mühusinum, Tom. II. Jen. Germ. f. 451.* Quod autem alicubi *Evangelium suum se habere à solo CHRISTO*, ait, *seque superiori, quam humana testificatione in causa sua certum esse* dixit, imò sese *Evangelistam* vocavit (vid. *Epist. ad Frid. Elect. Tom. II. Jen. Germ. f. 57. & contra statum Clericorum f. 107. ut & contra Regem Angliæ f. 113.*) manifestum est ex ipsismet verbis ejus, quod tantum de *origine* aut *certitudine doctrinæ suæ* loquatur, quod nempè illa non humana sit, sed ipsius CHRISTI, neque per homines de eâ certus sit, sed per ipsiusmet SPIRITUS S. obsignationem. Non ergò illa vel *ad vocationem extraordinariam*, vel ad *revelationem doctrinæ immediatam* detorquenda sunt, *B. D. Calovius Bibl. Illustr. ad Exod. Cap. IV, 2. p. 337.* Non negandum tamen simpliciter, in Ecclesiastico Lutheri munere, præsertim quod reformationis opus, & Antichristiani regni oppugnationem spectat, *aliquid extraordinarium & peculiare* concurrere, quod supra communem reliquorum ministrorum, mediatè & ordinariè vocatorum, sortem evehit Lutheri ministerium. Vid. *Hoffnerus in Saxon. Evang. S. I. P. II. C. V. p. 142. S. B. Carpzov. in Exam. N. P. Masenii p. 1079. seq. ap. B. L. Dan. Gribnerum, Præceptorem olim ac Hodogetam in Homileticis fidelissimum, Diss. Inaug. de Chamæleribus Pseudo-Prophetarum Jerem. XIV, 14. divinitus manifestis th. 5. §. 2. p. 34. 35.*

LUTHERUM
Veneno tollere sæpè tentarunt hostes.

§. 1.

Clandestino sæpè veneno mortem sibi fuisse paratam, ipse fassus est, referente *Matthesio in vitâ p. 174. a.* Lutherus; utut verò ex depravata nonnihil corporis constitutione vehementiam illius aliquantisper senserit, divina tamen providentia, quo minus adversariorum vota implerentur, vi promissi, Marc. XVI, 18. lethalem veneno vim prorsus ademit. Commodarunt suam hic Pontificiis operam præ cæteris *devoti illi, & fideles Romanæ Ecclesiæ*, Judæi, quo eos ornat elogio *Marquardus de Susannâ Tract. de Judæis, P. II. C. p. II.* Meminit, ut prætereamus alia, in Latina Colloquiorum Lutheri mensaliuni editione *Henricus Petrus Rebenstock Tom. II. p. 17. b.* Medici cujusdam ex Poloniâ, 4000. (*in Comment. Seckend. L. II. p. 35. b.* 2000. apud *Matthes. in Vit. Luth. p. 155.* 1000.) florenis ad Lutherum veneno necandum conducti, quem Judæum fuisse *l. c.* tradit *Matthesius*, qui varia suum illud consilium exsequi tentavit arte, sed resistente Numinis protectione irrita semper facta sunt, quæ malitiosè fuit molitus. Me-

morat item *Spangenbergius in Chronico Mansfeldensi* illito etiam suggestui toxico, manubriisque infectis, & innumeris modis aliis fraudibus adversariorum insidias Luthero haud rarò fuisse structas, DEO tamen avertente in nihilum omnia evanuisse, adjicit. Commemorari etiam hic meretur, quod Wormatiæ Luthero accidisse ex Razebergii MSS. narrat *Seckendorffius Lib. I. Comm. p. 160. b.* hisce Auctoris laudati verbis: Invitatus (Lutherus) ad cœnam ab Episcopo, cum bibiturus vitrum ori admoveret, id tamen prius ex more suo cruce digitis efformatâ, signaret, subitò inferior vitri pars rupta est effuso vino. Inde suspicati sunt multi, venenum ei paratum fuisse, sed ipse putabat vitrum dissiliisse, quod aquæ nimis frigidæ subitò fuisset infusum. Simile exemplum, de Johanne Evang. vide *in App. Bibl. Tom. II. p. 894. 895.* Præ cæteris verò notatu dignum est, quod citatus supra Rebenstockius l. c. A. 1519. contigisse Luthero refert, scribens: An. 19. peregrinus quidam Lutherum accessit, quem Lutherus manu porrectâ excepit, at is bombardam habens in manu, antè habitationem Lutheri dixit: miror Domine Doctor, te manum tuam porrigere ignotis, & hominibus peregrinis, quid fieret, si aliquis bombardâ te interficeret, ego jam solus tecum sum, respondit Lutherus, & te mori vicissim oporteret, ille dixit, etsi fieret, Papa tamen scriberet me in catalogum Sanctorum, te verò in numerum hæreticorum. His verbis auditis Lutherus attonitus, famulum suum Wolffgangum accersit. Is vero illicò secessit, bombarda emissa, festinans, è civitate. Alia, quæ hîc adduci possent, brevitatis studio præterimus conf. tamen Epistola Lutheri ad Spalatinum ap. *Aurifabrum in C. M. p. 263. b. Möllerus in Lutbero Martyre §. 70. p. 53.*

§. 2.

Modus hic de medio tollendi homines apud Papistas non inusitatus; cum Avorum memoria Fridericus, ex amplissima Fregosiorum familia, Archiepiscopus Salernitanus, postea Cardinalis creatus, edito libello de modo orandi, fidei suæ consortes reprehendisset, quod preces suas ad certas formulas, ad certas horas, ad certa loca, & certos cumprimis gestus, alligarent, licet rectè monuerit Archipræsul, sed cum Papatus sit inemendabilis, eam gratiam iniit, ut inter hæreticos relatus, si famæ credendum sit, veneno fuerit sublatus, teste *Joh. VVolff. Cent. XVI. L. M. p. 696. D. Joach. Hildebrand. in Rituali Omnium, vel Compendio Veterum omndi Rituum Cap. I. p. 1. 2.*

LUTHERANA

Doctrina an nova?

§. 1.

Verissimè quondam *Chrysostomus Hom. LIV. in Joh. Cap. VIII.* impudens

quiddam & temeraria malitia est, quæ, cum magis confundi deberet, magis irritatur. Quod in Pontificiis usu venit, qui cum non aliud à nobis Evangelium, quam quod à condito orbe in Ecclesia verâ auditum, doceri non nesciunt, impudentissimè tamen NOVUM, & per ἐξυδένωσιν summam QUINTUM appellare audent, cujus Professores fuerint & sint NULLUS & NEMO, *D. Christoph. Pelargus Repetit. Præcip. Christ. Fid. Art. Diss. XI. th. 1. p. 65. & Diss. XIX. Q. II. p. 125.* Sexagenarium nostrum vocant Evangelium, *M. Joh. Tungerlar. Prompt. Bibl. P. III. p. 174.* Sed respondemus dist. inter *novum* & *renovatum*. Doctrina Lutheranorum non est *nova*, sed tantum *renovata*, & ab erroribus Papalibus repurgata. Est enim illa ipsa doctrina, quæ CHRISTI fuit & Apostolorum, *B. Krom. Theol. Pos. Pol. Art. XVIII. p. 1053.* Argumentor: Quicquid cum Scripturis Propheticis & Apostolicis concordat, illud est antiquissimum. Sed de Lutheranâ Doctrinâ verum est prius. E. & posterius. Vid. *M. Otto Ursinus Fascic. Quæst. in Theol. admodum vexat. Q. VI. p. 14. seq.*

§. 2.

Per *antiquitatem* non eam, quæ aliquot seculorum duntaxat est, sed à primo principio ductam, non plumbeam, sed auream, non vanam & planam sive deceptricem, sed canam & sanam intelligimus. In rebus enim fidem, & cultum divinum concernentibus non omnem antiquitatem, minimè eam, quæ à primæva dissona est, attendendam ex divinæ majestatis interdicto, Ezech. XX, 18. liquet: *In viis Patrum vestrorum nolite ambulare, sed in viis meis ambulate.* De primæva verò, quæ sola religionis nota characteristica est, illud *Tertulliani* loquitur: *Antiquissimum quodque verissimum!* adulterinum verò quodcunque posterius. Nititur ergò primævitas illa, vel ut idem *Tertullianus* vocat, Principalitas divinâ revelatione de reparatione generis humani post lapsum Protoplastis facta, Gen. III, 15. ac deinceps ad Patriarchas, Abrahamum inprimis, & posteros ejus repetita: atque à CHRISTO, per quem ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν locutus DEUS, Ebr. I, 1. confirmata penitus ac stabilita, *Krom. Scrutin. Relig. Diss. XIII. P. II. §. 3. p. 325.* Nova fortè illa tum fuêre κατὰ δόξαν, uti nova videntur, quæ renovantur, nova autem κατ' ἀλήθειαν & revera non magis fuêre, quam ipsa doctrina Prophetarum & Apostolorum, quia in solâ Scriptura S. acquievit Lutherus, undè ipsimet Papistæ nos, quasi per ignorantiam, *Scripturarios* & *Biblistas* appellant, nec rarò fasti sunt è Scripturis S. Confessionem Augustanam refutari non posse, *B. Calov. B. I. ad Exod. Cap. IV. p. 337.* Ideò etiam miraculis (quæ fiunt propter infideles) opus non habebat, sed CHRISTI & Apostolorum miraculis (primitivis in Scripturâ prædictis, ut Es. XXXV.) dudum erat confirma-

mata, *Krom. S. R. diſp. cit. P. I. §. 18. p. 314.* Vid. & omninò *D. Sperlingius in N. Q. & I. R. P. I. p. 523. ſeq.*

Eccleſia ampliſſima multas Regiones penetravit.

Bellarminus *in præfat. Lib. controverſ.* ita : Quis ignorat peſtem Lutheranam in Saxonia paulò ante exortam, mox Germaniam penè totam occupaſſe: Indè ad Aquilonem & Orientem profectam ; Daniam, Norwegiam, Sveciam, Gothiam, Ponnoniam, Hungariam, abſumſiſſe. Tum ad occidentem & meridiem pari celeritate delatam, & Galliam, Angliam, Scotiam, florentiſſima quondam regna brevi tempore populatam. Ad extremum Alpes transcendiſſe, & in Italiam usque penetraſſe, *D. J. Groningius* **in der Hiſtorie der heutigen Religion** *Cap. XIV.* §. *4. p. 254. D. Joh. Frid. Mayer. Diſq. Theol. Quare hæreſis Pontificia inter reliquas præcipuo quodam & perenni vigore unicè ſuperet ? ſeu, de Hæreſi Papæa multum ſuperſtite §. 1. p. 1. 2. D. Melch. Zeidlerus in refut. Tubæ Pacis §. 2. p. 4.* Imò fatetur *Bellarm.* Lutheri doctrinam non contentam occiduis & aquilonaribus regnis, ad Orientem quoque & Meridiem, ad Græcos, ad Indos, ad ipſum novum orbem, navigare auſam fuiſſe. Vid. *D. Joh. Nicol. Jacobi de Vulneribus JESU CHRISTI Cap. V. p. 473.* Summo miraculo fuit hanc doctrinam ſine miraculo inter tot calamitates & pericula propagatam & conſervatam eſſe, *M. Sebaſt. Edzardus Diſſ. Prior. de Rebus in Hiſpaniâ geſtis* §. 7.

Ante Lutherum ubi fuit?

Reſp. Illam latuiſſe ſub tyrannide Pontificiâ. Conſervata enim fuit in infantibus, in martyribus, in ſimplicioribus Chriſtianis, in gementibus, contradicentibus. Conſervata quòque fuit in Codice Biblico, in prælectione pericoparum, in Symbolo Apoſtolico ; Conſervata ſimul fuit in aliis doctrinæ cœleſtis capitibus, manſit quippè Decalogus, manſit baptiſmus, manſit Oratio Dominica, manſit hiſtoria Paſſionis CHRISTI, & ex *Anſhelmo* moribundis acclamatum fuit: Si Dominus DEUS tuus voluerit judicare, DIC : Domine, mortem Domini noſtri JESU CHRISTI objicio inter me, & judicium tuum, aliter tecum non contendo, quod refert *Caſpar. Ulenberg. in libro, quo ſtudere vult, quibus de cauſis ad Catholicos redeundum, edito Coloniæ An. 1589. D. G. Mœbius de Moſcholatriâ Populi Iſmëlitici ex Exod. XXXII. Diſp. III. S. IV. Q. II. §. 10.* Extra Papiſmum conſervata fuit in Eccleſia Waldenſium, in Eccleſia Græca, quæ itidem Pontif. Rom. faſtum & dominationem ſemper improbavit, *Id. in Theol. Canon. Diſp. XII. L. XXI. Can. 178. p. 291. 292.*

Veritas contra omnes hæreſes triumphat.

Vid. Tit. *Auguſtana Confeſſio.* Hanc ſupprimere, ſed in caſſum per DEI

gratiam ſemper tentavit Papa. Fabuloſus Johan Leo Lutheranæ veritati triſtem interitum prædicturus, hac ceremonia eum exhibuit, fervidè lychnum in ſuggeſtu ardentem corripiens, in terram ceu Jupiter altitonans, hoc cum clamore, projecit: Sic Lutheranæ veritatis lumen Pontifex exſtingvet. Accedens autem Auditorum non nemo ſimplex lychnum ſufflavit, vatemque imprudens pudore, ſiquem habuit, ſuffudit, *D. Paulus Pomian Peſarovius in Româ Fabellarum Pandorâ §. 23.*

LUTHERANUS

Infans veneno inficit brachium Phil. R. H.

Als Anno 1563. Philippus II. König in Hiſpanien die Verbrennung des Lutheriſchen Graffens von Ferrar, ſammt deſſen Gemahlin beywohnete/ hat er dieſes Graffens Kind auf ſeine Arme genommen/ und ſolches dem Vater entgegen gehalten/ der Meynung/ ihn dadurch zum Abfall zu bewegen. Als aber dieſes durch die durchteuffelte Pfaffen geſehen/ haben ſie ihn das Kind vom Arm geriſſen/ ſolches zu denen Eltern ins Feur geworffen/ und den König/ unter dem Vorwand/ er hätte ſich durch Anrührung des Lutheriſchen Saamens auffs äuſſerſte verunreiniget/ ſo weit gebracht/ daß er ſich etliche Untzen ſeines Blutes aus dem Arme/ darauf er das Kind gehalten/ abzapffen ließ/ *Nob. Ziegler* im tägl. Schauplatz der Zeit *15. Sept. n. 2. p. 1136.*

LUTHERANI

An Catholici?

§. 1.

Qui fidei noſtræ Articulos inſpexerit, & diligenter expenderit, illi nullum amplius erit dubium, quin Catholicorum titulus nobis veriſſimè conveniat. Qui enim doctrinam Apoſtolicam in toto terrarum orbe propagatam ſeqvuntur per omnia, hi ſunt veri Catholici. At verò nos illud facimus, & per ſingula religionis capita demonſtrare poſſumus. Ergò nos ſumus veri catholici. Contra hanc verò concluſionem *tria* potiſſimum objiciunt Romanenſes, & religionem noſtram nihil minus eſſe, quam *Catholicam*, tribus argumentis evincere præſumunt.

§. 2.

I. *Quia ab auctore ſuo nomen acceperit, & dicatur Lutherana.* Reſp. Non hæc invicem pugnant, dici *Catholicam*, ob univerſalem convenientiam cum Scripturis, & *Lutheranam*, ob primum reformationis in Germania miniſtrum Lutherum. Alias ſequeretur, monachos Papales, ne quidem ſenſu Papi-

Papiſtico, poſſe dici Catholicos, quia itidem ab auctoribus regularum ſuarum accipiunt nomina, dum alii dicuntur *Bernardini*, alii *Franciſcani*, alii *Dominicani* &c. Imò nulli Romanenſes forent Catholici, quia omnes à capite ſuo Papa appellantur Papiſtæ. Nos vocamur Lutherani non *magiſtraliter*, ſed *confeſſionaliter*, *diacriticè* non *ſchiſmaticè*. *B. L. Fellerus Animadv. in Horn. Orb. Imp. p. 101.* Sic credentes filii Abraham nuncupantur, atque ſic Abrahamitæ; non quia in Abraham credunt, ſed quia Abrahami fide clarent, fulgentque, Luc. XIX, 9. Gal. III, 7. Sic Nathanaël verus Iſraëlita dicebatur, non quia in Iſraëlem, i. e. Jacobum credebat; Sed quia ejus veſtigiis inſiſtebat, nec in eo dolus erat, Joh. I, 47. Sic Paulus coram Anania Pontifice & Concilio verba facturus, cum ſciret, quod una pars congregati populi eſſet Sadducæis addicta, Phariſæis altera: non dubitabat Phariſæum ſe apertè profiteri, ut hoc nomine à Sadducæis, qui reſurrectionem mortuorum negabant, ſejungeretur, & Phariſæis, reſpectu confeſſionis beatæ ac glorioſæ reſurrectionis, quam unà cum iſtis edebat, adlegeretur, Act. XXIII, 6. conf. Apoc. II, 6. Quod cum ita ſit, poſſumus à Luthero Lutherani appellari, non quidem ratione *fidei*, ſed duntaxat ratione *confeſſionis*. *Reneccius Panopl. Tom. IV. Cap. XXIII. pag. 357.* Conf. *B. Brochmand. Syſt. Th. Tom. II. Art. XXVI. C. II. Dub. I. p. 283. Cluver. Dilut. Apoc. T. II. p. 78. D. Joh. Gieſſenius Diſp. Th. oppoſ. Diſp. cuidam Theol. Phyſ. in Acad. Marpurg. An. 1618. Q. VIII. D. Günterus Coll. Th. Pol. MS. in Scherz. Syſt. in Prolegom. de Lutheranis. D. Joh. Affelman. Synt. Exercit. Acad. P. I. Diſp. VIII. §. 12. p. 141.* A Lutheri miniſterio Lutherani dicimur; Falſa eſt ergò accuſatio illorum, qui ſcribunt, nos à Luthero potius, quam à CHRISTO nomen noſtrum deducere, *D. Botſac. Mor. Ged. p. 559. Dedeken. in Append. Conſil. p. 8. ſeq. Calov. in Eutychianiſmo Lutheranorum σκελετώδη Cap. III §. 1. M. Eberh. Rud.* Roth *de Nicaloitis ex Apoc. II, 15. Cap. IV. §. 22. Menger. Inſ. Conſc. Ev. Dom. 3. Adv. Q. I. p. 31. ſeq.*

§. 3.

II. *Quia non ſit in toto orbe diffuſa.* Reſp. 1) Nihil hoc derogat Catholiciſmo noſtræ fidei. Fuit enim olim tempore Apoſtolorum ſatis diffuſa etiamſi nunc juxta CHRISTI & Apoſtolorum vaticinia in magnas anguſtias ſi, redacta. 2) Notetur contradictio Papalis, & quidem Bellarmini (in Tit. præced. Lutherana Eccleſia multas regiones penetravit.) Hæc quomodo conciliari queant, ipſi viderint. III. *Quia non duraverit jam indè ab Apoſtolorum temporibus.* Reſp. Duravit utique, etiamſi nonnunquam latuerit, & ſub jugo Pontificali obſcurata fuerit, (quod in præced. Tit. ſatis probatum.) *B. D. B. Meiſner. Philoſ. Sob. P. II. Cap. II. S. I. Q. IX. M. III. p. 451. ſeq.*

Per-

Perſecuti & nihili habiti.

§. 1.

Non adducemus jam, quomodo in Germaniâ, Italiâ, Hiſpaniâ & Belgio miſerè trucidati & flammis exſtincti ſint Lutherani, ſed tantum, quomodò ſub imperio Reginæ Pontifici addictæ, in Britanniâ habiti fuerint Proteſtantes, ex *Guilielmi Witbakeri Reſp. ad rationes Campiani* ſubjiciemus: Quæ unquam, ait, tanta fuit hominum carnificina, quantum vobis *Pontificiis* dominantibus & vidimus, & adhuc recente memoriâ tenemus? Cui generi, cui ætati hominum peperciſtis? quos non immaniſſimè trucidaſtis doctos, indoctos, viros, fœminas, ſenes, adoleſcentes, pueros, virgines, conjuges, Laicos, Presbyteros, Epiſcopos, Archiepiſcopos? Virgis martyres cæcidiſtis, linguas è faucibus evulſiſtis, tædis ardentibus manus adusſiſtis, torſiſtis, cruciaſtis, ſuſpendiſtis, ſecuri percuſſiſtis, vivos cremaviſtis, etlentâ flamma torruiſtis, infantem è matris utero defluentem mucronibus excepiſtis, atque in ignem rejeciſtis, denique quicquid inaudita crudelitas potuit excogitare in eos ſtatuiſtis. Ad eum ſcilicet modum tractantur, ita Pontificis juſſu excipiuntur, qui de poteſtate & doctrina ejus dubitant, vel ab ejus ſcitis & dictatis qualitercunque recedunt, *D. Frid. Ulric. Calixtus de Pace Hæreticorum Cap. IV. §. 23. p. 80.*

§. 2.

Des Königs Philippi II. Königs in Spanien Blut-Räthe haben ihn beredet/ daß er/ laut ſeines Teſtaments/ alle ſeine Schätze/ über die 5549. Millionen Ducaten auff die Austilgung der vermeynten Ketzer gewendet/ und doch damit ſo viel als nichts/ ausrichten können. Es ſind wenig Jahre/ daß ein Catholiſcher Fürſt Beylager hielte/ auff demſelben fand ſich ein Lutheriſcher Edelman aus Schleſien/ welcher mit einem groſſen Fürſten/ um denſelben auffzuwarten/ dahin gereiſet war/ indem nun eines Tages die von Adel über der Taffel ſitzen/ und ſpeiſen/ ſitzet nebſt obgedachten Schleſiſchen Edelmann eine Catholiſche Dame/ indem nun allerhand geredet wird/ erfähret ſie/ als die es vorher nicht gewuſt/ daß dieſer ihr Beyſitzer ein Lutheraner ſey/ in continenti und Augenblicks ſtehet ſie von ihme auff/ und ſetzet ſich an einen andern Ort/ und ſpricht: Sie hätte nicht gewuſt/ daß er ein Lutheraner wäre! *Rev. D. Miſand.* in der Cr. d. Fl. *p. 1370. ſeq.* Einsmals trug ſichs in Franckreich zu/ daß etliche Straſſen-Räuber ihren verdienten Lohn bekamen/ mit welchen zugleich auch etliche Evangeliſche hingerichtet wurden; Als nun jene/ die Räuber und Mörder itzo ſterben ſollten/ haben ſie mit vielen Worten bezeuget/ daß ſie nicht als Lutheraner/ ſondern Straſſen-Räuber ſtürben/ und hielten alſo jenes für ehrlicher als dieſes. Im Jahr 1543. hat ein Pfaff zu Londen/ Nahmens Coock eine Predigt gethan/ und für der Ev-

mei-

meine öffentlich gesagt: Man sollte für die jenigen/ so um des Evangelii willen hingerichtet würden/ GOtt nicht mehr bitten und anruffen/ als man für einen Hund pfleget zuthun/ wie Crocius Martyr Lib. II. p. 215. bezeuget/ *D.* Ernst Bild. *P. III. p. 166.*

LUTHERANORUM
Nullus bonus.

Im Pabstthum herschet die geistliche Φλαυτία, da stincket alles nach der Apotheosi, Vergötterung/ canonisation, da gloriret man mit den Catalogis Sanctorum, mit der gloria miraculorum, und ist ein trefflicher Hochmuth/ mit welchem der Papiste Bzovius dem Zeuge Israel/ oder unserer Kirchen Hohn spricht/ mit diesen Worten: Ostendant Lutherani, an inter eos sit tanta series Sanctorum, quod attinet ad populum, sunt quidem in Ecclesiâ Catholica plurimi mali, sed ex hæreticis nullus est bonus. Das heißt sich vermessen/ daß man besser sey/ als andere Leute/ inquit *D. Misander l. c. p. 1322.*

M. M. M.
MAGISTER
Unde?

Deridiculi sunt, qui *Magister* deflectunt, à *magis ter*, quod ter aliis eruditis major sit. Apage igitur cum notatione ista, non absre dixerit aliquis. Propius accedunt ad Etymologiam, qui deducunt à *magistro, as, are* prisco, i. e. rego, moderor. Ita *magister* est moderator. Sed ut minister non est à ministro, as, are, sed hoc est à minister: Sic videtur potius *magistro* deflexum esse à *Magister*. Itaque his tolerabiliores sunt jure consulti, qui derivant ita à magis, ut *ter* sit adjectio Syllabica, præsertim cum *magister* non tantum accipiatur pro didascalo seu præceptore liberalium artium, sed generatim pro quovis præside, cui præcipua & major, quam aliis, personarum vel rerum cura incumbit. Dicitur enim *magister* morum (pro censore) pagorum, collegiorum, conviviorum, equitum: *Magister* igitur dicitur, qui magis potest, quam alii, vel qui magis, quam cæteri diligentiam & curam, iis quibus præest, debet. Nisi obstaret hîc mihi generalis significatio seu notio vocis, dicerem (ne rideas, quæso, suave delirium philologi) esse origine græcum, h. e. descendere à græco μαγίστωρ, qui dictus est, quasi μαγίας ἴστωρ, i. e. magiæ sciens, seu sapientiæ peritus. Sic

πολυϊςωρ est multiscius. Audivi olim, qui diceret: *Magister dictus est à magus*, per diminutionem, pro Magister, i. e. parvus magus: sed explosus quoque hic fuit, ut frivolus nugator. Quam sententiam sequi malis, optio tua sit, *Rud. Goclenius Problem. Grammat. Lib. II. Cap. LXXIV. p. 129. 130. D. Boisac M. G. in h. v. p. 563. Meisner. Synt. Himmel. Diss. XXIX. §. 3. p. 441. 442.*

Contradictionis.

VVesselus Gansfortius Frisius, Græcis dictus Basilius, vix credibili labore hoc assecutus est, ut non solum Theologicæ Majestatis lauream mereretur, sed etiam jureconsultis & medicis Doctoribus annumeraretur. Profectus in Græciam, Aristotelem Græcum, & quicquid eo seculo in Græcia docebatur, summâ diligentia didicit. Inde reversus Italiæ, Galliarum, Germaniæque Academias invisens, disputando, docendo, tantam nominis claritatem adeptus est, ut *Lux mundi* vulgò diceretur. Cum Platonicæ doctrinæ ut divinioris, & Christianismo proximioris, summus admirator esset, acerbius interdum in Aristotelem invectus est, ut à nonnullis *Magister contradictionis* appellaretur, *Zwingerus Vol. V. Lib. I. p. 1195. b.*

Indignus.

Dignus & indignus eodem casu gaudent, *Mich. VVatson. Union. Sapient. S. I. Cap. III. §. 19. p. 31.* Sed multis ne magistri veri essent, magisterii falsum nomen obstitit; dumque de se plus omnibus, quam sibi, dumque, quod dicebantur, sed non erant, esse crediderunt, quod esse poterant, non fuerunt. Tu ergò, ut libet, magisterio gloriare, quod, si digno obtigit, nihil novi, sin indigno, duo hæc mala secum attulit, ut & discere pudeat, & notior ignorantia tua sit, *Fr. Petrarcha de R. U. F. T. I. Dial. XLV. p. 150. 151.*

Sine libris.

Salve Magister sine libris; Salvete libri sine Magistro! dicebat *Georg. Buchananus* ad quendam, qui nullos libros habebat, postea autem multos, sed pulvere conspersos, *Joh. Leonh. Weidnerus Apophr. p. 427.*

Da Magistrum.

Hieronymus *L. de Script. Eccles. in Tertull. T. I. p. 365. B.* vidi ego quendam Paulum &c. qui se B. Cypriani notarium &c. Romæ vidisse diceret, referrique sibi solitum, nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione, unum diem præteriisse, ac sibi crebro dicere: Da Magistrum! Tertullianum videlicet significans, *Joh. Dallæus de Usu Patrum Lib. II. Cap. IV. p. 262.*

MAGISTRI
Doctoribus prælati.

Theologi olim rarò Doctores, sed Magistri nominabantur, quia Doctorum nomen JCtis proprie competebat, *Benius de Privileg. Jure Consultorum Cap. LXV.* Inde etiam in nonnullis Academiarum Privilegiis, & vetustioribus Instrumentis Magistri Doctoribus præferuntur: Wir Magistri, Doctores und Professores der Universität N. N. Wie Carl der Fünffte an die Universität Wien schrieb/ daß sie D. Luthers Bücher verbrennen sollte/war die Obschrifft: Dem würdigen/ unsern lieben/ andächtigen und getreuen N. Rector, Magistern und Doctorn unser Universität zu Wien/ *D. C. F. Paullini* Zeit-kurtz. erbaul. Lust *Tom. II. Cap. XXXIX. p. 268.* Ex quo tamen evinci minimè potest, ut nonnulli Magistelli (sunt verba *Besoldi de Jur. Academ. Cap. III. §. 5.*) opinantur: Philosophos cæteris anteponi, cum hoc ideò factum sit, quod Magistri illorum temporum fuerint Theologiæ Professores. Jam autem sub LOTHARIO Imperatore Saxone JCti primum Doctores creati fuerunt, unde Magistrorum nomen à Doctoribus fuit separatum. Eodemque tempore Petrus Lombardus primus Theologiæ Doctor fuit renunciatus. Vid *D. Christ* Liebenthal *Coll. Pol. Exercit. XIII. §. 55. p. 329. M. Christ. Schwindov. Diss. Pol. de Subditâ §. 5.* Ita ut hi gradus, ex quorundam curiosâ observatione, non sine mysterio inciderint in id tempus, quo Philosophia secularis, ut loquitur *Trithemius*, Theologiam suâ curiositate inutili fœdare cœpit, *D. Bernhardus* Friese/ *Disc. Inaug. de Jure Præcedentiæ Cap. IV. §. 1. Joh. Conr. Dieteric. in Prolegom. Antiq. Bibl. p. 9. Innocent. Gentiletus Exam. Concil. Trid. Lib. I. §. 5. p. 5. 6.* In Academiâ Parisiensi singulare quid adhuc hodiè obtinet. Hujus enim corpus constat ex quatuor facultatibus. Quarum principalis est artium, utpote informatrix omnium Scholarum, qua de causa caput Academicum semper eligitur ex illarum Professoribus; Secunda est Theologica; Tertia facultas est Canonum vel Decretorum; Quarta Medicinæ. In Germaniâ res sese habet aliter, da müssen die Philosophi post principia stehen/ *D. Valent. Arithmæus Feudal. Velinat. Disp. IV. Coroll. I.*

Wittebergenses.

Hâc honorum escâ illecti bonæ mentis & famæ candidati, tanto diligentiæ impetu in studio Academico posteà decurrerunt, ut in solâ Witteberga intra C. annos, tantum à Philosophico Collegio, lauru Magisterii donati sint 4435. Studiosi, *D. Christ. Matthiæ Th. H. T. Pr. p. 921. D. Botsac. M. G. p. 311. Lansius pro Germ. p. 33. M. Joh. Helvic. Willemerus de Honore §. 10. p. 19. seq.*

Parisiis examinantur, indigni repellentur.

Magisterii honores siquis Parisiis ambiret, juxta Bullam Gregorii IX. Papæ, erat examinandus, verba Bullæ hæc sunt : De Physicis autem & Artistis Cancellarius promittet bona fide examinare Magistros, & non nisi dignos admittens repellet indignos, *Herman. Conring. de Antiquit. Academ. Diss. III. p. 93.* Examen hoc ita rigorosum, ut nec Henrici II. Regis quidem habita fuerit ratio ; qui cum quendam à summate fœminâ Parlamentariis Proceribus commendatum, in examine rejectum fuisse, audivisset, dixerat : *Que parmy tant de Chevaux d' Espagne un asne pouvoit bien passer*, h. e. *inter tot equos Hispanicos etiam asino locum dari potuisse*, *Lans. pro Gall. p. 201.*

MANE

Quærendus DEUS.

Nos homines DEO à pueritiæ nostræ aurorâ servire debemus incipere, nec in ipso quidem senectutis velut nocte desinere, imò multo magis DEUM amare. Cerei enim jam pœnè combusti clarior lux est, quam modò accensi. Solus DEUS dicit : *Qui manè vigilant ad me, invenient me.* Quibus verbis hortatur omnes cum ipso negociantes, ut manè veniant ; contrario sane more, quam in Principum aulis fieri solet, ubi portæ non nisi multo jam die aperiuntur, ac serò admodum, quibus negocii aliquid est, admittuntur. Ex quo patet, multo melius illis negotiationem succedere, qui CHRISTUM ubi vix è cunis prorepserunt, quærere statim incipiunt, quam qui tum demum ad DEUM se convertunt, qvum jam alterum pedem in sepulchro habent. Magnum hoc solatium piis & magnus terror impiis esse debet, quod DEUS dicit : *Eù qui ipsi serviant, manè antequam aurora illucescat, usque in multam noctem cœlorum portas patere : quam eadem à tardè venientibus frustra pulsentur.* Manè DEUS Lothum è Sodomâ eduxit : Manè DEUS Manna cœleste in diserto de cœlo pluit : Mane holacausta in templo incendebantur : Mane corvi Eliæ cibum afferebant : Mane Sacerdotes in templum introibant : Mane Judæi in vineam â magno illo patre familias ad laborem conducti sunt : Mane tres Mariæ ad sepulchrum Domini profectæ sunt : mane denique omnibus quærentibus se Dominus fruendum præbet. *DEUS, DEUS meus ad te de luce vigilo*, inquit regius Propheta, quasi dicat : Ex quo natus sum, ô DEUS, tibi servio, & à puero te quæro. At ego miser peccator quid dicam ? Hoc scilicet, DEUS, DEUS meus, ab initio tibi peccavi, & adhuc pecco. Ex quo enim à te creatus sum, offendere te non desii : ex quo cogitare ac sapere cœpi, tibi reluctatus

tus sum : sicut nullus dies sit, quo non gratiam aliquam à te accipiam, & nulla hora, quâ non delictum in te committam. O DEUS meus, non sum ego, non sum ego, qui manè ad te vigilet, sed qui mane tibi peccet. Si enim manè surgam, negotia me excitant : si somnum abrumpam curæ & molestiæ interpellant : & quod pessimum est, ut mundo satisfaciam, nec die, nec nocte quiesco ; ut verò tibi serviam, ne horam quidem quieti demo. Fateor equidem ô DEUS, quod non ad te de luce vigilo, nec servitio tuo, ut debeo, incumbo : nihilominus tamen, qvum Christianus natus sim, tuus profectò sum: quod si tuus sum, cur me desertum ac perditum pateris ? Tu, inquam, qui unumquemque vel minimum Christianorum tam ardenter amas ac si unus tantum esset in toto mundo, *Guevar. Epist. ac Dissert. p. 196. Henr. Engelgrav. Cæl. Empyr. P. I. p. 497.*

Diligentia adhibenda.

Diei partes sunt, *matutinum, meridies & vesperæ*, Psalm. LV, 18. *Matutino tempore* diligentia, sedulitas, sollicitudo denotatur, sicut quæ curæ & cordi sunt, diluculo surgendo peraguntur, Job. VIII, 5. Psal. V, 4. Psal. XCII, 3. Psal. CI, 8. Prov. VIII, 17. Jerem. XXXV, 4. Zeph. III, 5. 7. quibus locis vel ipsum nomen בֹּקֶר *manè* exstat, vel verbum שָׁחַר, quod *diluculo quærere* significat; & הַשְׁכֵּים *matutinare*, seu manè paratum aut expeditum esse, *B. D. Glassius Philol. Sacr. Lib. V. Tract. I. Cap. X. p. m. 234.* Jos. III, 1. dicitur : *Igitur Josue de nocte movit castra*, juxta Ebræum textum, *manè* בֹּקֶר est enim *matutinum tempus*, ultima pars noctis, & quo maturius est, eò magis est nocturnum. Quod notatu dignum est, cum Scriptura de actibus matutinis loquitur, solet ea rationem habere partim *termini à quo*, & intendere initium motus : partim *terminum ad quem*, & considerare finem : atque sic eos partim tenebris, partim luci adscribere, ut Marc. XVI, 2. leguntur mulieres ad sepulchrum Domini orto jam Sole venisse : Joh. XX, 1. autem dicuntur venisse in tenebris, quas tamen ortus Solis minimè tolerat. Sed Johannes respicit tempus, quo surrexerunt & paraverunt ungventa : Marcus respicit tempus, quo pervenerunt ad sepulchrum : ille intelligit initium motus seu actus : hic verò finem. Hunc in modum non est absurdum statuere, quod Josua surrexit noctu, & ad viam se accinxerit : manè verò castra moverit, *L. Job. Mülmannus Comment. in loc. cit. Jos. p. 115.*

Animus alacrior.

Manc animus alacrior, corpus vegetius ; Hinc matutina frons ap. *Mart. L. IV. Epigr. VIII. L. XIII. Ep. II.* & horæ antemeridianæ sacræ ; Gravissima quæ-

que mane, levisſima veſperi adminiſtranda. Vid. *Joſephus Laurentius Polymath. Lib. III. Syn. XXII. p. 289.*

Jentandum.

Salubre exiſtimant Judæi, ſi quis paululum quiddam manè comedat, priusquam ad negotia ſua ſe conferat. *Tribus enim*, ajunt, *& ſexaginta morbis fel infeſtatur, quibus omnibus panis buccella, & ciathus vini jentaculi loco medetur.* Cui vinum non ſuppetit, Zytho vel aqua ſitim reſtinguere licet, ex Raſchi ſententia, qui ſcribit: *Aqua cyathum ille hauriat, qui vino caret.* Ita expeditior quilibet erit ad cultum DEI creatoris ſui, & facilius quoque negotia ſua conficere poterit. Unde etiam in Talmude legitur: Sexaginta curſores currunt, & non aſſequuntur virum, qui mane jentavit, *Buxtorff. Syn. Jud. Cap. XI. p. 232.*

Lorinus ſurrexit.

Johannes Lorinus propoſitum ſurgendi ad primum nolæ pulſum tam firmiter ſervavit, ut ad quinquaginta annos nunquam violarit, *Henr. Engelgrav. Cæleſt. Paneb. P. I. p. 209.* Vid. Tit. Aurora Muſis amica.

Si malè, veſperi forſitan benè.

Elegantisſimæ ſunt meditationes, quas Arabs quidam Hoſein Iba-Iſa M. ſcripto eleganti, de inſigni amore divino & benignitate erga pios ſubjunxit. Poſtremæ iſtius carminis lineæ ita fluunt:

Quantum eſt rei, ſi quando malè habeat manè,
Et adveniat tibi lætitia veſperi?
Licet anguſtæ fuerint in te diſpoſitiones hodiè,
Tamen confide in ſuſtentatore incomparabili & ſummo.

L. Joh. David Schieferdecker *Diſſ. Inaug. de Fœdere DEI cum Abrahamo Symbolico Gen. XV, 10. 17. 18. S. II. Th. IX. p. 74. 75.*

MANNA
Eſt Verbum DEI, Apoc. II, 17.

§. 1.

GOttes Wort iſt das **verborgene Manna**/ von dem Chriſtus verheiſt l. c. wer überwindet/ dem will ich zu eſſen geben von dem verborgenen Manna/ das iſt/ ihn beſeligen mit dem innerlichen Troſt des Heiligen Geiſtes/ in dieſer/ und mit dem Freuden-reichen Anſchauen des wahren dreyeinigen GOttes/ in jener Welt/ das **alte offenbare Manna**/ welches die Kinder Iſrael ſo viel Jahr lang in der Wüſten aſſen/ **vermochte allerley Luſt zu geben/ und war einem ieden nach ſeinem Schmack eben**/ Sap. XVI, 20.

vom

vom Worte GOttes wird das mit grösserer Wahrheit gerühmet (denn das wird zufälliger Weise denen / die verlohren werden / ein Geruch des Todes zum Tode / 2. Cor. XI, 16.) denn für sich selbst ist es den Gläubigen ein Geruch des Lebens zum Leben. **Nutz ist es ihnen zur Lehr** / daß sie voraus / in der Erkänntniß GOttes je länger je mehr zunehmen; **Nutz zur Straff und Widerlegung** / daß sie damit / als mit dem Schwerdt des Geistes / alle kräfftige Irthum schlagen und niederwerffen: **Nutz zur Besserung** / daß sie von ihren bösen sündhafften Wesen / dadurch abgehalten werden: **Nutz zur Züchtigung in der Gerechtigkeit** / daß sie zu den Früchten des Geistes ergeben sind / und ihrem GOtt ohne Furcht dienen ihr Lebelang in Heiligkeit und Gerechtigkeit / die ihm gefällig ist / Luc. I, 74. **Nutz zum Trost** / daß sie ihre Seele in Gedult fassen / und Glauben lernen / welche GOtt lieb habe / die züchtige er / Apoc. III, 19. auff daß also ein Mensch GOttes vollkomen werde / zu allen guten Wercken geschickt / 2. Tim. III, 16. *D. Walth. in Postill. Hieropsalt. p. 1010.*

§. 2.

Verbum DEI est Manna 1) *propter nominis concinnitatem.* Man, i. e. donum, Exod. XVI, 15. 2) *Loci*, unde demissum, *sublimitatem*, Joh. I, 18. 3) *Nominis obscuritatem*, Exod. XVI, 15. Rom. XVI, 25. 1. Cor. XI, 7. 4.) *Expositionis claritatem*, Exod. XVI, 15. 5.) *Demissionis largitatem*, Exod. XII, 37. Psalm. XLVIII, 12. 6.) *Temporis* quando descendit, *commoditatem*, Gen. III, 15. Joh. I, 18 Ebr. I, 1. 2. 7.) *Rotunditatem*, quâ adumbratur *tùm* verbi conformitas & consensio, Joh. XVII, 17. *tùm* pulchritudo & perfectio, Psalm. XIX, 8. Prov. XXII, 17, *tùm* celeritas & velox cursio, Psalm. CXLVII, 15. 8.) *Albedinem & parcitatem*, Exod XVI, 15. 31. Psalm. XII, 7. Ps. XIX, 9. 9) *Praparationis operositatem*, Num. XI, 8. Mal. II, 7. Joh. V, 39. 10.) *Suavitatem*, Exod. XVI, 31. Num. XI, 8. Sap. XVI, 20. Ps. XIX, 11. Ps. CXIX, 103. Cantic. II, 3. 11) *Efficacitatem*, Exod. XVI, 35. Joh. VI, 68. 12) *Usus varietatem*, Num. XI, 8. 2. Tim. III, 16. 13) *Resolutionis facilitatem*, Exod. XVI, 21. ita verbum DEI incalescente sole justitiæ. 14.) *Corruptionis fœditatem*, Exod. XVI, 20. 2. Cor. XI, 16. 15.) *Conservationis diuturnitatem*, Exod. XVI, 31. Ebr. IX, 4. Luc. XXI, 33. 16.) *Fastidii gravitatem*, Num. XXI, 5. Act. XIII, 46. *Binchius Miscell. Tom. I. p. 37. ap. M. Baum. in Anal. Alleg. p. 67.*

Evchariſtiæ typus.

M. Pexenfeld. *in Aspant. Erud.* Mannam tanquam typum Evchariſtiæ ponit, cum lemmate: Esuries in satietate: Satietas in esurie! *Cap. XCIX. p. 841.* Plura de hoc Tit. vid. *in A. Bibl. Tom. III. p. 50. seq.*

MA-

MANUS
DEI quid?

§. 1.

Manus DEO tribuitur, quibus intelligitur *potentia DEI* exferens se 1) vel in potentissima & miraculosa operatione, Num. XI, 13. Job. X, 8. Cap. XII, 9. 10. Psalm VIII, 7. Ps. XCVII, 5. Es. XI, 11. C. LIX, 1. 2) *vel in forti* & gratiosa protectione, Psalm. XXXI, 6. Ps. CXLIV, 3. Sap. III, 1. Joh. X, 28. Act. IV, 30. 3) *vel in pœnarum inflictione*, Exod. IX, 3. Job. XIX, 21. Psal. XXI, 9. Psal. XVII, 14. Psal. XXXVIII, 3. Act. XIII, 11. unde etiam metonymicè ponitur *pro ipsa divinitus inflicta*, Job. XXIII, 2. C. XXVII. 11. Ezech. XXXIX, 21. Inde phrasis: manum extendere pro pœnas immittere, Exod. VII, 5. Es. V, 25. Cap. IX, 12. 17. 21. Cap. X, 4. Cap. XIV, 27. Cap. XXXI, 3. Jerem. VI, 12. Ezech. XVI, 27. Cap. XXV, 2. Soph. I, 4. Cap. II, 13. *D. Glassius Rhet. Sacr. Tr. I. Cap. VII. p. 109. seq.* Manus DEI intelligenda de DEI providentiâ, Job. II, 10. Ps. XCV, 4. potentia, Exod. III, 20. Num. XI, 23. benignitate, Ps. XXXVII, 24. CIV, 28. tutela ac prodectione, Deut. XXXIII, 3. *B. Danhauer. de VII. Verbis CHRISTI novissimis in Cruce Verb. VII. p. 31. D. Joh. Olearius in Epist. Dom. Exercit. XXX. Pos. IV. p. 276. D. Christoph. Pelargus Schol. Pœnit. p. 24.* Et Ethnici per manum *potentiam* designarunt; Cum prandenti Vespasiano humana manus triclinio illata fuisset, & subter mensam subjecta, aruspices Præsagium esse dixerunt, rerum potestatem ad Vespasianum aliquandò perventuram, *Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. XXXV. Cap. IV. p. 423.*

§. 2.

Manus DEI in Scriptura, triplex est, 1) *Plasmatrix*, 2) *Retendrix*, 3) *Ultrix*. Digitos habet 1) *pollicem*, in pollicendo: pollicetur enim nobis misericordiam. 2) *Indicem*, qui indicat DEI benevolentiam. 3) *Medium*, qui indicat nobis DEI præsentiam, quæ cæteris major est. 4) *Annularem*, qui nobis signat DEI fidelitatem & Φιλανθρωπίαν. 5) *Minimum*, qui nobis proponit DEI humilitatem & innocentiam, *D. Jac. Herrnschmid Postill. Symb. Dom. XXIV. p. Trin. p. 542. D. Dieteric. in Sapient. T. I. p. 785.* die Hand GOttes hat fünff Finger. 1) Ist potestas puniendi. 2) Perspicaciter discernendi. 3) Benignitas differendi. 4) Pietas miserendi. 5) Facilitas audiendi. DEUS duas quasi habet manus, & in utraque quinque digitos: Prima est *manus Omnipotentiæ*; Cujus digitus 1) DEI potentiæ nemo potest resistere, Job. IX, 13. 2) Eum nemo potest effugere, Psal. CXXXIX, 6. seq. 3) Eam nullus potest perferre, Es. XXX, 27. 4) Eam nemo potest muneribus corrumpere, Prov. VI, 34. 5) Ea omnia potest sapi-

sapienter regere, Psal. CXLVII, 5. Secunda est *manus Misericordiæ.* Cujus digitus 1) est dilectio, 1. Joh. IV, 9. seq. 2) omnium bonorum communicatio, Matth. V, 44. 3.) Longanimis expectatio, Sap. XI, 24. 2. Pet. III, 9. 4) In gratiam receptio, Luc. XV, 20. Ezech. XVIII. 22. 5) Salvatio, Rom. VIII, 36. *Binchius T. I. Mellif. p. 95. Baum. l. c. p. 211. 213.*

Et verbum DEI idem sunt.

Pro factis divinis plerumque & dicta ponuntur; idcirco non operatione manuum DEUS, sed dicendi imperio operatur, sicut scriptum est; Dixit & facta sunt: mandavit & creata sunt, *Isidorus de S. B. Lib. I. Cap. XVIII. p. m. 12. b.* Manus DEI & verbum DEI idem sunt. *Raymundus Pug. Fid. P. III. Dist. III. Cap. I. §. 6. p. 632.*

CHRISTI purgantes.

Quomodò in Medicina præparentur, exhibet *D. Dan. Sennertus Instit. Med. Lib. V. P. III. S. III. C. XX. p. 1453.*

MANUS

Dextera sinistram abscidit.

Als Aëtius die Provintz Gallien von den Hunnen befreyet hatte/ und vielleicht den Gothen/ Burgundiern und Francken hätte können gewachsen seyn/ so ließ ihm der Valentinianus III. An. 453. nach Rom kommen/ und erstach ihn mit eigener Hand/ weil er sich hatte bereden lassen/ als wenn Aëtius dem Käyser nach dem Leben stünde. So bald nun Aëtius todt war/ so gieng gantz Gallien in kurtzer Zeit vollends verlohren/ und derjenige hatte nicht unrecht geurtheilet/ welcher von Aëtii Tode so judiciret hatte: Der Käyser hätte sich mit seiner Rechten die lincke Hand abgehauen/ (quo nomine & pœnas postea dedit, à duobus militibus interfectus, *Heidf. Cap. XX. p. 393.*) Als Henricus V. Römischer Käyser An. 1122. dem Pabst Calixto II. zu Worms/ die so lang prætendirte Investitur der Bischöffe im Römischen Reich übergab/ wurde insgemein gesagt/: Der Käyser hätte mit dieser Cession das Römische Reich um den Rechten Arm gebracht/ *M. Hübner, Hist. Pol. Lib. V. Tom. I. p. 729. 856.* Henricus III. Rex Galliæ dicebat: Se morte Henrici I. Principis de Conti dextro brachio privatum esse, Vid. Tit. *Dextera imperii.*

Franciſci monti altissimo impressa,

Nicht weit von Mesinâ in Sicilien/ bey des St. Franciſci von Paula Kloster/ ist ein hoher Berg/ der hanget so sehr/ daß man meynet/ er solle zur Stunde fallen/ man siehet aber am obersten Felsen/ das Zeichen einer eingedruckten

Hand / und man glaubt allda / daß der St. Franciscus diesen Berg mit seiner Hand gestützet / und daß er nicht niederfiele / verhindert habe / *Tavernier Hod. Orient. Lib. III. Cap. V. p. 130. b.*

Frustra fulciens.

Polydamas athleta suæ ætatis robustissimus, qui & leonem inermis confecit, & taurum extremis pedibus ita pertinaciter renitentem retinuit, ut is vix tandem relicta in manu ejus ungulâ effugerit: & concitatis vi summâ quadrigis, corruptos currus una manu stitit. In Persidem à Dario Notho evocatus, tres viros ex iis, qui more Persico *immortales* vocati, ex provocatione occidisse dicitur. Tandem, cum speluncam quandam unà cum aliis intrasset, & superior terræ pars fatiscens ruinam minaretur, ipse, diffugientibus sociis, solus ruinam fulcire conatus, mole super in cumbentis montis oppressus est, *Joh. Buno Introd. in Cluv. Geogr. Lib. IV. Cap. VIII. p. 414.*

Johannis Evang. adhuc superstes.

In Pathmo Johannis à monachis manus ejus adhuc ostentatur vegeta & virescens, cum & ungues resecti recrescant, & eadem esse dicunt, cum qua Evangelium, Epistolas & Apocalypsin scripserit, *Dietericus in Anal. Evang. P. II. p. 75.* Hujus manus meminit *Joach. Camerarius in vitâ Joh. Evang. & Crellius vit. Joh. p. 587.* Johannis Baptistæ manus, qua CHRISTUM monstravit, Joh. I, 36. in Insula Maltha adhuc ostenditur Gottfr. Schultze / Welt-Beschr. *p. 277.*

Movenda cum Minervâ.

Optimum illud Epicharmi: Dii suas labore dotes esse venales volunt. Ipsi sudantem & clementius aspiciunt Dii: ignavum oderunt pariter superique hominesque, *Hesiod. Op. L. I.* Manus movenda cum Minervâ h. e. gratiæ divinæ oportet accedat ingenium atq; industria, *Varro L. I. C. I.* Dii facientes adjuvant. Divinum auxilium præsto est iis, qui fortiter pugnant, & illis, qui totas suas vires omni animi alacritate exerunt, ut victoriam adipiscantur: non iis, qui pericula fugiunt, sed iis, qui pro salute sua quævis mala perpeti non dubitant, dicebat Dictator Posthumius ad milites ap. *Dion. Halic. Antiq. Rom. Lib. VI. Cap. I. p. m. 515.* Fuitque literis proditum, ab ignavis vota Herculi, & preces effusas, non exaudiri, quod soli strenuo & pervigili prosperos successus faceret, & propitius foret, *Alex. ab Alex. Gen. Dier. Lib. II. Cap. XIV. p. m. 76. b.* Apud Lacedæmonios proverbium erat, admotâ manu fortunam esse invocandam, *Spinæus de Tranq. Animi Lib. VI. p. 292.* In quam sententiam *Salustianus Cato:* Non votis, neque suppliciis mulieribus auxilia Deorum parantur, vigilando, agendo, benè consulendo, prosperè omnia cedunt; ubi socordiæ te & ignaviæ tradideris, ne quicquam deos implores: irati, infestique sunt, *Joh. Petr. Valer. Hie-*

Hierogl. Lib. XXXV. Cap. II. p. 422. Graviſſimas pœnas imprecatur David iis, qui dixerunt: Hæreditate poſſideamus ſanctuarium DEI, Pſalm. LXXXIII, 13. h. e. non pugnando, non ſudando, non laborando, ſed ſedendo, quieſcendo, ſolo jure hæreditatis Regnum Cœlorum acquiramus, *H. Engelgrav. Cæl. Empyr. P. I. p. 317. a.* Ajunt eos olim milites, quos ſoli dicatos ſcripſerant, cum ſacramentum dicerent, coronam à mucrone gladii pendentem accepiſſe; Quo quidem ritu ſignificabant victoriæ & coronæ laudem, non aliter, quam ferri cuſpide obtinendam, *Drexelius de Cœlo Lib. I. Cap. IX. §. 2. p. 325.*

Moſcovitarum Principis ab exteris oſculata polluitur

Omnes qui in religione ab illis diſſentiunt, Barbarorum loco habent, ut pollui Princeps exiſtimetur, quoties exteris Legatis manum deoſculandam porrigit, inde pelvis throno appoſitus, *D. Danhauer. de Religione Moſcovitarum Cap. I. p. 7.*

Moſis leproſa.

Vid. omninò *Apparat. Bibl. Tom. III. p. 520. ſeq.*

Ad Parietem Romæ ſcribens.

§. 1.

Anno 320. in Laterano viſa manus, quâ ad parietem ſcribebatur cunctis videntibus, ſimul & legentibus: *Hodiè venenum Eccleſiæ infuſurus eſt!* Illa ſcilicet die, dum Conſtantinus M. Imp. Sylveſtro Pontifici dedit Eccleſiæ Rom. palatium Lateranum, urbem Romam, ac Italiæ provincias, *Wolffius Lect. Mem. Cent. IV. p. 77. b. & Centen. XV. p. 849. a. Phil. Camerarius Cent. I. Cap. LXI. p. 278. ſeq. D. Frid. Balduin. Artic. Smalcald. Diſp. X. §. 48. L. Fellerus in Horn. Orb. Imp. Animadv. LXXVI. p. 175. 176. I. Gentiletus Exam. Concil. Trid. Lib. IV. §. 5. p. 222. & §. 10. p. 231. Salmuth in Panc. P. I. Tit. LVI. p. 294. Mornæus Tr. de Eccleſiâ Cap. VIII. p. 350. ſeq. Joh. Bapt. Egnatius de Princ. Rom. Cap. XLVII.* Manus velut ſcribens viſa ab Heliopolitanis, *Plin. Lib. XIII. Cap. VII.* Sic manus atra & longa cum inflexa virgâ verſus templum verſa à vigile Stralſundenſi An. 1670. 18. Jan. è turri obſervata fuit, & An. 1671. 28. Auguſti Ratisbonæ è rubicundâ nube longâ manus prodiit in virum ingentem converſa, è quo Aquilæ ſpecies efformata, contra quam Leo quaſi dimicaturus inſurrexit, *Relat. Germ. Manuum duarum* velut in fide junctarum oſtentum cœlo valdè ſereno An. 1352. *Bajonæ* conſpectum, ut in *Annalibus* tradit *Fritſchius.* O ſi tale in terris hoc Bellonæ turbine oſtenderetur, & daretur pro ſpectaculo beneficium, Pſal. LXXXV, 11. 12. *M. Greg. Mich. in Giſſ. p. 401.*

§. 2.

Unter zween Schrifften/ so ohne Menschen-Hand gestellet worden/ ist diß die erste/ welche GOtt auff die steinerne Taffeln geschrieben/ und begreifft die 10. Gebot in sich. Die andere ist die/ welche im Saal Belsazars an die Wand gemahlet wurde/ und den nechst bevorstehenden Untergang dieses Monarchen darstellete. Die eine ward gestellet kurtz darnach/ als die Israeliter aus der Ægyptischen Dienstbarkeit gegangen waren: Die andere ward gestellet/ als es an dem war/ daß sie aus der Babylonischen Gefängnisse gehen sollten. Es ist merckwürdig/ daß die Babylonier diese erste Schrifft untergehen lassen/ als sie den Tempel/ allwo die Gesetz-Tafeln in der Bundes-Lade verwahret wurden/ mit Feur verbrannten/ weil sie sich aber hernachmahls wider den Meister dieser Schrifft auffgelehnet hatten/ so ließ sie GOtt eine andere sehen/ welche das Urtheil ihres Untergangs in sich hielte/ Dan. V, 23. 24. *Jeana³ Espagne Observat. in Decal. Q. XV, p. 38.* Belsazar inter epulas aperit oculos, & manum videt tristia fata scribentem. Lemma potest esse: Extrema gaudii luctus! Hic media gaudia luctus! Improvisa feriunt! *Pexenfeld. Appar. Erud. Cap. XCIX. p. 849.* Conf. *Epulum Belshazzar fatali Scripturâ illustre ex Dan. V. à M. Jacob de Clerice An. 1667. Witteb. adornatum.*

Parricidæ non corrumpitur.

§. 1.

Manus parricidæ è sepulchris prodire, nec corrumpi, traditio est, quam *Kornman. de Mirac. Mort. Cap. XLVIII. seq.* confirmat. *Mich. Watsonius Union. Sapient. S. III. P. II: Cap. V. §. 12. p. 454.* Zu Rochlitz in Meissen ward einem Böhmischen Edelmanne/ Stentzel von Schwan genannt/ die rechte Hand im Galgen abgehauen/ und auff dem Gottes-Acker bey das Bein-Hauß begraben. Als man nun über viel Jahr das Bein-Hauß abbrach/ und die Kirche am Hospital bauete/ ward diese Hand gantz frisch und unversehrt gefunden/ und waren die Nägel daran wohl eines halben Fingers lang gewachsen; was nun dieser Juncker böses damit wird verrichtet haben/ an Eltern/ oder andern/ das ist GOtt bewust. Denn ob er wohl auff vorbesagte Masse die rechte Hand verlohren/ ist er doch deßhalben nicht frömmer worden/ sondern sich des Raubens und Mordens beflissen/ wie er denn deßwegen/ nebst andern losen Gesellen zu Leipzig öffentlich enthauptet worden/ wie *Mich.* Pabst von Rochlitz in seinem Kunst- und Wunder-Buche *p. 330.* erzehlet/ *Dn.* Ernst Bild. Hauß. *P. III. p. 345.*

§. 2.

§. 2.

Als im Jahr 1080. Käyser Rudolpho von dem tapffern Friderico von Stauffen die rechte Hand wurde abgehauen/ erkannte Rudolphus vor seinem Ende noch GOttes Gerichte/ und sagte/ es wäre eben diejenige Hand/ damit er Henrico IV. (wider den er stritte) vor diesem den Eyd der Treue geleistet hatte. Sein Cörper ward zu Merseburg begraben/ und obgleich nachgehends ein Keller aus seinem Begräbniß ist gebauet worden/ so ist die abgehackte Hand noch in der Dom-Kirche zu sehen/ *Cl. Hübner. Hist. Pol. Lib. V. T. I. p. 847.*

Personam ipsam sæpè significat.

Notus est Ebraismus in voce יד *manus*, quæ personæ adjecta notat ipsam personam agentem; Exod. IX, 35. quemadmodum prædixerat Jehova ביד משה per manum Mosis, h. e. per Mosen. Conf. Gen. IX, 5. Exod. IV, 13. 1. Sam. XVII, 37. 2. Reg. XVII, 13. 1. Chron. VI, 16. *Danh. Hist p. 491.*

Sinistra honoratior dextrâ.

Vid. Tit. Dextera.

MANUS

Robur.

Godofridus Bullionius in recuperanda Palæstinâ tanto manuum robore depugnavit, ut equites cataphractos, uno ictu, medios secaret, refert *Th. Sallius Cap. VIII.* Interrogatus undè illi tantæ vires essent? Resp. Nunquam hæc dextera molliori aliquo ac turpiori contactu effœminata est. Multi huic robori confidunt. Vid. Tit. *Dextera Dei*

MANUM

Osculari quid? Job. XXXI, 27.

Soli & Lunæ præcipuè Ethnici divinos honores exhibuerunt, ad eaque multa Gentilium numina referuntur. Vid, *Macrob. Saturn. I. XXII. XXIII. & Joh. Gerh. Voss. de Idol. II. IV. & seq.* Osculum etiam religiosum idolis dabatur. Vid. 1. Reg. XIX, 18. Os XIII, 2. Hæc idololatriæ species fuit. Hoc signo protestabantur, se cupere, si possent, luminaria illa osculari. Cum autem non possent illa sidera contingere, vel è propinquo osculando adorare, manus è longinquo versus illa protenderunt, & mox quasi luce illorum perfusas osculati sunt. Adorationis apud idololatras ritus hic fuit, ut, cum fanum aliquod præterirent, manum ori admoverent, atque ad osculum referrent *Minut. in Octav.* Cæcilius, simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosum solet,

manum ori admovens, oſculum labiis preſſit, Apud *Apoll. I.* Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere, *Plin. XXVIII. II.* In adorando dexteram ad oſculum referimus, totum corpus circum agimus &c. *Lucian. in Demoſthenis encomio ad finem:* Cum ille manum ori admovet: nequeego ſuſpicabar, eum aliud facere, quam orare deos. Et *in Sacrificiis*, ſi quis pauper ita deo litat, ut dextèram duntaxat ſuam ipſius exoſculetur, *Apulejus Lib. IV. de Pſyche:* Inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi, & admoventes oribus ſuis dexteram, priore digito in erectum pollicem reſidente, ut ipſam prorſus deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur. Eodem geſtu honorem exhibebant aſtris; ſignificat ergò jobus ſe nullum honorem divinum aut diis, aut aſtris unquam exhibuiſſe, *Polus in h. l. p. 320.* Idola ferè in baſi collocabant, nec quenquam admittebant propius, ut ſive ore, ſive manu contingere poſſet, ergò dextram ori admoventes, oſculum labiis premebant, & ad Numen projiciebant, *D. Phil. Buchius Diſſ. de Ceremon. Eccleſ. Cap. I. §. 9. p. 5.* Hinc mos hodiernus, ut in ſalutandis viris honoratis manum ori admovere ſoleamus. Conf. *Joh. Pier. Valer. Hierogl. Lib. XXXV. Cap. XXII. p. 428.*

MANU

Factum eſt omne id, quod fit per modum humanum.

Solent S. Scriptores per *abuſionem* quandam χειροποίητον dicere omne id, quod fit per modum humanum, v. g. Marc. XIV, 58. Act. VII, 48. XVII, 24. 2. Cor. V, 1. Epheſ. II, 11. Ebr. IX, 24. Unde & *Idola* χειροποίητα ſæpè vocantur à Prophetis, quod nihil in illis ſit divini. Et quia humana CHRISTI natura οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς; οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς Joh. I, 3. Sed virtute Spiritus S. modo mirabili, ineffabilique ex virgineâ carne fuit fabrefacta, ideam eam Apoſtolus σκηνὴν vocat ἀχειροποίητον, Ebr. IX, 11. *D. Joh. Olearius in Epiſt. Dom. Exercit. XX. Poſ. III. p. 188.*

MANUS

Crucis in formam inter orandum expanſæ, apud Gentes.

Omnium fermè gentium, inter orandum hic habitus fuit, ut manibus panſis in cœlum ſublatis ac protenſis figuram crucis exprimerent: quod quia abomnibus fermè gentibus uſurpatum eſt, videntur naturali quadam inclinatione precantes ad hunc geſtum propendere, divino conſilio id agente, ut quædam cru-

crucis CHRISTI præsignatio esset apud gentes. Habitus orantium hic est, inquit *Apulejus L. de Mundo*, ut manibus extensis ad cœlum precemur. Conf. *Virgil. Æneid. II. III. V. X. Lucret. L. V. Ovid. VIII. Metam.* Illustre exemplum de more hoc est apud *Athenæum & Arrianum in rebus gestis Alexandri:* Cum Darius cognovisset, captas filias suas ab Alexandro tam honestè habitas, manus ad Solem extendens precatus est, ut vel ipse imperaret, vel Alexander. Aristoteles seu auctor Lib. de mundo eo ipso testimonio utitur ad probandum generis humani consensum de cœlo, quod DEI sedes sit, Præterea, inquit, testimonium dicit universa nostra vita, superiorem regionem DEO attribuens. Sancti Patres DEI consilium in hoc agnoscunt, quod fuit, ut Ethnici à crucis mysterio non abhorrerent, ad cujus figuram ipsi orantes se conformassent; Et ut suo ipsorum facto redarguerentur, qui crucem odissent, quam reverentiæ, adorationisque ceremoniam haberent, corporisque compositione exprimerent, *Philippus Caroli Antiquit. Eccles. L. I. Cap. III. p. 6. 7.* De manibus ad cœlum in precibus elatis vid. porrò *D. Quenstedt Antiq. Bibl. P. I. Cap. III. n. 2. §. 7. p. 212. seq. C. S. M. D. Not. in Curt. Lib. IV. Cap. X. p. 210. D. Joh. Phil. Pfeiffer. Antiq. Grat. Gentil. Lib. I. Cap. IV. p. 5. Tob. Magir. Polymnemon p. 77.*

Christianos.

Manus inter orandum formam crucifixi referunt, ut externo quoq; gestu palam faciamus, cujus virtute & merito in precibus innitamur *M. Matth. Frid.* Strietzsch *Diss. Philol. de Usu manuum S. I. §. 2.* Pollices enim crucem repræsentantes in solo CHRISTO cruci affixo precum exauditionem positam esse, nos docent. Digiti firmiter compressi animo placabili, & ab omni adversus proximum odio liberato, quin imò animo hinc inde agitato, sed potius solummodò ad DEUM directo, preces esse fundendas inculcant. Et quidam ritum hunc exponens ita: Ego manus meas ad DEUM elevo, significaturus operi à DEO mihi imposito manus admovere me esse paratissimum, ast hoc ipso, quod manus junctæ, & digiti compressi sint, sine DEI Patris mei cœlestis benedictione atque auxilio manus mihi esse ligatas, & nihil boni me exequi posse, ingenuè confiteor, *id. ibid. §. 5.* Dum palmas combinamus, vel manus jungimus, ipso habitu nos coram DEO reos, miseros peccatores, maleficos (nam horum manus ligari & constringi solent) profitemur, & misericordiam vel tacentes imploramus, *D. Joach. Hildebrand. in Rit. Omnt. Cap. IX. p. 144. & Sacrar. Antiq. de Precibus Vet. Christ. Cap. II. de Temp. Prec. Cap. IV. p. 46.* conf. *& Conrad. Ritterhusius ad Salvian. Lib. I. p. 28. 29. M. Joh. Praetorius Philologem. abstruf. de Pollice Art. III. p. 124.*

Dex

Deæ cujusdam Chinensis 700.

In Xunguxu einer Chinesischen Stadt / siehet man in einem Götzen-Tempel eine Göttin / die 700. Hände hat / und über 8. Klafftern hoch aus einem Steine ausgehauen ist / *Adam.* Brand / *Chine*sische Reise-Beschr. *p. 128.* An einem andern Orde hat ermeldeter Autor in einem Götzen-Tempel angetroffen ein aus Thon formirtes und starck vergüldetes Weibesbild / ohngefehr 15. Ellen hoch / mit 12. Köpffen / und vielen Händen / *id. ibid. p. 173. 174.* In Insula Zipangri in India varia sunt idola, quorum quædam 4. habent manus, alia 20. & alia 100. *M. Paul. Venetus de Reg. Orient. Lib. III. Cap. VI. p. 132.*

Elevatæ.

Extendam palmas meas ad Dominum, inquit Moses Exod. IX, 29. i. e. orabo: significantur enim per extensionem palmarum metonymicè preces, quod fiant extensis palmis, Es. I, 5. Ps. CXLI, 2. 1. Tim. II, 11. unde Moses pro populo orans manus elevavit, Exod. XVII, 11. Causæ autem *elevationis manuum in precibus* hæ dari possunt: 1) ut *mentem* pariter cum manibus elevandam, & intendendam in DEUM esse, intelligamus; quo fine etiam manus complicantur, ut mentem ad quævis alia occlusam unicè DEO intentam habeamus, ideò hortatur Jeremias, Thren. III, 41. ut cum manibus simul corda ad DEUM levemus. 2) Quod gestus iste *supplicis* sit, petentis & expectantis opem aut *stipem*, siquidem manus instrumentum sit, quo dona acceptamus. 3) Quod extensione manus DEO *nos offeremus*, & in manus quasi dedamus, ut *Tertull.* explicat *in Apolog. Cap. XXX.* paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani, q. d. orans, præstò sum, plecte si vis, aut certè miserere, ideò manibus etiam junctis preces fiunt: qui ritus eorum est, qui se humiliant, quasi ligatis manibus sistant se captivos coram majestate divinâ. 4) Addunt veteres & hanc rationem, quod hoc gestu protestemur, quasi merita CHRISTI crucifixi, eaque DEO Patri offeramus, ob precum nostrarum exauditionem. Ritus hic à sanctis originem traxit & ita & ad gentes transiit. Vid. *D. Calov. B. I. in Exod. Cap. IX, 29. p. 358. Chrysostomus* ita: Elevatio manuum debet nos commonefacere de cavendis peccatis, ne per hæc polluamus manus: cum perabsurdum sit, ut, quæ precum & rei divinæ futuræ sint administræ, eædem sint & scelerum. Si enim nefas esse ducimus, illotis manibus precari: quanto magis impium erit, non externis sordibus corporis, sed pectorum inquinamentis pollutas ad orandum attollere, ap. *Phil. Caroli l. c. p. 8.*

Lotæ.

Manus Lotæ ante preces & sacrum, etiam ap. gentes; Hinc *Seneca in Oedipode:* Te-

Teſtor: licet jam tollere ad cœlum piè
Puras, nec ulla ſcelera metuentes manus.

Vid. *Grot. ad Luc. Cap. XVIII, 13. ap. Calov. in B. I. in l. c. p. 631.* Conf. *M. M. F. Frietzſch l. c. in præfam. Joſ. Laurentius Polymath. Lib. I. Diſſ. XXVII. p. 54.* Et manus puras veteres pro ſigno puræ conſcientiæ habuerunt, *Caſp. Barthius Adverſ. Lib. XXII. Cap. XIII. p. 1096.* Manus lavatæ, ad ſignificandum puritatem DEO gratiſſimam eſſe, *D. Joach. Hildebrand. in Rit. Omne. Cap. IX. p. 137. ſeq.*

Judæorum nimis ſuperſtitiosè, Marc. VII, 3.

§. 1.

Non ſolum antequam accumbebant, manus lavabant veteres, ut ex illo *Petronii in Satyra* liquet: Tandem ergò diſcubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus nivatam infundentibus; & illo *Apulei Lib. IX.* ipſo momento, quo nos lauti cœnam petebamus, non ſolum, in quam, ante promulſidem, & antecœnium; ſed etiam per ſingulos miſſus abluebant manus, præſertim in imperatoriis conviviis, teſte *Athenæo Lib. IV. Cap. I.* & *Lampridio in Heliogabalo.* Indè *lautia*, epularum magnificentia à lavatione dicta Feſto. Quod quo pacto fieret, habes ap. Sidon Appollin. *Lib. I. Ep. IX.* & quod ibi notavit *Savaro ejus Commentator.* Retrorſum enim convertebantur, & ſe avertebant à menſa convivæ ut manus lavarent, aquam poſcentes, *H. Salm. in Pancir. T. I. Tit. LI. p. 246.*

§. 2.

Superſtitioſi autem hâc in re inprimis fuêre Judæi. *R. Joſe in Talmude* dicit: Qui illotis manibus panem comedit, idem eſt ac ſi ſcorto accubaret. Manuum lotionum tantam aſſeruere neceſsitatem Phariſæi, ut ſi homo accepta aqua, non ſimul manus abluere, ſitimque reſtinguere ob paucitatem poſſet, & ſi contabeſceret ſiccitate, non tamen anhelanti gutturi, ſed purgandis manibus eam affundere deberet. Hinc *R. Akiba* qvum carceri eſſet mancipatus, famulusque ei quotidiè aquam afferret, aliquandò autem minus, quam ſatis erat: quæſivit ex famulo cauſam? Is regeſit: Cuſtodem partem effudiſſe, ne muros carceris liquaret; tum *R. Akiba* potius manus lavare, & voluntariâ morte occumbere maluit, quam ſitim ſedare, ne ſtatuta ſapientum reſcinderet, *Th. Goodwin. Moſ. & Aaron Lib. I. Cap. X. & Reizius in eund. Not. X. p. 85.*

§. 3.

Ad preces illotis manibus non eſt accedendum, ſicut olim Sacerdoti manus & pedes aquâ erant abluendi ex labro, antequam cultum divinum perageret, Exod. XXX, 27. 28. ſeq. quia in ejus locum hdiè ſucceſſit precatio. Unde Sophi illi & Coryphæi Rabbinorum ſcribunt, neminem debere manè, antequam lave-

rit, manibus ſuis nudum corpus tangere, niſi graviſſimum ſubire velit periculum. Impura enim & venenata admodum res eſt manus matutino tempore, propter impuros & noxios ſpiritus, qui in manibus quieſcunt, donec abluantur; Inprimis cavendum, ne quis manu ſua tangat os, nares, aures & oculos, ante lotionem. Si quis enim oculos illotis manibus tetigerit, fiet cœcus: Si aures, ſurdus: ſi naſum, muco & pituita aſſiduè ſtillabit: ſi os, fœtebit: ſi manus manum, contrahet ſcabiem. Aquæ parcendum non eſt, uti *Rabb Chaſda* dixit: *Qui multa utitur aquâ ad manuum ablutionem, multas in hoc mundo conſequetur divitias, Joh. Buxtorff. Syn. Jud. Cap. VIII. p. 156.*

§. 4.

Sed ſi nulla aqua manibus lavandis ſuppeteret, qui tum? Fricabant manus arena, aut abſterſerunt faſciculo herbarum, vel ſtraminis, aut ligni feſtuca; David enim, *inquiunt*, manus lavit in innocentia, quæ non ſit aqua. Rabbinis dignus Syllogiſmus. Vid. *Reizius l. c. n. 7. 11. 12. Wagenſeilii Sota Cap. I. p. 91. ſeq. Pocockius in Notis Miſcell. Cap. IX. p. 350. ſeq. 386. ſeq. B. D. Nagel LL. CC. Ebr. Talm. Rabb. in v. Manus M. Job. Ad.* König *Diſſ. Philol. de Ritu lavandi manus ex Matth. XXVIII, 24. An. 1678. Witteb. hab.* Dæmones ſecundum eosdem, iis nocent, qui non lavant manus ante cibum, *L. Joh. Georg.* Roth *Diſſ. Inaug. de Cultu DEI rejectitio ex Matth. XV, 9. §. 62.* In Babyl. Berachot f. 46. refertur, vilipenſionem lotionis manuum eſſe ex iis rebus, pro quibus ſynedrium excommunicat, & excommunicatum ideo ab eo fuiſſe *R. Eleazarum, Ben Hazar*, cumque mortuus eſſet, jubente Synedrio magnum lapidem impoſitum fuiſſe ejus feretro, *Id. ibid.* Hanc lotionem vocant נטילת ידים Fritſch *l. c. Buxtorff. l. c. M. Godofr. Arnoldi Diſſ. Hiſt. de Lotione manuum ad ſactum Pontii Pilati recenſitâ §. 9. Joh. Lightfoot T. II. Opp. P. I. S. L. p. 31. & Hor. Hebr. & Talm. in Matth. Cap. XV, 2. p. 330. ſeq. & in Luc. Cap. XI, 38. p. 528. Joh. Buxtorff. Diſſ. Philol. Th. VIII. p. 397. ſeq.* De Perſis in penuriâ aquæ terrâ ſeſe lavantibus, vid. *Tavernier Hod. Orient. T. I. Lib. IV. Cap. V. p. 170.* De turcis, *Dieteric. Antiq. Bibl. ex Ruth III, 3. p. 342.* Judæi quomodò in innocentiæ ſignum manus lavarint, vid. *in A. B. Tom. IV. p. 133. ſeq.*

§. 5.

Corporis ut maculas, animi ſic ablue ſordes,
Mundicia hæc adſit: tum benè lotus eris.

Fritſch *l. c.* Romæ in gutturnio ap. S. Stephanum legitur:

PRIUS ABLUE MENTEM!

Et alibi: Ut manus, ita conſcientiam lava! *Nathan Chytræus in Delit. Itinerum Europæ p. 27. 267.* Dum mentum lymphis purgas, prius ablue mentem! hatte der berühmte Profeſſor zu Wittenberg D. Wolffg. Franzius an ſein Hand-Faß ſchrei-

schreiben lassen / *M. J. D.* Ernst in Ehrenh. zufäll. Ged. *Cent. I. Med. X. p. 29.*

Oculatæ.

Als Thales Milesius gefraget wurde / wie weit die Wahrheit von den Lügen wäre? hat er sehr weißlich geantwortet: So weit das Hören von dem Sehen. Allermassen ohne diß aus den Rechten bekandt / daß einem eintzigen Zeugen / so eine Sache selbst gesehen / mehr zu glauben sey / als zehen andern / die es nur gehöret. Und ist gewiß ein schönes Sinnbild / welches ein gelehrter Spanier in dieser materia erfunden / wann er nemlich ein offenes Auge in eine ausgestreckte Hand gemahlet / mit dieser Uberschrifft:

SIC CREDIMUS!
So glauben wir!

Kommet nicht uneben überein mit des Hochweisen Sirachs Ausspruch / welcher saget: Mein Kind / glaube nicht alles / was du höreſt / denn man leuget gern auf die Leute / *J. C. Halman Parent. p. 130.*

Præcisæ Scribæ falsario!

Iniqvus ſanè in ſanctiſſimum hunc ordinem eſt *Stuckius*, quando nomen hoc (Sacerdos) idem eſſe ait, ac σάκκος κέρδος (*de Sacrif. Cap. VI p. 122.*) Nam tam ſanctum eſt Sacerdotii nomen, ut nullâ vitiorum nota maculari ſe ſinat, *Iſidor. Hiſpal. de S. B. Lib. III. Cap. XXXIV. p. m. 62. b.* Ceſſet altaribus imminere profanus ardor avaritiæ, & à ſacris adytis repellatur piaculare flagitium, *Joh. Saresberienſis Policrat. Lib. VII. Cap. XX. p. m. 417.* Apollo κέρδωνος, h. e. *Lucrio* nominatus eſt, quod oracula ad *lucrum* daret, *Wolff. Lect. Mem. T. I. C. XIII. p. 471. a.* Veram Etymologiam ſi deſideras, *Sacerdos* dicitur, quaſi *ſacer DEO*, ſeu *dicatus miniſterio divino, vel Sacrum dans. Chytraus in Cap. X. Matth. p. m. 213. Brochm. S. T. T. I. Art. XXII. Cap. V. S. I. p. 388. b.* A *ſanctificando* deduxit Auguſtinus in Pſalm. CXLIV. ap. *Boſſac. Mor. Ged. p. 929.* Conf. *B. D. Joh. Guil. Baier. JESUS CHRISTUS Solus atque unicus Sacerdos Cap. I. §. 4. p. 5.* A ſacrificando jus Canon. *Diſt. XXI. C. I. ex Iſidoro Lib. VII. Etymol. Cap. XII.*

Avarus vivus sepultus.

§. 1.

Herr Harsdörffer erzehlet an einem Orte seiner Schrifften/ daß ein einziger Priester zu Mayland/ die Leute/ zumahl bey Beerdigung der Todten sehr übertheuret; Nun begab sichs/ daß der Fürst im vorbey reiten ein Weib vor der Hauß-Thür stehen sahe/ welches die Hände wand/heulete und schrie; Er ließ fragen um die Ursach? nachdem er nun erfuhr/ihr Mann sey gestorben/ und wolle ihn der Pater nicht eher begraben lassen/sie erlegte denn eine wichtige Summe Geld/ und ob sie gleich deßwegen ihr Häußgen gerne verstiesse/ ja es bereit feil geboten/ wollte es doch niemand kauffen/ immittelst müsse der Cörper/ wie ein Aaß/ vor ihren Augen verwesen/ und könne niemand wegen üblen Geruchs fast mehr bleiben. Der Fürst/ ohn des ein ernster Herr/ schickte gleich darauff zum Pastor/und ließ Befehl thun/die Leiche ehrlich zu bestatten/ er wolle alles richtig machen: Der Priester wurde froh/ stellte eine Volckreiche Begängniß an/ ließ alle Glocken läuten/ und verhoffte grosse Gnade dadurch zu erlangen; Der Fürst nebst seinen Hoffleuten/ giengen persönlich mit/ und fehlte an Ceremonien nichts; Zuvor aber ließ ermeldeter Hertzog dem Todten-Gräber sagen/ er sollte das Grab tieff und weit gnug machen/welches auch geschahe; Wie nun alles verrichtet/ schalt der Fürst dem geitzigen Pfaffen wegen Ubersetzung der armen Leute die Haut voll/ und ließ ihn lebendig neben den Todten begraben/ halff nichts/ ob er schon versprach/ die Wittwe/ so lang er lebete/zu ernähren; Der Fürst ordnete auch an/ daß/ so bald er mit Erde zugedeckt/ alle des Pfaffen Verlassenschafft in continenti ihr sollte eingeraumet werden/ so auch geschahe; In Warheit ein grosser Eyfer und Ernst über den Geitz eines Priesters/ dazu hat Herr Harsdörffer geschrieben:

Wer ein recht geistlich Hertze führt/
Bey dem man keine Geld-Sucht spürt!

D. Misand. Exemplar. Priester *Cap. VII. p. 139. seq.*

§. 2.

Episcopi plurimi insatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus inexbant, derelictâ cathedrâ, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupantur; habere argentum largiter volunt, usuris multiplicantibus, fœnus augent, *Bellarminus de Gemitu Columbæ Lib. II. Cap. IV. p. 130. 131.* Nic. Serrarius Lib. IV. Moguntiacorum librum manuscriptum laudat, ita loquentem: Rabanus An. 842. Fuldensi pulsus est Abbatiâ, fratribus monachis causantibus, ipsum studiosum nimis, intentum Scripturis, *temporalia negligere.* Quod fatum etiam Fridericus Abbas Hirsaugiensis, teste Trithemio in Chron. An. 1068. postque alios haud paucos,

tandem & ipſe Trithemius eſt paſſus à ſui cœnobii monachis, *Herm. Conring. Supplem. XLIII. Antiq. Acad. p. 336.* Quadrat in hos lemma: *E quæſtu quæſtus! Picinellus M. S. Lib. III. Cap. CXLVII. n. 395. p. 220. Infauſta lucra! Id. Lib. IV. Cap. XXII. n. 297. p. 288.*

Ceſpitans in precibus Eccleſiæ malum ſignum.

Si חזן inſpector aut שליח צבור Angelus Eccleſiæ in precibus recitandis laberetur, triſtiſſimum ei, totique Eccleſiæ inauſpicatum credebatur. It Maſſ. Brachos: Si quis oret & ceſpitet portentum eſt ei: & ſi talis ſit Angelus Eccleſiæ infauſtum ſignum eſt iis, quorum miniſter is eſt, *Joh. Saubertus Paleſtr. Theol. Philol. Diſſ. de Ritu precandi Vet. Ebr. Cap. V. §. 8. p. 124.*

Dives.

Tryphon ille Judæus, cum quo Juſtinus Martyr diſputavit, הכהן העשיר *Dives ille Sacerdos*, à Judæis pariter & Chriſtianis Juſtini ævo cognominatus eſt *B. D. J. B. Carpzov. Introd. in Theologiam Judaic. Raymundi Martini Pug. Fid prefix. Cap. XI. §. 2. p. 84.*

Δυνατὸς ἐν λόγοις.

In miniſtro Eccleſiæ λόγων δύναμις requiritur. Oratoribus non infrequens eſt epitheton, ut audiant, *δυνατοὶ ἐν λόγοις*, & iis Latini potentiam tribuunt paſſim, potensq́; Orator etiam in inſcriptionibus reperitur. Inſcriptio Statuæ apud *Vopiſcum in Numeriano:* Numeriano Oratori temporibus ſuis potentiſſimo. Meſſalam Oratorem potentiſſimum dicit, *Capitolinus in Maximino.* Pericles audit λέγειν τε καὶ πράσσειν δυνατώτατος apud *Thucyd. Lib. I. p. 92.* & Apollo: ἀνὴρ λογιὸς, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς, Act. XVIII, 24. & Moſes: δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, Act. VII, 22. Quamvis Moſes dicat ſe non eſſe איש דברים *virum verborum*, aut *ſermonum*, Exod. IV, 10. Sed ſi Moſi facundia denegatur, cur de eo dicitur fuiſſe δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις Act. VII, 22. In re conciliandis hiſce locis de Moſis tum βραδυλογία, tum δυσάμυα ἐν λόγοις in varias ſcinduntur Commentatores ſententias. Vid. omninò *Appart. Bibl. Nom. Propr. Tom. III. p. 488. ſeq.*

Non eligendus, niſi conjugatus.

Moſcovitæ non niſi conjugatos in Miniſterium Eccleſiaſticum eligendos ac recipiendos eſſe ſtatuunt, *B. D. Joh. Ern. Gerhard. Diſſ. Theol. de Religione, Ritibusque Eccleſiaſticis Moſcovitarum Cap. XIX.* Die Prieſter bey denen Armeniern in Perſien können ſich nur einmahl verheyrathen/ thut er anders/ kan er keine Meſſe mehr leſen/ *Tavernier. Hod. Orient. Lib. III. Cap. X. p. 194. b.* Abys-

bysſinorum Sacerdotibus ad ſecunda vota nequaquam tranſire permittitur, *D. Danh. de Eccleſia Æthiopica Cap. VI.* Inter Jeſuitarum floſculos & hic reperitur: Non minus peccat Sacerdos, ſi uxorem ducat, ac ſi cum mulâ rem habeat, *Salm. in Panc. P. II. p. 88.*

Legendi imperitus.

§. 1.

Templo ſecundo ſtante non erat inſolens, ſi ipſe Pontifex ſummus rudis, & legendi imperitus eſſet, *M. Nic. Möllerus Diſſ. Phil. de Ritibus Feſti Expiationum Cap. I. p. 7. M. Joh. Henr.* Hüner *de Ritu Benedictionis Sacerdotalis ex Num. VI. Cap. II. §. 54.* Nam *Tract. Joma Cap. I. hal. 3. in Talmude* ſupponitur eſſe poſſe etiam Summum Sacerdotem ἀγεγράμματον, illiteratum Seniores quidam ante expiationis diem conſtituti memorantur, qui dicerent ei: Domine, Sacerdos magne, tute lege ore tuo, fortè oblitus es, aut forte non dedicuſti, *Joh. Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. in Acta Apoſt. Cap. IV, 13. p. 701.* Nec ita multò poſt *Codex cit. Joma* hæc narrat: Si ſapiens erat, exponebat: Si non, diſcipuli ſapientum exponebant coram eo. Si legendi peritus erat, legebat; Si non, legebant coram eo. Quò eodem vetus illud verbum ſpectat: Eruditus, licet nothus, majoris eſt pretii, quam ſummus ſacerdos ignarus *M. Jonas* Krumholtz *in Sacerdotio Hebraico Cap. I. §. 2. p. 10.*

§. 2.

Sic Mahomed literarum prorſus fuit ἀμύητος, quod enim neque legere, neque ſcribere potuerit, profitetur ipſe *Sura XVII.* Eſtote imitatores, inquit ibi, Prophetæ atque nuntii legendi, ſcribendive neſcii. Et paulò poſt: In eum ſcil. DEUM, mihique ſuo nuncio, legendi, ſcribendive neſcio penitus ipſi, ſuisque præceptis ſubjecti credite, *D. Frid. Ulric. Calixtus in Mubammedismo §. 8. Joh. Henr. Hottingerus Hiſt. Orient. Lib. II. Cap. VI. p. 485. 486. D. Spencerus de Legibus Ebræor. Rit. Lib. II. Cap. I. S. III. p. 217.* quod ipſi in ſummum honorem cedere dicunt Muhammedani, exindè enim miracula ipſius multò eſſe illuſtriora, *E. G. Happelius Theſaur. Exot. Deſcript. Turc. p. 265. L. Joh. Nic. Quiſtorpius de Arcanis Status in Relig. Mubam. Cap. II. §. 8.*

§. 3.

Adhuc hodiè apud Papiſtas habetur vulgò Bonus Sacerdos, qui habet tria benè; Qui benè ſcilicet poteſt legere (ergò dantur apud eos, qui non noverunt benè legere? Ehodum verò bonos viros, curabunt probè, *Ter. Andr. V, 2. 5. 6.*) benè canere, bene miſſas facere, referente *Elia Haſen-müllero Triumph. Pap. Caſ. IX. p 396. ap. Stepnerum de Sacr. Chriſtian. Publ. Cap. III. §. 248. p. 626.* Imò reperti ſunt Epiſcopi, qui faſi ſunt, ſe Grammaticam nunquam didi-

cis-

ciſſe; nec legiſſe Donatum, *D. Danhauer. Theol. Conſcient. T. P. I. S. II. Art. I. §. 44. p. 105.*

§. 4.

Clerici olim in Anglia literatura tumultuariâ contenti, vix Sacramentorum verba balbutiebant; Stupori & miraculo erat cæteris, qui Grammaticam noſſet, *Herm. Conring. Supplem. XXXI. Antiq. p. 289.* Neceſſe erat Preſbyteros ab Epiſcopis interrogari, utrum benè legere noſſent? Quidam Gislemarus cum electus eſſet in Remenſem Archi-Epiſcopum, regnante Carolo Calvo, oblatum Textum Evangeliorum aliquatenus quidem legere, nihil tamen ejus intelligere potuit, *Id. Supplem. XLII. p. 330.* Paulus II. Pontifex Romanos adhortabatur, ne filios diutius in ſtudiis literarum verſari paterentur, ſatis eſſe, ſi legere & ſcribere didiciſſent, teſte Platina in vita ejus p. 323. a. *ap. D. D. Job. Frid. Mayerum Comment. de Election. Rom. Pontif. Cap. V. §. 4. p. 119. 120. Joh. Cluver. Epit. Hiſt. Lib. IX. p. 625.*

§. 5.

Sacerdotes Moſcovitarum munere ſuo digni judicantur, ſi poſſint absque titubatione legere, ſcribere atque cantare, *D. Danh. de Relig. Moſcovit. Cap. II. p. 12.* Inſcitiam autem Sacerdotum nec excuſatione, nec veniâ dignam eſſe, judicat *Leo Ep. XXII. ap. Joſ. Arndium Lex. Antiq. Eccleſ. p. 246.* Qui enim literas neſcit, Clericus eſſe non poteſt. Sed

Fur aurum, virgo flores, mare nautaque, libros
Clericus æquivoce ſingula quisque legit.

Joh. de Garlandia ap. C. du Freſne G'oſſ. T. 1. p. 1021.

Mortuum non tangat.

Vid. A. B. *Tom. IV. p. 180. ſeq.* Memento te eſſe Spiritualem N. T. Sacerdotem, Apoc. I, 6. cavebis ergo ab operibus carnis, à peccatis, quia mortua ſunt, Ebr. VI, 1. Cap. IX. 14. Sacerdotum V. T. filiæ, in ſtupro deprehenſæ, ignibus exuri jubebantur, Levit. XXI, 9. Fidelis anima eſt ſummi Sacerdotis CHRISTI filia, quæ ſi in peccati ſtupro, de quo Num. XV, 39. Pſal. LXXIII, 27. vixerit, turpitudo illa igne vindicatur æterno, Matth. XXV, 41. *D. Joh. Aſſelmann Syn. Exercit. Acad. P. II. Exeg. III. §. 33. p. 80.*

Summus quinque dotibus conſpicuus.

Non hic prætermittendum videtur, quod ex *Tanchuma* recenſet *Jalcuth. p. 179. col. 4.* Sed cur vocatur Sacerdos ſummus? Quoniam quinque dotibus eminuit, *pulchritudine, robore, divitiis, Sapientia & ætate. Pulchritudine*, fratres enim ſuos forma ſuperavit; *Robore*, accede & vide! Aaron vinginti & duos

duos mille Levitas uno die manibus elevavit, aſt quomodo? in manu locatos protruſit & retraxit, elevavit & dimiſit; *Divitiis*, ſi fratribus ſuis non fuerit opulentior, Sacerdotes eum reddiderunt ditiorem; Accidit *Pineha Haſſat*, quem conſtituerant Sacerdotem ſummum, ut cum fratres ejus Sacerdotes egreſſi eum offenderent lapides ſcindentem, illud non permitterent, ſed foveam denariis aureis replerent. Unde autem conſtat, ſi res anguſta Sacerdoti ſummo fuerit domi, frátres ejus egeſtatem ſublevaſſe? ex illo; Sacerdos magnus ex fratribus ſuis, Levit. XXI, 10. *M. Jonas* Krumholtz *l. c.* §. *15. p. 31.*

Virginem ducat uxorem.

Vid. omnino A. B. *T. IV. p. 175. ſeq.*

Unctus ad bellum.

§. 1.

Militares orationes Xenophon, ipſe Dux egregius, improbare videtur, cum *Lib. III. Ped. n. 50. p. m. 36. D. E.* Cyrum hæc dicentem facit: Nulla adeo fortis & efficax invenitur horratio, quæ ignavos uno dici momento immutet, & ex ſegnibus fortes reddat, peritosque earum rerum ac artium, quæ in bello requiruntur, niſi diu ante meditati illas fuerint. Quem ad locum forte reſpexit *Salluſtius* cum Catilinam *in ejus Vitâ Cap. LVII.* inducit iſta pronunciantem: Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere: neque ex ignavo ſtrenuum, neque fortem ex timido exercitum, oratione Imperatoris, fieri: ſed quanta cujusque animo audacia naturâ aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet. Quod paucis Marius apud eundem autorem *in Jug. Cap. LXXXV.* repetit: Timidis verba virtutem non addunt. Ita ut Fabius Conſul pugnando potius, quam adhortando militum animos accendendos eſſe ſtatuat, *l. c. ap. Livium Lib. II. Cap. XLVI.*

§. 2.

Verum enim verò, etſi verba virtutem non addere largimur: excitare tamen & exacuere, negari non poteſt. Ut veſtes corpus non calefaciunt, niſi ei nativi caloris aliquid inſit ante: Sic intus & in animo aliquid eſſe fortitudinis oportet, quod oratione eliciatur, *Joh. Schildius in Svet. p. 86.* Apud Judæos ſacerdos מְשׁוּחַ מִלְחָמָה *belli causâ unctus*, (Vid. *Cunæus de Rep. Hebr. Lib. I. Cap. XIV. p. 122. & Lib. II. Cap. XX. p. 281. 182. Joſ. de Voiſin Obſ. in Raym. Mart. Pug. Fid. P. III. Diſt. III. Cap. XI. p. 799.*) animos populi flexanima oratione ad pugnam incitavit, Devt. XX, 2. 3. 4. *Goodwin Moſ. & Aar. Lib. VI. Cap. VIII. p. 536.* De hoc Sacerdote *Moſes Ægyptius in Halacha Melach. Cap. VII.* ita: In bello, tam quod gerebatur pro imperio, quam quod lege divina indictum fuit,

fuit, Sacerdotem creabant, qui exercituin alloqueretur ſub tempus prælii, ungebantque eum oleo ſacro. Atque hic ille eſt, qui *unctus belli* dicebatur. Ejus officium eſt, bis alloqui populum; ſemel è libro, cum exeunt, jubet ædificantes, plantantes &c. domum redire, iterum quandò acies inſtruitur, vetat eos quicquam timere, Deut. l. c.

§. 3.

Inflammabat autem loco certo congregatos, ſtans in loco edito, ac omnis exercitus coram ipſo; & quidem binis vicibus milites alloquitur, ſemel è libro ante committendam aciem, his verbis: *Quis eſt homo, qui ædificavit domum novam, & non dedicavit eam? Vadat & revertatur in domum ſuam ne forte moriatur in bello, & alius dedicet eam. Quis homo eſt, qui plantavit vineam, & nec dum fecit eam communem, de qua veſci omnibus liceat? Vadat & revertatur in domum ſuam, ne forte moriatur in bello, & alius homo fungatur ejus officio. Quis eſt homo, qui deſponsit uxorem, & non accepit eam? Vadat & revertatur in domum ſuam, ne forte moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.* Quæ verba militiæ Præſes repetebat elata voce, ut omnes audirent. Mox idem Præſes militiæ propria autoritate loquebatur: *Quicunque timet ac cujus cor molleſcit, is bello exeat, & revertatur in domum ſuam, ne pavere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt*, Deut. XX, 8. Quæ verba alius Præfectus repetebat clara voce, ut omnes audirent. Illi autem omnes, qui è bello exibant, non carebant onere, ſed proſpicere militibus de aqua & victu, ac vias reparare, tenebantur, ne in deducendis copiis detinerentur, *Maimon. de Regibus C ip. VII. n. 5. 6. 7. 8. 9* Deinde cum inſtruitur acies, timorem ex animis emovere ſatagit: *Audi, ô Iſrael, appropinquatis ad prælium nunc contra hoſtes veſtros, ne molleſcat cor veſtrum, ne timeatis, ne expaveſcatis, ne contremiſcite præ illis, quia Jehova DEUS veſter incedit vobiſcum ad pugnandum pro vobis, contra hoſtes veſtros ad vos ſervandos.* Sifinierat alloquium hoc ſuum Sacerdos nnctus, alius Sacerdos pirori ſubſtitutus hoc ipſum divulgabat populo, voce quantum poterat alta & clariſſima, ut omnis populus audiret. Formula *concionis caſtrenſis*, qua militis animus acuitur, legere eſt 2. Sam. X, 12. Et quis dubitet *vota* etiam *adhibita* fuiſſe, 2. Chron. XIV, 11. XX, 6. Sed & *Numen* in acie *conſulendum*, cujus rei Sacerdos Saulem admonebat, quod patere videtur ex 1. Sam. XIV, 36. Ubi Saul ſuos ita affatur: *Deſcendamus nocte ad Philiſtæos & Spoliemus usque dum illuceſcat dies, ne quisquam eorum ſuperſtes ſit*; cui regerebant: Fac omnia pro tuo lubitu; Sacerdos deinde inſiebat: *appropinquemus Jehovæ! Krumbholz l. c. p. 74. ſeq. VVagenſeil. Sota Cap. VI. p. 842. Quenſted. Antiq Bibl. P. I. C. I. n. 7. §. 5. p. 56. 57. D. Nagel. LL. CC. Hebr. Rabb. Talm. in v. Bellum. Ziegra de Inaug. & Conſecr. Sacerd. Ebr. §. 32. M. Ern. Chriſt. Boldich. Diſſ. Philol. de Pontif. Max.*

Max. Ebraor. Cap. I. §. 2. Cap. III. §. 7. Fagius ad Deut. XX. in Op. Angl. p. 1274.

§. 4.

Oratio Ducum ad milites nihil non perficit, *Grut. discurs. ad Tacit. Cap. LIV.* Imperatorem autem & Ducem, qui exercitum allocuturus erat, militibus clasico ad concionem coactis, tribunal, suggestum, aut locum eminentiorem conscendere solitum ubi aquilæ & reliqua signa circumstabant, *ex Livio, Tacito, Ammiano* & aliis antiquis monumentis nemini ignotum esse potest. Vid. *Godescalcus Stewechius ad Veget. Lib. III. Cap. IX. p. 316. Jos. Laurentius Polymath. Lib. II. Diss. XLVI. p. 174.* Quare merito Vitellium culpat *Tacit. H. III. 36.* hac etiam de causa, quod alloquio militem non firmarit.

Ite mei comites, & causam dicite ferro,
Namque omnes unum crimen vocat — Et tentate manus —
Inter tot fortes armatus nescio vinci.

Ita Cæsar ad milites ap. *Petron. Arbitr. p. m. 150.* Et gravissima Friderici Barbarossæ oratio ad Germanos ante prælium ap. Ligurinum hæc est:

Nunc age Teutonici fortissima robora regni,
Imperii vires, totius gloria mundi,
Magnifici Proceres magnis intendite cœptis
Pectora, sitque palam, nullam sub limite magni
Esse poli nostris quæ tuto viribus obstet,
Legibus aut Latiis impune recalcitret, urbem.

Paulus Hachenberg. de German. Med. Diss. IV. §. 17. p. 133.

§. 5.

Sed & seditionis militum remedium præsentissimum Eloquentiam esse, exempla docent ap. Tacit L. I. Annal. Cap. XIX. XXXIX. *C. S. M. D. in Curt. Lib. VI. Cap. II. p. 349.* Tria autem potissimum exhortationum genera sunt in bello, quibus milites ad officium excitantur, 1) *Verbum Vocale*, qualia sunt mandata superiorum. 2) *Semivocale*, ut sunt tubæ (de quarum necessitate in exercitu, *D. Zimmerm. Anal. Men. Mens. X. Cap. V. p. 518. 519. Tob. Magir. Polymn. p. 410. D. J. P. Pfeiff. Antiq. Græc. Gentil. Lib. III. Cap. XXV. p. 556. seq.* M. Vertrau GOtt Klepperpein *de Ritibus Vigiliarum Sacris & Profan. S. II.* §. 8.) cornua bombardæ. 3) *mutum*, ut vexilla & signa armorum. Nihil autem magis ad victoriam proficit, quam monitis obtemperare signorum, cum voce solâ, inter pugnantium tumultus, neque quid faciendum, neque à quo abstinendum sit, percipi possit; *Heidfeld. S. T. P. Cap. XXII. p. 452. Fl. Vegetius de Re Militari Lib. III. Cap. V. p. 65. A. Gellius Noct. Attic. Lib. I. Cap. XI. p. m. 25. seq. Jub. Pier. Valerian. Hierogl. Lib. III. Cap. XXXVIII. p. 42.*

S.A-

SACERDOTIS

Nomen an Ecclesiæ N. T. Ministris propriè competit?

§. 1.

In universâ N. T. Scripturâ nusquam ita dicuntur, nec quod ita dici debeant, sufficiens ratio dari potest, cum omnia veri, proprieque dicti Sacerdotis requisita desint, in externo Levitico cultu quondam conspicua, altare atque sacrificium strictè dictum. Qua propter non nisi impropie, nec ipsis statim primis, sed sequioribus demum Ecclesiæ temporibus nomen sacerdotis cœptum est tribui Ministris Verbi in N. T. quod sensu generaliori prædicatione Evangelii sacrificent, eamque in rem DEO peculiariter sese consecrent. Quamvis autem dicta ratione omnes justi sacerdotalem habeant ordinem, dicente *Ireneo Lib. IV. Cap. XX. p. 245.* inde tamen minimè tollitur ordinarium verbi ministerium, ut adversus Anabaptistas evicit, *D. Gerhard. LL. CC. de Min. Eccles. Cap. I. §. 67. p. 37. b. D. Abrah. Calovius Diss. Th. de Regali Sacerdotio ex Exod. XIX, 5. 6. 1. Petr. II, 9. S. III. Q. IV. p. 35. 36.*

§. 2.

Functio sacrificandi in N. T. CHRISTO exhibito, & à semetipso in crucis ara oblato, quem sacrificia typicè præfigurarunt, cessare debuit, Dan. IX, 27. atque ideo status Ecclesiasticus N. T. nullibi in Scriptura N. T. *Sacerdotium*, nec personæ Ecclesiasticæ *Sacerdotes* appellantur. Si itaque in Scriptis Patrum nomen *Sacerdotis* de persona Ecclesiastica v. g. è Græcis apud Oecumenium in 1. Tim. III, 8. Καὶ αὐτοὶ ἱερεῖς εἰσὶ, καὶ διδασκαλίαν εἰσὶ πεπιστευμένοι, *Et ipsi sunt Sacerdotes, & docendi munus sibi concreditum habent*; & apud *Tertullianum Lib. de Baptismo Cap. XVII. p. 263.* è Latinis *Baptismum dandi jus habet summus sacerdos, qui est Episcopus*; id non Biblicum, sed Ecclesiasticum, & ad naturam Novi Testamenti intelligendum est, *R. D. J. B. Carpzov. Diss. XXV. de Regali Fidelium Sacerdotio Cap. II. Thes. I. §. 2. p. 1191.* Meminit tamen scriptura N. T. etiam *Sacerdotii* & *Sacerdotum*. Verum hanc appellationem non *personis Ecclesiasticis ut sic*, sed omnibus ac singulis fidelibus tribuit, eos nunc collectivè in abstracto *Sacerdotium*, 1. Petr. II, 5. & cum epitheto *Sacerdotium Regale*, ibid. v. 9. nunc distributivè in concreto *Reges & Sacerdotes*, Apoc. I, 6. V, 10. vocando, ob rationem ab Apostolo 1. Pet. II, 5. allegatam, quia offerunt spirituales hostias acceptabiles DEO per Christum, *Ibid. §. 3. p. 1192.* Sacrificatio Spiritualis duo involvit, 1) *Spiritualem mactationem* i. e. mortificationem carnis cum concupiscentiis ejus. 2) *Spiritualem oblationem in odorem bonæ fragrantiæ*, i. e. exercitium bonorum operum. *Reges* nominantur à dominio

in peccata quod per mactationem significabatur; *Sacerdotes* ab oblatione hostiarum, sive studio bonorum operum, *Id. ib. p. 1190.*

§. 3.

Omnes promiscuè Christiani sunt *Theologi* & *Sacerdotes*, si non *Professione*, tamen *Confessione*. Vid. *Tungerlar. Prom. Evang. P. III. p. 445. 449. Fessel. A. S. Lib. I. Cap. I. p. 18. Cluver. Dilur. Apocal. T. II. p. 25. 218. Meisner. Phil. Sobr. P. II. S. I. Cap. I. Quæst. XX. p. 270. Jac. Cujacius de Feudis Lib. I. p. 33. Giesebertus Deuteron. Harmon. Cap. X. p. 416. seq. & omnino B. D. Speneri* **geistliches Priesterthum** *p. 70. seq. Amesius Bellarm. Enerv. T. II. Lib. III. Cap. III. p. 71. seq. D. Botsac. Mor. Ged. in v. Laicus p. 521. & in v. Sacerdos p. 929.* Hinc Christianitas pro Clericatu sumitur ap. *Francisc. de Roye Juris Can. Instit. Lib. I. Tit. IX. p. 40.* & Clerici olim dicti non tantum Spirituales, sed etiam omnes Literati, teste Bona, & ex eo Angelo de Nuce, ap. *Zimmerm. Floril. Philol. Hist. p. 234.*

SACERDOTI
Filiam elocans, felix.

Filiam Sacerdoti elocans, felix æstimatur. Dicit Sanctus B. I. Quicunque oblationes & res sanctificatas exsolverit Sacerdoti, ut convenit, promeretur (hoc ipso bono opere) ut filias suas sacerdotibus elocet, ejusque posteri rebus sanctificatis vescantur, *B. D. Andreas Acoluthus Philolog. de Aquis Amaris Cap. I. p. 31.* Ex undecim lætitiis, seu pompis Talmudicis nuptiarum, *tertia hæc* erat: Portarunt ante Sponsam poculum vini, quod vocarunt כוס התרומה *poculum Trumæ:* per id denotantes, non idignam esse eam ob paritatem virginitatis, quæ nuberet Sacerdoti, & comederet de Trumâ, h. e. de oblatione separatorum fructuum pro Sacerdote, quæ Ebræis vocata est Oblatio magna, *Lightfoot in Hor. Rabb. Joh. Evang. C. II, 1. p. 604. Christoph. Arnold. in Wagenseil. Sot. p. 1202.* Et fœminam commendaturi hanc frequentarunt loquendi formulam חוגנת להנשא לכהונה quod idonea esset, quæ maritaretur à Sacerdote, *D. Joh. Frid. Mayer. Dissertat. Praes. de Studiorum mutatione §. 13. p. 50.*

SACERDOTES
Ægyptiorum soli sapientes.

Apud Ægyptios sapientiæ omnis, subtiliorisque doctrinæ curam solis Sacerdotibus relinquebant, *Herman. Conring. de Antiquit. Academ. Dissertat. I. p. 3.*

Duo

Duo impii cujusdam Angli, fruſtra ab ipſo adhibiti.

Circa A. D. 1592. vixit in Anglia, & quidem in provincia Lancaſtrenſi, homo illuſtris, Richardus Hæutonus, Catholicæ Religioni addictus, multis ſceleribus nobilis. Hic luxui & libidini totus deditus, domi in intimis penetralibus duos alebat Sacerdotes, quorum operam, manumque ſervabat in extremum vitæ & ultimam neceſſitatem, qua ne occuparetur ex improviſo, uxori dederat in mandatis, ne unquam pateretur utrumque abeſſe domo, ſed alterum ſaltem apud ſe haberet ſemper, ut illius opera, in ultima neceſſitate conſtitutus, uteretur; Sed ſpes illa impium hominem turpiter fefellit. Lis de finibus ei cum aliis nobilibus exorta eſt, nocte autem intempeſtâ, dum famuli ac familiares illatam injuriam ferro depellunt, Richardus inter primos eſſe ac videri voluit, ſed lethali accepto vulnere, miſerrimè confoditur, & Sacerdos, qui in intimis latebat adytis, illum nihil juvit, *Jacob. Dan. Erneſtus Prodromo Apanthiſmatum Hiſtorico-Theologico Monſtium Cap. V. p. 37.*

Docentes benè, viventes male.

Lutherus rectè dixit: Qui benè docent & malè vivunt, illi DEO offerunt linguam, & Diabolo animam. Undè *Job. Bocerus*, pius olim ac celebris JCtus, & Poëta Roſtochienſis, *Lib. II. Sacr. Carm.* ſequens fecit Epigramma:

Voce, manuque ſimul clamoſum Stentora vincis,
Et caput, & corpus, brachia, crura moves.
Inſtas, ſollicitas, objurgas, ſæpe minaris,
Et crebro ſonitu pulpita pulſa quatis.
Sacra tamen pravis conſpurcas dogmata factis,
Quæque doces, iſtis diſſona vita tua eſt,
Offers ergò DEO linguam: ſed dirus averni
Rector jus animæ poſſidet omne tuæ.

L. Georg. Weiſſius de Pedibus Evangelizantium Cap. II. §. 30. p. 51. Conf. Tit. *Concionator docens recte, vivens malè.*

Duplici honore digni
1. Tim. V, 17.

Vid. Tit. *Duplicari.*

Frequentiores in rhedis, quam cathedris.

Matth. XXVIII, 19. Marc. XVI, 15. πορευθέντες μαθητεύσατε h. e.

profecti discipulificate, reiset aus/ und machet die Leute zu Schülern Christi. Quod μαθητεύσατε modaliter explicat Marcus voce πορευθέντες. Hoc πορεύεσθαι seu proficisci pedibus, tantum terrestri itinere fieri debere, nemo, nisi absurdum ac ridiculum caput, affirmabit. Valeant ergò scurræ cum barbaro suo scommate: *Ite, non rite.* Si qui verò magis curantequos & currus, quam Ecclesiæ cœtus, sæpiusque circumequitant, quam prædicant, & frequentius spectantur in rhedis, quam cathedris, φιλήδονοι μᾶλλον, ἢ φιλόθεοι, 2. Tim. III, 4. illi S. ministerio maculam inurunt, *Weissius l. c. Cap. I. §. 28. p. 21.*

Genearum (in denen Trinck-Häusern predigend.)

Die Persianer haben ihre Toback- und Kaffe-Häuser/ als aber der König Schach-Abas merckte/ daß in diesen Zusammenkünfften bißweilen von Staats-Sachen gehandelt würde/ mißfiel ihm solches sehr/ und erdachte ihre heimliche Anschläge/ so sie daselbst anspinnen möchten/ zu hintertreiben/ diesen Fund; Er befahl/ daß alle Morgen in jede Kammer/ ehe ein Mensch hinein kom̃t/ ein Moullah gehen/und die Toback- und Kaffe-Trincker bald aus einem Stück von dem Gesetz/ bald aus den Historien/ und der Peeterey unterhalten sollte; Diese Gewonheit wird noch heutiges Tages observiret/ und nachdem sie 2. oder 3 Stunden/ in solcher Ubung zugebracht/ richtet sich der Moullah auff/ und ruffet allen im Gemach zu: Glück zu! Ein jeder gehe von hier/ und an seine Geschäffte! Hierauff machet sich ein jeder davon/ und recommendiret dem Moullah die gantze Gesellschafft etwas weniges/ *Tavernier Hist. Or. Lib. IV. Cap. V. p. 175. a. & Cap. XIV. p. 201. a.*

Gothi Macedones armatos terrent.

Quemadmodum Alexander M. Jaddum Pontificem, & Attila Hunnorum Rex Leonem Papam venerati sunt; Sic & Gothi Sacerdotes Philippi Macedonis, valida manu Moesiam aggressi, iram mitigarunt, patefactis oppidi portis, cum citharis & candido ornatu, inermes ac modulantes, & paternos Deos obtestati, ut Macedones armatos pacarent, & ab urbis excidio, ut contigit, educerent & absterrerent, *Jornand. Lib. Rer. Geticar. ap. Salm. in Pancirol. P. II. T. I. p. 24.*

Indocti.

Die Stadt Moscau hat 2000. Steinerne Kirchen/ samt den Capellen und Klöstern/ und in die 4000. Popen/ oder Priester/ die aber kaum lesen/ schreiben/ und ein wenig singen können/ *D. C. F. Paulini* Zeit-Kurtz. erbaul. Lust *Tom. III. Cap. XI. p. 93.* Die in Georgien und Mengrelien bekümmern sich wenig drum/ ob ihre Priester und Bischöffe unerfahren/ oder lasters-

sterhafftig seyn / und ob sie tüchtig seyn andern vorzustehen. Ihre Jungfern sind gelehrter / als die Männer und legen sich mehr auffs Studiren / als die Priester selber / und wenn sie darinnen weit kommen sind / so hören sie die Beicht / tauffen die Kinder / leiten zur Ehe / und versehen andere dergleichen Verrichtungen in der Kirchen / welches eine Gewonheit ist / die / so viel ich weiß / in keinem Ort der Welt / als in diesen Ländern gebräuchlich ist / *Tavernier l. c. Lib. III. Cap. X. p. 142. 143.*

Inviolabiles.

Quis homo est tanta confidentia, qui Sacerdotem audeat violare? *Plaut. Rudent.*

Judice quovis probatiores.

Constantinus M. in Chalcedonensi Concilio libellos oblatos de mutuis episcoporum accusationibus legere noluit: sed indactum se DEO eorum judicium reservare velle, respondit. Idem, si quid Episcopi in Synodis pium & utile constituissent, id confirmavit, & infringi à præsidibus provinciarum noluit, dicens: Sacerdotes DEI quovis Judice probatiores esse, *Eusebius ap. Zwinger. Vol. VII. Lib. IV. p. 1933. a.*

Justitiæ.

§ 1.

Politici in jure *Sacerdotes Juris & Justitiæ* appellantur, *Lib. I ff. de J. & J.* jus est ars boni & æqui, cujus merito quis nos Sacerdotes appellet: justitiam namq; colimus, & boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes. Notetur autem hoc, quod sicut olim Sacerdotes singulis Diis erant, qui se super futuris, & agendis consulentibus responsa dabant: Sic veteres Jure Consulti, *Justitiæ isti Sacerdotes*, gratuitam, non quæstuariam juris prudentiam habentes, in publicum quotidiè prodibant, & unicuique civium consulendos se præbebant (*Alex. ab Alex. Gen. Dier. Lib. VI. Cap. X. p. 343. b.*) & tanquam oracula justitiæ, Themidisque promebant, h. e. responsa boni & æqui plena. Unde Servius Sulpitius Juris antistes appellatus est, auctore *Quintiliano*; Quomodo & Plinius *Lib. VII. Cap. XXX.* Platonem Sapientiæ antistitem vocat. Cicero quoque Domum Jure consulti, ait, esse oraculum totius Civitatis, *Joh. Jov. Pontanus de Liberal. Cap. IX. p. 292. Bernhard.* Friese *Discurs. Inaug. de Jure Precedentiæ Cap. V. §. 2.*

§. 2.

Es wurde dieser Tagen ein Advocat für Gerichte / inquit Harsdörffer *in Secret. German. T. II. P. V. Cap. XVI. p. 523.* das *Oraculum* in der Stadt / genennet / welches er ihm vor eine sonderbare Ehre gehalten / weil er vermey-

meynet/ der einige tapffere Mann zu seyn/ welchen man in zweiffelhafften Fällen/ zu Rathe ziehen könne; Saaer aber hatte seine Worte also gedeutet/ daß der Advocat ja so viel Lügen für Wahrheit ausgebe/ als vor Zeiten die Oracula hören lassen. Sed hic referendus inter eos, quorum lingua est damnifica, nisi eam, ut dici solet, funibus argenteis vincias, *Joh. Saresberiensis Policrat. Lib. V. Cap. X. p. 245. 246.* Seu ut alius: JCtus quasi vulneratus muneribus, *Petrus Victorius Var. & Antiq. Lect. Lib. III. Cap. XXII. p. 68.* Conf. *Engelgrav. Cæl. Empyr. Tom. I. p. 403. seq.*

In officio adjuvantur ab ipso DEO.

Mosen nulla juvabat lingva balbutiens, Exod. IV, 10. nec Jeremiam juventus, Cap. I, 6. Et mirari animo subit, quare Gregorius Nazianzenus, sapientissimus alias Græcorum Pater, à Theodosio vocatus, Episcopatum Ecclesiæ Constantinop. recusaverit, *Sozom. H. E. Lib. VII. Cap. VIII.* Nec est, quod ambigam, utrum excusandus sit Ammonius, qui ut munere, ad quod vocatus erat, deformitate corporis indignus videretur, dextram sibi præscidit auriculam, cumque adhuc instarent Auditores, virum comprehensuri, jure jurando se obstrinxit, si vim ei afferre conarentur, lingvam quoque exciturum, *Sozom. Lib. VI. Cap. XXX.* Ita & Evagrium delectum ad Episcopi munus à Theophilo Epsc. Alexandr. imprudenter satis egisse arbitror, quod re vix ad illum delata, exculto aufugerit, *Socrates H. E. Lib. IV. Cap. XVIII.* DEUS sane est, qui ad id, quod vires nostras superare videtur, omnipotenti suo auxilio, *maximum* semper addit incrementum, *Theophilus Jungius de Migrationibus Cerinorum* §. 14.

Ad Natalem Consacerdotum invitati.

DEI nostri misericordia favente, ille dies, in quo Episcopatus mei est Natalis ad properat, ad quem ex more, missis ad te à me literis invitaris: Decet enim frater charissime, ut ejusdem particeps festivitatis existas, & fraternæ congregationi præsentiam tuæ dilectionis accommodes, ut ea inter nos, quæ mei Ecclesiasticus exigit, confirmemus, *Lib. Diurn. Rom. Pontif. Tit. XIII. p. 78. 79.* Consule notas *Doctiss. Garnerii*, nec non *Part. III. Concil. Ephesini Tom. II. Concil. p. 637.* Id etiam præstitere Primates, qui Coëpiscopos suos ad sui Natalis festivitatem vocabant, uti conjectare licet ex adlocutione Augustini ad populum, post concionem absolutam: Quod novit Charitas vestra, suggerimus. Dies anniversarius ordinationis Domini Senis Aurelii crastinus illuxescit, rogat & admonet per humilitatem meam, charitatem vestram, ut ad Basilicam Fausti devotissimè venire dignemini, Serm. XXXII. de verbis Dom. Tom. X. p. 48. *Matthæus Larroquanus Advers. Sacr. Lib. II. Cap. XV. p. 296. 297.* Dies, quo quis

sactis initiabatur, *Natalia sacrorum*, appellabatur, religioſoque jentaculo celebrabatur, *Polyd. Virgil. de R. I. Lib. V. Cap. I. p. 399.*

Pauperes.

Paſtor Schlierenſis in colloquio Tigurino A. C. 1523. d. 29. Jan. inter Zwinglium & Joh. Fabrum hab. cum is de Scripturis legendis, & per eas confirmandis omnibus fidei articulis, monuiſſet, ita: Quid vero illi agendum erit, cui Sacerdotii reditus tenuiores ſunt, quam ut hujusmodi libros, Teſtamentum videlicet, emere queat? Mihi certe Sacerdotium eſt longe tenuiſimum, unde neceſſitas hæc me dicere coëgit, *Hoornbeck Summ. Controverſ. Lib. IV. p. 243.*

Plebeji V. T.

Erant in V. T. Sacerdotes, qui vocabantur כהני עם הארץ *Sacerdotes plebeji*, non quod ex plebe eſſent, ſe educatione Scholaſticâ (cùm enim totum ſemen Aaronis eſſet Sacerdotale, & ita Sacerdotes non tam fierent, quam naſcerentur, non mirum, ſi inter eos reperirentur, & rudes & pauperes) carerent, & propterea inter doctos, & religioni devotos non numerarentur. *Dn. Balthaſ. Stolberg. Queſt. Philol. Trig. Q. I. §. 7.* Et cum hi ordinariè pauperes eſſent, privilegiis modo pauperum fruebantur, qualia ſunt *ſpicilegium, mucmatio* &c. Tali autem plebejo Sacerdoti non dabatur תרומה ſeu *oblatio*, quoniam incertum erat, an cometturus eam eſſet in munditiâ vel immunditiâ, ſicuti indoctus erat, ita præſupponebatur omnes puritatis regulas obſervare non poſſe. Ex *Talmud Hieros. Otho in Lex. Philolog. p. 539. Krumbholz. l. c. p. 66.* Erant & qui vocarentur כהנים הדיוטית Sacerdotes *Idiotæ* vel privati; qui quamvis & docti eſſent, & publico munere ad altare fungerentur, Privatos tamen dicti eſſe, eò, quod inferioris ordinis eſſent Sacerdotes, & non dignioris. Dignior autem Sacerdotum gradus fuit quadruplex, præter gradum ſummi Pontificis, atque סגן Sagan, ejus Vicarii. Nam 1) fuerunt *Capita Ephemeriarum* ראש משמר numero viginti quatuor. 2) Capita familiarum in unaquâque ephemeriâ, ראש בית אב. 3) Præfecti variis officiis in templo. 4) Qui Sacerdotes cooptati fuerant in ſummum Synedrium. *Stolberg. l. c.*

Turcarum ſancti.

Apud Mahumetanos ſecta eſt eorum, qui Elauted, h. e. Trunci appellantur: & viliſſimo habitu Africam circumeunt, ſtellas unum deum eſſe aſſerentes, & nullam legem, neque fidem erroneam: cuique enim adorare licere, quod ſibi videatur. Horum unum in foro Alcairi ſe palam cum primaria fœmina è balneo egreſſa congredi vidiſſe *Johannes Leo Lib. III. C. XLIII. Africæ*, affirmat; omnes mox accurriſſe, & veſtes mulieris tanquam ſacro ſanctas manibus tetigiſſe. Maritum, cognito facinore, Deum benedixiſſe, ſolennique con-

convivio & eleemosynis gaudium suum testatum, qui dignus habitus esset, cujus uxorem Propheta simulato concubitu divinis repleret charismatis, *Zwingeri Vol. VII. Lib. VI. p. 2025. b.*

Angeli.

De Religiosis apud Turcas *Septem Castrensis Cap. XIV. p. 32.* ita: Sunt, inquit, tantæ exemplaritatis, in omnibus eorum dictis & factis, in moribus & motibus, & tantam præ se ferentes ostensionem, ut non homines, sed Angeli esse videantur, *B. D. Georg. Mabius, Disq. Theol. de Causis & Mediis, quæ Mahomedisticam Religionem partim introduxerunt, partim adhuc conservant Cap. II. §. 37.*

Secularibus negotiis intenti.

Vid. Laurent. Beyerlinck *Theatr. Magn. Vit. Hum. Tom. V. Lib. XI. p. 183.* & omnino Tit. *Concionatores Turcarum.*

Ψυχῆς Φύλακες.

Ψυχῆς Φύλακας Sacerdotes appellavit Constantinus M. *Eusebius Pamphilus Lib. II. Cap. IV. de Vita Constantini M.* scribens, Cumque precationibus si unquam anteà sese, tunc maximè indigere intelligeret (pugnaturus scil. cum Licinio), Sacerdotes secum duxit, eos velut optimos animæ custodes adesse coram, & secum versari debere existimans, *D. Matth. Zimmerman. Analect. Miscell. Monstr. Mens. X. Cap. VI. p. 520.*

Tacentes.

Nam aut tacent plurimi eorum, aut similes sunt tacentibus, etiamsi loquantur, & hoc multi non inconstantia, sed consilio, ut putant, atque ratione, *Salvianus de Gubernat. DEI Lib. V. n. 148. p. m. 169.* Conf. omninò A. B. Tom. III, in Tit. *Pastores muti p. 1245. seq.*

SACERDOTUM

Agri ab omnibus oneribus immunes.

Vid. Tit. *Ager.* Multi quidem Doctorum putant Parochiis & Pastoribus stipendii loco agros dotales quasi posse assignari; Plurimi autem negant, de scil. implicati agriculturæ rusticis curis necessariis, perpetuis avocentur à sacrorum cura, & probant ex Deut. X, 9. Cap. XII, 12. Cap. XVIII, 1. 5. Vid. *Giesebert. Deuteron. Harmon. Cap. X. n. 90. seq. p. 414. seq. Cap. XVIII. n. 1. p. 781. seq.*

Mul-

Multitudo in V. T.

§. 1.

Aaroni, Pontifici omnium primo, quatuor erant filii, Nadab, Abihu, Eleazar & Ithamar, Exod. VI, 22. quorum duos priores, quod alienum obtulissent ignem, divina extinxit Nemesis, Levit. X, 1. 2. Sed reliquorum duorum, Eleazaris scil. & Ithamaris posteri duas constituebant distinctas Sacerdotum familias. Atque istas Moses in certas classes tribuisse dicitur ab Ebræis. Quanquam de numero istarum classium non idem sentiant illi, aliis octo, aliis sedecim statuentibus. Quâ de re videri potest *Seldenus de Success. in Pont. Ebr. Lib. I. Cap. I.* Cum verò temporibus Davidis progenies ista majorum in modum sese diffudisset, ille Mosem secutus novâ divisione XXIV. classes Sacerdotum constituit. Quia verò Eleazaridæ Ithamaridas multitudine superabant illis sedecim, his verò octo tantum manebant classes. Lucas Evangelista hasce classes appellat ἐφημερίας (*συνεκδοχικῶς*: ἡμέρα enim ponitur pro spatio ἑβδομαίῳ, quod unaquæque classis, quoties series tangebat eam, ministerio implere tenebatur. Si verò ἐφημερίαν accipias pro hominibus in eâ constituris, μετωνυμία est, quod dicit *Grotius*) dum Cap. I, 5. Zachariam, Baptistæ Patrem, ἐξ ἐφημερίας Ἀβιὰ, quæ in ordine octava erat, 1. Paral. XXIV, 10. fuisse refert. *Dn. Stolberg. l. c. §. 5.*

§. 2.

Sacerdotum horum numerus adeò exerevit, ut teste *Josepho Lib. II. contr. Appion. p. 1066.* (ubi quidem lacuna in exemplari Græco) unaquæque quatuor tribuum Sacerdotalium, seu potius (ut legit *Dorotheus Vind. Ex. P. II. p. 286.*) viginti quatuor classium, plus quinque millibus hominum sit complexa, imò minima etiam Ephemeriarum 85000. germina Sacerdotum, seu Sacerdotes juniores produxerit, ut ex Hieros. Taanith f. 69. citat *Lightfoot Hor. ad Luc. pag. 712.* quod tamen, ipso *Lightf.* judice, vix meretur fidem. *B. D. Justus Christoph. Schomerus Diss. Theol. de Sacramentis V. T. §. 3.*

Romæ.

De Missâ *Dn. de Monzambano* scripsit, eâ nihil accommodatius ad lucrum atque autoritatem Sacerdotum promovendam: Nam quis tam salutarem operam navanti præmium negare velit? Idipsum sapienter animadversum à non nemine è Catholici Proceribus Poloniæ, eo tempore, quo consilia de colloquio Charitativo Thorunienſi agitabantur, spesque videbatur subnasci nonnullius inter Evangelicos & Catholicos concordiæ; Negavit factu possibile esse, idque vel solius Missæ causa, quia plurimi homines ex eâ vitam sustentent. Nam, ait, hic Articulus si convelleretur, quot sunt in Italiâ Sacerdotes, tot essent milites vel prædones. Credo in ipsâ urbe Româ posse recenseri circiter 60000. Sacerdo-

tam, ex solis solitariis Missis viventium? Quid putas in aliis urbibus? Quid in aliis Regnis? Citius arma sumerent, & cervices sibi abscindi, quam hæc mutari paterentur. Nec Sacerdotes tantum, sed universi Seculares, qui pietate in suos mortuos tanguntur. Lutherus & Calvinus totum mundum concusserunt: Quid non perturbarent tot hominum myriades? Sic verba ejus sonant in literis hâc de re scriptis. Imò ne emendari quidem potest Ecclesia Romana, quia commodis ejus id adversatur. Sic enim Cardinalem Volaterranum coram Adriano VI. P. M. olim ratiocinatum legimus, nullam posse institui, quæ obventiones Ecclesiasticas, non insigniter diminutum eat; Quarum cum IV. sint fontes, unus temporalis, Status Ecclesiastici reditus ordinarii; Alii Spirituales, Indulgentiæ, Dispensationes, & Beneficiorum collationes, nullum horum posse obturari & occludi, quin derepente de censu Ecclesiastico quarta pars decedat ap. *Fra. Sarav. Hist. Concil. Trid. Lib. I.* Et planè similiter idem illustris Polonus: Dicam audacter & verè, facilius Romanam Ecclesiam posse ferre desertionem sui à Regibus & Populis, quam emendationem impetrare à se ipsâ: Emendatio enim esset mors ipsius; Desertio verò vitam ipsi prorogat. Nunquam est emendata, quamvis sæpius deserta: Sed cum utriusque gladii jus habeat, & nulli temporum præscriptoni subjaceat, non semel sese vindicavit, & adhuc vindicat. *Excell. D. J. C. Beemannus Diss. de Turbamentis Vulgi Cap. IV. §. 10. p. 63. 64.*

Hostis.

Ericus II. König in Norwegen / wurde mit dem Zunahmen genennet Præstehadere, welches so viel heisset / als ein Priester-Feind. *Cl. Hübner. Hist. Pol. P. III. Lib. II. p. 895.*

Reprehensiones ferendæ.

Jene gottselige Frau sagte: Sie hielte nichts von denen Zuhörern / welche ihre Prediger nicht so wohl lieben / wann sie straffen / als wann sie nicht straffen. Der Stieglitz heißt bey denen Lateinern Carduelis, von der Distel / die er gerne geneust / darzu schreiben die Gelehrten:

ET CUM ACULEIS PLACET,
Ob sie gleich Stiche giebt /
So wird sie doch geliebt!

Das kan man deuten auf einen rechtschaffenen Christen / wann derselbe gleich in der Predigt getroffen wird / so hasset er doch deßwegen den Priester nicht / sondern er läßt ihm sein Straff-Amt gefallen / weil es zur Besserung seiner Seelen angesehen ist. Ein anderer mahlet ein Messer / und schreibet dazu:

SPLENDOREM ET ACIEM,

Schärffe

Schärffe und Schein/
Müssen beyde seyn!

Also ist das Wort GOttes billig herrlich wegen der Tröstungen / aber auch scharff / wegen der Straffe/ Exempla vid. ap. *D. Missandr.* in der Creutz. d. 51. *p. 442. seq.* Conf. Tit. Concionatoris reprehensionem non ferentes.)

SACERDOTIBUS

In bello parcendum.

Quibus meritò addendi, qui studiis literarum honestis, & humano generi utilibus operam navant. (*Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. III. Cap. XI. §. 10. p. m. 521.*

Omnia contrariantur Elementa.

Manlius erzehlet / daß ein Pfarrer / als man ihn gefragt: Was doch das Predigt-Amt wäre? Resp. Es ist eine Kunst über alle Künste / eine Ehre über alle Ehre / aber auch dabey ein Elend über alles Elend / denn es mit Creutz und Jammer biß oben an gefüllet ist; Alle Elementen wollen einem treuen Seelsorger fast zuwider seyn; Bald sticht auf ihn die Hitze der Anfechtung; bald widerstehet ihm der Lufft-herrschende Welt-Fürst; bald gehet ihm das Wasser der Trübsal biß an die Seele; bald mag ihn die Erde gar nicht dulden / er wird vertrieben und verjagt. *D. Mis.* Priester-Feinde und Freunde/ *p. 115.*

Biblia diligenter legenda.

Utramque paginam hic facit Scripturam Sacram sedulò ac devotè legere, scrutari, ruminari, & heluonem sanctorum Bibliorum agere, quæ verè בית מקדש h. e. *domus Sanctuarii* sunt, ut à RR. scitè appellantur. *B. Dilherrus in Scholâ Prophet.* ad visionem Ezechielis de comestione voluminis delatus *p. 608.* ita præclarè scribit: Es wird damit angezeiget / daß diejenige / welche Lehrer und Prediger seyn wollen / gleichsam Bücher-Fresser seyn / das ist / emsig studieren / das Wort GOttes nicht obenhin lesen / sondern das Hertz hinein bringen / und gleichsam ihre Speise seyn lassen sollen / Sir. XXXIIX, 25. cap. XXXIX, 1. 2. 3. Diß ist eine Lection für die Ehrdürfftige Studenten der H. Schrifft / welche (da sie auf Hohen Schulen dem Wort und der Furcht GOttes obliegen sollten) müßig gehen / und wann sie sich bißweilen fast rasend gesoffen / mit rüllen und brüllen / wie die wüthige Ochsen herum lauffen / und nichts weniger thun / als was sie thun sollten; Nichts destoweniger hernach durch allerley ungültige Mittel sich bemühen / in das Prediat-Amt zu kommen / und wider die Laster also zu eiffern / als wann sie dieselbige allezeit von Jugend auf / hätten

ten angefeindet / da doch ihr Ochsen- und Sau-Leben noch allzubekandt ist. *L. G. Weissius de Pedibus Evangelizantium §. 36. p. 55.*

SACERDOTIUM
Et Regalis dignitas an in unâ personâ concurrere possunt?

§. 1.

Ante legem Sacerdotium & Regalis dignitas in unâ concurrere poterant personâ: Imò penes primogenitos & Regnum fuit, & Sacerdotium, ut Jacob de Ruben dicit: *Primus in donis*, i. e. in sacrificiis offerendis, & *primus in regno*, Gen. XLIX, 3. *B. D. J. B. Carpzov. Disp. XX. §. 9. p. 941. B. D. Pfeiffer. Dub. Vex. p. 100.* (Apud alias gentes etiam Reges Sacerdotesque simul fuisse dubitare non sinit *Ovidii* istud de Æneâ:

Hunc Anius, quo Rege homines, Antistite Phœbus
Ritè colebatur, temploque domoque recepit.

Vid. *D. Beeman. Notit. Dignit. Diss. II. Cap. I. §. 7. p. 44. B. D. Joh. Guil. Baierus de Jure & Privilegio Primogenitura ex Gen. XLIX, 3. Cap. II. III. C. V. & VI. p. 34. & Disp. Philol. Th. de JESU CHristo Solo atque Unico Sacerdote & Sacrificio Expiatorio Mundi Cap. I. §. 7. p. 14. 15.*) At post solennem Legis promulgationem Israëlitis ex Ægypt. servitute eductis in monte Sinai per Mosen divinitus factam, institutum fuit Leviticum Sacerdotium, in quo dignitas Sacerdotii ad oriundos ex tribu Levi fuit translata, ut penes illos ordinaria & *hæreditaria* esset, Exod. XXIIX, 1. Num. I, 50. cap. III, 6. &c. Regia verò Majestas datâ à DEO familiæ Davidis & tribui Judæ. *Carpz. l. c. p. 942. Bareb. Advers. Lib. XLIII. Cap. IX. p. 1943. B. D. Nagel. LL. CC. H. R. T. in v. Primogenitus. Th. Goodwin. Mos. & Aar. Lib. I. Cap. IV. p. 20. D. Spencerus de Leg. Hebr. Rit. Lib. I. Cap. VI. S. III. p. 116.*

§. 2.

De Pontifice Romano notum est, quod sibi jus gladii cœlestis & terreni vendicavit, & hoc quidem *Nicolaus I. Papa* à Christo esse, qui Petro æternæ vitæ clavigero terreni simul & cœlestis imperii jura commiserit, *dist. XXII. C. omnes* Bellarminus quoque argumentis probare audet, quod non pugnet cum verbo DEI, ut unus homo sit princeps Ecclesiasticus & Politicus simul toto *Capite IX. Lib. IV. de Rom. Pontif. B. D. Balduin. C. C. Lib. IV. Cap. IV. Cas. II. pag. 968.* Sed Amesius *in Bellarmino suo Enervato, seu Disp. Anti-Bellarmin. p. 203.* Pontificem simul Principem spiritualem & temporalem esse posse statuenti, rectè respondet: Principem Spiritualem præter Christum nullum esse, nisi forsan Diabolus ita vocari posset quoad spiritualem nequitiam, Ephes. VI, 11. & Antichristus,

stus, quoad spiritualem usurpationem templi DEI, 2. Thess. II, 4. *D. Ægid. Strauch. Diss. Theol. de Melchisedeco Cap. IV. Quæst. IV. p. 36. seq.* Christus Discipulis suis gubernationem Ecclesiæ commisit, Joh. XX, 21. regimen Politicum interdixit, Luc. XXII, 25. Reges gentium, inquit, dominantur &c. vos autem non sic. Quin & CHRISTUS ipse à Politico regimine & judicio abstinuit, Joh. VI, 15. cap. IIX, 10. Luc. XII, 13. quia regnum ejus non erat de hoc mundo. Conf. omninò *A. B. Tom. III. in Tit. Melchisedec. p. 219. seq.* ubi plurimis quæstionem hanc decisam invenies.

Ob frigus resignatum.

Sylvanus Philippopolis urbis Thraciæ Episcopus, frigoris impatiens (corpore enim fuit exili admodum & imbecilli) obsecravit Atticum, Episcopum Constantinop. ut in suum locum alterum subrogaret Episcopum, seque non ob aliam causam, quam ob frigus recusare vitam in Thracia traducere docuit. Annuit petitis Episcopus, atque Sylvano ex Thracia Troadem facultatem largitur transeundi. *Socrates H. E. Lib. VII. Cap. XXXVI. Theoph. Jungius de Migrationibus Clericorum §. 24.*

SACERDOTII

Initium.

§. 1.

In V. T. justa functioni sacræ ætas à DEO primitus constituta fuit annus ætatis XXV. uti patet ex Num. VIII, 24. (sicuti & apud Romanos constitutum, ne paucioribus XXV. annis nato Senatum ingredi liceret. *Andr. Domin. Floccus de Potestatibus Rom. Lib. II. Cap. I. p. 183. Gabr. Albaspinæus Not. in quosd. Can. Conc. Carthag. Can. IV. p. 409.*) Postea verò, ubi sacrificiorum numerus adeò creseceret, ut illorum ministerio non sufficerent tam Levitæ, quam Sacerdotes, annus vigesimus pro legitimâ ætate ad suspiciendam functionem sacram habebatur, uti patet ex 1. Chron. XXIV, 24. 2. Chron. XXXI, 17. Esdr. III, 8. *M. Ern. Christ. Boldich Diss. Philol. de Pontif. Max. Ebræor. Cap. II. §. 10. M. Christ. Zoëga Diss. Philol. de Unctione Sacerdotis Summi Cap. I. S. II. §. 2.*

§. 2.

Hodiè in Episcopo vel Presbytero desideratur annus XXX. aut XXXV. in Diacono annus XXV. per *Nov. 123. C. I. & 13. Polyd. Vergilius de R. I. Lib. IV. Cap. VIII. p. 347. Jos. Arndius Lex. Antiq. Eccles. p. 214. D. Joh. Frid. Mayer. Comment. de Elect. Rom. Pontif. Cap. V. §. 3. p. 103.* idque tempus Presbytero definitum exemplo Salvatoris nostri, & Johannis Baptistæ receptum esse dicitur in *C. Presbyter dist. 78.* quæ Lex annaria etiam in Levitis V. T. obtinuisse videtur,

Num. IV, 3. Sed terminum hunc apud nos non obſervari certum eſt; nec enim vel CHRISTUS exemplo ſuo nobis Regulam neceſſariam præſcribere voluit, nec Apoſtolus formam Miniſtris eligendis præſcribendo, annorum numerum determinavit, quod tamen in Diaconiſſis fecit, 1. Tim. V, 9. *Excell. D. D Sam. Stryke in Brunneman. Jus Eccleſ. Lib. I. Cap. V. p. 78. D. Phil. Bucbius de Cerem. Eccleſ. Cap. II. §. 9. p 14 D. Chriſt. Liebenthal/ Coll. Polit. Exercit. XIII. §. 17. p. 324. Franciſc. de Roye Jur. Can. Inſtit. Lib. I. Tit. X. p. 49. ſeq.* Vid. A. B. T. II. *in Ex. Levit. p. 1326. ſeq.*

Terminus in V. T. quis?

Quinquageſimo anno rude donabantur, ob defectum integritatis atque valetudinis, quæ hoc anno in plurimis hominibus ſeneſcunt & deficiant, & DEus miſertus eſt infirmorum hominum, ne nimis negotiis obruerentur & peſſundarentur. Non tamen planè immunes erant à laboribus, ſed tantum gravioribus, curabant enim ordinem & decorum templi, regebant alios, honor tamen non decreſcebat, licet labor minueretur, ſed potius creſcebat. Vid. Eſ. XXXVII. 2. *M. Krumbholz de Sacerdotio Hebraico Cap. III. §. 4. p. 58. 59.* Sic & apud eosdem ad quinquageſimum ætatis annum milites obſtricti fuerunt, quo elapſo, miſſio & immunitas ab ejusmodi laborioſo onere impertita illis eſt. *Joh. Andr. Danzius de Ebræorum Re Militari Cap. IV. §. 8. p. 33.*

Ignoſcant ſenio, juvenes ad prælia mittant.

SESSIONIS

Certamen in Eccleſiâ.

Omnes qui in tabulis concionalibus erant ſcripti, ſi aut non aut ægrè venirent, multis rationibus cogebantur. Fune ſcilicet tincto, de quo *Interpres Ariſtophanis* ita: Quoniam Athenienſes ægrè conveniebant in conciones, ſolebant duo miniſtri funem coccino tinctum per forum extendentes turbam in concionem cogere; qui verò tincti erant, mulctam pendebant. Ariſtophanes ipſe in Achirnenſ. perſtringens ejus ſeculi mores: Nunc, inquit, cum eſſet concio Κυρία, ſummo mane deſerta erat ipſa Pnyx, Qui verò in foro verſantur, nugantur, atque in inferiore & ſuperiore parte funem tinctum fugiunt. Neque Prytanes veniunt niſi intempeſtivè, deinde dum veniunt, urgent ſe inter ſe ob primum ſedile, quia unà confluunt, *D. Joh. Phil. Pfeiffer. Antiquit. Græc. Gentil. Lib. II. Cap XXXV. p. 296. 297.*

§. 2.

Anno ſic LXIII. Natalem Chriſti Henricus IV. Imp. Goslariæ celebravit. Quo Feſto Eccleſiaſticorum ambitio nefandum omnibus ſeculis exemplum præbuit. Ex *Schafnaburgenſi* hoc declarabimus, qui ſatis copiosè deſcripſit.

Ipſi

Ipsâ die nativitatis, *inquit*, dum ad vesperam sellæ Episcoporum locarentur inter Camerarios Hecelonis Hildesheimensis Episcopi, & Camerarios Wideradi Fuldensis Abbatis gravis concertatio oborta est, & primò jurgiis, deinde pugnis res gesta est, citoque ad gladios prorupissent, nisi Ottonis Ducis Bavarorum, qui causam Abbatis tuebatur autoritas intercessisset. Causa verò talis erat: Consvetudo erat in regno per multos retrò majores observata, ut semper in conventu Moguntinensi Archiepiscopo proximus assideret. Sed Episcopus causabatur, neminem sibi intra diœcesin suam post Archiepiscopum debere præferri, animatus ad hoc & opum gloriâ, quâ antecessores suos longè supergrediebatur, & temporis opportunitate, quia Rege in puerilibus annis constituto singuli, quid sibi animus suggessisset facere impunè poterant.

§. 3.

Sequenti Pentecostes festo ambitiosis hisce litibus recrudescentibus, sanguine largiter profuso non Spiritui Sancto, sed diabolo (proh dolor!) in ipso templo litatum est. Itetum hâc de re *Lamberti* verba, licet plusculà, recitabimus: Dum ad verspertinalem Synaxin Rex & Episcopi convenissent, rursus de positione sellarum Episcopalium tumultus exoritur, non fortuitâ, ut prius, conversione, sed præmeditatâ diu machinatione. Nam Episcopus Hildesheimensis acceptæ prius contumeliæ memor, Ecbertum Comitem cum expeditis militibus retro altare occultaverat. Hi audito tumultuantium Camerariorum strepitu ocyus advolant, Fuldensium alios pugnis, alios fustibus cædunt, prosternunt, & de sacrario Ecclesiæ inopinato periculo attonitos facilè proturbant. Quibus illicò ad arma conclamantibus Fuldenses, quibus arma in promptu erant, facto grege Ecclesiam irrumpunt, in medio chori psallentiumque fratrum manus conserunt, rem jam non fustibus, sed gladiis gerunt. Pugna atrox committitur, atque per totam Ecclesiam pro hymnis & canticis spiritualibus vociferatio adhortantium, & ululatus morientium exauditur. Super altaria DEI tristes jugulantur hostiæ, passimque per Ecclesiam sangvinis currunt flumina, non legali, ut quondam, religione, sed hostili crudelitate profusa. Episcopus Hildelsheimensis capto editiori loco, tanquam militari quodam classico suos, ut fortiter præliarentur, hortabatur, & ne loci religione ab armis terrerentur, suæ autoritatis & promissionis titulum obtendebat. Multi utrinque vulnerati, multi occisi sunt, inter quos præcipui erant Reginbodo signifer Fuldensis & Bero Ecberto comiti carissimus miles. Rex inter hæc vociferans, & sub obtentu Regiæ Majestatis populum adjurans, surdis fabulam narrare videbatur. Tandem monitus à suis, ut vitæ propriæ, pugnâ excedens, consuleret, vix inter constipatam arctius multitudinem eluctatus in palatium se recepit. Hildesheimenses, qui instructi, præmeditatique ad pugnam venerant, superiores efficiuntur. Fuldenses,

denſes, utpote quos inermes inopinatosque ſubitò exortæ ſeditionis procella contraxerat, fuſi fugatique, atque de Eccleſiâ expulſi ſunt. Fores illicò obſerantur. Fuldenſes, qui primo tumultu ad arma tollenda paulò longius diſcurrerant, frequentes armatique adſunt, atrium Eccleſiæ occupant, aciem inſtruunt, ut de Eccleſiâ progreſſos ſtatim adoriantur. Sed nox concertationem diremit. Hactenus *Lambertus.*

§. 4.

Tantum verò ſcelus nihilominus inultum permanſit, Ecberto Comite, quod Regis patruelis eſſet, gratiâ prævalente, Abbate verò magnâ pecuniæ vi culpam redimente. Ipſe tamen diabolus gaudio ſuo ſceleris magnitudinem expreſſit. Cantantibus ſcilicet Clericis: *Hanc tu diem gloriosum feſtis; hic ex* angulo tale boavit reſponſorium: *Hunc ego diem cruentum feci.* Cujus rei teſtimonium hodieque ſuperat foramen illud, per quod ſpiritus ille tenebrarum vocem hanc emiſit, nullâ curâ, arte nullâ reparabile. Adeò difficulter hic hoſpes ſemel admiſſus expellitur. Concludamus triſte hoc argumentum rhythmis verſificatoris cujusdam, qui dicta clarè confirmant:

Tunc fuit occiſa gens ingens Goslere viſa
Talis & exempli, quod ſangvis ad oſtia templi
Efluxit multus, qui poſteà manſit inultus.
Dæmon cantabat, & in aëre vociferabat:
Cunctis hoc feſtum formavi cæde moleſtum.

D. Caſp. Sagittarius in Hiſtoriâ Goslaria Cap. II. §. 6. ſeq.

In Comitiis.

Apud Æneam Sylvium legimus in Concilio Baſilienſi nullam cujusque rei majorem fuiſſe curam, nullam diſputationem contentioſiorem, atque de ſellis & ſedibus Legatorum. Hinc Zamoiſcius, Poloniæ Cancellarus, uti *Hermannus Kirchberus Lib. II. Cap. V. de Legat.* ait, dixiſſe fertur: Germanos in ſuis Comitiis nihil fermè agere, quam ut de ſeſſionibus digladientur. Cum tamen, teſte *Lactantio Lib. V. Cap. XV. Divin. Inſtit.* contentione de dignitate nihil fœdius, nihil arrogantius, nihil a ſapientis ratione ſemotius ſit. *D. Dan. Claſſenius Comment. in Contin. Plut. p. 56. 57.* Propterea in uno conventu cauſæ ad deliberandum propoſitæ rariſſime expediuntur omnes, ſed plerumque in nova Comitia rejiciuntur, quod *Æneas Sylvius Epiſt. LXXII. & XCII.* ſalſo iſto dicterio urgere conſueverat: Omnes Germanorum dietas eſſe fœcundas; & quamlibet in ventre habere alteram; ac credibile eſſe, quia fœmineum ſit nomen, libenter impregnari dietas, ac parturire. *Lanſ. contr. German. p. 889.* Verſus Hieronymi Avenati de altercatione Seſſionis in Imperii conventubus vid. in *D. Henr. Henn. Diſſ. Jurid. Polit. de Jure Nobilium ſingulari §. 17.*

SES-

SESSIONUM

Dies.

§. 1.

Judices *sedere* dicuntur. Hinc *Dies Sessionum* apud Juridicos, quibus Prætor sui copiam facit; *Plin. Lib. VI. ad Roman.* Sedebant Judices centum & octoginta. *B. D. Deutschman. Diss. Theol. de CHRISTI Hominis ad Dextram DEI Sessione §. 17.* Propertius:

—— —— Posita Judex sedet Æacus urna.

Et *Cicero pro Rabirio* scribit: Modo vos iidem in Gabinium Judices SEDISTIS. Per Sessionem autem hanc significatur, quod Judices animis conquiescentibus, tranquillis & sedatis, non affectuum intemperie turbatis, in divino suo illo officio esse, attentisque animis, non vagantibus, & hinc inde volitantibus cogitationibus, litigantes audire debeant. Unde *Servius in Virgil.* annotat, sedere apud antiquos consultare, curare ac considerare significasse. *Wilh. Zepperus Explan. LL. Mosaic. Lib. V. Cap. XII. p. 774. 775.* Significatum fuit, judicem animo constante, & bene composito esse, atque exclusa omni ἀφροσύνῃ & præcipitantia, causam rectè examinare debere. Conf. *Frid. Taubman. in Most. Plaut. p. 556.* Hinc pulchrè Justitia hoc modo describitur: Justitia recto oculo causas intuetur, æqua aure attendit, recto pede ad juris æquabilitatem incedit, animo incorrupto & recto verè considerat, quid fieri oporteat. *D. Christ. Matthia Th. Hist. Theor. Pr. p. 147.* Conf. *Glassius Christol. David. S. I. §. 81. p. 27. 28. Gerard. Joh. Vossius de Orig. & Progr. Idololat. Lib. II. Cap. XXXIV. p. 487. Laurentius Polymath. Lib. I. Diss. XXVII. p. 53.* Sella Prætoris jus vocatur *l. pen. ff. de J. & J.*

Lignea Prætoris cur *Jus* quoque sella vocatur?
Sæpius hæc Domino justior ipsa suo.

Func. Sextius in Ot. & Lus. Verit. Ep. CXLVII. p. 33.

§. 2.

Sic Papa Romanus *sedet* in templo DEI 2. Thess. II, 4. non Solymitano ad Calendas Græcas reædificando, Matth. XXIII, 38. sed in Christiana Ecclesia, 1. Cor. III, 17. *Danh. Diss. de Probat. Spirit. p. 84.* non quoad situm corporis, sed quoad usurpationem Regiminis. *D. Franciscus Wolfius Diss. Th. de Resurrect. mort. in Coroll. Hackspan. in Marc. cap. XII, 36. p. 234. D. Frid. Ulric. Calixtus de Jubileis Rom. Pontif. §. 23. p. 9. & §. 893. p. 396. seq.* Sedet in templo DEI, quia in conscientiis regnare vult, ubi solius DEI locus est. *D. Joh. Bugenhagius Pomeranus in C. II. post. Epist. ad Thess. p. m. 140.* At potius sedere deberet ut discipulus

pulus ad pedes alicujus Doctoris, quoniam Pontifices præcipua Religionis capita ignorant. *Gregorius Revelat. Arcan. Cap. XXVI. p. 914.*

SPIRA

κατ' ἀναγράμμα

PARIS.

Ominis an quid habet? si paucula grammata vertas,
Quod facile est, *Spirâ* redditur urbe *Paris*.
Omen habet: furiis Parisinis diruta *Spira* est,
Templa, sepulchra, domus, mœnia nulla super.
Sed supereſt Nemesis †); poterit quoque vindice cœlo,
Fatum, quod subiit *Spira*, subire *Paris*.

†) Nemetum i. e. Spira.

D. C. F. Paullini Zeit-kürtz. erbaul. Lust *Tom. III. Cap. XVI. p. 138. 139.*

SPIRAM

Eamus.

Rudolphus I. Habspurgensis senex, morti vicinus, eamus, *dixit*, Spiram ad alios Reges; Ivit, & in itinere mortuus, Spiræ sepultus est. *M. Frid. Hildebrand. Syn. Hist. Un. Per. IX. §. 1. p. 208.*

SPIRITUS FAMILIARES.

§. 1.

Hi recitatâ adjurationis per characteres, & superstitiosas ceremonias formulâ, Spiritus in vario formarum genere se præsentes sistunt: modò passeris pipientis, modò cornicis crocitantis, modò gallinæ glocientis, modò galli cucurrientis, se visibiles exhibent; Imò usque adeo ad nutum eorum obsequentes, ut subtili tandem autifabri artificio se in annulum redigi, angustis ejus cancellis constringi, strictè irremisseque qui concatenari & incarcerari patiantur: vel ut quidam supercilioſè jactitant (horresco tamen id referens) à se Spiritum familiarem in vitro, vel crystallo, vel in strophioli nodo, vel in floccis capillorum ad scapulas usque dependentibus inclusum haberi, circumferri, ut suo solum nunc Domino, velut servus captivus subjectus sit, & post ad certum, seu statum tempus aliis iterum divendi possit: Cujus præsentiæ beneficio eo possunt pervenire, ut lingvarum non tantum cardinalium, sed & omnium disciplinarum ac facultatum superiorum brevi & incredibili temporis intervallo evadunt peritissimi, cum viris eruditissimis in cathedrâ congredi, de quâvis intricatâ materiâ, in qui

aliis

aliàs Delio natatore opus est, in utramque partem, vel ut vulgò loqvuntur, pro & contra cum iisdem disserere sint paratissimi, & tunc in ipso disquisitionis actu à Spiritu hoc suo familiari erudiri, qui omnia pro re nata necessaria ipsorum auribus suggerit, in percipiendis rerum naturis, in cognoscendis disciplinis Philosophicis, aliisque rebus addiscendis adjuvat, res obstrusas detegit, futurorum eventum prædicit, vel tandem quicquid pro ratione loci vel temporis aut agendum, aut intermittendum sit, instar fidelissimi Præceptoris & magistri eos prænonet.

§. 2.

Si Trithemio, acerrimo spirituum familiarium defensori in suâ Stenographiâ h. e. de ratione occultè scribendi, & scripta revelandi, credere licet, spiritus tales in quatuor cohortes, in Imperatores, Duces, Comites & servos partienti & tandem asserenti, esse nonnullas adjurationes, quas potentes vocat, quibus unusquisque, qui cupidus uti assiduo spirituum ministerio, alligare apud se spiritum ac cogere queat, ut in ejus domo maneat semper, eique in cunctis famuletur. Talem spiritum & genium (ita dictum, quod scilicet statim in generatione.) *M. Baumav. Anal. Typ. p. 218. Kipping. Antiq. Rom. Lib. I. Cap. II. §. 3. p. 81. D. Zimmermann Anal. Menstr. Mens. XI. Cap. V. p. 540. Francisci Luffts* Kreyß/ *Discurs. I. p. 435. M. Tob. Eckardus in Athenis superstitiosis ad Act. XVII. 22. 23. §. 17. D. Joh. Eberh. Schwelingius in* Διατριβῇ *Geniorum Cap. VI. p. 3. Magir. Polymn. p. 1089. Barthius adverss. Lib. LII. Cap. XII. p. 2449. Laurent. Polymath. Lib. I. Diss. XXX. p. 59. 60. Majolus in Suplem. Dier. Can. Coll. I. p. 2. seq.* Genere enim antiqui pro gignere dixere. *M. Georg. Wouna de Geniis Cap. I. §. 2.* Inde geniales dies, & in eo genialiter vivere, h. e. genium mero placare. *G. C. Kirchmaier. de Appantionibus Spectatorum Cap. II. §. 6. p. 22.*) perhibetur habuisse Socrates, ut Plutarchus refert de genio Socratis (meminit & ejus *Cicero de Divinat. p. m. 105. b. Xenophon de Dictis & factis Socratis Lib. I. p. 302. B. & Lib. IV. p. 347. E. Apulejus Lib. de DEO Socratis*, qui per genium animum, & rectam ejus rationem intelligit; *Ælianus V. H. Lib. VIII. Cap. I. p. 131.*) quem ait ducem vitæ in eo fuisse sexcentis Magistris & Pædagogis præstantiorem.

§. 3.

Constantinus Imperator ipse narravit, se speciem, quam anteà in secundis rebus lætam vidisset, tunc, cum ægrotaret, vidisse mœstam & lugenti similem; Quâ de re eruditi disputarunt, fuisse Genium ipsius, qui solitus fuerit ipsum comitari, & citantur Græci versus:

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ τῷ γενομένῳ
Ἅπαντος ἔστι μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

Phil. Melanchr. Chron. Carion Lib. III. p. m. 455. 456. Conf. Tob. Pfannerus Syst.

Theol. Gentil. Purior. Cap. VI. §. 11. p. 180. seq. D. D. Classenius de Oracul. Gentil. Lib. I. Cap. XII. p. 95.

§. 4.

Theophrastum Paracelsum referunt nonnulli Spiritum familiarem capulo ensis inclusum perpetuò secum gestasse, quo præsente ea sæpe præstitit, quæ pro oculis aliorum satis mirabilia videbantur: Mirum quoque in modum gloriatur *Hieronymus Cardanus Lib. de Variet Rer.* Parentem suum Phascum Cardanum, talem Spiritum familiarem XXX. annos secum habuisse, per quem de rebus multis secretis, in latifundio naturæ delitescentibus, fuerit eruditus. *Voët. Disp. Sel. P. I. p. 982.* Gyges, Lydorum Rex, beneficio Spiritus ejusmodi habuit annulum, quem quotiescunque in palmam convertisset, è nullo videbatur, *ipse autem* videbat omnia. Cornelium Agrippam semper in forma canis spiritus familiaris comitatus fuit, cujus assistentiâ multum cumprimis in Magiâ præstitit. *Jacob. Mussel. Orat. de Spirituum famil. naturâ, ingenio, ministerio, & tragico tandem eventu eorum, qui familiariter illis utuntur.*

§. 5.

Manassen Regem Spiritibus familiariter usum ex 2. Reg. XXI. 6. docet *Al. Rosseus Relig. Tot. Orb. S. II. p. 81.* Marcus hæreticus (à quo Marcitæ) dæmonem familiarem habebat, & incantationibus, & præstigiis magicis infimiores quosque, ac mulieres præsertim divites deludebat. *D. J. Pappus Epit. Hist. Eccles. de Haeres. p. 218.* Bruno Episcopus Herbipolensis, Psalterii & Symboli Athanasiani enarrator, tandem uti genius ejus malus prædixerat, teste *Struvio Lib. V. Annal.* ruinâ oppressus. *Micralius H. E. Lib. III. S. I. Q. VII. p. 483. Edit. Harem.* Jesuitarum Patriarcha Lojola habuit Spiritum familiarem, & Cacodæmone fuit illustratus. *B. D. Seberzer. Syst. Def. L. X. p. 281. B. Meisnerus, Philos. Sobr. Tom. II. S. II. C. II. Q. I. p. 823.* ubi insimul illos refellit, qui putant, Spiritus familiares bonos esse, & à DEO in ministerium hoc institutionis & revelationis creatos *p. 814. seq.* Conf. *Prückner. Quæst. Illust. Cent. II. Q. XXIV. p. 66. Mart. Zeilerus Miscell. p. 96. seq.*

§. 6.

Burgensis additionibus ad Lyranum super Cap. XXXIV. Esaiæ, Fabricatores, *ait*, Talmudicæ Facultatis (vel potiùs falsitatis) habebant *dæmones maximè sibi familiares*, quorum unus vocabatur בן המלירון (*Benbamalaon*) & alius שירא יוסף (*Josepsida*), & cum istis maximè conversabantur, prout in multis aliis locis ipsius Talmud habetur. Et etiam narratur ab eis, quod semel fuerat à Cæsare prohibitum, ne illam Talmudicam doctrinam divulgarent, & tamen ad consilium & procurationem prædictorum Dæmonum hujusmodi prohibitio fuit revocata. Et sic Talmudica doctrina recuperata fuit dæmonum pro-

procuratione. Quæ quidem historia narratur per extensum in libro textuali ipsius Talmud, qui dicitur Mehila, qui est authenticus apud eos. *M. Matth. Frid.* Beck/ *Exercit. I. de Nomine Edom. §. 4.* Merito ergò illos pudere debet comparationis, qua S. S. Scripturam vix equidem cum aquâ & sale, suum verò Talmud, cum vino & aromatibus comparant, in מסכתא טופרים Cap. XV. Halacha VII. & IX. ap. *Mich. Walther. de Itinere Sabbati §. 1.* Conf. & omninò *M. Andr. Beyerus in Additam. ad Seldeni Cap. II. Syn. I. p. 200. seq. Guil. Vorstius Annot. ad R. Mosis Maimonidis Theorem. de Fundamentis Legis Cap. IX. n. 13. p. 136.* Salomonis Regis Spiritum familiarem *Haretbum* ex Judæorum scriptis producit *Hottingerus H. Or. Orient. Lib. I. Cap. III. p. 23.* De plurimis Paredriis, seu spiritibus familiaribus Vid. *C. Schottus Phys. Curios. Lib. C. XXXVII. p. 134. Majolus in Supplem. D. C. Coll. III. p. 236. D. J. A. Osiander. Theol. Cas. Tom. I. p. 576. seq.*

§. 7.

Pontificii fingunt & affingunt Megalandro nostro Luthero Spiritum, nescio quem, familiarem; Has enim calumnias evomit *Cornel. à Lap. in Act. IIX. & 2. Pet. II.* annotante ita *Dn. M. Clodio in Diss. de Spiritibus Familiaribus Wisteb. d. 22. Maji 1674. bab.* quem vel à Reformato, *Voëtio*, omnia illa rancidam vocante fabulam, *P. III. Sel. Diss.* refutatum esse pudeat. Longè pudentiorem pariter ac prudentiorem deprehendimus *Wierum*, qui rectè negato, de conceptione ex matris cum dæmone coitu, figmento, Lutheri doctrinam, non ejusmodi fabellis, cum alias & plebs fucum subolfaciat, sed aliis veritatis machinis impugnandam censet, *Lib. III. de Præstig. Dæm. Cap. XXIV.* Verum enim verò Ignatii Lojolæ, & anteà nominati, fuêre propria, quæ Luthero nostro falsò fuerunt adficta. Ille enim Jesuitici Ordinis auctor, propagator atque propugnator, ex milite monachus factus subitò doctissimus, tantâ usus Spiritus mali familiaritate, ut ex ipsius Jesuitæ *Turriani* testimonio *Hasenmüllerus Cap. XI. H. S. Jesuit. p. 427.* annotare non dubitaverit: Dæmonem ipsi comitem assiduum usque ad aram fuisse, cujus auxilio, teste iterum *Turriano*, Jesuitâ non incelebri, Diabolum à fœmina Romæ obsessa, quæ Lojolam secuta clamavit: *Tu solus me liberare & juvare potes*, expulisse fertur superstitiosè adhibito *Virgilii* versu: Speluncam Dido Dux & Trojanus eandem, *Lib. IV. Æn. p. 124.* Hâc voce auditâ dæmonem prostravisse dæmoniacam ac egredientem vociferasse: *O fili, Lojola, tu cruleo me ad speluncam inferni abire cogis, sed rogote, ne me æterna spelunca injicias.* Tunc Ignatium his verbis annuisse: *Vade quocunque volueris, modo nullum amplius hominem obsideas*, & mox Diabolum magno cum fremitu ac strepitu egressum, refert dictus modo Jesuitici Ordinis descriptor *Cap. IIX. p. 296. Joh. Wolfius Lect. Mem. Tom. II. Centen. XVI. p. 1073. b.* Sicuti ve-

rò Spiritus ille versatissimus, spe suâ rarò decidit: ita magnum tandem huic suo Domino accendit miserrimi exitii ignem. Sub finem enim vitæ suæ variis modis à spiritu exagitatus magnâ in copiâ frigidissimum mortis sudorem effudisse, & animâ cum tremore efflatâ, nigerrimo vultu conspectus describitur in historiâ jam laudati Hasenmülleri. Vid. omninò *Δοκιμασία Spiritus Erudito-Familiaris M. Joh. Heinr.* Stöckhardt/ *Cap. II. §. 52. seq. M. Georg. Wonna Exercit. Hist. Philol. de Geniis Deorum & Hominum Cap. III. §. 1. seq. B. D. Alberti de Sagis Cap. III. Porum. IV. Voëtium l. c. P. I. p. 963. Wolff. l. c. p. 1075. Meisner. l. c. pag. 823.*

§. 8.

Ein Edelmann in der Picardie bey Villiers Costerets hatte einen Spiritum familiarem in einen Ring/ mit welchen er nach seinem Belieben umgehen/ und ihn als einen Sclaven halten wollen/ weil er ihm von einen Spanier theuer erkauffet hatte; Nachdem er nun offt gelogen/ warff er den Ring ins Feur; Er aber ist hierauf unsinnig und vom Teuffel besessen worden. *D. Joh. Lassenius Atheism. Devict. p. 714.* Conf. *M. Jac. Dan.* Ernst in Ehrenholds zufäll. Gedancken/ *Cent. I. Med. LXXXV. p. 442. seq.*

Per lusum & jocum dati.

§. 1.

Es war in Franckreich ein Jüngling/ unzüchtiger Liebe ergeben; Dieser/ damit er wissen möchte/ was seine Liebhaberin/ zu deren er den Zugang nach seinen Willen nicht hatte/ iederzeit machte/ hat sich und dergleichen einen geheimen Geist beworben/ der ihm alles dessen berichtete/ was er zu wissen/ ein Verlangen teuge. Diese seine Begierde und Verlangen offenbaret er einem seiner guten Freunde/ und bat ihn/ wo immer müglich/ ihn dazu zu verhelffen. Nun war dieser sein Freund ein lustiger Kopff/ und verhieß ihm einen solchen Spiritum wohlfeil zu geben/ als welchen er schon zu Hause habe; Der andere fragte/ wie theuer er denselben achte? Dieser antwortet/ er sey ihm nicht um 100. Cronen feil. Jener giebt diesem alsobald die 100. Cronen/ und begehret die erkauffte Waare ohne Verzug von ihm. Dieser seinen Freund mit Schertz zu betrügen/ gehet heim/ fänget einen Gryllum domesticum, einen Grillen/ oder Haimichen/ thut den in ein kleines mit Baumwoll angefülltes Lädlein/ mit gewissen Worten/ die er aber nur Schertz-weise erdichtet/ heißt/ er sollte es des Nachts unter sein Haupt-Küssen legen/ und diesen Geist fragen/ was er zu wissen begehre/ so werde er Antwort bekommen. Der Käuffer nimmt seinen Gryllen mit Freuden/ thut wie er geheissen worden/ und bekommt Antwort nach Belieben. Trifft seinen Freund des andern

dern Tages an/ dancket ihn um seine Treu/ freuet sich seines erkauffien Gei-
stes/ mit Vermelden: Er habe sein Geld wohl angelegt. Der Verkäuffer
ward über dieser Rede bestürtzt/ und sagt: Bruder/ ich habe dir keinen Teuf-
fel/ sondern einen Grillen im Schertz verkaufft/ und nur mit dir gespielt; nim̃
dein Geld hin/ und gib mir den Grillen wieder/ welches aber jener nicht thun
wollen. *D. J. A. Webers Discurs. Curios. XXX. p. 502. seq.*

§. 2.

Fast dergleichen Exempel hat sich mit einen jungen/ fürwitzigen Edel-
mann/ vor nicht viel Jahren zugetragen. Der Edelmann wuste/ daß ein
junger Kauffmann/ sein guter und vertrauter Freund auf die Franckfurter
Meß reisen würde; Bittet ihn derhalben/ er solle ihm/ bey einem Manne/
dessen Nahmen/ Gasse und Haus/ wo er gewohnet/ er ihn benennet/ heim-
lich einer grünen Mück in ein Glas nachfragen/ und wann ihm solche gege-
ben werde/ dafür 15. Reichsthaler bezahlen/ welche er ihm zugleich mitgae-
ben. Der junge Kauffmann verstunde nicht/ was durch diese grüne Mück
im Glas/ gemeinet wurde/ achtet die auffgetragene Commission nicht groß/
und vergisset/ wegen viele der eigenen Geschäfften/ dieselbige zu verrichten.
Nach vollendeter Messe setzt sich der Kauffmann mit vielen Gefehrten auf ei-
ne Land-Kutsche/ die Bergstraß hinauf zu fahren; Indem nun bey schönen
hellen Wetter/ die Kutsche auffgedeckt gewesen/ fliegen etliche grosse grünli-
che Roßmücken um die in der Kutschen sitzende Gesellschafft der Kauffleute
her/ welche der junge Kauffmann ersiehet/ und an seine ihm auffgetragene
Commission gedencket/ dieselbe seinen Gefehrten erzehlet/ und den Kutscher
fraget: Ob er nicht ein Glas bey sich habe? Von welchem er eins empfängt.
Indem nun diese Mücken immer um die Kutsche hergerauschet/ hat der Kauff-
mann endlich/ nach langer Weile/ eine gefangen bekommen/ solche in das
Glas eingeschlossen/ mit sich heimgenommen/ und seinem Committenten
Schertz-weise mit Lachen gegeben/ Willens ihm etliche Tage hernacher sein
Geld auch wiederum zuzustellen. Nach Verfliessung etlicher Tage/ begeg-
nen diese Zween einander/ und fragt der Kauffmann mit lachendem Mun-
de/ was die grüne Mücke Gutes schaffe? Der Edelmann sagt: Sie thue
sehr recht/ und alles das/ was er immer begehre/ wie er iederzeit von solchen
geheimen Geistern gehöret habe: Worüber der Kauffmann hertzlich erschro-
cken. Also läst sichs mit dem Teuffel nicht schertzen! Er kommt ungela-
den die Seelen der Menschen zu haschen/ und wann er geladen wird/ stellt er
sich gehorsamlich ein/ und lässet sich eine zeitlang gefangen halten/ damit er
die Menschen mit ewigen Banden verstricken möge/ massen solches Henricus
de Hasia Comment. in Gen. mit beweglichen Worten angedeutet/ wann er
sagt:

sagt: Der Teuffel thut dergleichen/ als sey er von dir gefangen/ auff daß er dich habe: Er sey von dir gebunden/ auff daß er dich binde: Er gehorche deinen Geboten/ auff daß du ihm Gehorsam leistest: Er sey von dir eingeschlossen/ auff daß er dich in dem ewigen Kercker einschliesse. Er thut dergleichen/ als sey er durch deine Kunst/ an dein Glas/ Ring oder Stein angebunden/ auff daß er dich mit den Banden der Sünden gebunden/ gefangen in die Hölle führe.

§. 3.

O deßhalben der grossen und unverantwortlichen Undanckbarkeit der gottlosen Menschen/ welche aus eitelen Stoltz und Fürwitz getrieben/ mit denen von GOtt empfangenen Gaben nicht zufrieden sind/ sondern wollen derselben mehr haben/ und sollte ihnen solche gleich der Teuffel selber geben; der doch kein guter himmlischer Engel/ sondern ein höllischer Lügen-Geist/ und abgesagter Feind GOttes und des menschlichen Geschlechtes ist. Mit dem leidigen Teuffel auch die wenigste Gemeinschafft haben/ ist sehr gefährlich; Denn/ lieber/ was sollten wir für Nutzen von dem zu erwarten haben/ welcher unsere erste Eltern/ und uns in ihren Lenden Eingeschlossene/ in den traurigen Sünden-Fall/ und dadurch in das zeitliche und ewige Verderben gestürtzet hat? welcher uns nichts Gutes gönnet/ und unter dem Schein des Guten/ nur Böses beybringet? welcher nichts lehret/ als was eitel schädlich/ und mit gottlosen Fürwitz/ vermischet ist? welcher nimmer thut/ was der Mensche will: Er könne ihn denn unter dem Schein seines dem Menschen geleisteten Gehorsams seiner Tyranney und Willen unterwerffen? Es ist ein Kraut/ das heisset: Noli me tangere, **Rühre mich nicht an!** Warlich/ alle Zauberey/ und sonderlich diese **Gemeinschafft mit den geheimen Geistern**/ ist ein solches Kraut/ das einen jeden erschrecken/ und ihn/ dasselbige nicht anzurühren/ bewegen soll. Derowegen wer seiner Seelen ewige Seligkeit lieb hat/ und solche zu erlangen von Hertzen begehret/ der reisse sich loß von allen Stricken und Banden des Satans/ und bete zu den wahren lebendigen GOtt/ daß er durch seine Heil. Engel/ den bösen Geist von ihm treiben/ Tob. IIX, 3. und ihn auf allen Wegen seines Berufs wohl bewahren wolle/ Psal. XCI, 11. *Barthol. Anborn. Magiolog. P. II. Cap. IV. §. 2. p. 284. seq.*

SPLEN

An potest eximi?

Equos expeditiores fieri, tum splenis excisione, tum podum excavatione, vetus est traditio. Chaldæus Paraphrastes Esther. IIX, 10. *Et misit literas per manum cursorum currentium super equos, & equitantium veredos mudos, & equas, quibus*

quibus ablati fuerant ſplenes, & exciſa fuerant particula plantæ pedum ipſarum. Talmudici in *Gemara Sanhedrin Cap. II. Sect. IX.* & in *Avoda Zara Cap. III.* tradunt Adonijæ curſoribus quinquaginta, 1. Reg. I, 5. Splenem fuiſſe ablatum, & plantas pedum excavatas. Et ſplenem quidem impedimento eſſe currentibus non ſolum beſtiis, ſed & homini, atque utiliter & innoxiè eximi, aut inuri ferro, aut medicamentis paulatim conſumi, olim perſvaſerunt ſibi veteres. Vid. *P. in. L. XI. C. XXXVII. L. XXVI. C. XIII. Plautum Curculione Act. II. Sc. I. in Mercatore Act. I. Sc. I.* Turcis curſoribus adhuc hodiè lienem inuri, fama eſt. Recentiores Anatomici adſtruunt in canibus, felibus, aliisque ſimilibus innoxiè eximi, an in homine eâdem facilitate procedat, dubitant. Vid. *Bartholin. Anatom. Renovat. Lib. I. Cap. XVI. D. Bohn Circulum Anatomico-Phyſiolog. Progymn. XVIII. L. Joh. Cyprian. Contin. in Hiſt. An. Franz. P. I. Cap. XII. N. XLIX. p. 323. 324.*

T. T. T.

TANTUM
Quantum poſſum.

§. I.

Erat Symbolum Friderici III. Electoris Saxon. cognomine Sapientis:

TANTUM QUANTUM POSSUM præſtare laborem,
Sat reor: in magnis & voluiſſe ſat eſt.

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede, verum eſt, ut rectè monet *Flaccus*. Nam ſecundum *Martialis* illud:

Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

Stultitia verò eſt, ea tentare, quæ ſupra vires ſunt, aut quæ effici non poſſunt, teſte *Fabio*. τὸ γὰρ τολμᾶν ἀδύνατα ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ, ut eſt in *Helenâ Euripidis*. Pulchrè igitur Cato ille Romanus:

QUOD POTES, ID TENTES: operis ne pondere preſſus
Succumbat labor, & fruſtrà tentata relinquas.

Nic. Reuſnerus in Symb. Heroicis p. 40. Benè Siracides Cap. III, 22. χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε, h. e. ut *Junius* vertit: Difficiliora captu tuo ne quæras temerè, & valentiora viribus tuis ne exquiras inſipienter; Nam ut *Propertius Lib. III Eleg. VII.* habet:

Turpe eſt, quod nequeas, capiti committere pondus:
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.

Ebræorum est dicterium, cujus meminit Manacchem Ricinensis Comment. in Mos. f. 2. col. 4. בטפלא מסך תרוש Difficile, quam pro te, ne quæras. D. *Joh. Ad. Osiander Theol. Casualis P. I. p. 467.* Et alibi: Formicæ non possunt ferre onus Camelorum. *M. Georg. David Ziegra de Oleo Unctionis Sacro ex Exod. XXX, 22-25.* Conf. Luc. XIV, 28. seq.

§. 2.

Tantum, quantum possum! Erat & Symbolum Constantini natu Majoris ap. *Ursin. de Monarchia Romana p. 284.* it. Andr. de Leon Zamorensis ap. *Joh. Morinum Antiq. Eccles. Orientat. Ep. III. p. 140.*

Est nobis voluisse satis, nec munera parva
Respueris. *Tibull. Lib. IV. ad Messalam.*

Agas secundum quod potes, Socratis est effatum ap. *Xenophont. de Factis & Dictis Socratis Lib. I. p. m. 308. F.* Laudem enim meretur, qui voluntatem habet, etsi non habeat facultatem, præ illo, qui facultatem habens, non habet voluntatem. *Joh.* Salck/ *sub Præsid. B. Calov. de* אירים ותמים *Insigni Pectoralis Aaronitici maximè insigni in præam.* Arabum est proverbium: Quovis calceo calceatur nudipes; quod ex mente *Th. Erpenii* idem est, ac defectu melliorum vilioribus quemque contentum esse. *M. J. E. Müller. de* ארץ *Terra Jth §. 10. p. 60.* Ut felicitatis est, quantum velis, esse: Sic magnitudinis, velle, quantum possis *Plin. Paneg.* Secundum Ebræos: Intentio saltem & conatus boni operis pro opere ipso haberi debet. *M. Joh. Wilh. Hilliger de Metamorphosi Nebucadnezaris ex Dan. IV. in præam.*

TAUTOLOGIA

In Scripturis nulla.

Quando Psalm CXXXVI. vicies sexies repetitur: Celebrate DEum, quia bonus, quia in secula est benignitas ejus, non Tautologia est, sed abundantia Spiritus. *D. Joh. Christ. Beemannus de Laudibus Regalibus ad illustrandam Acclamandi Formulam VIVAT Cap. I. §. 6. p. 11.* Scribere quidem non erubuit *Augustinus Steuchus* Scripturam S. Tautologiis uti ceu de ipso memorat *Münsterus in præfat. Bibliorum.* Rectius verò *Ribera*, Lojolita *in Hos. Cap. VI.* Non βατταλογία est, inquit, quandò Spiritus S. rem eandem, addo, idem verbum, repetit, sed solet verbis facta, quæ narrat, imitari, & ponere nobis ob oculos contentionem animi, fervoremque eorum, de quibus loquitur. *M. Joh.* Schaller/ *Diss. Hist. Philol. de* βαττολογίᾳ *Ethnica in precibus frequentata Cap. II. §. 8. 9.* Nihil temerè loquitur Scriptura, sed & syllabæ & apiculus unicus reconditum habet thesaurum, ait *Chrysostomus Hom. XIIX. in Gen.* Singuli sermones, syllabæ, apices,

ces, puncta in divinis scripturis plena sunt sensibus, *Hieron. in Epist. ad Ephes.* Hinc Hebræi: Nullum esse apicem Scripturæ, è quo non pendeant montes doctrinarum. *Ursin. Quæst. Bibl. Lib. II. Cap. IIX. p. 70.*

TERGUM

Subsidiarium præbeat, cui non suppetit pecunia.

Tritum sermone est proverbium: Wo nichts ist/ da hat der Käyser sein Recht verlohren/ de quo vid. *Dn. Joh. Festingius Disp. Inaug. Jurid. de Actione inani, & Germanorum proverbio:* Wo nichts ist ꝛc. *An. 1686. Rostoch. hab. Cap. I. seq.* Qui non habet in ære, luat in corpore. Et præbeat subsidiarium tergum, cui non suppetit pecunia, de quo *Id. ibid. Cap. III. §. 1. seq.*

TITULUS

Caroli V.

Vid. Tit. Carolus.

Amurathis III. Turcarum Imperatoris.

§. 1.

Titulus hic ex Epistolâ ejus ad Rudolphum II. Imp. Rom. An. 1593. missa sequens est: Amurathes III. hujus nominis, potentissimus, invictissimus, Imperator Constantinopolitanus; Thraciæ, Illyrici, Græciæ, Terræ sanctæ, Asiæ majoris & minoris, Assyriæ, Armeniæ, utriusque Arabiæ, Syriæ, Ægypti, Sarmatiæ, utriusque Turciæ, Superioris & inferioris Palæstinæ, Mauritaniæ, Tuneti Dominator, & Princeps TOTIUS ORBIS, omniumque Regnorum, magni maris Oceani, & Rex Mechæ & Algieræ, Possessor sepulchri Christi omnium Christianorum Dei, in medio centro Hierosolymis; Dominus in Europâ, Asiâ, Africâ, Americâ, omniumque Insularum totius magni maris, cujus potentia formidabilis omnibus; vastator, & in æternum irreconciliabilis universi Christianismi hostis, omniumque qui se Christianos jactitant; FILIUS OMNIPOTENS DEI, qui jussit, & mentem illuminavit ad oppugnandum Christianos. *L. Joh. Nic. Quistorpius de Arcanis Status in Religione Mahammedanâ Cap. I. §. 4.*

§. 2.

Alias specimen Tituli ex Aula Turcicâ emanantis hoc est: Sultanus, Rex & Filius Imperatoris Turcici, pugnator DEI Græcorum, Babyloniorum, minorisque Hierusalem Rex, Bassa Jordanorum, Idumæorum & Tamasinorum, Gaudium Dei, Majoris & Minoris Ægypti Rex, Illuminatus Princeps Alexandrino-

rum, Armeniorum & omnium eorum, qui in Paradiſo mundano vivunt, Filius Mahumeti & Cuſtos civitatis ſuæ, Adminiſtrator Paradiſi mundani, Regens ſancti ſepulchri Mahometani, Rex Regum, Princeps Principum, Dominus Dominantium in mundo viventium ab Eois in Heſperos, Bellator Deorum, & ſuper omnes in mundo degentes ſublimatus: Deus Unionis, Dominus Sanitatis, Angelus Paradiſi, ſtrenuus perſecutor totius Chriſtianitatis, Spes ſolamenque Ethnicorum, Dominus & Hæres mundi.

§. 3.

Eodem longè amplior eſt, quem Solimannus literis creditoriis Legato ſuo in cauſa Inductarium Octennalium ad Ferdinandum I. datis addidit: Ego Dominus omnium Dominantium, Regnator Orientis & Occidentis, qui potens ſum, facere & non facere, quæcunque libet, Dominus totius Græciæ, Perſiæ & Arabiæ, Dominator omnium eorum, quæcunque Regi & Domino ſubjici poſſunt, Magnus Heros horum temporum, & fortis Gigas latiſſimi hujus Orbis, univerſi Maris albi atrique, & ſanctæ Civitatis Mechæ, ſplendore Dei relucentis, & caritatis Medinæ: ſanctæque & caſtæ urbis Jeruſalem Dominus, Rex nobiliſſimi Regni Ægypti, Dominus terræ Joniæ, civitatumque Athenarum, Senanum, Sacri templi Dei Zabilon & Baſſio, Rethian & Magodin: Sedes ac ſolium magni Regis Nashin Rettam, & Dominus Inſulæ Algieræ, & Princeps regnorum Tartariæ, Meſopotamiæ & Medorum, Georgianorum & univerſæ Græciæ, Moreæ & Anatoliæ, Aſiæ, Armeniæ, Walachiæ, Moldaviæ, & totius Hungariæ, aliorumque quam plurium Regnorum ac Dominiorum, quorum ego ſum Imperator, ter magnus ille Cæſar Soldanus Solimannus, filius Magni Imperatoris Soldani Selim, qui à Deo habeo poteſtatem ad regendum in freno omnes populos, & potentiam ad aperiendum omnium civitatum ac fortalitiorum portas & clauſtra, in manu meâ potenti traditi ſunt omnes fines terræ, nullis exceptis, ego Dominus Orientis à terrâ Tſcin usque ad fines Africæ, quem Deus fortem in acie gladii bellatorem conſtituit. Inter cujus potentiſſima Regna pro minimo reputat caſtrum impugnabile Cæſareæ, & pro viliſſimo reputat inter hæreditarias meas ditiones Imperium ſeu Dominium Alexandri M. mecum eſt fortitudo totius mundi, & virtus firmamenti.

§. 4.

Mahumetes Turc. Imp. in regia ſibi inſignia hos quatuor characteres B. B. B. B. delegit, quibus exprimere volebat: Βασιλεὺς Βασιλέων, Βασιλευόντων Βασιλεῦσι h. e. *Rex Regum, Regens Reges.* Fuit qui effrenem hominis arrogantiam ferre non ſuſtinens, quatuor hiſce elementis Græcis ſubſcripſit: BELLUA BELLUARUM BELLUATIM BELLUANS. *Henr. Engelgrav. Lut. Evang. P. I. Dom. XX. p. Pent. p. 619. Henn. Henningi in Mahumedano Precante p. 512. 513. M. Paul.*

Pater

Pater de Insignibus Turcicis S. I. §. 21. p. 32. Olim quidem & Principes Græci Christiani Crucì, quatuor angulatim initiales characteres B. B. B B. addiderunt, alio autem sensu, sequenti scil. Βασιλεὺς Βασιλέων Βασιλεύων Βασιλέυοισι, Rex Regum Regnare faciens Regnantes. *Eman. Thesaurus Inscript. p. 117.*

§. 5.

Luxuriant scil. Turcarum Imp. ut & Magnus Moscoviæ Dux Titulis, ut hisce terrorem aliis quasi incutere possint. Vid. *Olear. in Itin. Moscovit. Lib. III. Cap. XIII. p. 148.* Rex quoque Marocarum ante aliquot annos ad Ordines Belgii Confœderatos fertur dedisse literas, longo titulo triginta versibus rythmicis conscripto, quem subsecutæ tres aut quatuor lineæ rem ipsam, cujus gratia exaratæ erant, exponentes. *Limnæus de Jur. Publ. Lib. IV. Cap. VI. §. 39. B. D. Georg. Mabius in Hist. Prophetæ Bileami Diss. III. S. III. §. 10. p. 54.* Conf. & *Hieremiæ Drexelius in Prodromo Æternitatis Cap. I. §. 11. p. 51.*

Galliæ & Hispaniæ Regum.

§. 1.

Hispaniarum Regi titulorum agmen producenti, laconicè respondit Gallus: Rex Galliæ, Galliæ, Galliæ &c. *Dn. Gottfr. Zenner. Novell. Mundi Docti & Curiosi An. 1694. mens. April. p. 477.* Dolet quidem Gallis, quandò vident magnum titulorum agmen, summi & amplissimi Hispanici Imperii insigne: *Don Phelippe por la gracia de Dios, Roy de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalem, de Portugal, de Navarra,* & quæ longo tractu sequuntur: quamvis Franciscus I. Galliæ Rex ex eo in Imp. Carolum V. joci argumentum sumsisse videatur; cum in provocationis tabulis ita, sed non sine invidiæ morsu, præscriberet: *François par la grace de Dieu Roy de Gentilly. Lansius pro Hispan. p. 463.*

§. 2.

Galliarum Rex parciorem se præbet in hoc negotio, ideò non nisi *Franciæ & Navarræ Regem* inscribi videris. Causa brevitatis videtur ab Unione partium Regni pendere; Quicquid locorum enim Galli lucrantur, id Regno & Coronæ, non personæ Regis accedit: Cum è contrario aliis in Regnis, si quæ Provinciæ accedant, non Regnis adeò, quam personis Regentibus adjungantur; Unde in plerisque Titulorum luxuries, in Galliâ vero brevitas. Ipsorum Regnorum denominatio, si Franciam seu Galliam spectes, plena est, si Navarram, ambigua, quippè in quam potius prætendit aliquid, quam ut reverà eam possideat. *D. J. C. Berman. Not. Dignit. Illustr. Diss. III. Cap. I. §. 5. p. 64. 65.*

Christianissimi Regi Galliæ non competit.

Titulus Christianissimi non Francorum Regi, sed solis Imp. Rom. tan-

quam legitimis Imp. Constantini M. Successoribus summo optimoque jure competit, & à S. Ecclesiâ Catholicâ velut proprius ac peculiaris attributus est, quemadmodum luce meridianâ clarius apparet non solum ex Actis veterum Conciliorum, & scriptis sanctorum Patrum, verum etiam ex solennibus precationum Ecclesiasticarum formulis. *D. Zimmerman. Florileg. Philol. Histor. P. I. p. 222. seq. & omninò D. J. C. Beeman. l. c. Dissert II. Cap. II. §. 4 p. 48.*

Imperatorius Turcis pacto concessus.

IMPERATOR Turcicus hunc titulum pacto inter Rudolphum II. & Achmetem A. M DCVI. inito accepit: sub adventum utriusque partis Legatorum non nisi Patris & Filii appellationibus utantur, ita ut Sultanus quidem Cæsarem nostrum in Patris, Cæsar verò noster Sultanum in filii loco habeat. In literis autem utrique IMPERATORIS, non REGIS Titulus, tribuatur. *Beeman. l. c. Diss. I. Cap. II. §. 6. p. 20.*

Pontificis Romani.

§. 1.

De Julio II. & Paulo V, vid. Tit. *Apotheosis hodiernorum Pontificicrum.* Longè deterior est adulatoriâ formula, quâ Innocentium Italo-Græcus Joh. Bapt. Cattum-Syritus prosecutus est: Sed *Filius* DEI fuit *Philius*, non fuit *Pamphilius*. Fuit intercessor DEI & Hominum, non fuit universalis Mediator Angelorum & Hominum, seu *Pamphilius*. Si ex nominis analogico æternoque anagrammate præsagire licet mysterium aliquod in tempore. Tu ab æterno prædestinatus es esse *Pamphilius* in Terris, ac dici *Pamphilius* æmulus Filii DEI in cœlis. Pamphilius ergò eris, universalis nimirum reconciliator Angelorum & Hominum in terris hostiliter pugnantium, Regum & Populorum. Baronius T. III. Annal. ad An. CCCXXXV. Sylvestrum P. M. hoc Titulorum nexu prosequitur: Sacerdotis verè Magni, Pontificis M, Principis Episcoporum, Heredis Apostolorum, qui & primatu alter Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedec, Dignitate Aaron, Autoritate Moses, Judicatu Samuel, Potestate Petrus, ac divina extitit autoritate Christus. *Id. ib. Diss. III. Cap. III. §. 1. p. 72. 73.*

§. 2.

Bellarminus *Lib. II. de Rom. Pontif. Cap. XXXI.* XV. Titulos Christo maximè competentes, recenset, & dicit ipsum esse 1) Papam 2) Patrem Patrum, 3) Christianorum Pontificem, 4) Summum Sacerdotem, 5) Principem Sacerdotum, 6) Vicarium Christi, 7) Caput Corporis Christi, 8) Fundamentum ædificii Ecclesiæ, 9) Pastorem ovilis Domini, 10.) Patrem & Doctorem omnium fidelium, 11) Rectorem domus DEI, 12) Custodem vineæ DEI, 13) Spon-

Sponſum Eccleſiæ, 14) Apoſtolicæ ſedis Præſulem, & denique 15) Epiſcopum univerſalem. *D. Chriſt. Matthia Theatr. Hiſt. Theor. Pr. p. 43.*

Sine re.

Vid Tit. *Beneficium de Perticâ.* Theodorus Epiſcopus, Photii Cliens, qui cum Epiſcopatu careret, per ludibrium vocatus fuit Epiſcopus Aphantopoleos h. e. Civitatis inviſibilis. *Baron. Tom. X. Annal. ad Ann. DCCCLXXIIX. p. 546.*

TITULI
Superbiæ & ambitionis exempla.

§. 1.

Regula eſt Politicorum: Virtute decreſcente, creſcit arrogantia & inanis gloria. Item: Creſcentibus titulis, & ambitioſis nominibus, decreſcit virtus. Exempla ſunt in promptu: Reges Perſarum olim ſe *fratres ſolis natos ante Luciferum* appellari gaudebant. Darius Arſami filius, Rex Perſarum, ſe *Regem Regum & conſanguineum Deorum* appellabat, & Alexandrum M. famulum ſuum Sed hic faſtus fuit initium ruinæ ejus, uti hiſtoriæ oſtendunt. Itaque longa tempore poſt Sapor, Rex Perſarum, vocabat ſe *Regem Regum, participem ſiderum, fratrem Solis & Lunæ.* Alexander M. cum ſe *Jovis Ammonis* filium ſalutare mandabat, ad ruinam properabat, *Val. Max. Lib. IV. Cap. V.* Cleopatra *Regina Reginarum* vocari volebat, ſed tandem ſceptro vitâque privatur.

§. 2.

Caligula *DEUS* vocari volebat. Sed eventus infelix fuit. Nam tandem à Caſſio Chærea & Cornelio Sabinio præfectis militum, fœdè occiſus eſt. *Dion. in Calig. p. 612.* Domitianus (ſicut *Sueton.* & *Euſeb.* ſcribunt) eò ſuperbiæ profectus eſt, ut omnium edictorum, & diplomatum Cæſarcorum exordium ita fieri juſſerit: *Dominus & DEus noſter hoc mandat.* Unde in communi ſermone titulus hic ei tributus fuit: *Dominus DEUS noſter Domitianus.* Sed exitus infelix fuit. Tandem enim in cubiculo ſuo à propriis cubicullariis, qui contra ipſum conſpiraverant, vulneribus confoſſus miſerè interiit. Trajanus, alioquin optimus Imperator, omnibus operibus ſuis, quà novis, quà innovatis, titulos adſcribere pompoſos ſolebat. Unde Conſtantinus Imp. eum ſemper *Herbampaietinam* appellavit, ſicut *Aurel. Victor* ſcribit. Attila Hunnorum Rex, ſe *Flagellum DEI, & Malleum univerſi orbis* appellari voluit. (Vid. Tit. *Attila.*) Tamerlanus *Inum DEI* ſe vocavit, & *vaſtitiem orbis. D. Matth. l. c.*

An in Eccleſiâ adhibendi?

Non inconvenienter hic quæritur; *An tituli in publicis precationibus ut licè-*

liceat? Consultius illis non uti Ministrum, statuunt Facultas Theologica Gryphiswaldensis ap. *Dedeken. Consil. Vol. I. Part. III. Membr. III. S. II. N. XIIX. p. 585. 586.* & *Voëtius*, ob rationem, quod sicut Concionator, & quilibet fidelis pro se ipso orans, cum pompâ titulorum & elogiorum se non effert, sed ex intimo miseriæ sensu, tanquam pauper & indigens se humiliat; Ita quoque pro alio, respectu DEI, non minus misero, indigo, indigno, in peccatis suis orans efferre eum tot plumis titulorum ornatum non debet; Denn wie solte es doch stehen/ und was würde ein Fürst dazu sagen/ oder dencken/ wenn man seiner Diener oder Unterthanen einen mit so prächtigen Tituln bey ihm anbringen und recommendiren wollte/ zum Exempel: E. F. D. oder Gn. wollen ihr doch den Ehrenvesten/ Achtbaren/ und Wohlweisen Herrn N. N. ihren Korn-Schreiber/ Amt-Schreiber &c. zum besten recommendiret seyn lassen/ und Ihrer Ehrenveste und Hochachtbare Günsten die Gnade thun/ daß sie möchten in E. F. Gn. Diensten verbleiben/ es werdens des Herrn Korn-Schreibers Ehrenveste und Vorachtbarkeiten mit treuen Diensten wiederum E. Fürstl. Gn. erkennen &c. *D. Andr. Mengering Informat. Consc. Evangel. p. 1017.* Postea tamen subjicit *Voëtius*, quod Titulis distingventibus, quibus alter ab altero separetur, rectè quis uti possit. Addo: quod & illa Epitheta jungi personis possint, per quæ vel debitum amorem, vel subjectionis vinculum erga personam illam testamur. Non enim hoc ingratum DEO esse potest, qui reverentiam illam subdito erga principem inculcat, & amoris infucati indicia, quæ inter alia quòque in debiti honoris exhibitione consistunt, commendat; ob quam causam, nil vetat Clementissimum, aut Patriæ Patrem in precibus appellare Principem. *Excell. D. Strykius in Brunnem. Jus Eccles. Lib. I. Cap. VI. Membr. VI. §. 8. p. 210. 211.* ubi & *Kesler. Prückner.* & *Dedeken.* in hanc rem citati.

In morte aspernati.

§. I.

Ferdinandus Imp. in agone *Invictissimi* titulum agnoscere nolebat, sed proprio tantum nomine volebat compellari à Concionatore suo, Matthiâ Cinardo: Age, frater charissimè, Ferdinande, decerta instar strenui militis Christiani. *D. Abr. Scultetus Id. Diss. Domin. p. 69. Zinegref. Apophth. P. II. p. 15. Zeiler. Misc. p. 264.* Sic & Pontifices in articulo mortis videntur aliquandò pati, ut sepposito nomine Pontificatus, pristino nomine privato denuò appellentur. Quanquam Alexander VII. id non ita ferundo fuit: Als der Pater Oliva sich bey ihm im zusprechen seines vorigen Nahmens Fabii gebrauchen wolte/ antwortet ihm der Papst/ wir sind ja noch Alexander der VII. und nicht Gio Baptista Pamfilio, damit

mit zu verstehen zu geben / daß Pabst Innocentius X. seinen Respect allzuwenig beobachtet / wann er vor seinen Ende sich mit seinen Tauff-Nahmen Gio Baptista vergnügen lassen. *ex Diario Europ. D. Becman. N. D. p. 361.*

§. 2.

Anna, Churfürst Augusti zu Sachsen Gemahlin / ließ in ihrer Kranckheit in der Kirchen mit nachfolgenden Worten für sich bitten: Es wird begehret / ein gemein Christlich Gebet zu thun / für eine arme Sünderin / derer Sterbstündlein verhanden ist. *M. G. D.* Ernst in Ehrenholds zufäll. Gedan. *Cent. I. Med. LXXII. p. 331.* Und Hertzog Joachim von der Oels sagte zu einen Geistlichen / der ihm auf seinem Todbette den Fürstlichen Titul gabe: wann ihr von GOttes wegen mit mir redet / so sollt ihr die eitlen Titul auslassen / und weiß ich wohl / was Christus spricht: wer euch höret / der höret mich / *ex Nic. Polo Harsdörffer. Secret. German. in præfat. p. 27.* Käyser Carl / welcher unter allen Christlichen Potentaten seiner Zeit / den grössesten und weitläufftigsten Titel / und zwar als ein grosser Monarch / mit allen Ehren geführet / wollte / nachdem Er sich der Regierung entschlagen / gantz und gar nicht leiden / daß man ihn viel Titul gäbe / sondern schlecht und allein Carl heissen / nannte sich auch selber also. *Einsm. Francisci* im Geschicht- Kunst- und Sitten-Spiegel / *Lib. II. Cap. XXX. p. 706.* Christianus III. König in Dännemarck sagte auf seinen Todbette: Man tituliret uns Unüberwindlich! wie unüberwindlich wir aber seyn / erweisen diese unsere Kranckheiten / die uns fast täglich obsiegen. *Zinigref. Apoph. P. I. p. 384.*

TITULORUM

Vanitas.

Titulorum pompam *Danhauerus* alicubi *Titulomaniam* appellat, & *Julianus de Cæsaribus p. 28.* eleganter *fumum*, his verbis: O Dii! suffocamur præfumo. *M. Christ.* Fuchß / *de Moribus Gentium indecoris §. 7.* Ubi multum est titulorum, ibi multum est vanitatis. Quanto quis est stultitior, tanto titulis addictior. *Horat. Lib. II. Sat. V.* Gaudent prænomine molles Auricæ. *Greg. Richter. Axiom. Polit. Reg. CLX. p. 330.* Ut plurimum Titulorum copia literarum junctam habet inopiam; *La ou il y a tant de titres, il y a peu de lettres*, dicebat Ludovicus XI. Gall. Rex, cum ageretur de Legato ad Venetos mittendo, & quidam multis titulis illustris proponeretur, ap *Zwinger. Th. Vit. Hum. Vol. VII. Lib. IV. p. 1923. b.* Heinrich Anshelm von Ziegler und Kniphausen tägl. Schau-Platz der Zeit / *30. August. n. 2. p. 1052. Wolff. L. M. T. II. Cent. XVI. p. 477.* Vor etlichen hundert Jahren wurden Könige Nobiles,

Nobilissimi genennet/ aber heutiges Tages gehets auch bey Geringern in höhern Gängen; Hinc versus:

Da man schrieb dem Edlen und Frommen/
Da war noch alles zu bekommen;
Da man schrieb dem Edlen und Vesten/
Da war auch noch was zum Besten;
Nun schreibt man dem Hoch-Edl'n und Hoch-gebohren/
Da ist Hopffen und Maltz verlohren!

Dn. Zenner. Nov. Mund. Doct. & Curios. An. 1696. p. 1842.

TITULIS
Et Dii capiuntur.

Gentiles Titulorum varietate capi & Deos, placari & ad vota suscitari, maximoque inde affici honore putabant, quòd multiplex potestas & imperium imprimis ita agnosceretur. *Joh. Seldenus de Diis Syris Prolegom. Cap. III. p. 55. & Syntagm. II. Cap. I. p. 230. Dn. Balth. Stolberg. Ex. Philol. de Βαττολογία Pretum Gentibus profanis usitatâ, Christianis interdictâ ex Matth. VI, 7. Cap. II. §. 3.*

TORNEAMENTA
An licita?
§. 1.

Multi Equitia, Equiria, Hastiludia barbarè Torneamenta (*M. Peramsfeld. Appar. Erudit. Cap. LXXXVI. p. 653.*) tanquam crudelitatis antiquæ vestigia damnant, cum Christiano minus conveniat, lanceis aculeatis decertare, cum inde animarum pericula proveniant; Imò his Ecclesiastica sepultura denegata, qui in torneamentis mortui. *B. D. M. Zimmerman. Anal. Miscell. Menstr. M. V. Cap. III. §. 740. p. 266. Carol. du Fresne in Glossar. T. III. p. 1149.* Super quo tamen videtur dispositum *C. Unic. Extrav. de Torneament. Sprengerus de Ludorum Festivitate p. 329. 330. Zeiler. Miscell. p. 331.* Istiusmodi enim duellum, quod quis ad corporis & animi sui vires torneamentis, hastiludiis, vel pugillationibus ad militias, vel ad sui ipsius futuram defensionem, exercendo se, suscipit, quia ob consequens bonum publicum suscipitur, non tantum est concessum, *aliquâ actione, si quis in colluctatione ff. ad L. Aq. & l. milites, ib. ut armorum, C. de re milit.* verum etiam præmio dignum *l. spem, Qua res pign. obl. & l. commodiss. ff. de re judic. & l. si duas §. athleta ff. de excus. tut. & l. un. C. de athlet.*, idq; adeò verum, ut si quis alium sic interfecerit, aut vulnerarit, non puniatur, nisi id ex odio, dolo vel culpâ fecerit, *l. qua actione, §. si quis in colluctatione ff. ad L. Aquil.* Cum verò ex odio, dolo vel culpâ id factum esse non præsumatur, contrariem

pro-

probari debet. *D. C. Liebenthal / Coll. Pol. Exercit. XIV. Q. III. p. 359. Salmuth. in Pand. T. XX. p. 289. seq.*

§. 2.

Sepulturæ denegatio de illicitis torneamentorum generibus accipienda est, inquit *Sigism. Finckelth. Diss. de Jure Sepult. Th. XIII.* quæ non virtutis, sed lucri forte solius gratia instituuntur, & magis temeritatem, quam fortitudinem præ se ferunt. *B. D. Quensted. Antiq. Bibl. P. II. de sepult. Vet. Cap. III. p. 26.* De Torneamentis, quando quæque instituta & celebrata vid. *Munsterus Cosmog. Lib. III. Cap. CCCCXLIX. p. 1014. seq. Majolus in Supplem. Dier. Can. Coll. VI. p. 496. Philander* von Sittwald / *Sat. Ges. P. II. Vis. IV. p. 989. seq. M. Sigism. Picblerus Diss. Pol. de Torneamentis An. 1648. Regiom. hab. per tot. Wolfium L. M. Tom. I. Cap. X. p. 201. 202.* Selimi II. Turcarum Imperatoris frater Romæ ad Pontificem, in celebratione torneamenti, dicebat: Sancte Pater, si seriò hæc res agitur, parum videtur, sin joco, nimium. *Picblerus l. c. §. 12.* De tyrocinio nomen ducere dicit *Barthius Advers. Lib. XLVII. Cap. XV. p. 2216.*

TULIPOMANIA.

§. 1.

De Belgiis *D. Casp. Ziegler. de Jur. Majest. Lib. I. Cap. XLI. §. 68.* ita scribit: Nulla autem vel vitiosior unquam, vel vesana magis, vel damnosa magis extitit negotiatio, quam ea, quæ ante paucos annos inter Batavos circa Flores, & eos inprimis, quos Tulipanos dicunt, magno gentium deridiculo fuit frequentata, ac pergit: Vix credet posteritas tantam hujus seculi fatuitatem & deliramenta, præsertim ubi legerit, quæ de hâc negotiatione prodidit *Meterannus Novus sub Anno 1638. L. LV.* Ex quo etiam Meterano refert *Marquardus de Jur. Merc. Lib. II. Cap. I. n. 82.* Daß allerley Leute sich auf den Tulipan, oder Blumen-Handel gelegt / also / daß die Weiber ihre Weber-Stüle / und alles was sie gehabt / zu Gelde gemachet / theils ihre eigene Häuser / und andere Immobilia verkaufft / Capitalia auffgekündiget / und auf solchen Handel verwendet / so gar / daß eine Blume / sonst Semper Augustus genannt / in Anno 1633. oder 34. um 2000. Niederländische Gülden / oder 800. Thaler paar Geld verkauffet worden / aber ums Jahr Christi 1637. für kein Geld mehr zu kauffen gewesen / dieweil derselben Blumen nur 2. damals / wie man sagte / zu bekommen gewesen / als die eine zu Amsterdam / die andere zu Harlem.

§. 2.

Ein Kauffman zu Amsterdam / hat einen Zwiebel von einer Tulipanen / um 500. Holländische Gülden gekaufft. Als er hernach einen Botsmann / der ihm etliche fremde Waaren gebracht / einen frischen Hering / und eine

Kanne Bier geben lassen/ und dieser die Zwiebel beym Fenster gelegt/ ersehen/ und vermeynet/ es wäre eine gemeine Zwiebel/ hat er sie geschält/ und zu dem Hering gessen. *Zeiler. Miscell. p. 29.* Eandem historiam habet *Dn. Joh. Rist, aliàs* **der Rüstige/ in seinen Monatlichen Unterredungen** *Mens. mart. 1669.* **von der alleredelsten Thorheit der ganzen Welt/** *p. 153.* ubi similiter de flore quodam, quem juccam vocant, refert, illum pro quinquaginta Imperial. p. 48. & pro nonaginta Imperial. p. 53. venditum fuisse. Lilium verò p. 50. pro L. Imperial. p. 191 & Tulipas pro 2000. aut 3000. florenis. Indeque hanc negotiationem cum Martin. Schoockio, Prof. Græn. vocat Tulipomaniam, **oder Tulpen-Raserey** p. 185. & Tulipas, **das Narren-Kraut/** p. 188. & passim. *Dn. Christ.* **Wildvogel/** *Diss. de Jure Florum,* **vom Blumen-Recht/** *Cap. III. §. 10.* Gisbertus Voëtius quærit: An species quædam insaniæ sit apud Belgas, quâ Floristæ (uti vocant) seu Anthomori (Blumgecken) insaniunt, circa colores florum quorundam, præsertim tuliparum, ut rem familiarem, pretiosum tempus, omnes denique cogitationes & affectus suos iis impendant? & respondet Affirmando *Diss. Select. P. IV. p. 428.* Rationes adducit ex 1. Cor. VII, 31. Cap. IX, 25.

Floristæ talis ac insimul Alchymistæ Epitaphium.

Mein Gold blieb in der Glut/ mein Blumwerck in der Erden/
Der Kummer ließ mich nicht zu einem Bettler werden/
Ich starb zu rechter Zeit und ward gewünscht entbunden/
Die Blumen hat der Leib/ das Gold die Seele funden!

TURENNE

Epitaphium.

Dieser ist An. 1675. den 17. Julii von einen Canon-Schuß bey Saßbach/ unweit Bühl/ getroffen:

Hier liegt ein tapffrer Held/ der Franckreich hat gezieret/
Und seiner Liljen Ruch durch manches Land geführet/
Sein klug-geführtes Heer/ und hoher Kriegs-Verstand/
Ward durch ein Stücken-Schuß gefällt im Elsaß-Land!

E. G. Happel. **Kern-Chronic.** *ad hunc Annum p. 38.* Conf. & *Autor Relat. ex Parn. An. 1705. N. LX. & LXI. d. 28. & 31. Jul.*

V. V. U.

V. V. U.

VACCA
Rufa.

Vid. A. B. *Tom. IV. p. 904. seq.* Vaccæ Philistæorum, 1. Sam. VI, 10. seq. *ibid. p. 918. 919.*

VACCÆ
Sanctæ.

Die Benjanische Secte unter den Indianern halten die Kühe für heilig/ und vermählen alle Jahr ein Kalb mit einen Ochslein/ und hat einer bey 12000. Ducaten auf eine Kälber-Hochzeit verwendet. *Everh. Guern. Happelius in Thesauro Exoticorum p. 12. Imm. Francisci* im Neu-polirten Geschicht- Kunst- und Sitten-Spiegel/ *Lib. III. Cap. III. p. 959. seq.* Quemadmodum & inter bruta dari societatem Nuptialem contra antiquam doctrinam non obscurè asserit *Hugo Grotius Lib. II. de J. B. & P. Cap. V. §. 8.* Vid. *M. Joach. Christ. Westphal de Curioso Novitatis Studio Cap. II. §. 9.* Imò Vaccæ pro Deabus coiuntur. *Dn. Zenner. Nov. Mund. Docti & Curiosi An. 1694. p. 4645.* Sic habitatores regni Var in Indiâ adorant bovem, ut rem sanctam, nec ullum occidunt; Qvum autem bos aliquis moritur, perungunt domos suas adipe ejus. *M. Paulus Venetus de Region. Orientalibus Lib. III. Cap. XXIV. p. m. 143.* In regno Maabar cùm ad bella procedunt, deferunt secum pilos bovis sylvestris, eosque ligant ad crines equorum suorum, quibus insident: pedites verò ad scuta & crines suos pilos illos ligant, credentes se in bello tutos esse ab omni periculo, nam bovem sylvestrem magnæ sanctitatis esse affirmant. *Id. ib. Cap. XXIX. p. 148.* In regno Laë bovem adorant, & cum magnâ reverentiâ perungunt se ungvento, quod de ossibus bovinis contritis faciunt. *Ib. Cap. XXX. p. 156.* Die Banianen zu Amadabat in Indien/ haben Spitäle für Ochsen/ Kühe und Affen/ und ander untüchtig und gelähmet Vieh/ dahin es/ um selbe zu nähren/ gebracht wird. *Tavernier Hod. Or. Tom. II. Lib. I. Cap. V. p. 20. a.*

Tres pro salario Episcopo datæ.

In Concilio Lateranensi erat Episcopus Hybernicus, qui Henrico Scholastico Bremensi retulit: Se non habere alios reditus, præter tres vaccas lactantes, quas in defectu lactis Parochiani sui per alias innovarent. *Wolff. Lect. Mem. T. II. C. XVI. p. 1031. b.*

VACCARUM

Urinâ purificati.

Die Gauren/ von denen alten Persianern herstammend/ waschen sich mit Küh- oder Ochsen-Urin/ und meynen dadurch rein zu werden. *Tavernier. Hod. Or. Lib. IV. Cap. IIX. p. 191. b.* Gvineæ auriferæ incolæ Æthiopes Africani, ap. *Levin. Hulsium* in der 7. Schiffahrt/ *Cap. XLIII.* è fictili vase aquæ pleno, in qua lacerta jacet, se adspergunt. Fœdior multo purgandi ratio apud Circassos in usu fuit, referente *Gagvino in descript. Tartar.* Sacrificus concionaturus, Lac, sangvinem, fimum & terram commiscens, in arborem secum defert, ea pro suggesto est. His finito sacro populi concionem adspergit, ea in terram provoluta Deorum hoc tam præclarum munus venerabunda excipit. *Ursin. Anal. Sacr. Lib. I. Cap. X. p. 15.*

VER

Sacrum.

Fuit mos quondam cum Italis, tum Romanis, ubi res suas in periculo versari cernerent, vovendi quæcunque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos, undè id *Ver sacrum* dictum est. *Livius Lib. IV. Decad. II. Polydorus Vergilius de Rerum Inventoribus Lib. V. Cap. IIX. p. 441. Joh. Lomeierus Spec. de Lustrat. Vet. Gentil. Cap. VI. p. 46. 47.* Sed cum crudele videretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem, velabant, atque ita extra fines suos exigebant. *D. Zimmerman. Florileg. Philol. Histor. P. II. p. 756.*

Ex anno sublatum.

Pericles funebrem habens orationem, juventutem in bello interfectam, sic è civitate sublatam esse, ac si quis Ver ex anno tolleret. *Aristot. Lib. I. Rhet. Cap. VII. D. Botsac. Mor. Ged. p. 516.*

In morte perpetuum.

Ausonius in tumulum hominis felicis tale epigramma scripsit:

Sparge mero cineres & odorâ perlue nardo
Hospes, & adde rosis balsama puniceis.
Perpetuum mihi *ver* agit illachrymabilis urna,
Et commutavi secula, non obii.

D. Calovius de Baptismo pro mortuis ex 1. Cor. XV, 29. cap. I. §. 9.

VERIS

Encomium.

Was könnte wohl in der Welt angenehmers seyn/ als wann nach vergange-

gangener rauhen Winter-Kälte/ die bißher von Schnee weissen Bäume die Farben ändern / und einen grünen Rock anziehen / welcher mit einer andern Art Weisse (nemlich mit den herrlichen Blühten) chamariret? Was könnte herrlichers seyn / als wenn man unter schönen und wohlriechenden Blumen der Gärten spatzierende nicht allein das Auge und die Nase ergetzen / sondern auch das Gehirn selbst/ und die Lebens-Geister erfrischen und stärcken mag? Diese Zeit ist es ja/ welche das in dem kalten Winter fast erstarrete Geblüt wieder flüßig und beweglich machet / und also sowohl dem Leibe seine Kräffte von Hurtigkeit / als dem Gemüthe / dessen Werckzeug der Leib nur ist/ seine Munterkeit und Scharffsinnigkeit wieder erneuert ꝛc. *Autor Relat. ex Parn. A. 1702. N. LXXXV. 24. Octob.*

— — Sol cœlis affixus, & hærens
Vere novo rerum genitales excitat auctus.

Guil. Saluſt. Bartaſius Hebdom. Lib. I. p. 9.

Quin almi teneris hilarescunt fœtibus horti,
Quin lætis nemus omne comis, & gramine gemmant
Prata suo, floram Zephyrus quin svavibus auris
Mulceat, argutisque sonent virgulta camœnis
Manè novo, quin & miti per inane cupido
Vulnere mactat aves, liquidoque sub æquore pisces,
In terris genus omne virûm, genus omne ferarum.

Id. ib. Lib. IV. p. 139.

In VERE
Omnes justi moriuntur.

Justi omnes moriuntur in Vere, quocunque demum anni tempore moriantur; Nam DEus illos velut vernantes rosas colligit, hinc Christus Matth. XXIV, 20. Orate ut non fiat fuga vestra in hyeme; Probæ enim mentis homo prævidet mortem, mors illum non invenit dormientem, aut exitioso torpentem frigore &c. *Drexelius in Josepho Cap. XIX. §. 2. p. 766.*

VESPERA
Ignitegium.

Ita vocatur quia Solis ignis eádem quasi tegitur. *D. Zimmerman. Florileg. Philol. Histor. P. II. p. 756.*

VESPERA
Sabbati primi creatæ decem res.

Sequentes scilicet secundum RR. in פרקי אבות 1) Prodigiosus ille *bi-*

tus

atus, quo Korah cum sociis absorptus est, Num. XVI, 31. 2) *Fons aquarum* in deserto, è rupe manans, qui sequebatur filios Israel, quemque ad preces & ob meritum Miriam, Sororis Mosis, impetraverant, sicut & *Manna* per Mosen, ac *Nubem* miraculosam per Aaronem, quæ omnia, iis extinctis, evanuerunt, Exod. XXVII, 1. Num. XX, 8. (Vid *Append. Bill. Tom. II. p. 426. seq.*) 3) Asina Bileami, Num. XXII, 27. 4) Iris, Gen IX, 13. 5) Manna, Exod. XVI, 15. 6) Virga Mosis, Num. XVII, 8. 7) Vermis dictus Schamir, cujus ope Salomo lapides templi, quamvis præcipuæ magnitudinis & duritiei, absque sonitu cecidit, uti ex historiâ ædificationis Templi, & peculiari libello, quem *Maimonides de infecto* edidit, videre est. 8) Tabulæ Mosis, Exod. XXXI, 19. Cap. XXXIV, 1. 9) Tumulus Mosis, Deut. XXXVII. 10) Aries, quem pro Isaaco Abrahamus immolavit, addunt nonnulli & Cacodæmones, Gen. XXII. 8. *Jacob. Gaffarellus Curios. Inaudit. P. I. Cap. II. §. 5. p. 43. 44. & in eund. M. Greg. Michaëlis Not. XXII. p. 115. seq. B. D. J. Carpzov. Diss. Volum. Diss. VII. de Adventu Messiæ §. 17. p. 249.*

VESPERÆ

Bojarianæ.

Cum inter Bulgaros & Avaros de Regni successione, utri ex illis succedere deberent, esset discrepatio, prælio victi Bulgari & ejecti, Dagobertum Regem rogant, ut sibi locum ad habitandum vacuum concederet, ille hyemarum eos in Bojariam delegat, donec de loco alio deliberaret. Quibus sic ibi hospitantibus, Rex cum Bojariis consilio capto, convenit, unusquisque eum, qui apud se hospitaretur, cum conjuge & liberis contrucidaret; quod factum est, & unâ nocte, signo dato, omnes necati sunt.

Væ Dagoberte tibi CHristi visure tribunal!

Joh. Wolffius L. M. Cent. IX. p. 175. b.

Gallicanæ.

Hæ Vesperæ, in quibus An. 1572. plures quam centena hominum millia in nuptiis Regis Navarræ, utriusque Sexus interfecti consilio Romani Pontificis, Vid. *Ibid. Tom. II. Cent. XVI. p. 967.* Conf. & Tit. Ἐπιχαιρικακία.

Siculæ.

Consilio itidem Nicolai III. Papæ An. 1282. ipso Paschatis die, hora 3. vespertinâ ad pulsum campanæ per totam Siciliam omnes Galli ad 8000. intra duarum horarum spatium interemti unà cum uxoribus, etiam gravidis. *Wolff. l. c. Cap. XIII. p. 451.* Ultionis ardori sic indulgebant, ut etiam prægnantes exenterarint, & parvulos (ne quid Gallici generis superesset in Siciliâ) Saxis illeserint.

L. M.

Lanf. contr. Gall. p. 302. Res tota peracta est per Johannem Prochytam, callidum & disertum virum, eumque inexstingvibili Gallorum odio, ob violatam uxoris pudicitiam, flagrantem, qui abjectâ nobili veste, & assumta vili ac tenui, à vestiario minorum, conjurationem, quam toto biennio contra Gallos molitus est, intra bihorii spatium effectui dedit. Vid. *Piccart. Obs. Polit. Dec. IX. Cap. VI. ap. B. L. Joach. Feller. Animad. XXI. in Horn. Orb. Imp. p. 60.* Unica tamen urbs *Sperlinga* in Gallorum fide permansit, cujus portæ inscriptum:

Quod Siculis placuit, tantum *Sperlinga* negavit.

Horn. l. c. p. 185. **Otto Fried. von der Gröben Oriental. Reise-Beschr. des Brandenb. Adel. Pilgers** / *Cap. I. p. 25.*

VESPERTINA

Recapitulatio omnium actorum.

§. 1.

Man nehme ihm des Abends so viel Zeit/ daß man des gantzen Tages Wandel durchsuche/ so wirds vielleicht heissen:

Nun ist dieser Tag vollbracht/
Schau ich mein Gewissen an/
Hab ich wenig Guts gethan/
Und der Sünden viel gemacht/
Laß/ O GOtt! die Straff der Sünden/
Mich aus Gnaden nicht empfinden!

Benè *Chrysost. Hom. II. sup. Ps. L.* Habeto Codicem, Conscientiam tuam, & scribe quotidiana peccata. Quandò accubueris super stratum tuum, & neminem infestum pateris, antequam veniat tibi somnus, profer in medium Codicem, Conscientiam tuam, & reminiscere peccata tua, & si quid in verbo, seu facto, vel in cogitatione peccasti, hoc enim dicit Propheta: Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Per diem non habuisti tempus, sed serviisti judici tuo, & injunctum negotium, & confabulatio amicorum, & domestica necessitas, & filiorum cura, & uxoris sollicitudo, & militiæ timor, & cæterum mille rerum te turbarunt causæ. Quandò in lectulum tuum veneris, ut sopori membra concedas ad tranquillum portum, nemo tibi molestus, nemo pulsat, dicito in corde tuo, & in animâ tuâ: Expendimus diem, ô Anima! quid boni fecimus, aut quid mali operati sumus? & si quid boni feci sti, gratias age DEo: si quid mali, de cætero ne facias, & reminiscere peccatorum tuorum, effunde lachrymas, & poteris in lectulo tuo positus ea delere.

§. 2.

Seneca *Lib. III. de Irâ Cap. XXXVI.* ita: Quod hodiè malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? quâ parte melior es? Desinet ira, & erit moderatior, quæsciet, sibi quotidie ad judicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consvetudine excutiendi totum diem? qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur? Quam tranquillus, altus ac liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui censorque secretus cognoscit de moribus suis? Utor hâc potestate, & quotidiè apud me causam dico. Cum sublatum è conspectu lumen est, & conticuit uxor, moris jam mei conscia, totum diem meum (mecum) scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihi transeo: quare enim quicquam ex erroribus meis timeam? cum possim dicere: vide, ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. *D. Christian.* Krumbholtz/ *Postill. Consolat. P. I. p. 119.*

§. 3.

Das Gewissen ist gleich wie ein Spiegel/ wann er voll Flecken oder Staubs ist/ kan man sich nicht darinnen beschauen; So man aber den Staub abwischet/ kan man sein Angesicht eigentlich und klärlich darinnen sehen; Wann nun GOtt den Staub vom Spiegel-Glaß der Gewissen abwischet/ so kan der Sünder leichtlich das Angesicht seiner Sünden in ausgedruckter Gestalt sehen:

CORRIGENDA, AUT PROBANDA!

Schrieb einer zu einem Spiegel:

Was fein ist/ er lobwürdig weist/
Was heßlich/ zu verbessern heist!

Was nun Seneca von denen Spiegeln sagt: Inventa sunt specula, ut homo ipse se nosceret, multa ex hoc consecuta: Primò sui notitia, deinde & ad consilium quædam; Formosus, ut vitaret infamiam; Deformis, ut sciret, redimendum esse virtutibus, quicquid corpori deesset. Juvenis, ut flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, & fortia audendi; Senex, ut indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret &c. Eben das kan man auch von den Gewissen sagen/ das stellet uns alles/ gleich als in einem Spiegel dar/ daß man das den Guten nachstrebe/ und alles dasjenige unterlasse/ wodurch es verunruhiget werden kan ꝛc. Conscientiam ergò tuam cottidiè examina, eandemque scrutare &c. *D.* Gottfr. Emblem. Tugend- und Laster-Platz/ *p. 430.* *D. D.* Weidlings Orator. Schatz-K. *P. II. p. 79. seq.*

Dein Gewissen
Wie das zarte Spiegel-Glaß/
Macht dich ohne Neid und Haß
Alle deine Fehler wissen.

Hüte

Hüte dich für Sünden Leid
Allezeit!
Conf. omninò Tit. Examen Conscientiæ quotidianum.

VEZIRII
Turcarum.

Supremus Minister Imperii Turcici est *Magnus Vezirius*, Vezir Azem Turcicè dictus, & ab Imperatoribus in amicitiæ signum sæpè *Lala*, quasi Aulæ Magister. Ejus arbitrio omnia Belli pacisque negotia ferè geruntur, nisi quod Bassam capitis supplicio adjudicare non possit, sine subscriptione Imperatoris, nec militem quenquam punire sine Præfecti consensu. Alias nec appellationi ab eo ad Imperatorem locus est, nisi in puncto denegatæ justitiæ, vel si pars innocens se enormiter læsam sentiat: Quo in casu persona appellans antiquo Turcarum more igni capiti imposito Seraglium ingreditur, & quanto potest concitato cursu ad Imperatorem accurrit, causamque suam ipsi exponit, nec cuiquam licet accurrentem sistere. Una hujus honoris & gravissima est infelicitas, eam rarò durabilem esse, plerisque Veziriorum talium vel depositis, vel violentâ morte interemptis, citius, tardius, prout Imperatori visum fuerit: Unde non illepidè eorum aliquis se antecessoresque suos formicis comparavit, quas ideò dicebat alis donari, ut citius interirent. Sed inter paucos *Kiuperli* Achmedis nuperi Magni Vezirii parens incolumis evasit, & quod maximè mirandum, dignitatem suam ad filium propagavit: Creduntur que ambo duobus hisce principiis nisi fuisse. I. Occupato Principis animo. II. Bello cum exteris sub Primo Vezirio sex alii Veziriorum nomen gerunt, & consiliis adhibentur, sed non magnâ cum autoritate. *D. Beeman. Hist. Orb. Geogr. P. II. Cap. X. §. 16. p. 742. 743* Descendit autem *Vezier* ab Arabico *Vasera*, quod significat, consilio adfuit. *Dn. Zenner. Novell. Mundi Docti & Curiosi An. 1692. mens. Jun. p. 542.*

VIDEO, TACEO.

Elisabetha, Angliæ Regina, loco Symboli his verbis usa: VIDEO, TACEO! Ita DEUS videt & tacet aliquantum temporis &c. *Cambdenus Ann. Angl. ad An. 1586. p. 441.* *Dn.* Ernst in Ehrenh. zufäll. Ged. *Cent. I. Med. XCVII. p. 532.*

VIDENS
Dominus.

Derjenige/ welchen Schach-Abas zur Auffsicht seines Sohnes des Sefie-Mirza in einen sonderlichen Pallast bestellet/ würde Aga-Nazir, h. e. der Se-

hende Herr genennet. *Tavernier. Hod. Or. in descript. Coronat. Solimanni III. Regis Persiæ p. 5. A.*

VIDENTES
Prophetæ.

Vid. A. B. *Tom. IV. p. 244. seq.*

Non VIDENTES

Et tamen credentes. Vid. *Danh. Theol. Conscient. P. II. Dial. II. p. 395. seq.*

VIDUA
Muta, misera.

§. 1.

Apud Ebræos Vidua vocatur אַלְמָנָה quasi נְאֻלָּמָה *muta facta, obmutescens.* Viro enim veluti capite, fidissimoque post DEum Achate, demortuo, silet & obmutescit fœmina: non habet, cum quo familiariter loqui queat: non habet, cui animi sui sensa possit indicare: non gaudet vociferationibus, non exultatione, non tripudiis, canticisque musicis. Quot, quæso, viduis mussitando devorandæ sunt injuriæ? quot calumniæ silentio ferendæ? Vidua contra inimicos suos vix loqui audet: *vix audet mutire*, ut *Tarnovius* loquitur *Comment. in Ps. Pass. p. 321.* ubi אֵלֶם manipulus aliquis, vel malorum caterva in eam impetum facit. Meritò igitur mulier illa Thekohæa: Heu, *inquit*, *mulier vidua ego sum, mortuus est enim vir meus*, 2. Sam. XIV, 5. *M. Alb. Vogt Delic. Sacr. Dec. II. Cap. X. p. 199.*

—— —— Sævum arctè complexa dolorem
Perfruitur lachrymis & amat pro conjuge luctum.

Lucanus Lib. IX. v. 112. Oculis uxorius instat Imber. *Stat. V. Sylv.*

§. 2.

Thema hujus vocis est אָלַם, quod in Niphal significat *obmutuit*, in Piel *ligavit.* Hinc nomen Masculi. אַלְמָן *viduus*, à quo deducitur fœm. אַלְמָנָה *vidua*, additâ duntaxat terminatione ה. Atque hæc derivatio vocis אַלְמָנָה omni ex parte legitima est, satisque perspicua. Eò magis miror, esse nonnullos, qui nomen hoc deducant ab אַל *non* & מָנָה *pars*, quasi eam denotet, quæ non habeat partem in marito. Sanè, qui adeo pueriliter in re manifestâ ludunt, ludibrium debent ipsis Linguæ Sanctæ tyronibus. *Dn. Vogt l. c.* Græcè dicitur χήρα à χαίρειν, per antiphrasin, quasi minimè gaudens. (ἀπὸ τοῦ χηρεύειν, quod significat orbare, desolare. *D. Balduin. Comment. in I. Ep. Pauli ad Tim. Cap. V. p. 316.*) Vidua ab antiquo verbo iduare, quod significat dividere, privare.

Witte

Wittwe aut ab antiquo verbo Saxonico Wittchen / welches so viel heisset / als winseln / seufftzen / schlucken / oder von Wehe / weil eine Wittbe so viel Wehe umgebe / daß sie dasselbe / wann sie auch auf den höchsten Thurm stünde / nicht übersehen könne. *Rev. D. M. C. A. Hausen / Theol. Paraclet. Spec. p. 2205.*

§. 3.

Mulier, si nihil aliud accedat, tamen vel solo hoc nomine, quia vidua est, misera est. Nam cum maritus sit uxoris suæ caput, & corpus sine capite non homo, sed truncus potius est, quid miserius erit muliere, ablato capite, h. e. marito ejus per mortem? Vidua adeò abjectum hominum genus, ut, qui se longè omnium contemtissimos significare velint, viduâ se contemtiores dicant. B. D. Brentius (exercitatissimus ille in Scripturis dextrè explicandis, ut eum *Franzius L. de Int. Script. p. 649.* vocat) *Hom. LXIX. in Cap. VII. Luc. p. 141. b. 142. a.* Non impunè hoc: jam enim faxo sciatis, non viduæ hanc Insulam esse, inquit *Petronius Arbiter p. 104.* Et ille senex in Comœdia ap. *Terent. Heaut. V.* Non ita me Dii ament, auderet hæc facere Viduæ mulieri, quæ in me fecit. Ubi *Eugraphius*, ejus Interpres vetus: Facilis enim est illusio in eam, quæ & mulier & vidua est. *Simon Abbes Gabbema in Petron. p. 105.* Hinc Viduertas olim dicta est calamitas, ut scribit Sextus Pompejus ap. *D. Boisat. Mor. Ged. p. 1124.*

§. 4.

Dannenhero auch GOtt der Heilige Geist eine Wittwe als das grösseste Trauer-Bild gebrauchet / wann er einen unbeschreiblich elenden und traurigen Zustand wohl vormahlen und einbilden will. Stehets elend und betrübt in der Kirchen / so soll ihren elenden Zustand eine Wittwe vorbilden / die der HErr tröstet / daß die Zeit kommen solle / da sie der Schmach ihrer Wittwenschafft nicht mehr gedencken werde / Es. LIV, 4. Stehets übel und gar schlecht in der Policey und gemeinen Wesen / so muß Stadt und Land eine Wittwe heissen: Wie liegt die Stadt so wüste / die voll Volcks war / sie ist wie eine Wittwe / die eine Fürstin unter den Heyden / und eine Königin unter den Ländern war / muß nun dienen / Thren. I, 1. Stehets kümmerlich und traurig im Hause / so muß es ein Hauß heissen / da eine Wittwe innen Hauß hält / wie denn gewißlich das an ihm selbst das betrübteste Hauß ist / daraus der Haus-Herr verstorben / und solche Klagen hinter sich gelassen: Wir sind Wäysen / und haben keinen Vater / unsere Mütter sind wie Wittwen / Thren. V, 3. Der Apostel Jacobus leget ihnen Trübsal zu / Jac. I, 27. Der Hauslehrer Sirach eignet ihnen Thränen zu / Cap. XXXV, 17. Der Prophet Esaias nennet sie Elende / über die alle Wetter gehen / und Trostlose / Cap. LIV, 4. Ach! Ja wohl ist eine Wittwe eine Trostlose / die allenthalben gnug zu weinen / aber

nirgends keinen Trost nicht findet. Beweinete doch Rahel ihre Kinder/ und wollte sich nicht trösten lassen/ weil es aus mit ihr sey/ wie es den Müttern stehet/ deren Kinder Herodes tödten liess/ Matth. II, 18. Aber wie viel Kinder wird eine Mutter verlohren haben? auffs allerhöchste drey. Ein aber ist ein Mann besser denn zehen Söhne/ wie Elkana zu seinem Weibe Hanna sprach/ 1. Sam. I, 8. Was Thränen soll denn nicht eine Wittwe vergiessen/ und wo will Trost für eine Wittwe herkommen? Das Licht ist verloschen durch den Tod ihres Mannes/ und im Hauß alles finster werden/ was will sie für Freude haben/ die im finstern sitzen muß/ und das Licht der Sonnen nicht sehen kan: Tob. V, 13. das Haupt ist ihr abgeschlagen (denn der Mann ist des Weibes Haupt/ Ephes. V, 23.) Was soll der Rumpff ohne Haupt für Lust haben? Naemi empfunde es wohl wie es einer Wittwen gehe/ und wollte daher nicht Naemi/ das ist lustig/ sondern Mara/ das ist traurig und bitter heissen/ denn der Allmächtige hat mich sehr betrübt/ sprach sie/ warum heisset ihr mich denn Naemi: so mich doch der HErr gedemüthiget und der Allmächtige betrübet hat/ Ruth. I, 20. 21. Jenes kluge Weib von Thekoa wuste es auch/ drum sprach sie: Ich bin eine Wittwe ꝛc. 2. Sam. XIV, 1. *B. D. J. B. Carpzov. Conc. Fun. P. II. p. 809. 810.*

§. 5.

Multum perdit fœmina, quæ Patrem, à quo procreata, vel matrem, ex quâ nata est, vel fratres unicè charos, vel amicos spectatæ fidei, vel opes pannis amittit: Sed NULLAM in terris cum hac jacturam comparandam ajo, atque affirmo, quando probum uxor maritum amittit; In reliquis enim damnis unica tantum jactura est; MARITI verò jactura cætera omnia simul complectitur. Postquam maritum unicè carum jam tumulatum videt fœmina, velim ex eâ quærere, quid boni in ædibus habeat reliquum? Maritus enim, quod omnes novimus, si bonus erat, laborum ipsius umbraculum, necessitatum medela, obstetamentorum inventor, cordis intimi amor unicus, ipsius denique Dominus, & tantum non idolum, quod adorabat, erat. Quid multis? Gubernator erat domus fidelissimus, & filiorum ac familiæ Pater Optimus. O quam mœstus, quam molestus, quam periculosus est viduarum status! Nam vidua, si domo exit, inhonesta censetur; si domo exire recusat, fortunas amittit; si paulum ridet, levitatis notatur; si risu abstinet, hypocriseos incusatur; Si frequens in templis est, ambulatrix dicitur; Si templum non adit, in virum fidelem ingrata perhibetur; Si malè vestita incedit, nimietatis insimulatur; Si vestita mundius est, molestè ferre viduitatem arguitur; Si tetrica est, arrogans dicitur; Si affabilis, mox domus suspecta habetur; Ut uno verbo dicam, vel sexcentos vi-

duæ infelices vitæ ſuæ cenſores; at ærumnarum opitulatorem ne unum quidem reperiunt. *Ant. de Guevar. Hor. Princip. Lib. III. Cap. XXXIX. n. 608. 609. p. 653.*

§. 6.

Non ignoro, ex omni vitæ ſtatu, viduarum maximè eſſe periculoſum: nec majorem ferè honeſtæ fœminæ dolorem poſſe accidere, quam marito orbatæ. In cæteris enim rebus, unius tantum jactura fit: fœmina, quæ virum amittit, omnia ſimul cum ipſo amittit, ut quem vitæ ſuæ habuit ſuſtentaculum, remedium ærumnarum, laborum allevamentum, rei familiaris columnam, tutiſſimum denique in omnibus neceſſitatibus aſylum, ac communem familiæ Patrem. Infelix profectò eſt vidua, ſive liberis careat. Si namque liberos non habet, à cognatis & affinibus vexabitur; Si liberis non caret, duplici fungetur moleſtiâ. Si parvi ſunt libeti, magnæ erunt curæ in iis educandis; ſi jam adulti, cum ætate etiam curæ & dolores matrum creſcent. Rarò enim fit, ut viduarum liberi matrum ſe voluntati & Imperio ſubmittant. Quin plerique tam filiæ, quam filii faciunt, non quod debent, ſed quod volunt, ita miſeris viduis id unum fere negotii datur, ut mariti mortem lugeant, & liberorum Inobedientiam deplorent. *Guev. Epiſt. ad Leonoram Guevaram, marito orbatam p. 234.*

§. 7.

Eine Wittwe iſt manchmahl einem Baum ohne Laub gleich / iſt ſie ſchon voller Früchte / hat ſie von Gütern und Mitteln durch GOttes Segen / und des Verſtorbenen Fleiß etwas behalten / ſo gehets ihr doch / wie einem ſolchen Baume / welchen ſchütteit / wer fürüber gehet:

Nux ego juncta viæ cum ſim ſine crimine vitæ,
A populo cunctis prætereunte petor?

Oder ſie iſt gleich einer niedergeriſſenen Wein-Rebe / die unter den Füſſen liegen muß / die Kinder ſind Blümlein unter den Dornen / oder in freyen Felde / darüber alles mit Füſſen läufft. *Scriver.* Chriſtl. Haushalt. *Dom. XXI. poſt Trin. p. 1353.* Wann eine Ehefrau von ihres Mannes Licht glänzet / als das Käyſerl. Recht ſaget / ſo kan man zwar dieſelbe mit den Vollen Mond vergleichen / ſo lange der Mann lebet / hernach aber / möchte man faſt ſagen / daß ſie / nach der Welt Urtheil / dem Neuen Mond ähnlich ſey / ſonderlich wo kein Sonnen-Metall ihre Finſterniß erleuchtet / ich will ſagen / wo ihr Betrübniß mit Armuth vergeſellſchafftet iſt. *Scriv.* SS. *Part. IV. Conc. X. §. 66. p. 674.*

§. 8.

Der Wieneriſche Auguſtiner Mönch P. Abraham à S. Clara vergleichet ſeiner kurtzweiligen Lehrart nach die Eheweiber mit den Bärten der Männer / welchem man gleiche Ehre mit der Perſon anthut / ſo lange ſie an ihren Wan-

gen

gen hangen/ so bald aber der Barbierer sie mit dem Messer abgenommen/ werden sie auf die Erde geworffen/ und mit Füssen getreten. *Dn.* Ernst/ in Ehrenholds zufäll. Gedanck. *Cent. II. Med. XCIX. p. 1196.* Als des vernehmen Theologi Joh. Fabricii Wittwe zu Dantzig verstorben/ sind 3. sonderbare Ei bilder auf ihr Begräbniß gemahlet worden. Erstlich zwar eine schöne auf einen Gipffel stehende Rose/ und darüber diese Worte:

PER MARITUM SPECIOSA.

Lebt der Mann/ so ehrt man mich!

Nachmals ein auf einem Polster liegendes Herz/ so von allerhand Schlangen überkrochen würde/ und darüber diese Worte:

POST SECESSUM SUM EXOSA!

Ist er todt/ wie arm bin ich!

Endlich zuletz zwey nach den Himmel auffgereckte Hände/ und darüber:

TANDEM TAMEN GRATIOSA!

Doch getrost/ dort tröst man mich!

M. Christ. Aug. Hausen/ Theolog. Pamelet. Special. p. 2206.

§. 9.

Wo es vorhin naß/ da regnet es am liebsten und dicksten hin; wo derhin Thränen und Trübsal fliessen/ da schiessen die Anfechtungen und Widerwärtigkeiten hin mit vollen Strome. Der Wittwen Augen sind ein paar Brunnen/ aus welchen nichts als bitteres Trauer-Wasser rinnet; Sie sind die Wein-Trauben/ welche stets in der Kelter-Presse liegen/ und immerdar weinen. Der Wittwen-Stand ist eine Schule der Gedult/ ein Feld voll Hecken/ ein Garten darinnen nichts/ als Leyd/ Kummer/ Schmertzen und Traurigkeit blühen: Ein Herbst/ darinnen es von Thränen regnet; Eine Erndte/ darinnen lauter Elend gelesen/ und lauter Bedrückung eingesamlet wird; Ein Spital/ da die herbsten Pillen und widrigsten Brech-Tränckе tägliche Speise und Tranck sind. *D. M. J. C.* Gerstäcker/ im Vorrath von schönen Gleichnissen/ *p. 1458. seq.* Ristius de illis ita:

O bitterer Wittwenstand/ O Stand voll Angst und Noth!
Der Wittwen Leben ist nichts anders als ein Tod!

Ap. *D. Misandr. C. C. P. II. p. 376.*

Casta sit.

§. 1.

Viduis vel maximè digna virtus est castitas, ut scilicet *oculis, ore, moribus, conversatione, actum animo, quam corpore* puræ ac pudicæ sint. Neque enim oculos tanquam auceps circumferet vidua, sed tanquam Monachus

aut

aut eremita humi defiget. Turdos, ficedulas, perdices, ac pisces, recentesne an putres sint, ex oculorum inspectione quidem dignoscunt. Rectè S. Augustinus: Impudicum oculum impudici, ait, cordis esse nuncium. O homines ipsis brutis stolidiores! Avibus oculi eò conducunt, ut retia & laqueos sibi tensos observent ac vitent, at nobis, ut libidinum laqueis implicemur. Verè sapiens impudicitiam in oculis mulieris habitare dixit. Unde apud nonnullas gentes moris est, ut fœminæ totam ferè faciem obnubant, tum ut alios ne videant, tum ut ab aliis ne videantur. Accipitrum generosissimorum oculis velum obduci solet, ne viliores aviculas insectentur. Sic viduam quoque oculos velatos habere oportet ne terrestrium rerum adspectu à cœlestium contemplatione abducatur.

§. 2.

Ore etiam casta esse debet vidua, ut scilicet nulla turpia aut obscœna verba proferat, neque effusè aut ineptè rideat. Cachinnus enim ineptus animi levis est indicium. Equidem miror ego, ullam esse viduam, quæ ridere, aut gaudium præ se ferre possit, quum justissimas, quacunque aspicit, aut animum convertit, plorandi ac mœrendi habeat causas: Rectè namque semivivam dicemus, quæ in marito jam dimidiâ sui parte est mortua, & cui ex omni suo mundo nihil præter vestitum luctus & mœroris relictum est, quo delectetur. Risu, imò lacrymis digna res est, plerasque viduas adeò leves esse, ut uno eodemque funere maritum ejusque memoriam efferant, atque in idem conditorium reponant. Non ita Marcia illa Catonis fecit, quæ rogata, quandò mariti lugendi finem facere velit, Non prius, respondit, quam & ipsa vivere desiisset. O viduam nostrarum longè dissimilem! in cujus animo mariti, licet mortui, memoria semper vixit, quoad & ipsa vixit.

§. 3.

Moribus quoque & *in conversatione* casta sit vidua oportet: imprimis ut omnes illas sodalitates fugiat, quæ vel levissimâ suspicione famam ipsius, & existimationem lædere possunt. Rectè *S. Hieronymus*: Muliebrem pudorem non minus tenerum ac fragilem esse dicit, quam flosculum aliquem, qui vel vento afflatus, emarcescit. Idem viduas hortatur, ne ministrorum, aut aulicorum turbæ se immiscеant, sed ut viduarum ac virginum gaudeant consortio. Et profectò tam tenera ac delicata res fœminei sexus honos est, ut unius mulierculæ moribus non ipsius modò, sed totius quoque familiæ existimatio, salus liberorum, & defuncti mariti memoria periclitetur: eoque inhonesta vidua, non minus quam Vestalis impudica viva defodienda sit.

§. 4.

Toto denique corpore & animo casta esse debet vidua. Nam si in con-

jugio

gio castitatem servavit fœmina, quantò magis jam in viduarum statu, utpotè ac-liori, (stilo Papistico) eandem servabit. Olim quidem Romani præcipuam castitatis laudem viduabus tribuebant: quas ab omni impudicitiæ maculâ puras esse judicabant. *Venient tibi duo simul, sterilitas & viduitas*, inquit Propheta. Ajunt rerum naturalium scriptores, in palmis utriusque sexus differentiam deprehendi. Quod si masculus decidatur, fœmellam intra triduum quoque marcescere, ac sterilem fieri. Quo monentur viduæ, mortuo marito, omne libidinis semen in ipsis debere exarescere. Id verò non fiet, nisi ea vitent consortia, quibus ad libidinem provocari, atque incitari possunt. Quæ enim ultrò talia consectantur, ipsæ profectò fomitem libidini subministrant, atq; ignem subjiciunt.

§. 5.

Omnes impuras quoque cogitationes viduæ animo debent ejicere. Videmus serpentes & angvillas quà caput possunt inserere, facilè deinde totum corpus insinuare. Idem faciet libido, nisi caput ei præcideris, id est, primam cogitationem animo statim profligaris. Minus quidem mirum est, viduas juvencellas maritorum citò oblivisci, ac novum sibi ab aliis solatium quærere: At quis ferat, jam ætate provectam, adeoque decrepitam novum sibi maritum, ac liberis vitricum inducere, & quidem sæpè eum, cui prima lanugo genas nondum vestiat, quique nuces nondum reliquerit? Inde verò fit, ut post non multos menses maritus juvenculus absumtis vetulæ bonis, aut militiæ nomen det, aut solum vertet; aut interdiu manibus ac pedibus vetustum utrem contundat, nocte verò juvenculam concubinam amplectatur. Et quis non justas vetulam quasmodi pœnas luere dicat? Libidinosa enim anus diaboli est pila & ludibrium. *Gerr. l. c.*

Domi se contineat.

§. 1.

Sicuti apud Ebræos עלמה dicitur ab *occultando*, quia Virgines apud Orientales quosque studiosissime domi se continebant; Hinc è contrario נכרא seu בוראה *Evagatrix* est epitheton meretricis apud Chaldæos. *B. D. Pfeiffer. Dub. Vex. C. III. L. XCII. p. 651. Bochart. Hieroz. Lib. II. Cap. XLVI. p. 520. Fagius in Op. Anglic. T. I. p. 316. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 725.* Ita & viduæ non evagentur, sed domi se contineant; Et mihi quidem tam sacras, quam profanas historias excutienti nullum exemplum accurrit, quod viduis aptius ad imitandem proponi possit, quam Judithæ: de quâ moneo, ut castitatem, modestiam, pietatem, cæterasque illo sexu & statu dignas virtutes condiscant. Judith post mariti obitum vidua permansit, neque ullum alium virum experta est. Eadem in jejunio & precatione assidua fuit: tum ab hominum consortio ita abstinuit, ut etiam in propriâ domo cellulæ cum ancillis fese incluserit; habens super lumbos

sos

suos cilicium, quamvis multæ divitiæ, & familia copiosa, ac possessiones, armentis boum, & gregibus ovium, plenæ à marito ipsi relictæ essent.

§. 2.

Legimus Romanam quandam viduam, totos triginta annos domo inclusam se continuisse, ne ullius viri alloquendi sibi esset facultas. Rara avis, ita me DEus amet, hoc nostro seculo nigroque simillima cygno. Nunc enim marito vix-dum mortuo, videmus plerasque viduas, aut in publico oberrantes, aut è fenestris assiduò despicientes. Atqui ovis à grege aberrans, lupo, & columba hinc indè circumvolitans accipitri plerumque præda fiunt. Quamdiu Thamar paternâ se domo continuit, pudorem illæsum servavit, quem quamprimum in publicum prodiit, amisit. Rectè enim dicit *Hieronymus*, castitatem tribus rebus conservari, Temperantia scilicet in cibo ac potu, simplicitate in vestitu, & abstinentia à publico & hominum conversatione. Duo tantum ego loca viduabus frequentanda censeo, proprium domicilium, & templum. Domi quidem liberorum amor, & rei familiaris cura: at DEI amor mortisque impendentis metus in sacris ædibus, ac precatione assiduam eam detinebunt. A domo aberrans, commaculata sæpè redit, talis scilicet, qualis Jo ab Jove h. e. gravida. *Vossius de Idololat. Lib. III. Cap. LXII. p. 1062.* Abit Helene, quæ veneratur Penelope. *Larsius contr. German. p. 909.* Nulla autem virtus majorem fœminæ existimationem in civitate parit, quam si domi ipsam sese continere videant universi. *Guev. H. P. Lib. II. Cap. IIX. §. 249. p. 266.* Mulieri honestius est manere domi, quam foris agere, & sub dio vivere. *Xenophon. in suo Oeconom. p. m. 357. E.* ubi insuper adducit comparationem mulieris cum Rege apum, quam vide. Utile finitimis abstinuisse locis. *Ovid. Remed. II.* Quæ sæpè ingreditur alienum hortum, non ratò inde egreditur scortum. *D. J. A. Weber. Discurs. Curios. XXXIII. p. 531.*

Non ducenda?

Quidam viduam ducere nolebat, inquiens:

In quâ quis periit, non bibo, dicit, aquam.

Dn. Zenner. Nov. M. D. & C. An. 1696. p. 1731.

Fratris an ducenda?

Vid. Appar. Bibl. *Tom. III. p. 1016. seq*

Frugalis sit.

Necessaria viduis virtus est frugalitas, ut rem familiarem scilicet diligenter administrent, operamque dent, ne expensæ reditibus sint majores. Quâ in re aliorum quidem operâ, sed non semper consilio utentur. Reperiuntur enim parasiti, qui sub prætextu nescio cujus pietatis apud viduas se insinuant, vulpium

more, quæ supino jacentes, mortuas se simulant, interim verò aves sine ullo metu assidentes, celeriter arripiunt, ac vorant. Tales olim fuerunt Scribæ ac Pharisæi, quorum circa viduarum domos cursitationes & insidias CHRISTUS reprehendit, inquiens: Væ vobis Scribæ ac Pharisæi, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium. *Gier. Diss. p. 235.*

Icabod.

Wohl mag eine Wittwe Icabod heissen/ wie dort das Weib Pinehas ihren Sohn so hieß/ den sie gebahr/ als ihr die betrübte Post kam/ die Lade GOttes sey genommen/ und ihr Mann und Schwäher sey todt/ die Herrlichkeit ist dahin von Israel/ sprach sie/ 1. Sam. IV, 22.

Idolum consulens.

Ein Weib so ihren Mann verlohren/ suchte zu Bezovart in Indien/ meiner grossen Pagode, oder Tempel-Rath bey ihren Götzen-Bild/ wie sie sich/ und ihre Kinder ernehren sollte? *Tavernier. Hod. Or. Tom. II. Lib. I. Cap. XIX. p. 70. &c.*

Locuples amatores deludens.

Vidua locuples à tribus ambiebatur. Quorum fidem exploratura, seu potius amorem insanum cohibitura, consilio matronæ & castæ & prudentis usa, talem dolum comminiscitur. Singulos singulis horis ad se venire remotis jubet arbitris. Et cum vicini sui cadaver in proximi cœmeterii cryptâ, ubi ossa mortuorum asservantur, in loculo reconditum esset, primò imperat, ut amoris declarandi causa ipse in loculum, cadavere exemto ad matutinas usque preces, descendat. Eo igitur fidei attestandæ ergò jussa faciente (nam quid amatore stultius?) secundum ad se vocatum angelicis indutum vestibus ad loculum asservandum cum cereo ardente dimittit. Tertius paulo post superveniens, furiali habitu è pheretro mortuum eximere, & ad se deferre jubetur. Qui cum parere vellet, assidentem loculo angelum aggreditur. Angelus cereo ardente se defendit. Qui in loculo latebat, per rimam sui causa angelum & diabolum concertantes conspicatus, ne fortè vivus, loco mortui, ab utrovis abriperetur, è pheretro magno impetu prosiliit. Tum duo illi inopinatâ mortui resurrectione territi, qua data via ruunt, & cœlum questibus implent. Hoc astu stultos amatores ingeniosa repulit fœmina. *Zwinger. Vol. VII. Lib. II. p. 1681. 1682.*

Mariti non statim obliviscatur.

§. 1.

Hi sunt viduarum mores, priusquam mortuus elatus est ædè, vivus alius ele-

vatus

vatus est in corde. *Dn de Quevedo, seu* Philander von Sittwald/ *P. I. Vis. II. p. 81.* Pleræque enim palam quidem oculis plorant, clam verò ipso corde rident: eædemque assiduò precari videntur, sed non pro defuncto, sed futuro marito. Secundas nuptias detestantur, ac perpetuam vovent viduitatem; verum animâ adhuc inter labra moribundi versante, jam novum sibi circumspiciunt maritum. Inprimis illæ, quæ nimis sese afflictare, adeòque inconditorium usque defunctos prosequi velle videntur, plerumque eorum quam citissimè obliviscuntur, ut quæ simul ac semel omnem effundunt dolorem: cui defervescenti, unica statim de novo marito subit cogitatio. Eoque *nullam ego mulieris lachrymis fidem habendam moneo,* ut quæ citissimè exarescant. Man sagt gemeinlich daß viererley Wasser sind/die da verlohren sind; Eines ist/ damit man einen alten Juden taufft; Das ander/ damit man den Wein mischet; Das dritte ist/ so man ein alt Weib zum baden schicket/ kindbar zu werden; Das vierdte ist/ da eine junge Frau ihren alten verstorbenen Mann beweinet/ und wiederum ein junger Mann eine alte Frau/ die ihm gestorben ist/ denn iemehr sie weinen/ ie minder man ihnen gläubet. *D. Danhauer. Theol. Conscient. P. II. Art. V. Q. VI. p. 799.*

§. 2.

Quid viduas ob maritorum mortem largè effusèque flere prodest, cum multo largius in suis posteà rideant oblectamentis? Omninò parum prodesse ajo, si fœmina gravissimum præ se ferat, mortuo marito, luctum, sic clam alium jam sibi quæsivit maritum. Narrabo historiolam: Fuit Romæ fœmina quædam primaria M. Marcelli nobilis uxor, Fulvia nomine; quæ cum maritum suum in campo Martio humari videret, & præ doloris magnitudine faciem sibi laniaret, comam evelleret, vestem omnem scinderet, exanimata humi sese apploderet, ejusque brachia duo Senatores, ne quid gravius in se consuleret, tenerent; Cn. Flavius Censorinus, Manus, inquit, Fulviæ solvite. Vult enim omni viduitatis luctu uno eodemque die defungi. Equidem haud scio, num oraculum Flavius consuluerit, an vates fuerit, eventum sanè dictis ipsius respondisse certò scio. Cum autem Fulvia, tam excellentis Viri, nimirum M. Marcelli uxor fuerit; nollem rem tam indignam ab eâ commissam, quod interim, dum ossa M. Marcelli cremarentur, cum alio transegit marito, & quidem è Senatoribus, qui illius brachia tenebant, alter ibi data acceptaque dexterâ fidem ei fecit conjugii; Quæ res tam fœda, ab omnibus meritò reprehensa fuit, quod omnibus illius ævi matronis, maculam mussit, causamque præbuit, ut nulli unquam viduæ credatur. *Gvev. H. P. Lib. III. Cap. XLI. p. 665.*

Marinum lugeat.

§. 1.

Uxor, quæ luget marinum, dicitur luctus religionem præstare *L. I. c. de sec. Nupt.* quæ non præstat infamis pronunciabatur, & is, qui sciens eam duxit, labem pudoris contrahebat, *l. decret. C. quibus ex causis infam. irrog. J. C. Dieterico Antiq. Bibl. ad Jerem. XVI, 5. 6. 7. p. 611.* Mariæ de Medicis vitio datum fuit, quod luctum tam properè exuisset, & splendido cultu, vixdum exacto à funere anno, gemmis ac unionibus fulgurans, passim procederet, cum Catharina Medices, Henrici II. Gall. Regis vidua, toto vitæ tempore pullata lugubri cultu spectandam se præbuerit, & Catharina Lotharingiæ, Ferdinandi Magni Hetruriæ Ducis, vidua; servati pudoris fœmina, tot jam annos à funere Conjugis, atrata luctum agat: *Buleng. H. R. Lib. VI. cp. D. J. C. Beeman. Notit. Dignit. Illustr. Diss. VI. Cap. I. p. 157.* Quid viduas prodest initio viduatus sordidatas incedere, & mox cultus elegantiâ cum matronis maritatis certare? Vidua quippè, virtutis & honestatis amans, continuò ex ipso vestium, quas sumit, cultu cognoscitur, dicit M. Aurelius Imp. ad Laviniam viduam Rom. ap. *Gver. l. c. p. 664.* Viduam, quæ post mortem mariti faciem sibi statim cerussâ inficiat, & expoliendo ornandoque corpori omnem curam impendat, quis ferre possit? quis non ipsam corpori suo lenocinium facere existimet? *Id. Diss. p. 235.* Conf. *Dieteric l. c. p. 615.*

§. 2.

Amor corallium tenet, fruticem marinum, in aquâ tantum virentem ac virentem, cum inscriptione:

IN LACRYMIS TANTUM VIVO!
Die Thränen geben
Mir das Leben!

